






SACROSANCTA
CONCILIA
AD REGIAM EDITIONEM
EXACTA

QUÆ NUNC QUARTA PARTE PRODIT AUCTIOR

Studio PHILIP. LABBEI, *&* GABR. COSSARTII,
Soc. JESU *Presbyterorum.*

TOMVS QVARTVS

Ab anno CCCCLI. *ad annum* DXXXV.



LUTETIÆ PARISIORUM,
Impensis SOCIETATIS TYPOGRAPHICÆ Librorum Ecclesiasti-
corum jussu Regis constitutæ.

M. DC. LXXI.

CVM PRIVILEGIO REGIS CHRISTIANISSIMI.

SYLLABUS

EORUM QUÆ TOMO IV. CONCILIORUM CONTINENTUR.

*Quæ asterisco * notata sunt, non erant in prioribus aliis editionibus: quibus vero hæc nota † impressa est, eorum incertus est annus.*

Anno Christi 449.

Anno Christi 449.

Hinc sequuntur synodicæ multorum côciliorû.

SYLLABUS

TOMI QUARTI.

Quæ hac appendice continentur, ad suos annos singula, in hoc Syllabo jam relata sunt.





Η ΕΝ ΚΑΛΧΗΔΟΝΙ ΑΓΙΑ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΗ ΤΕΤΑΡΤΗ ΣΥΝΟΔΟΣ.

CALCHEDONENSE CONCILIUM GENERALE QUARTUM.

"Ex editione Romana G.L. conciliorum generalium anni 1608.
a Evagr. lib. 1. c. 8.
b Cassiod. in chron. cons.
c Concil. Calch. act. 1. & Liberat. c. 11.
d S. Leo epist. 12. 13. & 97.

HISTORIA" CONCILII CHALCHEDONENSIS.

Exacto Nestorio, [a] Maximianus Constantinopolitanam rexit ecclesiam: tum Proclus, & post ejus obitum Flavianus. Is imperante adhuc Theodosio juniore, Flaviis [b] Zenone & Postumiano coss. hoc est, annis octodecim post Ephesinum concilium Constantinopoli ex triginta episcopis [c] synodum coegit ad disceptandam causam quæ inter Florentium Sardeorum Lydiæ episcopum metropolitam, & duos ei subjectos episcopos Ioannem & Cossinium, vertebatur. Sedebat in synodo, præter alios antistites, Eusebius episcopus Dorylæi, quæ Phrygiæ Salutaris civitas est, vir plane ut doctrinæ morumque laude illustris, ita & hæreticorum strenuus oppugnator. Oblato is libello exposuit sacræ synodo, Eutychem presbyterum, & monasterii quod in ea urbe celeberrimum erat, archimandritam, cœpisse jam pridem delirare, & de redemptore, redemptionisque nostræ sacramento longe aliter sentire, quam ab apostolis Nicænisque patribus traditum sit. Nec enim ex duabus, aut in duabus naturis Christum subsistere fatebatur, nec humanum corpus de virgine suscepisse nostris consubstantiale corporibus: sed dum Nestorianam Charybdim, hoc est, duas in Christo personas exhorrere plus nimio videri volebat, in adversam Scyllæ voraginem præceps actus, unam ut [d] hypostasim, sic & naturam Christo domino tribuebat: ita Dei verbo in carnem converso, duabusque in unam naturis inter se confuse permixtis, ut sola divinitas sub carnis non veritate, sed figura, famem, sitim, lassitudinem, vigilias, crucem, mortem perpessa sit, & post triduum revixerit e sepulcro. Hæc vero monstra, quæ ex Manichæi, Valentini, & Apollinarii caveis ac lustris eduxerat Eutyches, libroque edito per monasteria disseminabat, cum ab episcopo Dorylæno exponerentur, Flavianum, & qui assidebant, episcopos vehe-

A menter perturbarunt. Ac primum placuit, ut Eutychem Eusebius pro veteri quæ sibi cum illo intercedebat necessitudine, officii ac religionis admoneret. Rem detrectat Eusebius, ne rursus audiret hominem impiis vocibus divinæ œconomiæ mysteria proscindentem, præsertim non semel expertus, cum illum sæpius ut amicum antea commonuisset, sua consilia ac preces in desipientis animo nihil penitus insedisse. Mittuntur itaque Ioannes presbyter ac defensor, & Andreas diaconus, qui synodo sisterent Eutychem. Pernegat ille fas sibi esse vel pedem efferre de monasterii septis, quo se veluti tumulo quodam mortuus magis quam B vivus incluserat: graviter præterea incusat Eusebium, quod inimicitiarum potius, quam pietatis causa suum nomen synodo detulisset. Tergiversantem hæreticum accersunt patres iterum synodicis literis per presbyteros duos Mamam & Theophilum: quos ut eluderent monachi, suo timentes archimandritæ, gravi illum morbo conflictari renuntiarunt: mox simul ac a presbyteris nihil esse quod magnopere metuerent, audiere, deducunt eos ad Eutychem: quo nunc effœtam jam senectutem, nunc monastici secessus ac solitudinis inviolabile jus obtendente, nunc etiam ad disputandum de hæresi, quam fovebat, aggrediente, re infecta re- C diere legati. Vocatur & tertio per Memnonem sacrorum vasorum custodem, duosque diaconos Epiphanium & Germanum: quibus ad monasterium profectis, Abraamus alter archimandrita venit in synodum excusaturus Eutychem, ejusque nomine ad propositam de fide quæstionem responsurus. Verum Eutychis impudentia facile rejecta est, cum æquum episcopis non videretur, ut aut alius se pro alio obtruderet, aut ulla quis religione prohiberetur, ne a loco quem sibi ipse circumscripsisset, deduci posset ad synodum. Interea dum vehementer Eutyches urgeretur a Memnone, nec alias, quas prætexeret, causas haberet, venturum se quo vocabatur, spondet; impetratque septem die-

rum, quibus affectam valetudinem confirmaret, inducias. Eo tempore versus ille ad artes & dolos, quibus egregie instruendis ingenio usuque pollebat, se suamque existimationem in maximum discrimen adductam, suppliciter commendat Chrysaphio eunucho, qui non solum erat Theodosio Augusto carissimus, & cum [e] Eutyche magna familiaritate devinctus, propterea quod ab illo fuerat de sacro fonte susceptus, & sui susceptoris imbutus erroribus; sed etiam Flaviano non parum infensus, quod cum ab eo electionis suæ gratia munus aliquod pro benedictione flagitasset, Flavianus puros panes, non aureum donum, ut ille expetebat, miserit, cum diceret, talium rerum copiam sibi non suppetere; nisi forte sacra ecclesiæ vasa, quæ Deo & pauperibus consecrata esse optime nosset, ad hoc assumeret. Quocirca simultatis, amicitiæque stimulis incitatus eunuchus persuadet imperatori, ut Florentium patricium cum imperio, ne quid ecclesia detrimenti pateretur, synodo jubeat interesse. Ea de re mandatum principis ad synodum pertulit magnus silentiarius; cum quo venit Eutyches, non tanquam ad episcoporum consessum, sed quasi ad bellum, non modo monachorum corona, sed excubitorum ac prætorianorum militum armis stipatus. Florentium gratulabundi patres excepere, nec sine magna Theodosii laude, quod clarissimi viri, cujus fides ac pietas spectata sit, præsidio synodum communisset.

e Niceph. lib.14.c.47.

Hic Eutychis fides in disceptationem vocatur, quidque de Christo crederet, proferre in medium jubetur. Is primum profiteri, dicturum se quæ ante non dixerit, paratum se esse amplecti quæ synodus imperabat. Verum postquam iterum atque iterum jussus est prodere, non quam ex imperio, sed quam ex animi sententia rectam fidem putaret esse; vomere continuo latentem saniem, & duas quidem asseverare naturas prius quam carni verbum copularetur: unam vero dumtaxat postquam divinitas ac servilis forma in unam hypostasim coiere. Patres vicissim monere illum, ut ad Nicæni symboli normam cogitationes suas dirigeret: hortari ut pie damnaret, quod impie probarat: urgere, ne per amentiam revelleret, quod majorum sapientia sempiterno jure defixerat: hominem denique tam salutaria monita respuentem, de sacerdotum sacrariis removent, a monasterii gubernaculis dejiciunt, & ab orthodoxorum segregant consortio: idque triginta episcoporum, & viginti trium abbatum subscriptionibus obsignant.

Incredibile est, quanta animi acerbitate ac rabie exarserit Eutyches. Eam itaque condemnationem ut abrogaret, omni ope ac machinatione enisus est. Ac primum affixis per trivia libellis, æquissimum illud synodi jus injuriam fuisse, publice contestatur. Deinde Leoni Romano episcopo scribit, [f] Nestorianam hæresim Constantinopoli revixisse, seque fictis criminationibus appetitum, oppressum, exturbatum; nec fuisse, cum ad apostolicam sedem provocaret, auditum. Commoverat ea res pontificem: sed acceptis mox Flaviani literis, synodique gestis omnibus, facile conquievit. Tum a pontificis cathedra per summum scelus Eutyches ad Augusti prætorium provocat: oratque, jubeat imperator, [g] acta concilii, quæ a Flaviano corrupta esse contendebat, recognosci coram

f Sancti Leonis ep. 8. 9. & 10.

g Act. 1. c.conc.

A Florentio patricio ab iisdem episcopis, præside Thalassio Cæsareæ Cappadociæ episcopo. Annuit Theodosius plus nimio lenis ac facilis ad aulicorum preces. Itaque reditur ad synodum, Protogene & Asterio consulibus, v. Idus Aprilis, cotam Macedonio tribuno in ecclesiæ baptisterio. Intruduntur & in eum locum, qui pro Eutyche pugnarent, monachi tres, Constantius, Eleusius & Constantinus, præter synodorum consuetudinem, & reclamantibus episcopis. Releguntur acta, retractantur testimonia, in singula diligenter inquiritur. Verum ea omnis suspicio recidit in auctorem: nam quo accuratius explorata sunt omnia, eo clarius ut Flaviani incorrupta fides enituit, ita nequissima fraus ac fallacia Eutychis detecta est. Qui frustra le-

B gitimis judicibus pertentatis, ad suæ tandem causæ subsidium fovere atque inflammare non est veritus dissensiones episcoporum. Imploravit enim patrocinium Dioscori Alexandrini episcopi, quippe graviter invidentis Flaviano ob Constantinopolitanæ sedis amplitudinem: Nec magno sane negotio illum Flaviani calumniator in suas partes pellexit: siquidem haud ægre in exulcerato animo fictum crimen insedit; cum præsertin Eutyches dum unam Christi naturam affirmabat, videri vellet patronus & assertor illius unitatis, quam sanctus Cyrillus ad-

C versus Nestorianam divisionem Ephesi tutatus est. Quocirca Dioscorus Cyrilli olim archidiaconus, postea vero in episcopatu successor, facile Cyrilli nomine, & inani quadam dogmatum similitudine captus est. Sed & verissime testatur apostolus, eos circa fidem solitos naufragari, qui bonam conscientiam repulere: repulerat autem perditissime Dioscorus, homo [h] profligatissimis moribus, blasphemus, Origenista, adulteriis & homicidiis, aliisque sceleribus inquinatus, quæ tamen ante electionem, ut hypocrita speciem sanctitatis ac pietatis præ se ferens, occultavit. Is igitur Dioscorus afflicto ac jacenti Eutychi fidem dextramque porrigit,

D agitque cum imperatore per literas, œcumenico res tantas indigere concilio, summas ecclesiarum simultates ac pugnas summa ecclesiæ auctoritate esse tollendas. Repugnat ex adverso Flavianus, reclamat [i] Leo, obstrepunt pii omnes. Gratiæ tamen plus datum, quam religioni.

1. Tim. 2. d.

h Concil. Calch. act. 3. Liberat. cap.12. Cedren. in Theodosio.

i Epist. 20. & 21.

Theodosius itaque infecto Dioscori partibus animo, indicit Ephesinam synodum secundam, consulibus Asterio & Protogene, hoc est, novemdecim annis a prima. Eo convenere Dioscorus Alexandrinus cũ Eutyche suo, Dominus Antiochenus Ioannis successor, Iuvenalis Hierosolymitanus, Flavianus CP. cum centum triginta & eo amplius episcopis. Leo quoque, ut

E voluntati imperatoris obsequeretur, sedis apostolicæ auctoritatem adhibuit, misitque apostolicos legatos Iulianum episcopum Puteolanum, Renatum presbyterum tit. sancti Clementis, Hilarum diaconum, & Dulcitium notarium, cum [k] epistolis, ad Flavianum una, ad synodum altera, quibus luculenter rectam fidem adversus Eutychis præstigias explanabat. Misit vicissim imperator tum Barsumam archimandritam, ut monachorum omnium nomine contra orientales episcopos, qui Eutychem damnaverant, ageret; tum Elpidium sacri consistorii comitem, qui synodi conservator esset & custos, & episcopis, a quibus Eutyches judicatus fuerat, judicandi adimeret potestatem.

k Leo epist. 15. & 16.

His

His tampudendis & tam infaustis rerum auspiciis Ephesi ad quartum Idus Augusti in sanctæ Mariæ basilica convenitur. Iubet Elpidius principio, de actis Constantinopolitanæ synodi quęstionem haberi. Obsistunt apostolici legati, priusque Leonis epistolas postulant recitari. Obstrepit Eutyches, eosque in suspicionem atque invidiam rapit, quod apud Flavianum pransi, olerent plus nimio Flavianum. Abscedunt synodo legati, tum ob pontificis literas ab hæreticis non receptas, suppressas etiam dolose; tum etiam quia juxta Romanæ ecclesiæ prærogativam, primatus in sedendo delatus eis non fuerat: postea tamen rediere. Verum Dioscorus & Barsumas, quibus nihil jure agere, sed vi manuque omnia miscere certum erat, legitimis disputationibus ac judiciis diffisi, militum copias conscribunt, validamque manum trecentorum monachorum; synodum irrumpunt armati; notariis qui synodi acta excipiebant, defringunt digitos, tabulasque concerpunt: Theodoretum Cyrensem, & Ibam Edessenum absentes, Domnum vero Antiochenum eo die ægrotantem, indicta causa condemnant, & ab episcopatu dejiciunt: Flaviano silentium imperant, ejusque comites in ferrum & catenas adigunt: per summos terrores ac minas extorquent episcoporum suffragia adversus Flavianum, cogunt subscribere puris albisque membranis, in quibus describendum quid esset ignorarent. Apostolici reclamant legati: sed cum nihil proficerent, per scutatos satellites elapsi, se velut e sicariorum agmine subduxere. Recitatur publice libellus, quem Eutyches synodo dederat cum symbolo, verbis illis sublatis: Qui conceptus est de Spiritu sancto ex Maria virgine. Acclamat libello Dioscorus, eamque Nicænam esse fidem prædicat. Pristinum in statum restituitur Eutyches: Eusebius autem Dorylæus & Flavianus hæreseos nomine conjiciuntur in vincula. Ad apostolicam sedem provocat Flavianus: provocantem Dioscorus, factus ex episcopo carnifex, tot pugnis calcibusque contundit, ut post triduum in exilio gravissime plagarum dolore conflictatus obierit. In demortui locum subrogant Anatolium diaconum, Dioscori apocrisiarium, nec ab Eutyche, ut ipsis videbatur, alienum. Victor Dioscorus lætitia gestit: & ne quid audaciæ, ne quid furoris abesset, postquam divini humanique quidquid est juris evertit, Alexandriam reversus, in ipsum tandem culmen ecclesiæ, hoc est, in Leonem pontificem, nefario novoque exemplo, anathematis jaculum contorsit.

m Conc. Calch. action. 3. Acerbo [m] tantæ calamitatis accepto nuntio per Hilarum diaconum, dici vix potest quanto animi mœrore Leo Flaviani necem, episcoporum terrorem ac fugam, divulsas ecclesias, prostratam fidem, exultantem hæresim deplorarit. Ad eum itaque luctum squaloremque levandum omni ope solertiaque incubuit; coacta quamprimum Romæ synodo, quidquid Ephesi fuerat actum, damnavit ac rescidit. Crebris deinde institit literis Theodosium & Pulcheriam Augustam urgere, ut unanimi consensu synodus altera, quæ Ephesinam ignominiam & labem deleret, intra fines Italiæ cogeretur. Sed & cum multis Italiæ episcopis obviam prodiit Valentiniano Augusto, qui cum reginis, hoc est, cum matre Galla Placidia, & conjuge Eudoxia Romam religionis causa ad apostolorum limina veniebat: cum illis Ephesini concilii, seu potius latrocinii flagitia commiserabili fletu crebrisque singultibus exposuisset, lacrymas reginis excussit, & tum eas, tum Valentinianum orando compulit, uti Theodosio scriberent, efficerentque ut alio rursus concilio, quæ perperam gesta fuerant Ephesi, retractarentur. Scripsit Augustus Augusto, scripsere reginæ. Verum Eutychianis fabulis ac dolis irretita Theodosii mens, nullis literis, nullis precibus, nulla suorum necessitudine flecti potuit. Quin potius publicis legibus Flavianum damnavit, Ephesinamque synodum Nicænæ jussit æquari. At neque leves, neque seras tanti facinoris pœnas dedit. Siquidem haud multo post, dum equitaret, collapso equo graviter elisus atque exanimatus est, hærede nullo relicto.

Ejus soror Pulcheria Marciano clarissimo senatori & orientis imperium, suffragante senatu, & seipsam in matrimonium dedit. Marciani egregia probitas, & omnium sermone celebrata religio Leonem impulere, ut ab eo per literas quod a Theodosio non potuerat, consequi niteretur. Assensere Marcianus & Pulcheria, & ultro citroque datis ad Leonem, acceptisque literis, Nicæam concilii gratia sexcentos triginta episcopos evocarunt. Apostolici vero legati, quos miserat Leo, Paschasinus Lilybetanus, Lucentius Asculanus, Iulianus Coensis, episcopi, & Bonifacius presbyter, cum permagni interesse existimarent ad res componendas, tumultusque Eutychianarum partium sedandos, si in synodo Marcianus interesset, obnixe illum rogarunt eo loci concilium transferret, quo & ipse non incommode posset accedere. Eam ob rem Calchedonem Bithyniæ, quæ Constantinopoli septem stadiis abest, translata fuit synodus, & haberi cœpta octavo Idus Octobris, Marciano & Adelphio consulibus, legatis apostolicis præsidentibus, in æde sanctissimæ virginis ac martyris Euphemiæ. Ibi adfuerunt amplissimus senatus, & aliquot alii proceres, qui judices in concilio nominantur, ab imperatore præfecti, non ut de rebus ad fidem & religionem spectantibus decernere ac judicare deberent, sed tantum ut sua auctoritate strepitus ac turbas comprimerent. Nam in actione secunda, se doceri debere ab episcopis palam ipsi judices profitentur: & in actione tertia, cum Dioscorus præsentiam judicum requireret, episcopi responderunt, quando regularia tractantur, nullos judices laicos interesse posse: & in eadem actione iidem episcopi affirmant, a Deo solis episcopis datam auctoritatem episcopos judicandi.

Principio clamaverunt apostolici legati, fas non esse ut Dioscorus, qui reus sit, & ab aliis judicandus, inter episcopos sedeat de aliis judicaturus. Ea res dum ultro citroque inter legatos & judices agitur, Eusebius Dorylensis adversus Dioscorum judicibus libellum obtulit plenum flagitiis ac furoribus Ephesini conventus. Quo perlecto jussu judicum, Constantinus qui erat a secretis consistorii, tum Constantinopolitanæ, tum Ephesinæ secundę synodi acta omnia de Eutychis & Dioscori causa publice recitavit: ex quibus cum nefariæ illorum hæreses & inaudita crudelitatis exempla patuissent, fremere patres adversus Dioscorum, impii parricidæ non ferre præsentiam, vultu, oculis, clamore hominem percellere.

Postea dies secundam excepit actionem, in qua

qua publice recitatum Nicænũ, Constantinopolitanumq; symbolũ; deinde Cyrilli ad Nestoriũ & ad Ioannem Antiochenum literæ: tum Leonis ad Flavianum epistola, cui illis verbis acclamaverunt episcopi: Petrus per Leonem ita locutus est: apostoli ita docuerunt.] Dioscorus scelerum conscientia consternatus, nec secundæ interfuit actioni, nec tertię: in qua cum ad judicium posceretur Eusebii Dorylensis libello, patrum jussu per Constantinum, Acacium & Atticum episcopos vocatur ad synodum. Se a lictoribus respondit, ne domo exeat, prohiberi. Sed facta mox a lictorum magistro exeundi potestate, negavit se venturum in synodum, a qua senatum & judices tunc abesse cognoverat. Iterum ad illum tres alii diriguntur episcopi, Pergamius, Cecropius, Rufinus. Morbum impudenter excusat. Interea Athanasius, Theodorus, Ischyrion & Sophronius Alexandrini in synodum admissi, datis libellis gravissimas, quibus a Dioscoro affecti fuerant, injurias exposuere: vastatos agros, incensa prædia, sublatas uxores alienas, stupratas virgines, fœdata connubia, aliaque id genus scelera. Quibus commoti patres, tertio adhuc hominem accersunt per Francionem, Lucianum & Ioannem episcopos. Sed nihilo plus ea die, quam aliis, actum est. Tum apostolici legati summatim commemoratis sceleribus, quorum & Alexandrinis testimoniis, & publicis Ephesinæ synodi actis convictus fuerat Dioscorus, ex Leonis pontificis sententia pronuntiant, illum & episcopali honore, & sacerdotum functionibus omnibus privatum esse. Eam sententiam Anatolius Constantinopolitanus episcopus, ceterique patres universi gravissimis verbis comprobant, atque Augusto & Augustę significant, ac publicis evulgant edictis, & Alexandrinæ perscribunt ecclesiæ.

Damnato Dioscoro reditum est ad Leonis epistolam, & ad constabiliendam rectam fidei formulam. Hic plerique episcopi clamaverunt a Dioscoro se circumuentos Ephesi, metuque adactos fuisse, saperent, dicerent, scriberent quæ non oportebat: errato supplices precantur ignosci. Iubentur itaque singuli seorsim suæ confessionis ac fidei libellum conscribere: conscribunt, & Leonis epistolam ut inviolabilem orthodoxi dogmatis normam venerati, veniam facile consequuntur, præter Ægyptios episcopos, & nonnullos archimandritas: qui tamen petierunt ut liceret sibi novum episcopum Alexandrinum, ex cujus voluntate subscriberent, opperiri. Neque id ipsis denegatum, jurejurando tamen & vadimonio obstrictis, se Calchedone non abituros quoad sancta synodus imperarit.

Cogitatum deinde de conscribenda fidei formula, quæ omnes in unum devinciret ecclesias. Habitus ex singulis provinciis delectus quorumdam episcoporum, qui in eam rem incumberent cum legatis apostolicis & Anatolio Constantinopolitano, seorsim in ecclesiæ secretario. Hi vero ad Leonis epistolam velut ad normam columnamque veritatis, cum suam omnem deliberationem exigere studuissent, Christum dominum perfectum Deum, perfectum hominem ex duabus naturis inconfuse atque incommutabiliter consistentem, & divinitate quidem Deo patri, humanitate vero nobis esse consubstantialem, ac per omnia similem, si peccatum excipias, decrevere; sententiis omnibus, quæ ullo modo videri possunt ab hoc dogmate dissidere, damnatis. Id a delectis patribus definitum esse postquam Marciano Augusto renuntiatum est, confestim octavo Kalendas Novembris cum plurimis clarissimis viris Calchedonem venit, non ostentandæ potestatis gratia, sed ut universos patres ad rectæ fidei rationem cohortaretur: idque oratione Latine primo, deinde Græce pronuntiata. Ex qua tantus extititanimorum ardor, ut post benevolentissimas erga imperatorem & Augustam acclamationes, in eam formulam quam tunc apostolici legati cum Anatolio & collegis ediderant, ab universis episcopis itum sit, summoque consensu subscriptum.

Explicata fide, de variis episcoporum controversiis actum est. Ibas & Theodoretus suis ecclesiis restituti: editique post legatorum judicumque discessum nonnulli canones, quorum unus, adnitente in primis Anatolio, secundum Constantinopolitanæ ecclesiæ post Romanam locum deferebat. Id postquam audivere legati, quam primum regressi cum judicibus, comprimere episcoporum audaciam studuere. Sed illi cum Leonem non dissensurum sperarent, ab eo per epistolam ut synodum & synodi canones ratos haberet, petiere. At longe aliter res evenit. Leo siquidem, sicut eorum quæ adversus hæreticos illi decreverant, fuit constantissimus approbator, ita se ambitionis acerrimum præbuit vindicem, haud quaquam passus, ecclesiarũ jura, quæ a Nicænis patribus constituta fuerant, commutari. Itaq; Calchedonensem canonẽ de Constantinopolitanæ ecclesiæ prærogativa rejecit, & Iuvenalem Hierosolymitanum duabus Palæstinis sibi subjiciendis inhiantem coercuit, aliaque id genus disertissimis verbis abrogavit: [n] Si quid (inquit) ab his fratribus, quos ad sanctam synodum vice mea misi, præter id quod ad causam fidei pertinebat, gestum esse perhibetur, nullius erit penitus firmitatis: quia ad hoc tantum ab apostolica sede sunt directi, ut excussis hæresibus, catholicæ essent fidei defensores.] Et rursus ad episcopos qui in sancta Calchedonensi synodo convenerant: [o] Fraterna, inquit, universitas, & omnium fidelium corda cognoscant, me non solum per fratres, qui vicem meam executi sunt, sed etiam per approbationem gestorum synodalium, propriam vobiscum iniisse sententiam, in sola videlicet fidei causa, quod sæpe dicendum est, propter quam generale concilium & ex præcepto Christianorum principum, & ex consensu apostolicæ sedis placuit congregari, damnatis hæreticis, qui si corrigi voluissent, nulla penitus resideret de vera domini nostri Iesu Christi incarnatione dubitatio.] Gelasius quoque ea quæ per incompetentem præsumptionem illic prolata, vel potius ventilata sunt, quæ sedes apostolica gerenda nullatenus delegavit, imo potius ab ejus vicariis aperte rejecta sunt, ab eadem apostolica sede nulla ratione approbata commemorat.

n Epist. 62. ad Max. Antioch.

o Epist. 61.

Marcianus vero imperator animo ad fidem ecclesiamque tuendam atque amplificandam intentissimo, severis legibus cavit, ne quis Calchedonensium patrum decreta vocaret in dubium. Antiquavit & Theodosii sanctionem adversus

versus Flavianum, cujus utpote gloriosissimi martyris reliquiæ Constantinopolim magna ceremonia ac populi pietate jam delatæ fuerant. In Eutychianos exilia, aliaque supplicia constituit, ac vetuit ne in episcopi aut presbyteri honorem, aut in monachorum ullam admitterentur sodalitatem: docentes eam hæresim ultimo supplicio affici jussit. Dioscorum, in cujus locum Calchedonensis synodus Proterium suffecerat, ejecit in urbem Paphlagoniæ, Gangrenam nomine, ubi & animam miserabiliter exhalavit. Iussit & Eutychem exulare: sed cum exul iis etiam inter quos agebat, venena inspergere non desistet, hortatu Leonis & imperatoris edicto in longiora ac secretiora loca ablegatus est.

Magna denique & illustria sunt apud sanctos patres hujus Calchedonensis synodi præconia. Itaque Leo Pontifex: [p] Quæ, inquit, apud Calchedonensem synodum de Christi domini incarnatione firmata sunt, nulla permittas retractatione pulsari: quia in illo concilio per Spiritum sanctum congregato tam plenis atque perfectis definitionibus cuncta firmata sunt, ut nihil ei regulæ, quæ ex divina inspiratione prolata est, aut addi possit, aut minui.] Gelasius quoque ad Euphemianum, quæ in hac synodo Calchedonensi pro fide & communione catho-

p Epist. 71. ad Leon. Aug.

A lica, lege apostolica definita sunt, vere certeque sectanda confirmat. Idem etiam in synodo septuaginta episcoporum, hoc concilium a patribus institutum & recipiendum & custodiendum præcipit. Gregorius [q] multis in locis illos qui hanc synodum rejiciunt, aut aliquid addendum vel detrahendum præsumunt, sub anathematis pœna detestatur. Martinus primus in Lateranensi synodo [r] hoc concilium ex animo amplectitur. synodus [s] quinta ejus dogmata fidemque defendit. Sexta synodus [t] hoc concilium mirifice laudat, & Leonis epistolam ad Flavianum rectæ fidei titulum nominat. Septima item & octava synodus idem confirmant.

q Lib. 1. ep. 24. lib. 2. ep. 10. lib. 3. ep. 4. lib 7. ep. 13.
r Sect. 5.
s Collat. 3.
t Actio. 17.

B De canonibus autem hujus concilii illud est animadvertendum, quamvis in vulgatis exemplaribus descripti sint in actione decima quinta, Pelagium tamen & sanctum Gregorium affirmare illos editos fuisse statim post fidei definitionem. Quod intelligendum est de veris & legitimis canonibus tantum: nam posteriores illi tres, quorum primus est de privilegiis ecclesiæ Constantinopolitanæ, ab episcopis orientalibus promulgati fuerunt absoluta decima quarta actione, postquam legati apostolici discesserant, ut ex decima sexta actione cognoscitur.

ANNO CHRISTI 451.

ΤΟΜΟΣ ΠΡΩΤΟΣ ΠΕΡΙΕΧΩΝ ΤΑΣ ΠΡΟ ΤΗΣ ΣΥΝΟΔΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΑΣ

εἰς αὐτὴν ἀνηκούσας.

I. PARTIS EPIST. I. ET II.

PRIMA PARS, IN QVA HABENTVR EPISTOLÆ AD SYNODVM PERTINENTES,

ante illam scriptæ.

Ἐπιστολὴ τοῦ ἀρχιεπισκόπου Ῥώμης Λέοντος, ἀντιγραφεῖσα πρὸς Εὐτυχῆ.

Τῷ ποθεινοτάτῳ υἱῷ Εὐτυχεῖ πρεσβυτέρῳ, Λέων ἐπίσκοπος.

α΄.

ΕΙΣ γνῶσιν ἡμετέραν διὰ τῶν τῆς σῆς ἀγάπης ἐπιστολῶν ἀνήνεγκας, ὅτι ἡ Νεστοριανὴ αἵρεσις τινῶν πάλιν ταῖς σπουδαῖς ἀνθεῖ. τὸν ζῆλον τὸν σὸν ἐκ τούτου τὸ μέρος ἡμῖν ἀρέσαντα ἀντιγράφομεν, ἐπειδὴ μηνυτὴς τοῦ σοῦ λογισμοῦ ἐστὶν ὁ λόγος ὃν ἐδεξάμεθα. διὸ μὴ ἀμφιβάλῃς τὸν ἀρχηγὸν τῆς καθολικῆς πίστεως τὸν δεσπότην ἐν πᾶσί σοι παρεσόμενον. ἡμεῖς δὲ ὅτε πληρέστερον, ὧν τῇ ἀναιδείᾳ τοῦτο γίνεται, δυνηθῶμεν γνῶναι, ἐπάναγκές ἐστι τοῦ δεσπότου βοηθοῦντος προνοῆσαι, ἄχρις οὗ ὁ ἀθέμιτος ἰὸς ὁ πάλαι κατακριθεὶς, ῥιζόθεν δυνηθῇ σβεσθῆναι. ὁ Θεὸς ὑγιῆ σε διαφυλάξει, υἱὲ ποθεινότατε.

Epistola Leonis archiepiscopi Romæ ad Eutychem.

Dilectissimo filio Eutychi presbytero, Leo episcopus.

I

D AD notitiam nostram tuæ dilectionis ['] epistola retulisti, quod Nestoriana hæresis quorumdam rursus studiis pullularet. Sollicitudinem tuam ex hac parte nobis placuisse rescribimus, quoniam index animi tui est sermo quem sumpsimus. Vnde non ambigimus auctorem catholicæ fidei dominum tibi in omnibus affuturum. Nos autem cum plenius, quorum hoc improbitate fiat, potuerimus agnoscere, necesse est auxiliante domino providere, quatenus nefandum virus dudumque damnatum, radicitus possit extingui. Deus te custodiat ['] incolumem, ['] dilectissime fili. ['] Datum Kalendis Iunii, Postumiano & Zenone viris clariss. E coss.

' in cod. Bohieriano legitur *literis* & ad marginem post notam B. *epistolis.*
' ambigis
' salvum
' desiderantissime
' Explicit Leonis epistola data

Ἐπιστολὴ τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Ῥώμης Λέοντος πρὸς Φλαβιανὸν ἀρχιεπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως.

Τῷ ποθεινοτάτῳ ἀδελφῷ Φλαβιανῷ ἐπισκόπῳ.

β΄.

ΟΠΟΤΕ ὁ χριστιανικώτατος καὶ φιλανθρωπότατος βασιλεὺς ἁγίᾳ καὶ ἐπαινετῇ πίστει

Epistola sanctissimi archiepiscopi Romæ Leonis ad Flavianum archiepiscopum Constantinopolitanum.

Dilectissimo fratri Flaviano episcopo, Leo episcopus.

II.

CVM Christianissimus & clementissimus imperator * sanctæ & laudabilis fidei pro

* sancta & laudabili fide *ex Gr.*
' in c. Boh. sancta ac laudabili fide

I. PARTIS EPIST. II.

pro ecclesiæ catholicæ pace solicitus, ad nos scripta transmiserit de his, quæ apud vos perturbationis strepitum commoverunt, miramur fraternitatem tuam, quidquid illud scandali fuit, nobis silere potuisse, & non potius procurasse, ut primitus nos insinuatio magis tuæ 'relationis instrueret, ne de rerum gestarum fide possemus ambigere. Accepimus enim libellum 'Eutychetis presbyteri, qui se queritur, accusante Eusebio episcopo, immerito communione privatum, maxime cum evocatum se adfuisse testetur, nec sui præsentiam denegasse; adeo ut in ipso judicio libellum appellationis se asserat obtulisse, nec tamen fuisse susceptum; qua ratione compulsus sit, ut contestatorios libellos in Constantinopolitana urbe proponeret. Quibus rebus intercedentibus, necdum agnoscimus, qua justitia a communione ecclesiæ fuerit separatus. Sed respicientes ad causam, facti tui nosse volumus rationem, & usque ad nostram notitiam cuncta deferri: quoniam nos, qui sacerdotum domini matura volumus esse judicia, nihil possumus incognitis rebus, in cujusquam partis præjudicium definire, priusquam universa quæ gesta sunt, veraciter audiamus. Et ideo fraternitas tua per idoneam 'maxime aptamque personam plenissima nobis relatione significet, quid contra antiquam fidem novitatis emerserit, quod severiori sententia dignum fuerit vindicari. Nam & ecclesiastica moderatio, & * religiosa piissimi principis fides, multam nobis solicitudinem Christianæ pacis * inducunt; ut amputatis dissensionibus, fides catholica inviolata servetur; & his qui prava defendunt, ab errore revocatis, nostra auctoritate, quorum fides probata fuerit, muniantur. Nec aliqua poterit ex hac parte difficultas afferri, cum memoratus presbyter libello proprio sit professus, paratum se esse ad corrigendum, si quid in se inventum fuerit quod reprehensione sit dignum. Decet enim in talibus causis hoc maxime provideri, ut sine strepitu concertationum & caritas custodiatur, & veritas defendatur, frater carissime. Et ideo quia dilectio tua de tanta causa nos videt necessario esse solicitos, quam plenissime & lucide universa nobis, quod ante facere debuit, indicare festinet: ne inter assertiones partium aliqua ambiguitate fallamur, & dissensio, quæ in suis initiis abolenda est, nutriatur: cum in corde nostro ea observantia Deo inspirante permaneat, ne constitutiones venerabilium patrum divinitus roboratæ, & ad soliditatem fidei pertinentes, prava cujusquam interpretatione violentur. Deus te custodiat incolumem, frater carissime. Datum XII. Kalend. Maii, 'Asterio & Protogene viris clariss. coss.

'revelationis

'Eutychis

* religiosissimi

* in lucunt,

'Asturio sive Austurio.

ὑπὲρ τῆς εἰρήνης τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας μεριμνῶν, πρὸς ἡμᾶς γράμματα διεπέμψατο περὶ τούτων, ἅ τινα παρ᾽ ὑμῖν ταραχῆς κτύπον ἐνεποίησαν, θαυμάζομεν τὴν σὴν ἀδελφότητα, τί αὐτόθι σκάνδαλον γεγένηται, ὅπερ πρὸς ἡμᾶς ἡσυχάσαι δεδύνηται, καὶ μὴ μᾶλλον φροντίσαι, ὥστε πρὸ πάντων διδασκαλίᾳ σῆς ἀναφορᾶς ἡμᾶς διδάξαι, ἐφ᾽ ᾧ τε ἡμᾶς περὶ τῆς πίστεως τῶν πραχθέντων μὴ δύνασθαι ἀμφιβάλλειν. ἐδεξάμεθα γὰρ λίβελλον Εὐτυχοῦς τοῦ πρεσβυτέρου, ὅστις μέμφεται, κατηγοροῦντος Εὐσεβίου ἐπισκόπου, ἀναξίως ἑαυτὸν τῆς κοινωνίας ἐστερῆσθαι· καὶ μάλιστα, ὡς ἐμαρτύρατο, ὅτι κληθεὶς παρεγένετο, καὶ τὴν ἰδίαν παρουσίαν οὐκ ἠρνήσατο· ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε ἐν αὐτῷ τῷ δικαστηρίῳ λίβελλον ἐκκλήτου ἐπιδεδωκέναι αὐτόν· ὅθεν ἠναγκάσθη διὰ μαρτυρίας λιβέλλοις ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει προθεῖναι. τῶν πραγμάτων γεγενημένων, οὔπω ἐπιγινώσκομεν, ποίᾳ δικαιοσύνῃ ἀπὸ τῆς κοινωνίας τῆς ἐκκλησίας ἐγένετο κεχωρισμένος. ἀλλὰ προσέχοντες τῇ αἰτίᾳ, θέλομεν τοῦ σοῦ φάκτου τὸν λογισμὸν μαθεῖν, καὶ πάντα ὑπερτεθῆναι ἄχρι τῆς ἡμετέρας γνώσεως· ἐπειδὴ ἡμεῖς οἱ βουλόμενοι τῶν ἱερέων τοῦ δεσπότου δικαίας εἶναι τὰς κρίσεις, οὐδὲν δυνάμεθα, μὴ διαγνωσθέντων τῶν πραγμάτων, εἴς τινος μέρους πρόκριμα ἀποφήνασθαι, πρὶν ἢ τὰ πραχθέντα ἀκούσωμεν. καὶ διὰ τοῦτο ἡ σὴ ἀδελφότης δι᾽ ἐπιτηδείου μάλιστα, καὶ ἁρμοδίου, πληρεστάτῃ ἀναφορᾷ γνωρίσει ἡμῖν, τίς κατὰ τῆς ἀρχαίας πίστεως καινότης ἀνέκυψεν, ὅπερ αὐστηρᾷ ἀποφάσει ἄξιον ἐγένετο τοῦ ἐκδικηθῆναι. καὶ γὰρ ἡ ἐκκλησιαστικὴ διοίκησις, καὶ τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως ἡ πίστις πολλὴν ἡμῖν φροντίδα περὶ τῆς τῶν χριστιανῶν εἰρήνης ἐνέβαλεν· ἵνα περιαιρεθεισῶν τῶν διχονοιῶν ἡ καθολικὴ πίστις ἀμόλυντος διαφυλαχθείη· καὶ τούτων οἵτινες τὰ φαῦλα ἐκδικοῦσιν, ἀπὸ τῆς πλάνης ἀνακληθέντων, τῇ ἡμετέρᾳ αὐθεντίᾳ, ὧν αὖ δοκιμασθῇ ἡ πίστις, ὀχυρωθῶσι. καὶ μηδεμία δυσχέρεια ἐκ τούτου τοῦ μέρους προσαχθῇ· ὁπότε ὁ μνημονευθεὶς πρεσβύτερος ἐν τῷ ἰδίῳ λιβέλλῳ ὡμολόγησεν ἕτοιμον ἑαυτὸν εἶναι πρὸς διόρθωσιν, εἴ τι εἰς αὐτὸν εὑρεθείη, ὅπερ ἐστὶν ἄξιον ἐπιλήψεως. πρέπει γὰρ ἐπὶ τῶν τοιούτων αἰτιῶν τούτου μάλιστα φροντίζειν, ὥστε ἐκτὸς θορύβου καὶ φιλονεικίας, καὶ τὴν ἀγάπην φυλάττεσθαι, καὶ τὴν ἀλήθειαν ἐκδικεῖσθαι, ἀδελφὲ τιμιώτατε. καὶ διὰ τοῦτο, ἐπειδὴ ἡ σὴ ἀγάπη περὶ τῆς τοσαύτης αἰτίας συνορᾷ ἡμᾶς ἀναγκαίως εἶναι ἐν φροντίδι, πληρέστατα καὶ τηλαυγέστατα σύμπαντα ἡμῖν, ὅπερ ἤδη ποιῆσαι ὤφειλε, δηλῶσαι σπουδάσει· ἵνα μὴ μεταξὺ τῆς διδασκαλίας τῶν μερῶν, ἀμφιβολίᾳ τινὶ ἀπατηθῶμεν, καὶ διχόνοια τραφῇ, ἥτις ἐν ταῖς ἰδίαις ἀρχαῖς ἐξαλειπτέα ἐστίν. ἔστι γὰρ ἡμῖν καταθύμιον καὶ παραφυλακτέον, τοῦ Θεοῦ ἐμπνέοντος, ἵνα μὴ αἱ διατυπώσεις τῶν προσκυνητῶν πατέρων, θεόθεν τὴν ἰσχὺν ἔχουσαι, καὶ εἰς τὴν τελειότητα τῆς πίστεως ἀνήκουσαι, φαύλῃ τινὸς ἑρμηνείᾳ μολυνθῶσιν. ὁ Θεὸς ὑγιῆ σε διαφυλάξει, ἀδελφὲ τιμιώτατε.

EIUSDEM

ANNO CHRISTI 451.

PARTIS I. EPIST. III. ET IV.

EIUSDEM LEONIS PAPÆ EPISTOLA ad Theodosium Augustum.

Leo episcopus Theodosio Augusto.

III.

QVANTVM præsidii dominus ecclesiæ suæ in fide vestræ clementiæ præparauit, his etiam literis quas ad me misistis, ostenditur, ut vobis non solum regium, sed etiam sacerdotalem animum inesse gaudeamus: siquidem præter imperiales & publicas curas, piissimam solicitudinem Christianæ religionis habetis, ne scilicet in populo Dei aut schismata, aut hæreses, aut ulla scandala convalescant: quia tunc est optimus regni vestri status, quando sempiternæ B & incommutabili trinitati, unius deitatis confessione servitur. Quid autem in Constantinopolitana ecclesia pertubationis acciderit, quod ita fratrem & coepiscopum nostrum Flavianum potuerit commovere, ut Eutychem presbyterum communione privaret, nondum potuimus evidenter cognoscere. Quamvis enim prædictus presbyter ad sedem apostolicam per libellum doloris sui querimoniam miserit, breuiter tamen aliqua prælibavit, asserens se Nicænæ synodi constituta servantem, frustra in fidei diversitate culpatum. Eusebii autem episcopi accusatoris ejus libellus, cujus exemplaria ad nos prædictus presbyter misit, de objectionis evidentia nihil habeat: & cum presbytero hæreseos crimen intenderet, quem tamen in eo sensum arguerit, non evidenter expressit, quamvis & ipse episcopus Nicænæ synodi profiteatur in hac re se esse decretis; propter quod non habuimus, unde aliquid disceremus. Et quia causæ meritum, fidei ratio, & laudabilis solicitudo vestræ pietatis exegit, necesse est jam locum subreptionibus non patere; sed prius de quibus eum æstimat arguendum, instrui nos oportet, ut possit de bene cognitis congrue judicari. Ad prædictum autem episcopum dedi literas, quibus mihi displicere cognosceret, quod ea quæ D in tanta causa gesta fuerant, etiam nunc silentio reticeret, cum studere debuerit primitus nobis cuncta reserare. Quem credimus, vel post admonitionem omnia ad nostram notitiam relaturum; ut in lucem ductis his quæ adhuc videntur occulta, id quod evangelicæ & apostolicæ doctrinæ convenit, judicetur. Data ad Kal. Maii, Asterio & Protogene viris clariss. coss.

EPISTOLA FLAVIANI ARCHIEPISCOPI Constantinopolitani ad Leonem ' papam urbis senioris Romæ de erroribus impii Eutychetis.

' archiepiscopum.

Sanctissimo & beatissimo patri & consacerdoti Leoni, Flavianus in domino salutem.

IV.

PIETATE & recta prædicatione verbi veritatis nihil honorabilius sacerdotibus, sicut nostri, Deo amantissime Omnis enim nostra spes atque salus, & retributio promissorum bonorum, in his est. Propterea omnia facienda a nobis sunt, & laborandum pro vera fide, & expositionibus dogmatibusque sanctorum patrum; quatenus per omnia, & inter omnes concussiones rerum integra hæc & inviolata salventur atque custodiantur. Necessarium itaque fuit nunc etiam nos videntes lædi orthodoxam A fidem, & renovari Apollinaris & Valentini hæreses ab Eutyche monacho, non hoc despicere, sed in aperto hoc pro cautela populi revelare. Iste enim Eutyches absconditum in se languorem malæ sectæ retinens, insiliens nostræ mansuetudini, inverecunde & impudenter in multos impietatem propriam præsumpsit inferre, dicens, ante inhumanationem quidem salvatoris nostri Iesu Christi duas naturas esse divinitatis & humanitatis, post * unitatem vero, unam naturam factam: neque sciens quod dicit, neque de quibus affirmat. Neque enim unitas convenientium in Christo duarum naturarum sicut una re proprietates suas in unitate confudit, sed manent in unitate perfectæ naturarum proprietates. Adjecit autem & aliam impietatem, dicens, corpus domini quod ex Maria factum est, non esse nostræ substantiæ, neque humanæ conspersionis; sed humanum quidem illud vocat, non tamen nobis consubstantiale, neque genitrici ejus secundum carnem. Et hæc ajebat, cum in gestis Ephesi habitis a sancto & universali concilio, in epistola scripta ad impium damnatumque Nestorium, aperte sic habeatur: Quia diversæ quidem ad unitatem veram concurrere naturæ, unus autem ex ambabus Christus Dei filius: non tamquam naturarum differentia sit perempta propter unitatem, sed potius C effecerit nobis unum dominum Iesum Christum, divinitatis & humanitatis per ineffabilem & intelligibilem ad unitatem concursionem. Et hoc non latet tuam sanctitatem, cum omnino legerit gesta, quæ Ephesi sunt confecta. Quæ pro nihilo ponens idem Eutyches, arbitratur non se daturum pœnam præfinitam a sancto illo & uniuersali concilio, quoniam per hæc multi simpliciores ex ejus eloquiis in fidei sermone læduntur. Accusatum vero eum a reverendissimo Eusebio, & occurrentem in sanctum concilium, & voce sua sectam propriam retegentem, alienumque existentem a recta fide damnavimus, sicut docebunt vestram sanctitatem omnia quæ super eo sunt gesta, quæque direximus cum nostris his literis. Iustum autem est & hoc vobis, sicut arbitror, intimari, quia idem Eutyches passus justam canonicam damnationem, cum debuisset secundis salvare priora, & per pœnitentiam perfectam, multasque lacrymas placere Deum, nostrumque cor vehementer contristatum in ejus ruina, per veram sanare pœnitentiam; non solum hoc non fecit, sed etiam per omnia conturbare sanctam, quæ apud nos est, ecclesiam festinauit, propositiones injuriarum publice ponens, & maledictionibus plenas, super hæc & preces offerens piissimo & Christi amantissimo imperatori, & E easdem arrogantia & petulantia plenas, per omnia divinas regulas conculcare conatus est. Sed his ita ' gestis, literæ nobis datæ sunt vestræ sanctitatis per admirabilem comitem Pansophium, per quas sumus edocti, quia idem Eutyches libellos direxit vobis plenos omni fallacia atque calliditate, dicens judicii tempore libellos se dedisse appellationis & nobis & hic convenienti sancto concilio, & appellasse vestram sanctitatem: quod nequaquam ab eodem factum est. Sed etiam & in hac parte mentitus est, tamquam per fallaciam mendacii subrepere se sanctis vestris auribus putans. Commotus itaque, sanctissime pater, in his omnibus quæ ab eo præsumpta sunt, & ob ea quæ in nos & sanctissimam ecclesiam

* unitione. 1. Tim. 1. v. 7.

Epist. Cyrilli ad Nestor. in concil. Ephes. par. 1. c. 8.

' sequutis.

PARTIS I. EPIST. V.

ANNO CHRISTI 451.

ecclesiam facta sunt, atque fiunt, pro consueta A ' fiducia fiducialiter age, secundum quod sacerdotio competit: propriamque faciens communem causam, & sanctarum ecclesiarum disciplinam, simul decernere ' damnationem adversus eum regulariter factam & per propria scripta dignare, confortare autem & piissimi & Christo deditissimi nostri imperatoris fidem. Causa enim eget solummodo vestro solatio atque defensione, qua debeatis consensu proprio ad tranquillitatem & pacem cuncta perducere. Sic enim hęresis quæ surrexit, & turbæ quæ propter eum factæ sunt, facillime destruentur, Deo cooperante per vestras sacratissimas literas. Removebitur autem & concilium, quod fieri divulgatur, quatenus nequaquam ubique sanctissimę turbentur ecclesiæ. Omnium quæ vobiscum est, fraternitatem, ego & qui mecum sunt, salutamus. Incolumis in domino, & orans pro nobis, doneris ' ecclesiæ & nobis, religiosissime & sanctissime pater.

' consuete fiducialiter

' in damnatione facta

' abest a cod. Boh.

' *Exemplum fidei Flaviani episcopi Constantinopolitani, manu propria ab ipso scripta, & imperatori poscenti exhibita.*

' in c. Boh. Rescriptū de fide factum manu propria FL. ep. CP. datum ab eo poscenti imp.

Flavianus episcopus Constantinopolitanus, piissimo & amatori Christi imperatori nostro Theodosio salutem.

V.

1. Petr. 3. v. 15.
Rom. 1. v. 16.

NIHIL ita convenit sacerdoti Dei, & dogmatibus erudito divinis, quam paratum esse ad satisfactionem omni poscenti eum rationem de spe quæ in nobis est, & gratia. Non enim erubesco evangelium Dei. Virtus enim Dei est ad salutem omni credenti. Quia igitur & nos misericordia regis omnium Christi Dei, sacerdotium ' evangelii sortiti sumus, sapimus recte atque inculpabiliter, semper scripturas divinas sequentes, & expositiones sanctorum patrum, qui in Nicæa convenerunt, & centum quinquaginta qui * hic congregati sunt, & qui in Epheso sub sanctæ memoriæ Cyrillo, qui fuit Alexandrinus episcopus: & prędicamus unum dominum nostrum Iesum Christum, ante sæcula quidem ex Deo patre sine principio natum secundum divinitatem, in novissimis autem diebus eumdem propter nos & propter nostram salutem ex Maria virgine secundum humanitatem, Deum perfectum, & hominem perfectum eumdem in assumptione animę rationalis & corporis, consubstantialem patri secundum divinitatem, & consubstantialem matri eumdem secundum humanitatem. In duabus utique naturis confitentes Christum post incarnationem ex sancta virgine, & inhumanationem, in una subsistentia & una persona unum Christum, unum Filium, unum dominum confitemur. Et unam quidem verbi Dei naturam, incarnatam tamen & inhumanatam, dicere non negamus, eo quod ex ambabus unus atque idem sit dominus noster Iesus Christus. Eos vero qui aut duos filios, aut duas subsistentias, aut duas personas annuntiant, & non unum & eumdem dominum Iesum Christum filium Dei vivi prędicant, anathematizamus, & alienos esse ab ecclesia judicamus: & ante omnes Nestorium impium anathematizamus, & sapientes quæ ejus sunt, ac loquentes ea: & abscindantur hujusmodi a filiorum adoptione, promissa recte credentibus. *Et post hæc adjecit, & * in annotationibus scripsit:* Domine Christe, adjuva nos Deus. *& iterum*: Hæc scripsi mea manu ad satisfactionem vestræ potestatis, & ut confundantur calumniam facientes nostræ bonę & simplici in Christo conversationi.

' tale

* Constantinopoli

* *signis subsignavit:*

B Ἀντίγραφον τῆς ἰδιοχείρου πίστεως Φλαυιανοῦ ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, ἐπιδοθείσης παρ' αὐτοῦ αἰτήσαντι τῷ βασιλεῖ.

Φλαυιανὸς ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως τῷ εὐσεβεστάτῳ καὶ φιλοχρίστῳ ἡμῶν βασιλεῖ Θεοδοσίῳ χαίρειν.

έ.

ΟΥΔΕΝ οὕτω πρέπει ἱερεῖ Θεοῦ, καὶ τῷ τὰ θεῖα παιδευθέντι δόγματα, ὡς ἕτοιμον εἶναι πρὸς ἀπολογίαν παντὶ τῷ αἰτοῦντι αὐτὸν λόγον περὶ τῆς ἐν ἡμῖν ἐλπίδος καὶ χάριτος. οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ. δύναμις γὰρ Θεοῦ ἐστιν εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι. C ἐπεὶ οὖν καὶ ἡμεῖς ἐλέει τοῦ παμβασιλέως ἡμῶν Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἱερουργοὶ τοῦ εὐαγγελίου ἐκληρώθημεν, φρονοῦμεν ὀρθῶς καὶ ἀνεπιλήπτως, πάντοτε ταῖς θείαις γραφαῖς ἑπόμενοι, καὶ ταῖς ἐκθέσεσι τῶν ἁγίων πατέρων, τῶν ἐν Νικαίᾳ καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει συνελθόντων, καὶ τῶν ἐν Ἐφέσῳ ἐπὶ τοῦ τῆς ὁσίας μνήμης Κυρίλλου, τοῦ γενομένου ἐπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρέων· καὶ κηρύττομεν τὸν ἕνα κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ Θεοῦ πατρὸς ἀνάρχως γεννηθέντα κατὰ τὴν θεότητα, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν τὸν D αὐτὸν δι' ἡμᾶς, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, Θεὸν τέλειον, καὶ ἄνθρωπον τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν προσλήψει ψυχῆς λογικῆς καὶ σώματος, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον τῇ μητρὶ τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. καὶ γὰρ ἐν δύο φύσεσιν ὁμολογοῦντες τὸν Χριστὸν μετὰ τὴν σάρκωσιν τὴν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, καὶ ἐνανθρώπησιν, ἐν μιᾷ ὑποστάσει, καὶ ἐν ἑνὶ προσώπῳ ἕνα Χριστὸν, ἕνα υἱὸν, ἕνα κύριον ὁμολογοῦμεν· καὶ μίαν μὲν τοῦ Θεοῦ λόγου φύσιν, σεσαρκωμένην μέντοι, καὶ ἐνανθρωπήσασαν, λέγειν οὐκ ἀρνούμεθα, διὰ τὸ ἐξ ἀμφοῖν ἕνα καὶ τὸν αὐ- E τὸν εἶναι τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστόν. τοὺς δὲ δύο υἱοὺς, ἢ δύο ὑποστάσεις, ἢ δύο πρόσωπα καταγγέλλοντας, ἀλλ' οὐχὶ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος κηρύττοντας, ἀναθεματίζομεν, καὶ ἀλλοτρίους εἶναι τῆς ἐκκλησίας κρίνομεν. καὶ πρῶτον πάντων Νεστόριον τὸν δυσσεβῆ ἀναθεματίζομεν, καὶ τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονοῦντας, ἢ λέγοντας· καὶ ἐκπέσωσιν οἱ τοιοῦτοι τῆς υἱοθεσίας, τῆς ἐπηγγελμένης τοῖς ὀρθῶς πιστεύουσι. καὶ μετὰ ταῦτα προσέθηκε, καὶ σημείοις ὑπεσημειώσατο· δέσποτα * κύριε βοήθησον ἡμῖν ὁ Θεός. καὶ πάλιν· ταῦτα ἔγραψα τῇ ἐμαυτοῦ χειρὶ, εἰς πληροφορίαν τοῦ ὑμετέρου κράτους, καὶ εἰς τὸ καταισχυνθῆναι τοὺς ἐπηρεάζοντας ἡμῶν τὴν ἀγαθὴν καὶ ἁπλῆν ἐν Χριστῷ ἀναστροφήν.

* ἴσως, Χριστέ

Epistola

ANNO CHRISTI 451.

PARTIS I. EPIST. VI.

Ἐπιστολὴ Φλαβιανοῦ ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως πρὸς Λέοντα ἀρχιεπίσκοπον τῆς Ῥωμαίων ἁγίας ἐκκλησίας.

Τῷ ὁσιωτάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ πατρὶ καὶ συλλειτουργῷ Λέοντι, Φλαβιανὸς ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ς΄.

ΟΥΔΕΝ ἵστησιν ἄρα τὴν τοῦ διαβόλου πονηρίαν, τὸ ἀκατάσχετον κακὸν, τὸ πλῆρες ἰοῦ θανατηφόρου· ἄνω γὰρ καὶ κάτω περινοστεῖ, ζητῶν τίνα πλήξῃ, τίνα παράξῃ, τίνα καταπίῃ. διὸ καὶ γρηγορεῖν, καὶ νήφειν εἰς προσευχὰς, καὶ τῷ Θεῷ ἐγγίζειν, καὶ τὰς μωρὰς ζητήσεις παραιτεῖσθαι, καὶ τοῖς πατράσιν ἀκολουθεῖν, καὶ μὴ μετατιθέναι ὅρια αἰώνια, ὑπὸ τῶν θείων γραφῶν δεδιδάγμεθα. B ἀποθέμενος οὖν τοῦ πένθους τὸν ὄγκον, τῶν δακρύων τὸ πλῆθος, ὅτι γε τῶν ὑπ᾽ ἐμὲ τελούντων κληρικὸς εἷς θηριάλωτος γέγονε, καὶ οὐκ ἠδυνήθην αὐτὸν περισῶσαι, οὐδὲ ἁρπάσαι τοῦ λύκου, καίτοι τὴν ψυχήν μου ἑτοίμως ἔχων θεῖναι ὑπὲρ αὐτοῦ· πῶς ἡρπάγη, πῶς ἀπεπήδα, μισῶν τὴν τοῦ καλοῦντος φωνὴν, καὶ πρὸς τὸν ἀπολλύντα μάλιστα τρέχων, τάχα που καὶ τὰ μνήματα τῶν πατέρων ἐκκλίνων, C καὶ τὰς τρίβους αὐτῶν μυσαττόμενος, βαδιοῦμαι τῷ λόγῳ. εἰσί τινες ἐν ἐνδύμασι προβάτων, ἔσωθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες· οὓς ἀπὸ τῶν καρπῶν ἐπιγινώσκομεν. οὗτοι τὰ * πρόβατα δοκοῦσι μὲν εἶναι ἐξ ἡμῶν, ἀλλ᾽ οὐκ εἰσὶν ἐξ ἡμῶν· εἰ γὰρ ἦσαν ἐξ ἡμῶν, μεμενήκεισαν ἂν μεθ᾽ ἡμῶν. ὅταν δὲ τὴν ἑαυτῶν ἀπεμέσωσι δυσσέβειαν, τὸν ἐν αὐτοῖς ἀπορρήξαντες δόλον, ἐπιλαβόμενοι τῶν ἀσθενεστέρων, καὶ τὰ αἰσθητήρια πρὸς τὰ θεῖα λόγια ἐχόντων ἀγύμναστα, σὺν ἑαυτοῖς ὠθοῦσιν αὐτοὺς εἰς ἀπώλειαν, στρεβλοῦντες καὶ σκώπτοντες τὰς τῶν πατέρων διδασκαλίας, ὡς καὶ τὰς λοιπὰς γραφὰς, πρὸς τὴν ἰδίαν ἀπώλειαν ἑαυτῶν. D οὓς δεῖ προγινώσκοντας φυλάττεσθαι· ἵνα μὴ τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν ὑπαχθέντες τινὲς, ἐκπέσωσι τοῦ ἰδίου στηριγμοῦ. ἠκόνησαν γὰρ γλῶσσαν αὐτῶν, ὡσεὶ ὄφεως· ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χείλη αὐτῶν. περὶ τούτων ἀνακέκραγεν ὁ προφήτης. τοιοῦτος ἡμῖν τανῦν ἀναπέφανται Εὐτυχὴς, ὁ πάλαι πρεσβύτερος καὶ ἀρχιμανδρίτης· ὃς μὲν τὰ ἡμέτερα δῆθεν φρονῶν, καὶ τὴν ὀρθὴν πίστιν ἐν ἑαυτῷ ἔχων, τῇ μὲν Νεστορίου δυσσεβείᾳ ἀνθεστηκὼς, καὶ τὸν πρὸς αὐτὸν πόλεμον ὑποκοριζόμενος, τὴν δὲ τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων πατέρων περὶ τῆς πίστεως γενομένην ἔκθεσιν, καὶ τοῦ τῆς θείας μνήμης Κυρίλλου πρός τε Νεστόριον γραφεῖσαν ἐπιστολὴν καὶ τὴν πρὸς τοὺς τῆς ἀνατολῆς τοῦ αὐτοῦ ὁμοίως, αἷς πάντες συνέθεντο, πειρώμενος E ἀνατρέπειν, τὴν πάλαι τοῦ δυσσεβοῦς Οὐαλεντίνου καὶ Ἀπολλιναρίου κακοδοξίαν ἀνανεούμενος· καὶ οὐκ ἐφοβήθη τὸ διάταγμα τοῦ ἀληθινοῦ βασιλέως, λέγοντος· ὃς ἐὰν σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων τῶν ἐλαχίστων, συμφέρει αὐτῷ, ἵνα κρεμασθῇ μύλος ὀνικὸς περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ καταποντισθῇ εἰς τὸ πέλαγος τῆς θαλάσσης. * αἰδῶ πᾶσαν ἀποβαλὼν, καὶ ἣν περιέκειτο τῆς πλάνης δορὰν ἀποτιναξάμενος, διαρρήδην ἐπὶ τῆς ἁγίας συνόδου ἡμῶν διϊσχυρίζετο, λέγων τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν μὴ δεῖν * ἐκ δύο φύσεων μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν, ἐν μιᾷ ὑποστάσει, καὶ ἐν ἑνὶ προσώπῳ παρ᾽ ἡμῶν γνωριζόμενον, μήτε μὴν τὴν σάρκα τοῦ κυρίου ὁμοούσιον

* πρῶτα Lat.

* ἀναιδῶς

* ὁμολογεῖν.

*Epistola Flaviani archiepiscopi Constantinopolitani ad sanctissimum Leonem * papam urbis Romæ.*

*Beatissimo & Deo amabilissimo patri * Leoni, Flavianus in domino æternam salutem.*

VI.

A vi ſermone complexus, *Tu es*, inquit, *Chriſtus filius Dei vivi*: hoc eſt, Tu qui es vere filius hominis, idem vere es filius Dei vivi: tu, inquam, verus in deitate, verus in carne, & ſalva geminæ proprietate naturæ ' utrimque vnus. Quod ſi Eutyches intelligenter ac vivaciter crederet, nequaquam ab hujus fidei tramite deviaret. Propter quam * ei reſpondetur a domino: *Beatus es Simon Bar-Iona, quia caro & ſanguis non revelavit tibi, ſed pater meus qui eſt in cælis. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus; & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam.* Nimis autem a compage hujus ædificationis alienus eſt, qui & beati Petri confeſſionem non capit, & Chriſti B euangelio contradicit, oſtendens ſe nullum umquam ſtudium cognoſcendæ veritatis habuiſſe, & ſuperfluo honorabilem viſum, qui nulla maturitate cordis ' ornavit canitiem ſenectutis. Verum quia etiam talium non eſt negligenda curatio, & pie ac religioſe Chriſtianiſſimus imperator haberi voluit epiſcopale concilium, ut pleniore judicio omnis poſſit error aboleri; fratres noſtros Iulianum epiſcopum, Renatum preſbyterum, & filium meum Hilarum diaconum, cumque his Dulcitium notarium probatæ nobis fidei, miſi, C qui vice mea ſancto conventui veſtræ fraternitatis interſint, & communi vobiſcum ſententia, quę domino ſint placitura conſtituant: hoc eſt, ut primitus peſtifero errore damnato, etiam de ipſius, qui imprudenter erravit, reſtitutione tractetur, ſi tamen doctrinam veritatis amplectens, ſenſus hæreticos, quibus imperitia ejus fuerat irretita, plene aperteque propria voce & ſubſcriptione damnaverit: quod etiam in libello, quem ad nos miſerat, eſt profeſſus, ſpondens per omnia noſtram ſecuturum ſe eſſe ſententiam. Acceptis autem fratris & coepiſcopi noſtri Flaviani literis, plenius ad eum de his, quæ ad D nos videtur retuliſſe, reſcripſimus; ut abolito hoc, ' quo inquinatus videbatur, errore, in laudem & gloriam Dei per totum mundum *una ſit fides, & una eademque confeſſio, & in nomine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum; & omnis lingua confiteatur, quia * dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris. Amen.* ' Data Idibus Iunii, Aſterio & Protogene viris clariſſ. coſſ.

PARTIS I. EP. XIV.
Ibid. v. 16.
' vtrumque
* ipſi apoſtolo
Ibid.
' ordinauit '
' qui natus
Phil. 2.
* *Dominus eſt Ieſus Chriſtus, in gloriam Dei Patris.*
' Dominus vos incolumes cuſtodiat, fratres.

E

Ἐπιστολὴ τοῦ ἁγιωτάτου, καὶ ὁσιωτάτου, ἀρχιεπισκόπου Ῥώμης Λέοντος, πρὸς Φαῦστον πρεσβύτερον, καὶ ἀρχιμανδρίτην.

Epiſtola ſanctiſſimi ac beatiſſimi archiepiſcopi Romæ Leonis ad Fauſtum preſbyterum & archimandritam.

Τῷ ἀγαπητῷ υἱῷ Φαύστῳ πρεσβυτέρῳ Λέων ἐπίσκοπος.

Dilectiſſimo filio Fauſto preſbytero Leo epiſcopus.

ιδ'.

XIV.

Κεχαρισμένον ἐστὶν ἀεὶ ἐμοὶ τὸ τὴν σὴν ἀγάπην προσφθέγγεσθαι, καὶ πρὸς τὴν προσηγορίαν τὰ ἥδιστα ἔχω. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἀγνοῶ

GRATUM ſemper eſt mihi, tuam alloqui caritatem, & affectum ſalutationis exolvere: quoniam & ſcio te probabilem,

PARTIS I. EP. XV.

ANNO CHRISTI 451.

& sincerissimæ fidei esse custodem, & qui non A circumducitur omni vento doctrinæ, sed in fundamento prophetarum & apostolorum, quiChristus est, firme consistere; ut cum venerit filius hominis in divinitate sua ad purgationem totius mundi, in electione reperiaris frumentum * æternitatis, qui dignus thesaurizari possis in horreis. Susceptis itaque literis per filium meum Parthenium, reciprocam salutationem exolvens, exhortor tuam * perfectionem, fili carissime, ut non confundaris de evangelio generationis Domini Iesu Christi filii David, filii Abraham secundum carnem, quoniam hæc fides vincit mundum, quando quis credit, quia Iesus est filius Dei. Si quæ vero fidei quæstio- B nes inveniuntur, admonemus, ut de his quæ ad communem utilitatem pertinent, latius nobis scribas, libenter nobis suscipientibus qui ' istas detulerint.

Ephes. 4. v. 14. Ephes. 2. v. 20. — * quod in æternitatis horreis recondi sit dignum. — * beatitunem. — Matth. 1. — 1. Ioan. v. 5. — ' ista

δεδοκιμασμένον σε τῆς * ἁγίας πίστεως εἶναι φύλακα, μὴ περιφερόμενον παντὶ ἀνέμῳ τῆς διδασκαλίας, ἀλλ' ἐν τῷ θεμελίῳ τῶν προφητῶν, καὶ ἀποστόλων, ὅς ἐστι Χριστὸς, βέβαιον διαμένειν. ἵνα ὁπότε ἔλθῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν θεότητι αὐτοῦ πρὸς καθαρισμὸν παντὸς τοῦ κόσμου, ἐν ἐπιλογῇ εὑρεθεὶς τοῦ σίτου τῆς ἀϊδιότητος τοῖς ὁρείοις θησαυρίζεσθαι ἄξιος, ἀποδοθέντων τοιγαροῦν τῶν γραμμάτων διὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἐμοῦ Παρθενίου, τὴν ὁμοίαν προσηγορίαν πληρῶ, προτρεπόμενος τὴν σὴν τελειότητα, υἱὲ ἀγαπητὲ, ἵνα μὴ ἐπαισχυνθῇς τὸ εὐαγγέλιον τῆς γεννήσεως τοῦ δεσπότου Χριστοῦ, τοῦ υἱοῦ Δαυὶδ, υἱοῦ Ἀβραὰμ κατὰ σάρκα· ἐπειδὴ αὕτη ἡ πίστις ἐνίκησε τὸν κόσμον, εἴ τις πιστεύει, ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ. εἰ δέ τινες τῆς πίστεως παρευρέσεις εὑρίσκοιντο, ὑπομιμνήσκομεν, ἵνα γράφῃς ἡμῖν πλατύτερον, ἡδέως ἐχόντες πρὸς τοὺς * ταύτας διακομίζοντας.

* ὑγιοῦς — * ἴσως, τῶν τα

"** In cod. Bobieriano sequitur hæc notula: Epistola encyclia siue synodica sanctissimi archiepiscopi Romæ Leonis ad Flauianum archiepiscopum Constantinopolitanum, quæ non est posita cum istis epistolis, eo quod in gestis sancti & vniuersalis concilij Calchedonensis tertiæ actionis inserta sit.

Epistola Petri ' Ravennatis episcopi ad Eutychem ' abbatem.

' Rauennensis — ' Presbyterum

Dilectissimo & merito honorabili filio Eutycheti presbytero, Petrus episcopus Ravennæ.

Ἐπιστολὴ Πέτρου ἐπισκόπου Ῥαβέννης, ἀντιγραφεῖσα πρὸς Εὐτυχῆ τὸν ἀρχιμανδρίτην.

Τῷ ἀγαπητῷ, καὶ ἀξιοτιμήτῳ υἱῷ Εὐτυχεῖ, Πέτρος ἐπίσκοπος Ῥαβέννης.

XV.

TRISTIS legi tristes literas tuas, & scri- C pta mœsta mœrore debito percurri: quia sicut nos pax ecclesiarum, sacerdotum concordia, tranquillitas plebis, gaudere facit gaudio cælesti, ita nos affligit & dejicit fraterna dissensio, præsertim cum talibus oriatur ex causis. Triginta annis humanę leges humanas adimunt quæstiones: & Christi generatio, quæ divina lege scribitur inenarrabilis, post tot sæcula disputatione temeraria ventilatur. Quid Origenes principiorum scrutator incurrerit, quomodo Nestorius lapsus sit disputans de naturis, non latet prudentiam tuam. Magi Christum in cunabulis Deum mysticis muneribus confitentur: & sacerdotes, quis sit qui virginali partu de Spiritu san- D cto natus est, dolenda interrogatione disquirunt? Cum vagitum daret Iesus in cunis, Gloria in excelsis Deo, clamat cælestis exercitus: & modo, quando in nomine Iesu omne genu flectitur cælestium, terrestrium & infernorum, originis ejus quæstio commovetur? Nos, frater, una cum apostolo dicimus: *Et si novimus Iesum secundum carnem, sed nunc jam non novimus.* Nec possumus * curiose perscrutari, qui jubemur honorem dare, & timorem reddere; & expectare, non discutere quem E judicem confitemur. Hæc breviter respondi, frater, literis tuis, plura rescripturus, si ad me frater & coepiscopus noster Flavianus aliqua de hac causa scripta misisset. Si enim tibi displicet, * quoniam scripsisti * electum judicium; nos quomodo de his judicare poterimus, quos neque videmus propter absentiam, & quid intellexerint, eorum taciturnitate nescimus? justus mediator non est, qui

Esa. 53. v. 8. — Matth. 2. — Luc. 2 v. 14. — Philip. 2. vers. 10. — 2. Cor. 5. v. 16. — * injuriose ' injuriosa — * quod scribis, tibi electum. — * for. ablati

ιε΄.

ΣΥΓΓΝΩΣ ἀνέγνων τὰς συγνάς σου ἐπιστολὰς, καὶ τὰ γράμματά σου τὰ συγνὰ τῇ προσηκούσῃ λύπῃ διέδραμον. ἐπειδὴ ὥσπερ ἡμᾶς ἡ εἰρήνη τῶν ἐκκλησιῶν, ἡ ὁμόνοια τῶν ἱερέων, ἡ γαλήνη τοῦ δήμου χαίρειν ποιεῖ οὐρανίῳ χαρᾷ, οὕτως ἡμᾶς καταπονεῖ, καὶ καταβάλλει ἡ ἀδελφικὴ διχόνοια· καὶ μάλιστα, ὅταν ἐκ τοιούτων ἀναφύηται αἰτιῶν. τριάκοντα ἔτεσιν οἱ ἀνθρώπινοι νόμοι τὰς ἀνθρωπίνας ἀναιρέπουσι ζητήσεις. ἡ τοῦ Χριστοῦ γέννησις, ἥ τις τῷ θείῳ νόμῳ * ἀνεκδιήγητος γέγραπται, μετὰ τοσούτους αἰῶνας διαλογισμῷ ἀπονενοημένῳ ἐρευνᾶται. τί Ὠριγένης ὁ τῶν * παλαιῶν ἐρευνητὴς ὑπέμεινε, ποίῳ τρόπῳ Νεστόριος ὠλίσθησε διαλογιζόμενος περὶ φύσεων, οὐ λανθάνει τὴν σὴν σύνεσιν. οἱ μάγοι τὸν Χριστὸν ἐν σπαργάνοις Θεὸν μυστικοῖς δώροις ὡμολόγουν· καὶ οἱ ἱερεῖς, τίς ἐστιν ὁ τῷ παρθενικῷ τοκετῷ ἐκ πνεύματος ἁγίου τεχθεὶς, * ἐπιπόνῳ ἐρευνήσει ἐκζητοῦσιν. ὅτε βοὴν ἐδίδου ὁ Χριστὸς ἐν τοῖς σπαργάνοις· δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, οὐράνιος ἀνεβόα στρατός· καὶ νῦν, ὅτε ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ πᾶν γόνυ κάμπτει, ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, τῆς ἀρχαιογονίας αὐτοῦ ζήτησις κινεῖται. ἡμεῖς δὲ, ἀδελφὲ, μετὰ τοῦ ἀποστόλου λέγομεν· καὶ εἰ ἐγνώκαμεν Χριστὸν κατὰ σάρκα, ἀλλὰ λοιπὸν νῦν οὐ γινώσκομεν. οὔτε δυνάμεθα * ἐφύβρειστα ἐρευνᾷν· οἵ τινες κελευόμεθα τιμὴν διδόναι, φόβον ἀποδιδόναι, καὶ ἐκδέχεσθαι, οὐκ ἐρευνᾷν * τὸν κριτὴν ὁμολογοῦμεν· ταῦτα διὰ βραχέων ἀπεκρινάμην ἀδελφὲ τοῖς σοῖς γράμμασι, πλείονα μέλλων γράφειν, εἰ πρὸς ἐμὲ ὁ ἀδελφὸς, καὶ συνεπίσκοπος ἡμέτερος Φλαβιανὸς τινὰ περὶ τούτου τοῦ πράγματος γράμματα ἔπεμψεν. εἰ γάρ σοι ἀπαρέσκει, ὅ τι περ γράφεις, σαυτῷ ἥρπασας τὴν ἀκρόασιν, ἡμεῖς ποίῳ τρόπῳ περὶ τούτων δικάσαι δυνάμεθα, οὓς μήτε ὁρῶμεν διὰ τὴν ἀπουσίαν, καὶ τί ἐνόησαν, τῇ σιωπῇ αὐτῶν ἀγνοοῦμεν; δίκαιος μεσίτης οὐκ ἔστιν, ὃς

ἑνὸς

* ἀνεκδιηγήτως — * ἀρχαίων, L. — * λυπηρῷ ἐρευ. — * περιέργως L. — * οὐ, L.

ANNO CHRISTI 451.

ἑνὸς μέρους οὕτως ἀκούῃ, ὡς ἑτέρῳ μερὶ μηδὲν φυλάξῃ. ἐπὶ πᾶσι δὲ προτρέπομέν σε, ἀδελφὲ τιμιώτατε, ὥστε τοῖς παρὰ τοῦ μακαριωτάτου πάπα τῆς πόλεως Ῥώμης γεγραμμένοις πειθαρχούντως προσέχειν· ἐπειδὴ ὁ μακάριος Πέτρος, ὃς ἐν τῇ ἰδίᾳ καθέδρᾳ καὶ ζῇ, καὶ προκάθηται, δίδωσι τοῖς ζητοῦσι τῆς πίστεως τὴν ἀλήθειαν. ἡμεῖς γὰρ σπουδῇ τῆς εἰρήνης, καὶ τῆς πίστεως, ἐκτὸς * συνέσεως τοῦ Ῥώμης ἐπισκόπου, πίστεως αἰτίας διαγνῶναι οὐ δυνάμεθα. ὑγιαίνουσαν τὴν ἀγάπην τὴν σὴν ὁ δεσπότης χρόνῳ μακρῷ διαφυλάξαι καταξιώσοι, ποθεινότατε, καὶ ἀξιοτίμητε υἱέ.

* ἴσως, συναινέσεως

A sic unam partem audit, ut nihil alteri parti reservet. In omnibus autem hortamur te, frater honorabilis, ut his quæ a beatissimo papa Romanæ civitatis scripta sunt, obedienter attendas; quoniam beatus Petrus, qui in propria sede & vivit & præsidet, præstat quærentibus fidei veritatem. Nos enim pro studio pacis & fidei, extra consensum Romanæ civitatis episcopi, causas fidei audire non possumus. Incolumem tuam dilectionem dominus tempore longissimo conservare dignetur, carissime & ' honorabilissime fili.

I. PARTIS XVI. XVII. XVIII. ET XIX.

' honorantissime

Beatissimi Leonis papæ epistola ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum.

Flaviano carissimo fratri, Leo episcopus Romæ.

XVI.

LITERAS tuæ dilectionis accepi, cum gestis quæ apud vos super fidei quæstione confecta sunt. Et quia clementissimus imperator pro ecclesiæ pace solicitus synodum voluit congregari, quamvis evidenter appareat, rem, de qua agitur, nequaquam synodali indigere tractatu; tamen, frater carissime, subsecutos esse significo, quos in hac re placuit destinare. Nec necessarium fuit nunc amplius scribi, cum propitio Deo, de his quæ causæ credimus convenire, per ea quæ ipsi portabunt scripta, sis plenius instruendus. Data quindecimo Kalendarum Iulii, Asterio & Protogene viris clarissimis coss.

Epistola ejusdem Leonis papæ ad Theodosium Augustum.

Leo episcopus Theodosio semper Augusto.

XVII.

ACCEPTIS clementiæ vestræ literis, & multum universali ecclesiæ gaudendum esse prospexi, quod Christianam fidem, qua divinitas honoratur & colitur, in nullo dissimilem, in nullo vult esse discordem. Quid enim D rebus humanis ad exorandam misericordiam Dei efficacius suffragetur, quam si una gratiarum actio, & unius confessionis sacrificium majestati ejus ab omnibus offeratur? In quo & sacerdotum & cunctorum fidelium ita demum erit plena devotio, si in his quæ per unicum Dei filium Deum Verbum pro nostra redemptione sunt gesta, nihil aliud sentiatur, quam quod ipse prædicari de se jussit & credi. Vnde quamvis ad diem concilii episcopalis, quem pietas vestra constituit, occurrere me ratio nulla

B permittat, quum nec aliqua ex hoc exempla præcesserint, & temporalis necessitas me non patiatur deserere civitatem, præsertim cum tam evidens fidei causa sit, ut rationabilibus causis ab indicenda synodo fuisset abstinendum: tamen in quantum dominus juvare dignatur, meum studium commodavi, ut clementiæ vestræ statutis aliquatenus pareatur, ordinatis hinc fratribus meis, qui amputandis scandalis pro causæ æquitate sufficiant, quique præsentiæ meæ impleant vicem: quia non talis quæstio orta est, unde aut possit, aut debeat dubitari. Data duodecimo Kalendarum Iulii, Asterio & Protogene viris clarissimis consulibus.

C *Ejusdem Leonis papæ epistola ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum.*

Flaviano carissimo fratri Leo episcopus.

XVIII.

QVÆ & quanta dilectio tua pro catholicæ fidei defensione patiatur, per diaconum qui ab Epheso furtim est lapsus, cognovimus. Et licet magnificemus Deum, qui te gratiæ suæ virtute confortat; necesse est tamen nos dolere eorum ruinas, per quos veritas impugnatur, & ipsa totius ecclesiæ fundamenta quatiuntur. Quia vero providentia Dei semper suis necessarium præstat auxilium, scire debet fraternitas tua, nos pro communi causa nihil eorum quæ agenda sunt, præterire, ut primitus ad ea quę universitati fidelium prosint, pervenire mereamur. Sin, est ut fortiter interim dilectio tua toleret, quæ sibi ad æternam gloriam non dubitat profutura. Perlator sane brevis hujus epistolæ fideli sermone poterit enarrare, quidquid illud est, ad quod, adjuvante domino, studio fidei & caritatis intendimus. Data tertio Kalendas Octobris, Asterio & Protogene viris clarissimis consulibus.

Τοῦ αὐτοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Ῥώμης Λέοντος ἐπιστολὴ πρὸς τὸν βασιλέα Θεοδόσιον * τὴν σύνοδον ἐξαιτοῦντος εἰς τὰ μέρη τῆς Ἰταλίας γενέσθαι, ὡς * μεμφόμενος τὴν ἐν Ἐφέσῳ δευτέραν γενομένην σύνοδον.

E *Ejusdem sanctissimi archiepiscopi Romæ Leonis epistola ad Theodosium Augustum, ' de secunda & profana Synodo Ephesina, in qua Eutychetis heresis quorumdam episcoporum pravo intellectu adjuta est.*

* qua petit celebrari Synodum in partibus Italiæ, incusans secundam Synodum Ephesinam.
* ἴσως, μεμφόμενον
* Humanissimo & gloriosissimo Theodosio August. Leo &c.

' culpans Ephesinum concilium quodaduersus S. Flauianum ep. factum est petentis aliud concilium in partibus Italiæ celebrari.

* Τῷ φιλανθρωποτάτῳ, καὶ γαληνοτάτῳ Θεοδοσίῳ Αὐγούστῳ, Λέων ἐπίσκοπος, καὶ ἡ ἁγία σύνοδος, ἡ ἐν τῇ Ῥωμαίων πόλει συναχθεῖσα.

' *Leo episcopus & sancta Synodus, quæ in urbe Roma convenit, Theodosio Augusto.*

' Gloriosissimo & clementissimo Theodosio Augusto Leo episcopus & sancta synodus Romæ collecta.

ιθ.

XIX.

ΤΟΙΣ γράμμασι τῆς ὑμετέρας φιλανθρωπίας ἐντυχόντες, οἷς περ πρότερον εἰς τὴν καθέδραν Πέτρου τοῦ μακαριωτάτου ἀποστόλου πόθῳ

LITERIS clementiæ vestræ, quas dudum ad beati Petri apostoli sedem pro catholicæ fidei amore misistis, tantam

PARTIS I. EP. XIX.

tam fiduciam ſumpſimus defendendæ per vos veritatis & pacis, ut in cauſa tam ſimplici, tamque munita, nihil putaremus poſſe exiſtere quod noceret, præſertim cum ad epiſcopale concilium, quod haberi apud Epheſum præcepiſtis, tam inſtructi ſint miſſi, vt ſi ſcripta, quæ vel ad ſanctam ſynodum, vel ad Flavianum epiſcopum detulerunt, epiſcoporum publicari auribus Alexandrinus (*Dioſcorus*) permiſiſſet antiſtes, ita maniſeſtatione puriſſimæ fidei, quam diuinitus inſpiratam & accepimus & tenemus, omnium concertationum ſtrepitus quieviſſet, vt nec imperitia vltra deſiperet, nec occaſionem nocendi æmulatio reperiret. Sed dum priuatæ cauſæ religionis exercentur obtentu, commiſſum eſt impietate paucorum, quod univerſam eccleſiam vulneraret. Comperimus enim non incerto nuntio, ſed fideliſſimo rerum quæ geſta ſunt, narratore Hilaro diacono noſtro, qui vix, ne ſubſcribere per vim cogeretur, effugit, conveniſſe ad ſynodum plurimos ſacerdotes, quorum utique frequentia conſultationi & judicio profuiſſet, ſi is qui ſibi locum principem vindicabat, ſacerdotalem moderationem cuſtodire voluiſſet, ut (ſicut moris eſt) omnium ſententiis ex libertate prolatis, id tranquillo & æquo conſtitueretur examine, quod & fidei congrueret, & errantibus ſubueniret. In ipſo autem judicio non omnes qui convenerant, interfuiſſe cognouimus. Nam alios reiectos, alios didicimus intromiſſos, qui pro ſupradicti ſacerdotis arbitrio impiis ſubſcriptionibus captivas manus dederunt, quod nociturum ſtatui ſuo ſcirent, niſi imperata feciſſent: talemque ab ipſo prolatam eſſe ſententiam, ut dum homo vnus impetitur, in omnem eccleſiam ſæviretur. Quod noſtri ab apoſtolica ſede directi, adeo impium & catholicæ fidei contrarium eſſe viderunt, ut ad conſentiendum nulla potuerint oppreſſione compelli; conſtanterque in eadem ſynodo, ut decuit, fuerint proteſtati, nequaquam id quod conſtituebatur, ſedem apoſtolicam recepturam: quoniam re vera omne Chriſtianæ fidei ſacramentum (quod abſit a temporibus veſtræ pietatis) * excluditur, niſi hoc ſceleſtiſſimum facinus, quod cuncta ſacrilegia excedit, aboleatur. Quia vero diabolica nequitia ſubtiliter fallit incautos, & ita quorumdam imprudentiam per ſimilitudinem pietatis illudit, ut pro ſalubribus ſuadeat nocitura: removete, quæſumus, a veſtræ pietatis conſcientia periculum religionis & fidei; quodque in ſæcularibus negotiis legum veſtrarum æquitate conceditur, in rerum divinarum pertractatione præſtate, ut Chriſti evangelio vim non inferat humana præſumptio. Ecce ego, Chriſtianiſſime & venerabilis imperator, cum conſacerdotibus meis implens erga reuerentiam clementiæ veſtræ ſinceri amoris officium, cupienſque vos placere per omnia Deo, cui pro vobis ab ec-

* exſcinditur,

A τῆς καθολικῆς πίστεως ἐξεπέμψατε, τοσαύτην παῤῥησίαν ἐλάβομεν εἰς ἐκδίκησιν * τῆς δι' ὑμῶν ἀληθείας, καὶ τῆς εἰρήνης, [a] ἵνα ἐν πράγματι οὕτως ἁπλουστέρῳ, καὶ ἀσφαλεῖ, μηδὲν ἡγησώμεθα δύνασθαι καινοτομεῖσθαι πρὸς βλάβην· μάλιστα ὅταν εἰς τὸ ἐπισκοπικὸν κριτήριον, ὅπερ ἐν τῇ Ἐφεσίων συναχθῆναι προσετάξατε, οὕτως ἀσφαλεῖς ἀπεστάλησαν, ὡς, εἰ τὰ γράμματα, ἃ πρὸς τὴν σύνοδον, ἢ καὶ πρὸς Φλαυιανὸν τὸν ἐπίσκοπον διεπεμψάμεθα, ταῖς ἐπισκόπων ταῖς ἀκοαῖς δημοσιευθῆναι ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος συνεχώρησεν, οὕτω τῇ φανερότητι τῆς καθαρᾶς πίστεως, ἥν τινα θεόθεν ἐμπνευσθεῖσαν καὶ B παρελάβομεν, καὶ φυλάττομεν, πᾶσα φιλονεικία, καὶ ταραχὴ, ἡσύχασεν ἄν. [b] ἵνα μήτε ἡ ἀπαιδευσία περαιτέρω παρεφρόνησε, μήτε ἀφορμὴν βλάβης ἡ ἀφροσύνη ἐξεῦρεν. [c] ἀλλ' ὅταν τὰ ἴδια πράγματα τῆς ἐκκλησίας ἀφορμῇ ἐγυμνάζετο, ἐτολμήθη δι' ὀλίγων * ἀσεβείας, ὅπερ τὰς ἁπανταχοῦ ἐκκλησίας ἐτραυμάτισε. μεμαθήκαμεν γὰρ οὐχὶ ἀδήλῳ φήμῃ, ἀλλὰ βεβαίῳ διαγγέλματι διὰ Ἱλάρου τοῦ ἡμετέρου διακόνου, [d] ὃς τις πέφευγε διὰ τὸ μὴ ἀναγκασθῆναι βιαίως ὑπογράψαι· καὶ ἐπείσθημεν μὲν ἐν τῇ συνόδῳ συνελθεῖν πλείστους ἐπισκόπους· [e] οἳ δηλαδὴ τῇ χρησίμῳ συγγνωμεῖ προνοίᾳ ἐν τῷ κριτηρίῳ συμβαλέσθαι ἐδυνήθησαν, εἰ ἐκεῖνος, C ὅς τις ἑαυτῷ τόπον ἄρχοντος ἐξεδίκησεν, ἐπισκοπικὴν ἐπιείκειαν φυλάξαι ἠνέσχετο· ἵνα, ὡς τὸ ἔθος ἔχει, πάντων [f] ἐλευθερίως προενεχθεισῶν τῶν ἀποφάσεων, ἐκεῖνο ἡσύχῳ καὶ δικαίᾳ ὁρισθῇ διαγνώσει, ὅπερ καὶ τῇ πίστει συνέτρεχε, καὶ τοῖς πλανωμένοις συνεβάλλετο· ἐν αὐτῇ γὰρ τῇ κρίσει [g] οὐ πάντας, οὓς συνελθεῖν συνιέναι μεμαθήκαμεν εἰσαχθέντας, οἵ τινες κατὰ γνώμην τοῦ προλεχθέντος ἐπισκόπου ταῖς ἀσεβέσιν ὑπογραφαῖς αἰχμαλώτους τὰς χεῖρας ἐπέδωκαν. ᾔδεισαν γὰρ βλαβερὸν τοῖς ἀγίοις αὐτῶν ἀξιώμασιν εἶναι, εἰ μὴ τὰ κελευσθέντα πεποιήκασι. τοιαύτην δὲ παρ' αὐτοῦ γενέσθαι τὴν * πρόφασιν, ἵν' ἑνὸς ἀνθρώπου ἀδίκως ἐναγομένου, D κατὰ πάσης τῆς ἐκκλησίας χαλεπαίνῃ. ὅπερ οἱ ἡμέτεροι ἀπὸ τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας ἀποσταλέντες, * τοσοῦτον ἀσεβὲς ἰδόντες ἐπὶ τῇ συγκαταθέσει, μηδεμιᾷ κατανοήσει δυνηθῆναι συγκαταθέσθαι· ὥστε μετὰ παῤῥησίας ἐν αὐτῇ τῇ συνόδῳ διεμαρτύραντο, οὐδαμῶς τοῦτο τὸ παρ' αὐτῶν δογματισθὲν, δύνασθαι πάμπαν δέξασθαι τὴν ἀποστολικὴν καθέδραν· ὅτι ὡς ἀληθῶς πάσης τῆς καθολικῆς πίστεως τὸ μυστήριον, ὅπερ ἀπείη ἀπὸ τῶν καιρῶν τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας, σχίζεται, εἰ μὴ αὐτὴ ἡ χαλεπωτάτη πρᾶξις, ἥ τις πᾶσαν ἀσέβειαν * ὑπερβάλλει, ἐξαλειφθείη. ἀλλ' ἐπειδὴ ἡ διαβολικὴ κακουργία, λεπτομερῶς ἀπατῶσα E τοὺς ἀφελεστέρους, τῷ τρόπῳ τούτῳ τὴν ἀπαιδευσίαν ἐπὶ ὁμοιώματι τῆς εὐσεβείας ἀπατᾷν ἐπεχείρησεν, ἵνα * ἀντὶ τῶν ὑγιαινόντων τὰ βλαβερὰ συμβουλεύσῃ ἀποκινήσατε, παρακαλοῦμεν, ἀπὸ τῆς συνειδήσεως τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας τὸν κίνδυνον τῆς θρησκείας, καὶ τῆς πίστεως· καὶ ὅπερ ἐπὶ τοῖς κοσμικοῖς πράγμασι τῇ ἰσότητι τῶν ὑμετέρων νόμων συγχωρεῖται, καὶ ἐν τοῖς θείοις δόγμασι σκεψάμενοι παράσχετε. ἵνα τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ βίαν μὴ ἐπενέγκηται ἡ ἀνθρωπίνη προπέτεια. ἰδοὺ γὰρ ἐγὼ, χριστιανὲ καὶ αἰδέσιμε βασιλεῦ, μετὰ * τῶν συλλειτουργοῦ μου πληρῶν τὰ περὶ τῆς αἰδοῦς τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας, καθαρῷ πόθῳ ποιοῦμαι τὴν διακονίαν, ἐπιθυμῶν ὑμᾶς ἐν πᾶσιν ἀρέσαι Θεῷ· πρὸς ὃν ὑπὲρ ὑμῶν αἱ ἐκκλησίαι

ANNO CHRISTI 451.

* ἴσως, τὴν
[a] ὥστε νομίζειν ἐν οὕτως ἁπλῷ καὶ ὠχυρωμένῳ πράγματι μηδὲν εἶναι δύνασθαι βλάβην ἐπιφέρειν, μάλιστα ἐπεὶ εἰς
[b] ὥστε μήτε τὴν ἀπαιδευσίαν περαιτέρω παραφρονεῖν, μήτε τὸ ζηλότυπον ἐξευρίσκειν ἀφορμὴν βλάβης.
[c] νῦν δὲ ἐν προσχήματι εὐσεβείας ἰδίων πραγμάτων ανακινουμένων ἐπράχθη δι' ἀσεβείας ὀλίγων,
* ἀσέβεια
[d] μόγις πέφ.
[e] ὧν δήπου τὸ πλῆθος συνήνεγκεν ἂν πρὸς συμβουλίαν καὶ κρίσιν, εἰ ἐκεῖνος,
[f] ἴσως, ἐλευθέρας
[g] οὐ πάντας τοὺς συνελθόντας συνιέναι μεμαθήκαμεν· τοὺς μὲν γὰρ ἐκβληθέντας ἐμάθομεν, τοὺς δὲ συναχθέντας· οἵ τινες
* ἴσως, ἀπόφασιν
* τοσοῦτον εἶδον ἀσεβὲς καὶ τῇ καθολικῇ πίστει ἐναντίον, ὥστε μηδεμιᾷ δυνηθῆναι πρὸς τὸ συγκαταθέσθαι κακουχίᾳ πρὸς βιασθῆναι.
* ὑπερβάλλει
* ὑπὲρ
* τῶν συλλειτουργῶν μου
L.

[Catchword] κλησίαι

ANNO CHRISTI 451.

κλησίαι καταδέονται, μὴ ἐπὶ τοῦ βήματος τοῦ κυρίου αἴτιοι τῆς σιωπῆς κριθῶμεν· παρακαλοῦμεν ἐνώπιον τῆς μιᾶς θεότητος τῆς ἀδιαιρέτου τριάδος, * ἥ τις φύλαξ οὖσα ὑμετέρα, καὶ αὐθεντία τῆς βασιλείας, καὶ ἐνώπιον τῶν ἀγγέλων τοῦ Θεοῦ, πάντα ἐν τῇ αὐτῇ καταστάσει εἶναι κελεύσατε, ἐν ᾗ γεγόνασι πρὸ πάσης κρίσεως, * ἕως ἂν ἐκ παντὸς τοῦ κόσμου μείζων ἀριθμὸς συναχθείη τῶν ἐπισκόπων· μήτε μὴν ἀλλοτρίᾳ ἁμαρτίᾳ ἀνέχεσθε ἑαυτοὺς βαρυνθῆναι· ἐπειδὴ, ὅπερ ἀναγκαῖον ἡμῖν ἐστιν εἰπεῖν, δεδοίκαμεν, μὴ ἀπ' ἐκείνου, οὗ ἡ θρησκεία βλάπτεται, ἀγανάκτησις παρακολουθήσῃ. πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχετε, καὶ τῇ τῆς καρδίας ὀξύτητι εὐλαβῶς * προσέχετε τοῦ μακαρίου Πέτρου τὴν δόξαν, καὶ τοὺς κοινοὺς στεφάνους πάντων τῶν μετ' αὐτοῦ ἀποστόλων, πάντων τε τῶν μαρτύρων τὰ νικητήρια· οἷς οὐ γέγονεν ἄλλη ἀφορμὴ τοῦ πάθους, εἰ μὴ ὁμολογία τῆς ἀληθινῆς θεότητος, καὶ τῆς ἀληθινῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Χριστοῦ. ᾧ τινι μυστηρίῳ ἐπειδὴ νῦν ἀσεβῶς ἀπὸ ὀλίγων ἀφρόνων ἐναντιοῦται, πάντων τῶν μερῶν ἡμῶν αἱ ἐκκλησίαι πᾶσαι τῆς ὑμετέρας φιλανθρωπίας καταδέονται· διὰ τῶν ἐπισκόπων, ἐπειδὴ καὶ οἱ ἡμέτεροι πιστῶς ἀντειρήκασι, καὶ αὐτὸς ἐκείνοις Φλαβιανὸς ὁ ἐπίσκοπος λίβελλον ἐκκλήτου ἐπιδέδωκε, γενικὴν σύνοδον κελεύσατε ἐν τῇ Ἰταλίᾳ συνελθεῖν. ἥ τις πάντα τὰ προσκόμματα οὕτως ἀποκινήσει, καὶ καταπραΰνει· ἵνα μὴ περαιτέρω τίποτε ἢ περὶ τῆς πίστεως εὑρεθῇ ἀμφίβολον, ἢ ἐν τῇ ἀγάπῃ μεμερισμένον· συνερχομένων δηλαδὴ καὶ τῶν κατὰ τὴν ἀνατολὴν ἐπαρχιῶν ἐπισκόπων· ἵνα ὅσοι καταπονηθέντες ἀπειλαῖς, καὶ ὕβρεσιν, ἀπὸ τῆς ὁδοῦ τῆς ἀληθείας ἐξέκλιναν, εἰς σωτηρίας παραμυθίαν ὁλόκληρον ἀνακληθῶσι· καὶ αὐτοὶ δὲ ὧν ἐστιν * ἡ σκληροτάτη ἀπόφασις, ἐὰν γνώμαις κρείττοσιν ἐπακολουθήσωσιν, ἀπὸ τῆς ἑνότητος τῆς ἐκκλησίας μηδαμῶς ἀποστῶσιν. ὅπως γὰρ μετὰ τὸ ἔκκλητον τοῦτο ἀναγκαίως αἰτοῦμεν, τῶν κατὰ Νίκαιαν κανόνων αἱ ψῆφοι μαρτυροῦσιν· αἵτινες ἀπὸ τῶν πανταχοῦ τοῦ κόσμου ἐπισκόπων καθιδρύθησαν· ὥσπερ ὑπετάξαμεν. συνέλθετε τοῖς καθολικοῖς τῷ ὑμετέρῳ πατρῴῳ ἔθει, καὶ δότε παρρησίαν τῆς πίστεως εἰς ἐκδίκησιν· ἥν τινα, σωζομένης τῆς αἰδοῦς τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας, οὐδεμία βία, οὐδεμία κοσμικὴ ἀπειλὴ δυνήσεται ἀποκινῆσαι. ὅταν γὰρ τῆς ἐκκλησίας τὰ δόγματα γυμνάζομεν, τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας, καὶ σωτηρίας φροντίζομεν· ἵνα τῶν ὑμετέρων ἐπαρχιῶν ἡσύχῳ δικαιώματι ἀπολαύητε· ἐκδικήσατε κατέναντι τῶν αἱρετικῶν τὸν ἀσάλευτον τῆς ἐκκλησίας θεσμόν· ἵνα καὶ τῆς ὑμετέρας βασιλείας τῇ δεξιᾷ τοῦ Χριστοῦ ἐκδικηθείη τὸ κράτος.

* ἥ τις τῷ νῦν γεγονότι ἀτιμοῦται, φύλαξ

* ὡς ἂν

* θεάσασθε

* χαλεπώτερα τὰ ἐγκλήματα, ἐὰν

A clesia supplicatur, ne ante tribunal Christi domini rei de silentio judicemur, obsecramus coram vnius deitatis inseparabili ' trinitate, quæ tali facto læditur, cum ipsa vestri sit custos & auctor imperii, & coram sanctis angelis Christi, ut omnia in eo statu esse jubeatis, in quo fuerunt ante omne judicium; donec major ex toto orbe sacerdotum numerus congregetur. Nec alieno peccato patiamini vos gravari; quia (quod necesse est nos dicere) veremur, ne cujus religio dissipatur, indignatio provocetur. Præ oculis habete, & tota mentis acie reverenter aspicite beati Petri gloriam, & communes cum ipso omnium apostolorum B coronas, cunctorumque martyrum palmas, quibus alia non fuit causa patiendi, nisi confessio veræ divinitatis & veræ humanitatis in Christo. Cui sacramento quia impie nunc a paucis imprudentibus obviatur, omnes partium nostrarum ecclesiæ, omnes mansuetudini vestræ cum gemitibus & lacrymis supplicant sacerdotes; ut quia & nostri fideliter reclamarunt, & eisdem libellum appellationis Flavianus episcopus dedit, generalem synodum jubeatis intra Italiam celebrari, quæ omnes offensiones ita C aut repellat, aut mitiget, ne aliquid vltra sit vel in fide dubium, vel in caritate divisum, convenientibus vtique orientalium provinciarum episcopis, quorum si qui superati minis atque injuriis a veritatis tramite deviarunt, ' salutaribus remediis in integrum revocentur: ipsique quorum est causa durior, si consiliis melioribus acquiescant, ab ecclesiæ vnitate non excidant. Quam autem post appellationem interpositam hoc necessario postuletur, canonum Nicææ habitorum decreta testantur, quæ a totius mundi sunt sacerdotibus constituta, quæque subter annexa sunt. Favete catholicis vestro more, parentumque vestrorum: date defen- D dendæ fidei libertatem, quam salva clementiæ vestræ reverentia, nulla vis, nullus poterit mundanus terror auferre. Cum enim ecclesiæ causas, tum regni vestri agamus & salutis, ut provinciarum vestrarum quieto iure potiamini; defendite contra hæreticos inconcussum ecclesiæ statum, ut & vestrum Christi dextera defendatur imperium. Datum tertio Idus Octobris, Asterio & Protogene viris clarissimis consulibus.

PARTIS I. EP. XIX.

' per v. d. inseparabilem

' salubribus

Intelligere videtur III. IV. & V. canonem concilii cujus canones sub nomine concilii Nicæni ab aliis antiquis patribus citatos reperimus.

E

Ἀντίτυπον συνεδρίου ἐν τῷ τόπῳ τῶν κανόνων, ἐν οἷς διελάλησαν.

ΓΑΥΔΕΝΤΙΟΣ ἐπίσκοπος εἶπεν· εἰ ἀρέσκει προστεθῆναι ταύτῃ τῇ ἀποφάσει, ἥν τινα πλήρη ἁγιότητος προσηνέγκατε, ὁπηνίκα ἄλλος ἐπίσκοπος καθῃρέθη κρίσει ἐπισκόπων· καὶ διεμαρτύρατο ἐν πόλει τῶν κανόνων κινηθῆναι τὰ τοῦ πράγματος. ὁ δὲ ἕτερος ἐπίσκοπος ἐν ταύτῃ τῇ καθέδρᾳ μετὰ τὴν αἴτησιν τοῦ φαινομένου καθῃρῆσθαι, παντελῶς ἐν ἑτέρῳ τυπωθῆναι τὰ τοῦ πράγματος μὴ δύνασθαι, εἰ μὴ παρὰ τῶν κριτῶν δέξηται τὸν ὅρον.

Hic canon est concilii Sardicensis quartus, quamvis nonnihil ab eo diversus inveniatur: quod quidem ex eo accidisse conjici potest, quia fortasse beatus Leo, adjunxerat epistolæ suæ canonem hujus synodi Latinum, quem rursus simul cum eadem epistola interpres illius temporis Græce reddidit satis depravatum & mancum. sicut & ceteras etiam eiusdem B. Leonis epistolas, quæ in hoc Calchedonensi concilio sunt insertæ.

I PARTIS EP. XX.

ANNO CHRISTI 451.

A

*Epistola Leonis vrbis Romæ episcopi ad Theodosium Augustum, qua rogat illum, ut speciale concilium in Italia fiat, & in nullo alio loco, eo quod * contra canones facta sit synodus Ephesina, [& acta ejus judicantur illegitima, nec rite facta.*

* *id sit contrarium sanctis canonibus,*

Ἐπιστολὴ Λέοντος ἐπισκόπου Ῥώμης, ἀποσταλεῖσα πρὸς Θεοδόσιον βασιλέα. δι' ἧς ᾔτησεν ἰδικὴν σύνοδον ἐν τοῖς τῆς Ἰταλίας γενέσθαι, καὶ ἐν μηδενὶ ἑτέρῳ τόπῳ, διὰ τὸ τοῦτο ὑπεναντίον εἶναι τῶν κανόνων.

Gloriosissimo & clementissimo Theodosio Augusto, Leo episcopus.

Τῷ ἐνδοξοτάτῳ καὶ γαληνοτάτῳ Θεοδοσίῳ βασιλεῖ, Λέων ἐπίσκοπος.

XX.

Videtur potius esse fragmentū præcedentis epistolæ, nec satis sibi cohærere.

OLIM & ab initio in conciliis celebratis tantam nos percipimus a beatissimo Petro apostolorum principe fiduciam, ut B auctoritatem habeamus, ad veritatem pro * nostra pace defendendam quatenus nulli liceat sic eam munitam in aliquo commovere, dum repente læsio removetur. Igitur quia concilium episcoporum, quod propter Flavianum in Ephesina civitate fieri præcepistis, & ipsi fidei probatur obesse, & omnes ecclesias vulnerare, & hæc a nobis comperta sunt non incerto nuntio, sed ab ipsis reverendissimis episcopis, qui a nobis missi sunt, & fidelissimo rerum quæ gestæ sunt, narratore Hilaro diacono nostro. Hæc autem ideo culpa processit, eo quod non pura conscientia & recto judicio secundum consuetudinem, hi qui collecti sunt, de fi- C de & ' erratis protulerunt. In ipso autem judicio non omnes qui convenerant, interfuisse cognovimus. Nam alios rejectos, alios didicimus intromissos, qui pro * supradicti sacerdotis arbitrio, impiis subscriptionibus captivas manus dederunt, quod nociturum statui suo scirent, nisi imperata fecissent: talemque ab ipso prolatam esse sententiam, ut in omnes per eam sæviretur ecclesias. Quod nostri ab apostolica sede directi, adeo impium & catholicæ fidei contrarium videntes, nobis significare noscuntur. Vnde tranquillissime principum, removete, quæsumus, a vestræ pietatis con- D scientia periculum religionis & fidei, ut Christi evangelio vim non inferat humana præsumptio. * Ecce ego, christianissime & venerabilis imperator, cum consacerdotibus me's implens erga reverentiam clementiæ vestræ sinceri amoris officium, cupiensque vos per omnia placere Deo, cui pro vobis ab ecclesia supplicatur *, ne ante tribunal domini rei de silentio judicemur. Obsecramus * coram vnius deitatis inseparabili trinitate, quæ tali facto læditur, cum ipsa vestri sit custos & auctor imperii, & coram sanctis angelis Christi, ut omnia in eo statu E esse jubeatis, in quo fuerunt ante omne judicium, donec major ex toto orbe sacerdotum numerus congregetur. Nec alieno peccato patiamini vos gravari, quia (quod necesse est nos dicere) veremur ne cujus religio dissipatur, indignatio prouocetur. Præ oculis habete, & tota mentis acie reverenter aspicite beati Petri gloriam, & communes cum ipso omnium apostolorum coronas, cunctorumque martyrum palmas, quibus alia non fuit causa patiendi, nisi con-

* vestra

' certantibus

* *i. Dioscori, qui tamen non est supra nominatus.*

* hæc ' ista

* consulo,

* ergo

κ'.

ἈΝΩΘΕΝ καὶ ἐξ ἀρχῆς ἐν ταῖς γινομέναις συνόδοις, τοσαύτην ἡμεῖς εἰλήφαμεν B παῤῥησίαν παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου Πέτρου, καὶ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων, ὡς ἔχειν τὴν αὐθεντίαν καὶ ἐκδικεῖν τὴν ἀλήθειαν ὑπὲρ τῆς * ὑμῶν εἰρήνης, καὶ μηδενὶ δύνασθαι ὀχυρὰν οὕτως ὑπάρχουσαν παρασαλεύειν, παραχρῆμα τῆς βλάβης ἀποσειομένης. ἐπεὶ οὖν τὸ συνέδριον τῶν ἐπισκόπων, ὅπερ γενέσθαι προσετάξατε ἐν τῇ Ἐφεσίων * πολεμεῖ * Φλαυιανῷ αὐτήν τε καταβλάπτει τὴν πίστιν, καὶ πάσας τραυματίζει τὰς ἐκκλησίας καὶ ταῦτα ἡμῖν ἔγνωσται οὐ παρά ἀβεβαίου τινὸς ἀγγέλου, ἀλλὰ παρ' αὐτῶν παρ' ἡμῶν ἀποσταλέντων εὐλαβεστάτων ἐπισκόπων, καὶ τοῦ πιστοτάτου Ἱλάρου τοῦ ἡμετέρου διακόνου, τῶν τὰ πεπραγμένα ἡμῖν ὑφηγησαμέ- C νων. τὸ δὲ συμβὰν ταύτην ἔχει τὴν αἰτίαν, τὸ μὴ καθαρᾷ συνειδήσει, καὶ ὀρθῇ κρίσει κατὰ τὸ σύνηθες, τοὺς συνελθόντας τῇ τε πίστει, καὶ τοῖς πεπλανημένοις τὴν ἀπόφασιν ἐκφωνῆσαι· ἔγνωμεν γὰρ, ἐν τῷ συνεδρίῳ μὴ πάντας συνεληλυθέναι τοὺς ὀφείλοντας, ἀλλ' ἑτέρους μὲν ἐκβληθέντας, ἑτέρους δὲ εἰσδεχθέντας· οἵτινες τῇ ὑπολήψει τοῦ προλεχθέντος ἐπισκόπου ἀσεβέσιν ἑάλωσαν ὑπογραφαῖς, τοιαύτη γὰρ ἡ παρ' αὐτοῦ ἐξενεχθεῖσα ἀπόφασις, ὡς πάσας δι' αὐτῆς τὰς ἐκκλησίας καταβλάπτεσθαι. σφόδρα γὰρ ἀσεβὲς, καὶ τῇ πίστει πολέμιον τὸ τοιοῦτο θεασάμενοι οἱ παρ' ἡμῶν ἀ- D ποσταλέντες, ἡμῖν κατεσήμαναν. ὅθεν, γαληνότατε βασιλεῦ, τῆς ὑμετέρας εὐσεβοῦς συνειδήσεως τὸν κίνδυνον ἕνεκα τῆς πίστεως ἀποσοβῆσαι καταξίωσον. καὶ μὴ πρόληψις ἀνθρωπίνη τὸ τοῦ Χριστοῦ εὐαγγέλιον βιάσηται. ταῦτα ἐγὼ, ὦ * χριστιανικώτατε, καὶ προσκυνητὲ βασιλεῦ, μετὰ τῶν σὺν ἐμοὶ ἐπισκόπων, εἰλικρινεῖ διαθέσει ποθῶν ὑμᾶς πρὸ πάντων Θεῷ ἀρέσκειν, ᾧ παρὰ πάσης ἐκκλησίας συμφώνως ὑπὲρ τοῦ ὑμετέρου κράτους δεήσεις ἀναπέμπονται, συμβουλεύω· μή ποτε δίκας ὑφέξωμεν ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ, τὸ τοιοῦτο παρασιωπήσαντες. δέομαι τοιγαροῦν E ἐνώπιον τῆς μιᾶς θεότητος τῆς ἀχωρίστου τριάδος, τῆς ἀδικουμένης διὰ τῶν κακῶς πεπραγμένων, φύλακος ὑπαρχούσης τῆς ὑμετέρας βασιλείας, καὶ ἐνώπιον τῶν ἁγίων ἀγγέλων τοῦ Χριστοῦ, ἵνα πάντα μείνωσιν * ἀῤῥαγῆ, καθὼς καὶ πρὸ δίκης ἐτύγχανε· περιμείνωσι δὲ τὸ μεῖζον τῆς συνόδου κριτήριον, ἐν ᾧ ὁ πᾶς ἀριθμὸς τῶν ἐπισκόπων ἐκ πάσης τῆς οἰκουμένης συνάγεται. καὶ μὴ συγχωρήσητε * ἡμᾶς τῷ ἑτέρων πταίσματι βάρος ὑπομεῖναι. * ὅπερ σαφέστερον εἰπεῖν ἀνάγκης ἐπειγούσης τῷ δέει κρατούμεθα. ἀλλὰ λαβεῖν πρὸ ὀφθαλμῶν, τοῦ μακαριωτάτου Πέτρου τὴν δόξαν, καὶ τοὺς κοινοὺς στεφάνους σὺν αὐτῷ πάντων τῶν ἀποστόλων, καὶ τὰς τῶν μαρτύρων χαράς. οἷς οὐ γέγονεν ἑτέρα τις αἰτία τοῦ παθεῖν, εἰ μὴ ἡ

* ἴσως, ἡμῶν

* πόλει L.
* διὰ Φλαυιανὸν,

* χριστιανικώτατε βασιλεῦ

* ἴσως, ἀπερῆ,

* ὑμᾶς L.

* δέος γὰρ, ὅπερ ἀνάγκη εἰπεῖν, μήποτε εἰς ἀγανάκτησιν ἐκεῖνος παροξυνθείη,

ANNO CHRISTI 451.

ἡ ὁμολογία τῆς ἀληθοῦς θεότητος, * καὶ ἡ ἐν Χριστῷ τελεία διαμονή. ἧς τινος ὁμολογίας ἀσεβῶς ὑπό τινων νῦν ὀλίγων καταβλαπτομένης, πᾶσαι αἱ ἐκκλησίαι τῶν ἡμετέρων μερῶν, καὶ πάντες οἱ ἱερεῖς, τὴν ὑμετέραν ἡμερότητα μετὰ δακρύων ἱκετεύουσι κατὰ τὴν αἴτησιν τοῦ λιβέλλου Φλαυιανοῦ τοῦ ἐπισκόπου· ὥστε κελεῦσαι * ἰδικὴν σύνοδον ἐν τοῖς τῆς Ἰταλίας ἐπιτελεσθῆναι· ὅπως πᾶσα ἐναντιότης ἐκβληθείη, ἢ καταπραϋνθείη, * καὶ μηδὲν ἢ παρέλκον, ἢ ἀμφίβολον ἐπὶ τῇ πίστει συνερχομένων ἔτι καὶ τῶν ἐπισκόπων ἀπὸ πασῶν τῶν ἀνατολικῶν ἐπαρχιῶν· * οἵ τινες ὕβρεις κατὰ τὴν ὁδὸν τῆς ἀληθείας ὤφλησαν, σωτηριώδεσι θεραπείαις εἰς τὸ ὁλόκληρον ἀνακληθῶσι, καὶ οὗτοι, ὧν ἐστιν αἰτία βαρυτέρα, * ἢ διὰ τῆς συμβουλίας ἡσυχάσωσιν, * ἢ ἀπὸ τῆς μιᾶς ἐκκλησίας ἐκκοπῶσιν. ὥστε καὶ ταῦτα ἀναγκαῖον παραφυλάξαι, ὅσα ὁ ἐν Νικαίᾳ κανὼν παρακελεύεται, ὅσα τε ὁ ὅρος ὁ ἀπὸ πάσης τῆς οἰκουμένης τῶν ἐπισκόπων κατὰ τὸ ἔθος τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, * καὶ τῶν * ἡμετέρων πατέρων, ἐλευθέραν τὴν πίστιν· δι᾽ ἧς ἡ ὑμετέρα γαληνότης συνίσταται. τῶν γὰρ βλαπτόντων τὴν ἐκκλησίαν ἀπελαθέντων, καὶ τῶν ὑμετέρων ἐπαρχιῶν ἀπολαυουσῶν τοῦ δικαίου, καὶ τῆς κατὰ τῶν αἱρετικῶν ἐκδικήσεως γινομένης, καὶ τὸ ὑμέτερον βασίλειον τῇ δεξιᾷ τοῦ Χριστοῦ σκεπασθείη.

Margin notes: * ὑγιὴς ἡ ... * καὶ τῆς ἀληθείας ἐν Χριστῷ ἀνθρωπότητος * εἰκουμενικὴν seu γενικὴν * καὶ τὸ ἀπὸ τοῦδε μηδὲν ... * οἵτινες Lat. * ἢ διὰ * μὴ ἀπὸ * ἐπικυρωθέντα τοῖς ὀρθοδόξοις κατὰ τὸ ἡμέτερον καὶ πατρῷον ἔθος ... ἐλευθερίαν, δι᾽ ἧς ἡ * ὑμετέρων L. ' & sancti concilii quod Romæ collectum est ' gloriosissimæ & clementissimæ filiæ ' in fidei causam ad p. v. d. s. per n. cle pervenissent,

A fessio veræ divinitatis & veræ humanitatis in Christo. Cui sacramento quia impie nunc a paucis imprudentibus obviatur, omnes partium nostrarum ecclesiæ, omnes mansuetudini vestræ cum gemitibus & lacrymis supplicant sacerdotes, ut quia & nostri fideliter reclamarunt, & eisdem libellum appellationis Flavianus episcopus dedit, generalem synodum jubeatis intra Italiam celebrari, quæ omnes offensiones ita aut repellat, aut mitiget, ne ultra aliquid sit vel in fide dubium, vel in caritate divisum, convenientibus utique orientalium provinciarum episcopis; quorum si qui superati minis atque injuriis a veritatis tramite deviarunt, salutaribus remediis B in integrum revocentur: ipsique quorum est causa durior, sic consiliis melioribus acquiescant, ut ab ecclesiæ unitate non excidant. Quam autem post appellationem interpositam hoc necessario postuletur, canonum Nicææ habitorum decreta testantur, quæ a totius mundi sunt sacerdotibus constituta. Fauete catholicis vestro more, parentumque vestrorum: date defendendæ fidei libertatem. Cum enim ecclesiæ causas, tum regni vestri ' agamus & salutis, ut provinciarum vestrarum quieto jure potiamini: defen- C dite contra hæreticos inconcussum ecclesiæ statum, ut & vestrum Christi dextera defendatur imperium. Datum tertio Idus Octobris, Asterio & Protogene viris clarissimis consulibus.

' agimus

PARTIS I. EP. XXI.

Ejusdem Leonis papæ ' epistola ad Pulcheriam Augustam, contra eamdem secundam synodum Ephesinam.

Leo episcopus, & sancta synodus, quæ in urbe Roma convenit, ' Pulcheriæ Augustæ.

XXI.

Si epistolæ, quæ ' pro fidei causa per nostros clericos directæ sunt, ad vestram pietatem pervenissent, certum est, remedium vos his rebus quæ contra fidem factæ sunt, aspirante vobis domino præstare potuisse. Quando enim sacerdotibus, quando Christianæ religioni aut fidei defuistis? Sed cum ad mansuetudinem vestram adeo non potuerint pervenire qui missi sunt, ut ad nos vix unus illorum Hilarus diaconus noster fugiens sit reversus, iteranda scripta credidimus. Et ut validiores preces nostræ esse mereantur ipsorum scriptorum, quæ ad clementiam vestram non pervenerunt, exempla subjecimus, amplioribus vos obtestationibus obsecrantes, ut quanto acerbiora facta sunt, quibus pro sede regia vos convenit contraire, tanto majore gloria cu- E ram eius, in qua excellitis, religionis habeatis, ne catholicæ fidei integritas ulla humanarum concertationum occasione violetur. Quæ enim congregata apud Ephesum synodo, sopienda & sananda pacis remedio credebantur, hæc non solum in majora pacis dispendia, sed (quod nimis dolendum est) etiam in ipsius fidei, qua Christiani sumus, excidia processerunt. Et ii quidem qui missi sunt, quorumque unus vim Alexandrini episcopi sibi omnia vindicantis effugiens rerum gestarum nobis ordinem fideliter nuntiavit, reclamarunt in synodo, sicut oportuit, unius hominis non tam judicio, quam furori, protestantes, ea quæ per vim metumque gererentur, sacramentis ecclesiæ, & ipsi symbolo ab apostolis instituto præju- ' dicare non posse, nec se ab ea fide ulla injuria separandos, quam plenissime expositam atque digestam, a sede beati apostoli Petri ad sanctam synodum detulissent. Cujus cum recitatio, poscentibus episcopis, non sit admissa, ut scilicet remota ea fide quæ patriar- D chas, prophetas, apostolos & martyres coronavit, generatio Iesu Christi Domini nostri secundum carnem, & veræ mortis ac resurrectionis ejus confessio (quod horremus dicere) solveretur; scripsimus de hac re, ut potuimus, ad gloriosissimum principem, & (quod maximum est) Christianum; cujus epistolæ pariter exempla subjecimus; ut fidem, in qua renatus per Dei gratiam regnat, nulla sineret novitate corrumpi: quoniam Flavianus episcopus in nostra omnium communione persistit: atque hoc, quod factum est sine consideratione justitiæ, & contra omnium canonum disciplinam, ratum haberi ratio nulla permittit: & quia dissensionis scandalum non abstulisset Ephesina synodus, sed auxisset, habendo intra Italiam concilio & locus constitueretur & tempus, omnibus querelis & præjudiciis partis utriusque suspensis, quo diligentius universa quæ offensionem generaverant retractentur, & absque vulnere fidei, absque religionis injuria in pacem Christi redeant, qui per impotentiam subscribere coacti sunt sacerdotes, & soli auferantur errores. Quod ut obtinere mereamur, probatissimę nobis fidei pietas tua, quę labores ecclesię semper ' adjuvat, supplicationem nostram apud clementissimum principem, sibi specialiter a beatissimo Petro apostolo legatione commissa, dignetur asserere: ' adjuvit

ut

PARTIS I. EP. XXII. ET XXIII. ANNO CHRISTI 451.

ut priusquam civile hoc & exitiale bellum intra ecclesiam convalescat, redintegrandæ unitatis copiam, Deo auxiliante concedat; sciens imperii sui viribus profuturum, quidquid catholicæ libertati, benigna ipsius fuerit dispositione collatum. Data' pridie Idus Octobris, Asterio & Protogene viris clarissimis consulibus.

' tertio

Epistola ejusdem Leonis papæ ad clerum ' & plebem Constantinopolitanæ urbis.

' & nobiles & populum

Leo episcopus & sancta synodus, quæ in urbe convenit, clero, honoratis, & plebi consistenti apud Constantinopolim, dilectis filiis in domino, salutem.

XXII.

'In notitiam nostram, quæ Ephesi contra opinionem omnium sunt ' acta, perlatis, magno animum nostrum fatemur mœrore confusum: nec tantum licuisse iniquitati facile potuissemus credere, nisi filius noster Hilarus diaconus, qui a nobis vice nostra cum aliis ut interesset synodo missus fuerat, fugiens revertisset, declinans ne injustæ particeps esset sententiæ. Quippe cum vox illic a nostris contradictionis emissa sit, quam Alexandrinus antistes, qui totum solus ' ibi potentiæ suæ vindicavit, audire contempsit, in consortium suæ voluntatis invitos protrahens sacerdotes, ut per vim coacti subscriberent, qui nullam damnationis causam idoneam reperissent. Sed hos ausus pio & Christianissimo principi confidimus minime placituros. At nunc, quia ecclesiam vestram hac ratione cognovimus dissipatam, consolandos adhortandosque vos esse credidimus nostris epistolis, ut pro catholicæ fidei defensione, perfidorum nequitiæ resistatis. Nolumus enim dilectionem vestram hoc mœrore percelli, cum major gloria vestram sit subsecutura constantiam, si a probabili sacerdote vestro nullæ vos minæ, nulla formido ' divulserit. Quisquis enim incolumi atque superstite Flaviano episcopo vestro sacerdotium ejus ausus fuerit invadere, nunquam in communione nostra habebitur, nec inter episcopos poterit numerari. Nos enim sicut Nestorium in sua perversitate anathematizavimus, ita eos qui veritatem carnis nostræ in Domino Iesu Christo denegant, pari execratione damnamus. State igitur in spiritu catholicæ veritatis, & apostolicam cohortationem ministerio nostri oris accipite: quia vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo patiamini. Nolite arbitrari, dilectissimi, quod sanctæ ecclesiæ suæ desit, aut defutura sit divina protectio. Splendescit enim fidei puritas, cum ab ea sordes separantur errorum. Vnde iterum, iterumque vos ante conspectum Domini obtestamur pariter & monemus, ut a fide, in qua fundati estis, & in qua christianissimum principem novimus permanere, non insidiis, non cujusquam persuasionibus moveamini; sed in persona episcopi vestri illum in cordis oculis habeatis, pro quo idem omnia pati quæ fuerunt illata, non metuit: cujus per omnia imitatores vos esse cupimus, ut commune cum ipso præmium fidei habere possitis. Data ' Idibus Octobris, Asterio & Protogene viris clarissimis consulibus.

' ad ' peracta ' impotentia sua ' divelleret. Phil. 1. v. 19. ' tertio Idus.

Altera ejusdem Leonis papæ epistola ad eosdem.

Leo episcopus & sancta synodus quæ in urbe Roma convenit, clero, honoratis & plebi consistenti Constantinopoli.

XXIII.

Licet de his quæ in concilio sacerdotum apud Ephesum gesta memorantur, multus nos mœror afficiat, eo quod sicut consonans fama dispersit & ipso rerum monstratur effectu, nec justitiæ illic moderatio, nec fidei est servata religio: de vestræ tamen devotionis pietate gaudemus, & in sanctæ plebis acclamationibus, quarum ad nos exempla delata sunt, omnium vestrum probamus affectum; quia & vivit ac permanet apud bonos filios optimi patris justa dilectio, & catholicæ doctrinæ eruditionem in nulla patimini parte corrumpi. Non dubie enim, sicut vobis Spiritus sanctus reseravit, Manichæorum confœderantur errori, qui ab unigenito Dei filio verum & nostræ naturæ hominem negant esse susceptum, omnesque ejus corporeas actiones simulatorii volunt fuisse phantasmatis. Cui impietati, ne in aliquo præberetis assensum, jam per filium meum Epiphanium, & Dionysium Romanæ ecclesiæ notarios, cohortatoria ad dilectionem vestram scripta direximus, quibus confirmationem, quam expetistis, ultro præbuimus, ut nos paternam vobis curam non dubitetis impendere, ac modis omnibus laborare, ut auxiliante misericordia Dei, omnia quæ ab imperitis & insipientibus excitata sunt scandala destruantur. Nec quisquam sibi audeat de sacerdotali honore blandiri, qui poterit in execrandi sensus impietate convinci. Nam si vix in laicis tolerabilis videtur inscitia, quanto magis in eis qui præsunt, nec excusatione est digna, nec venia; maxime cum etiam defendere perversarum opinionum commenta præsumunt, & in consensum suum aut errore, aut gratia insanabiles quosque traducunt? Spernantur hujusmodi a sanctis membris corporis Christi, neque sibi catholica libertas infidelium jugum patiatur imponi. Extra enim domum divinę gratię, & extra sacramentum salutis humanę habendi sunt, qui negantes naturam nostrę carnis in Christo, & euangelio contradicunt, & symbolo reluctantur. Nec sentiunt se in hoc præruptum sua obcęcatione deduci, ut nec in passionis Dominicę, nec in resurrectionis veritate consistant: quia utrumque in salvatore vacuatur, si in eo nostri generis caro non creditur. In quibus isti ignorantię tenebris, in quo hactenus desidiæ torpore jacuere, ut nec auditu discerent, vel lectione cognoscerent, quod in ecclesia Dei in omnium ore tam consonum est, ut nec ab infantium linguis veritas corporis & sanguinis Christi inter communis sacramenta fidei taceatur? Quia in illa mystica distributione spiritalis alimonię hoc impartitur, hoc sumitur, ut accipientes virtutem cęlestis cibi, in carnem ipsius, qui caro nostra factus est, transeamus. Vnde & ad confirmationem caritatis vestrę, quę laudabili fide inimicis veritatis obnititur, apte atque opportuno sermone affectuque apostolico utar & dicam: *Propterea & ego audiens fidem*

Ephes. 1. vers. 15.

ANNO CHRISTI 451.

ἔχομεν δὲ καὶ νῦν τὴν κατάθεσιν τοῦ θαυμασιωτάτου σιλεντιαρίου Μάγνου, τὴν γενομένην ἐπὶ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου μαγίστρου· καὶ ἀξιοῦμεν ταύτην ἀναγνωσθῆναι. Φλαβιανὸς ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως εἶπε· ψευδής ἐστιν. Διόσκορος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας εἶπεν· εἴ τι ἔγνωκεν ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος Φλαβιανὸς συμβαλλόμενον αὐτοῦ τῇ ὑπολήψει, λεγέτω ἐγγράφως. Φλαβιανὸς ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως εἶπεν· ἀπέκλεισάς μου πᾶσαν δικαιολογίαν. Διόσκορος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας εἶπεν· οἶδεν ἡ παροῦσα ἁγία σύνοδος, εἰ ἀπέκλεισά σου τι. εἴ τι οὖν οἶδας συμβαλλόμενόν σοι, εἰπέ. Φλαβιανὸς ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως εἶπε· συνεχωρήθη μοι λαλῆσαι; Διόσκορος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας εἶπεν· οὐδείς σε ἐκώλυσεν· οἶδεν ἡ ἁγία σύνοδος. Φλαβιανὸς ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως εἶπεν· ἡ δευτέρα πρᾶξις οὐδὲν ἔχει πλαστόν, οἶδε καὶ ὁ κύριος Θαλάσσιος, οἶδε καὶ ὁ κύριος Εὐσέβιος. Θαλάσσιος ἐπίσκοπος Καισαρείας Καππαδοκίας εἶπεν· οὐδεὶς ἐκώλυσε τοῦ λαλῆσαι τὴν σὴν ὁσιότητα. εἴ τι τοίνυν ἔχεις συμβαλλόμενον, εἰπέ. Διόσκορος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας εἶπε· κύριε Εὐσέβιε εἰπέ· ἐκώλυσα αὐτὸν λαλῆσαι; Εὐσέβιος ἐπίσκοπος Ἀγκύρας Γαλατίας εἶπεν· ὡς οἶδεν ὁ Θεός, εὐχόμεθά σε λαλῆσαι. Ἰουβενάλιος ἐπίσκοπος Ἱεροσολύμων εἶπεν· ἔτι καὶ νῦν, εἴ τι θέλεις, εἰπέ. Φλαβιανὸς ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως εἶπεν· ἐπὶ τοῦ κυρίου Θαλασσίου καὶ τοῦ κυρίου Εὐσεβίου, παρόντος καὶ τοῦ σιλεντιαρίου Μάγνου, ἐγένετο ἡ πρᾶξις, καὶ ἐξητάσθη, καὶ οὐδὲν τοιοῦτον ἀπεδείχθη. ἕκαστος τῶν τότε παρόντων ἐπισκόπων, ὡς ἐπὶ Θεοῦ, ἃ ἤκουσεν, εἶπε· καὶ ἀψευδῶς ἐῤῥέθη. Διόσκορος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας εἶπεν· κύριε Στέφανε ἐπίσκοπε εἰπέ, εἰ ἐκώλυσα αὐτόν. Στέφανος ἐπίσκοπος Ἐφέσου εἶπεν· ἰδού, ποῦ ἐστιν; ἐὰν ἐκώλυσας αὐτόν, εἰπῇ. Διόσκορος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας εἶπεν· εἴπατε πάντες, εἰ ἐκώλυσα αὐτόν. ἡ ἁγία σύνοδος εἶπεν· οὐκ ἐκωλύσαμεν αὐτόν. Φλαβιανὸς ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως εἶπεν· ἐμοῦ τῶν πεπραγμένων οὐδὲν ἅπτεται διὰ τὸν Θεόν. οὐδὲν γὰρ ἑτέρως ἐδόξασα, ἢ ἐφρόνησά ποτε, ἢ φρονήσω. Διόσκορος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας εἶπε· δήλων ὄντων τῶν πραχθέντων, λεγέτω ἕκαστος τῶν παρόντων ἁγίων ἐπισκόπων, οἵως οἶδε πιστεύοντα τὸν ἀρχιμανδρίτην Εὐτυχῆ, καὶ τί περὶ αὐτοῦ τυποῖ.

Ἰουβενάλιος ἐπίσκοπος Ἱεροσολύμων εἶπεν· ἐν τῷ αὐτὸν συνεχῶς κατατίθεσθαι, ὡς ἀκολουθεῖ τῇ ἐκθέσει τῆς πίστεως τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, καὶ τοῖς ἐν Ἐφέσῳ πραχθεῖσι τῇ προτέρᾳ μεγάλῃ καὶ ἁγίᾳ συνόδῳ, ὀρθοδοξότατον ἐν οἷς ἀπεφθέγξατο κατείληφα. κἀγὼ δὲ ψηφίζομαι, καὶ βούλομαι τελεῖν αὐτὸν καὶ ἐν τῷ μοναστηρίῳ, καὶ ἐν τῷ οἰκείῳ βαθμῷ. ἡ ἁγία σύνοδος εἶπεν· αὕτη δικαία κρίσις.

Δόμνος ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας εἶπεν. ἐπειδὴ πρώην ἐκ τῶν ἐπισταλέντων παρὰ τῆς ἐν τῇ βασιλευούσῃ πόλει συγκροτηθείσης ἁγίας συνόδου περὶ τοῦ εὐλαβεστάτου ἀρχιμανδρίτου Εὐτυχοῦς, ὑπέγραψα τῇ καθαιρέσει αὐτοῦ· ἐκ δὲ τῶν ἀρτίως ἐπιδοθέντων λιβέλλων παρ' αὐτοῦ τῇ ἁγίᾳ

A Habemus vero & nunc professionem viri laudabilis Magni silentiarii, factam sub viro magnificentissimo magistro; & postulamus hanc relegi. Flavianus episcopus Constantinopolitanæ urbis dixit: Falsa est. Dioscorus episcopus Alexandriæ dixit: Si quid scit Dei amantissimus episcopus Flavianus suæ opinioni congruum, in scriptis dicat. Flavianus episcopus Constantinopolitanæ urbis dixit: Occlusisti mihi omnem justam allegationem. Dioscorus episcopus Alexandriæ dixit: Scit præsens sancta synodus si tibi aliquid occlusi. Si quid ergo scis congruum tibi, dic. Flavianus episcopus Constantinopolitanæ urbis dixit: * Non mihi permissum est loqui. Dioscorus episcopus Alexandriæ dixit: Nemo te prohibuit. scit & hæc sancta synodus. Flavianus Constantinopo- B litanæ urbis episcopus dixit: Secunda acta nihil habent falsum. scit & domnus Thalassius, & domnus Eusebius. Thalassius episcopus Cæsareæ Cappadociæ dixit: Nemo prohibuit loqui sanctitatem vestram. Si quid ergo tibi speras congruere, dic. Dioscorus episcopus Alexandriæ dixit: domne Eusebi, dicas: prohibui eum loqui? Eusebius episcopus Ancyræ Galatiæ dixit: Sicut novit Deus, optamus te loqui. Iuvenalis episcopus Hierosolymæ dixit: Sed & nunc, * quidquid vult, dicas. Flavianus episcopus Constantinopolis dixit: Coram domno Thalassio & domno Eusebio, præsente etiam Magno silentiario, gesta facta sunt, & C examinata sunt, & nihil tale approbatum est. Singuli qui tunc præsentes fuerunt episcopi, ut coram Deo, quæ audierunt, dixerunt, & nihil falsi dictum est. Dioscorus episcopus Alexandriæ dixit: domne episcope Stephane, dic, si prohibui eum. Stephanus episcopus Ephesi dixit: Ecce ibi est. Si prohibuisti eum, dicat. Dioscorus episcopus Alexandriæ dixit: Dicite omnes, si prohibui eum. Sancta synodus dixit: Non eum prohibuimus. Flavianus episcopus Constantinopolis dixit: Me acta D illa nihil * terrent propter Deum. Neque enim aliter * glorificavi, aut sapui aliquando, vel sapiam. Dioscorus episcopus Alexandriæ dixit: Manifestis factis quæ * relecta sunt, dicant singuli præsentes sancti episcopi, quomodo sciunt archimandritam Eutychem credere, & quid de eo ordinant.

Iuvenalis Hierosolymorum episcopus dixit: Cum frequenter confiteatur, eo quod sequatur expositionem fidei synodi quæ in Nicæa habita est; & ea quæ prius in magno concilio apud Ephesum gesta sunt, orthodoxum summe eum in his quæ locutus est, comperi. Et ego autem decerno & E volo eum in suo monasterio degere, & in proprio gradu. Sancta synodus dixit: Hoc justum judicium.

Domnus episcopus Antiochiæ dixit: Quoniam dudum ex transmissa mihi epistola a sancta synodo in Constantinopoli congregata, in damnationem viri religiosissimi Eutychis archimandritæ subscripsi: ex nuper autem oblatis ab ipso libellis sanctæ

* Permissum ne est mihi loqui?

* si quid vis dic.

* tangunt

* opinatus sum,

* gesta

ACTIO PRIMA.

synodo in hac Ephesina metropoli congregatæ, confessus est, se acquiescere & fidei sanctorum trecentorum decem & octo patrum qui in Nicæa convenerunt, sed & priori concilio quod in hac eadem urbe Ephesina similiter convenit; comprobavi & ego ipse cum vestra sanctitate, recipere eum & presbyterii dignitatem & primatum sub eo degentium religiosissimorum fratrum.

Stephanus episcopus Ephesi dixit: Ex iis quæ relecta sunt, & ex oblatis libellis a viro reverendissimo presbytero & archimandrita Eutyche, ostenditur, quia & recte * glorificat, & orthodoxam habet fidem. Vnde & ego sequens sententiam sanctissimi ac Deo amicissimi episcopi Iuvenalis, consentio & concordo, esse eum presbyterum & archimandritam.

* credit,

Thalassius episcopus Cæsareæ Cappadociæ primæ dixit: Laudo & approbo virum reverendissimum presbyterum & archimandritam Eutychem, nil extra Nicænam synodum sapientem, neque expositam fidem in sancta synodo in aliquo corrumpentem: sed & approbans, volo eum * habere gradum presbyterii.

* retinere

Eusebius episcopus Ancyræ Galatiæ dixit: Et reverendissimum presbyterum & archimandritam Eutychem, & omnem hominem consona sapientem sanctissimo conventui Nicæno, & sanctissimo Ephesino concilio, quod & confirmavit ea quæ in Nicæa sancita sunt, orthodoxum arbitror, & a catholica * fide non alienum. Rationabile autem suspicor, & * in doctrina fidei irreprehensibilem, id est, prædictum virum reverendissimum presbyterum & archimandritam Eutychem, non privari sacerdotali dignitate & primatu monachorum.

* ecclesia
* hominem in sententia irreprehensibilem.

Cyrus episcopus Aphrodisiadis Cariæ dixit: Ex oblatis libellis a viro reverendissimo Eutyche presbytero & archimandrita, & relectis, apparet ipsum ei, quod fides sanctorum patrum habet qui in Nicæa & hic congregati sunt, consonasse. Vnde & ego consentio sententiæ sanctorum patrum, ut & presbyterii * habeat dignitatem, & præsit monasterio.

* retineat

Erasistratus episcopus Corinthi Helladis dixit: Ostendit per libellos suos reverendissimus archimandrita Eutyches, quod semper ea sapuit, quæ orthodoxa fides continet, & secutus est depositiones sanctorum patrum qui in Nicæa congregati sunt, quæ confirmatæ sunt in hac etiam metropoli per pridem collectam sanctissimam synodum. Vnde & ego consone decerno, ut fruatur & dignitate presbyterii, & præsit monasterio, ubi a principio ordinatus est.

Quintillus episcopus Heracleæ, agens vices Anastasii reverendissimi episcopi Thessalonicensis, dixit: Ex nuper oblatis libellis sanctæ & magnæ huic synodo a viro reverendissimo archimandrita Eutyche, reperi eum recte credentem expositæ fidei a sanctis trecentis decem & octo patribus qui in Nicæa congregati sunt, sed & iis quæ acta sunt a sancta synodo hic collecta ad impii Nestorii damnationem. Necessarie ergo suscipiens hanc ejus fidem, dignum eum judico & presbyterio, & primatu monasterii.

A συνόδῳ ἐπὶ τῆς Ἐφεσίων μητροπόλεως συγκροτηθείσῃ, ὡμολόγησε στοιχεῖν τῇ πίστει τῶν ἁγίων πατέρων τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ, τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων, καὶ τῇ πρότερον ἐν τῇδε τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει συγκροτηθείσῃ ὁμοίως συνόδῳ, συνεδοκίμασα καὶ αὐτὸς μετὰ τῆς ὑμετέρας ὁσιότητος, ἀπολαβεῖν αὐτὸν καὶ τὴν τοῦ πρεσβυτερίου ἀξίαν, καὶ τὴν ἡγεμονίαν τῶν ὑπ' αὐτὸν τεταγμένων εὐλαβεστάτων ἀδελφῶν.

ANNO CHRISTI 451.

Στέφανος ἐπίσκοπος τῆς Ἐφεσίων εἶπεν· ἀπὸ τῶν ἐναγνωσθέντων καὶ ἐπιδοθέντων λιβέλλων παρὰ τοῦ εὐλαβεστάτου πρεσβυτέρου καὶ B ἀρχιμανδρίτου Εὐτυχοῦς, δέδεικται, ὅτι καὶ ὀρθῶς δοξάζει, καὶ τὴν ὀρθόδοξον ἔχει πίστιν. ὅθεν καὶ ἐγὼ ἐξακολουθῶν τοῖς ἀποφανθεῖσι παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου καὶ θεοφιλεστάτου ἀρχιεπισκόπου Ἰουβεναλίου, συντίθεμαι καὶ συναινῶ, εἶναι αὐτὸν πρεσβύτερον καὶ ἀρχιμανδρίτην.

Θαλάσσιος ἐπίσκοπος Καισαρείας Καππαδοκίας πρώτης εἶπεν· ἐπαινῶ καὶ ἀποδέχομαι τὸν εὐλαβέστατον πρεσβύτερον καὶ ἀρχιμανδρίτην Εὐτυχῆ, μηδὲν ἔξω τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου φρονήσαντα, μήτε δὲ τοῖς ἐκ- C τεθεῖσι παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου παραξώσαντά τι· ἀλλὰ γὰρ ἀποδεξάμενος, βούλομαι ἔχεσθαι αὐτὸν τοῦ βαθμοῦ τοῦ πρεσβυτερίου.

Εὐσέβιος ἐπίσκοπος Ἀγκύρας Γαλατίας εἶπε· καὶ τὸν εὐλαβέστατον πρεσβύτερον καὶ ἀρχιμανδρίτην Εὐτυχῆ, καὶ πάντα ἄνθρωπον σύμφωνα φρονοῦντα τῇ ἁγιωτάτῃ συνόδῳ τῇ ἐν Ἐφέσῳ, ἥ τις καὶ ἐβεβαίωσε τὰ ἐν Νικαίᾳ θεσπίσματα, ὀρθόδοξον ἡγοῦμαι, καὶ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας οὐκ ἀλλότριον. εὔλογον δὲ ὑπολαμβάνω τὸν ἀκατάγνωστον τῷ φρονήματι, τουτέστι, τὸν προειρημένον εὐλαβέστατον πρεσβύτερον καὶ ἀρχιμανδρίτην Εὐτυχῆ μὴ ἀποστε- D ρεῖσθαι τοῦ ἱερατικοῦ ἀξιώματος, καὶ τῆς ἡγεμονίας τῶν μοναζόντων.

Κῦρος ἐπίσκοπος Ἀφροδισιάδος τῆς Καρίας εἶπεν· ἀπὸ τῶν ἐπιδοθέντων λιβέλλων παρὰ τοῦ εὐλαβεστάτου πρεσβυτέρου καὶ ἀρχιμανδρίτου Εὐτυχοῦς, καὶ ἀναγνωσθέντων, δέδεικται τὴν πίστιν τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ καὶ ἐνταῦθα συναχθέντων * συνενηνεχέναι. ὅθεν κἀγὼ σύμψηφος τῇ τῶν ἁγίων πατέρων ψήφῳ γίνομαι· ὥστε καὶ τῆς τοῦ πρεσβυτερίου ἔχεσθαι αὐτὸν ἀξίας, καὶ τοῦ ἡγεῖσθαι τοῦ μοναστηρίου.

* ἴσ. συνηχέναι

E Ἐρασίστρατος ἐπίσκοπος Κορίνθου τῆς Ἑλλάδος.

Κυΐντιλλος ἐπίσκοπος Ἡρακλείας, ἐπέχων καὶ τὸν τόπον Ἀναστασίου τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου τῆς Θεσσαλονίκης.

Μελέτιος

Μελέτιος ἐπίσκοπος Λαρίσσης, ἐπέχων τὸν τόπον Δόμνου τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου τῆς Ἀπαμέων.

Meletius episcopus Larissenæ civitatis, & agens vices Domni reverendissimi episcopi Apameæ, dixit: Consono & ego sententiis sanctorum patrum, conspexi enim ex iis quæ lecta sunt, orthodoxe eum credere, unde dignum eum judico priore sacerdotio, & monasterii gubernaculo.

pervidi ex lectis

gubernatione

Κυριακὸς ἐπίσκοπος Τρογμάδων, ἐπέχων τὸν τόπον * Θεοφίλου τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου Πισινοῦντος τῆς δευτέρας Γαλατίας τὰ ὅμοια εἶπεν.

* Θεοκτίστου

Cyriacus episcopus Trogmadensium, locum tenens & Theoctisti reverendissimi episcopi Pissinuntis Galatiæ secundæ, dixit: Sanctissimo presbytero & archimandrita interpellante sanctum conventum per libellos, & docente ita eum colere fidem, sicuti sancti trecenti decem & octo, & sequi sanctam Ephesinam synodum, orthodoxum eum invenimus, & volumus eum habere gradum presbyterii, sed & principatum monachorum. Dixi autem hæc & pro me, & pro prædicto metropolitano, eo quod ille gravi infirmitate deprimatur.

Διογένης ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Κυζίκου εἶπεν· ἀπὸ τῶν νῦν κατατεθέντων ὑπὸ τοῦ εὐλαβεστάτου πρεσβυτέρου καὶ ἀρχιμανδρίτου Εὐτυχοῦς, ἔγνωμεν, ὡς καὶ αὐτὸς συντίθεται τῇ ἐκτεθείσῃ πίστει τῶν πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ, καὶ τῇ παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων συνειλεγμένων ἐν ταύτῃ τῇ μεγαλωνύμῳ Ἐφέσῳ· καὶ ἐγκρίνω αὐτὸν οὕτω φρονοῦντα, καὶ τοῦ ἱερατικοῦ ἀπολαύειν ἀξιώματος, καὶ τοῦ μοναστηρίου φροντίζειν κατὰ τὴν προλαβοῦσαν συνήθειαν.

Diogenes reverendissimus episcopus Cyzici dixit: Ex iis quæ nunc professus est reverendissimus presbyter & archimandrita Eutyches, cognovimus quod & ipse consentit expositæ fidei a sanctis patribus qui in Nicæa convenerunt, & qui postea in hac celeberrima Ephesia urbe congregati sunt. & propter hoc judico eum, tamquam ita sapientem, & sacerdotali dignitate frui, & monasterium procurare secundum priorem consuetudinem.

Ἰωάννης ἐπίσκοπος Σεβαστείας Ἀρμενίας πρώτης εἶπε παραπλήσια τοῖς ἀνωτέρω·

Ioannes episcopus Sebastiæ Armeniæ primæ dixit: Hoc est recte credere, sequi sanctos patres. Et reverendissimus igitur presbyter & archimandrita Eutyches, sequens expositam fidem a sanctis patribus apud Nicæam, & consonantia sanctorum patrum apud Ephesum, orthodoxus est, & dignus ut præsit monasterio, & secundum priorem consuetudinem fungatur sacerdotio.

Βασίλειος ἐπίσκοπος Σελευκείας Ἰσαυρίας·

Basilius episcopus Seleuciæ Isauriæ dixit: Ex oblatis libellis a reverendissimo Eutyche presbytero & archimandrita tunc sancto congregato conventui secundum sancti Spiritus inspirationem, cognoscens eum consona patribus qui in Nicæa & in Epheso ante hoc convenerunt, sapere, restituo ei juxta præcedentes patres & presbyterii gradum, & primatum monasterii.

Θεόδωρος ἐπίσκοπος Ταρσοῦ·

Theodorus episcopus Tarsensis civitatis dixit: Cognovimus reverendissimum presbyterum & archimandritam, tam ex oblatis ab eo libellis, quam ex confessione ipsius quæ in gestis continetur, sequentem fidem sanctorum patrum quæ in Nicæa est exposita, & confirmata ab iis qui dudum in Epheso convenerunt: & justum est habere eum sacerdotium, & præesse monasterio, quoniam hoc omni sancto complacuit concilio.

Ῥωμανὸς ἐπίσκοπος Μύρων τῆς Λυκίας.

Romanus episcopus Myrorum civitatis, provinciæ Lyciæ, dixit: Reverendissimus presbyter & archimandrita Eutyches sequens fidem sanctorum patrum, fruatur & honore presbyterii, & præsit reverendo monasterio.

Φώτιος ἐπίσκοπος Τύρου·

Photius episcopus Tyri dixit: Condecens, & omni consequentia dignum est, ita sequenti catholicam fidem, quæ exposita est a sanctis patribus in Nicæa, & quæ confirmata est a sancta synodo ante hoc in Epheso congregata, sacerdotali eum frui dignitate, & curam consuete sui genere monasterii decernimus. Eum qui recta fide & vitæ claritate decoratus est, omni honore, qui ei a divina collatus est gratia, secundum anteriora frui justum est.

Θεόδωρος ἐπίσκοπος Δαμασκοῦ·

Theodorus episcopus Damascenæ civitatis dixit: Per nuper porrectos libellos a viro reverendissimo presbytero & archimandrita Eutyche pervidimus, quoniam expositionibus sanctorum patrum qui in Nicæa, & synodo quæ in hac clara urbe Ephesi postea congregata est, consentit. & propter hoc consona etiam & ego sanctis patribus decernens, justum arbitror, eum & sacerdotium habere presbyterii, & monasterii principatum.

Ἰουλιανὸς ἐπίσκοπος Ταβίας·

Iulianus episcopus Tabiæ dixit: Sanctorum patrum trecentorum decem & octo concordiam inspiratam a gratia Dei, in Nicæna urbe congregatorum, quæ exposuit dogmatum diligentiam, manifeste esse sancti Spiritus vocem omnes confitentur, qui pietatis jura non negant: & quæ in hac splendida metropoli non ante multa tempora concurrens synodus confirmavit, sicut illi priores initio scripserunt per Spiritum, hoc & qui post ipsos, colentes ea quæ illorum sunt, diligentissimam horum decreverunt cautelam. Reverendissimum igitur presbyterum & archimandritam Eutychem, ea quæ in Nicæa a patribus sunt exposita, & ab iis qui in Epheso fuerunt, confirmata, clara voce pronuntiantem, justum est & pietatis gratia & sacerdotali frui dignitate, & sacrum habere promittentium meliorem vitam primatum.

Φλωρέντιος ἐπίσκοπος Λύδδων·

Florentius episcopus Lydiæ dixit: Porrigente libellos viro reverendissimo archimandrita Eutyche, in quibus spondet se conjunctum fidei sancti conventus Nicæni, & nuper congregati

ACTIO PRIMA. ANNO CHRISTI 451.

congregati in Ephesina metropoli, addente etiam super hæc, eo quod omnem hæresim * inscriptam libello anathematizet, & tamquam sub Deo Patre & Filio & sancto Spiritu, ex animo referat ea quæ in libello credens indidit, & ego similia præcedentibus decerno, decorari quidem eum nomine presbyterii, præesse autem secundum præcedentem consuetudinem fraternitati.

* f scripto.

Μαρινιανὸς ἐπίσκοπος Συννάδων·

Marinianus episcopus Synnadensis dixit: Eutyches reverendissimus archimandrita spondens per libellos proprios sequi sanctam synodum Nicænam, & ea quæ tunc in Epheso de iis definita sunt a beatissimo & sanctissimo Cyrillo, & cum ipso sancto conventu, fruatur presbyterio & communione nostra, ac præsit secundum Deum decenter monasterio.

Μουσώνιος ἐπίσκοπος Νύσσης·

Musonius episcopus Nyssenæ civitatis dixit: Custodem fidei trecentorum decem & octo, & definitionum sanctorum patrum qui apud Ephesum, ostendit virum religiosum presbyterum & archimandritam Eutychem porrectus ab ipso libellus, nec non & professiones, quas gestis inseruit unde & habere eum sacerdotium, & præesse viris reverendis monachis justum arbitror propter rectam ejus fidem.

Κωνσταντῖνος ἐπίσκοπος Βόστρων·

Constantinus episcopus Bostrenæ civitatis dixit: Manifestum effectum est & ex relectis gestis, & ex oblatis libellis a viro reverendissimo presbytero & archimandrita Eutyche, eo quod consequentia sapit expositæ orthodoxæ fidei in Nicæa a sanctis patribus, id est, trecentis decem & octo, & iis qui in Epheso congregati sunt, sanctis patribus. vnde & ego justum reor, habere eum & sacerdotium presbyterii & primatum monasterii.

Ἰωάννης ἐπίσκοπος Νικοπόλεως Ἀρμενίας πρώτης·

Ioannes episcopus Nicopolitanæ civitatis Armeniæ primæ dixit: Ex porrectis libellis sanctissimo conventui a viro reverendissimo presbytero Eutyche, cognoscentes eum recte glorificare secundum expositionem sanctorum patrum qui in Nicæa, & qui pridem in Epheso congregati sunt; & nos eadem, quæ sanctissima synodus, decernimus, dignum eum esse judicantes & sacerdotio fungi, & præesse monasterio.

Ἀκάκιος ἐπίσκοπος Ἀριαραθίας Ἀρμενίας δευτέρας, ἐπέχων καὶ τὸν τόπον Κωνσταντίνου τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου Μελιτηνῆς·

Acacius episcopus Ariarathirensis Armeniæ secundæ, & agens vices Constantini viri religiosissimi episcopi Melitenæ, dixit: Religiosissimus & sanctissimus presbyter Eutyches & per porrectos libellos, & per ea quæ nunc professus est, ostendit se recte sapere, sicut & ii qui in Nicæa trecenti decem & octo patres nostri, & qui post in Epheso congregati sunt. Dignus ergo est recipi in sacerdotium & primatum habere monasterii.

Στέφανος ἐπίσκοπος Ἱεραπόλεως·

Stephanus episcopus Hierapolitanæ civitatis dixit: His quæ bene complacita sunt sanctis patribus nostris de viro religiosissimo presbytero & archimandrita Eutyche, & ego consentiens sum, propter ea quod ex relectis persuasus sum, eum esse orthodoxum. unde habere eum & gradum sacerdotii, & primatu monasterii dignum judico.

Ἀττικὸς ἐπίσκοπος Νικοπόλεως Ἠπείρου παλαιᾶς·

Atticus episcopus Nicopolitanæ civitatis Epiri veteris dixit: Oportebat quidem sufficere professiones sanctorum atque eximiorum patrum nostrorum, in quibus concordes & nunc inveniuntur immutabilibus factis sanctorum pridem habitis patrum decretis, qui in illis temporibus in Nicæna civitate, & qui in hac Ephesiorum Deo amica metropoli, cu- B jus princeps atque magister factus est omni laude dignissimus, & ter beatus inter angelos, qui olim pater noster erat Cyrillus, qui ubique terrarum illustravit sanctum nostræ fidei mysterium. Condecet enim vere, viros religiosos ac fideles sanctorum patrum fidei convivere. In tantum igitur etiam ego profiteor, eo quod consonantem invenimus virum reverendissimum presbyterum & archimandritam Eutychem, præsertim ex nuper nobis lectis gestis, & ex oblatis per manus ipsius libellis, sancto huic & universali concilio, expositionibus sanctorum patrum, & est rationabile secundum sententiam sanctorum patrum, quæ & vera est, esse eum presbyterum, & primatum habere a C Deo illi traditi monasterii.

Εὐστάθιος ἐπίσκοπος Βηρυτοῦ.

Eustathius episcopus Beryti dixit: Sic pie doctrinam fidei exposuit exactus reverendissimus archimandrita Eutyches, ut cogeret & præsentem sanctum conventum omnem sacris & consonis uti vocibus, & collaudare, quia hæc est fides patrum. Quis ergo ita alienus est a pietate, qui hunc talem patiatur non frui & sacerdotii gradu, & monasterii primatu?

Νουνέχιος ἐπίσκοπος Λαοδικείας Τριμιταρίας.

Nunechius episcopus Laodiceæ Trimitariæ dixit: Iustum est & consequens, & hu- D manissimæ huic synodo conveniens, Eutychem virum reverendissimum presbyterum & archimandritam sequentem expositionem sanctorum patrum qui in Nicæa, & sanctissimorum qui pridem in hac splendida urbe congregati sunt, sicut ab ipso porrecti libelli continent, frui & sacerdotali dignitate, & regere monasterium, sicut placuit & sanctis patribus.

Ὀλύμπιος ἐπίσκοπος Κωνσταντίας τῆς Κύπρου·

Olympius episcopus Constantiæ Cypri insulæ dixit: Et ego consentio definitis a sanctitate vestra in restitutione viri reverendissimi presby- E teri & archimandritæ Eutychis.

Κανδιδιανὸς ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας τῆς Πισιδίας·

Candidianus episcopus Antiochiæ Pisidiæ dixit: Pie & canonice decretis a sanctissimis & religiosissimis patribus de Eutyche viro reverendissimo presbytero & archimandrita, etiam ego consentio.

Στέφανος ἐπίσκοπος Ἀναζάρβου·

Stephanus episcopus Anazarbi dixit: Manifeste monstratum est ex nuper relectis, eo quod nihil extra sanctos patres sapuit reverendissimus

ANNO CHRISTI 451.

ACTIO PRIMA.

mus presbyter & archimandrita Eutyches, sed A sæpe confessus est, sequentia se sapere sanctis patribus trecentis decem & octo in Nicæa, sed & in hac postea civitate congregatis episcopis sanctissimis. Unde ego similem sanctis patribus profero sententiam, ut habeat & presbyterii dignitatem & sacerdotium, & curam monasterii.

Γερόντιος ἐπίσκοπος Σελευκείας Συρίας·

Gerontius episcopus Seleuciæ Syriæ dixit: Ex porrectis libellis a viro religiosissimo presbytero & archimandrita Eutyche, invenimus eum consentientem & sanctæ synodo quæ in Nicæa, & quæ in Epheso: & volumus eum habere presbyterii dignitatem, sed & præesse solite iis qui sub ipso erant, religiosissimis B monachis.

Ρουφῖνος ἐπίσκοπος Σαμοσάτων·

Rufinus episcopus Samosatenæ civitatis dixit: Ex relectis libellis coram sancta synodo, qui porrecti sunt a viro religiosissimo presbytero & archimandrita Eutyche, reperi eum consone sanctæ synodo Nicænæ & Ephesinæ sapere: & consentio una cum sanctis patribus, & volo eum habere presbyterii dignitatem, & præesse solite sub se constitutis monachis.

Ινδιμος ἐπίσκοπος Εἰρηνουπόλεως·

Indimus episcopus Irenopolitanus dixit: Per omnia quæ nunc relecta sunt, omnibus satisfecit professio viri religiosissimi presbyteri & ar- C chimandritæ Eutychis, eo quod sequentia sanctis patribus in Nicæa congregatis trecentis decem & octo, sed & iis qui apud hanc metropolim, sapuit, & nihil extra divinos canones: ideo & ego eamdem profero sententiam, quam & sancti patres, & definio habere eum & presbyterii dignitatem, & monasterii principatum.

Τιμόθεος ἐπίσκοπος Βαλανέων·

Timotheus episcopus Balaneensis dixit: Libellis porrectis a reverendissimo presbytero & archimandrita Eutyche. in quibus profitetur se acquiescere & permanere in fide, quæ pro tempore exposita est a sanctis patribus in Nicæa congregatis, & nuper in Ephesina urbe, & ego profiteor, sicut sancti patres probaverunt, D habere eum & dignitatem presbyterii & archimandritæ.

Θεοδόσιος ἐπίσκοπος Κανώθα·

Theodosius episcopus Canothenæ civitatis dixit: Sequor & amplector jussionem sanctorum patrum in restitutione reverendissimi presbyteri & archimandritæ Eutychis: (hoc enim decretum a Deo prolatum est per sanctum concilium) simul & decerno esse eumdem loco suo presbyterum & archimandritam.

Εὐτύχιος ἐπίσκοπος Ἀδριανουπόλεως Ἠπείρου παλαιᾶς·

Eutychius episcopus Adrianopolitanus vete- E ris Epiri dixit: Sanctis approbantibus patribus, & reperiens ex gestis in urbe regia Constantinopoli habitis, & ex oblatis libellis a Dei amantissimo presbytero & archimandrita Eutyche, quod extranea non sentit iis quæ a sanctis patribus apud Nicæam, & in Deo amantissima Epheso confirmata sunt; & mea humilitas concors fit sententiæ, in habendo per eum presbyterio, & præesse monasterio sicut & pridem. Nam & sanctissimus pater meus & episcopus Atticus Nicopolitanus similia sanctis patribus de prædicto reverendissimo presbytero & archimandrita professus est.

Κλαύδιος ἐπίσκοπος Ἀγχιάξου Ἠπείρου παλαιᾶς·

Claudius episcopus ' Anchiaxi veteris Epiri dixit: Profitente Dei amantissimo & sanctissimo metropolitano episcopo nostro Attico consequentia huic sanctæ & magnæ synodo, & ego hæc sequens profiteor, sicut ejus sanctitas est professa, pro reverendissimo presbytero & archimandrita Eutyche.

' Anchiasmitanæ civitatis

Συμεὼν ἐπίσκοπος Ἀμίδης Μεσοποταμίας·

Symeon episcopus Amidenæ civitatis Mesopotamiæ provinciæ dixit: Ex iis quæ nuper lecta sunt, & subtiliter approbata in hac sancta synodo, quibus placuerunt omnia quæ gesta sunt in negotio religiosissimi presbyteri & archimandritæ Eutychis, & ego sequor quæ ab eorum sanctitate sunt ordinata, esse eumdem religiosissimum presbyterum Eutychem in antiquo presbyterii ordine, & tenere eum primatum proprii monasterii.

Σέλευκος ἐπίσκοπος Ἀμασείας·

Seleucus Amasiæ episcopus dixit: Consentiente reverendissimo presbytero & archimandrita Eutyche sequi ea quæ exposita sunt a sanctis patribus apud Nicæam, & quæ in Epheso confirmata sunt, justum judico, habere eumdem reverendissimum presbyterum sacerdotale ministerium, & monachorum principatum.

Πέτρος ἐπίσκοπος Γαγγρῶν·

Petrus episcopus Gangrenæ civitatis dixit: Et ego concors sum sententiæ ordinatæ a sanctis patribus in judicio reverendissimi presbyteri & archimandritæ Eutychis.

Λουκᾶς ἐπίσκοπος Δυῤῥαχίου·

Lucas episcopus Dyrrachii dixit: Reverendissimus presbyter & archimandrita Eutyches per oblationem libellorum & gestorum docuit sanctam & magnam synodum, sobrium se esse in Christo, & confiteri decenter expositam fidem tam a sanctis patribus & doctoribus, quam a sancto Nicæno concilio, & confirmatam in Ephesina urbe, congregata magna & universali synodo, & a collectis nunc in eadem metropoli sanctissimis & beatissimis episcopis, & per probationem reddentibus memorato reverendissimo presbytero & archimandritæ sanctam presbyterii communionem, & primatum monasterii. Et ego hæc eadem profiteor, & paria definio.

Ἀντώνιος ἐπίσκοπος Λυχνιδίου·

Antonius episcopus Lychnidiensis dixit: Et ego consona iis quæ ante me sanctissimus episcopus Lucas metropolitanus confessus est, adæque sapiens approbavi.

Μάρκος ἐπίσκοπος Εὐρίας·

Marcus episcopus Euriæ dixit: Et ego consentaneus sum iis quæ professa sunt a sancto episcopo metropolitano meo Attico, propter reverendissimum presbyterum & archimandritam Eutychem.

Βιγιλάντιος ἐπίσκοπος Λαρίσσης·

Vigilantius episcopus Larissenæ civitatis dixit: Ex lectis nobis monimentis, & porrectis libellis a reverendissimo presbytero Eutyche, considerantes sapere eum, sicut & nos, secundum expositam in Nicæa a sanctis patribus fidem, quæ & supersignata est a facta in Epheso

Epheso sancta synodo, concordes sumus etiam nos in sententia nunc congregatorum sanctorum patrum & consacerdotum, secundum jussionem piissimorum imperatorum, pro restitutione presbyterii prædicti Eutychis, & ad monachorum suorum primatum.

Βασίλειος ἐπίσκοπος Τραϊανουπόλεως ἐπαρχίας Ροδόπης·

Basilius episcopus Traianopolitanus, provinciæ Rhodopæ, dixit: Consona sanctis patribus & mea parvitas pro persona viri religiosi presbyteri & archimandritæ Eutychis decernit.

Κωνσταντῖνος ἐπίσκοπος Δημητριάδος·

Constantinus episcopus Demetriadis dixit: Omnibus consentio, quæ a sanctis patribus sunt definita in sancto Ephesino concilio, quatenus habeat reverendissimus presbyter Eutyches sacerdotium & primatum monasterii, qui confessus est consentaneum se esse Nicænæ fidei, & omnibus quæ a sanctis patribus sunt exposita in catholica fide.

Ἀλέξανδρος ἐπίσκοπος Σεβαστῆς Ταρσοῦ·

Alexander episcopus Sebastenæ civitatis sub Tarso positæ dixit: Reverendissimo & religiosissimo presbytero & archimandrita Eutyche consentiente fidei trecentorum decem & octo qui in Nicæa fuerunt, & fidei beatæ memoriæ sanctissimi & religiosissimi Cyrilli, confirmatæ in Epheso, justum arbitror habere presbyterium eumdem reverendissimum presbyterum & archimandritam, & principatum monasterii tenere.

Σώζων ἐπίσκοπος Φιλίππων·

Sozon episcopus Philippensium dixit: Libelli, qui nunc dati sunt a reverendissimo presbytero & archimandrita Eutyche, consonant iis quæ a sanctis patribus in Nicæa sunt exposita, & iis qui statuta sanctorum patrum in hac urbe consignaverunt. Talem ergo eum habentem fidem, decerno secundum omnium judicium, & sacerdotalem eum honorem habere & monachorum principatum.

Εὐσέβιος ἐπίσκοπος Δουβήρου Μακεδονίας πρώτης·

Eusebius episcopus * Topiritanus Macedoniæ primæ dixit: Hæc eadem & mihi placent de reverendissimo presbytero & archimandrita Eutyche.

* Doberitanus ' Dabiritanus

Μαξιμῖνος ἐπίσκοπος Σερραίων Μακεδονίας πρώτης·

' Maximinus episcopus Sertensis Macedoniæ primæ dixit: Hæc eadem & mihi placent de reverendissimo presbytero & archimandrita Eutyche.

' Maximus

Ἑρμογένης ἐπίσκοπος Κασανδρείας Μακεδονίας πρώτης·

Hermogenes episcopus Cassandriæ Macedoniæ primæ dixit: Hæc eadem & mihi videntur de reverendissimo presbytero & archimandrita Eutyche.

Λουκᾶς ἐπίσκοπος Βεῤῥοίας Μακεδονίας πρώτης·

Lucas episcopus Berrhœæ civitatis Macedoniæ primæ dixit: Monachorum principem, & in multitudine piorum primatem reverendissimum & devotissimum Eutychem in nullo reprehensibilem inveniens, sed sectatorem sanctorum patrum apud Nicæam & in hac urbe convenientium catholicæ fidei, volo eum priorem honorem habere presbyterii, & præsulatus monachorum.

Ἰωάννης ἐπίσκοπος Μεσσήνης τῆς Ἀχαΐας·

Ioannes episcopus Messenæ civitatis, provinciæ Achaiæ, dixit: In nullo delinquens reverendissimus presbyter & archimandrita Eutyches eorum quæ pie decreta sunt in Nicæa a sanctis patribus, & ab iis qui convenerunt in Epheso, fruatur sacerdotali dignitate, & præsit secundum pristinam consuetudinem honesto habitaculo fratrum.

Οὐράνιος ἐπίσκοπος Ἱμερίας ἐπαρχίας Ὀσροηνῶν, ἑρμηνεύοντος αὐτὸν Εὐλογίου πρεσβυτέρου Ἐδέσσης·

Vranius episcopus Himeriæ Osroenæ provinciæ, interpretante eum Eulogio presbytero Edesseno, dixit: Ex iis quæ lecta sunt, agnitus est reverendissimus presbyter & archimandrita Eutyches recte sapere, & sectari fidem trecentorum decem & octo qui in Nicæa congregati sunt, quam & in Epheso sancta synodus confirmavit: & justum est, recipere eum presbyterii dignitatem, & esse presbyterum, & monasterii primatum habere.

Ἀθανάσιος ἐπίσκοπος Ὀποῦντος τῆς Ἀχαΐας·

Athanasius episcopus Opuntinæ civitatis provinciæ Achaiæ dixit: Recte & irreprehensibiliter investigans * semitas sanctorum patrum, qui pro tempore collecti sunt a sancto Spiritu in Nicæa & in Epheso, sicut docuit per libellos & confessiones suas, quas intra gestorum seriem deposuit reverendissimus presbyter & archimandrita Eutyches, justum judicamus ut fruatur sacerdotali ordine, & præsit monachis secundum præcedentem consuetudinem.

* sententias.

Θεόδωρος ἐπίσκοπος Κλαυδιουπόλεως τῆς Ἰσαυρίας·

Theodorus episcopus Claudiopolitanus provinciæ Isauriæ dixit: Secundum ' rectam instructionem Deo amicissimi presbyteri & archimandritæ Eutychis, & ex ejus voce & scriptis prolata professione, manifestum est recte eum sapere. vnde & ego concors sententiæ constitutus sancti conventus, confirmo habere eum presbyterii honorem, & præsulatum sancti sui monasterii.

' libellum seu relectam instructionem

Λεόντιος ἐπίσκοπος Ἀσκάλωνος·

Leontius episcopus Ascalonensis dixit: Laudo divinitus datam sententiam per sanctos & religiosissimos nostros antistites. Vnde & ego sequens optimam eorum sententiam, supplico recipi reverendissimum Eutychem in sacerdotio, quod pridem habebat, & retinere eum monachorum principatum.

Φωτεινὸς ἐπίσκοπος Λύδδης·

Photinus episcopus Lyddensis dixit: Apparuit per omnia & per proprias in scriptis probatas voces, religiosissimus archimandrita Eutyches recte credere, & consequentia sapere sanctis patribus Nicæni concilii, & qui post eos hic collecti sunt. Propter quod sanctos patres sequens, consensi & simul decrevi, habere eum presbyterii locum & sacerdotii dignitatem, & secundum consuetudinem prospicere proprio monasterio.

Παῦλος

ANNO CHRISTI 451.

A Παῦλος ἐπίσκοπος Μαϊουμᾶ·

Paulus episcopus Majumensis dixit: Reverendissimum presbyterum & archimandritam Eutychem, secutum canones sanctorum patrum nostrorum qui in Nicæa & qui in Epheso convenerunt, & ego justum judico, gradum eum presbyterii & archimandritæ recipere.

Ζώσιμος ἐπίσκοπος Μινωειδῆς·

Zosimus episcopus ' Minoidensis civitatis dixit: Quoniam per omnia repertus est religiosus presbyter & archimandrita Eutyches sapere rectam fidem, quæ a sanctis patribus in Nicæa & hic est exposita, decerno & ego eum sacerdotii perfrui dignitate, & præesse sanctæ fraternitati.

' [Mi]noedi-

Ἐπιφάνιος ἐπίσκοπος Πέργης·

Epiphanius episcopus Pergensis dixit: Secundum ea quæ bene placita sunt sancto concilio, & ego omnibus consentio, quæ sancti patres professi sunt.

Βαρούχιος ἐπίσκοπος Σωζούσης Παλαιστίνης·

' Baruchius episcopus * Oruzæ Palæstinæ provinciæ dixit: Secundum veram vocem religiosissimi & sanctissimi archiepiscopi Iuvenalis, consonam constitutam iis quæ a domino nostro salvatore Christo & sanctis apostolis dicta sunt, & a sanctis patribus qui in Nicæa & qui in Epheso convenerunt, & ego similiter decerno, reverendissimum presbyterum & archimandritam Eutychem recipere C proprium presbyterii gradum, & præesse solite sancto suo monasterio, ac clare & per omnia manifestum catholicum.

* [B]aranius ' [S]ozusæ [S]ozensis [d]e Soze[n]sis

Ἡρακλείδης ἐπίσκοπος Ἀζώτου·

* Heraclius episcopus Azotensis dixit: His qui recte de fide sapiunt, omnes consentire justum est. Unde & ego religiosum presbyterum & archimandritam Eutychem secutum canones sanctorum patrum qui in Nicæa & qui in Epheso convenerunt, justum judico recipere presbyterii dignitatem, & præesse fraternitati quæ sub eo est.

* Heracli[de]s

Ἰωάννης ἐπίσκοπος Τιβεριάδος·

Ioannes episcopus Tiberiadis dixit: Audivi D confessiones religiosi presbyteri & archimandritæ Eutychis ex iis quæ in urbe felicissima Constantinopoli & hic gesta sunt, & in nullo eum inveni reprehensibilem, sed secundum expositam sanctam fidem trecentorum decem & octo sanctorum patrum qui in Nicæa & qui hic convenerunt: & volo eum, sicut sancti patres probaverunt, habere dignitatem presbyterii, & principatum detinere sancti sui monasterii.

Μουσώνιος ἐπίσκοπος * Ζοώρων·

Musonius episcopus ' Zoarensis dixit: Custodem fidei trecentorum decem & octo, & definitionis sanctorum patrum qui in Epheso congregati sunt, manifestavit religiosissimum presbyterum & archimandritam porrectus ab eo libellus, & professiones quæ ab eo in monimentis factæ sunt: propter quod detinere eum sacerdotium, & præesse reverendis monachis, propter ejus catholicam fidem justum existimo.

* Ζωάρων ' Zoorensis sive [Z]oaronen[si]s

Διονύσιος ἐπίσκοπος " Συκαμαζόνος·

Dionysius episcopus Sycamazonensis dixit: Ex omnibus gestis præsens religiosissimus presbyter & archimandrita Eutyches manifestatus est, integerrime ea quæ a catholicis probata sunt, sapere. Neque enim prætermisit, nec aliquid violavit eorum quæ in Nicæa a sanctis trecentis decem & octo patribus ordinata sunt de catholica fide, nec non quæ in Epheso confirmata sunt. Unde & ego similiter decerno, sicut & sancti patres, & volo hunc suo monasterio consuete præesse, & presbyterii honore perfrui.

" Συκα

ACTIO PRIMA.

Καΐουμος ἐπίσκοπος * Φαινοῦς·

Caiumas episcopus ' Phaneensis dixit: Nihil errantem reperiens reverendissimum archimandritam Eutychem, secutus & ego quæ bene sunt placita sanctissimo nostro archiepiscopo, consentio restitui ei pristinum gradum presbyteratus, & præesse eum secundum con- B suetudinem suo proprio monasterio.

* Φαενῶς ' Fenusensis

Αἰθέριχος ἐπίσκοπος Σμύρνης·

Ætherichus episcopus Smyrnensis dixit: Reperiens Dei amantissimum presbyterum & archimandritam Eutychem consentientem sancto concilio quod in Nicæa convenit, & sanctæ synodo quæ hic prius collecta est, & nunc firmata a sancto vestro conventu, & ego in hoc consentiens, & confiteor catholicum prædictum religiosum virum esse, & habere presbyteratus dignitatem, & præesse monasterio.

* Ζεῦνος ἐπίσκοπος Πέλλης·

' Zebennus episcopus Pellensis dixit: Ex porrectis libellis, per quos catholicam fidem plane exposuit reverendissimus presbyter & archimandrita Eutyches, secutus canones, & ex gestis vere manifestata est ejus recta fides. Unde & ego justum judico, per omnia catholicum demonstratum, recipere sacerdotalem gradum, & primatum archimandritarum.

* Ζέβεννος ' Zennus

Παγκράτιος ἐπίσκοπος Λιβυάδος·

Pancratius episcopus Libyadis dixit: Iustum est, religiosissimum presbyterum & archimandritam Eutychem secutum regulas sanctorum patrum qui in Nicæa & in Epheso convenerunt, & ob hoc recipientem a sanctissimo archiepiscopo nostro Iuvenali gradum presbyteratus & archimandritæ, quippe plenius rectam fidem sapientem, consona decernere de eo decet & meam parvitatem.

Αὐξίλαος ἐπίσκοπος Σαρακηνῶν ὑποσπόνδων·

Auxilaus episcopus gentis Saracenorum fœderatorum dixit: Annuo & consentio omnibus beneplacitis de Eutyche reverendissimo archimandrita, & justum judico, restitui ei presbyterii gradum, & præesse eum proprio monasterio.

Ἀλύπιος ἐπίσκοπος * Βακάνθων·

Alypius episcopus * Bacanthensis dixit: Ex relectorum nobis gestorum serie, nec non E etiam ex porrectis libellis a religiosissimo presbytero & archimandrita Eutyche, cognoscens diligenter concordem eum esse sanctæ fidei, quæ exposita est a trecentis decem & octo sanctis episcopis tam qui in Nicæa, quam qui in Epheso convenerunt, secundum justum decretum sanctissimi archiepiscopi nostri Iuvenalis, & reliqui sancti concilii, & ego consentio eum esse presbyterum & archimandritam.

* Βάκτρων * Bactrorum *sup.* ' Bacatensis seu Bacnathensis

Πολυχρόνιος ἐπίσκοπος Ἀντιπατρίδος·

Polychronius episcopus Antipatridis dixit: Sequor & consentio iis quæ bene placita sunt

ACTIO PRIMA.

ANNO CHRISTI 451.

ſanctiſſimo archiepiſcopo Iuvenali, & ſacro A huic concilio; & judicavi reſtitui miniſterio reverendiſſimum Eutychem archimandritam, & præeſſe eum ſolenniter proprio monaſterio.

Δομνῖνος ἐπίσκοπος Πλαταιῶν τῆς Ἑλλάδος·

Domninus epiſcopus Platæarum civitatis, provinciæ Helladis, dixit: In omnibus declaratus bene peragens pietatis verbum religioſus preſbyter & archimandrita Eutyches, dignus eſt & gradu preſbyterii decorari, & præeſſe ſecundum conſuetudinem fratribus.

Θεοδόσιος ἐπίσκοπος Μασαύρων·

Theodoſius epiſcopus Maſtaurenſis dixit: B conſequens eſt diſcipulos ſectari doctores, & eos qui probaverunt ex præcedentibus religioſitatem reverendiſsimi preſbyteri Eutychis circa ſanctorum patrum regulas, & cuſtodiam eorum qui in Nicæa & in hac ſplendidiſſima metropoli convenerunt. Et ego igitur comprobo juſtum eſſe, eum perfrui & preſbyterii dignitate, & monaſterii principatu.

Κυριακὸς ἐπίσκοπος * Αἰγέας·

* Αἴγλης · * Æglenſis ' Elenſis

Cyriacus epiſcopus * Ægeæ dixit: Conſequenter ſancti patres definierunt in perſona religioſiſſimi & reverendiſſimi preſbyteri & archimandritæ Eutychis, reperientes eum orthodoxe ſapere quæ a ſanctis patribus ſtatuta ſunt, qui in Nicæa & in Epheſo metropoli C convenerunt. Quem reverendiſſimum virum & mea decrevit parvitas tenere preſbyterii gradum & dignitatem archimandritæ.

Φλαβιανὸς ἐπίσκοπος Ἀδραμύτου·

Flavianus epiſcopus Adramytinus dixit: Reverendiſſimus preſbyter & archimandrita oſtendit propriam voluntatem, quoniam conſentit & confitetur ſancto concilio ſanctorum patrum qui in Nicæa congregati ſunt, & eorum confirmationi, quæ facta eſt in Epheſina metropoli. Vnde quemadmodum ſancti patres definierunt, qui in hac eadem metropoli convenerunt, dignus eſt in ſacerdotali preſbyterii ordine connumerari reverendiſſimus archimandrita Eutyches, & præeſſe monaſterio D religioſorum monachorum, qui ſub ipſo ſunt conſtituti.

Λεόντιος ἐπίσκοπος Μαγνησίας Μαιάνδρου.

Leontius epiſcopus Magneſiæ Mæandri dixit: Et in dogmaticis doctrinis, & in ſpiritualibus fungentes ſacerdotio magiſteriis patres, nos filios convenit ſequi. Quoniam igitur judicatum eſt ab hoc honeſtiſſimo & divino collegio, reverendiſſimum preſbyterum & archimandritam Eutychem recipere & gradum preſbyterii, & primatum monaſterii, quod ei nuper ablatum eſt: unde & mea concordat parvitas, ad perfruendum eum & preſbyterii dignitate, & principatu monaſterii.

Εὐτρόπιος ἐπίσκοπος Περγάμου τῆς Ἀσίας.

Eutropius epiſcopus Pergamenſis Aſiæ provinciæ dixit: Reverendiſſimo preſbytero & monacho Eutyche probato per libellos ab eo ſanctæ ſynodo porrectos, credere recte ſecundum expoſitionem ſanctorum patrum Nicæni & Epheſini concilii, & ego ſanctorum patrum ſententiæ ſanctæ & magnæ ſynodi, quæ ſecundum divinam juſſionem in Epheſina metropoli collecta eſt, conſentio, quatenus dignus habeatur fungi ſacerdotio, & præeſſe monachis.

Μάξιμος ἐπίσκοπος Τραλλέων·

Maximus epiſcopus Trallenſis dixit: Et ego interlocutiones ſanctorum & Deo amantiſſimorum patrum noſtrorum ſequens, propter quod probatus eſt Dei amantiſſimus preſbyter & archimandrita Eutyches cuſtodire catholicam fidem, decerno tenere eum ſacerdotium & monaſterium quod ante ſortitus eſt.

Ονησιφόρος ἐπίσκοπος Ἰκονίου·

Oneſiphorus epiſcopus Iconienſis dixit: Et ego approbo juſtum eſſe, religioſiſſimum preſbyterum & archimandritam Eutychem & in ordine eſſe ſacerdotii, & præeſſe eum proprio monaſterio.

Ἰωάννης ἐπίσκοπος Ῥόδου·

Ioannes epiſcopus Rhodi inſulæ dixit: Ex porrectis libellis ab Eutyche reverendiſſimo archimandrita demonſtratum eſt, quia & recte ſapit, & dignus eſt tenere dignitatem preſbyterii & principatum monaſterii, unde & ego conſentio his quæ a ſancta veſtra & magna ſynodo de eo ſunt ordinata.

Διογενιανὸς ἐπίσκοπος Ἀφροδισιάδος Ῥεμεσιανῶν.

Diogenianus epiſcopus civitatis Remeſſianenſium dixit: Secundum conſenſum patrum Eutyches preſbyter habeat communionem & ſacerdotium & habitaculum proprii monaſterii.

Θεοδόσιος ἐπίσκοπος Ἀμαθοῦντος·

Theodoſius epiſcopus Amathuntinæ civitatis dixit: Auditor factus lectionis monimentorum quæ de reverendiſſimo archimandrita Eutyche geſta ſunt, & inveniens eum recte ſapere, & unitum tam ſancto Nicæno concilio, quam ei quod pridem hic & nunc gratia Dei collectum eſt, conſentio, ſicut placuit ſanctis patribus, tenere eum & gradum ſacerdotii, & primatum monaſterii.

Κυριακὸς ἐπίσκοπος Λεβέδου·

Cyriacus epiſcopus Lebedenſis dixit: Et ego concors efficior prolatæ ſententiæ ſanctorum patrum in perſona reverendiſſimi archimandritæ Eutychis. unde juſtum judico tenere eum gradum preſbyterii & primatum monaſterii.

Γεννάδιος ἐπίσκοπος Τείνων·

' Germanus * Teinorum ' Egienſis ſive Geniensis

' Gennadius epiſcopus * Thienſis, provinciæ Helladis, dixit: Ex lectione monimentorum & datis libellis, cognovi catholicum eſſe reverendiſſimum archimandritam Eutychem. Vnde & ego conſentaneus factus ſententiæ ſanctorum patrum, juſtum judico tenere eum gradum preſbyterii, & principatum monaſterii.

Ὀλύμπιος ἐπίσκοπος Εὐάζων·

E Olympius epiſcopus Euazenſis dixit: Reverendiſſimum archimandritam Eutychem cognovi tam ex lectione monimentorum, quam per propria manu conſcriptos & porrectos libellos, & ex propriis vocibus, quas profeſſus eſt præſente univerſali concilio, (cui præſul & primus eſt ſanctiſſimus pater noſter & univerſalis archiepiſcopus Dioſcorus magnæ Alexandrinæ civitatis) catholicum & ſimilia ſapientem & concordem conſtitutum ſanctis trecentis decem & octo patribus in Nicæa convenientibus, in recta & vera fide quæ eſt ab eis expoſita, & quæ in Epheſino concilio dudum confirmata eſt. Vnde concors & ego exiſtens

NNO HRISTI 451.

exiſtens ſanctorum patrum prolatæ ſententiæ A juſtum judico, reverendiſſimum archimandritam Eutychem tenere priſtinum ſacerdotium, & præeſſe reverendis fratribus, quos ſub ſua manu jam pridem habebat.

Ἰουλιανὸς ἐπίσκοπος Ὑπαίπων·

Iulianus epiſcopus Hypæporum civitatis dixit: Et ego ita decerno, ſicut definivit ſancta & univerſalis ſynodus, quæ ſecundum Dei gratiam, & juxta ſanctionem piiſſimorum & Chriſti amicorum noſtrorum imperatorum in Epheſina metropoli collecta eſt, quatenus reverendiſſimus archimandrita Eutyches teneat preſbyterii gradum, & fruatur ſancto miniſterio domini noſtri Ieſu Chriſti, & præſit B procurationi religioſorum fratrum ejus, quod ſub eo eſt, monaſterii.

Θεόπεμπτος ἐπίσκοπος Καβάσων·

Theopemptus epiſcopus Cabaſenus dixit: Sicut videtur, etiam nunc judaizant, perſcrutantes ſalvatorem omnium Chriſtum. Ignorantes enim ipſius cum carne diſpenſationis myſterium, hactenus perdurarunt errantes & decipientes, ſicut beatus Paulus dixit. Eutychem igitur reverendiſſimum & Dei amantiſſimum preſbyterum & archimandritam pridem ab exordio ſcientes non ſolum catholicum, verum etiam ſceleratis Neſtorii dogmatibus fortiter repugnantem, cognovimus C & nunc ex lectione monimentorum, injuſte & contra leges damnationem perpeſſum. Et quia nunc per oblationem libellorum manifeſtam fecit huic ſancto & magno concilio rectam ſuam & immaculatam fidem, hunc & nos habemus communicatorem, & inter preſbyteros numerandum, & præſulem ſui monaſterii, ſecundum ſanctorum patrum ſententias.

Timoth. ers. 13.

Καλοσίριος ἐπίσκοπος Ἀρσινοΐτου, ἑρμηνεύοντος αὐτὸν Ἰουλίου διακόνου αὐτοῦ·

io

Caloſirius epiſcopus Arſinoitæ civitatis, interpretante eum * Elia diacono ſuo, dixit: Comperi ex facta hodie chartarum lectione, reverendiſſimum preſbyterum & archimandritam Eutychem recte ſapere de fide catholica. D Quapropter ſicut ſemper eum communicatorem habuimus, ſecundum decreta hujus ſanctæ ſynodi & dignum eum exiſtimo recipere preſbyterii ordinem & præſulatum proprii monaſterii.

Ἰωάννης ἐπίσκοπος Ἡφαίστου·

Ioannes epiſcopus Hephæſti civitatis dixit: Religioſiſſimus preſbyter & archimandrita Eutyches (qui neque minis inimiciſſimi judicis, neque varietate accuſatoris victus, ſed in tanta tempeſtate inſidiarum influctuoſam ſuam animam conſervavit, & adverſus omnimodos conturbantes eum & impugnantes fluctus reſtitit. hæc enim nuper facta lectio eorum quæ E in perſona ejus contra leges geſta ſunt, demonſtraverunt) fruatur preſbyterii dignitate, & præſulatu ſub ipſo degentium reverendorum monachorum, circa rectam & immaculatam fidem pie & indeclinabiliter demonſtrans cuſtodiam, quæ ei facta eſt ſcutum in tempore tanti belli, tantis undique inimicitiarum & impietatum jaculato ſagittis.

Ἡρακλείδης ἐπίσκοπος Ἡρακλέους·

Heraclides epiſcopus Heracleenſis dixit: Ex geſtis, & libellis Eutychis reverendiſſimi preſbyteri & archimandritæ hodie lectis, cognovimus eum, ſicut ſemper, recta ſapere, & ei ſanctam communionem dedimus quatenus, & recipiat preſbyterii gradum & primatum proprii monaſterii, ſecundum decreta ſanctæ ſynodi.

ACTIO PRIMA.

Ἰσαὰκ ἐπίσκοπος Ἐλεαρχίας·

Iſaac epiſcopus Elearchienſis dixit: Ex libellis porrectis, & monimentis quæ & hodie lecta ſunt, inventus eſt reverendiſſimus preſbyter, & archimandrita Eutyches ſequens fidem ſanctorum patrum, quæ in Nicæa eſt expoſita, & in hac Epheſia civitate ante hoc confirmata. & concors exiſto ſanctis patribus, quatenus habeat preſbyterii ordinem & archimandritæ honorem.

Γεμελλῖνος ἐπίσκοπος Ἐυθεοῦ·

' Gemellinus epiſcopus Erythrenſis dixit: Ex lectione monimentorum, quæ in magnifica & Chriſtianiſſima Conſtantinopoli acta ſunt, de quibus accuſabatur reverendiſſimus & Deo amiciſſimus Eutyches preſbyter & archimandrita, per eadem agnoſcentes, quoniam ipſe quidem ſemper catholice & ſapuit & ſapit: qui vero eum (ſicut arbitrati ſunt) depoſuerunt, inventi ſunt contraria ſapere Nicæno & Epheſino concilio: juſtum judicavit ſancta hæc & magna ſynodus, quatenus idem ſit & preſbyter & archimandrita ſecundum priorem conſuetudinem. unde & ego his conſentio.

' Gemellus ' Heretrienſis

Ἀπολλώνιος ἐπίσκοπος Ταἀνεως·

Apollonius epiſcopus ' Taneenſis dixit: Recte repertus eſt ſapere & credere reverendiſſimus preſbyter & archimandrita Eutyches: propter quod conſentio his quæ a ſanctis patribus de eo definita ſunt, in recipiendo honore preſbyteratus, & ut teneat gubernationem, ſicut & pridem, proprii monaſterii.

' Tancotanus

Γεννάδιος ἐπίσκοπος Ἑρμουπόλεως·

Gennadius epiſcopus magnæ Hermopolitanæ civitatis dixit: Ex oblatis libellis huic ſanctæ ſynodo, & lectione hodie facta monimentorum, cognovimus Eutychem reverendiſſimum preſbyterum & archimandritam recte ſapuiſſe, & ſapere. & propter hoc conſentio, quatenus recipiat preſbyterii gradum, & honorem archimandritæ.

Κῦρος ἐπίσκοπος Βαβυλῶνος·

Cyrus epiſcopus Babylonis dixit: Quantum conſtat ex oblatione libellorum, & lectione monimentorum, conſenſi & ego præceſſoribus ſanctis patribus, reperiens catholicum, & fidem tenentem inconcuſſibilem, reverendiſſimum preſbyterum & archimandritam Eutychem, ad tenendam preſbyterii dignitatem, & monachorum procurationem.

Ἀθανάσιος ἐπίσκοπος * Βουσίρεως·

*Βουσείδος.

Athanaſius epiſcopus Buſiridenſis dixit: Cum oſtenſus ſit reverendiſſimus preſbyter & archimandrita Eutyches ſapere & credere ſicut & ſancta ſynodus continet: quæ eo tempore in Nicæa congregata eſt, confirmata vero & a ſancta ſynodo, quæ paulo ante in hac civitate facta eſt; acquieſco & ego, & conſentio, ſicut & hæc ſancta ſynodus decrevit, recipere eum preſbyterii dignitatem, habere etiam & ſui monaſterii principatum.

Φωτεινὸς ἐπίσκοπος Τευχείρων·

Photinus epiſcopus Teuchirenſis dixit:

ACTIO PRIMA.

Quantum ex oblatis a reverendissimo presbytero & archimandrita libellis & lectione monimentorum, rationabile & justum est, restituere eum in sacerdotio, nec non & procuratione secundum consuetudinem proprii monasterii.

Θεόφιλος ἐπίσκοπος Κλεοπατρίδος·

ORATIO quidem eſt omnium qui bene ſapiunt, honorem ſemper & decentem reverentiam ſpiritualibus maxime patribus & doctoribus exhibere. Si vero alicubi contigerit, eos qui docere debent talia ſubjectos, de fide * inſonare, quæ omnium aures & corda lædunt; neceſſarium eſt ordinem commutari, & eos qui male docere conantur, a minoribus redargui. Igitur quia unus ex his ' Neſtorius eſt, * ſuæ carens perfidiæ fructu, qui peſſime de fide quæ in Chriſtum eſt, ſapiens & docens multa ſæpius, quæ non oportebat, omnem omnino qui ſub ſole eſt, orbem pariter conturbavit, ita ut & Chiſti amantiſſimos imperatores cogeret ſancire, veſtram ſanctitatem hic congregatam, ea quæ catholicæ ſunt fidei dogmata confirmare. Et hoc propter ſuam clementiam dominus Deus præſtans, omnes vos ſanctos patres hic propterea congregavit. Hujus gratia ego ad veſtræ ſanctitatis genua provolutus, doceo, quia non ſolus ipſe Neſtorius, ſed & qui cum eo ſunt impietatis ejus participes Anaſtaſius & Photius preſbyteri, eamdem hæreſim & in aliis civitatibus volentes diſpergere, Iacobum quemdam ſimilia iis ſapientem continuerunt, & hactenus continent, * menſam & fiduciam ei præſtantes; quem & per literas jamdudum ſicut orthodoxum commendaverunt reverendiſſimis epiſcopis Lydiæ. Talia vero ab iſto tentata ſunt, quæ cum ſanctitas veſtra cognoverit, omnibus modis movebitur ad regulatem adverſus eum pœnam, & aduerſus illos qui * eum continent In Philadelphiam enim civitatem provinciæ Lydiæ perveniens, & quoſdam ſimpliciores clericos decipiens, ſanctorum patrum Nicænorum expoſitionem fidei ſpernens, alterius expoſitioni fidei, magis autem perfidiæ ſubſcribere fecit. Et hoc fecerunt, ſicut ſimpliciores, ſubſcribentes: Quia huic orthodoxæ fidei acquieſcimus. Quæ expoſitio hæreticis blaſphemiis plena, & habens ſubreptiones eorum, quibus ſubrepſit, ſalva eſt: quã rogo coram veſtra ſanctitate relegi, ut manifeſta ſit, quæ ab iis meditata ſit contra catholicam fidem ſubverſio. Non ſolum vero hoc, ſed & literæ prædictorum, ubi Iacobo quidem hæretico conſtituto, qui talia commiſit, teſtimonium catholicæ fidei perhibent: me autem, ſicut hæreticum, miniſterio & communione privaverunt, pie ſapientem, ſicut ſubnexum eſt. His enim lectis, docebitur omnibus modis veſtra reverentia, quæ adverſus catholicam fidem ab eis commiſſa ſunt, quæ dominus per veſtram ſanctitatem uſq; ad finem deſtruet.

Chariſii

ACTIO PRIMA.

' libellus

* Eſt quidem omnibus ſapientibus exoptandum,

* garrire,

' inſtruere

' Neſtorianus carpẽs ſ. p. fructus

* qui fructus vanæ gloriæ ſuæ decerpſit, quique.

* ad colloquii ſocietatem & ad menſam eum adhibentes;

* ei favent.

ACTIO PRIMA.

Charisii fidei professio catholica.

Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium factorem. Et in unum dominum Iesum Christum filium ejus unigenitum; Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, homousion Patri. Qui propter nos & propter nostram salutem descendit de cælis, & incarnatus est, & natus ex sancta virgine, & homo factus est: crucifixus est propter nos, mortuus, & resurrexit tertia die, ascendit in cælos, & iterum veniet judicare vivos & mortuos. Et sanctum Spiritum veritatis, paracletum, consubstantialem Patri & Filio: & in sanctam catholicam ecclesiam, in resurrectionem mortuorum, & in vitam æternam.

Ego Charisius hos libellos dedi, sicut superius scriptum est, subscribens manu mea.

Exemplar expositionis falsati symboli.

Eos qui nunc in primis imbuuntur ecclesiastici dogmatis diligentia, aut ex aliquo volunt hæretico errore ad veritatem converti, doceri & confiteri oportet, quia credimus in unum Deum, Patrem sempiternum, neque postea incipientem ut esset, sed qui est ab æternitate sempiternus Deus: neque vero postea factum patrem, quoniam utique semper Deus erat & pater. Credimus vero & in unum Dei filium unigenitum, de substantia existentem Patris, sicut vere filium, & ejusdem substantiæ existentem illi, cujus est & creditur filius. Et in Spiritum vere sanctum, qui ex Dei est substantia; non Filium, Deum vero, sicut ejusdem existentem substantiæ, cujus est Deus Pater, ex quo secundum essentiam est. *Nos enim*, inquit, *non spiritum mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est:* (1. Cor. 2.) a creatura quidem eum universa separans, Deo vero conjungens, ex quo essentialiter est speciali modo præter omnem creaturam, quam non secundum substantiam, sed secundum causam creationis ex Deo esse arbitramur. Sed neque Filium æstimamus eum, neque per Filium sumpsisse substantiam. Confitemur vero ' Patrem perfectum persona, & Filium similiter, & sanctum Spiritum idemtidem, salva nobis pietatis ratione: id est, Patrem & Filium & Spiritum sanctum, non tres aliquas diversas substantias æstimari, sed unam idemtitate deitatis cognoscendam. Oportet vero & de dispensatione, quam pro nostra salute in domino Christo dominus Deus perfecit, scire, quoniam Deus Verbum hominem perfectum assumpsit ex semine Abrahæ & David, (Matth. 1. Rom. 1.) secundum pronuntiationem divinarum scripturarum, hoc existentem natura, quod erant illi, ex quorum erat semine, hominem perfectum natura ex anima intellectuali & carne humana constantem. Quem hominem existentem secundum nos per naturam, Spiritus sancti virtute in virginis utero formatum, factum ex muliere & factum sub lege, (Galat. 4.) ut omnes nos a servitute legis redimeret, ante jam prædestinatam adoptionem accipientes, inenarrabiliter sibimet univit, mortem quidem eum secundum legem humanam ' experiri constituens, suscitans vero ex mortuis, & perducens in cælum, & considere faciens ad dexteram Dei. Vnde super omnes constitutus, (Ephes. 1. vers. 21.) principatus & potestates & dominationes & virtutes, & omne quod nominatur nomen

' Patris perfectam personam, Filii similiter & S. S. identidem

' gustare faciens

A non solum in hoc sæculo, verum etiam & in futuro, ab omni creatura accepit adorationem, sicut inseparabilem ad divinam naturam habens copulationem relatione Dei & intelligentia, omni creatura ei adorationem exhibente. Et neque duos filios dicimus, neque duos dominos: quoniam unus filius secundum substantiam, Deus Verbum, unigenitus filius Patris, cui iste conjunctus & participans filiatione; communicat nomine filii & honore: & dominus secundum essentiam est Deus Verbum, cui iste conjunctus honore communicat. Et ideo neque duos filios dicimus, neque duos dominos; quia manifeste B constituto secundum substantiam domino & Filio, inseparabilem tenet ad eum copulationem; qui causa nostræ salutis assumptus, conrefertur nomine & honore Filio & domino: non sicut unusquisque nostrum & secundum seipsum constitutus est filius; unde & multi, secundum beatum Paulum, dicimur filii; (Galat. ver. 26. alibi.) sed solus præcipuum habens hoc, quod in ea quæ est ad Deum Verbum copulatione, filiatione & dominatione participans, aufert quidem omnem suspicionem dualitatis filiorum & dominorum, præstat vero nobis in copulatione ad Deum Verbum, omnem habere ipsius fidem & intelligentiam & ' speculationem, pro quibus & adorationem pro relatione Dei ab omni suscepit creatura. C Vnum igitur filium dicimus, & dominum nostrum Iesum Christum per quem omnia facta sunt, principaliter quidem Deum Verbum intelligentes, substantialiter filium Dei & dominum; ' cointelligentes autem assumptum Iesum a Nazareth, quem unxit Deus spiritu & virtute, sicut (Act 10. 18.) in Verbi Dei copulatione filiationis & dominationis participantem. Qui & secundus Adam (1. Cor.) juxta beatum Paulum dicitur, utpote ejusdem naturæ constitutus cujus Adam, demonstrans vero nobis futurum statum, & tantam habens ab illo differentiam, quantam quidem esse oportet inter eum, qui inenarrabilia ministrat in futuro sæculo bona, & inter eum D qui præsentium tribulationum dedit initium. Simili vero modo & secundus Adam vocatur, sicut secundum statum demonstrans: quoniam primi quidem mortalis & passibilis & multis pleni doloribus, exordium factus est Adam, cujus & nos suscepimus similitudinem: secundum vero ostendit dominus Christus, qui de cælo in futuro apparens, omnes nos ad suam perducet communionem. *Primus enim*, inquit, *homo ex terra terrenus, secundus homo dominus de cælo:* (Ibid.) id est, exinde appariturus, ut omnes ad imitationem perducat suam. Vnde subjunxit: *Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cælestis, tales & cæle-* E *stes.* Et *sicut portavimus imaginem terreni, portemus & imaginem cælestis.* In eo vero apparente, & ab omnibus videndo qui in futuro judicandi sunt, invisibiliter existens: faciet judicium divina natura, *Tempora enim ignorantiæ nostræ prætermittens Deus, nunc præcepit omnibus hominibus ubique pœnitentiam agere, quoniam statuit diem, in qua judicaturus est universum orbem in justitia, in viro quem prædestinavit, fidem præstans omnibus, resuscitans eum a mortuis.* (Act. 17.) Hæc est ecclesiasticorum dogmatum doctrina: & omnis qui his contraria sapit, anathema sit. Omnis qui salutarem pœnitentiam

' theori

' consulcantes

ANNO CHRISTI 451.

ANNO CHRISTI 451.

pœnitentiam non suscipit, anathema sit. Omnis, qui non celebrat sanctum diem paschæ secundũ sanctæ catholicæ ecclesiæ statuta, anathema sit.

Budius Iunici Philadelphiensis Quartodecimanus cognoscens veram & catholicam fidem, & postulans sanctissimum episcopum * Theophanium, accessi ad sanctam & catholicam ecclesiam: & anathematizo omnem hæresim, præcipue Quartodecimanorum, in qua prius erraveram, & consentio supra scriptæ expositioni catholicæ fidei; anathematizans & eos qui non celebrant sanctum diem paschæ, sicut sancta catholica & apostolica ecclesia celebrat; jurans per sanctam & consubstantialem trinitatem, & pietatem & victoriam dominorum orbis terræ, Flavii Theodosii & Flavii Valentiniani perpetuorum Augustorum. Si vero aliquid eorum quandoque transgressus fuero, subjacere me legis severitati. Et relecta mihi expositione, subscripsi per Flavium ' Hesychium Philadelphiæ * principalem, propterea quod literas ignorem.

Similiter subscripserunt & Flavius Hesychius Cerdanepii Philadelphiæ * senator, Quartodecimanus,

" Rufinus Diffilius Philadelphiæ secundæ, Quartodecimanus,

Eugenius secundæ Philadelphiæ, Quartodecimanus,

Faustinus laicus secundæ Philadelphiæ Quartodecimanus,

' Dalmatius & Alexander per manum * Eutropii diaconi,

Flavianus Nymphidianus secundæ Philadelphiæ scholasticus,

Polychronius Tatiani Philadelphiensis, per manum Flavii Hesychii Cerdanepii, & Danielis, Philadelphenorum principalium,

Eustathius Marcelli Philadelphius Quartodecimanus,

Eutychius secundæ Philadelphiæ,

Stratonicus * Ammonii Philadelphius Quartodecimanus,

' Theodorus & Alexander Philadelphii,

* Marinianus Euethii, per manum Neoterii lectoris,

* Padicius Philadelphius,

Cyriacus Philadelphenus, de hæresi Novatianorum, per Eusebium Syrum Calliopium.

Auxonius Philadelphius, Novatianus,

Diomedes, habitans in vico Caccaba,

Iulianus Philadelphiæ secundæ, per * Martyrium lectorem,

Eutychius chorepiscopus, de viro Aulacis', primus Tessarescædecatitarum,

Patricius presbyter, de vico Paradioxilo, per manum Maximi presbyteri, &

Zenon chorepiscopus, Quartodecimanorum hæreseos, per Flavium Palladium.

His igitur perlectis, statuit sancta synodus, alteram fidem nemini licere proferre, aut conscribere, aut componere, præter definitam a sanctis patribus, qui in Nicæa cum Spiritu sancto congregati sunt. Qui vero ausi fuerint aut componere fidem alteram, aut proferre, vel offerre converti volentibus in agnitionem veritatis, sive ex gentilitate, sive ex Iudaismo, sive ex qualicumque hæresi; hos quidem, si sunt episcopi aut clerici, alienos esse episcopos ab episcopatu, & clericos a clericatu judicamus: si vero laici fuerint, anathema esse. Secundum similem vero modum, si inventi fuerint sive episcopi, vel clerici, aut laici, sive sapere, sive docere ea quæ sunt in oblata expositione a Charisio presbytero de inhumanatione unigeniti Filii Dei, sive scelerata & perversa Nestorii dogmata, quæ & subnexa sunt; subjaceant sententiæ sanctæ hujus & universalis synodi, quatenus manifestum sit, quia episcopus quidem privabitur ab episcopatu, & erit damnatus; clericum vero similiter cadere a clericatu: si vero laicus quis sit, & ipse anathematizetur, sicut superius dictum est,

Lecta sunt etiam ' capita quædam ex Nestorii blasphemiis.

Ex codice Nestorii, quaternione XVII. *de dogmatibus.*

Quoties igitur divina scriptura dictura est aut nativitatem Christi ex virgine Maria, aut mortem, nusquam videtur ponere, Deus, sed aut Christus, aut Filius, aut dominus: quoniam hæc tria duarum naturarum sunt significativa, aliquando quidem hujus, aliquando illius, aliquando vero & hujus & illius. Est autem tale quod dico: Quando ex virgine nativitatem nobis scriptura narrat, quid dicit? *Misit Deus Filium suum.* Et non dicit, Misit Deus Deum Verbum: sed profert nomen, quod significat duas naturas. Quoniam enim Filius homo est & Deus, dicit: *Misit Deus Filium suum factum ex muliere*: ut cum audis, Factum ex muliere, deinde vides nomen præpositum, quod indicat duas naturas, nativitatem ex beata virgine factam, Filium quidem voces: (Filiũ enim genuit Dei & quæ peperit Christũ virgo.) sed quoniam Filius Dei duplex est secundum naturas, non genuit quidem Filiũ Dei, sed genuit humanitatem, quæ est Filius propter conjunctum Filium.

Similiter ejusdem, ex quaternione XXI.

Vide quid contingat, hæretice. Non invideo voci dicenti Christi genitricem virginem, sed scio venerabilem, quæ suscepit Deum, per quam processit omnium dominator, per quam illuxit justitiæ sol. Iterum suspectum habeo plausum, quod dixi, Processit, intellexistis? Non est dictum a me, Processit, quasi genitus est: nec enim ita cito obliviscor meorum. nam procedere Deum ex Christi genitrice virgine, a sanctis scripturis didici: nasci vero Deum ex ipsa, nusquam didici. *Et post alia.* Nusquam igitur divina scriptura Deum de Christi matre virgine dicit natum, sed Iesum Christum, & Filium, & dominum. Hæc omnes confitemur. Quæ enim docuit divina scriptura, infelix qui non continuo suscipit. *Surgens, accipe infantem & matrem ejus.* Hæc angelorum vox est. Fortasse vero melius te, quæ pertinent ad nativitatem, sciebant archangeli. *Surgens, tolle infantem & matrem ejus*, Non dixit Surge, tolle Deũ & matrem ejus.

Similiter ejusdem, ex quaternione XXIIII.

Quod igitur dicebamus, *Noli timere accipere Mariam conjugem tuam: quod enim in ea natum vel factum est*, (quod sive per unam, n, literam, sive per duas scribatur, sensui nihil præjudicat) *de Spiritu sancto est.* Si vero dixerimus, quia Deus Verbum natus est in carne. " aliud enim est ' simul esse cum illo qui natus est, & aliud, nasci. *Quod enim, inquit, in ea natum est, de Spiritu sancto est*; id est, Spiritus sanctus creavit quod in ipsa est. Viderunt ergo patres, sicut docti in divinis scripturis, quod si pro incarnato posuerimus natum, invenietur aut filius Spiritus sancti Deus Verbum, aut

Margin notes (left): Theophanium. — ' principalem. curialem. — * curialis. — " mss. Hierano Polyano ... explicantur nomines istæ subscriptiones, quas loco ... posuimus, minus necessarias. — Dalmatius. — Eutropii. — Theophili. — ' Theo... — * Eunomii — ' Theodori... — * Marinus Eutychis, — * Placidius — * Martirii. — ' princeps Quartodecimanorum hæreseos

Margin notes (right): ACTIO PRIMA. — ' testimonia — *Galat.* 4. — *Matth.* 2. — *Matth.* 1. γεννηθὲν, natum significat, γενηθὲν vero, factũ. — " in mss. Quoniam si duas posueris n n literas apud Græcos natus intelligitur, si vero una, factus. — ' coesse

ACTIO PRIMA. aut duos patres habens: aut, si per unam, n, literam, & factum dicamus, invenietur Deus Verbum creatura esse Spiritus sancti. Fugientes igitur nativitatis sermonem, posuerunt: Qui descendit propter nos homines & propter nostram salutem, & incarnatus est. Quid est. Incarnatus est? Non conversus ex divinitate in carnem. Incarnatum enim ex sancto Spiritu dicentes, secuti sunt euangelistam. Nam & euangelista veniens ad inhumanationem, fugit nativitatem dicere in Verbo, & posuit incarnationem. Vbi? Audi: *Et Verbum caro factum est.* Non dixit, Verbum per carnem natum est. Namque ubi commemorant apostoli & euangelistæ filium, ponunt, quia natus est ex muliere. Intende quod dicitur, obsecro. Vbi dicunt nomen filii, & quoniam natus est ex muliere, ponunt natum esse: ubi vero commemorant Verbum, nullus eorum ausus est dicere nativitatem per humanitatem. Audi. Beatus Ioannes euangelista veniens ad Verbum & ad incarnationem ejus, audi qualia dicit: *Verbum caro factum est*; (hoc est, suscepit carnem) *& habitavit in nobis*, (id est, nostram naturam indutus est) *& vidimus gloriam ipsius* filii. Non dixit, Vidimus nativitatem Verbi.

Ioan. 1.

Ibidem.

'de

Similiter ejusdem, ex quaternione XV. *in dogmate.*

Ita & secundum carnem Christum Deum nominamus propter conjunctionem Dei Verbi, hoc quod videtur, scientes ut hominem. Audi Paulum utraque prædicantem. *Ex Iudæis*, inquit, *Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus.* Confitetur hominem prius, & tunc propter conjunctionem Dei, Deum prædicat, quod videtur; ut nullus ' Christianitatem hominem colere suspicetur.

Rom. 9.

' Christum

Similiter ejusdem, ex quaternione XXVII.

Non autem sicut dicebamus Deum omnium creatorem, & Deum Moysen. *Deum* enim, inquit, *posui te Pharaonis.* & filium Dei Israel. *Filius enim*, inquit, *primogenitus meus Israël.* & sicut dicebamus Christum Saül. *Non enim*, inquit, *mittam manum meam in eum, quoniam Christus domini est.* & Cyrum idemtidem. *Hæc enim*, inquit, *ait dominus Christo meo Cyro.* & Babylonium sanctum. *Ego enim*, inquit, *impero eis; sanctificati sunt, & ego adduco eos.* ita dicimus dominum Christum, & Deum, & filium, & sanctum, & Christum: sed communio quidem nominum similis, non eadem vero dignitas.

Exod. 7. Exod. 4. 1. Reg. 24. Isai. 45. Isai. 13.

Similiter ejusdem, ex quaternione XV.

Hoc sapiatur in vobis, quod & in Christo Iesu; qui cū in forma Dei esset, semetipsum exinanivit, formam servi accipiens. Non dixit, Hoc ' sapiatur in vobis, quod & in Deo Verbo, quod cum in forma Dei esset, formam servi accepit: sed dicens, Christus, tamquam vocem duas naturas significantem, sine periculo eum & formam servi, quam accepit, & Deum nominat: quia ea quæ dicuntur, in naturarum duplicitatem irreprehensibiliter dividuntur.

Philip. 2.

' sentiatur

Similiter ejusdem, ex quaternione XVI.

Vt in nomine Iesu, inquit, *omne genu flectatur, calestium, terrestrium & infernorum; & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus.* Propter induētem ' indutum veneror: ' propter absconditum adoro visibilem. Inseparabilis enim a visibili Deus; ideoque eius qui non separatur, honorem non ' separo. Separo naturas, sed adorationem unio.

Ibid. v. 10.

' indumentum ' pro occulto ' divido

Similiter ejusdem, ex quaternione XVII. *de Deo.*

Erat quidem Deus Verbum & ante inhumanationem Filius, & Deus, & existens cum Patre: suscepit vero in ultimis tēporibus servi formam. Sed ante hoc Filius constitutus & vocatus, post susceptionem non potest vocari separatus Filius, ne duos filios doceamus. Sed quoniam illi Filio copulatus est qui in principio erat; qui ad eum copulatus est, non potest secundum filiationis dignitatem, divisionem suscipere. Secundum dignitatem dixi filiationis, non secundum naturas. Propterea & Deus Verbum Christus nuncupatur; quoniam ' conjunctionem habet cum Christo perpetuam.

ANNO CHRISTI 451.

' copulationem

Similiter ejusdem, ex quaternione XV. *in dogmate.*

Inconfusibilem igitur naturarum servemus copulationem: confiteamur in homine Deum: veneremur eum, qui divina copulatione omnipotenti Deo coadoratur homo.

Similiter ejusdem, ex quaternione VI. *in dogmate.*

Attende & hoc confestim conjunctum. *Vt misericors*, inquit, *fiat, & fidelis sacerdos apud Deum. In quo enim passus est ipse & tentatus, potens est hos, qui tentantur, adjuvare.* Ergo qui passus est, sacerdos est misericors. Passibile autē est templum, non ille qui passibilem vivificat Deus.

Hebr. 2.

Similiter ejusdem, ex quaternione XXVII.

Vt discatis, inquit, quoniam nimia erat illa copulatio deitatis, quæ & in infantia carnis dominicæ videbatur. Erat enim ipse & infans, & infantis dominus. Laudastis vocem, sed noc ' propterea sine examinatione ' plaudatis. Dixi enim, quia ipse erat infans, & infantis habitator.

' eam ' teneatis

Similiter ejusdem, ex quaternione I.

Communes igitur sunt operationes trinitatis, & solis subsistentiis divisionem habentes. Gloria ergo vnigeniti aliquando ad Patrem refertur, *Est enim*, inquit, *Pater meus, qui me glorificat.* Aliquando vero ad Spiritum: *Spiritus enim*, inquit, *veritatis me glorificabit.* Aliquando vero ad Christi potestatem.

Ioan. 8. Ioan. 16.

Similiter ejusdem, ex quaternione XVI. *de Filio dicens.*

Iste qui dicit: *Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti?* Iste, qui triduanam sustinuit mortem. Adoro vero eum cum deitate, sicut divinæ auctoritatis cooperatorem. *Et post aliqua.* Non secundum se Deus, quod in utero plasmatum est. non secundum se Deus, quod creatum est de Spiritu. non secundum se Deus, quod in sepulcro sepultum est. sic enim erimus hominum & mortuorum cultores aperti. sed quoniam in illo suscepto Deus est; ex suscipiente, qui susceptus est, sicut suscipienti copulatus, connuncupatur Deus.

Matth. 27. ex Psal. 21.

Similiter ejusdem, ex quaternione III. *contra hæreticos, de Spiritu dicens.*

Quomodo enim servus sit, inquit, qui cum Filio & Patre operatur? Et si requirat quis actiones Spiritus, inveniet Filii & Patris in nullo minores. Non quia una dividatur deitas, sed quia sancta scriptura, ea quæ unius virtutis sunt, & in singulas partitur subsistētias ', ad demonstrationem * similitudinis Trinitatis. Et attende mihi hanc ' similitudinem, ex majoribus operibus incipientem. Deus Verbum factus est caro, & habitavit in nobis. Consedere fecit sibi Pater susceptam humanitatem. *Dixit* enim, inquit, *Dominus domino meo, Sede ad dexteram meam.* Ejus qui susceptus est, gloriam descendens Spiritus sustentavit. *Quando enim*, inquit, *veniet Spiritus veritatis, ipse me glorificabit.*

' in approbatione consubstantialis trinitatis * æqualitatis ' unam substantiam Ioan. 1. Ephes. 2. Psalm. 109. Ioan. 16.

Ejusdem

NO
ISTI
Ejusdem ex quaternione vi. de Christo dicens.

I. 4. Quia missus est prædicare captivis remissionem, & cæcis restitutionem visus: & sicut apostolus subjungit, & dicit: *Hic fidelis Deo factus pontifex.* Factus est enim iste, qui non prius erat æternus: iste qui paulatim in pontificis, o hæretice, proficit dignitate. Et audit manifestiore tibi hoc voce clamantem: *In diebus*, ait, *carnis suæ preces supplicationesque ad eum, qui poterat illum salvum facere a morte, cum clamore valido & lacrymis offerens, & exauditus est pro sua reverentia. Et quidem cum esset Filius, didicit ex his quæ passus est, obedientiam; & consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ.* Consummatur vero, o hæretice, quod paulatim proficit. De quo & Lucas in euangeliis clamat: *Iesus proficiebat ætate & sapientia & gratia.* Quibus consona & Paulus loquitur: *Consummatus*, inquit, *factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ, appellatus a Deo pontifex juxta ordinem Melchisedec.* Et post alia: *Pontifex vocatus.* Quid ergo econtrario interpretaris Paulo, impassibilem Deum Verbum terrenæ commiscens similitudini, & passibilem pontificem faciens?

Et iterum ejusdem, ex quaternione XVII.

. 3. *Unde fratres sancti, vocationis cælestis participes, considerate apostolum & pontificem confessionis nostræ Iesum, qui fidelis est ei qui fecit illum.* Et post alia: Existente ergo nobis hoc solo pontifice compatiente, & cognato & firmo, ab eius fide ne recedatis. Ipse est enim nobis promissæ benedictionis destinatus ex semine Abrahæ, pro se & genere suo sacrificium corporis offerens. Attendendum est hic, quia confitens omnem pontificem egere sacrificio, & excipiens Christum, ut qui non indiguit, hic dixit & pro seipso offerre, & pro genere suo, sacrificium.

Similiter ejusdem, ex quaternione IIII.

. 6. Audite igitur attendentes verba. *Qui manducat*, inquit, *meam carnem.* Memoramini, quia de carne est quod dicitur, & quia non a me additum est carnis nomen, ut non videar illis male interpretari: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem.* Numquid dixit, Qui manducat deitatem meam, & bibit deitatem meam? Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. *Et post alia.* Sed ad propositum redeamus. *Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eo.* Commemoramini quia de carne dicitur: *Sicut misit me qui vivus est Pater*; me, qui visibilis sum. Si forte mala interpretor, ex his quæ sequuntur, audiamus. *Sicut misit me qui vivus* est Pater. Ille dicit deitatem, ego humanitatem. Videamus quis est qui male interpretatur: *Sicut misit me qui vivus est Pater.* Dicit hæreticus: Hic divinitatem dicit. Misit me, inquit, Deum Verbum. Sicut misit me vivus Pater (secundum illos) & ego vivo Deus Verbum propter Patrem. Deinde quod post hæc est: *Et qui me manducat, & ipse vivet.* Quem manducamus? Deitatem, aut carnem? ACTIO PRIMA. Ibidem. Ibidem.

Similiter ejusdem, ex quaternione XVI.

Et omnino, inquit, si omnem simul novam scripturam * effoderis, nusquam invenies in ipsa mortem ad Deum pertinentem, sed aut ad Christum, aut ad Filium, aut ad dominum. Christus enim, & Filius, & dominus in unigenito a divina scriptura positum, duarum, naturarum significativum est, & aliquando quidem designans deitatem, aliquando vero humanitatem, aliquando etiam utraque; ut est illud, cum Paulus in epistola prædicat: *Cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filij eius*; humanitatem clamat Filii. Cum vero iterum idem ad Hebræos dicit: *Deus locutus est nobis in Filio, per quem fecit & sæcula*; divinitatem significat Filii. Neque enim caro creatrix est sæculorum, quæ post multa creata est sæcula. *Et post alia*: Non deitas fratrem Iacobum habuit; nec Dei Verbi mortem nos annuntiamus, cum dominico corpore & sanguine pascimur.

* versaveris, Rom. 5. Hebr. 1. Galat. 1. 1. Cor. 11.

Similiter ejusdem, ex quaternione XXIII.

Considero, inquit, nostros populos multam * reverentiam possidentes, & ferventissimam pietatem; per ignorantiam vero divinæ scientiæ ' labentes. Hoc vero non crimen est populi, sed (ut decenter dicam) eo quod non habuerint doctores tempus, quo possint aliquid de doctrina nobis commendare subtilius.

* religiositatem ' lubricantes

Petrus presbyter Alexandriæ & primicerius notariorum dixit: Ecce manifeste in his dicit, quoniam eorum qui ante eum fuerunt, doctorum nullus hæc locutus est populus, quæ ipse locutus est.

Cyrillus episcopus Alexandriæ subscripsi, pronuntians cum sancta Synodo.

Arcadius episcopus & legatus sedis apostolicæ,

Iuvenalis episcopus Hierosolymæ,

Projectus episcopus & legatus sedis apostolicæ,

Flavianus episcopus Philippensium,

Philippus presbyter sedis apostolicæ atque legatus,

Firmus episcopus Cæsareæ,

Memnon episcopus Ephesi,

Et omnes alij episcopi supra recensiti similiter subscripserunt.

Et cum legerentur, accensis cereis, Constantinus devotissimus secretarius [sacri consistorii ex eadem scheda] recitavit sequentia in hunc modum. CALCHED. ACTA.

Dioscorus episcopus Alexandriæ dixit: Existimo omnibus placere quæ sunt exposita a sanctis patribus qui in Nicæa olim congregati sunt, quæ & confirmavit, & sola tenere definivit, quæ hic pridem sancta synodus collecta est, [Deo amabilia] & sufficienter habentia. * Audivimus autem definientes eos ita: Siquis præter hæc dixerit, aut sapuerit, aut EPHESI ACTA.

* audivimus, cum ipsi definiverint ita;

Ὧν ἀναγινωσκομένων, κηρίων ἀναφθέντων, Κωνσταντῖνος ὁ καθωσιωμένος σηκρητάριος ἀνέγνω τὰ ἑξῆς οὕτως.

Διόσκορος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας εἶπεν· οἶμαι πᾶσιν ἀρέσκειν τὰ ἐκτεθέντα παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων πάλαι· ἃ καὶ ἐβεβαίωσε, καὶ μόνα κρατεῖν ὥρισεν ἡ ἐνταῦθα συλλεγμένη πρώην ἁγία σύνοδος· καὶ ἀρκούντως ἔχοντα * ἠκούσαμεν. διορισάντων αὐτῶν οὕτως· εἴ τις παρὰ ταῦτα λέγῃ,

* ἠκούσαμεν δὲ ὁρισάντων L.

A aut retractaverit, aut quæsierit, subjaceat sententiæ. Quid vobis videtur? Vnusquisque qualem habet * voluntatem, sub scriptis dicat. * Non enim possumus hæc aut quærere, aut retractare. Si vero aliquis inquisivit ultra ista quæ dicta, [& ordinata sunt, & placuerunt.] nonne juste subjacebit patrum sententiæ? Dicat igitur unusquisque vestrum, si ejus est * voluntatis.

* Possumus ne præter hæc aut quærere, aut retractare? * sententiæ.

Thalassius episcopus Cæsareæ Cappadociæ dixit: Trecentorum decem & octo patrum in editione fidei laudem illis temporibus divina gratia demonstravit, cui illi accommodantes linguas, * prædicaverunt. Confirmavit vero maxime & quæ in hac splendida metropoli convenit sanctorum concordia, quam tenere omnino est necessarium sine aliquo additamento aut detrimento: quia hæc similiter nocere solent regulæ pietatis sancitæ a sanctis patribus qui in Nicæa congregati sunt, & confirmatæ ab his qui hic ante hoc convenerunt. Eos autem, qui contraria iis sapiunt, abominor, sicut solventes rectam fidem.

* dogmatizarunt

ἢ φρονεῖ, ἢ ἀνασκευάζει, ἢ ζητεῖ, ὑποκείσθω τῇ ἀποφάσει. τί ὑμῖν δοκεῖ; ἕκαστος ποίαν ἔχει γνώμην, ἐγγράφως λεγέτω. δυνάμεθα παρὰ ταῦτα ζητεῖν, ἢ ἀνασκευάζειν; εἰ δέ τις ἐζήτησε περαιτέρω τῶν εἰρημένων, οὐ δικαίως ὑποκείσεται τῇ ἀποφάσει τῶν πατέρων; λεγέτω τοίνυν ἕκαστος ὑμῶν, εἰ ταύτης ἐστὶ τῆς γνώμης.

Θαλάσσιος ἐπίσκοπος Καισαρείας Καππαδοκίας εἶπε· τὸ τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων πατέρων ἐπὶ τῇ ἐκθέσει τῆς πίστεως εὐδόκιμον ἔδειξε καὶ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἡ θεία χάρις· ᾗπερ ἐκεῖνοι τὰς γλώσσας χρήσαντες, ἐδογμάτισαν. ἐβεβαίωσε δὲ μάλιστα καὶ ἡ ἐν ταύτῃ τῇ λαμπρᾷ μητροπόλει συνελθοῦσα B τῶν ἁγίων ὁμόνοια, ἣν κρατεῖν ἐκ παντὸς ἀναγκαῖόν ἐστι τρόπου, προσθήκης ὁμοῦ ἢ ὑφαιρέσεως ὁμοίως λυμαινομένης τῷ κανόνι τῆς θεσπισθείσης ὑπὸ τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ, καὶ βεβαιωθείσης ὑπὸ τῶν ἐνταῦθα συνεληλυθότων τὸ πρότερον. τοὺς δὲ ἐναντία τούτων φρονοῦντας βδελύσσομαι, ὡς παραλύοντας τὴν ὀρθὴν πίστιν.

Σώζων ἐπίσκοπος Φιλίππων·

Sozon episcopus Philippensis dixit: A trecentis decem & octo sanctis patribus qui in Nicæa convenerunt, expositam fidem & credo, & in hac urbe congregatæ synodo consentimus: & eos qui præter hæc sapiunt, aut docent, minime esse catholicos credidi.

Ἰωάννης ἐπίσκοπος * Σεβαστῆς Ἀρμενίας·

* Σεβαστείας

C Ioannes episcopus Sebastiæ civitatis Armeniæ primæ dixit: Morbum in veritate introducere nihil est aliud, quam audere impietatem fidei commiscere. Qui enim spernit fidem, quæ in se firmitatem possidet præ multitudine & tempore & auctoritate eorum qui exposuerunt, nullum habet stabilitatis terminum, mutabili voluntatis impietate ægrotans. Vnde & ego omnem hæresim & novitatem abominans, colo solam hanc fidem, quæ a sanctissimis patribus est exposita, quia omnis pietatis nostræ est subsidium.

Θεόδωρος ἐπίσκοπος Ταρσοῦ τῆς Κιλικίας·

D Theodorus episcopus Tarsensis civitatis provinciæ Ciliciæ primæ, dixit: Ei fidei, quæ exposita est a sanctis patribus qui in Nicæa convenerunt, & qui pridem in Epheso congregati sunt, similia & ego ipse sapiens permaneo; & eos qui præter hæc sapiunt, non judico catholice sapere.

Βασίλειος ἐπίσκοπος Σελευκείας Ἰσαυρίας·

E Basilius episcopus civitatis Seleuciæ, provinciæ Isauriæ, dixit: Et expositam fidem a sanctis patribus qui in Nicæa convenerunt, & quæ sunt lecta sanctorum patrum dogmata, & quæ pridem in hac civitate a sanctis patribus congregatis ordinata sunt, ejusdem sancti Spiritus operationis esse credo: eos qui præter hæc aut sapiunt, aut docent, inimicos orthodoxorum ecclesiæ existimo.

Στέφανος ἐπίσκοπος Ἐφέσου·

Stephanus episcopus civitatis Ephesinæ dixit: Manifesta sunt, quæ a sanctis patribus sancita & definita sunt trecentis decem & octo, qui in Nicæa civitate congregati sunt, quæ confirmata sunt a sancta & universali synodo collecta in hac Ephesia metropoli. Vnde si quis præter ea quæ sancita sunt, dixerit; anathema sit; quoniam hæc est vera & catholica fides.

Οὐράνιος ἐπίσκοπος πόλεως Ἱμερίας, ἐπαρχίας Ὀσροηνῆς, δι' ἑρμηνέως Εὐλογίου πρεσβυτέρου Ἐδεσηνοῦ·

Vranius episcopus civitatis Himeriæ, provinciæ Osroënæ, interpretante se Eulogio presbytero Edesseno, dixit: In his quæ exposita sunt a concilio in Nicæa congregato, & sententia quæ definita est in hac metropoli de eadem fide adversus prævaricatores ejus, permaneo: & qui præter hæc ausi fuerint aut dicere, aut inquirere, anathematizo, & alienos esse a recta fide definio.

Θεόδωρος ἐπίσκοπος Δαμασκοῦ * εἶπον ταῦτα, καὶ ὅμοια.

* εἶπεν

Theodorus episcopus Damasci dixit: Qui istis quæ nuper lecta sunt, non obtemperat, alienus est a catholica fide, & dignus anathemate, quod a sanctis patribus definitum est.

Ἰουλιανὸς ἐπίσκοπος ἐπέχων τὸν τόπον τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας Λέοντος, ἑρμηνεύοντος αὐτὸν Φλωρεντίου ἐπισκόπου Λυδῶν, εἶπε· ταῦτα κατέχει ἡ ἀποστολικὴ καθέδρα.

' Iulianus episcopus tenens locum Leonis sanctissimi episcopi Romanæ ecclesiæ, interpretante se Florentio episcopo Lydiæ, dixit: Hæc tenet apostolica sedes.

' Iulius

Στέφανος ἐπίσκοπος Ἱερᾶς πόλεως εἶπε· τούτοις καὶ ἡμεῖς συντιθέμεθα· καὶ παρὰ ταῦτα οὔτε ἐφρονήσαμεν, οὔτε φρονήσομεν, ἀλλὰ μέχρι τελείας ἡμῶν ἀναπνοῆς αὐτοῖς ἀκολουθήσομεν, καὶ οὐδενὸς τῶν παρὰ ταῦτα διδάσκειν ἐπιχειρούντων πώποτε ἀνεξόμεθα.

Stephanus episcopus Hieropolitanus dixit: His & nos consentimus, & præter hæc neque sapuimus, & usque ad ultimum * suspirium nostrum hæc sequemur, & nullis unquam præter hæc conantibus docere permittemus.

* spiritu.

Μελέτιος

NNO RISTI 451.

Μελέτιος ἐπίσκοπος Λαρίσσης, ποιούμενος τὸν λόγον καὶ ὑπὲρ τοῦ ὁσιωτάτου Συρίας Δόμνου. A

Meletius epiſcopus Lariſſenæ civitatis, faciens verbum pro ſanctiſſimo epiſcopo Domno Apameæ civitatis Syriæ ſecundæ, dixit: Semper ab infantia his credidi, & nunc hanc eamdem teneo fidem, & amplector eam, quæ nuper nobis lecta eſt, ſanctorum patrum expoſitionem.

Κῦρος ἐπίσκοπος Ἀφροδισιάδος τῆς Καρίας·

Cyrus epiſcopus Aphrodiſiadis civitatis, provinciæ Cariæ, dixit: Et ego non ſolum a puerili ac monachali mea vita, ſed etiam ex paterna B doctrina hanc fidem poſſideo.

Ἱλαρος διάκονος τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας, ἑρμηνεύοντος αὐτὸν Φλωρεντίου ἐπισκόπου Λυδῶν, εἶπε. τὰ πρόσφατον ἀναγνωσθέντα, τοῦτο μὲν ἐκ τῆς τῶν ἐν τῇ Νικαίᾳ συνηγμένων πίστεως, τοῦτο δὲ βεβαιωθέντα ἐν τῇ κατὰ τὴν Ἔφεσον ἁγίᾳ συνόδῳ πάλαι συνειλεγμένῃ, ὁ ἀποστολικὸς θρόνος καὶ διδάσκει καὶ πρεσβεύει. ταῦτα τοίνυν οἶδα συνᾴδοντα τοῖς δόγμασι τῶν ἁγίων πατέρων, καὶ τοῖς ἰδίοις δὲ πρὸς ὑμᾶς, ἁγιώτατοι, ἐνέθηκεν ὁ ἀποστολικὸς θρόνος γράμμασιν. ἅπερ, εἰ κελεύσητε ἀναγνωσθῆναι, γνώσεσθε C συνᾴδοντα τῇ ἀληθείᾳ.

Βασίλειος ἐπίσκοπος Τραϊανουπόλεως εἶπε· καὶ ἡ ἐμὴ βραχύτης ἐν ταύτῃ ἀνατέθραπται τῇ ἁγίᾳ πίστει, καὶ ἐν αὐτῇ πληρῶσαι τὸν βίον εὔχομαι.

Πολυχρόνιος ἐπίσκοπος Ἀντιπατρίδος εἶπε· τὰς θείας καὶ ἀληθεῖς διατυπώσεις τῶν ἁγίων πατέρων κατέχομεν χάριτι Θεοῦ παρ' ἑαυτοῖς, καὶ ἐν τῇ πίστει ταύτῃ φυλαχθῆναι εὐχόμεθα.

Ἡ ἁγία σύνοδος εἶπεν· οἱ πάντες τῆς αὐτῆς ἐσμὲν γνώμης καὶ πίστεως·

Διόσκορος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας εἶπεν· ἐπειδήπερ ἡ ἁγία καὶ μεγάλη σύνοδος, ἡ ἐν Νικαίᾳ πάλαι συναγηγερμένη κατὰ βούλησιν Θεοῦ, τὴν ὀρθὴν ἡμῶν καὶ ἀμώμητον ἐξέθετο πίστιν, D ἥν τινα καὶ ἡ πρὸ βραχέος ἐνταῦθα συνειλεγμένη ἐβεβαίωσε, καὶ ταύτην μόνην κρατεῖν καὶ ἐκκλησιάζεσθαι ὥρισε, τυπώσασα καὶ τοῦτο· ὥστε μηδενὶ ἐξεῖναι ἑτέραν πίστιν παρὰ ταύτην ἐκτίθεσθαι, ἢ ζητεῖν, ἢ καινουργεῖν τι, ἢ ἀνακινεῖν τι περὶ τῆς εὐαγοῦς ἡμῶν θρησκείας· τοὺς δὲ γε παρὰ ταῦτα ἢ ζητεῖν, ἢ φρονεῖν, ἢ συντιθέναι τι πειρωμένους, ἢ ὅλως ἀνασκευάζειν ἐπιχειροῦντας τὰ τετυπωμένα, ἐπιτιμίοις φανεροῖς ὑποβέβληκεν, ἵν' εἰ μὲν εἶεν ἐπίσκοποι, ἀλλότριοι τῆς ἐπισκοπῆς γίνωνται· εἰ δὲ κληρικοί, τοῦ κλήρου· εἰ δὲ λαϊκοί, ξένοι τῆς κοινωνίας. E ταῦτα γὰρ ἐκ τῶν ἀναγνωσθέντων ἀρτίως ὑπομνημάτων ἐδιδάχθημεν. φαίνονται δέ, ὡς συνορᾷ ἡ ἁγία αὕτη καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος, πάντα σχεδὸν ἀνακινήσαντες καὶ μετασκευάσαντες, Φλαβιανὸς ὁ γεγονὼς τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, καὶ Εὐσέβιος ὁ τοῦ Δορυλαίου, καὶ σκανδάλου καὶ ταραχῆς γεγονότες πρόφασις ταῖς τε ἁγίαις ἐκκλησίαις, καὶ τοῖς ἁπανταχοῦ ὀρθοδόξοις λαοῖς· εὔδηλον, ὡς ἑαυτοὺς ὑπέθηκαν τοῖς ὡρισμένοις τὸ τηνικαῦτα συνοδικῶς παρὰ τῶν ἁγίων ἡμῶν πατέρων ἐπιτιμίοις· ὅθεν δὴ καὶ ἡμεῖς τὰ ἐκείνων βε-

ACTIO PRIMA.

Φλωρέντιος ἐπίσκοπος Λυδῶν·

Florentius epiſcopus civitatis Lydiæ dixit: Et ego huic adhæreo fidei, quæ nuper lecta eſt, & dudum a ſanctis patribus cum ſancto Spiritu definita; & tutelam meæ ſpei eſſe confiteor, & placent mihi quæ ſancita ſunt.

Κανδιδιανὸς ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας τῆς Πισιδίας εἶπεν τὰ ὅμοια·

Candidianus epiſcopus civitatis Antiochiæ, provinciæ Piſidiæ, dixit: Et a pueritia nutritus ſum in catholica fide, & archidiaconus regiæ civitatis fui, & gratia Dei & Chriſti ſine querela hactenus (ſicut arbitror) converſatus ſum, & uſque hodie ſanctorum patrum trecentorum decem & octo qui in Nicæa, & eorum qui in hac metropoli congregati, inconcuſſibiles expoſitiones cuſtodio, & uſque in finem hæc eadem & ſapui, & ſapio.

Hilarus diaconus Romanæ ' interpretante ſe Florentio epiſcopo Lydienſi, dixit: Quæ nuper lecta ſunt de fide prolata, tam quæ in Nicæa eſt expoſita, quam quæ a ſancta ſynodo pridem in Epheſina civitate [a ſanctis patribus] confirmata eſt, apoſtolica ſedes & docet & veneratur. Hæc ergo ſcio ſanctorum patrum conſonare dogmatibus: hæc & propriis, o vos ſanctiſſimi, literis, quas ad vos deſtinavit, apoſtolica ſedes inſeruit. Quas, ſi juſſeritis recitari, cognoſcetis conſonas eſſe veritati.

Baſilius epiſcopus Trajanopolitanus dixit: Et mea parvitas in hac ſancta fide nutrita eſt, & in ipſa oro vitam finire.

Polychronius epiſcopus Antipatridis civitatis dixit: Divinas & veras conſtitutiones ſanctorum patrum & tenemus gratia Dei apud noſmetipſos, & in hac nos fide ſemper cuſtodiri oramus.

Sancta ſynodus dixit: Omnes ejuſdem ſumus * voluntatis & fidei. * ſententiæ

Dioſcorus epiſcopus Alexandriæ dixit: Quoniam ſancta & magna ſynodus, quæ jamdudum in Nicæa congregata eſt per voluntatem Dei, rectam noſtram & immaculatam fidem expoſuit, quam & nuper hic congregata [ſancta ſynodus] confirmavit, & hanc ſolam teneri, & in eccleſia tradi definivit ' , ordinans & hoc, quatenus nulli liceat alteram fidem præter hanc vel exponere, vel inquirere, vel innovare *, aut penitus commovere de noſtra venerabili religione: eos autem qui præter hæc tentant aut ſapere, aut quærere, aut componere, aut omnino quæ ordinata ſunt, retractare, certis ſubjecit damnationibus, ita ut ſi epiſcopi ſint, alieni ſint ab epiſcopatu, & clerici a clericatu: ſi vero laici, priventur communione. hæc namque ex nuper lectis monimentis didicimus. Apparent vero, ſicut omnis veſtra ſancta & univerſalis ſynodus pervidet, omnia pene * renovantes ' & immutantes, Flavianus eccleſiæ quondam Conſtantinopolitanæ urbis epiſcopus, & Euſebius Dorylæi, & ſcandali & conturbationis facti occaſio ſanctiſſimis eccleſiis, & ubique catholicis populis: certum eſt, hos ex ſemetipſis ſynodicis olim a ſanctis patribus definitis damnationibus ſubjacere. Vnde & nos quæ eorum ſunt confir-

* aliquid,

* evertẽtes ' removẽtes

ACTIO PRIMA.

mantes, memoratos, id est, Flavianum & Eusebium, ab omni sacerdotali & episcopali dignitate esse judicamus alienos. Confiteatur vero & unusquisque religiosissimorum episcoporum suam propriam * voluntatem, & manifestam hanc faciat sub fide monimentorum. Vniversa autem quæ acta sunt hodie, innotescant piissimis & Christianissimis imperatoribus. Flavianus episcopus dixit: Appello a te. Hilarus diaconus Romanæ ecclesiæ dixit: Contradicitur.

* sententiam,

CALCHED. ACTA.

Et cum legerentur, orientales & qui cum ipsis reverendissimi episcopi clamaverunt: Anathema Dioscoro. Hac hora damnavit, hac hora damnetur. Sancte domine, * tu illum vindica. [domine, tu illum vindica. Catholice imperator, tu illum vindica.] Leoni multos annos. Patriarchæ multos annos.

* teipsum ' Flavianum

Constantinus devotissimus secretarius [sacri consistorii] ex eadem scheda recitavit reliqua in hunc modum.

EPHESI ACTA.

Iuvenalis episcopus Hierosolymitanus dixit: Sese alienos a sacerdotio & gradu episcopali monstraverunt Flavianus & Eusebius, qui conati sunt addere & minuere aliquid de sancta fide, quæ in Nicæa a sancto concilio exposita est, quam & confirmavit sancta & universalis synodus in hac Ephesia civitate pridem collecta. Quapropter justum est, eos qui audent addere aliquid fidei, aut minuere, alienos esse a sacerdotio, & maxime qui tantam fecerunt confusionem. Vnde & ego consona decerno sanctæ & universali synodo, & sanctissimo archiepiscopo Dioscoro, alienans eos ab episcopatus dignitate.

Domnus episcopus Antiochiæ dixit: Concors sum & ego sanctæ vestræ synodo damnanti Flavianum & Eusebium, tamquam non permanentes in sancto Nicæno, concilio, & quod pridem hic congregatum est: & consentio in eos a vobis prolatæ justæ sententiæ.

Thalassius episcopus Cæsareæ Cappadociæ dixit: Quorquot præter constitutiones patrum, quas de fide decreverunt, agere conantur, sibimet inducunt correptiones canonicas. Vnde Flavianus & Eusebius, qui transgressi sunt constituta quæ in Nicæa & in Epheso a sanctis patribus exposita sunt, secundum decretum vestræ religiositatis & nostrum, episcopali gradu privati sunt.

Eusebius episcopus Ancyræ Galatiæ dixit: Mihi quidem amabilis est semper misericordia. Sed quoniam religionis ratio movet sanctos patres ad prolatam justo judicio sententiam adversus Flavianum & Eusebium, & ego consentio.

Stephanus episcopus Ephesiæ civitatis dixit: Iusta est, quæ est prolata sententia contra Flavianum quondam episcopum, & Eusebium: unde consentio vtrorumque depositioni, & subscribo.

Cyrus episcopus Aphrodisiadis civitatis dixit: Nemo ita insipiens, aut Deo inimicus existit, qui definitionibus & sententiis patrum audeat contraire. Vnde & ego concors præcedentibus sententiis sanctorum patrum factus sum in damnatione Flaviani & Eusebii quondam episcoporum.

Erasistratus episcopus Corinthi Helladis dixit: Præsens & cognoscens ab his quæ lecta sunt, non consona sapere catholicæ fidei

A βαίνοντες, ἀλλοτρίοις αὐτοὺς τοὺς μνημονευθέντας, Φλαβιανὸν καὶ Εὐσέβιον, παντὸς ἱερατικοῦ καὶ ἐπισκοπικοῦ ἀξιώματος κεκρίκαμεν εἶναι. κατατιθέσθω δὲ ἕκαστος τῶν παρόντων θεοσεβεστάτων ἐπισκόπων τὴν ἑαυτοῦ γνώμην, καὶ φανερὰν ταύτην ποιείτω ἐπὶ τῶν ὑπομνημάτων. σύμπαντα μέντοι τὰ πραττόμενα τήμερον, γνωρισθήσονται τοῖς εὐσεβεστάτοις καὶ φιλοχρίστοις ἡμῶν βασιλεῦσιν. Φλαβιανὸς ἐπίσκοπος εἶπε· παραιτοῦμαί σε. Ἱλαρος διάκονος τῆς Ρωμαίων ἐκκλησίας εἶπε· κοντραδίκιτουρ. ὅ ἐστιν, ἀντιλέγεται.

B Καὶ ἐν τῷ ἀναγινώσκεσθαι, οἱ ἀνατολικοὶ, καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι, ἐπεβόησαν· ἀνάθεμα Διοσκόρῳ. ταύτῃ τῇ ὥρᾳ καθεῖλε, ταύτῃ τῇ ὥρᾳ καθαιρεθῇ. ἅγιε κύριε, σὺ σαυτὸν ἐκδίκησον. Λέοντος πολλὰ τὰ ἔτη. τοῦ πατριάρχου πολλὰ τὰ ἔτη.

Ἐν Καλχηδόνι.

Κωνσταντῖνος ὁ καθωσιωμένος σηκρητάριος ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ χαρταρίου ἀνέγνω τὰ ἐπίλοιπα οὕτως.

Ἰουβενάλιος ἐπίσκοπος Ἱεροσολύμων εἶπεν· ἑαυτοὺς ἀλλοτρίους ἱερωσύνης καὶ βαθμοῦ ἐπισκοπικοῦ ἀπέδειξαν Φλαβιανὸς καὶ Εὐσέβιος, ἐπιχειρήσαντες προσθεῖναί τι, ἢ ἀφελεῖν ἐκ C τῆς πίστεως τῆς ἐκτεθείσης ἐν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τῇ ἐν Νικαίᾳ, ἣν ἐβεβαίωσεν ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος, ἡ ἐνταῦθα ἐν τῇ Ἐφέσῳ πάλαι συνελθοῦσα· ὥστε τοὺς τολμῶντάς τι προσθεῖναι, ἢ ἀφελεῖν τῆς πίστεως, ἀλλοτρίους εἶναι τῆς ἱερωσύνης, καὶ μάλιστα τοσαύτην σύγχυσιν ποιήσαντας. ὅθεν κἀγὼ τὰ αὐτὰ ψηφίζομαι τῇ τε ἁγίᾳ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ, καὶ τῷ ἁγίῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Διοσκόρῳ, ἀλλοτριῶν αὐτοὺς τοῦ ἐπισκοπικοῦ ἀξιώματος.

Δόμνος ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας εἶπε· σύμψηφός εἰμι καὶ αὐτὸς τῇ ἁγίᾳ ὑμῶν συνόδῳ τῇ καθελούσῃ Φλαβιανὸν καὶ Εὐσέβιον, ὡς μὴ ἐμ- D μένοντας τῇ ἐν Νικαίᾳ, καὶ τῇ πρώην ἐνταῦθα συναθροισθείσῃ· καὶ συναινῶ τῇ ἐπ' αὐτοῖς παρ' ὑμῶν ἐξενεχθείσῃ δικαίᾳ ψήφῳ.

Θαλάσσιος ἐπίσκοπος Καισαρείας εἶπεν· ὅσοι παρὰ τοὺς ἐπὶ τῇ πίστει τῶν πατέρων τύπους διαπράττονται, ἑαυτοῖς ἐπάγουσι τὰ ἐκ τῶν κανόνων ἐπιτίμια. ὅθεν Φλαβιανὸς καὶ Εὐσέβιος, ὑπερβάντες τοὺς ἐν Νικαίᾳ καὶ ἐν Ἐφέσῳ ἐκτεθέντας τύπους παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων, κατὰ τὴν ψῆφον τῆς ὑμετέρας θεοφιλείας, καὶ ἡμῶν, τοῦ τῆς ἐπισκοπῆς βαθμοῦ ἠλλοτρίωνται.

Εὐσέβιος ἐπίσκοπος Ἀγκύρας Γαλατίας E εἶπεν· ἐμοὶ μὲν προσφιλὲς ἀεὶ τὸ φιλάνθρωπον. ἐπειδὴ δὲ θρησκείας λόγος ἐκίνησε τοὺς ὁσίους πατέρας πρὸς τὴν ἀπόφασιν, τὴν ἐξενηνεγμένην δικαίᾳ ψήφῳ κατὰ Φλαβιανοῦ καὶ Εὐσεβίου, συντίθεμαι.

Στέφανος ἐπίσκοπος Ἐφέσου εἶπε· δικαία ἡ ἐξενεχθεῖσα ἀπόφασις κατὰ Φλαβιανοῦ τοῦ πάλαι ἐπισκόπου, καὶ Εὐσεβίου· ὅθεν συναινῶ, καὶ συνυπογράφω ἐπὶ τῇ καθαιρέσει ἀμφοτέρων·

Κῦρος ἐπίσκοπος Ἀφροδισιάδος·

Ἐρασίστρατος ἐπίσκοπος Κορίνθου τῆς Ἑλλάδος·

ANNO CHRISTI 451.

Flavianum

vianum & Eusebium, neque obtemperare A Nicæno sancto concilio, nec non & Ephesio, quod paulo ante est collectum, & ego consentio sanctis patribus, & alienos ab omni episcopali dignitate hos esse existimo, id est, Flavianum & Eusebium.

Κυϊντίλλος ἐπίσκοπος Ἡρακλείας, ἐπέχων ϗ τὸν τόπον Ἀναστασίου τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου τῆς Θεσσαλονικέων·

Quintillus episcopus Heracleæ, * vicarius Anastasii reverendissimi episcopi Thessalonicensis, dixit: Quæ paulo ante in hac civitate collecta est sancta & magna synodus in damnationem impii Nestorii definiit, nulli licere alteram quandoque proferre fidem, quam quæ B in Nicæa exposita est sanctis trecentis decem & octo patribus. Sequens igitur & ego ipse illam definitionem, omnes quidem qui permanent in prædicta fide, catholicos esse judico: hos vero qui aliquid perverterunt, anathematizo, & alienos esse catholicæ fidei decerno.

Μελίτιος ἐπίσκοπος Λαρίσσης, ἐπέχων ϗ τὸν τόπον τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου Δόμνου τῆς Ἀπαμέων ἐκκλησίας·

Meletius episcopus Larissenæ civitatis, & agens vices domini reverendissimi episcopi Apamenæ ecclesiæ, dixit: Consentio & ego vestræ sanctitati, quæ justa & legitima est in depositione Flaviani & Eusebii quondam episcoporum, quoniam demonstrati sunt prævaricari constituta, quæ tradita sunt a sanctis & magnis conciliis, quæ in Nicæa & in Ephesio congregata sunt; & alienos eos esse episcopali dignitate una vobiscum existimo.

Διογένης ἐπίσκοπος Κυζίκου·

Diogenes episcopus Cyzicenæ civitatis dixit: Hæc eadem & ego consentio sanctis nostris patribus, in iis quæ adversus Flavianum & Eusebium ordinata sunt, alienans eos ab episcopali dignitate.

Ἰωάννης ἐπίσκοπος Σεβαστείας Ἀρμενίας πρώτης·

Ioannes episcopus Sebastiæ primæ Armeniæ D dixit: Omnis innovatio, quæ contra justitiam ab aliquibus committitur, super se trahit regularem sententiam. Quoniam igitur & Flavianus & Eusebius convicti sunt prævaricari, & innovationem fecisse in ea fide, quæ a sanctis patribus apud Nicæam constituta est, & apud Ephesum confirmata, justo judicio sacerdotio privati sunt, secundum formam reverendissimi & sanctissimi Alexandrini archiepiscopi, & sancti & universalis concilii: & ego eisdem consentio.

Βασίλειος ἐπίσκοπος Σελευκείας Ἰσαυρίας·

Basilius episcopus Seleuciæ Isauriæ dixit: Sequor ea quæ a sanctitate vestra adversus Flavianum & Eusebium quondam episcopos ordinata sunt, & consentio omnibus definitis a vestra beatitudine. Etenim ipsi secuti estis ea quæ pridem sancti patres sanxerunt & jusserunt adversus prævaricatores fidei: si quidem sacerdotes sunt, alienos esse a sacerdotio; si vero laici sint, hos fieri sub anathemate.

Θεόδωρος ἐπίσκοπος Ταρσοῦ.

Theodorus episcopus Tarsensis civitatis dixit: Prolatæ adversus Flavianum & Eusebium sententiæ a sancta synodo, sicut juste & canonice promulgatæ, & ego consentio.

Ῥωμανὸς ἐπίσκοπος Μύρων τῆς Λυκίας·

ACTIO PRIMA.

Romanus episcopus Myrensis civitatis, provinciæ Lyciæ, dixit: Et ego concors sum iis quæ a sanctis patribus sancita sunt adversus Flavianum & Eusebium; & juste adversus eos prolatæ sententiæ.

Φώτιος ἐπίσκοπος Τύρου·

Photius episcopus Tyri civitatis dixit: Consona & mea profitetur parvitas sententiæ sancti hujus & universalis concilii, alienos facienti Flavianum & pessimum Eusebium a sacerdotio, tamquam contraria sapientes sancto Nicæo concilio, & quod paulo ante in hac splendida Ephesina metropoli congregatũ est.

Ἰουλιανὸς ἐπίσκοπος Ταβίας·

Julianus episcopus Tabiæ civitatis dixit: Doleo quidem, ad hanc tristem vocem veniens. Talis enim prudentium lex est Sed quoniam pro pietatis assertione magni universalis concilii præsules Flavianum & Eusebium definitioni patrum subjecerunt, his quæ legitime facta sunt, consentio.

Φλωρέντιος ἐπίσκοπος Λυδῶν·

Florentius episcopus Lydorum civitatis dixit: Quoniam hoc sanctæ & magnæ synodo placuit, eos qui divinas leges prævaricantur, ex ejus sancto ore damnari; adversus Flavianum & Eusebium quondam episcopos similia & ego C vestræ sanctitati decerno.

Μαρινιανὸς ἐπίσκοπος Συννάδων·

Marianus episcopus Synnadensis dixit: Sequor in omnibus, quæ sunt ordinata a sancta synodo (quæ & meam supereminent parvitatem) adversus Flavianum & valde pessimum Eusebium: & consentio eorum damnationi.

Μουσώνιος ἐπίσκοπος Νύσσης·

* Musonius episcopus Nyssenæ civitatis dixit: Quoniam spernere reperti sunt sanctam synodum ante hoc in Ephesia metropoli congregatam, Flavianus & Eusebius quondam episcopi, ideo & ego in regulari eorum facta damnatione consentio. * Meonius

* Κωνστάντινος ἐπίσκοπος Βόστρων·

Constantinus episcopus Bostrenæ civitatis dixit: Consentio & ego justæ depositioni, quæ adversus Flavianum & Eusebium quondam episcopos a sancta synodo prolata est, & concors sum sententiæ bene ab ipsa definitæ. * Κωνσταντῖνος

Στέφανος ἐπίσκοπος Ἱερᾶς πόλεως·

Stephanus episcopus Hierapolitanæ civitatis dixit: Sequor & ego a vestra sanctitate adversus Flavianum & Eusebium quondam episcopos prolatam sententiam, tamquam prævaricantes E sanctos canones, qui in Nicæa & hic pridem constituti sunt; & alienos eos esse * consequenter vestræ definitioni consentio.

Ἀττικὸς ἐπίσκοπος Νικοπόλεως Ἠπείρου παλαιᾶς·

Atticus episcopus Nicopolitanæ civitatis veteris Epiri dixit: Sequor & ego quæ a sanctis patribus definita sunt in sententia, quæ adversus Flavianum & Eusebium prolata est, alienans eos, sicut judicavit sanctorum sententia, ab episcopatus dignitate.

Εὐστάθιος ἐπίσκοπος Βηρυτοῦ·

Eustathius episcopus Beryti dixit: Manifesta omnibus facta est forma definita a nostris sanctis patribus, qui hic pridem ex jussione piissimorum & Christianissimorum nostrorum imperatorum

ACTIO PRIMA.

peratorum congregati sunt, aperte jubens, A eos qui conantur aliquid inquirere, aut scrutari, aut addere fidei sanctorum patrum qui in Nicæa convenerunt, & hos proprio gradu privari. Flavianus ergo quondam Constantinopolitanus episcopus, & Eusebius olim Dorylæi præsulatum habens, contraria his sapientes, seipsos illi omnino terribili subjecerunt sententiæ.

Νουνέχιος ἐπίσκοπος Λαοδικείας Τειμιταρίας·

Nunechius episcopus Laodiceæ Trimitariæ dixit: Consentio & ego ipse prolatæ sententiæ a sanctis patribus adversus Flavianum & Eusebium quondam episcopos.

B

Ολύμπιος ἐπίσκοπος Κωνσταντίας τῆς Κύπρου.

Olympius episcopus Constantiæ civitatis Cypri insulæ dixit: Concors & ego sum vestro sancto & glorioso concilio, damnanti Flavianum & Eusebium tamquam prævaricatores eorum, quæ placita sunt in sancta Nicæna synodo, & in ea quæ hic sub ter beato & sanctæ memoriæ patre nostro & episcopo Cyrillo congregata est; & consentio juste definitis a vestro magno & sancto concilio.

Ιωάννης ἐπίσκοπος Ῥόδου·

Ioannes episcopus insulæ Rhodi dixit: Consentio & ego ipse his quæ definita sunt a sancta C & magna vestra synodo in alienatione Flaviani & Eusebii, eo quod prævaricati sunt quæ in sancta & magna Nicæna synodo definita sunt, & quæ sub reverendo & sanctæ memoriæ patre nostro & episcopo Cyrillo in hac Ephesia metropoli ordinata sunt.

Κανδιδιανὸς ἐπίσκοπος Αντιοχείας τῆς Πισιδίας·

Candidianus episcopus civitatis Antiochiæ, provinciæ Pisidiæ, dixit: Omnibus regulariter ordinatis ab omni sancta synodo sanctorum patrum adversus Flavianum & Eusebium & ego consentio.

D

Στέφανος ἐπίσκοπος Αναζάρβου.

Stephanus episcopus Anazarbenæ civitatis dixit: Consentio & ego juste prolatæ sententiæ a vestra sanctitate adversus Flavianum & Eusebium quondam episcopos, & alienos eos de cetero existimo ab hujusmodi dignitate, & quod prævaricati sunt prolata statuta a sancta & magna in Nicæa congregata synodo, nec non & quæ consequenter in hac civitate collecta est.

Γερόντιος ἐπίσκοπος Σελευκείας Συρίας·

Gerontius episcopus Seleuciæ Syriæ dixit: Et ego ipse consentio sancto vestro concilio, & alienos decerno Flavianum & Eusebium ab E episcopatus dignitate, tamquam prævaricatores eorum quæ sancita sunt a sanctis patribus, qui in Nicæa; & qui in Ephesia civitate collecti sunt.

Ρουφῖνος ἐπίσκοπος Σαμοσάτων·

Rufinus episcopus Samosatenæ civitatis dixit: Consentio omnibus quæ juste prolata sunt adversus Flavianum & Eusebium quondam episcopos, & alienos esse existimo a sacerdotali dignitate, tamquam prævaricatores eorum quæ a sanctis patribus statuta sunt in Nicæa & in Epheso congregatis.

Ινδίμιος ἐπίσκοπος Εἰρηνουπόλεως·

* Indimus episcopus Irenopolitanæ civitatis dixit: Iuste promulgato judicio a vestra sanctitate in damnatione Flaviani & Eusebii quondam episcoporum, qui prævaricati sunt prolata statuta a sancta & magna synodo sanctorum patrum, qui in Nicæa civitate collecti sunt, nec non etiam qui paulo ante in hac Ephesia civitate, consentio, & alienos eos de cetero ab episcopali dignitate existimo.

Τιμόθεος ἐπίσκοπος Βαλανέων·

Timotheus episcopus Balaneensis dixit: Consentio & ego prolatæ juste sententiæ a vestra sancta synodo in damnationem Flaviani & Eusebii quondam episcoporum, in quibus transgredi ausi sunt ea quæ placita sunt synodo, quæ in Nicæa civitate & quæ nuper in Epheso collecta est.

Θεοδόσιος ἐπίσκοπος Κανώθα·

Theodosius episcopus Canothæ civitatis dixit: Permaneo in omnibus definitis a sancta synodo de Flaviano & Eusebio quondam episcopis, & alienos eos existimo ab episcopatus dignitate, tamquam prævaricatores statutorum patrum, qui in Nicæa & qui in Epheso convenerunt.

Σέλευκος ἐπίσκοπος Αμασείας·

Seleucus episcopus Amasiæ dixit: His quæ legitime & regulariter de Flaviano & Eusebio a sancta synodo definita sunt, & ego ipse concors efficior, & consentio alienos eos esse ab omni sacerdotali ministerio.

Πέτρος ἐπίσκοπος Γαγγρῶν·

Petrus episcopus Gangrenæ civitatis dixit: Et ego concors sum sententiæ sanctorum patrum in damnatione Flaviani & Eusebii.

. . . .

[Eutychius episcopus Hadrianopolis veteris Epiri, dixit similiter.

Claudius episcopus civitatis Anchiaxi veteris Epiri, dixit similiter.

Simeon episcopus Amiæ, dixit similiter.

Elias episcopus Hadrianopolitanus Asiæ dixit similiter.

Lucas episcopus Dyrrachenæ civitatis, dixit similiter.]

Βασίλειος ἐπίσκοπος Τραϊανουπόλεως·

Basilius episcopus Trajanopolitanus Rhodopenæ provinciæ dixit: Sententiæ hujus magnæ & sanctæ synodi & mea consentit parvitas adversus Flavianum & Eusebium.

Δοκιμάσιος ἐπίσκοπος Μαρωνείας·

Docimasius episcopus Maroneæ dixit: Prolatæ sententiæ a sancta magna synodo adversus Flavianum & Eusebium consentit & mea humilitas.

Αλέξανδρος ἐπίσκοπος Σεβαστῆς·

Alexander episcopus civitatis Sebastæ dixit: Quæ prolata est a sanctis patribus adversus Flavianum & Eusebium sententiæ & ego similiter consentio.

Οὐράνιος ἐπίσκοπος Ιμερίας ἐπαρχίας Οσδροηνῆς, ἑρμηνεύοντος αὐτὸν Εὐλογίου πρεσβυτέρου Εδεσηνῶν·

Vranius episcopus ' Himerorum civitatis, provinciæ Osroenæ, interpretante se Eulogio presbytero Edesseno, dixit: Quotquot ausi sunt prævaricari sententiam sanctorum patrum qui in Nicæa & qui in Epheso convenerunt, hi non solum ab ecclesiastica dignitate debent expelli, verum etiam gladio submitti.

Oportebat

ANNO CHRISTI 451.

* Indi

' Himer

Oportebat enim, videntes eos qui ante se fuerunt, quali subjacuerunt pœnæ, recedere ab hujusmodi conatibus. Quoniam igitur Flavianus & Eusebius prævaricatores eorum extiterunt, hos & ego alienos ab episcopatus dignitate, & dignos multis millibus malis esse definio.

Αθανάσιος ἐπίσκοπος Οπουῦτος·

Athanasius episcopus Opuntinæ civitatis dixit: Et ego concors effectus prolatæ sententiæ a sancta synodo in damnatione Flaviani & Eusebii, eadem profiteor.

Θεόδωρος ἐπίσκοπος Κλαυδιουπόλεως·

Theodorus episcopus Claudiopolitanus dixit: Consentio his quæ a sancta synodo judicata sunt in damnatione Flaviani & Eusebii, ut qui non permanserunt in regulis trecentorum decem & octo patrum, & statutis sancti concilii, quod dudum in hac Ephesia civitate collectum est; & similia decerno eorum quæ juste a vestra sancta synodo dicta sunt.

Λεόντιος ἐπίσκοπος Ασκάλωνος·

Leontius episcopus Ascalonensis dixit: Consentio omnibus quæ a sanctis patribus adversus Flavianum & Eusebium decreta sunt, quatenus alieni sint ab omni sacerdotali dignitate.

Φωτεινὸς ἐπίσκοπος Λύδδης·

Photinus episcopus Lyddæ dixit: Recte & juste quod hic pridem convenit sanctum concilium definivit, nihil ab aliquo mutilari eorum quæ in Nicæa, vel in eo ordinata sunt. Propter quod consentio his quæ nunc a sanctis patribus statuta sunt, & alieno ab episcopatus gradu Flavianum & Eusebium, qui ausi sunt prævaricari ea quæ in sancta ordinata sunt synodo.

Αναστάσιος ἐπίσκοπος Αρεοπόλεως·

Anastasius episcopus Areopolitanus dixit: Audiens cognitionem, quæ inter reverendissimum presbyterum & archimandritam Eutychem & Eusebium & Flavianum habita est, & ex prolatis monimentis & porrectis libellis reprehendens eorum perfidiam, concors effectus & ego sanctis patribus, alienos eos feci ab omni sacerdotali dignitate, id est, Flavianum & Eusebium.

Θεοδόσιος ἐπίσκοπος Αμαθοῦντος·

* Theodosius episcopus Amathuntenæ civitatis dixit: Flavianus & Eusebius, qui sanctorum patrum, qui in Nicæa & qui in hac pridem civitate collecti sunt, definitiones non custodierunt, & a sanctis patribus damnati sunt, etiam alieni ab episcopali dignitate a me facti sunt. Sequor enim ea quæ a sanctis patribus decreta sunt.

Παῦλος ἐπίσκοπος Μαϊουμᾶ·

Paulus episcopus Maiumensis civitatis dixit: Flavium & Eusebium, qui sanctorum patrum in Nicæa, & pridem in Epheso congregatorum statuta prævaricati sunt, & propter hoc damnati a nunc collecta sancta synodo, decrevi & ego alienos esse ab episcopali dignitate.

Ζώσιμος ἐπίσκοπος Μινοείδης·

Zosimus episcopus Minoidæ civitatis dixit: Flavianus & Eusebius, quoniam in sanctorum patrum, qui in Nicæa & in Epheso convenerunt, definitionibus minime permanserunt, & prævaricati sunt, & mutilarunt, & propter hoc damnati sunt sententia hujus præsentis sanctæ synodi, etiam a me sanctis patribus concordante, episcopali privati sunt dignitate.

Επιφάνιος ἐπίσκοπος Πέργης·

Epiphanius episcopus Pergensis civitatis dixit: Execrabile quidem erat hoc mihi, lacrymans vero anima; concors & ego efficior in damnatione Flaviani quondam Constantinopolitani episcopi, & Eusebii qui olim Dorylenæ civitatis tenuit præsulatum.

Βαρούχ ἐπίσκοπος Σαζώσης·

Baruchius episcopus Sozusenæ civitatis dixit: Custodes fidei sacerdotes semper Spiritus sanctus producit. Qui ergo contraria committunt, quam peragere debuerunt, damnandi sunt. Inter quos Flavianus, nec non & Eusebius, canonicis expositionibus sanctorum patrum qui in Nicæa & qui Epheso convenerunt, audacter rebelles inventi, episcopatus decident gradu, propriæ temeritatis justum luentes judicium.

Ηράκλειος ἐπίσκοπος Αζώτου·

Heraclius episcopus Azoti civitatis dixit: Eos qui conturbare conantur & mutilare semper ea quæ a sanctis patribus bene statuta sunt, * sancta hæc & magna synodus bene fecit abscindere Flavianum & Eusebium ab omni sacerdotali ministerio. Vnde & ego juste definita sequens consentio.

Ιωάννης ἐπίσκοπος Τιβεριάδος·

Ioannes episcopus Tiberiadis dixit: Iusta est & legitima quæ adversus Flavianum & Eusebium a sancta synodo est prolata sententia: unde & ego hæc eadem profiteor.

Μουσώνιος ἐπίσκοπος Ζωόρων·

Musonius episcopus " Zoarensis dixit: Non adversantur hominibus, sed Deo, qui iis quæ a trecentis decem & octo sanctis patribus in Nicæa a Spiritu sancto congregatis, & post ipsos iterum in hac magna Ephesia metropoli sancita sunt, existunt contrarii. Vnde Flavianus & Eusebius contraria sancto Spiritui loquentes & peragentes, episcopatus utriq; deciderunt gradu, sibimetipsis causam ruinæ, non nobis, qui ab eorum impietate recessimus, adscribentes.

Διονύσιος ἐπίσκοπος Συκαμαζόνος·

Dionysius episcopus Sycamazonensis dixit: Iusta & Deo amabilia a patribus definita sunt adversus Flavianum & Eusebium quondam episcopos, qui recte de fide non sapuerunt. Vnde & ego hæc eadem decerno, quæ & sancta synodus.

Καΐουμας ἐπίσκοπος Φαίνους·

Cajumas episcopus Phaneensis dixit: Et ego justa reperiens quæ a sanctis patribus adversus Flavianum & Eusebium quondam episcopos decreta sunt, abscidi eos a sacerdotio, consentiens sanctæ synodo.

Αἰθέριχος ἐπίσκοπος Σμύρνης·

Ætherichus episcopus Smyrnensis dixit: Nullus audet contraire statutis sanctorum & magnorum conciliorum, quæ divinitus definierunt, eos qui prævaricati sunt catholicam religionem, regulari reprehensioni subjacere. Vnde & ego concors sententiæ vestræ sanctitatis factus Flavianum & Eusebium quondam episcopos sacerdotali nudavi dignitate.

Κωνσταντιος ἐπίσκοπος * Σεβαστείας·

Constantius episcopus Sebastiæ civitatis dixit: Flavianus & Eusebius, quia ad acerbissimum bellum eorum quæ in Nicæa olim, & post-

Marginalia: ACTIO PRIMA. — Heliodo- — " Zoronensis — * Σεβαστῆς — B, C, D, E

ACTIO PRIMA.

postmodum in Epheso de fide sunt regulariter A expofita, seipsos armaverunt, episcopali decidant gradu, per propriam ruinam universum orbem ab scandalo, quod operati sunt, liberantes.

Ζεβέννος ἐπίσκοπος Πέλλης·

* Zennus

Zebennus episcopus Pellensis dixit: Deo amabilia & utilia a sanctis patribus decreta sunt adversus Flavianum & Eusebium, qui non secuti sunt sanctum & universale Nicænum concilium, & quæ in hac Ephesia civitate adversus temeratores ecclesiasticorum * terminorum confirmata sunt. Unde & ego concors sententiæ effectus, alienos feci ab omni sacerdotali dignitate Flavianum & Eusebium.

* canonum

Ἀλύπιος ἐπίσκοπος Βάκζων·

* Bactrorum * Bacatensis

Alypius episcopus * Bachatensis dixit Præsens & audiens examinata cognitione, quæ inter reverendissimum presbyterum & archimandritam Eutychem, interque Flavianum & Eusebium facta est, & ego cognoscens & ex relectis nobis monimentis & porrectis libellis esse reprehensibiles eosdem Flavianum & Eusebium, & reos perfidiæ apparuisse, concors effectus sanctissimis patribus, alienos eos feci, id est Flavianum & Eusebium, a sacerdotali dignitate.

Πολυχρόνιος ἐπίσκοπος Ἀντιπατρίδος.

Polychronius episcopus civitatis Antipatridis dixit: Secundum sententiam sanctorum patrum, quæ adversus Flavianum & Eusebium prolata est, ut extranei sint a sacerdotio & dignitate episcopatus, & ego consentio.

Παγκράτιος ἐπίσκοπος Λιβυάδος·

Pancratius episcopus Libyadis civitatis dixit: Flavianus & Eusebius, episcopatus sui ruina orbe ab scandalo liberato, docent omnes oportere perseverare in regulis quæ a sanctis patribus in Nicæa & in Epheso promulgatæ sunt, & non se armare ad manifestissimum prælium, quemadmodum hi.

Αὔξιλαος ἐπίσκοπος Σαρακηνῶν τῶν ὑποσπόνδων·

Auxilaus episcopus gentis Saracenorum fœderatorum dixit: Iustum est, ea quæ a sanctis patribus definita sunt, sequi. Unde & ego consentio prolatis definitionibus adversus Flavianum & Eusebium quondam episcopos.

Δομνῖνος ἐπίσκοπος Πλαταιῶν·

Domninus episcopus Platææ civitatis dixit: Cum manifesta sit interlocutio sanctorum patrum, & prolata definitio adversus Flavianum & Eusebium, & ego concors effectus sententiæ, hæc eadem profiteor.

Θεοδόσιος ἐπίσκοπος Μασαύρων·

Theodosius episcopus Mastaurensis dixit: Iusto consistente decreto sanctorum patrum in damnatione Flaviani & Eusebii, & ego concors sententiæ factus sum.

Κυριακὸς ἐπίσκοπος * Αἴγλης·

* Αἰγέης·

Cyriacus episcopus Æglensis dixit: Etsi præter nostras orationes factum est non obedire Flavianum & Eusebium regulari expositioni sanctorum patrum apud Nicæam prolatæ, & in hac Ephesia metropoli confirmatæ, & propter hoc justa adversus eos a sancta synodo est prolata sententia: cui & ego concors effectus sum in damnatione memoratorum.

Φλαβιανὸς ἐπίσκοπος Ἀδραμυττίου.

Flavianus episcopus Adramytenæ civitatis dixit: Et ego consentio definitioni, quæ a sanctis pontificibus prolata est, Dioscoro, Iuvenali, Domno, & Stephano, & Thalassio, & ab omni simul collecto una cum ipsis sancto concilio, Flaviani & Eusebii causa, & alienos istos judico ab omni simul sacerdotio.

ANNO CHRISTI 451

Κυριακὸς ἐπίσκοπος Λεβέδου·

Cyriacus episcopus Lebedensis dixit: Concors & ego factus sum sanctorum patrum decreto. unde consentio in damnationem Flaviani & Eusebii, qui veritatem contempserunt.

Λεόντιος ἐπίσκοπος Μαγνησίας·

B Leontius episcopus Magnesiæ Mæandri dixit: Non optabam quidem, neque ea quæ adversus sanctissimum & reverendissimum presbyterum & archimandritam Eutychem audacter commissa sunt, fieri; Flavianum & Eusebium quondam episcopos, extra catholicam fidem convinci sapere: sed quoniam quæ facta sunt, regulari integritate calcata* sunt, prædictus quidem religiosissimus archimandrita justam promeruit ab hoc sancto & universali concilio clementiam, recipiens & gradum & communionem, & principatum proprii monasterii: Flavianus vero & Eusebius sibimetipsis adscribant ex propria blasphe- C mia acquisitam perditionem. Propter quod & ego consentio his quæ adversus eos ab omni ac Deo amabili & universali synodo definita sunt.

Εὐτρόπιος ἐπίσκοπος Περγάμου.

Eutropius episcopus Pergamensis dixit: Concors & ego factus sum sanctorum patrum sententiæ in damnatione Flaviani & Eusebii.

Γεννάδιος ἐπίσκοπος * Ποσιτῶν·

* Τηΐων * Posticorum

Gennadius episcopus * Teiensis civitatis, provinciæ Achaiæ, dixit: Et ego similiter concors efficior sanctis patribus, quatenus alieni sint Flavianus & Eusebius a participatione sa- D cerdotalis gradus.

Ὀλύμπιος ἐπίσκοπος Εὐάζων·

Olympius episcopus Euazorum dixit: Secundum præcedentem sententiam sanctorum patrum universalis synodi Ephesi congregatæ, decerno & ego lacrymans multum apud memetipsum, Flavianum & Eusebium alienos esse ab omni sacerdotali collegio.

Μάξιμος ἐπίσκοπος Τράλλεων·

Maximus episcopus Trallensis dixit: Consentio & ego in damnatione Flaviani & Eusebii quondam episcopoum, juxta * terminum a sanctis patribus datum.

* definitionem a s. p. datam.

E Ἰουλιανὸς ἐπίσκοπος Ὑπαίπων·

Iulianus episcopus Hypæpensis dixit: Et ego concors efficior definitioni a sanctis patribus prolatæ, qui secundum gratiam Dei in Ephesia metropoli collecti sunt, quatenus Flavianus & Eusebius alieni sint ab episcopatus dignitate, & non fruantur sancto & arcano mysterio domini Christi & Dei nostri, tamquam contraria sapientes sanctæ fidei, quæ exposita est a sanctis patribus qui in Nicæa civitate collecti sunt, & qui postmodum in Ephesia civitate congregati sunt.

Θεόπεμπτος ἐπίσκοπος Καβάσων·

Theopemptus episcopus Cabasenus dixit: Grave prælium quidem, quod a manifestissimis inimicis est: a fictis vero & deceptoribus amicis,

ANNO CHRISTI 451.

amicis, durius, nocent enim per simulatio- A nes, & quammaxime simpliciores a pietate abstrahunt, & longe ab ecclesiasticis seducunt dogmatibus. Reverendissimus igitur Flavianus magnæ Constantinopolitanæ urbis quondam episcopus, confirmare desiderans perniciosi Nestorii dogmata, per multa ostensus est hæreticus, nec non & Dorylæi civitatis male factus quondam episcopus Eusebius, similia Flaviano sapiens deprehensus est. Quoniam ergo & sancta hæc & magna synodus, quia non permanserunt iidem in sanctorum patrum doctrinis, justam damnationis adversus eos sententiam protulit, concors & ego sum his omnibus, quæ a sancto concilio super his statuta sunt, quatenus manifestum sit, alienos eos esse ab episcopatus dignitate, & omni B sacerdotali ministerio.

Καλοσίριος ἐπίσκοπος Ἀρσινοΐτης, ἑρμηνεύοντος αὐτὸν Ἰουλίου διακόνου αὐτοῦ·

Calosirius episcopus Arsinoensis, interpretante eum * Elia diacono suo, dixit: Et ego hæc eadem quæ & præcedentes sanctissimi episcopi in damnatione Flaviani & Eusebii quondam episcoporum, confiteor & consentio in omnibus quæ definita sunt a sancta synodo.

* Iulio.

Ἰωάννης ἐπίσκοπος Ἡφαίστου·

Ioannes episcopus Hephæstenus dixit: Si eum, qui scandalizaverit unum de pusillis, reum amarissimæ pœnæ divina Salvatoris definivit sententia: quid patientur dignum sua impietate, qui omnem fere orbem terræ in præsenti conturbaverunt, & fiduciam his qui scelerata Nestorii dogmata colunt, quantum ad ipsos pertinet, præstiterunt? Insuper etiam paganis & Iudæis ad deridendum & detrahendum Christianæ fidei dederunt licentiam, quasi usque in hodiernam diem recta & immaculata nostra fides ignorata sit, quæ a sanctis patribus per Spiritum sanctum in Nicæa est exposita, consignata vero paulo ante in hac metropoli: & hoc sanctissimo concedente collegio, sancta & justa præcipiente sententia abscidi a sacerdotio eum, qui ausus fuerit novam aliquam inquisitionem, aut expositionem superintroducere his, quæ plenissime per sanctum Spiritum, sicut dixi, sunt exposita. Sed hoc quidem justum decretum supra memorati contemnentes, quod sibi placuit peregerunt. Occasio vero fuerat inimicitiarum adversus prædictum presbyterum Eutychem, illi circa catholicam fidem tuitio, quam vsque in finem idem religiosissimus vir immutabilem conservavit. Et hoc damnationis ejus crimen inventum est. Abominatio est enim peccatori Dei cultus. Flavianus igitur & Eusebius decenter sanctorum patrum nostrorum subjacent sententiæ, a sancto hoc concilio expulsi sacerdotio, innovare fidem volentes, & Nestorii imprudenter dogmatibus congruere; quatenus de cetero nulla innovatio perpetretur adversus piam & rectam religionem.

Matth. 18. C D Eccles. 1. E

Ἡρακλείδης ἐπίσκοπος Ἡρακλέους·

Heraclides episcopus Heracleensis dixit: Secundum ea quæ definita sunt a sancta vestra synodo, concors & ego sum & consentio in damnatione Flaviani & Eusebii quondam episcoporum.

ACTIO PRIMA.

Ἰσαὰκ ἐπίσκοπος Ἐλεαρχίας·

Isaac episcopus Elearchiensis civitatis dixit: Hæc eadem & ego profiteor, quemadmodum & ante me sanctissimi patres & episcopi, in damnatione Flaviani & Eusebii quondam episcoporum.

Γεμελλῖνος ἐπίσκοπος Ἐρυθρῶν·

' Gemellinus episcopus Erythrensis dixit: Qui sanctorum patrum doctrinis bene expositis & habentibus non obtemperant, seipsos ecclesiasticis subjiciunt sententiis. Hoc & in præsenti est invenire. Quoniam ergo aliqua displicentia spiritualibus nostris patribus, qui venerabilem illum trecentorum decem & octo episcoporum numerum compleverunt, & his qui dudum in Ephesia metropoli eorum acta confirmaverunt, inquisitio facta est ab Eusebio Dorylæorum episcopo, & Flaviano Constantinopolitano judicante & acquiescente retractari aliquid eorum, quæ * non continentur in prædictis doctrinis; necessarium est subjicere eos definitæ sententiæ a sanctis patribus, pridem in Ephesia metropoli hoc approbantibus, & deponendos esse, & ab omni ecclesiastico agmine effici alienos.

' Gemellus

Ἀπολλώνιος ἐπίσκοπος Τανέως·

Apollonius episcopus Taneæ dixit: His quæ a sanctis patribus eo tempore in Nicæa congregatis, exposita sunt pro catholica fide quæ in Christo est, & nuper confirmatis in hac Ephesia metropoli, quia contraria sapientes & gerentes Eusebius & Flavianus inventi sunt, & increpationibus quæ ibi continentur, subjacuerunt, & a sancta hac & universali synodo sunt damnati, & alieni ab omni sacerdotali agmine facti: ideoque & ego concordo & consentio.

Γεννάδιος ἐπίσκοπος Ἑρμουπόλεως μεγάλης·

Gennadius episcopus majoris Hermopolitanæ civitatis dixit: Hæc eadem & ego, quæ prædecessores mei sancti patres super damnatione Flaviani & Eusebii quondam episcoporum statuerunt, profiteor, & damnandos eos esse decerno.

Κῦρος ἐπίσκοπος Βαβυλῶνος·

Cyrus episcopus Babylonis dixit: Et ego consentio his quæ a sanctis patribus super damnatione Flaviani & Eusebii quondam episcoporum definita sunt.

Ἀθανάσιος ἐπίσκοπος Βουσίριδος·

Athanasius episcopus Busiridis civitatis dixit: Sequens & ego juste promulgatam sententiam adversus Flavianum & Eusebium, profiteor, & consentio decretis, quæ super eos definita sunt.

Φωτεινὸς ἐπίσκοπος Τευχείρων·

Photinus episcopus * Tentyrenæ civitatis dixit: Secundum ea quæ constituta sunt a sanctis patribus, & ego decerno, confirmans ab eis factam damnationem Flaviani & Eusebii quondam episcoporum, & consentio decretis omnibus, quæ contra eos definita sunt.

* Teuchitorum ' Theocerenæ

Θεόφιλος ἐπίσκοπος Κλεοπατρίδος·

Theophilus episcopus Cleopatridis civitatis dixit: Concordo & consentio his quæ sancta hæc & universalis synodus definivit adversus Flavianum & Eusebium quondam episcopos, & concors efficior in omnibus quæ adversus eos statuta sunt.

ACTIO PRIMA.

Πασμήϊος ἐπίσκοπος Παράλου·

Pasmeius episcopus Parali dixit: Concors & ego efficior his, quæ placuerunt sancto & magno huic concilio super damnatione Flaviani & Eusebii quondam episcoporum.

* Σωσίας ἐπίσκοπος Σωζούσης·

* Sosias episcopus Sozusæ civitatis dixit: Quæ definita sunt a sanctis patribus super damnatione Flaviani & Eusebii quondam episcoporum, justa cognoscens, his & ego concors efficior.

* Ζώσιμος
* Zosimus

Θεόδουλος ἐπίσκοπος Πισιλᾶ·

Theodulus episcopus * Ticeliensis civitatis dixit: Expedisset Flaviano & Eusebio quondam episcopis, si nati non fuissent, sed mola asinaria suspendi circa colla eorum, & in mare projici, quoniam scandalizaverunt animas simplices. Et propter hoc concors efficior in damnatione eorum, tamquam qui prævaricati sunt definitiones sanctorum patrum in Nicæa & in Epheso ante hoc congregatorum.

* Pisilensis
' Tisilinæ
Matth. 26. & 18.

Θεόδωρος ἐπίσκοπος Βάρκης·

Theodorus episcopus Barcensis civitatis dixit: Hæc eadem & ego habeo dicere, & agere, & sapere, quæ placuerunt sancto huic conventui: & in his consentio & concordo super damnatione Flaviani & Eusebii quondam episcoporum.

Ροῦφος ἐπίσκοπος Κυρήνης·

Rufus episcopus Cyrenensis dixit: Flavianus & Eusebius quondam episcopi sibimetipsis causa damnationis effecti sunt, qui sanctorum patrum dogmata ausi sunt retractare. Et ego igitur consentio & concordo in eorum damnatione, quæ a sancta & magna hac synodo promulgata est.

Ζήνων ἐπίσκοπος Ρινοκουρούρων·

Zenon episcopus Rhinocururensis civitatis dixit: Licet severa, & omni tristitia plena, & amarissimis lacrymis digna, adversus quondam episcopos a sancta & magna synodo sententia prolata sit; verumtamen propter multam iniquitatem & impietatem impii Eusebii, & seducti ejus insania & cæcitate Flaviani, sicut hæc monimentorum lectio manifestat, sequentes compassionis & fraternæ caritatis jura, congemiscentes consentimus adversus eos promulgato justo judicio.

Λούκιος ἐπίσκοπος Ζυγρῶν·

Lucius episcopus Zygrenæ civitatis dixit: Flavianum & Eusebium quondam episcopos, convictos in prævaricatione eorum quæ in Nicæa & quæ in Epheso a sanctis patribus pridem congregatis definita sunt, condemno & ego secundum statuta totius hujus sancti concilii.

Αὐσόνιος ἐπίσκοπος Σεβεννύτου·

Ausonius episcopus Sebennytensis civitatis dixit: Licet lacrymis digna sit, quæ adversus Flavianum & Eusebium sententia prolata est (oportet enim nos juxta compassionis legem contristari & repleri mœstitia) attamen sequens & ego sanctum hoc & universale concilium, consentio his quæ adversus eos definita sunt.

Ισαὰκ ἐπίσκοπος Ταυᾶ·

Isaac episcopus ' Tavensis civitatis dixit: Contra semetipsos Flavianus & Eusebius quondam episcopi elicuerunt sententiam,

' Tabenenæ

A quantum intelligitur ex gestis quæ in Nicæno & in hac civitate collecto concilio acta sunt, tantorum congregatorum episcoporum, præsente eis & sancto Spiritu, ex eo quod prævaricati sunt ea quæ illo tempore gesta sunt. Consequens ergo, secundum voces religiosissimorum patrum, alienos eos esse ab omni sacerdotali ordine.

ANNO CHRISTI 451.

Φιλόκαλος ἐπίσκοπος Ζαγυλέων·

Philocalus episcopus Zagylensis civitatis dixit: Lectis synodalibus formis, quæ a sanctis patribus de catholica fide statutæ sunt, cognovimus ex his quæ nunc prolata & relecta sunt, monimentis, Flavianum & Eusebium quondam episcopos, * retractantes ea quæ

B bene sunt placita sanctis patribus: ideo & ego consentio in eorum damnationem, secundum ea quæ ab hac sancta synodo ordinata sunt.

Ἡσαΐας ἐπίσκοπος Ἑρμουπόλεως μικρᾶς·

Isaias episcopus Hermopolis minoris dixit: Adversus seipsos Eusebius & Flavianus, secundum quod ex gestorum serie ostenditur, protulerunt sententiam: quia post definitionem sancti & universalis, id est, Nicæni concilii & Ephesini, alteram fidem exponere ausi sunt, inferentes sibimetipsis increpationes, quæ in præcedentibus sanctis conciliis definitæ sunt: & præsente hac sancta & universali synodo eos damnante, sanctis definitionibus

C eorum concors efficior.

Βαρσουμᾶς πρεσβύτερος καὶ ἀρχιμανδρίτης, ἑρμηνεύοντος αὐτὸν Εὐσεβίου μοναχοῦ·

Barsumas presbyter & archimandrita, interpretante eum Eusebio monacho, dixit: Et ego sequens sanctos patres qui in Nicæa convenerunt, & qui in Epheso prius, nunc vero vestram sanctitatem, Flavianum quondam Constantinopolitanæ civitatis episcopum, & Eusebium, damnatos a vobis, condemnabo, sciens, quæ a vestra sanctitate acta sunt, secundum Dei timorem esse confecta.

Εἶπον οἱ πάντες ὅμοια καὶ παραπλήσια·

D Διόσκορος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας, ὁρίσας ὑπέγραψα.

Dioscorus episcopus Alexandriæ, definiens subscripsi.

Ἰουβενάλιος ἐπίσκοπος Ἱεροσολύμων,

" Iuvenalis episcopus Hierosolymorum, definiens subscripsi.

"Iuvenalem præcedit Domnus in ms. Iol. & cus in Bol

Δόμνος ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας,

Domnus episcopus Antiochenæ civitatis, definiens subscripsi.

Στέφανος ἐπίσκοπος Ἐφέσου,

Stephanus episcopus Ephesi, definiens subscripsi.

E Θαλάσσιος ἐπίσκοπος * Καππαδοκίας,

Thalassius episcopus Cæsareæ Cappadociæ, definiens subscripsi.

* Καισαρείας

Εὐσέβιος ἐπίσκοπος Ἀγκύρας Γαλατίας,

Eusebius misericordia Dei episcopus metropolis Ancyræ Galatiæ, definiens subscripsi.

Κῦρος ἐπίσκοπος Ἀφροδισιάδος,

Cyrus minimus episcopus Aphrodisiadis metropolis sanctæ Dei ecclesiæ, definiens subscripsi.

Ἐρασίστρατος ἐπίσκοπος Κορίνθου,

Erasistratus episcopus Corinthi, definiens subscripsi.

Διογένης

Διογένης ἐπίσκοπος Κυζίκου,
Diogenes episcopus Cyzici, definiens subscripsi.
Ἰωάννης ἐπίσκοπος Σεβαστείας,
Ioannes episcopus Sebastiæ, definiens subscripsi.
Βασίλειος ἐπίσκοπος Σελευκείας Ισαυρίας·
Basilius episcopus Seleuciæ Isauriæ, definiens subscripsi.
Καὶ οἱ λοιποὶ πάντες οὕτως ὑπέγραψαν·
Ἕως ὧδε τὰ ἐν Ἐφέσῳ ἐπὶ Διοσκόρου·
" Theodorus episcopus Tarsi, definiens subscripsi.
Romanus episcopus Myrorum, definiens subscripsi.
Photius episcopus Tyri, definiens subscripsi.
Theodorus episcopus Damasci, definiens subscripsi.
Iulianus episcopus Tabiæ, definiens subscripsi.
Florentius episcopus Sardium Lydiæ metropolis, definiens subscripsi.
Marinianus episcopus Synnadæ, definiens subscripsi.
* Musonius episcopus Nyssæ, definiens subscripsi.
Constantinus episcopus Bostrenorum, definiens subscripsi.
Ioannes gratia Dei episcopus Nicopolitanus primæ Armeniæ, definiens subscripsi.
Acacius episcopus Ariarathiræ, definiens subscripsi.
Stephanus episcopus Hierapolitanus, definiens subscripsi.
Atticus episcopus Nicopolis, quæ est metropolis veteris Epiri, decernens cum sanctis patribus ac definiens subscripsi.
Meletius episcopus Larissenæ sanctæ ecclesiæ, faciens sermonem tam pro episcopo Domno Apamenorum, quam etiam pro me, definiens subscripsi.
Quintillus episcopus Heracleæ, tenens locum sanctissimi archiepiscopi Thessalonicensis Anastasii, definiens subscripsi.
Eustathius episcopus Beryti, definiens subscripsi.
Nunechius episcopus Laodiceæ metropolis, definiens subscripsi.
Candidianus episcopus Antiochiæ metropolis, definiens subscripsi.
Stephanus episcopus Anazarbi, decernens subscripsi.
Gerontius episcopus Seleuciæ * Isauriæ, definiens subscripsi.
Rufinus episcopus Samosatenus, definiens subscripsi.
Indimus episcopus Irenopolitanus, definiens subscripsi.*
Timotheus humilis episcopus civitatis Balaneorum, definiens subscripsi.
Theodosius episcopus Canothæ, definiens subscripsi.
Eutychius episcopus Adrianopolis veteris Epiri, definiens subscripsi.
Claudius episcopus Anchiaxi veteris Epiri, definiens subscripsi.
Symeon episcopus Amidæ metropolis Mesopotamiæ, definiens subscripsi.
Elias episcopus Hadrianopolis Asiæ, definiens subscripsi per Romanum episcopum Myro-

A rum, eo quod ' nesciam literas. (ACTIO PRIMA. ' ignorarem)
Seleucus gratia Christi episcopus metropolis Amasiæ, definiens subscripsi.
Petrus episcopus Gangrenæ civitatis, definiens subscripsi.
Lucas episcopus Dyrrachii, definiens subscripsi.
Antonius episcopus Lychnidensis, definiens subscripsi.
Marcus episcopus Euriæ civitatis, definiens subscripsi.
Vigilantius episcopus Larissæ, definiens subscripsi.
Basilius episcopus sanctæ ecclesiæ Trajanopolis
B provinciæ Rhodopæ, definiens subscripsi.
Docimasius episcopus sanctæ ecclesiæ, quæ est ' Maroneæ, provinciæ Rhodopæ, definiens subscripsi. (' Romaniæ)
Constantinus episcopus Demetriadis, definiens subscripsi.
Alexander episcopus sanctæ ecclesiæ, quæ est Sebastæ Tarsensis, definiens subscripsi.
Sozon episcopus Philippensis, subscripsi.
Eusebius episcopus ' Topiritanus Macedoniæ primæ, definiens subscripsi. (* Doberitanus)
' Maximianus episcopus Derrensis civitatis Macedoniæ, definiens subscripsi. (' Maximus)
Hermogenes episcopus Cassandriæ Macedoniæ primæ, definiens subscripsi.
C Diogenianus episcopus Remessianensis Daciæ mediterraneæ, definiens subscripsi.
Lucas episcopus Berrhœæ Macedoniæ primæ, definiens subscripsi.
Cyriacus episcopus Trocmadorum civitatis, & agens vices Theoctisti reverendissimi episcopi Pissinuntensis metropolis Galatiæ secundæ, definiens subscripsi.
Ioannes episcopus Messenæ, quæ est Achaiæ, definiens subscripsi.
" * * Vranius episcopus civitatis Himeriæ provinciæ Osroenæ, definiens subscripsi.
Athanasius episcopus Opuntis, quæ est Achaię, definiens subscripsi.
D Theodorus Claudiopolis Isauriæ, definiens subscripsi.
Olympius episcopus metropolis Constantiæ Cypri, definiens subscripsi.
Leontius episcopus Ascalonæ, definiens subscripsi.
Photinus episcopus Lyddę, definiens subscripsi.
Anastasius episcopus Areopolitanus, definiens subscripsi.
Theodosius episcopus Amathuntenus, definiens subscripsi.
Paulus episcopus Maiumæ, definiens subscripsi.
Baruchius episcopus ecclesiæ * Oruzæ, definiens subscripsi. (* Sozusæ)
Heraclius episcopus Azoti, definiens subscripsi.
E Ioannes episcopus Tiberiadis, definiens subscripsi.
Musonius minimus episcopus Zoarensis, definiens subscripsi.
Dionysius episcopus Sycamazonensis, definiens subscripsi.
Caiumas episcopus * Phœnicensis, definiens subscripsi per coepiscopum meum Dionysium, propterea quod literas ignorem. (* Phaneensis,)
Constantinus episcopus Sebastæ, definiens subscripsi.
Zebennus episcopus Pellensis, definiens subscripsi.

ACTIO PRIMA. ANNO CHRISTI 451.

Alypius episcopus Bactrorum, definiens subscripsi.
Polychronius episcopus Antipatridis, definiens subscripsi.
Pancratius episcopus Libyadis, definiens subscripsi.
Auxilaus episcopus ' Saracenorum fœderatorum, definiens subscripsi. [' Popondẽsis gentis Saracenorum]
Domninus episcopus Platæarum, definiens subscripsi.
Theodosius episcopus Mastaurensis, definiens subscripsi.
Cyriacus minimus episcopus ' Egaræ, definiens subscripsi. [' Eglæ,]
Flavianus minimus episcopus Adramytenus, definiens subscripsi.
Cyriacus minimus episcopus Lebedi, definiens subscripsi.
Leontius episcopus Magnesiæ Mæandri, definiens subscripsi.
Eutropius episcopus Pergami, definiens subscripsi.
Gennadius humilis episcopus Tiensis, definiens subscripsi.
Olympius episcopus * Ebaganensis, definiens subscripsi. [* Euazorum,]
Maximus episcopus Trallensis, definiens subscripsi.
Iulianus humilis episcopus Hypæporum, definiens subscripsi.
Chrysanthus minimus episcopus Balcenus, definiens subscripsi.
Polycarpus minimus episcopus Gabalorum, definiens subscripsi.
Paulus humilis episcopus Tripolis, definiens subscripsi.
Epiphanius episcopus Pergæ Pamphyliæ, definiens subscripsi.
* Petrus episcopus Chersonensis, faciens verba & pro Cyriaco episcopo Heracleæ ' Thraciæ, definiens subscripsi. [* Longinus ' Trachiẽsis]
Olympius episcopus Sozopolis provinciæ Pisidiæ, definiens subscripsi.
Florentius episcopus Lesbi & Tenedi Hellesponti, definiens subscripsi.
Ætherichus episcopus Smyrnensis, definiens subscripsi.
Bassus episcopus civitatis Chii, definiens subscripsi.
Daniel minimus episcopus civitatis Cadoniæ sanctæ Dei ecclesiæ, definiens subscripsi.
Symmachus minimus episcopus Attaliæ sanctæ Dei ecclesiæ, definiens subscripsi.
Philetus episcopus sanctæ Dei ecclesiæ quæ est Hierocæpiæ, definiens subscripsi.
Zosimus episcopus Minoidis, definiens subscripsi.
Maras episcopus civitatis Dionysiæ, definiens subscripsi.
Eulogius presbyter, hortatu Vranii episcopi Himerorum, provinciæ Osroenæ Syriæ, subscripsi pro eo ' definiente cum synodo. [' definiens]

A Erasistratus episcopus Corinthi sanctæ Dei ecclesiæ, definiens subscripsi.
Theopemptus episcopus Cabasorum, definiens subscripsi.
Calosirius episcopus Arsinoitensis, definiens subscripsi per Eliam primum diaconum meum.
Ioannes episcopus Hephæstiensis, definiens subscripsi.
Heraclides episcopus Heracleæ, definiens subscripsi.
' Gemellinus episcopus Erythrensis, definiens subscsipsi. [' Geme]
Apollonius episcopus Taneæ, definiens subscripsi.
B Gennadius episcopus Hermopolis majoris, definiens subscripsi.
Cyrus episcopus civitatis ' Babulinæ, definiens subscripsi. [' Babyl nis,]
Athanasius episcopus civitatis Busiridis, definiens subscripsi.
Photinus episcopus civitatis * Tentyrenæ, definiens subscripsi. [* Teuch rorum,]
Theophilus episcopus Cleopatridis, definiens subscripsi.
Pasmeius episcopus ' Parali civitatis, definiens subscripsi. [' Parali rum]
* Sosias episcopus Sozusæ, definiens subscripsi. [* Zosim]
Theodulus episcopus Ticeliensis, definiens subscripsi.
C Theodorus episcopus Barcensis, definiens subscripsi.
Rufus episcopus Cyrenensis, definiens subscripsi.
Zenon episcopus Rhinocururensium, definiens subscripsi.
Lucius episcopus Zygrensis, definiẽs subscripsi.
Auxonius episcopus Sebennytensis, definiens subscripsi.
Isaac episcopus Tavensis, definiens subscripsi.
Philocalus episcopus Zagylensis, definiens subscripsi.
Isaias episcopus Hermopolis minoris, definiens subscripsi.
D Marinianus episcopus Gazæ, definiens subscripsi.
Martyrius episcopus Gortynæ Cretæ, definiens subscripsi.
Gennadius episcopus civitatis ' Gnidi, definiens subscripsi. [' Gnosi Gausi]
Barsumas presbyter & archimandrita definiens subscripsi.
Longinus presbyter, agens vices Dorothei reverendissimi episcopi Neocæsareæ, definiens subscripsi.
Anthemius presbyter, agens vices Patricii episcopi Tyanensis, provinciæ Cappadociæ secundæ, definiens subscripsi.
E Ariston presbyter, agens vices Eunomii reverendissimi episcopi Nicomediæ, definiens subscripsi.
Olympius presbyter, agens vices Calogeri reverendissimi episcopi Claudiopolis, provinciæ Ponti, definiens subscripsi.

CALCHED. ACTA.

Gloriosissimi judices & amplissimus senatus dixerunt: De recta quidem & catholica fide perfectius sequenti die, conveniente concilio, diligentiorem examinationem fieri oportere perspicimus. Quoniam vero Flavianus religiosæ memoriæ & Eusebius reverendissimus episcopus, ex gestorum & cognitionum ' scrutatione, [' instructione]

Οἱ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες, καὶ ἡ ὑπερφυὴς σύγκλητος, εἶπον· περὶ μὲν τῆς ὀρθοδόξου πίστεως καὶ καθολικῆς τελεώτερον, συνόδου γινομένης, τῇ ὑστεραίᾳ ἀκριβεστέραν ἐξέτασιν δεῖν γενέσθαι συνορῶμεν. ἐπειδὴ δὲ Φλαυιανὸς ὁ τῆς εὐλαβοῦς μνήμης, καὶ Εὐσέβιος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος, ἐκ τῆς τῶν πεπραγμένων καὶ διαγνωσθέντων ἐρεύνης, [Ἐν Κα δίν.]

ANNO CHRISTI 451.

καὶ αὐτῆς τῆς φωνῆς τινων τῶν ἐξάρχων γενομένων τῆς τότε συνόδου, ὁμολογησάντων ἐσφάλθαι, καὶ μάτην αὐτοὺς καθῃρηκέναι, οὐδὲν περὶ τὴν πίστιν σφαλέντας, δείκνυνται ἀδίκως καθῃρημένοι, καταφαίνεται δὲ ἡμῖν κατὰ τὸ τῷ Θεῷ ἀρέσκον, δίκαιον εἶναι, εἰ παρασταίη τῷ θειοτάτῳ καὶ εὐσεβεστάτῳ ἡμῶν δεσπότῃ, τῷ αὐτῷ ἐπιτιμίῳ Ἀλεξανδρείας, καὶ Ἰουβενάλιον τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Ἱεροσολύμων, καὶ Θαλάσσιον τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Καισαρείας Καππαδοκίας, καὶ Εὐσέβιον τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Ἀγκύρας, καὶ Εὐστάθιον τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Βηρυτοῦ, καὶ Βασίλειον τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Σελευκείας Ἰσαυρίας, τοὺς ἐξουσίαν εἰληφότας, καὶ ἐξάρχοντας τῆς τότε συνόδου, ὑποπεσεῖν, παρὰ τῆς ἱερᾶς συνόδου κατὰ τοὺς κανόνας, τοῦ ἐπισκοπικοῦ ἀξιώματος ἀλλοτρίους γινομένους, πάντων τῶν παρακολουθησάντων τῇ θείᾳ κορυφῇ γνωριζομένων. Οἱ ἀνατολικοὶ, καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι εἶπον· αὕτη δικαία κρίσις. οἱ Ἰλλυρικοὶ, καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι εἶπον· πάντες ἐσφάλημεν, πάντες συγγνώμης ἀξιωθῶμεν. οἱ ἀνατολικοὶ, καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι εἶπον· πολλὰ τὰ [illegible] τῆς συγκλήτου. ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς. πολλὰ τὰ ἔτη τῶν βασιλέων. ὁ ἀσεβὴς ἀεὶ φεύγει· Διόσκορον ὁ Χριστὸς καθεῖλε· τὸν φονέα ὁ * Θεὸς καθεῖλεν, αὕτη δικαία ψῆφος· αὕτη δικαία σύνοδος, δικαία σύγκλητος· τοὺς μάρτυρας ὁ Θεὸς ἐξεδίκησεν. οἱ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες, καὶ ἡ ὑπερφυὴς σύγκλητος, εἶπον· ἕκαστος τῶν εὐλαβεστάτων ἐπισκόπων τῆς παρούσης ἁγίας συνόδου, ὅπως πιστεύει, ἐγγράφως ἄνευ τινὸς δέους, τὸν τοῦ Θεοῦ πρὸ ὀφθαλμῶν τιθέμενος φόβον, ἐκθέσθαι σπουδασάτω· γινώσκων, ὡς ὁ θειότατος καὶ εὐσεβέστατος ἡμῶν δεσπότης κατὰ τὴν ἔκθεσιν τῶν ἐν Νικαίᾳ ἁγίων πατέρων τιη΄. καὶ κατὰ τὴν ἔκθεσιν τῶν ρν΄. τῶν μετὰ ταῦτα, καὶ τὰς κανονικὰς ἐπιστολὰς καὶ ἐκθέσεις τῶν ἁγίων πατέρων Γρηγορίου, Βασιλείου, Ἀθανασίου, Ἱλαρίου, Ἀμβροσίου, καὶ τὰς Κυρίλλου δύο κανονικὰς ἐπιστολὰς, τὰς ἐν τῇ κατ' Ἔφεσον πρώτῃ συνόδῳ βεβαιωθείσας καὶ δημοσιευθείσας, πιστεύει, κατ' οὐδένα τρόπον τῆς αὐτῶν πίστεως ἀναχωρῶν. καὶ γὰρ ὁ εὐλαβέστατος ἀρχιεπίσκοπος τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης Λέων, πρὸς τὴν παρὰ Εὐτυχοῦς ἀπίστως καὶ ὑπεναντίαν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἀνακύψασαν ἀμφιβολίαν, φαίνεται πρὸς τὸν τῆς εὐλαβοῦς μνήμης Φλαβιανὸν τὴν ἐπιστολὴν ἐκπέμψας.

Τέλος τῆς πρώτης πράξεως.

(margin: *Χριστὸς)

ACTIO PRIMA.

A & ipsa voce quorumdam, qui tunc synodo præfuerunt, confitentium se errasse, & * frustra eos damnasse, quia nihil circa fidem monstrantur errasse, ostenduntur injuste depositi; videtur nobis (secundum quod Deo placitum est) justum esse, si placuerit divinissimo & piissimo domino nostro, eidem pœnæ Dioscorum reverendissimum episcopum Alexandriæ, & Iuvenalem reverendissimum episcopum Hierosolymorum, & Thalassium reverendissimum episcopum Cæsareæ Cappadociæ, & Eusebium reverendissimum episcopum Ancyræ, & Eustathium reverendissimum episcopum Beryti, B & Basilium reverendissimum episcopum Seleuciæ Isauriæ, qui tunc potestatem & principatum synodi tenuerunt, subjacere, & a sancto concilio secundum regulas ab episcopali dignitate fieri alienos, omnibus, quæ consequenter acta sunt, ad sacrum apicem referendis. Orientales & qui cum ipsis reverendissimi clamaverunt: Hoc justum judicium. Illyriciani reverendissimi episcopi dixerunt: Omnes erravimus, omnes veniam mereamur. Orientales & qui cum ipsis reverendissimi episcopi dixerunt. Multos annos senatui. [p] Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis: Multos annos C imperatoribus. Impius semper fugit. Dioscorum Christus deposuit: homicidam Christus deposuit. Hæc justa sententia: hoc justum concilium, hoc sanctum concilium. Iustus senatus, justum concilium. Martyres Deus vindicavit. Gloriosissimi judices & amplissimus senatus dixerunt: Vnusquisque reverendissimorum episcoporum præsentis sancti concilii, quomodo credit, in scriptis sine ullo metu, Dei timorem ante suos oculos ponens, exponere festinet, cognoscens, quoniam divinissimus & piissimus dominus noster secundum expositionem in Nicæa congregatorum trecentorum decem & octo D sanctorum patrum, & secũdum expositionem qui post eos fuerunt, centum quinquaginta, & secundum canonicas epistolas & expositiones sanctorum patrum, Gregorii, Basilii, Athanasii, Hilarii, Ambrosii, & Cyrilli duas canonicas epistolas in Ephesina prima synodo publicatas & confirmatas, credit, nullo modo ab earum fide recedens. Etenim reverendissimus archiepiscopus senioris urbis Romæ Leo adversus Eutychis infidelem & contrariam catholicæ * religioni emergentem dubitationem, * visus est ad reverendæ memoriæ Flavianum misisse epistolam. E [Legi, legimus. Aetius archidiaconus regnantis Constantinopolitanæ novæ Romæ, & primicerius notariorum, dixit: Completum est.]

(margin: * temere; * ecclesiæ; * apparet)

[q] *Finis primæ actionis.*

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. I.

In eodem ms. Bobieriano hæc habentur adscripta.

Explicit prima cognitio Calchedonensis concilii. Finivimus emendantes & conferentes manuscripta à prid. ante Kal. XCII. (id est Decembrii) feria IV. Ind. XIII. XV. Kal. Aprilis: Rusticus per gratiam Dei diaconus sanctæ ecclesiæ Romanæ contuli, annotavi, distinxi. Deo gratias.

In editione vero Petri Crabbi ord. Minorum viri diligentissimi ista sic se habent paulo aliter exposita.

Finis primæ cognitionis Calchedonensis concilii, quæ finita, emendata, & collata est anno domini 417. (*emendatur in margine*, aut 454. aut 457. *in omnibus pessime ut observabimus alias*) feria quarta indictione 12 Kal. Aprilis 12. Rusticus per gratiam Dei diaconus sanctæ ecclesiæ Romanæ, contuli, annotavi, distinxi. Deo gratias.

In editione Romana paucis mutatis hæc leguntur quæ nescio quam ob causam in regia collectione expuncta sunt.

Explicit prima cognitio Chalcedonensis concilii, quæ finita, emendata & collata est anno Domini 456. XII. Kal. Aprilis feria IV indictione IX. Rusticus per gratiam Dei diaconus sanctæ Romanæ ecclesiæ, contuli, annotavi, distinxi.

ACTIO

ACTIO SECVNDA. COGNITIO TERTIA dicitur in ms. ordine inverso

A

ACTIO SECVNDA Calchedonensis concilii.

CONSVLATV domini nostri Marciani perpetui Augusti, & qui fuerit nuntiatus, sub die ' sexto Idus Octobris, Calchedone, secundum [Dei gratiam, &] ' jussionem divinissimi & piissimi domini nostri Marciani perpetui Augusti, convenientibus in sancta ecclesia sanctæ martyris Euphemiæ gloriosissimis judicibus, id est, magnificentissimo & gloriosissimo magistro militum, & expræfecto & exconsule ordinario ac patricio Anatolio, & magnificentissimo & gloriosissimo præfecto sacrorum prætoriorum Palladio, & magnificentissimo & gloriosissimo præfecto urbis Tatiano, & magnificentissimo & gloriosissimo magistro sacrorum officiorum Vincomalo, & magnificentissimo & gloriosissimo exmagistro Martiali, & magnificentissimo ac gloriosissimo comite devotissimorum domesticorum * Sporacio, & magnificentissimo comite ' sacrorum privatorum Genethlio; insuper & gloriosissimo & amplissimo senatu, id est, magnificentissimo & gloriosissimo expræfecto prætoriorum, & exconsule ordinario ac patricio Florentio, & magnificentissimo & gloriosissimo exconsule ordinario & patricio Senatore, & magnificentissimo & gloriosissimo exmagistro officiorum, & exconsule ordinario ac patricio * Nomo, & magnificentissimo & gloriosissimo expræfecto & exconsule ordinario ac patricio Protogene, & magnificentissimo & gloriosissimo expræfecto Zoilo, & magnificentissimo & gloriosissimo expræfecto urbis Theodoro, & magnificentissimo & gloriosissimo expræfecto urbis Apollonio, & magnificentissimo & gloriosissimo expræposito sacri cubiculi Romano, & magnificentissimo & gloriosissimo expræfecto Illyrici * Theodoro, & magnificentissimo & gloriosissimo expræfecto prætoriorum Constantino, & magnificentissimo & gloriosissimo expræposito ' Artaxe: conveniente vero & sancto & universali concilio, secundum sacram sanctionem in Calchedonensi civitate congregato, id est,

' sub die Idus Oct. in Iól. c. minus bene ' sanctioné

* Asporacio. ' sacrarum privatarum

* Nonno,

* Eulogio sup. act. 1.

' sacri cubiculi

Paschasino & Lucentio reverendissimis episcopis, &

Bonifacio reverendissimo presbytero, agentibus vicem sanctissimi & Deo amicissimi archiepiscopi senioris Romæ Leonis, &

Anatolio sanctissimo archiepiscopo magni nominis Constantinopolitanæ civitatis, novæ Romæ, & ' ceteris sanctissimis & religiosissimis episcopis, id est,

' cetero sancto concilio. ' nomina sequentia desiderãtur in ms. Boh.

" Maximo Antiochiæ Syriæ,

Stephano Ephesi,

Petro Corinthi,

Eleutherio Calchedonensi,

Diogene Cyzici,

ΠΡΑΞΙΣ ΔΕΥΤΕΡΑ ΤΗΣ ἐν Καλχηδόνι ἁγίας συνόδου.

ΥΠΑΤΕΙΑι τοῦ δεσπότου ἡμῶν Μαρκιανοῦ τοῦ αἰωνίου Αὐγούστου, καὶ τοῦ δηλωθησομένου, τῇ πρὸ ἓξ εἰδῶν Ὀκτωβρίων, ἐν Καλχηδόνι, κατὰ κέλευσιν τοῦ θειοτάτου καὶ εὐσεβεστάτου * δεσπότου ἡμῶν Μαρκιανοῦ τοῦ αἰωνίου Αὐγούστου, συνελθόντων ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ τῆς ἁγίας μάρτυρος Εὐφημίας τῶν ἐνδοξοτάτων ἀρχόντων, τουτέστι, τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου καὶ ἐνδοξοτάτου στρατηλάτου καὶ ἀπὸ ἐπάρχων καὶ ὑπάτων καὶ πατρικίου Ἀνατολίου, καὶ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου καὶ ἐνδοξοτάτου ἐπάρχου τῶν ἱερῶν πραιτωρίων Παλλαδίου, καὶ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου καὶ ἐνδοξοτάτου ἐπάρχου πόλεως Τατιανοῦ, καὶ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου καὶ ἐνδοξοτάτου μαγίστρου τῶν θείων ὀφφικίων Βιγκομάλου, καὶ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου καὶ ἐνδοξοτάτου μαγίστρου Μαρτιαλίου, καὶ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου καὶ ἐνδοξοτάτου κόμητος τῶν καθωσιωμένων δομεστίκων Σποραкίου, καὶ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος τῶν θείων πριβάτων Γενεθλίου, πρὸς ἔτι δὲ καὶ τῆς ἐνδόξου συγκλήτου, τουτέστι, τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου καὶ ἐνδοξοτάτου ἀπὸ ἐπάρχων καὶ ὑπάτων καὶ πατρικίου Φλωρεντίου, καὶ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου καὶ ἐνδοξοτάτου ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίου Σενάτορος, καὶ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου καὶ ἐνδοξοτάτου ἀπὸ μαγίστρων καὶ ὑπάτων καὶ πατρικίου * Νόμου, καὶ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου καὶ ἐνδοξοτάτου ἀπὸ ἐπάρχων καὶ ὑπάτων καὶ πατρικίου Πρωτογένους, καὶ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου καὶ ἐνδοξοτάτου ἀπὸ ἐπάρχων Ζωΐλου, καὶ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου καὶ ἐνδοξοτάτου ἀπὸ ἐπάρχων πόλεως Θεοδώρου, καὶ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου καὶ ἐνδοξοτάτου ἀπὸ ἐπάρχων πόλεως Ἀπολλωνίου, καὶ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου καὶ ἐνδοξοτάτου ἀπὸ πραιποσίτων Ῥωμανοῦ, καὶ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου καὶ ἐνδοξοτάτου ἀπὸ ἐπάρχων τοῦ Ἰλλυρικοῦ Θεοδώρου, καὶ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου καὶ ἐνδοξοτάτου ἀπὸ ἐπάρχων πραιτωρίων Κωνσταντίνου, καὶ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου ἀπὸ πραιποσίτων Ἀρτάξου. συνελθούσης δὲ καὶ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου, τῆς κατὰ θεῖον θέσπισμα ἐν τῇ Καλχηδονέων πόλει συναθροισθείσης, τουτέστι,

* βασιλέως

* Νόννου

B

C

D

Πασχασίνου καὶ Λουκηνσίου τῶν εὐλαβεστάτων ἐπισκόπων, καὶ

Βονιφατίου πρεσβυτέρου, ἐπεχόντων τὸν τόπον τοῦ θεοφιλεστάτου καὶ ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης Λέοντος, καὶ

E

Ἀνατολίου τοῦ ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου τῆς μεγαλωνύμου Κωνσταντινουπόλεως, νέας Ῥώμης, καὶ τῶν λοιπῶν ὁσιωτάτων καὶ εὐλαβεστάτων ἐπισκόπων, τουτέστι,

Μαξίμου Ἀντιοχείας,

Στεφάνου Ἐφέσου,

Πέτρου Κορίνθου,

Ἐλευθερίου Καλχηδόνος,

Διογένους Κυζίκου,

Κυϊντιλλου

Κυϊντίλλου Ηρακλείας, ἐπέχοντος τὸν τόπον Αναστασίου Θεσσαλονίκης,
Λουκιανοῦ Βύζης, ἐπέχοντος τὸν τόπον Κυριακοῦ Ηρακλείας Θρᾴκης,
Φλωρεντίου Σάρδεων,
Ευνομίου Νικομηδείας,
Εὐσεβίου καὶ Κωνσταντίνου πρεσβυτέρων, ἐπεχόντων τὸν τόπον Αναστασίου Νικαίας,
Μελετίου Λαρίσσης, ἐπέχοντος τὸν τόπον Δόμνου Απαμείας * δευτέρας,
Αμφιλοχίου Σίδης,
Ιουλιανοῦ τῆς Κώων πόλεως, ἐπέχοντος καὶ αὐτοῦ τὸν τόπον τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου,
Θεοδώρου Ταρσοῦ,
Κύρου Αναζάρβου,
Κωνσταντίνου Βόστρων,
Φωτίου Τύρου,
Θεοδώρου Δαμασκοῦ,
Νόννου Εδέσσης,
Συμεῶνος Αμίδης,
Ιωάννου Σεβαστείας,
Σελεύκου Αμασείας,
Κωνσταντίνου Μελιτηνῆς,
Πατρικίου Τυάνων,
Πέτρου Γαγγρῶν,
Φωτεινοῦ ἀρχιδιακόνου, ἐπέχοντος τὸν τόπον Δωροθέου Νεοκαισαρείας,
Ρωμανοῦ Μύρων,
Κριτωνιανοῦ Αφροδισιάδος Καρίας,
Νουνεχίου Λαοδικείας,
Μαρινιανοῦ Συννάδων,
Ονησιφόρου Ικονίου,
Περγαμίου Αντιοχείας Πισιδίας,
Επιφανίου Πέργης,
Αττικοῦ Νικοπόλεως,
Μαρτυρίου Γορτύνης,
Λουκᾶ Δυῤῥαχίου,
Κωνσταντίνου Δημητριάδος, ἐπέχοντος τὸν τόπον Βιγιλαντίου ἐπισκόπου Λαρίσσης Θεσσαλίας,
Φραγκίωνος Φιλιππουπόλεως,
Βασιλείου Τραϊανουπόλεως,
Σεβαστιανοῦ Βεῤῥοίας Μακεδονίας,
Θεοκτίστου Βεῤῥοίας Συρίας,
Γεροντίου Σελευκείας,
Εὐσεβίου πρεσβυτέρου, ἐπέχοντος τὸν τόπον Μακαρίου Λαοδικείας Συρίας,
Εὐσεβίου Δορυλαίου,
Σάβα Πάλτου,
Σωφρονίου Κωνσταντίνης,
Πατρικίου Νεοκαισαρείας,
Μάρα * Αναζάρβου,
* Ρωμανοῦ Χαλκίδος,
Εὐσταθίου * Βηρυτίων,
Λεοντίου Ασκάλωνος,
Ανιανοῦ Καπετωλιάδος,
Ζεβέννου Πέλλης,
Ιωάννου Τιβεριάδος,
Αντιόχου Αρκης,
Βηρύλλου Αἰλᾶ,
Αρέτα Ελούσης,
Μουσωνίου Σ γὼρ,

A Quintillo Heracleæ Macedoniæ, agente vicem Anastasii Thessalonicensis,
Luciano Byziæ, agente vicem Cyriaci episcopi Heracleæ Thraciæ.
Florentio Sardium Lydiæ.
Eunomio Nicomediæ
Eusebio & Constantino presbyteris, gerentibus vicem Anastasii episcopi Nicæni,
IV. Ingreditur ergo hæc mundi infirma Filius Dei, de celesti sede descendens, & & a paterna gloria non recedens, C novo ordine, nova nativitate generatus. Novo ordine, quia invisibilis in suis, visibilis factus est in nostris: incomprehensibilis, voluit comprehendi: ante tempora manens, esse cœpit ex tempore: universitatis dominus servilem formam, obumbrata majestatis suæ immensitate, suscepit: impassibilis Deus, non dedignatus est esse homo passibilis: & immortalis, mortis legibus subjacere. Nova autem nativitate generatus, quia inviolata virginitas concupiscentiam nescivit, carnis materiam ministravit. D Assumpta est igitur de matre, domini natura, non culpa: nec in domino Iesu Christo, ex utero virginis genito, quia nativitas est mirabilis, ideo natura est dissimilis. Qui enim verus est Deus, idem verus est homo. Et nullum est in hac unitate mendacium, dum invicem sunt & humilitas hominis & altitudo deitatis. Sicut enim Deus non mutatur miseratione, ita homo non consumitur dignitate. Agit enim utraque forma cum alterius communione, quod proprium est; Verbo scilicet operante quod Verbi est, E carne exequente quod carnis. Vnum horum coruscat miraculis, aliud succumbit injuriis. Et sicut Verbum ab æqualitate paternæ gloriæ non recessit, ita caro naturam nostri generis non reliquit. Vnus enim idemque est (quod sæpe dicendum est) vere Dei filius, & vere hominis filius. Deus per id, quod *in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum:* homo per id, quod *Verbum caro factum est,*

Ioan. 1.

Ibidem.

Προσέρχεται τοίνυν εἰς τὸ ταπεινὸν τοῦτο τοῦ κόσμου ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἀπὸ τοῦ οὐρανίου θρόνου καταβαίνων, καὶ ἀπὸ τῆς πατρικῆς δόξης οὐκ ἀφιστάμενος· καινῇ μὲν τῇ τάξει, καὶ καινῇ τῇ γεννήσει γεννώμενος· καινῇ μὲν τῇ τάξει, ὅτιπερ ἀόρατος ὢν ἐν τοῖς ἑαυτοῦ, ὁρατὸς γέγονεν ἐν τοῖς παρ' ἡμῖν, καὶ ἀκατάληπτος ὤν, ἠβουλήθη καταλαμβάνεσθαι, καὶ προαιώνιος μένων, εἶναι ἤρξατο ἀπὸ χρόνου, καὶ τοῦ παντὸς ὢν δεσπότης, τὴν δουλικὴν μορφὴν ἀνεδέξατο, τῆς οἰκείας θεότητος ἐπισκιάσας τὸ μέγεθος, καὶ ὁ ἀπαθὴς Θεὸς οὐκ ἀπηξίωσε παθητὸς εἶναι ἄνθρωπος, καὶ ὁ ἀθάνατος νόμοις ὑποκεῖσθαι θανάτου· καινῇ δὲ τῇ γεννήσει τεχθείς, ἐπείπερ ἡ ἄχραντος παρθενία ἐπιθυμίαν μὲν ἠγνόησε, τὴν δὲ τῆς σαρκὸς ἐχορήγησεν ὕλην. καὶ προσελήφθη ἐκ τῆς μητρὸς ἡ τοῦ δεσπότου φύσις, οὐχ ἁμαρτία· οὐ μὴν ἐπειδήπερ ἐν τῷ δεσπότῃ Ἰησοῦ Χριστῷ τῷ τεχθέντι ἐκ τῆς γαστρὸς τῆς παρθένου θαυμαστή τίς ἐστιν ἡ γέννησις, διὰ τοῦτο ἡμῖν οὐκ ἔχει φύσις ὁμοία· ὁ γὰρ ὢν Θεὸς ἀληθής, αὐτός ἐστι καὶ ἄνθρωπος ἀληθής. καὶ ψεῦδος οὐδὲν ἐν ταύτῃ τῇ ἑνώσει τυγχάνει, ἐν ὅσῳ τὰ συναμφότερα μετ' ἀλλήλων ἐστί· καὶ τοῦ ἀνθρώπου τὸ ταπεινόν, καὶ τῆς θεότητος τὸ μέγεθος· ὥσπερ γὰρ τῷ ἐλεεῖν ὁ Θεὸς τροπὴν οὐχ ὑφίσταται, οὕτως ὁ ἄνθρωπος τῷ μεγέθει τῆς θείας ἀξίας οὐκ ἀναλίσκεται· ἐνεργεῖ γὰρ ἑκατέρα μορφὴ μετὰ τῆς θατέρου κοινωνίας, ὅπερ ἴδιον ἔσχηκε, τοῦ μὲν λόγου κατεργαζομένου τοῦθ' ὅπερ ἐστὶ τοῦ λόγου, τοῦ δὲ σώματος ἐκτελοῦντος, * ὅπερ ἐστὶ τοῦ σώματος· καὶ τὸ μὲν αὐτῶν διαλάμπει τοῖς θαύμασι, τὸ δὲ * ταῖς ὕβρεσιν ὑποπέπτωκε. καὶ καθάπερ ὁ λόγος ἀπὸ τῆς ἰσότητος τῆς τοῦ πατρὸς δόξης ἐστὶν ἀχώριστος, οὕτω τὸ σῶμα τὴν φύσιν τοῦ ἡμετέρου γένους οὐκ ἀπολέλοιπεν· εἷς γάρ, καὶ ὁ αὐτὸς ἀληθῶς υἱός τε Θεοῦ, καὶ ἀληθῶς υἱὸς ἀνθρώπου τυγχάνει, Θεὸς μὲν κατὰ τοῦτο, καθὸ ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος· ἄνθρωπος δὲ κατὰ τοῦτο, καθὸ ὁ λόγος σάρξ ἐγένετο,

* ἄρα
* τοῖς παθήμασι

καὶ

καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν· καὶ Θεὸς μὲν κατὰ τοῦτο, καθὸ δι' αὐτοῦ τὰ πάντα ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν· ἄνθρωπος δὲ κατὰ τοῦτο, καθὸ γέγονεν ἐκ γυναικὸς, γέγονεν ὑπὸ νόμον· καὶ ἡ μὲν τῆς * σαρκώσεως γέννησις ἀνθρωπίνης ἐστὶ δήλωσις φύσεως, ὁ δὲ τοκετὸς τῆς παρθένου μήνυμα τῆς θείας ὑπάρχει δυνάμεως. καὶ ἡ μὲν νηπιότης τοῦ βρέφους διὰ τῆς τῶν σπαργάνων εὐτελείας ἐπιγινώσκεται· τὸ δὲ μέγεθος τῆς αὐτοῦ μεγαλωσύνης διὰ τῶν ἀγγελικῶν φωνῶν ἀποδείκνυται· καὶ ὁμοιοῦται μὲν τοῖς νεωστὶ τικτομένοις ἀνθρώποις οὗτος, ὃν Ἡρώδης ἀσεβῶς φονεῦσαι βούλεται· ἀλλὰ ἔστι δεσπότης τῶν ὅλων, ὃν μάγοι χαίρουσιν ἱκετευτικῶς προσκυνεῖν. ὅτε δὲ πρὸς τὸ τοῦ προδρόμου αὐτοῦ Ἰωάννου ἔρχεται βάπτισμα, ὅπως ἂν μὴ λάθῃ, ὅπερ τῷ προκαλύμματι τῆς σαρκὸς ἡ θεότης ἐκρύπτετο, ἡ τοῦ πατρὸς φωνὴ ἐξ οὐρανῶν ἐπιβοῶσα, φησίν· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα· τοιγαροῦν ὃν ὡς ἄνθρωπον ἡ τοῦ διαβόλου πειράζει πανουργία, τούτῳ, ἅτε δὴ Θεῷ, ἡ τῶν ἀγγέλων τάξις διακονεῖ. τὸ μὲν γὰρ πεινῆν, καὶ διψῆν, καὶ κοπιᾷν, καὶ ὑπνοῦν, ὁμολογουμένως ἐστὶν ἀνθρώπου. ἀλλὰ τὸ πέντε ἄρτοις πέντε χιλιάδας ἀνθρώπων κορέσαι, καὶ χαρίσασθαι τῇ Σαμαρείτιδι ζῶν ὕδωρ, ὅθεν ἀρυσαμένῃ αὐτῇ ὑπῆρχε τὸ μηκέτι διψῆν· καὶ ἐπὶ μὲν νώτων θαλάσσης περιπατεῖν, τῶν ποδῶν οὐ βαπτιζομένων, τὰς δὲ τῶν κυμάτων οἰδήσεις, ἐπιτιμωμένου τοῦ κλύδωνος, κατευνάζειν, ἐστὶν ἀναμφιβόλως Θεοῦ. ὥσπερ οὖν, ἵνα τὰ πολλὰ παραλείψω, οὐ τῆς αὐτῆς ἐστι φύσεως τὸ κλαίειν ἐκ διαθέσεως οἴκτου τὸν τελευτήσαντα φίλον, καὶ τὸ τὸν αὐτὸν ἀναζῆν μέλλοντα, διασκεδασθέντος τοῦ προχώματος, τῆς τεταρταίας ἤδη ταφῆς ἐξαναστῆσαι πρὸς τὸ κέλευσμα τῆς φωνῆς· ἢ τὸ ἐπὶ ξύλου ἠρτῆσθαι, καὶ ἐξ ἡμέρας εἰς νύκτα μεταβληθείσης τὰ στοιχεῖα πάντα συσεῖσαι· ἢ τὸ διαπεπάρθαι τοῖς ἥλοις, καὶ τὰς τοῦ παραδείσου πύλας ἀνοῖξαι τῇ πίστει τῇ τοῦ λῃστοῦ, οὕτως οὐ τῆς αὐτῆς ἐστι φύσεως τὸ λέγειν· ἐγὼ, καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν, καὶ τὸ λέγειν· ὁ πατήρ μου μείζων μού ἐστιν. εἰ καὶ τὰ μάλιστα γὰρ ἐν τῷ δεσπότῃ Ἰησοῦ Χριστῷ τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ ἀνθρώπου ἕν ἐστι τὸ πρόσωπον, ὅμως ἕτερόν ἐστιν ἐκεῖνο, ἐξ οὗ ἐν ἑκατέρῳ κοινόν ἐστι τὸ τῆς ὕβρεως, καὶ ἕτερον ἐξ οὗ κοινὸν τὸ τῆς δόξης καθέστηκεν. ἐξ ἡμῶν μὲν γάρ ἐστιν αὐτῷ ἡ ἐλάσσων τοῦ πατρὸς ἀνθρωπότης, ἀπὸ δὲ τοῦ πατρός ἐστιν αὐτῷ ἡ μετὰ τοῦ πατρὸς ἴση θεότης.

A & *habitavit in nobis* : Deus per id, quod *omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil*: homo per id, quod *factus est ex muliere, factus est sub lege*. Nativitas carnis, manifestatio est humanæ naturæ : partus virginis, divinæ est virtutis indicium : infantia parvuli ostenditur humilitate cunarum : magnitudo altissimi declaratur vocibus angelorum. Similis est rudimentis hominum, quem Herodes impius molitur occidere : sed dominus est omnium, quem magi gaudentes veniunt suppliciter adorare. Iam cum ad præcursoris sui Ioannis baptismum venit, ne lateret, quod carnis velamine B divinitas tegeretur, vox Patris de cælo intonans dixit : *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Quem itaque sicut hominem diabolica tentat astutia, eidem sicut Deo angelica famulantur officia. Esurire, sitire, lassescere, atque dormire, evidenter humanum est : sed quinque panibus quinque millia hominum satiare, & largiri Samaritanæ aquam vivam, cujus haustus bibenti præstet, ne ultra jam sitiat; supra dorsum maris plantis non subsidentibus ambulare, & elationes fluctuum increpata tempestate consternere, sine ambiguitate divinum est. Sicut ergo (ut multa C prætercam) non ejusdem naturæ est, flere miserationis affectu amicum mortuum, & eumdem, remoto quatriduanæ aggere sepulturæ, ad vocis imperium excitare redivivum ; aut in ligno pendere, & in noctem luce conversa, omnia elementa tremefacere ; aut clavis transfixum esse, & paradisi portas fidei latronis aperire : ita non ejusdem naturæ est dicere : *Ego & Pater unum sumus* : & dicere, *Pater major me est.* Quamvis enim in domino Iesu Christo, Dei & hominis una persona sit; aliud tamen est, unde in utroque communis est contumelia, aliud, unde com- D munis est gloria. De nostro enim illi est minor Patre humanitas : de Patre illi est æqualis cum Patre divinitas.

Ibidem. Galat. 4.

Matth. 3.

Ioan. 10.

Ioan. 14.

Διὰ ταύτην τοίνυν τοῦ προσώπου τὴν ἕνωσιν, τὴν ἐν ἑκατέρᾳ φύσει νοεῖσθαι ὀφείλουσαν, καὶ υἱὸν ἀναγινώσκομεν ἀνθρώπου κατεληλυθέναι ἐξ οὐρανοῦ· ὁπότε ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τὸ σῶμα ἐξ αὐτῆς τῆς παρθένου, ἐξ ἧς ἐτέχθη, προσέλαβεν· καὶ πάλιν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ σταυρωθεὶς λέγεται, καὶ ταφείς· ὁπότε ταῦτα οὐκ ἐν αὐτῇ θεότητι, ἐν ᾗ μονογενὴς, καὶ συναΐδιος, καὶ ὁμοούσιός ἐστι τῷ πατρὶ, ἀλλ' ἐν τῇ ἀσθενείᾳ τῆς ἀνθρωπίνης ὑπομεμένηκε φύσεως. ὅθεν τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦτον σταυρωθέντα, καὶ ταφέντα, πάντες καὶ ἐν τῷ συμβόλῳ συνομολογοῦμεν, κατ' ἐκεῖνο τὸ ἀποστολικόν· εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν. ὅτε δὲ αὐτὸς ὁ κύριος ἡμῶν, καὶ σωτὴρ τὴν πίστιν τῶν μαθητῶν διὰ τῶν οἰκείων ἐξεπαίδευεν ἐρωτήσεων. * τίνα, φησὶ, λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; καὶ ἐκείνων ἀποκριναμένων, ἄλλας ἄλλων εἶναι δόξας· ὑμεῖς, φησὶ, τίνα με λέγετε εἶναι; ἐμὲ δηλαδὴ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ὃν ἐν μορφῇ δούλου, καὶ ἀληθείᾳ σώματος

V. Propter hanc unitatem personæ, in utraque natura intelligendam, & filius hominis legitur descendisse de cælo, cum Filius Dei carnem de ea virgine, de qua est natus, assumpserit. Et rursus, Filius Dei crucifixus dicitur ac sepultus, cum hæc non in divinitate ipsa, qua unigeni- E tus consempiternus & consubstantialis est Patri, sed in naturæ humanæ sit infirmitate perpessus. Vnde unigenitum Filium Dei crucifixum & sepultum, omnes etiam in symbolo confitemur, secundum illud apostoli dictum : *Si enim cognovissent, nunquam dominum majestatis crucifixissent.* Cum autem ipse dominus noster atque salvator fidem discipulorum suis interrogationibus erudiret : *Quem*, inquit, *dicunt homines esse filium hominis?* cumque illi diversas aliorum opiniones retexuissent : *Vos autem*, ait, *quem me esse dicitis?* Me utique, qui sum filius hominis, & quem in forma servi, atque in

1. Cor. 2.

Matth. 16.

Actio secunda. S. Leonis Papae Epistola ad Flavianum Ep. Cp.

veritate carnis aspicitis, quem me esse dicitis? Ubi beatus Petrus divinitus inspiratus & confessione sua omnibus gentibus profuturus: *Tu es*, inquit, *Christus Dei vivi.* (Matth. 16.) Nec immerito beatus est pronuntiatus a domino, & a principali petra soliditatem & virtutis traxit & nominis, qui per revelationem Patris eumdem & filium Dei est confessus & Christum; quia unum horum sine alio receptum non proderat ad salutem: sed æqualis erat periculi, dominum Iesum Christum aut Deum tantummodo sine homine, aut sine Deo solum hominem credidisse. Post resurrectionem vero domini, quæ utique veri corporis fuit, quia non alter est resuscitatus, quam qui fuerat crucifixus & mortuus, quid aliud quadraginta dierum mora gestum est, quam ut fidei nostræ integritas ab omni caligine mundaretur? (Act. 1.) Colloquens enim cum discipulis suis, & cohabitans atque convescens, & pertractari se diligenti curiosoque contactu ab eis, quos dubietas perstringebat, admittens: (Ioan. 20.) ideo & clausis ad discipulos januis introibat, & flatu suo dabat Spiritum sanctum, & donato intelligentiæ lumine, sanctarum scripturarum occulta pandebat: (Luc. 24. Ioan. 20.) & rursus vulnus lateris, fixuras clavorum, & omnia recentissimæ passionis signa monstrabat, dicens: (Luc. 24.) [*Videte manus meas & pedes, quia ego sum:*] *palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere.* ut agnosceretur in eo proprietas divinæ humanæque naturæ individua permanere, & ita sciremus, Verbum non hoc esse quod carnem, & ut unum Dei Filium, & Verbum confiteremur & carnem. Quo fidei sacramento Eutyches iste nimium æstimandus est vacuus, qui naturam nostram in unigenito Dei nec per humilitatem mortalitatis nec per gloriam resurrectionis agnovit: nec sententiam beati apostoli & euangelistæ Ioannis expavit, dicentis: (1. Ioan. 4.) *Omnis spiritus, qui confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo est: & omnis spiritus qui solvit Iesum, ex Deo non est; & hic est antichristus.* Quid autem est solvere Iesum, nisi humanam ab eo separare naturam & sacramentum fidei, per quod unum salvati sumus, impudentissimis evacuare figmentis? Caligans vero circa naturam corporis Christi, necesse est ut circa eam in passione ejus eadem obcæcatione desipiat. Nam si crucem domini non putat falsam, & susceptum pro mundi salute supplicium, verum fuisse non dubitat: cujus credit mortem, agnoscat & carnem. Nec diffiteatur nostri corporis hominem, quem cognoscit fuisse passibilem: quoniam negatio veræ carnis, negatio est etiam corporeæ passionis. Si ergo Christianam suscipit fidem, & a prædicatione euangelii suum non avertit auditum, videat, quæ natura transfixa clavis pependerit in crucis ligno;

A θεωρεῖτε, τίνα με λέγετε; ἔνθα ὁ μακάριος Πέτρος θεόθεν ἐμπνευσθεὶς, καὶ διὰ τῆς οἰκείας ὁμολογίας πᾶσι μέλλων γίνεσθαι σωτηρία τοῖς ἔθνεσι, σὺ εἶ, φησὶν, ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, τοῦ ζῶντος· καὶ ἀξίως μακάριος ἀπεφάνθη παρὰ τοῦ κυρίου, καὶ ἀπὸ τῆς πρωτοτύπου πέτρας τὸ * στερεὸν ἐπεσπάσατο τῆς τε ἀρετῆς, καὶ τῆς προσηγορίας· ὅς τις δι' ἀποκαλύψεως τοῦ πατρὸς τὸν αὐτὸν καὶ υἱὸν Θεοῦ ὡμολόγησε, καὶ Χριστόν· ἐπειδήπερ ἓν τούτων δίχα θατέρου λαμβανόμενον, ἀνόνητον ἐτύγχανεν εἰς σωτηρίαν· καὶ τοῦ αὐτοῦ ὑπῆρχε κινδύνου τὸ τὸν κύριον Ιησοῦν Χριστὸν ἢ Θεὸν B μόνον ἄνευ ἀνθρώπου, ἢ δίχα Θεοῦ πιστεύειν ἄνθρωπον μόνον. μετὰ δὲ τὴν ἀνάστασιν τοῦ κυρίου, ἥτις δηλαδὴ τοῦ ἀληθοῦς αὐτοῦ σώματος γέγονεν, ἐπειδήπερ οὐκ ἄλλος ἀνέστη, εἰ μὴ ὁ σταυρωθεὶς, καὶ ἀποθανὼν, τί ἕτερον τῇ τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν αὐτοῦ διαγωγῇ γέγονεν, ἢ ἵνα ἐκ πάσης ἀχλύος τὰ τῆς πίστεως ἡμῶν καθαρθῇ; διαλεγόμενος γὰρ ἑαυτοῦ μαθηταῖς, καὶ συνδιατρίβων, καὶ * συναλιζόμενος, ἀκριβέστερόν τε, καὶ πολυπραγμονικώτερον διὰ τῆς ἀφῆς ἑαυτὸν ψηλαφᾶσθαι παρὰ τούτων, οἷς ἔπληττε τὸ ἀμφίβολον, ἐνδιδούς· διὰ τοῦτο καὶ κεκλεισμένων τῶν θυρῶν εἰσῄει πρὸς τοὺς μαθητὰς, καὶ τῷ φυσήματι τῷ ἑαυτοῦ παρεῖχεν ἅγιον C πνεῦμα· καὶ χαριζόμενος τὸ φῶς τὸ τῆς γνώσεως, τῶν θείων γραφῶν ἀπεκάλυπτε τὰ ἀπόρρητα· καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς τὰ τραύματα τῆς πλευρᾶς, καὶ τὰς διατρήσεις τῶν ἥλων, καὶ πάντα τὰ τοῦ νεαροῦ πάθους ἐπεδείκνυ σημεῖα, λέγων· ψηλαφήσατέ με, καὶ ἴδετε, ὅτι πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα· ὅπως ἂν μεμενηκέναι ἐν αὐτῷ γνωσθῇ ἡ ἰδιότης τῆς τε θείας, καὶ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἀδιαίρετος· οὕτω τε μάθωμεν τὸν λόγον, μὴ τοῦτο εἶναι, ὅπερ ἐστὶν ἡ σάρξ, ἀλλ' ἕνα υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ τὸν λόγον ὁμολογήσωμεν, καὶ τὴν σάρκα. ἧς τινὸς πίστεως τοῦ μυστηρίου κοῦφος ὢν Εὐτυχὴς D οὗτος, καὶ ἀμέτοχος ὀφείλει νομίζεσθαι· ὃς τὴν φύσιν τὴν ἡμετέραν ἐν τῷ μονογενεῖ υἱῷ τοῦ Θεοῦ οὔτε διὰ τῆς ταπεινότητος τῆς ἀνθρωπότητος, οὔτε διὰ τῆς δόξης ἐπέγνω τῆς ἀναστάσεως· οὔτε τὴν ἀπόφασιν ἐφοβήθη τοῦ μακαρίου ἀποστόλου καὶ εὐαγγελιστοῦ Ιωάννου τοῦ λέγοντος· ὅτι πᾶν πνεῦμα τὸ ὁμολογοῦν Ιησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθέναι, ἀπὸ Θεοῦ ἐστι, καὶ πᾶν πνεῦμα τὸ διαιροῦν Ιησοῦν Χριστὸν, ἀπὸ Θεοῦ οὐκ ἔστιν· καὶ οὗτός ἐστιν ὁ ἀντίχριστος· τί δέ ἐστι τὸ * διαιροῦν Ιησοῦν, εἰ μὴ τὴν ἀνθρωπίνην ἀπ' αὐτοῦ φύσιν ἀποχωρίζειν, καὶ τὸ μυστήριον, δι' οὗ περ ἐσώθημεν μόνου, πειρᾶσθαι μάταιον διὰ πλασμάτων ἀναιδῶν ἀπεργάζεσθαι; E ὁ δὲ τὴν ἀχλὺν ὑφιστάμενος περὶ τὴν φύσιν τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, ἀναγκαίως καὶ περὶ τὸ πάθος αὐτοῦ τῇ παραπλησίᾳ τυφλώσει παραφρονεῖ. καὶ γὰρ εἰ τὸν σταυρὸν τοῦ δεσπότου ψευδῆ μὴ νενόμικε, καὶ τὸ πάθος τὸ ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου σωτηρίας ἀναδεχθὲν, ἀληθῶς γενόμενον οὐδαμῶς ἀμφιβάλλοι· οὗ τινος οὖν ἐπιγινώσκει τὸν θάνατον, ἐπιγινωσκέτω τὴν σάρκα. καὶ μηδὲ τῆς ἡμετέρας αὐτὸν σαρκὸς ἄνθρωπον ἀπαρνείσθω, ὃν παθητὸν ἔγνω γενόμενον. ἐπειδήπερ ἡ ἄρνησις τοῦ ἀληθοῦς σώματος ἄρνησίς ἐστι καὶ τοῦ πάθους τοῦ σώματος. εἰ τοίνυν δέχεται πίστιν Χριστιανῶν, καὶ ἀπὸ τοῦ κηρύγματος τοῦ εὐαγγελίου μὴ τὴν οἰκείαν ἀκοὴν ἀποστρέφει, σκοπείτω ποία φύσις διαπεπαρμένη τοῖς ἥλοις ἐν τῷ τοῦ σταυροῦ ξύλῳ ἐκρέματο,

* πέτρον
* συναυλιζόμενος
* διαιρῶν

ACTIO SECUNDA. S. LEONIS PAPAE EPISTOLA AD FLAVIANUM EP. CP.

A καὶ ἀνοιχθείσης τῆς πλευρᾶς τοῦ προσπεπηγότος τῷ σταυρῷ διὰ τοῦ δόρατος τοῦ στρατιώτου, νοείτω πόθεν τὸ αἷμα, καὶ τὸ ὕδωρ ἐῤῥύη, ὥστε τὴν ἐκκλησίαν τὴν τοῦ Θεοῦ τῷ τε λουτρῷ καταρδεύεσθαι, καὶ τῷ πόματι. ἀκουέτω δὲ καὶ τοῦ μακαρίου Πέτρου τοῦ ἀποστόλου κηρύττοντος· ὅτι ὁ καθαρισμὸς τοῦ πνεύματος διὰ τοῦ ῥαντισμοῦ γίνεται τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ· μηδὲ παροδικῶς ἀναγινωσκέτω τοῦ αὐτοῦ ἀποστόλου τὰ ῥήματα λέγοντος· εἰδότες, ὅτιπερ οὐ φθαρτοῖς, ἀργυρίῳ, ἢ χρυσίῳ ἐξηγοράσθητε ἐκ τῆς ματαίας ὑμῶν πατροπαραδότου ἀναστροφῆς, ἀλλὰ τῷ τιμίῳ αἵματι, * ὡσανεὶ ἀμνοῦ ἁγίου, καὶ ἀμώμου Χριστοῦ Ἰησοῦ. καὶ τοῦ μακαρίου δὲ Ἰωάννου τοῦ ἀποστόλου τῇ μαρτυρίᾳ μὴ ἀνθιστάσθω λέγοντος· καὶ τὸ αἷμα τοῦ Ἰησοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ καθαρίζει ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας· B καὶ πάλιν· αὕτη ἐστὶν ἡ νίκη ἡ νικήσασα τὸν κόσμον, ἡ πίστις ἡμῶν· καὶ τίς ἐστιν, ὃς ἐνίκησε τὸν κόσμον, εἰ μὴ ὁ πιστεύων, ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ; οὗτος ὁ ἐρχόμενος δι᾽ ὕδατος, καὶ αἵματος, Ἰησοῦς Χριστός· οὐκ ἐν τῷ ὕδατι μόνον, ἀλλ᾽ ἐν ὕδατι, καὶ αἵματι· καὶ τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ μαρτυροῦν *, ἐπειδὴ τὸ πνεῦμά ἐστιν ἡ ἀλήθεια. τρεῖς γάρ εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες, τὸ πνεῦμα, καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ αἷμα· καὶ οἱ τρεῖς τὸ ἕν εἰσι, τὸ πνεῦμα δηλονότι τοῦ ἁγιασμοῦ, καὶ τὸ αἷμα τῆς λυτρώσεως, καὶ τὸ ὕδωρ τοῦ βαπτίσματος· ἅπερ τρία ἕν ἐστι, καὶ ἀμέριστα μένει· καὶ οὐδὲν αὐτῶν ἀπὸ τῆς αὐτῶν χωρίζεται συναφείας. ἐπειδήπερ ἡ καθολικὴ ἐκκλησία ἐν ταύτῃ ζῇ, καὶ προκόπτει τῇ πίστει. ἵνα * μήτε δίχα τῆς ἀληθοῦς θεότητος ἡ ἀνθρωπότης, μήτε δίχα τῆς ἀληθοῦς ἀνθρωπότητος ἡ θεότης πιστεύηται.

& aperto per militis lanceam latere crucifixi, intelligat unde sanguis & aqua effluxerint; ut ecclesia Dei & lavacro rigaretur & poculo. Audiat & beatum Petrum apostolum prædicantem, quod sanctificatio spiritus, per aspersionem fiat sanguinis Christi. Nec transitorie legat ejusdem apostoli verba dicentis: *Scientes, quod non corruptibilibus argento vel auro redempti estis de vana vestra conversatione paternæ traditionis; sed pretioso sanguine, quasi agni incontaminati & immaculati, Iesu Christi.* 1. Petr. 1. Ibidem. Beati quoque Ioannis apostoli testimonio non resistat, dicentis: *Et sanguis Iesu filii Dei emundat nos ab omni peccato:* 1. Ioan. 1. & iterum: *Hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra. Et quis est qui vincit mundum, nisi qui credit, quoniam Iesus est filius Dei? Hic est qui venit per aquam & sanguinem, Iesus Christus: non in aqua solum, sed in aqua & sanguine. Et Spiritus est qui testificatur, quoniam Christus est veritas: quia tres sunt qui testimoniam dant, Spiritus, aqua, & sanguis: & hi tres unum sunt:* 1. Ioan. 5. Spiritus utique sanctificationis, & sanguis redemptionis, & aqua baptismatis: quæ tria unum sunt & individua manent, nihilque eorum a sui connexione sejungitur: quia catholica ecclesia hac fide vivit ac proficit, ut in Christo Iesu nec sine vera divinitate humanitas, nec sine vera credatur humanitate divinitas.

C Πρὸς μέντοι γε τὴν διαλαλιὰν τῆς ὑμετέρας ἀκροάσεως ὁ Εὐτυχὴς ἀπεκρίνατο, λέγων. ὁμολογῶ ἐκ δύο φύσεων γεγενῆσθαι τὸν κύριον ἡμῶν πρὸ τῆς ἑνώσεως· μετὰ μέντοι τὴν ἕνωσιν μίαν φύσιν ὁμολογῶ· θαυμάζω δὲ οὕτως ἀλλόκοτον, καὶ οὕτω διεστραμμένην ὁμολογίαν, μηδεμιᾶς τῶν δικαζόντων ἐπιτιμήσει δόξασαν ἐπιλήψιμον· καὶ τὸν οὕτως ἄφρονα λόγον ἐν παραδρομῇ γεγονότα, ὡς τῶν ἀκουσθέντων οὐδενὶ προσκρουσάντων· ὁπότε τὸν αὐτὸν τρόπον ἐστὶν ἀσεβὲς τὸ λέγειν, ὡς ἐκ δύο φύσεων πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως ὁ μονογενής ἐστιν υἱὸς D τοῦ Θεοῦ, ὥσπερ ἐστὶν ἀθέμιτον τὸ διαβεβαιοῦσθαι, ὡς μετὰ τὸ τὸν λόγον σάρκα γενέσθαι, μία ἐν αὐτῷ φύσις ἐστίν· ὅπερ ὅπως ἂν μὴ Εὐτυχὴς ὀρθῶς, * ἢ τ᾽ οὖν ἀνεκτῶς ὑπολάβῃ ῥηθὲν· ἐπειδήπερ ἐξ οὐδεμιᾶς ἡμῶν ἐπεσόμισται ψήφου, τὴν τῆς σῆς ἀγάπης ὑπομιμνήσκομεν ἀκρίβειαν, ἀδελφὲ τιμιώτατε, ἵνα, εἰ διὰ τῶν τοῦ Θεοῦ οἰκτιρμῶν εἰς * ἀπολογίαν προέλθοι τὰ τοῦ πράγματος, ἡ ἀγνωσία τοῦ ἀμαθοῦς ἀνθρώπου καὶ ἀπὸ ταύτης τῆς φθορᾶς κατὰ τὴν οἰκείαν διάνοιαν * καθαρθῇ. ὅς τις μὲν οὖν, ὡς ἡ τάξις τῶν πεπραγμένων δηλοῖ, καλῶς ἀναχωρεῖν ἦν ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς ἰδίας ἐνστάσεως, ὁπηνίκα E τῇ ὑμῶν ἀποφάσει συνεχόμενος, ὡμολόγει λέγειν ἑαυτὸν, ὃ πρότερον οὐκ εἰρήκει, καὶ ταύτῃ ἐφησυχάζειν τῇ πίστει, ἧς ἐτύγχανε πρώην ἀλλότριος. ἀλλ᾽ ὁπότε ἐν τῷ ἀναθεματίζειν ἀσεβεῖ δόγματι συναινεῖν οὐκ ἠθέλετο, ἔγνω αὐτὸν ἡ ὑμῶν ἀδελφότης, ἐν τῇ οἰκείᾳ διαμένοντα κακοδοξίᾳ, καὶ ἄξιον εἶναι τοῦ δέχεσθαι τὴν κρίσιν τῆς καθαιρέσεως· ἐφ᾽ ᾧπερ, εἰ πιστῶς, καὶ συμφερόντως ἀλγεῖ, καὶ εἰ βράδιον γοῦν, ὅμως ἐπιγινώσκει, ὅπως εἰς δέον ἡ τῶν ἐπισκόπων

VI. Cum autem ad interlocutionem examinis vestri Eutyches responderit, dicens: Confiteor ex duabus naturis fuisse dominum nostrum ante adunationem, post adunationem vero unam naturam confiteor: miror tam absurdam, tamque perversam ejus professionem, nulla judicantium increpatione reprehensam, & sermonem nimis insipientem, nimisque blasphemum, ita omissum, quasi nihil, quod offenderet, esset auditum; cum tam impie duarum naturarum ante incarnationem unigenitus Dei Filius fuisse dicatur, quam nefarie postquam Verbum caro factum est, natura in eo singularis asseritur. Quod ne Eutyches ideo vel recte vel tolerabiliter æstimet dictum, quia nulla vestra est sententia confutatum; dilectionis tuæ diligentiam commonemus, frater carissime, ut si per inspirationem misericordiæ Dei, ad satisfactionem causa perducitur, imprudentia hominis imperiti etiam ab hac sensus sui * macula per te purgetur. Qui quidem (sicut gestorum ordo patefecit) bene cœperat a sua persuasione discedere, cum vestra sententia coartatus, profiteretur se dicere quod ante non dixerat, & ei fidei acquiescere, cujus prius fuisset alienus. Sed cum anathematizando impio dogmati noluisset præbere consensum, intellexit eum fraternitas vestra in sua manere perfidia, dignumque esse qui judicium condemnationis exciperet. De quo si fideliter atque utiliter dolet, & quam recte mota sit

* peste purgetur. al.

episcopalis auctoritas, vel sero cognoscit; A vel si ad satisfactionis plenitudinem omnia quæ ab eo male sunt sensa, viva voce & præsenti subscriptione damnaverit, non erit reprehensibilis erga correctum quantacumque miseratio: quia dominus noster verus & bonus pastor qui animam suam posuit pro ovibus suis, & qui venit animas hominum salvare, non perdere, imitatores nos suæ vult esse pietatis, ut peccantes quidem justitia coerceat, conversos autem misericordia non repellat. Tunc enim demum fructuosissime fides vera defenditur, quando etiam a sectatoribus suis opinio falsa damnatur. Ad omnem vero causam pie ac fideliter exequendam, fra- B tres nostros Iulianum episcopum & Renatum presbyterum [tituli sancti Clementis,] sed & filium meum Hilarum diaconum vice nostra direximus. Quibus Dulcitium notarium nostrum, cujus fides nobis est sæpe probata, sociamus, confidentes adfuturum divinitatis auxilium ut is qui erraverat, damnata sensus sui pravitate, salvetur. Deus te incolumem custodiat, frater carissime. Data Idibus Iunii, Asterio & Protogene viris clarissimis consulibus. [æra CCCC lxxxvi.

" ** *Ex cod. Boh.* Tiburtius notarius jussu domini mei venerabilis papæ Leonis edidi.

ἐπισκόπων ἐπ' αὐτῷ αὐθεντίᾳ κεκίνηται· ἢ εἰ πρὸς τὸ τέλειον τῆς ἀπολογίας ἴδοι, ὥστε πάντα τὰ παρ' αὐτοῦ κακῶς φρονηθέντα, ἐναργεῖ, καὶ παρούσῃ τῇ φωνῇ, καὶ οἰκείᾳ δὲ καταδικασθῆναι ὑπογραφῇ, οὐκ ἔσται καταγνώσεως ἄξιος ὁ περὶ τὸν διορθωθέντα ὁποσοῦν ἔλεος· ἐπειδήπερ ὁ κύριος ἡμῶν ὁ ἀληθινὸς, καὶ ἀγαθὸς ποιμὴν, ὁ τὴν ψυχὴν θεὶς ὑπὲρ τῶν προβάτων τῶν ἑαυτοῦ, καὶ ὃς ἦλθε τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων σῶσαι, οὐκ ἀπολέσαι, μιμητὰς ἡμᾶς τῆς οἰκείας ἀγαθότητος εἶναι βούλεται· ἵνα τοὺς μὲν ἁμαρτάνοντας σωφρονίσῃ τὸ δίκαιον, τοὺς ἐπιστρέψαντας δὲ ὁ τῆς συμπαθείας μηδαμῶς οἶκτος ἀπώσηται. τότε γὰρ ὄντως, τότε σὺν ἀγαθῷ τῷ καρπῷ τὸ τῆς πίστεως ἀληθὲς ἐνδείκνυται, ὅτε καὶ παρὰ τῶν τῆς δυσσεβείας * ἐξαρχῶν ἡ οἰκεία κακοδοξία καταδικάζεται. πρὸς δὲ τὸ πᾶσαν τὴν ὑπόθεσιν εὐσεβῶς, καὶ πιστῶς ἐξανυσθῆναι, τοὺς ἀδελφοὺς ἡμῶν Ιουλιανὸν τὸν ἐπίσκοπον, καὶ Ρενν᾽ᾶτον τὸν πρεσβύτερον, ἔτι γε μὴν καὶ τὸν υἱόν μου Ιλαρον τὸν διάκονον, εἰς τὸν ἡμῶν ἀπεστάλκαμεν τόπον. οἷς Δουλκίτιον τὸν νοτάριον τὸν ἡμέτερον, οὗ τὴν πίστιν ἐδοκιμάσαμεν, συνεζεύξαμεν, θαρροῦντες τὴν τοῦ Θεοῦ παρεσομένην βοήθειαν, ὥστε τὸν πλανηθέντα καταδικάσαντα τὴν σκαιότητα τοῦ φρονήματος τοῦ οἰκείου σωθῆναι. ὁ Θεὸς ἐῤῥωμένον σε διαφυλάττοι, ἀδελφὲ προσφιλέστατε.

* ἀντεχόντων

Ἐδόθη εἰδοῖς Ιουνίαις, ὑπατείας Ἀστερίου, καὶ Πρωτογένους τῶν λαμπροτάτων ὑπάτων.

" Hæc absunt a c. Boh.

Similiter " testimonia sanctorum patrum & confessorum. C

Ὁμοίως μαρτυρίαι ἁγίων πατέρων καὶ ὁμολογητῶν.

Pleraque hæc sanctorum patrum testimonia a sancto Leone adjuncta sunt epistolæ ipsius XCVII. ad Leonem Augustum, sed in aliquibus Græcis codicibus concilii hujus inseruntur etiam hoc loco.

Τοῦ ἁγίου Ιλαρίου ἐπισκόπου καὶ ὁμολογητοῦ ἐν τῷ περὶ πίστεως ἐννάτῳ λόγῳ.

Lib. 9. de trinit. fere in princip.

Sancti Hilarii episcopi & confessoris in lib. IX. de fide.

NESCIT plane vitam suam, nescit, qui Christum Iesum, ut verum Deum, ita & verum hominem ignorat. Et ejusdem periculi res est, Christum Iesum vel Spiritum Deum, vel carnem nostri corporis denegare. *Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui est in cælis. Qui autem negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo qui est in cælis.* (Matth. 10.) Hæc Verbum caro factum loquebatur, & homo Iesus Christus dominus majestatis docebat; mediator ipse in se ad salutem ecclesiæ constitutus, & in ipso illo inter Deum & homines mediatoris sacramento utrumque unus existens, dum ipse ex unitis in id ipsum naturis, naturæ utriusque res eadem est, ita tamen, ut neutro careret in utroque; ne forte Deus esse, homo nascendo, desineret; & homo rursus, Deus manendo, non esset. Hæc itaque humanæ beatitudinis fides vera est, Deum & hominem prædicare, Verbum & carnem confiteri: neque Deum nescire, quod & homo sit; neque carnem ignorare, quod Verbum sit.

ΟΥΚ οἶδεν, οὐκ οἶδεν ὄντως τὴν ἑαυτοῦ ζωὴν, ὃς Ιησοῦν τὸν Χριστὸν, ὡς ἀληθῆ Θεὸν, * ὄντως καὶ ἀληθῆ ἄνθρωπον οὐκ ἐπίσταται. τοῦ γὰρ αὐτοῦ κινδύνου τὸ πρᾶγμα τυγχάνει, ἐὰν Χριστὸν Ιησοῦν ἢ πνεῦμα * Θεοῦ, ἢ σάρκα τοῦ ἡμετέρου D ἀρνησώμεθα σώματος. ἅπας τοιγαροῦν, ὃς ἂν ὁμολογήσῃ με ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, κἀγὼ ὁμολογήσω αὐτὸν ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ὃς δ' ἂν ἀπαρνήσηταί με ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, κἀγὼ ἀρνήσομαι αὐτὸν ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ταῦτα ὁ λόγος σὰρξ γενόμενος ἔλεγεν, καὶ ἄνθρωπος Ιησοῦς Χριστὸς ὁ κύριος τῆς δόξης ἐδίδασκε πρὸς τὴν τῆς ἐκκλησίας σωτηρίαν μεσίτης αὐτὸς ὑπάρχων ἐν ἑαυτῷ τούτῳ τῷ μυστηρίῳ· δι' οὗ περ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις ἐμεσίτευσεν, εἷς τυγχάνων τὸ συναμφότερον ἐκ τῶν E ἑνωθεισῶν εἰς τὸ αὐτὸ τοῦτο δὴ φύσεων, ἓν καὶ ταὐτὸ δι' ἑκατέρας φύσεως ὤν· πλὴν οὕτως ὡς ἐν ἑκατέρῳ μηδετέρου χηρεύειν· μήπως παύσηται Θεὸς εἶναι τικτόμενος ἄνθρωπος· ἢ πάλιν ἄνθρωπος * οὐκ ἐν τῷ διαμένειν Θεός. οὐκοῦν τοῦτο τῆς ἐν ἀνθρώποις ἀληθοῦς πίστεως τὸ μακάριον, τὸ τὸν μὲν Θεὸν καὶ ἄνθρωπον κηρύττειν, τὴν δὲ σάρκα καὶ λόγον ὁμολογεῖν, καὶ * τότε Θεὸν εἰδέναι, ὅτι καὶ ἄνθρωπος εἴη· καὶ τὴν σάρκα μὴ ἀγνοεῖν, ὅτι καὶ λόγος ἐστίν.

* οὕτως

* Θεόν,

* οὐκ ἔτι ... Lat.

* ἴσ. τ...

Item

A

ACTIO SECUNDA. TESTIMONIA SS. PATRUM.

Τοῦ αὐτοῦ ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ.

Ἐκ παρθένου τοίνυν τεχθεὶς ἄνθρωπος ὁ μονογενὴς Θεὸς, καὶ κατὰ τὴν συμπλήρωσιν τοῦ καιροῦ μέλλων ὁ αὐτὸς ἐν ἑαυτῷ τὴν τοῦ ἀνθρώπου προκοπὴν εἰς Θεὸν ἀπεργάζεσθαι, ταύτην τὴν τάξιν ἐν ἅπασι τοῖς εὐαγγελικοῖς λόγοις ἐφύλαξεν· ἵνα ἑαυτὸν καὶ υἱὸν εἶναι Θεοῦ διδάξῃ πιστεύεσθαι, καὶ ἀνθρώπου υἱὸν ὑπομνήσῃ κηρύττεσθαι· τῷ μὲν ἄνθρωπος εἶναι, λαλῶν ἅπαντα, καὶ πράττων, ἅπερ ἐστὶ Θεοῦ· αὖθις δὲ καὶ * τὸ Θεὸς ὑπάρχειν λαλῶν ἅπαντα, καὶ πράττων, ἅπερ ἐστὶν ἀνθρώπου· οὕτω μέντοι, ὥστε ταύτῃ τῇ καθ' ἑκάτερον γένος αὐτὸν ὁμιλίᾳ μηδὲ πώποτε λαλεῖν, εἰ μὴ κατὰ τὸ σημαίνειν Θεόν τε, καὶ ἄνθρωπον.

Item ejusdem in eodem libro, inter cetera.

Ibidem paulo post.

Natus igitur unigenitus Deus ex virgine homo, & secundum plenitudinem temporum in semetipso provecturus in Deum hominem, hunc per omnia euangelici sermonis modum tenuit, ut se filium Dei credi doceret, & hominis filium prædicari admoneret: loquens & gerens homo universa quæ Dei sunt, loquens deinde & gerens Deus universa quæ hominis sunt; ita tamen, ut ipso illo utriusque generis sermone nunquam nisi cum significatione & hominis & Dei locutus sit.

B

Τοῦ αὐτοῦ ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ:

Ἐντεῦθεν τοιγαροῦν τοῦ δελεάζειν τοὺς ἁπλουστέρους, καὶ τοὺς ἀγνοοῦντας, τοῖς αἱρετικοῖς γίνεται πρόφασις· ὥστε τὰ παρ' ἐκείνου κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα λαληθέντα, ψευδομένοις λέγειν, ὡς κατὰ ἀσθένειαν τῆς θείας εἴρηται φύσεως· καὶ ἐπειδήπερ εἷς, καὶ ὁ αὐτός ἐστιν ὁ πάντα λαλῶν, ὅσαπερ καὶ ἐλάλει, φιλονεικεῖν αὐτοὺς περὶ ἑαυτοῦ πάντα αὐτὸν εἰρηκέναι. καὶ οὐδ' ἡμεῖς μὲν ἀρνούμεθα, πάντας τοὺς ὄντας αὐτοῦ λόγους, τῆς ἰδίας αὐτοῦ φύσεως εἶναι· ἀλλ' εἴπερ Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἄνθρωπος, καὶ Θεὸς, καὶ οὔτε μὴν ὅτε ἄνθρωπος, τότε πρῶτον Θεὸς, οὔτε μὴν ὅτε ἄνθρωπος, τότε οὐκ ἦν καὶ Θεός· οὐδὲ μετὰ τὸν ἄνθρωπον ἐν τῷ κυρίῳ, οὐχὶ * ὁ λόγος ἄνθρωπος, καὶ * ὁ λόγος Θεὸς, ἐπάναγκές ἐστιν ἓν, καὶ τὸ αὐτὸ εἶναι μυστήριον τῶν αὐτοῦ λόγων, ὃ καὶ τοῦ τόκου καθέστηκεν· καὶ ὅταν ἐν αὐτῷ κατὰ καιρὸν τὸν ἄνθρωπον ἀπὸ τοῦ Θεοῦ διαιρῇς, τότε τά τε τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ ἀνθρώπου διαχώριζε ῥήματα. καὶ ὁπηνίκα Θεὸν, καὶ ἄνθρωπον ὁμολογῇς, ἐν καιρῷ τὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀνθρώπου διάκρινε ῥήματα· ὅταν δὲ ἐκ Θεοῦ, καὶ ἀνθρώπου, πάλιν ἀνθρώπου, καθόλου, καὶ καθόλου Θεοῦ τὸν καιρὸν εἶναι νόησον, * ταῦτα λελάληται πρὸς τὸ μηνῦσαι τὸ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, τῷ καιρῷ τὰ λεχθέντα προσάρμοσον· καὶ ἐπειδήπερ * ἄλλος ἐστὶ πρὸ τοῦ ἀνθρώπου Θεὸς, * ἄλλος δὲ πάλιν ἄνθρωπος καὶ Θεὸς, καὶ ἄλλο μετὰ τὸν ἄνθρωπον, καὶ Θεὸν, ὅλος ἄνθρωπος, καὶ ὅλος Θεός· μὴ συγχέῃς τοῖς καιροῖς, καὶ τοῖς γένεσι τὸ τῆς οἰκονομίας μυστήριον· ἀνάγκη γὰρ κατὰ τὴν ποιότητα τῶν γενῶν, καὶ τῶν φύσεων, ἄλλην μὲν αὐτοῦ γεγενῆσθαι τὴν ὁμιλίαν, μηδέπω κατὰ τὸ τῶν ἀνθρώπου * τεχθέντα μυστήριον, ἄλλην δὲ ἔτι προσελαύνοντος τῷ θανάτῳ, καὶ ἄλλην * ἤδη τυγχάνοντος διαιωνίου. δι' ἡμᾶς τοίνυν ἅπαντα ταῦτα μένων Χριστὸς Ἰησοῦς, καὶ τεχθεὶς ἄνθρωπος σώματος ἡμετέρου, κατὰ τὴν συνήθειαν τῆς ἡμετέρας ἐλάλησε φύσεως, οὐ μὴν τῆς οἰκείας ἀποβαλὼν φύσεως τὸ εἶναι Θεός. εἰ γὰρ καὶ ἐν τῷ τόκῳ, καὶ τῷ πάθει, καὶ τῷ θανάτῳ τὰς τῆς ἡμετέρας φύσεως πράξεις διήνυσεν, ὅμως ἅπαντα ταῦτα τῇ δυνάμει τῆς ἑαυτοῦ διεπράξατο φύσεως.

Item alio loco in eodem libro, inter cetera.

Ibidem paucis interjectis.

Hinc itaque fallendi simplices atque ignorantes hæreticis occasio est, ut quæ ab eo secundum hominem dicta sunt, dicta esse secundum naturæ divinæ infirmitatem mentiantur: & quia unus atque idem est loquens omnia, quæ loquitur, de semetipso omnia eum locutum esse contendant. Nec sane negamus, totum illum, qui ejus manet, naturæ suæ esse sermonem. Sed si Iesus Christus & homo & Deus est, & neque cum homo, tum primum Deus; neque cum homo, tum non etiam & Deus; neque post hominem in Deo non totus homo, totus Deus; unum atque idem necesse est dictorum ejus sacramentum esse, quod * generum. Et cum in eo secundum tempus discernis hominem a Deo, Dei tum atque hominis discerne sermonem: & cum Deum atque hominem in tempore confiteris, Dei atque hominis in tempore dicta dijudica. Cum vero ex homine & Deo, rursum totius hominis, totius etiam Dei tempus * intelligis. Si quid aliud ad demonstrationem ejus temporis dictum est, tempori coaptato quæ dicta sunt: ut cum aliud sit ante hominem Deus, aliud sit homo & Deus, aliud sit post hominem & Deum totus homo, & totus Deus, non confundas temporibus & generibus dispensationis sacramentum, cum pro qualitate generum ac naturarum, alium ei in sacramento hominis necesse est sermonem fuisse non nato, alium adhuc morituro, alium jam æterno. Nostri igitur causa hæc omnia Iesus Christus * manens, & corporis nostri homo natus, secundum consuetudinem naturæ nostræ locutus est; non tamen omittens naturæ suæ esse, quod Deus est. Nam tametsi in partu & passione ac morte, naturæ nostræ res peregerit, res tamen ipsas omnes virtute naturæ suæ gessit. *& reliqua.*

* generis.
* intellige.
* gerens.

Actio secvnda. Testimonia SS. Patrvm. Aliquanto post.

Item alio loco in eodem libro, inter cetera.

Vides ne ita Deum & hominem prædicari, ut mors homini, Deo vero carnis excitatio deputetur? [Non tamen ut alius sit qui mortuus est, & alius sit per quem mortuus resurgit. Spoliata enim carne, Christus est mortuus: & rursum Christum a mortuis excitans, idem Christus est, carne se spolians.] Naturam Dei in virtute resurrectionis intellige; dispensationem hominis in morte cognosce. Et cum sint utraque suis gesta naturis, unum tamen Christum Iesum eum memento esse, qui utrumque est.

Item post pauca.

Hæc igitur demonstranda a me paucis fuerunt, ut utriusque naturæ personam tractari in domino Iesu Christo meminissemus: qui erat in forma Dei, formam servi accepit.

Philipp. 2.

Sancti Gregorii episcopi Nazianzi, in homilia de epiphania, inter cetera.

Est in oratione de nativitate Christi, non longe a fin.

Cum ergo processisset ex virgine Deus in ea, quam assumpserat, humana natura, unum e duobus sibi invicem contrariis existens, carne & spiritu, horum aliud in Deum assumitur, aliud deitatis gratiam præstat.

Item infra.

Ibidem paulo post.

Missus est quidem, sed ut homo. Duplex enim erat in eo natura. Inde denique & laboravit [ex itinere,] inde & esuriit, & sitivit, & contristatus est, & flevit, humani corporis lege.

Item sancti Ambrosii episcopi & confessoris [Mediolanensis ecclesiæ,] ex libro secundo de fide ad Gratianum imperatorem, inter cetera.

Cap. 4. initio. 1. Cor. 2.

Vnde illud quod lectum est, dominum majestatis crucifixum esse, non quasi in majestate sua crucifixum putemus: sed quia idem Deus, idem homo; per divinitatem Deus, per susceptionem carnis homo Iesus Christus; dominus majestatis dicitur crucifixus, quia consors utriusque naturæ, id est, humanæ atque divinæ, in natura hominis subiit passionem, ut indiscrete & dominus majestatis dicatur esse qui passus est, & filius hominis, sicut scriptum est, *qui descendit de cælo.*

Ioan. 3.

Item alio loco in eodem libro, inter cetera.

Eod. cap. ante med. 1. Cor. 2.

Sileant igitur inanes de sermonibus quæstiones, quia *regnum Dei*, sicut scriptum est, *non in persuasione verbi est, sed in ostensione virtutis.* Servemus distinctionem divinitatis & carnis. Vnus in utraque loquitur Dei Filius, quia in eodem utraque natura est. Etsi idem loquitur, non uno semper loquitur modo. Intende in eo nunc gloriam Dei, nunc hominis passiones. Quasi Deus loquitur quæ sunt divina, quia Verbum est: quasi homo dicit quæ sunt humana, quia in ea substantia loquebatur.

A Ὁμοίως τοῦ αὐτοῦ ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ.

Ἀnn. Chris. 451.

Ὁρᾷς ἄρα, οὕτω Θεὸν, καὶ ἄνθρωπον ὁμολογεῖσθαι, ὥστε τὸν μὲν θάνατον τῷ ἀνθρώπῳ, τῷ δὲ Θεῷ τῆς σαρκὸς λογίζεσθαι τὴν ἀνάστασιν;

. . . .

. . . .

τὴν μὲν γὰρ τοῦ Θεοῦ φύσιν ἐν τῇ δυνάμει τῆς ἀναστάσεως νόει· τὴν δὲ κατ' ἄνθρωπον οἰκονομίαν ἐν τῷ θανάτῳ ἐπίγνωθι. καὶ ἐπειδήπερ ἑκάτερα ταῖς οἰκείαις γεγένηται φύσεσιν, ἕνα μοι Χριστὸν Ἰησοῦν ἐκεῖνον εἶναι μνημόνευε, τὸν ὄντα ἀμφότερα.

B Καὶ μετ' ὀλίγα.

Ταῦτα δὲ τούτου χάριν διὰ βραχέων ὑπέδειξα, ἵνα ἑκατέραν φύσιν ἐν τῷ κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ νοεῖσθαι μνημονεύωμεν· ὁ γὰρ ὢν μορφῇ Θεοῦ, ἔλαβε δούλου μορφήν.

Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Ναζιανζοῦ ἐν τῇ ὁμιλίᾳ τῇ περὶ τῶν 'ἐπιφανείων.

ἐπιφαν...

Ἐπειδὴ τοίνυν προῆλθεν ἐκ τῆς παρθένου Θεὸς μετὰ τῆς προσλήψεως, * ἐκ δύο τῶν ἑαυτοῖς ἐναντίων, σαρκὸς, καὶ πνεύματος· ὧν τὸ μὲν αὐτῶν εἰς τὸν Θεὸν προσελήφθη, τὸ δὲ τὴν χάριν παρέσχηκε τῆς θεότητος.

* ἐν ...

C Ὁμοίως τοῦ αὐτοῦ μετ' ὀλίγα.

Ἀπεστάλη μὲν, ἀλλ' ὡς ἄνθρωπος· διπλῆ γὰρ ἦν ἡ φύσις ἐν τούτῳ. ἀμέλει τοι ἐντεῦθεν καὶ ἐκοπίασε, καὶ ἐπείνησε, καὶ ἐδίψησε, καὶ ἠγωνίασε, καὶ ἐδάκρυσεν ἀνθρωπίνου σώματος νόμῳ.

Τοῦ ἁγίου Ἀμβροσίου ἐπισκόπου καὶ ὁμολογητοῦ, ἐκ τῶν περὶ πίστεως λόγων, τῶν πρὸς Γρατιανὸν τὸν βασιλέα, λόγου δευτέρου.

Ὅθεν ἐκεῖνο τὸ ἀναγνωσθὲν, ὡς ὁ κύριος τῆς δόξης ἐσταύρωται, μὴ τῇ ἑαυτοῦ δόξῃ σταυρωθέντα νομίσωμεν· ἀλλ' ἐπεὶ ὁ αὐτὸς Θεός τε, καὶ ἄνθρωπος κατὰ μὲν τὴν θεότητα, Θεὸς, κατὰ δὲ τὴν πρόσληψιν τῆς σαρκὸς, ἄνθρωπος Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ κύριος τῆς δόξης ἐσταυρῶσθαι λέγεται· καὶ γὰρ ἑκατέρας μετέχει φύσεως, τουτέστιν ἀνθρωπίνης, καὶ θείας· ἐν τῇ τοῦ ἀνθρώπου γὰρ φύσει τὸ πάθος ὑπέμεινεν· ἵνα ἀδιαιρέτως καὶ κύριος τῆς δόξης, καὶ υἱὸς ἀνθρώπου εἶναι λέγηται ὁ παθών· καθὼς γέγραπται· ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς.

D

Ὁμοίως τοῦ αὐτοῦ ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ, ἐν ἄλλῳ τόπῳ.

Σιγάτωσαν τοιγαροῦν αἱ περὶ τῶν λόγων μάταιαι ζητήσεις, ἡ γὰρ τοῦ Θεοῦ βασιλεία, καθὼς γέγραπται, οὐκ ἐν πειθοῖ λόγων ἐστὶν, ἀλλ' ἐν ἀποδείξει δυνάμεως. φυλάξωμεν τὴν διαφορὰν τῆς σαρκός τε καὶ τῆς θεότητος· εἷς γὰρ Θεοῦ υἱὸς ἐν ἑκατέρᾳ λαλεῖ, ἐπειδήπερ ἑκατέρα φύσις ἐστὶν ἐν αὐτῷ. ἀλλ' εἰ καὶ ὁ αὐτὸς λαλεῖ, οὐχ ἑνὶ μέντοι γε πάντοτε τρόπῳ λαλεῖ· ὁρᾷς ἐν αὐτῷ νῦν μὲν δόξαν Θεοῦ, νῦν δὲ πάθη ἀνθρώπου· ὡς Θεὸς λαλεῖ τὰ ὄντα θεῖα, ἐπειδήπερ λόγος ἐστίν· ὡς ἄνθρωπος λαλεῖ τὰ ἀνθρώπινα, ἐπειδήπερ ἐν ταύτῃ ἐλάλει τῇ φύσει.

E

Ὁμοίως

ANNO CHRISTI 451.

ACTIO SECVNDA. TESTIMONIA SS. PATRVM.

Ὁμοίως τοῦ αὐτοῦ ἐν τῷ λόγῳ τῷ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ κυρίου, κατὰ Ἀπολιναριστῶν.

Ἀλλ' ἐν ὅσῳ τούτοις ἐλέγχομεν, ἀνεφύησαν ἕτεροι λέγοντες· τό, τε σῶμα τοῦ κυρίου καὶ τὴν θεότητα μιᾶς φύσεως εἶναι· ποῖος ᾅδης τὴν τοσαύτην βλασφημίαν ἠρεύξατο; Ἀρειανοὶ γὰρ ἤδη τυγχάνουσιν ἀνεκτότεροι, ὧν ἡ ἀπιστία διὰ τούτοις κρατύνεται· ὥστε μείζονι φιλονεικίᾳ, πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα μιᾶς οὐσίας μὴ λέγειν· ἐπειδήπερ οὗτοι τὴν θεότητα τοῦ κυρίου καὶ τὴν σάρκα μιᾶς φύσεως εἰπεῖν ἐπεχείρησαν.

Ὁμοίως τοῦ αὐτοῦ μετ' ὀλίγα. Καὶ * οὗτος λέγει μοι συνεχῶς, τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου ἑαυτὸν κατέχειν τὴν ἔκθεσιν· ἀλλ' ἐν ἐκείνῃ τῇ ἐξετάσει οἱ ἡμέτεροι πατέρες οὐχὶ τὴν σάρκα, τὸν δὲ τοῦ Θεοῦ λόγον, μιᾶς τῷ πατρὶ οὐσίας εἶναι εἰρήκασι· καὶ τὸν μὲν λόγον ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς προεληλυθέναι οὐσίας, τὴν δὲ σάρκα ἐκ τῆς παρθένου τυγχάνειν ὡμολογήκασι. διὰ τί τοίνυν ἡμῖν τὸ μὲν τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου προτείνουσιν ὄνομα, εἰσάγουσι δὲ καινὰ, καὶ ἅπερ οὐκ ἐνεθυμήθησάν ποτε οἱ ἡμέτεροι πρόγονοι;

A

Item ejusdem in libro de incarnatione domini contra Apollinaristas.

Sed dum hos redarguimus, emergunt alii, qui carnem domini & divinitatem dicunt unius esse naturæ. Quæ tantum sacrilegium inferna vomuere? Iam tolerabiliores sunt Ariani, quorum per istos perfidiæ robur adolescit, ut majore contentione asserant, Patrem & Filium & Spiritum sanctum unius non esse substantiæ: quia isti divinitatem domini & carnem, substantiæ unius dicere tentavere. Cap. 6.

B

Item infra. Et hic mihi frequenter Nicæni concilii tractatum se tenere commemorat. Sed in illo tractatu patres nostri non carnem, sed Dei Verbum unius substantiæ cum Patre esse dixerunt. Et Verbum quidem ex paterna processisse substantia, carnem autem ex virgine esse confessi sunt. Quomodo igitur Nicæni concilii nomen obtenditur, & nova inducuntur, quæ nunquam nostri sensere majores? *& reliqua.* Eod. cap.

Ὁμοίως τοῦ ἁγιωτάτου Ἰωάννου ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, ἐν τῇ ὁμιλίᾳ τῇ περὶ τῆς ἀναλήψεως τοῦ κυρίου.

Καθάπερ γὰρ δύο τινῶν ἀμφιμαχίᾳ διαστάντων, ἕτερός τις ἐν μέσῳ * παρεντεθεὶς, λύει τὴν τῶν ἐριζόντων μάχην τε, καὶ διχόνοιαν, οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἐποίησεν. ὠργίζετο μὲν ἡμῖν δικαίως ὁ Θεὸς, ἡμεῖς δὲ τῆς αὐτοῦ κατεφρονοῦμεν ὀργῆς, τὸν φιλάνθρωπον δεσπότην ἀποστρεφόμενοι· καὶ μέσον ἑαυτὸν ἐμβαλὼν ὁ Χριστὸς, ἑκατέραν φύσιν εἰς φιλίαν συνήγαγεν· καὶ τὴν παρὰ τοῦ πατρὸς ἐπικειμένην ἡμῖν, αὐτὸς τιμωρίαν ὑπέμεινεν.

C

Item sancti Ioannis episcopi Constantinopolitani, in homilia de ascensione domini.

Nam sicut * duobus jurgio separatis, unus in medio positus, altercantium litem discordiamque dissolvit, ita & Christus fecit. Deus nobis juste irascebatur: & nos contemnebamus iratum, & clementem dominum declinabamus: & se medium Christus ingessit & sociavit utramque naturam: & quod a Patre nobis imminebat supplicium ipse sustinuit.

Tom. 3. operum ejus. * inter duos conserta pugna dissidentes, unus

Ὁμοίως τοῦ αὐτοῦ Ἰωάννου, ἐν τῇ αὐτῇ ὁμιλίᾳ.

Προσήνεγκε τοίνυν τὰς ἀπαρχὰς τῆς ἡμετέρας φύσεως τῷ πατρὶ, καὶ τὸ δῶρον αὐτὸς ἐθαύμασεν ὁ πατὴρ, διά τε τὴν τοσαύτην ἀξίαν τοῦ προσκομίσαντος, καὶ τοῦ προσενεχθέντος τὸ ἄμωμον. καὶ γὰρ οἰκείαις ἐδέξατο τοῦτο χερσὶ, καὶ τοῦ θρόνου μέτοχον εἶναι τοῦ οἰκείου πεποίηκε· καὶ τὸ πλέον, ἐν τῷ τῆς ἑαυτοῦ δεξιᾶς * αὐτὸ μέρει καθίδρυσεν· οὐκοῦν ἐπιγνῶμεν. τίς ἐκεῖνος ὁ ἀκούσας παρὰ· κάθου ἐκ δεξιῶν μου· τίς ἦν ἡ φύσις ἐκείνη, πρὸς ἣν εἶπεν· ἔσο τοῦ θρόνου μου κοινωνός· ἐκείνη ἦν ἡ φύσις, πρὸς ἣν εἶπε· γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. Καὶ πάλιν, τοῦ αὐτοῦ Ἰωάννου μετ' ὀλίγα· ποίῳ χρήσομαι λόγῳ, ποίοις φθέγξομαι ῥήμασιν, ἀγνοῶ. ἡ φύσις ἡ σαθρὰ, ἡ φύσις ἡ εὐτελὴς, ἡ πάντων ἐλάσσων ἀποδειχθεῖσα, πάντα νενίκηκεν, ὑπερέβαλεν ἅπαντα σήμερον, ἀνωτέρα γενέσθαι πάντων ἠξίωται· σήμερον ἀπέλαβον, * ὅπερ ἐπὶ χρόνον πολὺν ἐπεθύμησαν ἄγγελοι· σήμερον ἀρχάγγελοι τῶν ἐπιπολὺ ποθουμένων θεαταὶ γενέσθαι δεδύνηνται· καὶ τὴν φύσιν τὴν ἡμετέραν ἐν τῷ θρόνῳ τοῦ βασιλέως τῇ δόξῃ τῆς ἀθανασίας ἐκλάμπουσαν κατενόησαν.

D

Item ejusdem episcopi in eadem homilia, inter cetera.

Christus igitur nostræ naturæ primitias obtulit Patri, & oblatum donum miratus est Pater, quod & tanta dignitas offerebat, & quia quod offerebatur, nulla macula fœdabatur. Nam & suis manibus suscepit oblatum, & suæ sedis fecit esse participem, & quod plus est, ad partem suæ dexteræ collocavit. Cognoscamus igitur quis ille est qui audivit: *Sede ad dexteram meam*: quæ natura est, cui dixit: Esto meæ particeps sedis. Illa natura est, quæ audivit: *Terra es, & in terram ibis. Et rursus in eadem homilia, aliquanto post.* Quo sermone utar, quo verbo dicam, reperire non possum. Natura fragilis, natura contempta, & omnibus monstrata * deterior, omnia vicit, omnia superavit, & omnibus hodierna die meruit excelsior reperiri. Hodie angeli vota diu desiderata receperunt: hodie archangeli, quod multo tempore cupiebant, inspicere valuerunt. naturam nostram in sede dominica, immortali fulgentem gloria perviderunt.

Psalm. 109. Genes. 3. E * minor.

ACTIO SECVNDA. TESTIMONIA SS. PATRVM.

Item sancti Augustini episcopi Hipponensis in epistola ad Volusianum, inter cetera.

Epist 3. circa med. tom. 2.

A Nunc vero ita inter Deum & homines mediator apparuit, ut in unitate personæ copulans utramque naturam, & solita sublimaret insolitis, & insolita solitis temperaret.

Item ejusdem in expositione euangelii secundum Ioannem, inter cetera.

Tract. 78. post med. tom. 9.

Quid igitur, hæretice? Cum Christus sit Deus & homo, loquitur ut homo; & calumniaris Deo? Ille in se naturam commendat humanam, tu in illo audes deformare divinam. B

Item ejusdem Augustini in sermone de expositione fidei.

Ex Græco translatum

Nostrum etenim est credere, illius vero scire: & ita ipse Deus Verbum cum totum susceperit quod est hominis, homo sit: & assumptus homo cum totum susceperit quod est Dei, non sit aliud quid, nisi quod Deus: non tamen quia incarnatus esse dicitur & mixtus, imminutam fuisse ejus substantiam putandum est. Novit miscere seipsum Deus sine sui corruptione, & miscere quidem secundum veritatem. novit ita in se suscipere, ut nihil sibi ex accessione augeatur. C quemadmodum novit, seipsum totum infudit, ut nihil ipsi imminutionis accideret. Ne igitur secundum nostræ infirmitatis intelligentiam, & sensibilia experientiæ documenta æstimantes, ex æqualibus quæ inter se miscentur creaturis mixtum fuisse putemus Deum & hominem, & ejusmodi confusione Verbi & carnis quasi corpus quoddam factum fuisse. absit ut ita credamus; ne forte ex rerum congredientium modo, duas naturas in unam hypostasin convenisse putemus. nam ejusmodi mixtio est partis utriusque corruptio. Deus autem qui capit, non capitur; qui investigat, non investigatur; qui implet, non impletur; D qui ubique simul totus est, & per omnia tendit, per id quod suam vim infudit, ut misericors, mixtus est humanæ naturæ, non tamen hominis natura mixta divinæ.

Cyrilli archiepiscopi Alexandrini, e scholiis de incarnatione Vnigeniti.

Cap. 4. Hebr. 2.

Homo nominatus est, cum sit natura Deus, Dei Patris Verbum; quoniam similiter ut nos, sanguini communicavit & carni. Sic enim in terris apparuit, non amittens id quod erat, sed assumens humanitatis nostræ naturam in sua ratione perfectam. E

Item ejusdem in eodem libro, de incarnatione Vnigeniti.

Cap. 13. ante med.

Vnus igitur est & ante incarnationem Deus verus, & qui in humanitate mansit id quod erat, & est, & erit. Non discernendum igitur unum dominum Iesum Christũ in hominem seorsum, [& seorsum in Deum;] sed unum eumdemque Iesum Christum esse dicimus, non ignorantes differentiam naturarum, sed eas inconfusas inter se servantes.

ANNO CHRISTI 451.

Ὁμοίως, ἐκ τῆς ἐπιστολῆς τῆς πρὸς Βολουσιανὸν τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου Αὐγουστίνου.

Νῦν δὲ * οὗτος μεταξὺ Θεοῦ, καὶ ἀνθρώπων ἀνεφάνη μεσίτης· ὥστε αὐτὸν ἐν τῇ τοῦ προσώπου ἑνότητι συνάπτειν ἑκατέραν τὴν φύσιν, καὶ τὰ ἐν ἔθει αὔξοντα τοῖς ἀήθεσι, καὶ τὰ ἀήθη συγκεράσαντα τοῖς ἐξ ἔθους.

* οὕτως L.

Ὁμοίως τοῦ αὐτοῦ Αὐγουστίνου ἐν τῇ * ἐκθέσει τοῦ εὐαγγελίου τοῦ κατὰ τὸν ἅγιον Ἰωάννην.

* ἑρμηνείᾳ

Τί τοίνυν αἱρετικέ; ἐπειδὴ Χριστός ἐστι Θεὸς, καὶ ἄνθρωπος, λαλεῖ μὲν ὡς ἄνθρωπος, συκοφαντεῖς δὲ Θεόν; ἐκεῖνος * ἐν αὐτῷ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ὑψοῖ, σὺ ἐν ἐκείνῳ τολμᾷς ἐξευτελίσαι τὴν θείαν;

* ἑαυτῷ L.

Ὁμοίως τοῦ αὐτοῦ Αὐγουστίνου ἐν τῷ λόγῳ τῷ περὶ τῆς ἐκθέσεως τῆς πίστεως.

Καὶ γὰρ ἡμέτερόν ἐστι τὸ πιστεύειν, ἐκείνου δὲ τὸ εἰδέναι· καὶ οὕτως αὐτὸς ὁ Θεὸς λόγος τὸ πᾶν ὑποδεξάμενος, ὅπερ ἐστὶν ἀνθρώπου, ἄνθρωπος ἔστω· καὶ ὁ προσληφθεὶς ἄνθρωπος, ὑποδεξάμενος ἅπαν, ὅπερ ἐστὶ Θεοῦ, ἄλλο τι μὴ ἔστω, πλὴν ὅπερ Θεός· οὐ μὴν ἐπειδὴ σεσαρκωμένος εἶναι λέγεται, καὶ μικτὸς, μεμειῶσθαι τὴν οὐσίαν τὴν αὐτοῦ νομιστέον. οἶδε μιγνύναι Θεὸς ἑαυτὸν δίχα τῆς οἰκείας φθορᾶς, καὶ μιγνύναι μέντοι γε κατ᾽ ἀλήθειαν. οἶδεν οὕτως ἐν ἑαυτῷ ὑποδέξασθαι, ὥστε μηδὲν αὐτῷ προσθήκης αὐξάνεσθαι· καθὼς οἶδεν, ἑαυτὸν ὅλον ἐνέχεεν· ὥστε μηδὲν αὐτῷ συμβῆναι μειώσεως. μὴ τοίνυν κατὰ τὴν τῆς ἡμετέρας ἀσθενείας ἔννοιαν, καὶ τὰ αἰσθητὰ τῆς πείρας διδάγματα στοχαζόμενοι, ἐκ τῶν ἴσων τῶν * ἐν αὐτοῖς μιγνυμένων κτισμάτων μεμίχθαι νομίσωμεν Θεόν τε, καὶ ἄνθρωπον· καὶ τῇ τοιαύτῃ συγχύσει τοῦ τε λόγου, καὶ τῆς σαρκὸς, ὡσανεί τι σῶμα γενόμενον. ἀπέστω οὕτω πιστεύειν· μήπως τῷ τρόπῳ τῶν συνερχομένων, δύο φύσεις εἰς μίαν ὑπόστασιν ἐνηνέχθαι νομίσωμεν, ἡ γὰρ τοιαύτη μίξις ἐστὶν ἑκατέρου μέρους φθορά. ὁ δὲ Θεὸς ὁ χωρῶν, ἀλλ᾽ οὐ χωρούμενος, ἐρευνῶν, οὐκ ἐρευνώμενος, πληρῶν, ἀλλ᾽ οὐ πληρούμενος, ὁ πανταχοῦ ὁμοῦ ὢν ὅλος, καὶ δι᾽ ὅλων χωρῶν, διὰ τοῦ ἐγχέαι τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν, ὡς οἰκτίρμων, ἐμίγη τῇ φύσει τῇ ἀνθρωπείᾳ, οὐ μὴν ἡ ἀνθρώπου φύσις ἐμίγη τῇ θείᾳ.

* ἑαυτοῖς

Κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἀπὸ τῶν σχολίων περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ μονογενοῦς.

Ἄνθρωπος ὠνόμασται, καίτοι κατὰ φύσιν ὑπάρχων Θεὸς, ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος, ὡς μετεσχηκὼς αἵματος, καὶ σαρκὸς παραπλησίως ἡμῖν. ὤφθη γὰρ οὕτω τοῖς ἐπὶ γῆς, καὶ οὐ μεθεὶς ὅπερ ἦν, ἀλλ᾽ ἐν προσλήψει γεγονὼς τῆς καθ᾽ ἡμᾶς ἀνθρωπότητος τελείως ἐχούσης κατὰ τὸν ἴδιον λόγον.

Τοῦ αὐτοῦ Κυρίλλου περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ μονογενοῦς.

Εἷς οὖν ἄρα ἐστὶν ὁ καὶ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως Θεὸς ἀληθὴς, καὶ ἐν ἀνθρωπότητι μεμενηκὼς, ὅπερ ἦν τε, καὶ ἔστι, καὶ ἔσται. οὐ διαιρετέον ἄρα τὸν ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν εἰς ἄνθρωπον ἰδικῶς. ἀλλ᾽ ἕνα, καὶ τὸν αὐτὸν Ἰησοῦν Χριστὸν εἶναί φαμεν, τὴν τῶν φύσεων εἰδότες διαφορὰν, καὶ ἀσυγχύτους ἀλλήλαις τηροῦντες αὐτάς.

Τοῦ αὐτοῦ Κυρίλλου μετ᾽ ἄλλα.

Νοεῖται γὰρ πάντως, ὡς ἕτερος ἐν ἑτέρῳ, τὸ κατοικοῦν, τουτέστιν, ἡ θεία φύσις ἐν ἀνθρωπότητι, καὶ οὐ παθοῦσα φυρμὸν, ἢ ἀνάχυσίν τινα, καὶ μετάστασιν, τὴν εἰς ὅπερ οὐκ ἦν. τὸ γὰρ ἐνοικεῖν ἑτέρῳ λεγόμενον, οὐκ αὐτὸ γέγονεν ὅπερ ἐστὶ τοῦτο ἐν ᾧ κατοικεῖ· νοεῖται δὲ μᾶλλον ἕτερον ἐν ἑτέρῳ· ἐν δέ γε τῇ φύσει τοῦ λόγου, καὶ τῆς ἀνθρωπότητος, μόνην ἡμῖν σημαίνει διαφορὰν τῶν φύσεων τὸ διάφορον· εἷς γὰρ ἐξ ἀμφοῖν νοεῖται Χριστός. οὐκοῦν τὸ ἀσύγχυτον εὖ μάλα τετηρηκὼς, φησὶν ἐν ἡμῖν ἐσκηνωκέναι τὸν λόγον. ἕνα γὰρ υἱὸν οἶδε μονογενῆ τὸν σάρκα γενόμενον, καὶ ἐνανθρωπήσαντα.

Καὶ μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τῆς προγεγραμμένης ἐπιστολῆς, οἱ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι ἐβόησαν· αὕτη ἡ πίστις τῶν πατέρων· αὕτη ἡ πίστις τῶν ἀποστόλων· πάντες οὕτω πιστεύομεν· οἱ ὀρθόδοξοι οὕτω πιστεύουσιν. ἀνάθεμα τῷ μὴ οὕτω πιστεύοντι. Πέτρος διὰ Λέοντος ταῦτα ἐξεφώνησεν· οἱ ἀπόστολοι οὕτως ἐδίδαξαν· εὐσεβῶς, καὶ ἀληθινῶς Λέων ἐδίδαξε· Κύριλλος οὕτως ἐδίδαξε. Κυρίλλου αἰωνία ἡ μνήμη. Λέων, καὶ Κύριλλος ὁμοίως ἐδίδαξαν. Λέων, καὶ Κύριλλος οὕτως ἐδίδαξαν. ἀνάθεμα τῷ μὴ οὕτω πιστεύοντι. αὕτη ἡ ἀληθινὴ πίστις. οἱ ὀρθόδοξοι οὕτω φρονοῦμεν. αὕτη ἡ πίστις τῶν πατέρων. ταῦτα ἐν Ἐφέσῳ διὰ τί οὐκ ἀνεγνώσθη; ταῦτα Διόσκορος ἔκρυψεν.

Ἡνίκα δὲ ἀνεγινώσκετο τὸ μέρος τῆς προγεγραμμένης ἐπιστολῆς, τὸ περιέχον· καὶ πρὸς τὸ τὸ χρεωστούμενον ὄφλημα τῆς ἡμετέρας φύσεως ἐκτιθῆναι, ἡ θεία φύσις ἡνώθη τῇ φύσει τῇ παθητῇ· ἵνα τοῦτο δὴ τὸ ταῖς ἡμετέραις ἰάσεσιν ὑπάρχον ἁρμόδιον, ὁ εἷς, καὶ ὁ αὐτὸς ὢν μεσίτης Θεοῦ, καὶ ἀνθρώπων ἄνθρωπος Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ ἀποθνήσκειν ἐκ τοῦ ἑνὸς δυνηθῇ, καὶ τελευτᾷν ἐκ τοῦ ἑτέρου μὴ δυνηθῇ· ἀμφιβαλλόντων τῶν Ἰλλυρικῶν καὶ Παλαιστινῶν εὐλαβεστάτων ἐπισκόπων, Ἀέτιος ἀρχιδιάκονος τῆς βασιλευούσης Κωνσταντινουπόλεως ἀνέγνω Κυρίλλου, τοῦ τῆς ὁσίας μνήμης γενομένου ἐπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρέων πόλεως, κεφάλαιον περιέχον οὕτως· ἐπειδὴ δὲ πάλιν τὸ ἴδιον αὐτοῦ σῶμα χάριτι Θεοῦ, καθά φησιν ὁ ἀπόστολος, ὑπὲρ παντὸς ἐγεύσατο θανάτου, λέγεται παθεῖν αὐτὸς τὸν ὑπὲρ ἡμῶν θάνατον, οὐχ ὡς εἰς πεῖραν ἐλθὼν θανάτου τό γε ἧκον εἰς τὴν αὐτοῦ φύσιν, ἀποπληξία γὰρ τὸ λέγειν τοῦτο, ἢ φρονεῖν· ἀλλ᾽ ὅτι, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, ἡ σὰρξ αὐτοῦ ἐγεύσατο θανάτου.

Ὁμοίως, ἡνίκα ἀνεγινώσκετο τὸ μέρος τὸ περιέχον· ἐνεργεῖ γὰρ ἑκατέρα μορφὴ μετὰ τῆς θατέρου κοινωνίας, ὅπερ ἴδιον ἔσχηκε, τοῦ μὲν λόγου κατεργαζομένου τοῦθ᾽, ὅπερ ἐστὶ τοῦ λόγου, τοῦ δὲ σώματος ἐκτελοῦντος, ἅπερ ἐστὶ τοῦ σώματος· καὶ τὸ μὲν αὐτῶν διαλάμπει τοῖς θαύμασι, τὸ δὲ ταῖς ὕβρεσιν ὑποπέπτωκεν· ἀμφιβαλλόντων τῶν Ἰλλυρικῶν, καὶ Παλαιστινῶν εὐλαβεστάτων ἐπισκόπων, Ἀέτιος ἀρχιδιάκονος τῆς ἁγίας ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως ἀνέγνω τοῦ τῆς ὁσίας μνήμης Κυρίλλου κεφάλαιον, περιέχον οὕτως· αἱ μέν εἰσι τῶν φωνῶν ὅτι μάλιστα θεοπρεπεῖς, αἱ δὲ οὕτω πάλιν ἀνθρωποπρεπεῖς, αἱ δὲ μέσην τινὰ τάξιν ἔχουσιν, ἐμφανίζουσαι τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ Θεὸν ὄντα, καὶ ἄνθρωπον ὁμοῦ ἐν ταὐτῷ.

A *Item ejusdem Cyrilli post alia.*

* Dicitur namque tamquam aliud in alio inhabitare, id est, divina natura in humanitate, non perpessa commixtionem, aut confusionem, aut transmutationem, ut esset quod non erat. Quidquid enim in alio habitare dicitur, non ipsum fit tale, quale est id, in quo inhabitat, sed aliud in alio magis intelligitur. At vero in Verbi * persona & humanitatis, solam nobis differentiam designat diversitas naturarum. Vnus enim ex utraque intelligitur Christus. Ergo * inconfusione, ut ante dixi, servata inhabitasse ait Verbum in nobis.
B Scit enim, unum esse Filium unigenitum, carnem factum & hominem.

Eod. lib. c. 25. post med.

* Intelligitur namque omnino tamquam

* natura

B Et his remeantibus, Aetius archidiaconus & primicerius notariorum dixit: Qui secundæ ministraverunt vocationi, sanctissimi episcopi Pergamius & Cecropius & Rufinus, advenerunt; & hoc ipsum suggerimus. Stephanus episcopus Ephesi dixit: Dicant Deo amicissimi episcopi, si quid a beatissimo episcopo Alexandrinæ [magnæ civitatis] Dioscoro audierunt; & sanctæ synodo, quæ audierunt cum veritate denuntient. Pergamius episcopus [metropolitanus] Antiochiæ Pisidiæ dixit: Consequenter his quæ præcepta sunt a vestra sanctitate, de secunda regulari vocatione commonefecimus C Dei amantissimum episcopum Alexandrinorum Dioscorum; & super hæc, quæ ei in scriptis mandata sunt, certum fecit responsum, quod, si placuerit vestræ sanctitati, a lectore & notario Hypatio, qui nobiscum directus fuerat, & exceperat, * recitetur. Diogenes episcopus metropolitanus Cyzici dixit: Lector Hypatius, quæ a Dei amantissimo episcopo Dioscoro excepit, huic sanctæ [& magnæ] & universali recenseat synodo. Hypatius lector & notarius relegit ita.

* recitabitur.

D Pergamius episcopus metropolitanus Antiochiæ Pisidiæ dixit: Congregata in basilica sanctæ martyris Euphemiæ universalis sancta & catholica synodus, secundam vocationem faciens ad tuam sanctitatem, parvitatem nostram direxit, facientem commonitionem in scriptis, denuntians quæ nunc tuæ sanctitati relegentur. Et cum episcopo Dioscoro, quæ a sancta vestra & universali synodo per Dei amantissimos episcopos ei mandata sunt, lecta fuissent, Dioscorus episcopus dixit: Iam dudum præveniens * demandavi vestræ religiositati, quia & infirmitate detineor, & postulo magnificentissimos judices & sacrum senatum esse præsentem in eorum, quæ nunc examinanda sunt, audientia. E Quoniam vero amplius mihi ægritudo invaluit, hujus gratia feci dilationem. Cecropius episcopus Sebastopolitanus dixit: Paulo ante tua sanctitas non se asserebat infirmari, sed postulavit sacratissimum senatum & magnificentissimos judices esse præsentes: nunc vero hoc addidit. Dignare ergo, sicut te decet, agere, & regulis satisfaciens, obedire sanctæ & universali synodo, quatenus quæ negotio competunt, consequenter & secundum regulas proveniant. Dioscorus episcopus dixit: Semel dixi, quia postulavi gloriosissimos & magnificentissimos judices & sacratissimum senatum

* renunciavi.

ἀνασκευαζομένων τῶν πρότερον ἐπὶ σοὶ πεπραγμένων ἐν ἐκείνῳ τῷ θείῳ συνεδρίῳ, περὶ ἑτέρων τινῶν, ὧν ἐπάγγελ τανῦν ὁ αὐτὸς θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος Εὐσέβιος, διὰ λιβέλλων αἰτιασάμενος, τὴν ἐξέτασιν ποιήσασθαι. ἀπροφασίστως τοίνυν ἡ σὴ θεοσέβεια παραγινέσθω πρὸς ἡμᾶς, ἀπολογησομένη, καθὰ ἡ τῶν κανόνων ἀπαιτεῖ τάξις. ἰδοὺ γὰρ καὶ δευτέραν κανονικὴν κλῆσιν πρὸς τὴν σὴν θεοσέβειαν πεποιήμεθα, ἀποστείλαντες Περγάμιον, Κεκρόπιον, καὶ Ῥουφῖνον, τοὺς θεοφιλεστάτους ἀδελφοὺς, καὶ συνεπισκόπους ἡμῶν, ὀφείλοντας ὑπομνῆσαι τὴν σὴν θεοσέβειαν, ὥστε ἀνενδοιάστως πρὸς ἡμᾶς παραγενέσθαι, καὶ ἀπολογήσασθαι τοῖς ἐπαγομένοις.

Καὶ ἐπανελθόντων αὐτῶν, Αέτιος ἀρχιδιάκονος, καὶ πριμικήριος νοταρίων εἶπεν· οἱ τῇ δευτέρᾳ κλήσει διακονησάμενοι ἐπίσκοποι, Περγάμιος, Κεκρόπιος, καὶ Ῥουφῖνος, παραγεγόνασι, καὶ τοῦτο αὐτὸ ἀναφέρομεν. Στέφανος ἐπίσκοπος Ἐφέσου εἶπε· λεγέτωσαν οἱ θεοφιλέστατοι, εἴ τι δ᾽ ἂν ἐπήκουσαν παρὰ Διοσκόρου τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρέων· καὶ ἀναγγειλάτωσαν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ ἅπερ ἤκουσαν, μετὰ ἀληθείας. Περγάμιος ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας Πισιδίας εἶπεν· ἀκολούθως τοῖς προσταχθεῖσι παρὰ τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης, τὴν ἐπὶ τῇ δευτέρᾳ κανονικῇ κλήσει ὑπόμνησιν πεποιήμεθα πρὸς τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον τῆς Ἀλεξανδρέων Διόσκορον· καὶ ἐπὶ τοῖς δηλωθεῖσιν αὐτῷ ἐγγράφως, ἀπόκρισιν φανερὰν πεποίηται· ἥ τις, εἰ παρίσταται τῇ ὑμετέρᾳ ὁσιότητι, ὑπαναγνωσθήσεται παρὰ τοῦ ἐκληφότος, καὶ σὺν ἡμῖν παραγενομένου ἀναγνώστου, καὶ νοταρίου Ὑπατίου. Διογένης ἐπίσκοπος Κυζίκου εἶπεν· ὁ ἀναγνώστης Ὑπάτιος ἀναγινωσκέτω ἅπερ ἐξείληφε παρὰ τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Διοσκόρου, ταύτῃ τῇ ἁγίᾳ, καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ. Ὑπάτιος ἀναγνώστης, καὶ νοτάριος ἀνέγνω οὕτως.

Περγάμιος ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας Πισιδίας εἶπεν· ἡ συλλεγομένη ἐν τῷ μαρτυρείῳ τῆς ἁγίας μάρτυρος Εὐφημίας οἰκουμενικὴ, ἁγία, καὶ καθολικὴ σύνοδος, δευτέραν κλῆσιν ποιουμένη πρὸς τὴν σὴν ὁσιότητα, ἐξαπέστειλε τὴν ἡμετέραν βραχύτητα, τὴν ὑπόμνησιν ποιουμένην ἐγγράφως, μηνύουσα ἅπερ νῦν τῇ σῇ ὁσιότητι ὑπαναγνωσόμεθα. καὶ μετὰ τὸ ἀναγνωσθῆναι τῷ ἐπισκόπῳ Διοσκόρῳ τὰ παρὰ τῆς ἁγίας ὑμῶν, καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου δηλωθέντα αὐτῷ διὰ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, Διόσκορος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας εἶπεν· ἤδη φθάσας δεδήλωκα τῇ ὑμετέρᾳ θεοφιλείᾳ, ὡς ὅτι καὶ ἀῤῥωστίᾳ συνέχομαι, καὶ ἐξαιτῶ, ὥστε τοὺς μεγαλοπρεπεστάτους ἄρχοντας, καὶ τὴν ἱερὰν σύγκλητον, καὶ νῦν παρεῖναι τῇ τῶν ἐξεταζομένων ἀκροάσει. ἐπειδὴ δέ μοι τὰ τῆς ἀῤῥωστίας ἐπετάθη, τούτου χάριν τὴν ὑπέρθεσιν πεποίημαι. Κεκρόπιος ἐπίσκοπος Σεβαστουπόλεως εἶπε· πρὸ βραχέος ἡ σὴ ὁσιότης οὐκ ἐνέφηνεν ἀῤῥωστίαν, ἀλλ᾽ ἐπεζήτησε παρεῖναι τὴν ἱερὰν σύγκλητον, καὶ τοὺς μεγαλοπρεπεστάτους ἄρχοντας· νῦν δὲ τοῦτο προσέθηκε. καταξίωσον οὖν, πρέπον σεαυτῷ πρᾶγμα ποιῶν, καὶ τοῖς κανόσι τὸ εἰκὸς ἐκπληρῶν, ὑπακοῦσαι τῇ ἁγίᾳ, καὶ καθολικῇ συνόδῳ· ὥστε τὰ τοῦ πράγματος ἀκολούθως, καὶ κατὰ κανόνας προβῆναι. Διόσκορος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἅπαξ εἶπον, ὅτι * ἐζήτησα τοὺς μεγαλοπρεπεστάτους, καὶ ἐνδοξοτάτους ἄρχοντας, * ἐζήτ. καὶ

ANNO CHRISTI 451.

ACTIO TERTIA.

καὶ τὴν ἱερὰν σύγκλητον παρεῖναι τοῖς ὀφείλουσι καὶ νῦν ἐξετάζεσθαι. Ρουφῖνος ἐπίσκοπος Σαμοσάτων εἶπε· κανονικά ἐστι τὰ νῦν κινούμενα, καὶ δύναται καὶ νῦν ἡ σὴ ὁσιότης παραγινομένη, ἃ βούλεται, * ἐξετάσαι παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου. Διόσκορος ἐπίσκοπος εἶπε. παρεγένοντο οἱ θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι ἐν τῇ συνόδῳ, Ἰουβενάλιος, Θαλάσσιος, Εὐσέβιος, Βασίλειος, καὶ Εὐστάθιος; Περγάμιος ἐπίσκοπος εἶπεν· περὶ τῆς ἐρωτήσεως τῆς γενομένης παρὰ τῆς σῆς ἁγιωσύνης, ἀποκρίνασθαι ἡμᾶς τανῦν, οὐ προσέταξεν ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος· ὥστε δὲ τὸ ἱκανὸν τῇ κανονικῇ δευτέρᾳ κλήσει γενέσθαι, αὐτάρκως τὴν ὑπόμνησιν * πεποιήμεθα. τῆς σῆς τοίνυν ἐστὶν ὁσιότητος, καὶ τὴν ἁγιωτάτην, καὶ καθολικὴν σύνοδον πρεπόντως τιμῆσαι τῇ εὐπειθείᾳ, καὶ τοὺς ἐγνωσμένους τύπους κανονικοὺς τῇ σῇ θεοσεβείᾳ, ὡσαύτως ἐν τιμῇ ποιήσασθαι * τὸ ἀκολούθως αὐτοῖς εἶξαι. Διόσκορος ἐπίσκοπος εἶπεν· καὶ νῦν τὰ αὐτὰ λέγω· παρεκάλεσα τὸν εὐσεβέστατον, καὶ φιλόχριστον ἡμῶν βασιλέα, ὥστε καὶ νῦν τοὺς πρώην ὄντας ἐν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ μεγαλοπρεπεστάτους ἄρχοντας, καὶ τὴν ἱερὰν σύγκλητον, παρεῖναι τοῖς ἐξεταζομένοις· συμπαρόντων καὶ τῶν θεοσεβεστάτων ἐπισκόπων, τῶν μετ᾽ ἐμοῦ ἅμα ἐμοὶ ἐμφερομένων εἰς τὴν ἐναγωγήν, ἣν ἐπιφέρει ἡμῖν Εὐσέβιος. Κεκρόπιος ἐπίσκοπος εἶπε· τῆς σῆς μόνης θεοσεβείας ὁ ἐπίσκ. Εὐσέβιος κατηγορεῖ· καὶ τῆς κοινωνίας ταύτης χρεία οὐκ ἔστιν· ἀλλὰ ἀκολούθως, καὶ κανονικῶς τὴν ὑπακοὴν πληρωθῆναι, καὶ τὰ κανονικὰ ἐξετασθῆναι· κανονικῶν γὰρ ἐξεταζομένων, οὔτε ἄρχοντας, οὔτε ἑτέρους τινὰς λαϊκοὺς παρεῖναι χρή, εἰ μὴ μόνον τὴν σὴν ὁσιότητα, τὴν εἰς πρόσωπον κατηγορουμένην οἰκεῖον. οὔτε οὖν χρεία τῆς μελλήσεως, ἢ τῆς ὑπερθέσεως ταύτης, εἴπερ βούλει καὶ τῷ Θεῷ, καὶ τοῖς κανόσι γενέσθαι εὐπειθής, καὶ μὴ βεβαιῶσαι τὰ παρὰ τοῦ κατηγόρου λεγόμενα, διὰ τῆς ὑπερθέσεως. Διόσκορος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἅπαξ ἐδεήθην τοῦ εὐσεβεστάτου, καὶ φιλοχρίστου βασιλέως, ὥστε καὶ τοὺς ἄλλους ἐπισκόπους ἅμα ἐμοὶ παρεῖναι· οὐδὲ γὰρ ἰδικῶς ἴδιον πρᾶγμα πρὸς ἐμὲ ἔχει Εὐσέβιος, ἀλλ᾽ ἢ ἄρα κοινῇ περὶ ὧν πάντες ἐπράξαμεν. Περγάμιος ἐπίσκοπος εἶπε. καθὰ ὁ θεοφιλέστατος συνεπίσκοπος Κεκρόπιος ὑπόμνησιν προσήγαγε τῇ σῇ θεοφιλείᾳ, ἡ κατηγορία ἡ παρὰ τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Εὐσεβίου, οἷα κατὰ τῆς σῆς γενομένη θεοσεβείας, τὸ σὸν ἐπιζητεῖ πρόσωπον. διὸ καὶ τὴν σὴν θεοσέβειαν ἀκολούθως, καὶ κανονικῶς ἐκαλέσατό τε, καὶ καλεῖ ἡ ἁγία, καὶ καθολικὴ σύνοδος. Διόσκορος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἅπαξ εἶπον, ἃ εἶπον· καὶ περαιτέρω τούτων εἰπεῖν οὐκ ἔχω συντόμως.

Καὶ μετὰ τὸ ἀναγνωσθῆναι τὰ εἰρημένα, Εὐσέβιος ἐπίσκοπος Δορυλαίου εἶπε· διὰ τῶν δεήσεων τῶν ἐπιδοθεισῶν τοῖς καλλινίκοις, καὶ τροπαιούχοις ἡμῶν δεσπόταις, τὴν κατηγορίαν κατὰ μόνου τοῦ θεοφιλεστάτου Διοσκόρου συνεστησάμην, ὡς παρ᾽ αὐτοῦ ἀδικηθείς, ἅμα τῷ ἐν ἁγίοις πατρὶ ἡμῶν Φλαβιανῷ· καὶ νῦν κατατίθημι ἐπὶ τῆς πίστεως τῶν ὑπομνημάτων, ὅτι κατ᾽ οὐδενὸς ἑτέρου ποιοῦμαι τὸν λόγον τῆς ἐναγωγῆς, εἰ μὴ κατὰ μόνου Διοσκόρου τοῦ τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως. μὴ προφασιζέσθω τοίνυν Διόσκορος, μηδὲ ἀνάγκην μοι ἐπαγέτω ἄλλων κατηγορεῖν, ὧν οὐ βούλομαι.

ἐξετάσαι f. — *ποιησόμεθα* — *τῷ L.*

A adeſſe his quæ nunc debent examinari. Rufinus Samoſatenus epiſcopus dixit: Canonica ſunt quæ movētur: & poteſt & nunc tua perveniens ſanctitas, quæ vult, poſtulare a ſancto concilio. Dioſcorus epiſcopus dixit: Venerunt religioſiſſimi epiſcopi ad concilium Iuvenalis & Thalaſſius, Euſebius, Baſilius, & Euſtathius? Pergamius epiſcopus dixit: De hac interrogatione a tua reverentia facta, reſponſum nunc facere non præcepit nobis ſancta univerſalis ſynodus: ut vero ſatisfiat regulari ſecundæ vocationi, ſufficienter commonefecimus. Tuæ igitur ſanctitatis eſt, & ſanctiſſimam & univerſalem ſynodum, prout decet, per obedientiam honorare, & tuæ reverentiæ cognitas regulares formas ſimiliter in honore habere, conſequenter illis obtem- B perando. Dioſcorus epiſcopus dixit: Et nunc eadem dico: Petii piiſſimum & Chriſtianiſſimum noſtrum imperatorem, quatenus & nunc, ante hoc conſtituti in ſancta ſynodo magnificentiſſimi & glorioſiſſimi judices una cum ſacro ſenatu, præſentes ſint his quæ examinanda ſunt, præſentibus etiam & religioſiſſimis epiſcopis, qui ſimul mecum feruntur in accuſatione, quæ nobis ingeritur ab Euſebio. Cecropius epiſcopus dixit: Tuam tantummodo religioſiſſimus Euſebius ſanctitatem accuſat, & hæc ſocietas neceſſaria non eſt: ſed ut conſequenter & regulariter im- C pleatur obedientia, & quæ canonica ſunt, ventilentur. Quando enim quædam regularia examinantur, neque judices, neque aliquos laicos intereſſe oportet, niſi tantummodo tuam ſanctitatem, quæ in propria accuſatur perſona. Non eſt igitur opus iſta tarditate aut dilatione, ſi quidem volueris & Deo & canonibus obedire, & non per dilationes confirmare ea quæ ab accuſatore dicuntur. Dioſcorus epiſcopus dixit: Semel precatus ſum piiſſimum & amicum Chriſti noſtrum imperatorem, quatenus & alii epiſcopi una mecum interſint. Neque enim ad- D verſus me ſpecialiter cauſam habet Euſebius, ſed potius de quibus omnes pariter egimus. Pergamius epiſcopus dixit: Secundum quod Dei amantiſſimus coepiſcopus Cecropius tuam commonuit reverentiam, religioſiſſimi Euſebii epiſcopi accuſatio, ſicut adverſus tuam reverentiam facta, tuam quærit perſonam: ideoque tuam ſanctitatem conſequenter & regulariter vocavit & vocat ſanctiſſima & ' catholica ſynodus. Dioſcorus epiſcopus dixit; Semel dixi, quæ dixi, & ultra hæc compendioſius quod dicam non habeo.

' univerſalis

Et cum prædicta relecta fuiſſent, Euſe- E bius epiſcopus Dorylætanæ civitatis dixit: Et per preces, quas victoribus & triumphatoribus dominis noſtris obtuli, adverſus ſolum religioſiſſimum Dioſcorum accuſationem inſtitui; tanquam ab eo paſſus iniqua, una cum ſanctæ memoriæ patre noſtro & quondam archiepiſcopo Flaviano: & nunc ſub fide monimentorum profiteor, quoniam adverſus nullum alterum facio accuſationem, niſi tantummodo adverſus Dioſcorum magnæ Alexandrinæ civitatis epiſcopum. Non ergo fingat occaſiones Dioſcorus, neque compellat me aliis, quibus nolo, accuſationem ingerere: quippe

ACTIO TERTIA.

ANNO CHRISTI 451.

quippe etsi ab aliis læsus essem, licebat mihi adversus unum, quem vellem, accusationem deponere. Cum vero * profiteor, quia neque ab altero læsus sum, supplico vestræ sanctitati, & tertia eum accersitum vocatione, adesse vestro sancto concilio, & meas contra eum factas conventiones suscipere.

* neque profitear, neque ab alio sim læsus,

Et cum diceret, Aetius archidiaconus & primicerius notariorum dixit: Ante hoc aliqui dicentes se esse clericos, una cum aliis laicis ab Alexandria * orti, adversus Dioscorum sanctissimum episcopum libellos porrexerunt. Hi ante sanctum concilium vestrum constituti clamoribus usi sunt, & obsecrant, conjurantes vos per sanctam & consubstantialem trinitatem, & salutem & victoriam piissimorum & Christianissimorum nostrorum imperatorum, introitum impetrare. Et hoc ipsum ad id quod placuerit, suggerimus. Sancta synodus dixit: ingrediantur, qui libellos porrexerunt. Et cum ingressi fuissent, Athanasius dicens se esse presbyterum magnę Alexandrinæ civitatis, dixit: Multa & dira & omnino sævissima, & omni plena impietate & avaritia perpessus a reverendissimo episcopo Dioscoro, preces obtuli piissimis & Christianissimis nostris imperatoribus, docens quas ab eo sustinui circumventiones pariter & insidias, nec non & huic sancto & universali concilio easdem preces obtuli. Et precor sanctissimos & Dei amantissimos episcopos & patres nostros, quatenus & mei misereamini, & clementer me suscipiatis ', docentem quæ ad meipsum pertinent. Et post ipsum Ischyrion, dicens se esse magnæ Alexandrinæ civitatis diaconum, dixit: Ut non putet reverendissimus episcopus Dioscorus, solum reverendissimum episcopum Eusebium accusationem adversus eum instituisse, sed ut sciat & alios, & qui sint qui accusant, & quæ sunt quæ ei ingeruntur, obsecramus libellos recitari. Lucentius episcopus dixit: Libelli, qui adversus reverendissimum episcopum Dioscorum a diversis nobis oblati [sunt, suscepti] ab Aetio archidiacono & premicerio notariorum recenseantur, quatenus omnis hæc sancta synodus scire possit quid continent. Et suscipiens Aetius archidiaconus & primicerius notariorum libellum Theodori, legit. Et cum lectum fuisset, Paschasinus reverendissimus episcopus dixit: Quod ad hæc dicit præsens accusator Theodorus? Si confidit * approbare ea quæ ingerit adversus reverendissimum episcopum Dioscorum, proprio ore confiteatur, si non vult adversus se regularem converti sententiam. Theodorus diaconus dixit: Supplico porrectum libellum monimentis inseri: paratus enim sum mihi ipsi adesse. Paschasinus episcopus dixit: Perlectus libellus monimentis ecclesiasticis societur, reliqua vero dicat Theodorus, adveniente ejus adversario, quæ ei competunt.

* profecti.

'ut doceam quæ ego ipse sustinui

* f. probare

A εἰ γὰρ καὶ ἤμην ἠδικημένος παρὰ ἄλλων, ἐξῆν μοι καθ' ἑνὸς, οὗ περ βούλομαι, τὴν ἐναγωγὴν ποιήσασθαι, ὁπότε δὲ οὐχ ὁμολογῶ, οὐδὲ ἠδίκημαί τι παρὰ ἄλλου, ἀξιῶ τὴν ὑμετέραν ἁγιωσύνην, καὶ τρίτῃ κλήσει αὐτὸν καλέσαι εἰς τὸ ἅγιον ὑμῶν συνέδριον, ἐπὶ * τὸ παραγενέσθαι, καὶ δέξασθαι τὰς παρ' ἐμοῦ εἰς αὐτὸν γενομένας ἐναγωγάς.

* ἵνας, τ

Καὶ ὡς ἔλεγεν, Αέτιος ἀρχιδιάκονος, καὶ πριμικήριος νοταρίων, εἶπε· πρώην τινὲς λέγοντες ἑαυτοὺς κληρικοὺς, μετὰ καὶ ἑτέρων λαϊκῶν ἀπὸ τῆς Αλεξανδρέων ὁρμώμενοι, λιβέλλους ἐπιδεδώκασι κατὰ τοῦ ὁσιωτάτου Διοσκόρου. οὗτοι πρὸ τοῦ ἁγίου τούτου συνεδρίου τυγχάνουσι, καὶ ἐκβοήσαντες B κέχρηνται· καὶ ἀξιοῦσιν ἐνορκίζοντες ὑμᾶς εἰς τὴν ἁγίαν, καὶ ὁμοούσιον τριάδα, καὶ σωτηρίαν, καὶ νίκην τῶν φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων, εἰσόδου τυχεῖν, καὶ τοῦτο αὐτὸ ὑποβάλλομεν πρὸς τὸ παριστάμενον. ἡ ἁγία σύνοδος εἶπεν· εἰσίτωσαν οἱ τοὺς λιβέλλους ἐπιδεδωκότες. καὶ μετὰ τὸ εἰσελθεῖν, Αθανάσιος λέγων ἑαυτὸν εἶναι πρεσβύτερον τῆς Αλεξανδρέων μεγαλοπόλεως, εἶπε· πολλὰ, καὶ δεινὰ, καὶ παγχάλεπα, καὶ πάσης ἀσεβείας ἀνάμεστα, καὶ πλεονεξίας, ὑπομεμενηκὼς παρὰ τοῦ εὐλαβεστάτου, καὶ θεοσεβεστάτου ἐπισκόπου Διοσκόρου, δεήσεις ἐπιδέδωκα τοῖς εὐσεβεστάτοις, καὶ C φιλοχρίστοις ἡμῶν δεσπόταις, διδάσκων τὰ κατ' ἐμαυτὸν, καὶ ἃς ὑπομεμένηκα συσκευὰς, καὶ ἐπιβουλὰς παρ' αὐτοῦ· ἐπί τε τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ, καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ, τὰς αὐτὰς δεήσεις ἐπιδέδωκα· καὶ δέομαι τῶν ἁγίων, καὶ θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, καὶ πατέρων ἡμῶν, ὥστε κἀμὲ κατελεῆσαι, καὶ δέξασθαι μετ' εὐμενείας, διδάσκοντα τὰ κατ' ἐμαυτόν. καὶ μετ' αὐτὸν Ισχυρίων, λέγων ἑαυτὸν εἶναι διάκονον τῆς Αλεξανδρέων μεγαλοπόλεως, εἶπεν· ὥστε μὴ νομίζειν τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Διόσκορον, μόνον τὸν θεοσεβέστατον ἐπίσκοπον Εὐσέβιον κατηγορίαν ἐνστήσασθαι κατ' αὐτοῦ, ἀλλὰ γνῶναι καὶ τοὺς ἄλλους, καὶ τίνες εἰσὶν D οἱ κατηγοροῦντες αὐτοῦ, καὶ τίνα τὰ ἐπαγόμενα αὐτῷ, παρακαλοῦμεν ἀναγνωσθῆναι τοὺς λιβέλλους. Λουκήνσιος ἐπίσκοπος εἶπεν· οἱ λίβελλοι, οἱ κατὰ τοῦ ὁσιωτάτου ἐπισκόπου Διοσκόρου παρὰ διαφόρων ἡμῖν προσκομισθέντες, παρὰ τοῦ ἀρχιδιακόνου, καὶ πριμικηρίου Αετίου, ἀναγινωσκέσθωσαν· ὥστε πᾶσαν ταύτην τὴν ἁγίαν σύνοδον γνῶναι, τί περιέχουσιν. καὶ λαβὼν Αέτιος ἀρχιδιάκονος, καὶ πριμικήριος νοταρίων, ἀνέγνω λιβέλλους Θεοδώρου. Καὶ μετὰ τὸ ἀναγνωσθῆναι, Πασχασῖνος ἐπίσκοπος εἶπε· τί πρὸς ταῦτα λέγει ὁ παρὼν κατήγορος Θεόδωρος; εἰ θαῤῥεῖ ὑποδεικνύναι τὰ ἐπαγόμενα παρ' αὐτοῦ τῷ εὐλαβεστάτῳ ἐπισκόπῳ Διοσκόρῳ, διὰ τοῦ οἰκείου στόματος E ὁμολογείτω, εἴ γε μὴ βούλεται καθ' ἑαυτοῦ στρέφεσθαι τὴν τῶν κανόνων ὑπόφασιν. Θεόδωρος εἶπεν· ἀξιῶ τὸν ἐπιδοθέντα λίβελλον ἐμφέρεσθαι τοῖς ὑπομνήμασιν· ἕτοιμος γάρ εἰμι συστῆναι ἐμαυτῷ. Πασχασῖνος ἐπίσκοπος εἶπεν· ὁ ἀναγνωσθεὶς λίβελλος τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ὑπομνήμασιν ἐντατθέσθω· τὰ δὲ λοιπὰ λεγέτω Θεόδωρος, παραγινομένου τοῦ ἀντιδίκου αὐτοῦ, τὰ αὐτῷ προσαρμόζοντα.

ANNO CHRISTI 451.

A

ACTIO TERTIA.

Λίβελλος Θεοδώρου διακόνου Ἀλεξανδρείας ἐπιδοθεὶς κατὰ Διοσκόρου.

. . . . . .

. . . . . .

Libellus Theodori diaconi Alexandrini [ad Leonem papam, & Calchedonense concilium,] contra Dioscorum exhibitus.

Τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ οἰκουμενικῷ ἀρχιεπισκόπῳ καὶ πατριάρχῃ τῆς μεγάλης Ῥώμης Λέοντι, καὶ τῇ ἁγίᾳ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ τῇ ἐν Καλχηδόνι κατὰ βούλησιν Θεοῦ, καὶ θέσπισμα θεῖον συναθροισθείσῃ, παρὰ Θεοδώρου διακόνου Ἀλεξανδρείας.

Sanctissimo ac Dei amantissimo & u universali archiepiscopo & patriarchæ magnæ Romæ Leoni, & sanctæ & universali Calchedonensi synodo, quæ voluntate Dei, & sacra præceptione congregata est; a Theodoro ecclesiæ Alexandrinæ diacono.

ΤΑ παρὰ τοῦ εὐλαβεστάτου Διοσκόρου τοῦ B γενομένου ἐπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως τολμηθέντα, γλώττης μὲν δέονται ἀρχαίας, τῆς δυναμένης διδάξαι ἕκαστον τῶν παρ' αὐτοῦ τολμηθέντων εἴς τε τὸ θεῖον, καὶ τοὺς ἁγίους τῶν πατέρων κανόνας, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ εἰς διαφόρους, καὶ πλείστους ἐκείνης τῆς χώρας. τὰ γὰρ εἰς αὐτὴν τὴν καθοσίωσιν παρ' αὐτοῦ κατασκευασθέντα, τὰ πεπραγμένα ἐπὶ διαφόρων ἀρχόντων διδάξει τὴν ὑμετέραν ὁσιότητα· ὅμως, ἵνα πάντα συνελὼν εἴπω τὰ παρ' αὐτοῦ εἰς τὴν ἡμετέραν μικρότητα γεγενημένα, πρόσειμι δεόμενος τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης. ἐπὶ δύο καὶ εἴκοσι ἔτη, πλέον ἢ ἔλαττον, ἐστρατευ- C σάμην ἐν τῇ τῶν καθωσιωμένων μαγιστριανῶν σχολῇ, οὐδεμίαν κατ' ἐμαυτοῦ * βλάβην, ἢ μέμψιν δεδωκὼς προσδοκήσας τῶν προνομίων τῆς μεγάλης ἐκείνης σχολῆς ἀξιοῦσθαι. ἀλλ' ὁ τῆς ὁσίας καὶ ἁγίας μνήμης Κύριλλος, ὁ τῆς περιωνύμου Ἀλεξανδρείας γεγονὼς ἀρχιεπίσκοπος, ὁ τῆς ὀρθῆς καὶ ἀμωμήτου πίστεως συνήγορος, δηποτάτον με εἶχε, καὶ μάλιστα ἐν τῷ καιρῷ τῆς κατὰ τὴν Ἔφεσον γενομένης ἐπ' αὐτοῦ συνόδου. καὶ δὴ καὶ ἀμέμπτως ἐξυπηρετησάμην τῇ ὁσίᾳ ἐκείνῃ, καὶ παρὰ Θεοῦ γεγενημένῃ συνόδῳ, * οὗτος ὡς διὰ τὸ γνήσιον, καὶ σπουδαῖον, ἠξίωσε με τοῦ κλήρου τῆς μεγαλοπό- D λεως Ἀλεξανδρείας. ὡς δὲ ἐδόκουν τῶν * κατὰ τῆς πολυχρονίου στρατείας ἀποστερεῖσθαι, μείζονα ἡγησάμενος τὴν τιμὴν τὴν τῶν θείων, καὶ σεπτῶν μυστηρίων ὑπηρεσίαν, παρέμεινα τῷ αὐτῷ κλήρῳ ἐπὶ δέκα καὶ πέντε ἔτη· ἐλπίσας καὶ μείζονος ἀξιοῦσθαι τιμῆς. ἀλλ' ἐν τοσούτῳ τοῦ τῆς ὁσίας καὶ ἁγίας μνήμης Κυρίλλου τὸν ἀνθρώπινον ὑπεξελθόντος βίον, διαδεξαμένου τε αὐτὸν, ὡς εἴθε μήποτε, τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου Διοσκόρου, οὐδεμιᾶς κατ' ἐμοῦ αἰτιάσεως ἐγγράφου, ἢ ἀγράφου γεγενημένης, ἀλλ' οὐδὲ ψιλῆς μέμψεως, ἐκτός με τοῦ κλήρου πεποίηκεν ἐν προοιμίοις * τῆς οὐκ οἶδ' ὅπως ἔλαχεν ἐπισκοπῆς, ἀπειλήσας καὶ τῆς μεγάλης ἐκείνης διώκειν πόλεως, δι' οὐδὲν ἕτερον, εἰ μὴ διὰ E τὸ τῆς οἰκειότητος, καὶ εὐμενείας τοῦ τῆς ὁσίας μνήμης Κυρίλλου ἠξιῶσθαί με. σκοπὸς γὰρ αὐτῷ, οὐ μόνον τοὺς ἀπὸ γένους αὐτοῦ ἐλάσαι ἐκείνης τῆς πόλεως, ἤγουν περιελεῖν τοῦ ζῆν, ἀλλὰ γὰρ καὶ τοὺς προσοικειωθέντας αὐτῷ ἀπεχθανομένῳ πρὸς τὴν ὀρθὴν ἐκείνου πίστιν· αἱρετικὸς γὰρ ὑπάρχει, καὶ ἀεὶ τὰ Ὠριγένους * φρονῶν· καὶ ταῦτα ἄθεσμος, οὐ δυσφημιῶν τῶν περὶ τὴν ἁγίαν τριάδα φεισάμενος, οὐ φόνων ἀμοιρήσας,

λαβὼ L. οὕτως L. καρπῶν L. ξε φερῶν.

QVÆ a reverendissimo Dioscoro Alexandriæ magnæ civitatis episcopo per audaciam commissa sunt, lingua quidem egent antiqua, quæ possit docere singula, quæ ab ipso perpetrata sunt & adversus divinitatem ipsam, & in sanctorum patrum regulas, nec non etiam & in diversos & plurimos illius provinciæ. * Quæ enim in ipsam devotionem ab eo confecta * sunt gesta, sub diversis judicibus habita, vestram sanctitatem docebunt. Tamen ut omnia compendiose dicam, quæ ab eo in nostram pusillitatem perpetrata sunt, adsum vestram deprecans sanctitatem. Viginti & duos plus minus annos in schola devotissimorum ' magistrianorum militans conversatus sum; nullam adversus memetipsum dans aliquando reprehensionem aut querelam, sperans magnæ illius scholæ mereri privilegia. Sed sanctæ & beatæ memoriæ Cyrillus, qui nominatissimæ Alexandrinæ civitatis [triginta & duos annos] fuit archiepiscopus, rectæ & immaculatæ fidei advocatus, deputatum me habuit, & maxime in tempore, quo facta est sub eo in Epheso synodus; & sine ulla querela * ministrans sancto illi & per Deum facto concilio, ita ut pro sinceritate & studio meo, magnæ Alexandrinæ civitatis clericatum ab ipso mererer. * Siquidem videbar fructu multorum annorum fraudari militiæ meæ; majorem tamen honorem existimans divini & venerabilis mysterii ministerium, quindecim annos in eodem clero permansi, sperans & majorem honorem mereri. Sed inter hæc sancto & beatæ memoriæ Cyrillo de hac humana vita migrante, succedens ei (quod utinam nunquam contigisset) memoratus reverendissimus episcopus Dioscorus, nulla adversus me accusatione per scripturam vel sine scriptura facta, sed neque simplici querela, in principio episcopatus sui (quem nescio quo ordine sortitus est) statim me clericatu privavit, comminans & magna illa civitate fugare, propter nihil aliud, nisi ob id quod familiaritatem & benevolentiam sanctæ memoriæ Cyrilli merebar. Intentio enim ejus talis est, non solum parentes ejus ex illa civitate exagitare, seu vita privare, verum etiam & familiares ipsius; exercens inimicitias adversus ejus rectam fidem, hæreticus constitutus, & semper quæ Origenis sunt sapiens: & hæc homo neque sanctæ trinitatis blasphemiis abstinens, neque homicidii expers,

* Quæ enim crimina læsæ majestatis admiserit. *similiter corrigit inf.*
* sunt ipsa gesta sub diversis
' agentium in rebus
* ministravi
* Cumque viderer.

neque aliena parcens excidere arbores, neque incendia facere, neque domos destruere, sed enim & turpiter semper vivens: quod sum paratus ostendere. Quoniam igitur vestra Deo amabilitas pervidet, quia non levem iniquitatem sustinuit, militiam tantorum annorum contemnens, majorem sacerdotalem ordinem arbitrans; supplico permittere mihi in sancto vestro concilio adesse, & meis allegationibus uti, ne ex utraque parte videar cadere, qui & in militia, sicut dixit, irreprehensibiliter conversatus sum; & in venerabili clero, quantum ad me pertinuit, cum modestia memoratis temporibus ministravi. Ostendam enim, eum omnia quæ dicta sunt, perpetrasse, nec non etiam * & contra gestum in metropoli Nicæa concilium, temerarium extitisse. Hic namque sanctissimus; magis autem circa omnia ferocissimus, in consuetudine habens leges prævaricari, nihil arbitrans, quod ab ipso in sanctæ & sacræ memoriæ Flavianum commissum est, insuper ad mala majora se vertit. Excommunicationem namque faciens contra sanctissimum & beatissimum apostolicæ sedis magnæ Romæ episcopum, suasit subscribere eis, qui cum ipso de Ægypto exierunt, sanctissimis episcopis plus minus numero decem, (neque enim ampliores ausi sunt exire cum ipso, propter ea quæ ab ipso in Epheso contra leges peracta sunt) aliquoties comminans, aliquoties nolentes decipiens. unde lacrymantes atque gementes, nefandæ illi chartæ subscripserunt. Considerate igitur, sanctissimi & reverendissimi patres, quam neque Deo placita sint, quæ ab eo per audaciam commissa sunt, neque hominibus toleranda. Et obsecro vestram sanctitatem præcipere, si placet, eos qui subter designati sunt, sub custodia fieri, quatenus quæ veritatis sunt, ostendantur. Sunt autem, Agorastus, Dorotheus, Eusebius, Ioannes notarius. Tempore namque opportuno vocante, offero vestro angelico choro sanctissimos viros & reverentia & rectitudine adornatos, qui super singulis capitulis possint testimonium perhibere. [Et ipse ego hanc accusationem propria subscripsi manu.] Theodorus diaconus sanctæ & catholicæ ecclesiæ magnæ Alexandrinæ civitatis, suprascriptus, sancto & universali concilio hos libellos obtulit.

* quod in Nicæa metropoli ab eo temerarie est gestum. *Ita ex Græco emendadus videtur hic locus. non enim contra Nicæni concilii decreta egetat Dioscorus; sed in Nicæa urbe, antequam synodus Calchedonem transferretur, contra Leonem excommunicationem paraverat.*

[Similiter & reliqui accusatores suas accusationes singuli per singula se probare spoponderunt, & singulos accusationis libellos propria manu subscripserunt.]

Et post lectionem libelli hoc idem ipse Theodorus dixit: Paratus sum adveniente reverendissimo episcopo Dioscoro in hoc sanctum vestrum concilium, meis adesse accusationibus. Bonifacius presbyter Romanæ ecclesiæ, [vicarius & ipse beatissimi papæ Leonis,] dixit: Et proclamantis præsentis Ischyrionis justum est recitari libellos. Romanus episcopus metropolitanus Myrensis, [provinciæ Lyciæ] dixit: Secundum interlocutionem religiosissimi presbyteri Bonifacii, oblati libelli ab Ischyrione recenseantur. Et suscipiens Asclepiades diaconus & notarius legit.

οὐ δενδροκοπιῶν, οὐ πυρκαϊῶν, οὐ καθαιρέσεως οἰκιῶν· ἀλλὰ γὰρ καὶ αἰσχρῶς ἀεὶ ζήσας· ὅπερ ἑτοίμως ἔχω δεῖξαι. ἐπεὶ τοίνυν συνορᾷ ἡ ὑμετέρα θεοφιλία, ὡς οὐ τὴν τυχοῦσαν ἀδικίαν ὑπομεμένηκα, στρατείας τοσούτου χρόνου καταφρονήσας, μείζονα τὴν τῆς ἱερωσύνης τάξιν ἡγησάμενος; παρακαλῶ ἐπιτραπῆναί με ἐν τῇ ἁγίᾳ ὑμῶν συνόδῳ γενέσθαι, καὶ τοῖς προσοῦσί μοι χρήσασθαι δικαίοις· ὥστε με μὴ κατὰ δύο τρόπους ἐκπεσεῖν, τὸν ἐν τῇ στρατείᾳ, ὡς ἔφην, ἀμέμπτως διάξαντα, καὶ ἐν τῷ εὐαγεστάτῳ κλήρῳ, τὸ ὅσον ἐπ' ἐμοὶ, μετ' ἐπιεικείας ἐν τῷ μνημονευθέντι χρόνῳ ἐξυπηρετησάμενον. δείξω γὰρ αὐτὸν πάντα τὰ εἰρημένα πλημμελήσαντα, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ κατὰ τὴν Νίκαιαν μητρόπολιν παρ' αὐτοῦ τολμηθέν. οὗτος ὁ ἁγιώτατος, μᾶλλον δὲ εἰπεῖν, ἀγριώτατος, περὶ πάντα ἐν ἕξει γενόμενος τοῦ παρανομεῖν, οὐδὲν ἡγησάμενος τὸ παρ' αὐτοῦ κατὰ τοῦ τῆς ὁσίας, καὶ ἁγίας μνήμης Φλαβιανοῦ τολμηθὲν, ἐπὶ μεῖζον τὸ κακὸν τρέπεται. ἀκοινωνησίαν κατὰ τοῦ ἁγιωτάτου, καὶ ὁσιωτάτου ἀποστολικοῦ θρόνου τῆς μεγάλης Ῥώμης παρασκευάζει τοὺς ἅμα αὐτῷ ἐξελθόντας ἐξ Αἰγύπτου ἁγιωτάτους ἐπισκόπους τὸν ἀριθμὸν, πλέον ἢ ἔλαττον δέκα, οὐδὲ γὰρ πλείους τετολμήκασιν ἐξελθεῖν ἅμα αὐτῷ, διὰ τὰ παρ' αὐτοῦ κατὰ τὴν Ἐφεσίων παρανομηθέντα; καθυπογράψαι ταύτῃ, πῇ μὲν ἀπειλῶν, πῇ δὲ ἀπατῶν οὐ βουλομένους· ἀμέλει δακρύοντες, καὶ στένοντες ὑπέγραψαν τῷ ἀθεμίτῳ ἐκείνῳ χάρτῃ· συνορᾶτε τοιγαροῦν, θεοσεβέστατοι πατέρες, ὡς οὔτε Θεῷ θεμιτὰ τὰ παρ' αὐτοῦ τολμηθέντα, οὔτε ἀνθρώποις φορητά. καὶ παρακαλῶ τὴν ὑμετέραν ὁσιότητα, κελεῦσαι, εἴγε παρίσταται, τοὺς ὑποτεταγμένους ἐν ἀσφαλεῖ γενέσθαι, ὥστε δειχθῆναι τὰ τῆς ἀληθείας· εἰσὶ δὲ, Ἀγόραστος, Δωρόθεος, Εὐσέβιος, Ἰωάννης νοτάριος. καιροῦ γὰρ καλοῦντος, ἐκδώσω τῷ ὑμῶν ἀγγελικῷ χορῷ ἁγίους ἄνδρας, ἐπὶ ὀρθότητι, καὶ εὐσεβείᾳ κεκοσμημένους, τοὺς ἐφ' ἑκάστῳ κεφαλαίῳ μαρτυρεῖν δυναμένους.

. . . . . .

. . . . Θεόδωρος διάκονος τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας τῆς μεγαλοπόλεως Ἀλεξανδρείας, ὁ προκείμενος, ἐπιδέδωκα τοὺς λιβέλλους τῇ ἁγίᾳ, καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ.

. . . .

. . . .

. . . . . .

Καὶ μετὰ τὸ ἀναγνωσθῆναι τὸν λίβελλον, ὁ αὐτὸς Θεόδωρος εἶπεν· ἕτοιμός εἰμι παρόντος τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου Διοσκόρου εἰς τὴν ἁγίαν ὑμῶν σύνοδον, συστῆναι τοῖς παρ' ἐμοῦ κατηγορηθεῖσιν. Βονιφάτιος πρεσβύτερος τῆς ἐκκλησίας Ῥώμης εἶπε· καὶ τοῦ καταβοῶντος Ἰσχυρίωνος τοῦ παρόντος, τοὺς λιβέλλους ὑπαναγνωσθῆναι δίκαιον. Ῥωμανὸς ἐπίσκοπος Μύρων εἶπε· κατὰ τὰ διαλαληθέντα παρὰ τοῦ θεοφιλεστάτου πρεσβυτέρου Βονιφατίου, οἱ προσδοθέντες παρὰ Ἰσχυρίωνος λίβελλοι ἀναγινωσκέσθωσαν. καὶ λαβὼν Ἀσκληπιάδης διάκονος καὶ νοτάριος ἀνέγνω.

Λίβελλος

. . . .

Λίβελλος Ἰσχυρίωνος διακόνου Ἀλεξανδρείας, ἐπιδοθεὶς κατὰ Διοσκόρου τῇ ἁγίᾳ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ.

Τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ οἰκουμενικῷ ἀρχιεπισκόπῳ καὶ πατριάρχῃ τῆς μεγάλης Ῥώμης Λέοντι, καὶ τῇ ἁγίᾳ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ τῇ ἐν Καλχηδόνι βουλήσει Θεοῦ, καὶ θείῳ θεσπίσματι συναθροισθείσῃ, παρὰ Ἰσχυρίωνος διακόνου τῆς μεγαλοπόλεως Ἀλεξανδρείας.

NΥΝ, ὅτε φωνῆς ἐλευθέρας τετύχηκεν ἕκαστος τῶν πεπονθότων κακῶς, καὶ προεστᾶται δίκαιοι τῷ ἀνθρωπείου γένους ἐπιστατοῦσι, καὶ οἴχεται λοιπὸν πᾶσα συσκευὴ, καὶ πλεονεξία, καὶ τὰ ὡς ἐν τυραννίδι δεινὰ, τότε κἀγὼ τεθαρρηκὼς, τόδε τὸ βιβλίον προσάξαι τῇ ὑμετέρᾳ ὁσιότητι, καὶ διδάξαι, οἷα κατ' ἐμοῦ, καὶ καθ' ἑτέρων τινῶν τετόλμηται, εἴγε μοι γλῶττα τὴν δυναμένην καὶ ὑπὲρ ἐκείνων λέγειν, παρὰ τοῦ εὐλαβεστάτου τῆς μεγαλοπόλεως Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπου Διοσκόρου. οὐδὲ γὰρ ἠμοίρησε τῆς ἐκείνου τις ὠμότητος, καὶ ἀπανθρωπίας· τινῶν μὲν γὰρ ἐξεκόπησαν χωρία, δενδροκοπίας κατ' αὐτῶν τολμηθείσης· ἑτέρων δὲ καὶ οἰκήματα κατηνέχθησαν· ἄλλοι καὶ περιωρίσθησαν· ἕτεροι δὲ καὶ προστίμοις ὑπεβλήθησαν· τινὲς δὲ καὶ τῆς μεγαλοπόλεως Ἀλεξανδρείας, ὡσανεὶ ἰδίου κτήματος αὐτοῦ οὔσης, ἀπηλάθησαν. ὅτι γὰρ καὶ εἰς αὐτὴν τὴν καθοσίωσιν ἁμαρτῆσαι τὰ μέγιστα οὐ παρῃτήσατο, τοῦτο μεγάλοι τε, καὶ περιφανεῖς ἄνδρες ἴσασιν· οὐ μὴν δὲ, ἀλλὰ καὶ πᾶσα ἐκείνη ἡ μεγάλη πόλις Ἀλεξάνδρεια, ὡς καὶ τὰ πεπραγμένα ἐπὶ διαφόρων ἀρχόντων δείκνυσι. τὰ γὰρ εἰς τὴν ἁγίαν, καὶ ὁμοούσιον τριάδα παρ' αὐτοῦ πολλάκις ἐμπαροινηθέντα, ἅπας μὲν ὁ τῆς περιωνύμου πόλεως ἐκείνης λαὸς, οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ ὁ εὐλαβὴς κλῆρος, καὶ εὐλαβέστατοι μονάζοντες, ἐπίστανται· τοσοῦτον δὲ πρὸς πάντας, οὐχ ὡς ἔπρεπεν ἐπισκόπῳ, καὶ μάλιστα τηλικαύτης πόλεως, καὶ τοῦ εὐαγγελικοῦ ἐκείνου θρόνου τυγχάνοντι, τετόλμηκεν, ὥστε καὶ τὸν παρεχόμενον παρὰ τῶν εὐλαβεστάτων ἡμῶν βασιλέων σῖτον ταῖς ἐκκλησίαις τῆς Λιβύης, διὰ τὸ τὴν χώραν ξηροτάτην εἶναι, καὶ μηδὲ ὅλως σῖτον ἐν αὐτῇ γεωργεῖσθαι πρὸς τὸ ἐν πρώτοις μὲν τὴν ἀναίμακτον θυσίαν ἐπιτελεῖσθαι, οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ τοὺς παρεπιδημοῦντας, ἔτι δὲ καὶ ἐντοπίους πένητας παραμυθεῖσθαι, μὴ συγχωρεῖν δέχεσθαι τοὺς ἁγίους ἐπισκόπους ἐκείνης τῆς χώρας, ἀλλ' ἐξαργυρίζειν τὸν μνημονευθέντα σῖτον δαψιλέσι χρήμασιν, αὐτὸν δὲ καὶ τοῦτον ἐν καιρῷ σιτοδείας * διαπιπράσκων βαρυτάτοις τιμήμασιν· ὡς ἀπὸ τούτου μήτε φρικτὴν, καὶ ἀναίμακτον θυσίαν ἐπιτελεῖσθαι, μήτε μὴν, ὡς ἔφην, τοὺς ξένους, ἢ καὶ τοὺς ἐντοπίους ταύτης ἀπολαύειν τῆς παραμυθίας. τὸ γὰρ κατὰ τῆς λαμπρᾶς μνήμης

ἴσ. διαπιπράσκειν

A [Et postquam lectum est, Petrus episcopus metropolitanus Corinthi dixit: Et ab Ischyrione reverendissimo porrectus libellus, ex lectione notus factus sancto huic & universali concilio præsentibus inseratur monimentis.]

Libellus Ischyrionis diaconi Alexandriæ sanctæ & œcumenicæ synodo exhibitus adversus Dioscorum.

Sanctissimo & beatissimo universali archiepiscopo & patriarchæ magnæ Romæ Leoni, & sanctæ universali Calchedonensi synodo, voluntate Dei & divina præceptione congregatæ, libellus ab Ischyrione magnæ Alexandrinæ civitatis diacono. B

NVNC, quando liberam vocem unusquisque, qui male passus est, recepit, & justi patroni humano generi præsunt, & periit de cetero omnis circumventio & avaritia, & dira quæ erant quasi in tyrannide; tunc & ego ausus sum hunc libellum vestræ sanctitati offerre, & docere quanta adversus me & adversus quosdam alios commissa sunt a C reverendissimo magnæ Alexandrinorum civitatis episcopo Dioscoro, si mihi lingua dicere & pro illis sufficeret. Neque enim quisquam fuit expers illius crudelitatis & inhumanitatis. Aliquorum enim vastata sunt prædia, excisione arborum perpetrata, aliorum vero domus destructæ sunt, alii in exilium pulsi sunt, alii vero multatione vexati sunt, quidam vero & ab Alexandrina magna civitate, sicut de propria ejus possessione, exclusi sunt. Quoniam quidem in ipsam devotionem non intermisit maxima peccare, hoc magni & clari viri sciunt, nec non etiam & omnis illa magna civitas Alexandrina, sicut D & acta habita sub diversis judicibus manifestant. Quæ enim contra sanctam & consubstantialem trinitatem ab ipso sæpe contumeliose dicta sunt, omni nominatissimæ illius civitatis populo, nec non etiam venerabili clero reverendissimis quoque monachis nota sunt. Tanta autem contra omnes (non sicut decebat episcopum, & maxime tantæ civitatis; & euangelicæ illius sedis præsulem constitutum) perpetrare ausus est, ut etiam & frumentum, quod a piissimis nostris imperatoribus ecclesiis Libyæ, propter ariditatem illius provinciæ, & quia ibi omnino triticum non nascitur, præstitutum est, in E primis quidem ut incruenta ex ipso hostia offeratur, deinde ut & peregrini, nec non etiam & provinciales pauperes aliquod mereantur solatium, non permitteret suscipere sanctissimos episcopos illius provinciæ, sed adæraret & coemeret memoratum frumentum largissimis pecuniis, ipsum vero in tempore famis gravissimis æstimationibus venumdaret. Et ex hoc[x] neque terribile & incruentum sacrificium celebratum est, neque (sicut dixi) peregrini, aut provinciales hoc solatio fruiti sunt. Ceterum clarissimę memoriæ

ACTIO TERTIA.

ANNO CHRISTI 451.

Peristeriæ negotium nullus ignoravit, maxime eorum qui in hac regia urbe nova Roma habitare noscuntur. Illa namque pro suæ animæ salute testamentum condens, jussit multam quantitatem pecuniarum præstari monasteriis, nec non etiam xenodochiis & ptochiis, & aliis pauperibus Ægyptiacæ provinciæ. Quod moleste ferens idem reverendissimus vir, ob id quod in persona ejus hæc minime sunt dimissa, fecit easdem pecunias pro eleemosyna * scortis & aliis theatricis dispertiri personis, ut neque incensum ex oblatione illius clarissimæ memoriæ Peristeriæ, quantum ad eum pertinuit, Deo offerretur. Sed illius quidem feminæ manifestum propositum B demonstratum est: * lascivia vero prædicti reverendi viri & luxuria omni illi provinciæ non ignorata est (impudicis mulieribus frequenter in episcopio, & in balneo ejus aperte deliciantibus, præcipue famosissima Pansophia, quæ cognominatur Orine, de qua & numerosus Alexandriæ populus [frequentissimas] voces emisit, tam ipsius, quam amatoris ejus faciens mentionem,) vestro autem angelico choro manifestabitur. Non solum vero hæc; sed etiam homicidia per occasionem istius admirabilis doctoris perpetrata sunt. Quoniam vero & quæ in me miserabili ab ipso commis- C sa sunt, tolerabilia non sunt, supplex accedo, & precor vestram sanctitatem misereri mei, hominis, qui multis temporibus in sancta illa magnæ civitatis ecclesia laboravi, & hac de causa clericatum ejus merui, sæpius destinatus in peregrinationes sub sanctæ memoriæ Cyrillo, qui ipsam euangelicam sedem ornavit, & maxime ad regiam novam Romam, aliquando quidem in hiemis tempore cum jumentis iter omne perficiens, aliquando vero & pro commissis mihi a sanctæ memoriæ Cyrillo necessariis causis, per mare * omne navigio transmeans, aliquando per Lyciam, aliquando per Pamphyliam, ita ut debile mihi corpus laborum faceret magnitu- D do, sicut & ipsis aspectibus intuetur vestra beatitudo. Obtinui enim dignus fieri & familiaritate & gratia sanctæ memoriæ archiepiscopi Cyrilli; quod reverendissimum episcopum Dioscorum contristabat. Quippe mox ut migravit sanctæ & beatæ memoriæ Cyrillus in cælos, iste (quod utinam nunquam contigisset) successit, qui prohibuit me in sanctissimis & venerabilibus mysteriis obsequium facere. Nihilo minus etiam adversus nostras vilissimas possessiones; monachos & aliquos alios destinavit, & tradidit eas incendio, ita ut & ipsa in eisdem possessionibus ædificia, ex quibus nutrimenti mei haberem solatium, E pauper constitutus & solutus corpore, penitus ignis consumeret: * diversæ quoque arbores ibi succiderentur, atque ipsa vastaretur terra, & mihi * ultra inutilis fieret, ut in reliquum mendicans, nec victus necessarios haberem. Sed neque his contentus, submittit adversus miserabilem me ecclesiasticorum catervam (ut verius autem dicam, latronum.) pariter cum

* thymelis

* alea

* omnem navigationem conficiens, navigium

* omnes quoque fructiferæ arbores

* hæc inutilia fierent, ut in reliquum mendicarem,

A Περιστερίαν πρᾶγμα οὐδεὶς ἠγνόησε, καὶ μάλιστα τῶν ἐνοικούντων ταύτην τὴν βασιλίδα νέαν Ῥώμην. ἐκείνης γὰρ ὑπὲρ τῆς ἑαυτῆς ψυχῆς ἐν τῷ διατίθεσθαι παρακελευσαμένης, πλείστην ποσότητα χρυσίου παρασχεθῆναι τοῖς μοναστηρίοις, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῖς ξενεῶσι, καὶ πτωχείοις, καὶ ἑτέροις πένησι τῆς Αἰγυπτιακῆς χώρας, ἀχθεσθεὶς ὁ εὐλαβέστατος ἀνὴρ, ἐφ' οἷς οὐκ εἰς πρόσωπον * αὐτοῦ κατέλειψεν, παρασκευάζει ἐκεῖνα τὰ χρήματα αὐτοῦ παρασχεθῆναι, καὶ ἀντὶ ἐλεημοσύνης θυμέλαις, καὶ θεατρικοῖς ἑτέροις προσώποις· ὥστε μηδὲ τὴν εὐωδίαν τὴν ἀπὸ τῆς θυσίας τῆς λαμπρᾶς τὴν μνήμην Περιστερίας ἀνενεχ- B θῆναι πρὸς τὸν Θεὸν, τὸ ὅσον ἐπ' αὐτῷ. ἀλλὰ φανερὰ ἡ πρόθεσις ἐκείνης ἀπεδείχθη, ὁ δὲ * κύβος τοῦ προλεχθέντος εὐλαβοῦς ἀνδρὸς, καὶ ἡ ἀκολασία, πάσῃ ἐκείνῃ τῇ χώρᾳ οὐκ ἠγνόηται ἀπὸ τοῦ φανερῶς ἀσέμνους γυναῖκας συνεχῶς ἐντρυφᾷν τῷ ἐπισκοπείῳ, καὶ τῷ λουτρῷ τούτου, καὶ μάλιστα ἡ περιβόητος Πανσοφία, ἡ καλουμένη Ὀρεινὴ, περὶ ἧς καὶ ὁ πολυάνθρωπος τῆς Ἀλεξανδρέων δῆμος ἀφῆκε φωνὴν, αὐτῆς τε, καὶ τοῦ ἐραστοῦ μεμνημένος· φανερωθήσεται δὲ τῷ ὑμετέρῳ ἀγγελικῷ χορῷ. οὐ μόνον δὲ ταῦτα, ἀλλὰ καὶ φόνοι παρὰ τὴν αἰτίαν τοῦ θαυμασοῦ ὑφηγη- C του γεγένηνται. ἐπειδὴ δὲ καὶ τὰ εἰς ἐμὲ τὸν ἐλεεινὸν παρ' αὐτοῦ τολμηθέντα ἀφόρητα τυγχάνει, προσειμι, καὶ δέομαι τῆς ὑμετέρας ὁσιότητος, κατελεῆσαί με, ἄνθρωπον ἐν πολλοῖς χρόνοις κεκμηκότα τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ ἐκείνης τῆς μεγίστης πόλεως, καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν τοῦ κλήρου αὐτῆς ἀξιωθέντα, καὶ πολλάκις σταλέντα μὲν ἀποδημίας, καὶ ἐπὶ τοῦ τῆς ὁσίας μνήμης καὶ ἁγιωτάτου Κυρίλλου, τοῦ τὸν εὐαγγελικὸν θρόνον διακοσμήσαντος, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῆς βασιλευούσης νέας Ῥώμης, ποτὲ μὲν ἐν ὥρᾳ χειμῶνος διὰ ζώων ἅπασαν τὴν ὁδὸν διανύσαντα, ποτὲ δὲ καὶ διὰ ἐγχειρισθείσας μοι παρὰ τοῦ τῆς D ὁσίας μνήμης Κυρίλλου ἀναγκαίας χρείας διὰ θαλάσσης τὸν πάντα πλοῦν διαπορθμεύσαντα, ἄλλοτε διὰ Λυκίας, ἑτέρωθι διὰ Παμφυλίας· ὥστε ἐπισινῆ με τὸ σῶμα ἀπὸ τῶν ὑπερβαλλόντων καμάτων γενέσθαι, ὡς καὶ αὐταῖς ὄψεσιν ὁρᾷ ἡ ὑμετέρα μακαριότης. ἐτύγχανον γὰρ ἀξιωθεὶς καὶ τῆς οἰκειότητος, καὶ εὐμενείας τοῦ ἐν ἁγίοις τῇ μνήμῃ ἀρχιεπισκόπου Κυρίλλου· ὅπερ τὸν εὐλαβέστατον Διόσκορον ἐλύπει. αὐτίκα γοῦν παρ' αὐτὰ τοῦ μεταφοιτῆσαι ἐν οὐρανοῖς τὸν τῆς ὁσίας μνήμης Κύριλλον, αὐτόν τε κατασταθῆναι, ὡς εἴθε μή ποτε, κωλύει με τὴν τῶν εὐαγεστάτων, καὶ σεπτῶν μυστηρίων ὑπηρεσίαν ποιήσασθαι· οὐδὲν δὲ ἧττον ἐκπέμπει κατὰ τῶν ἡμετέρων εὐ- E τελῶν κτημάτων, μονάζοντάς τε, καὶ ἑτέρους τινάς· καὶ ἐμπρησμῷ ταῦτα καθυποβάλλει, ὥστε ἐν αὐτοῖς τοῖς κτηματίοις οἰκοδομήματα, ἀφ' ὧν τὰς διατροφὰς εἶχον, πένης τυγχάνων, καὶ συμπεπαρμένος τὸ σῶμα, ἄρδην πυρὶ καταναλωθῆναι, ἐκκοπῆναι δὲ καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς διάφορα καρποφόρα δένδρα, διακοπῆναι δὲ καὶ αὐτὴν τὴν γῆν, καὶ ἀνόνητά μοι ταῦτα γενέσθαι ὡς λοιπὸν ἐρανίζεσθαι, καὶ μηδὲ τὰς ἀναγκαίας ἔχειν τροφάς. ἀλλὰ μηδὲ τούτοις ἀρκεσθεὶς, ἐπιπέμπει κατ' ἐμοῦ τοῦ ἐλεεινοῦ φάλαγγα ἐκκλησιαστικὴν, ἀληθὲς δὲ εἰπεῖν, λῃστρικὴν, ἅμα

* αὐτοῦ Li.

* κῶμος

ANNO CHRISTI 451.

Πέτρῳ διακόνῳ, καὶ Ἁρποκρατίωνι, καὶ Μηνᾷ πρεσβυτέρῳ, ὥστε με τῶν ἀνθρωπίνων ἐκτὸς ποιήσασθαι, ἐντειλάμενος τὸ σῶμά μου νεκρὸν αὐτῷ ἀπενεχθῆναι. ὅπερ εἰ μὴ ἐκ φιλανθρωπίας τοῦ Θεοῦ πρὸ βραχείας ὥρας μοι ἐγνώσθη, καὶ ἔφυγον, πάλαι ἄν, ὡς ἔφην, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἐκτὸς γενόμενος ἐτύγχανον. ὡς δὲ διασωθῆναι τῇ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Θεοῦ δεδύνημαι, ἐξ ἀναισθησίας δὲ οὐκ ἀπέφυγα τὴν μεγίστην Ἀλεξάνδρειαν, διά τε τὴν ἀσθένειαν τοῦ ἡμετέρου σώματος, καὶ διὰ τὸ πλείστης θεραπείας παρὰ τῶν ἰδίων δεῖσθαι, ἄλλως τε τῷ ἐξ αὐτῆς εἶναι ἐμέ τε, καὶ τοὺς ἡμετέρους προγόνους, καὶ τὸ ἐφέστιον ἐν αὐτῇ ἔχειν, ὀργισθεὶς ἐπὶ τούτοις, ὡς οὐδενὸς γεγονότος, ἐν αὐταῖς ταῖς πασχαλίαις B ἡμέραις πάλιν με κελεύει ἐξανάρπαστον γενέσθαι δι' Ἁρποκρατίωνος· ἀεὶ γὰρ αὐτοῦ τῇ μανίᾳ ὑπηρέτησεν, ἅμα Πέτρῳ τῷ προλεχθέντι διακόνῳ· ὡς καὶ τὰ ἐν Ἐφέσῳ κατὰ τοῦ τῆς ὁσίας μνήμης Φλαβιανοῦ τοῦ γενομένου ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως ἀπέδειξαν, καὶ ἑτέρων πολλῶν, ἔτι τε καὶ τοῦ εὐλαβεστάτου, νῦν μὲν ἐπισκόπου, τηνικαῦτα δὲ πρεσβυτέρου, καὶ οἰκονόμου τυγχάνοντος τῆς ἐκκλησίας τῆς μεγαλοπόλεως Ἀλεξανδρείας, Προτερίου· καὶ ἐγκλείομαι ἐν ἑνὶ ξενεῶνι τῶν λελωβημένων, κατ' οὐδένα τρόπον ὑπεύθυνός τινι τυγχάνων· ἀλλ' οὐδέ, ὡς ἐδίδαξα, αἰτιάσεώς ποτε γεγενημένης κατ' ἐμοῦ· ἐπιπέμπει δὲ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ξενεῶνί τινα C πάλιν, ὥστε με ἀποκτεῖναι· ὡς καὶ τοῖς ἐν αὐτῷ τῷ ξενεῶνι πᾶσι πεφανέρωται· ἀμέλει γοῦν ἐκ μισοπονηρίας βοηθῆσαί μοι κατενύγησαν. διὸ καὶ ζῶ μέχρι νῦν. καὶ οὐ πρότερον ἀφῆκεν ἐκείνων τῶν παρανόμων δεσμῶν, εἰ μὴ καὶ τῆς μεγίστης Ἀλεξανδρείας συνεθέμην ἐν τοιαύτῃ καταστάσει σώματος ἐκτὸς γενέσθαι, καὶ ἕτερά τινα καταθύμια αὐτῷ πράττειν. ἐπεὶ οὖν συνορᾶτε ἁγιώτατοι, καὶ ὁσιώτατοι πατέρες, ὡς πάντα τὰ παρ' αὐτοῦ γεγενημένα, οὔτε Θεῷ θεμιτά, οὔτε νόμοις ἀνεκτά, ἀλλ' οὐδὲ παντὶ ἀνθρώπῳ, δέομαι τῆς ὑμετέρας ἀγγελικῆς στρατηγίας κατελεῆσαί με, καὶ κελεῦσαι εἰσελθόντα ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ, καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ, στῆναι D πᾶσι τούτοις· ὥστε μοι καὶ τὸ ἀβλαβές, ἐφ' οἷς ἠδίκημαι, γενέσθαι, καὶ τὸν βαθμόν, εἴγε ὑμῶν τῇ ὁσιότητι ἀρέσκοι, ἀποκατασταθῆναι, ἀνθρώπῳ ἐν πολλῷ χρόνῳ γνησίως ἐξυπηρετησαμένῳ τῷ τῆς ἁγίας μνήμης, καὶ ὀρθοδόξου πίστεως συνηγόρῳ Κυρίλλῳ ἐπισκόπῳ γενομένῳ, καὶ οὐκ ἔχοντι ἀλλαχόθεν τὰς ἀναγκαίας τοῦ ζῆν τροφάς· ἐφ' ᾧ τέ με τούτων τῶν δικαίων τυχόντα, τὰς συνήθεις εὐχάς, καὶ εὐχαριστίας ἀναπέμψαι τῷ πάντων ἡμῶν σωτῆρι Χριστῷ ὑπὲρ τοῦ ὑμετέρου ἀγγελικοῦ χοροῦ. καὶ παρακαλῶ πρὸς ἀπόδειξιν τῶν παρ' ἐμοῦ εἰρημένων ἐν ἀσφαλεῖ γενέσθαι Ἀγόραστον, Δωρόθεον, Εὐσέβιον, Διδίωνα, Ἁρποκρατίωνα, Πέτρον, * Γαϊανόν, παραχύτην τοῦ ἐπισκοπικοῦ λουτροῦ, συνεκδημήσαντα E αὐτῷ, ἰδιώτην ὄντα, καὶ δυνάμενον πάντα ἀκριβῶς εἰπεῖν. ἑτοίμως γὰρ ἔχω καιρῷ τῆς διαγνώσεως καὶ ἁγιωτάτους ἄνδρας βίῳ τε, καὶ πίστει μαρτυρουμένους παραγαγεῖν ἐκ κελεύσεως τῆς ὑμετέρας ὁσιότητος, τοὺς δυναμένους ἐπὶ πᾶσι τούτοις μαρτυρεῖν. Ἰσχυρίων διάκονος ἐπιδέδωκα τοῖσδε τοῖς λιβέλλοις, γενομένοις κατὰ βούλησιν ἐμήν, καὶ ὑπαγορεύσας, καὶ ὑπογραψάμενος.

* Γάϊον,

A Petro & Harpocratione diaconibus; & Mena presbytero, ut me de humanis rebus auferrent, mandans corpus meum mortuum sibi deportari. Quod nisi per misericordiam Dei ante punctum temporis mihi innotuisset, & fugissem, jampridem, sicut dixi, ab humanis rebus effectus essem alienus. Postquam vero salvari per misericordiam Dei potui, ex insensibilitate autem mea non discessi ex maxima urbe Alexandrina, & propter infirmitatem corporis mei, & quia multum meorum obsequio indigebam, præcipue vero quia & ex ea essem civitate ego & mei majores, & quia domum in ea haberem; iratus super his, quasi nihil factum esset, in ipsis B paschalibus diebus iterum me jubet per Harpocrationem diaconum rapi, (semper enim ejus ministravit furori pariter cum prædicto Petro diacono, sicut demonstrant quæ apud Ephesum gesta sunt adversus sanctæ memoriæ Flavianum quondam archiepiscopum novæ Romæ, & contra multos alios, insuper etiam & contra reverendissimum nunc quidem episcopum, tunc vero presbyterum & œconomum constitutum magnæ Alexandrinæ civitatis ecclesiæ Proterium:) & recludor in uno xenodochio tabidorum, nullo modo alicui obnoxius constitutus; neque, sicut docui, accusatione aliquando adversus me facta. immittit autem iterum C & in eodem xenodochio * aliquos, qui me occiderent, sicut & omnibus qui in ipso xenodochio sunt, manifestum est, in tantum, ut horrentes malitiam, juvare me dignarentur: propter quod & vivo hactenus. Nec prius me ab illis iniquissimis absolvit vinculis, nisi & a magna Alexandria alienum me fieri promitterem in tali corporis statu, & aliqua alia quæ illi erant desiderabilia agere. Quoniam igitur considerratis, sanctissimi & beatissimi patres, quia omnia quæ ab eo commissa sunt, neque Deo placita, neque legibus toleranda sunt, sed neque ulli homini: peto & deprecor * vestigia angelicæ vestræ militiæ, miseD reri mei, & præcipere me sanctum & universale vestrum intrare concilium, hæc omnia probaturum: quatenus & ex omni iniquitate in me illæsus effectus, proprio gradui, si vestræ placuerit sanctitati, restituar, homo, qui multis temporibus sincere jussionibus sanctæ memoriæ & catholicæ fidei advocati Cyrilli ministravi, & debilis factus, & non habens aliunde necessaria vitæ nutrimenta: quatenus hæc juste promeritus, solitas orationes & gratias referam omnium nostrum salvatori Christo pro vestro angelico choro. Et supplico, pro documento eorum quæ a me dicta sunt, in tuto collocari Agorastum, Dorotheum, Eusebium, Didioné, E Harpocrationem, Petrum, / Gaianum mediastinum episcopalis balnei, nunc eum comitantem, qui est imperitus, & qui potest omnia subtiliter dicere. Paratus enim sum, tempore cognitionis & sanctissimos viros, vita & fide probabiles, producere ex jussione vestræ sanctitatis, qui de his omnibus, [quæ in libellis accusationis sunt inserta,] testificari valeant. Ischyrion diaconus hos libellos obtuli, factos secundum meam voluntatem & dictatos, & manu mea subscriptos.

ACTIO TERTIA.

* quemdã qui me occideret;

* gubernationem

/ Gaium

Et

Actio Tertia.

Anno Christi 451.

Et cum recitatus fuisset libellus, Paschasinus episcopus dixit: Et libellus præsentis Athanasii, qui nobis oblatus est, recenseatur. Et suscipiens eum Procopius diaconus & notarius, legit. Et cum lectus esset, Lucentius episcopus dixit: Quæ per libellum docuisti adversus Dei amantissimum Dioscorum episcopum, hæc considera, & si confidis, per te notum * nobis facito, & proprio ore manifesta. Athanasius dixit: Paratus sum, & mihi confido, advenientem eum in vestro sancto concilio, in omnibus, de quibus eum accusavi, convincere. Et post ipsum Ischyrion dixit: Si deductus fuerit in hac sancta & universali synodo Dioscorus reverendissimus Alexandriæ episcopus, paratus sum per evidentissimas probationes demonstrare hæc omnia, quæ vestrum angelicum chorum docui, nihilo minus & per nominatos a me testes, syncellos ejus constitutos, qui hactenus cum ipso * degere & manere videntur, cũ producti fuerint, quatenus & ex domesticis ejus veritas ostendatur. * Per orationes enim vestras, quidem in honore promoti sunt, pro eo quod illis homicidiis, quæ in Epheso facta sunt, ministrassent, & hic cum ipso sunt. Et cum lecti fuissent libelli, Marinianus episcopus [metropolitanus] Synnadæ dixit: Oblatus libellus adversus reverendissimum Dioscorum episcopum ab Athanasio * viro religioso, fidei monimentorum [cum aliis] inseratur. Pergamius episcopus [metropolitanus] Antiochiæ Pisidiæ dixit: Lectum libellum, quem obtulit reverendus Athanasius, in quo reverendissimum Dioscorum Alexandriæ civitatis episcopum accusavit, oportet monimentis, quæ nunc aguntur, inseri. Dicat vero idem Athanasius propria voce, si suis accusationibus aderit.

* ipsi

* degunt & comitatur, quatenus

* Sic me orationes vestræ juvent. quidã autem in honore

* reverendissimo presbytero Alexandriæ.

A Καὶ μετὰ τὸ ἀναγνωσθῆναι αὐτὸν, Πασχασῖνος ἐπίσκοπος εἶπε· καὶ ὁ λίβελλος τοῦ παρόντος Ἀθανασίου, ὁ προσκομισθεὶς ἡμῖν, ἀναγινωσκέσθω. καὶ λαβὼν Προκόπιος διάκονος, καὶ νοτάριος, ἀνέγνω. καὶ μετὰ τὸ ἀναγνωσθῆναι αὐτὸν, Λουκήνσιος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἅπερ ἐν τῷ λιβέλλῳ διδάσκεις κατὰ τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Διοσκόρου, ταῦτα σκόπει· καὶ εἰ θαῤῥεῖς, γνώρισον * αὐτὸ, καὶ τῷ οἰκείῳ σου δήλωσον στόματι. Ἀθανάσιος εἶπεν· ἕτοιμός εἰμι, καὶ θαῤῥῶ ἐμαυτῷ, παραγινόμενον αὐτὸν ἐπὶ τῆς ἁγιωτάτης ὑμῶν συνόδου διελέγξαι εἰς πάντα, ἅπερ αὐτοῦ κατηγόρησα. B καὶ μετ᾽ αὐτὸν, Ἰσχυρίων εἶπεν· εἰ παραχθῇ ἐν ταύτῃ τῇ ἁγιωτάτῃ, καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ Διόσκορος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας, ἑτοίμως ἔχω κἀγὼ δι᾽ ἐναργῶν ἀποδείξεων ταῦτα πάντα, ἅπερ ἐδίδαξα τὸν ὑμέτερον ἀγγελικὸν χορόν· οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ τῶν ἐκδοθέντων παρ᾽ ἐμοῦ μαρτύρων, συγκέλλων αὐτοῦ ὄντων, καὶ μετ᾽ αὐτοῦ μέχρι καὶ νῦν ὄντων, καὶ παραφερομένων· ὥστε καὶ ἐκ τῶν οἰκείων αὐτοῦ ταῦτα δεῖξαι ἀληθῆ· μὰ τὰς εὐχὰς ὑμῶν. τινὲς δὲ τιμῆς ἠξιώθησαν, ἐπειδὴ ὑπούργησαν τοῖς φόνοις ἐκείνοις, τοῖς ἐν Ἐφέσῳ γενομένοις, καὶ ἐνταῦθά εἰσιν. καὶ μετὰ τὸ ἀναγνωσθῆναι, C Μαρινιανὸς ἐπίσκοπος Συννάδων εἶπεν· ὁ ἐπιδοθεὶς λίβελλος κατὰ Διοσκόρου τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου παρὰ Ἀθανασίου τοῦ εὐλαβεστάτου πρεσβυτέρου Ἀλεξανδρείας, ἐμφερέσθω τῇ πίστει τῶν ὑπομνημάτων. Περγάμιος ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας Πισιδίας εἶπε· τὸν ὑπανεγνωσμένον λίβελλον, ὃν ἐπιδέδωκεν Ἀθανάσιος ὁ εὐλαβέστατος, ἐν ᾧ κατηγορήσατο Διόσκορον τὸν ἐπίσκοπον, ἁρμόδιον τοῖς νῦν πραττομένοις ἐντάττεσθαι ὑπομνήμασι. λεγέτω δὲ ὁ αὐτὸς Ἀθανάσιος τῇ οἰκείᾳ αὐτοῦ φωνῇ, εἴ γε ταῖς κατηγορίαις ἑαυτοῦ συνίσταται.

* αὐτῷ

Libellus Athanasii presbyteri Alexandriæ, prolatus adversus Dioscorum sanctæ synodo.

D Λίβελλος Ἀθανασίου πρεσβυτέρου Ἀλεξανδρείας προσκομισθεὶς κατὰ Διοσκόρου τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ.

Sanctissimo & beatissimo universali patriarchæ magnæ Romæ Leoni, & sancto & universali concilio secundum Dei voluntatem & divinum nutum congregato in Calchedonensi civitate, a miserabili Athanasio quondam presbytero magnæ Alexandrinæ civitatis, & filio sororis sanctæ & beatæ memoriæ episcopi Cyrilli.

Τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ τῆς μεγάλης Ῥώμης Λέοντι, καὶ τῇ ἁγίᾳ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ, κατὰ βούλησιν Θεοῦ, καὶ θεῖον νεῦμα συναχθείσῃ ἐν τῇ Καλχηδονέων πόλει, παρὰ τοῦ ἐλεεινοῦ Ἀθανασίου γενομένου πρεσβυτέρου τῆς μεγάλης Ἀλεξανδρείας, υἱοῦ ἀδελφῆς τοῦ τῆς ὁσίας μνήμης ἀρχιεπισκόπου Κυρίλλου.

Sanctæ & beatæ memoriæ Cyrillus, magnæ Alexandrinæ civitatis quondam triginta & duobus annis archiepiscopus, irreprehensibiliter & cum recta fide vivens, mihi quidem Athanasio, & clarissimæ memoriæ Paulo fratri meo avunculus fuerat; meæ vero matris Isidoræ germanus. Hic moriturus testamentum condens, honoravit eum, quicumque ille post eum fuisset ordinatus archiepiscopus, plurimis & magnis legatis de propria sua substantia, conjurans eum in scriptis per venerabilia & terribilia mysteria, ut ipsius foveret genus, & in nullo eis laborem incuteret.

E Ὁ τῆς ἁγίας καὶ μακαρίας μνήμης Κύριλλος, ὁ τῆς μεγάλης Ἀλεξανδρείας γεγονὼς ἀρχιεπίσκοπος ἐπὶ τριάκοντα δύο ἔτη, ἀμέμπτως μετὰ τῆς ὀρθῆς πίστεως ζήσας, ἐμοῦ μὲν τοῦ Ἀθανασίου γεγένηται θεῖος πρὸς μητρὸς, καὶ τοῦ τῆς λαμπρᾶς μνήμης ἀδελφοῦ μου Παύλου, * ἐμοῦ δὲ τῆς Ισιδώρας ἀδελφός. οὗτος μέλλων τελευτᾷν, διαθήκας θέμενος, ἐτίμησε τὸν μετ᾽ αὐτὸν γενόμενον ἐπίσκοπον, ὅστις ἐὰν ᾖ, πλείστοις καὶ μεγάλοις λεγάτοις ἐκ τῆς ἰδίας ἑαυτοῦ ὑποστάσεως, ὁρκώσας τοῦτον ἐγγράφως κατὰ τῶν σεπτῶν καὶ φρικτῶν μυστηρίων, ὥστε θάλψαι τὸ αὐτοῦ γένος, καὶ ἐν μηδενὶ κάματον αὐτοῖς παρασχεῖν. ἀλλ᾽

* leg. πρὸς δὲ ἐμῆς Ισιδώρας

A Iubet religiositas vestra, ut ecclesiastica sententia adversus eum, ut sum interlocutus, utamur? Sancta synodns dixit: Etiam consentimus. ' Quintus episcopus Phocensis dixit: Quando sanctum virum Flavianum catholicæ fidei custodem interfecit, neque canones protulit, neque lecti sunt, neque aliquo ecclesiastico ordine usus est, sed propria utens auctoritate, eum damnavit. Nunc vero omnia canonice placuerunt, & non debent iterum dilationibus protrahi. Proterius episcopus * Smyrnensis dixit: Quando interfectus est sanctus Flavianus, nihil consequenter super eum actum est. Nunc vero tanti sancti patres, & nunc iterum protractiones ' tentat B exquirere, omnibus pie in sancto concilio ' collectis? Iulianus episcopus Hypæpensis dixit: Sancti patres audite. Quando in Ephesia metropoli * primatum habebat Dioscorus ad judicandum * inter sanctum Flavianum & religiosissimum Eusebium episcopum, [interque Eutychem,] * ex omni parte iniquam proferens sententiam, ipse prius prosecutus est injustum judicium, & omnes cum necessitate secuti sunt. Nunc vestra sanctitas * primatum tenet sanctissimi Leonis, & omne sanctum concilium, quod secundum Dei gratiam & sanctionem C piissimorum nostrorum imperatorum congregatum est, & cognovistis singula quæ in Epheso injuste facta sunt; & omnia quæ ibi gesta sunt, vestræ sanctitati innotuerunt: & semel, & secundo, & tertio vocavit Dioscorum, & nullatenus voluit obedire. Petimus igitur vestram sanctitatem, qui habes, magis autem qui habetis locum sanctissimi papæ Leonis, promulgare in eum, & regulis insitam contra eum proferre sententiam. Omnes enim, & tota universalis synodus concors efficitur vestræ sanctitatis sententiæ. Paschasinus episcopus dixit: Iterum dico: Quid placet beatitudini vestræ? Maximus episcopus D magnæ Antiochenæ civitatis dixit: Quod videtur sanctitati vestræ, & nos concordes efficimur.

Paschasinus episcopus Lilybætanus, provinciæ Siciliæ, & cum ipso Lucentius episcopus ' Esculanensis, & Bonifacius presbyter magnæ Romanæ ecclesiæ, tenentes locum sanctissimi & beatissimi archiepiscopi apostolicæ sedis magnæ & senioris Romæ Leonis, pronuntiaverunt: Manifesta facta sunt, quæ a Dioscoro quondam Alexandriæ magnæ ecclesiæ episcopo commissa sunt adversus sanctarum regularum ordinem, & ecclesiasticam disciplinam, tam ex iis quæ dudum E examinata sunt in priori consessu, quam ex iis quæ hodie acta sunt. Hic enim (ut plurima intermittamus) Eutychem similia sibi sapientem, & regulariter a proprio damnatum episcopo (id est, sanctissimo patre nostro [& archiepiscopo quondam] Flaviano) præsumens sibi primatum, irregulariter in communionem suscepit, priusquam consideret in Epheso cum Dei amantissimis episcopis. Sed illis quidem apostolica sedes veniam præstitit de iis quæ ibi non voluntarie ab eis gesta sunt, qui & hactenus permanserunt obedientes sanctissimo

Margin notes (left): προσήγαγεν, | Μυρίνης | περᾶται | παραγαγών | ἐπηκολούθησαν μετὰ ...

Margin notes (right): ACTIO TERTIA. | ' Cointus | * Myrinensis | ' Myrensis | ' tentatis | ' gestis | * auctoritatem | * interim quidé sanctum Flav. & rel. Euse. episc acposuit, i. niquam | * Videtur interpres legisse καθ' ὅλου | * auctoritatem | ' Herculanensis, sive Herclanensis

archiepiſcopo Leoni, & omni ſancto & A univerſali concilio: hujus gratia & in ſua communione eos ſicut confideles ſuſcepit. Hic autem & hactenus permanſit glorians in eis, pro quibus eum oportebat gemere, & ſe terræ proſternere. Super hæc vero neque epiſtolam legi permiſit beatiſſimi papæ Leonis, ſcriptam ad ſanctæ memoriæ Flavianum, & hoc frequenter rogatus a portitoribus recitari eam, & cum juramento fieri lectionem promittens: qua non lecta, ſcandalum & læſionem ſanctæ Dei eccleſiæ per totum orbem terræ pertulerunt. Sed tamen talibus ab eo audacter commiſſis, deliberabamus; ut de priore ſua peſſima actione aliqua ei præſtaretur clementia, ſicut & ceteris reverendiſsimis epiſcopis, * & iis qui neque ſimilem ei auctoritatem judicandi habuerunt. Sed quoniam ſecundis exceſsibus priorem iniquitatem valde tranſcendit, (præſumpſit enim & excommunicationem dictare adverſus ſanctiſsimum & beatiſsimum archiepiſcopum magnæ Romæ Leonem, inſuper etiam multi libelli [multis] ejus pleni iniquitatibus, contra eum in ſancto & magno concilio oblati ſunt, & ſemel, & ſecundo, & tertio per Dei amantiſsimos epiſcopos regulariter vocatus, minime voluit obedire, propria utique conſcientia ſtimulatus, & hos, qui a diverſis conciliis regulariter damnati ſunt, contra [divinas] leges ſuſcepit) ideo ipſe contra ſe elicuit ſententiam, & * ſæpius eccleſiaſticos conculcans canones. Unde ſanctiſsimus & beatiſſimus archiepiſcopus magnæ & ſenioris Romæ Leo, per nos & per præſentem ſanctam ſynodum, una cum ter beatiſsimo & omni laude digno beato Petro apoſtolo, qui eſt petra & crepido catholicæ eccleſiæ, & rectæ fidei fundamentum, nudavit eum tam epiſcopatus dignitate, quam etiam & ab omni ſacerdotali alienavit miniſterio. Igitur ſancta hæc & magna ſynodus, quæ placent regulis, ſuper memorato Dioſcoro decernat.

* etſi non ſimilem ipſi cauſam judicii habuerint.

* diverſimode

Anatolius archiepiſcopus regiæ Conſtantinopolis novæ Romæ dixit: Hæc eadem apoſtolicæ ſedi per omnia ſapiens, concors ſententiæ efficior ſuper damnatione Dioſcori quondam Alexandrinæ magnæ civitatis epiſcopi, qui ſeipſum ab omni ſacerdotali miniſterio oſtendit alienum, eo quod omnibus ſanctorum patrum regulis extitit inobediens, & tertio canonice vocatus noluit obtemperare.

Μάξιμος ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας·

Maximus epiſcopus magnæ Antiochiæ civitatis dixit: Optabam quidem nullum ex fratribus & conſacerdotibus meis talibus peccatis irruere, ut etiam regulis ſubjaceret. Quoniam vero Dioſcorus quondam Alexandrinæ magnæ civitatis epiſcopus, ſuper alia & tertio ad ſe facta regulari vocatione, inobediens viſus eſt, non occurrens: ideo eum eccleſiaſticæ ſententiæ ſubjicio, ſicut & ſanctiſsimus & beatiſsimus archiepiſcopus & pater noſter Leo regiæ ſenioris urbis Romæ, per vicarios ſuos ſanctiſsimos epiſcopos

ἀρχιεπισκόπῳ Λέοντι, καὶ πάσῃ τῇ ἁγιωτάτῃ καὶ οἰκουμενικῇ ἁγίᾳ συνόδῳ. οὗ δὴ χάριν καὶ ἐν τῇ ἑαυτοῦ κοινωνίᾳ ὁμοπίστους ἐδέξατο. οὕτως δὲ μέχρι τοῦ παρόντος ἐνέμεινε σεμνυνόμενος ἐπ' ἐκείνοις, ἐφ' οἷς ἔδει στένειν καὶ εἰς γῆν κεκυφέναι. πρὸς τούτοις δὲ οὐδὲ τὴν ἐπιστολὴν ἀναγνωσθῆναι συνεχώρησε τοῦ μακαριωτάτου πάπα Λέοντος, τὴν γραφεῖσαν παρ' αὐτοῦ πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις τῇ μνήμῃ Φλαβιανόν, καὶ ταῦτα, πολλάκις παρακληθεὶς ἀναγνῶναι ταύτην ὑπὸ τῶν κεκομικότων, καὶ μεθ' ὅρκων ποιήσασθαι τὴν ἀνάγνωσιν ὑποσχόμενος· ἧς μὴ ἀναγνωσθείσης, σκανδάλου καὶ βλάβης αἱ ἀνὰ τὴν οἰκουμένην ἐπειράθησαν ἁγιώταται B ἐκκλησίαι. ἀλλ' ὅμως τοιούτων παρ' αὐτοῦ τολμηθέντων, ἐσκοποῦμεν ἐκ τῆς προτέρας πράξεως, φιλανθρωπίας αὐτὸν ἀξιῶσαι, ὡς καὶ τοὺς λοιποὺς θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους, καίτοι μηδὲ * αἰτίαν παραπλησίως αὐτῷ τῆς κρίσεως * ἐσχηκότας. ἐπειδὴ δὲ τοῖς δευτέροις τὴν προτέραν παρανομίαν ὑπερηκόντισεν, ἐτόλμησε δὲ καὶ ἀκοινωνησίαν * ὑπαγορεῦσαι κατὰ τοῦ ἁγιωτάτου καὶ ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου τῆς μεγάλης Ῥώμης Λέοντος, πρὸς δὲ τούτοις καὶ λιβέλλων πολλῶν * παρανομιῶν μεστῶν κατ' αὐτοῦ προσενεχθέντων τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ, καὶ ἅπαξ, καὶ δὶς, καὶ τρὶς διὰ θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων κανονικῶς κληC θεὶς οὐχ ὑπήκουσεν, ὑπὸ τοῦ συνειδότος δηλονότι κεντούμενος, καὶ τοὺς παρὰ συνόδων διαφόρων ἐνθέσμως καθαιρεθέντας, παρανόμως ἐδέξατο, αὐτὸς * καθ' ἑαυτοῦ τὴν ψῆφον ἐξήνεγκε, διαφόρως τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς πατήσας θεσμούς. ὅθεν ὁ ἁγιώτατος καὶ μακαριώτατος ἀρχιεπίσκοπος τῆς μεγάλης καὶ πρεσβυτέρας Ῥώμης Λέων, δι' ἡμῶν καὶ τῆς παρούσης ἁγιωτάτης συνόδου, μετὰ τοῦ τρισμακαριωτάτου καὶ πανευφήμου Πέτρου τοῦ ἀποστόλου ὅς ἐστι πέτρα καὶ κρηπὶς τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, καὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως ὁ θεμέλιος, ἐγύμνωσεν αὐτὸν τῆς τοῦ ἐπισκόπου, καὶ πάσης ἱερατικῆς ἠλλοτρίωσεν ἀξίας. τοιγαροῦν ἡ ἁγιωτάτη D αὕτη καὶ μεγάλη σύνοδος τὰ δόξαντα τοῖς κανόσιν ἐπὶ τῷ μνημονευθέντι Διοσκόρῳ ψηφίσεται.

* αὐθεντίας

* τ. ἐσχηκότας.

* ἐπαγορεῦσαι.

* παρανομίας

* καθ' ἑαυτόν.

Ἀνατόλιος ἐπίσκ. τῆς βασιλευούσης Κωνσταντινουπόλεως, νέας Ῥώμης, εἶπε· τὰ αὐτὰ τῷ ἀποστολικῷ θρόνῳ διὰ πάντων φρονῶν, σύμψηφος κἀγὼ γίνομαι ἐπὶ τῇ καθαιρέσει Διοσκόρου, τοῦ γενομένου ἐπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως, ἑαυτὸν πάσης ἱερατικῆς λειτουργίας ἀλλότριον ἀποδείξαντος, διὰ τὸ ἐν ἅπασιν ἀπειθῆσαι τοῖς τῶν ἁγίων πατέρων κανόσι, καὶ τρίτον κανονικῶς κληθέντα, καὶ μὴ ὑπακοῦσαι θελήσαντα.

E Paſchaſinum & Lucentium, & religioſiſsimum preſbyterum ejuſdem magnæ Romæ Bonifacium, & ſanctiſsimus & beatiſsimus regiæ novæ Romæ archiepiſcopus Anatolius interlocuti ſunt. Et ego his concors effectus, alienum eum judico ab omni epiſcopali ſive ſacerdotali dignitate & miniſterio.

Στέφανος ἐπίσκοπος Ἐφέσου·

Stephanus epiſcopus Epheſi metropolis dixit: Et ego his quæ dicta ſunt a religioſiſsimis & ſanctiſsimis Leone & Anatolio ſuper damnatione Dioſcori quondam Alexandrinæ magnæ civitatis epiſcopi, concors efficior, & alienum eum ab omni ſacerdotali dignitate eſſe definio.

Λουκιανὸς

ANNO CHRISTI 451.

Λουκιανὸς ἐπίσκοπος Βύζης·

Lucianus episcopus Byziæ civitatis, agens vices Deo amicissimi episcopi Cyriaci metropolitani Heracleæ, pro ipso dixit: His quæ secundum Deum sancto & magno concilio super damnatione Dioscori quondam magnæ Alexandrinæ civitatis episcopi bene placuerunt, consentio, alienans eum ab omni sacerdotali ministerio & dignitate.

Διογένης ἐπίσκοπος Κυζίκου·

Diogenes episcopus Metropolis Cyzici civitatis dixit: Dioscorus quondam magnæ Alexandrinæ civitatis episcopus, nuper adversus eum oblatis libellis, tertio regulariter per religiosissimos episcopos vocatus, & non obediens, semetipsum hujusmodi increpationibus fecit obnoxium. Unde & ego consentio his quæ adversus eum sunt definita, alienans eum ab omni sacerdotali ministerio, consentiens his quæ statuta sunt a sanctissimo & beatissimo archiepiscopo Romano Leone, & his quæ a sanctissimo & beatissimo regiæ novæ Romæ Anatolio, & præsente sancto & universali concilio.

Ἰουλιανὸς ἐπίσκοπος τῆς Κώων·

Iulianus episcopus Coensis, & legatus Romanæ ecclesiæ, dixit: Mihi quidem lacrymarum fontes distillant, & tenet linguam ad explanationem communis compassio. Sed quoniam præter meum votum Dioscorus magnæ Alexandrinæ civitatis episcopus tot seipsum per inobedientiam criminibus monstravit obnoxium; accusatus a diversis in multis delictis, & tertio vocatus regulariter, occurrere minime voluit, debilitate conscientiæ tentus, dolens & gemens dico, alienum eum esse ab episcopatus dignitate & omni sacerdotali ministerio.

Εὐνόμιος ἐπίσκοπος Νικομηδείας·

Eunomius episcopus Nicomediæ civitatis metropolitanus dixit: His quæ sub diligenti sancti hujus & universalis concilii examinatione super Dioscoro, qui fuit magnæ Alexandrinæ civitatis episcopus, cum legitima cautela gesta sunt, & ego consequenter decerno, alienum eum judicans a sede sacerdotali.

Πέτρος ἐπίσκοπος Κορίνθου·

Petrus episcopus metropolitanus Corinthi, provinciæ Achaiæ, dixit: Consentio & ego his interlocutionibus, tam vicariorum sanctissimi & beatissimi archiepiscopi maximæ Romæ Leonis, & sanctissimi & Deo amicissimi & omni laude supergressi Anatolii, super damnatione Dioscori, & alienum eum ab omni sacerdotali ministerio esse decerno.

Ἐλευθέριος Καλχηδόνος·

Eleutherius episcopus Calchedonensis dixit: Omnibus juste definitis a sancta hac & universali synodo adversus Dioscorum quondam magnæ Alexandrinæ civitatis episcopum, concors effectus, alienum eum esse judico ab omni sacerdotali dignitate & ministerio.

Θεόδωρος Ταρσοῦ·

Theodorus episcopus metropolitanus Tarsensis dixit: Seipsum alienum fecit a sacerdotali dignitate Dioscorus, Eutychem damnatum a sanctæ memoriæ Flaviano in communionem suam irregulariter suscipiens; super criminibus vero gravissimis accusatus, & vocatus a sancto & universali concilio, non obtemperans: unde a maximis sedibus tam magnæ Romæ, quam novæ Romæ, sanctissimarum ecclesiarum archiepiscopis Leone & Anatolio juste damnatus est. Quibus & ego concors effectus, interlocutus sum, alienum eum judicans ab omni pontificali ministerio.

ACTIO TERTIA.

Ῥωμανὸς Μύρων·

Romanus episcopus metropolitanus Myrenæ civitatis dixit: Dioscorum accusatum per oblationem libellorum a religiosissimo episcopo Eusebio, insuper etiam & a diversis clericis in sancta & universali synodo, congregata secundum sanctionem piissimorum & Christianissimorum nostrorum imperatorum in Chalchedonensi civitate, tertia ad eum regulariter facta vocatione per reverendissimos episcopos, ut veniret, & de his quæ ei ingerebantur, sibi adesset, & minime obedientem, consone & ego sequens sanctissimum & beatissimum archiepiscopum Leonem senioris Romæ, & sanctissimum & Dei amantissimum archiepiscopum novę Romę Constantinopolitanum Anatolium, & omne sanctum & universale concilium, profiteor prędictum Dioscorum Alexandrinæ civitatis quondam episcopum, contemnentem & non obedientem, alienum esse tam ab episcopatus dignitate, quam ab omni sacerdotali ministerio.

Κῦρος Ἀναζάρβου·

Cyrus episcopus metropolitanus Anazarbenæ civitatis dixit: Lamentatione quidem dignum est, aliquem patrum nostrorum in hujusmodi incidisse delicta, quæ a sacerdotali eum alienent dignitate. Quoniam vero ea quæ super Dioscoro quondam episcopo magnæ Alexandrinæ civitatis subsecuta sunt, & tres quæ ad eum factæ sunt vocationes, quibus noluit obedire, compulerunt sanctos & beatissimos nostros patres regulariter & consequenter eum ab episcopali dignitate & ministerio exterum constituere: hæc & ego, quæ ab eis recte & juste judicata sunt, sequens, eadem decerno, alienum eum judicans ab omni episcopali dignitate & ministerio.

Κωνσταντῖνος Μελιτηνῆς·

Constantinus episcopus metropolis Melitenæ civitatis dixit: Ploro quidem & plango per suos actus ruentem de episcopali gradu Dioscorum quondam Alexandrinæ magnæ civitatis episcopum. Tamen quoniam consequenter & canonice & juste adversus eum a sanctissimo & beatissimo archiepiscopo Leone, & a sancto & beatissimo Anatolio archiepiscopo novæ Romæ Constantinopolitano, & sancto & magno & universali Calchedonensi concilio est prolata sententia, concors efficior his quæ super prædicto definita sunt, alienum eum judicans ab omni sacerdotali ministerio.

Σέλευκος Ἀμασείας·

Seleucus episcopus metropolitanus Amasiæ civitatis dixit: His quæ legitime & canonice nuper prolata sunt ab apostolica Romana sede per sanctissimos episcopos, qui ejus loco advenerunt, & a sanctissimo & Dei amantissimo archiepiscopo novæ Romæ Anatolio, & ab omni sancto concilio, super Dioscoro magnæ Alexandrinæ civitatis quondam episcopo, & ipse consentio & concordo, & omni eum judico pontificatus ministerio esse privatum.

ACTIO TERTIA.

ANNO CHRISTI 451.

Ιωάννης Σεβαστείας·

Ioannes episcopus metropolitanus Sebastiæ civitatis Armeniæ primæ dixit : Iusta & regularis est prolata sententia a beatissimo & sanctissimo patre nostro & archiepiscopo Romano Leone, & Dei amantissimo & sanctissimo archiepiscopo Anatolio novæ Romæ Constantinopolitano, & a sancto hoc & universali concilio, super Dioscoro Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopo. Et ego omnibus quæ super eum sunt placita, consentiens, alienum eum judico ab omni sacerdotali ministerio.

Κωνσταντῖνος Βόστρων·

Constantinus episcopus metropolitanus Bostrenæ civitatis dixit : Consentio & ego his quæ definita sunt adversus Dioscorum Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopum a vicariis sanctissimi archiepiscopi Leonis, Dei amantissimis episcopis, & a sancto & beatissimo archiepiscopo regiæ Constantinopolitanæ civitatis novæ Romæ Anatolio ; & alienum eum judico ab omni sacerdotali dignitate & ministerio.

Καλόγηρος Κλαυδιουπόλεως·

Calogerus episcopus Claudiopolis civitatis metropolitanus dixit : Consentio his quæ regulariter & juste super Dioscoro Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopo facta sunt, decernens eum alienum esse ab omni sacerdotali dignitate & ministerio.

Πατρίκιος Τυάνων·

Patricius episcopus Tyanæ civitatis metropolitanus dixit : Ego quidem optabam non interesse tali audaciæ Dioscori, ita contemnentis tam divinos canones, quam etiam sanctissimos patres & archiepiscopos magnæ Romæ Leonem, & novæ Romæ Anatolium, & omne sanctum & universale concilium. Quoniam vero quæ commissa sunt, omnem repulerunt regularem consequentiam, concors sum omnibus his quæ super eo a maxima & Deo amabili synodo ordinata sunt, alienum eum judicans ab omni pontificali ministerio.

Ἀμφιλόχιος Σίδης·

Amphilochius episcopus metropolitanus Sidenæ civitatis, provinciæ Pamphyliæ, dixit: Votum quidem mihi erat, nec qualecumque quidem, maxime autem, honoratum ecclesiæ membrum abscindere. Quoniam vero Dioscorus Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopus, super quibus accusatus est a quibusdam, tertio vocatus a sancto & universali concilio minime occurrit, & super seipsum sanctæ synodi attraxit sententiam sibimet hoc ipsum juste reputet.

Ἐπιφάνιος Πέργης·

Epiphanius episcopus metropolitanus Pergensis civitatis, provinciæ Pamphyliæ, dixit : Optabam quidem ex nulla parte, neque super minores talem proferre sententiam, qualem adversus Dioscorum magnæ Alexandrinæ civitatis quondam episcopum. Sed quoniam seipsum obnoxium constituit, nolens tertio a sancto & universali concilio vocatus advenire, & satisfacere de his quæ ei ingerebantur, contra seipsum sententiam protulit, quam & ego sequens, consentio omnibus his quæ super eo judicata sunt.

Θεόδωρος Δαμασκοῦ·

Theodorus episcopus metropolitanus Damascenæ civitatis dixit : Recte & juste & secundum sanctorum canonum normam sancta & magna synodus definivit, quatenus Dioscorus sit alienus a sacerdotali & episcopali dignitate. Propter quod & ego alienum eum ab omni sacerdoti ministerio judico, concors effectus his quæ placita sunt, sicut prædixi, sanctæ & magnæ synodo.

Ἀττικὸς Νικοπόλεως παλαιᾶς Ἠπείρου·

Atticus episcopus Nicopolitanæ civitatis, metropolis veteri Epiri, dixit : Regularem fidem sanctorum patrum decernentium damnationem Dioscori magnæ Alexandrinæ civitatis quondam episcopi, & ego sequens, concors efficior.

Ὀνησίφορος Ἰκονίου·

Onesiphorus episcopus metropolis Iconii civitatis dixit : Oportebat quidem, reverendissimum Dioscorum & scientem regulas & consuetudinem minime ignorantem, obtemperare his quæ a sancto & universali concilio præcepta fuerant, & tertio vocatum eum per Dei amantissimos episcopos, advenire in sanctum concilium ad satisfaciendum de his quæ ei ingerebantur*

Βασίλειος Τραϊανουπόλεως·

Basilius episcopus metropolitanus Traianopolis civitatis dixit : His quæ placuerunt sancto concilio super Dioscoro consentit & mea parvitas.

Φλωρέντιος Σάρδεων·

Florentius episcopus metropolitanus Sardenæ civitatis dixit: Sequens & ego hæc quæ decreta sunt a sanctissimo & beatissimo papa Leone, per ejus beatitudinis vicarios, & per alios sanctos episcopos, Dioscorum magnæ Alexandrinæ civitatis episcopum, quoniam seipsum obnoxium constituit, nolens tertio a sancta & universali synodo vocatus advenire, alienum a sacerdotio & communione ecclesiastica decerno, propter suprascriptas * culpas. *causas.

Φραγκίων Φιλιππουπόλεως·

Francion episcopus metropolitanus Philippopolis civitatis dixit : Concors & ego efficior apostolicæ sedi & sanctissimo & Dei amantissimo archiepiscopo Anatolio Constantinopolitanæ civitatis novæ Romæ, & præsenti sancto & universali concilio, de damnatione Dioscori Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopi : & judico alienum eum esse tam a dignitate sacerdotali, quam etiam a communione terribilis mysterii.

Ἰωάννης Ῥόδου·

Ioannes episcopus metropolitanus Rhodi insulæ dixit : Omnibus juste & regulariter definitis a sancta hac & universali synodo adversus Dioscorum magnæ Alexandrinæ civitatis quondam episcopum, concors & ego effectus, alienum eum judico ab omni sacerdotali, sive etiam episcopali dignitate & ministerio.

Πέτρος Γαγγρῶν·

Petrus episcopus metropolitanus Gangrenæ civitatis dixit : Quæ placuerunt apostolicæ sedi & sanctis patribus super damnatione Dioscori, his & ego consensi.

Φώτιος

Φώτιος Τύρου·

Photius episcopus metropolitanus civitatis Tyri dixit: Iustæ & regulari sententiæ, quæ facta est in Dioscorum magnæ Alexandrinæ civitatis quondam episcopum, a sanctissimo & beatissimo archiepiscopo Leone, & sanctissimo & beatissimo archiepiscopo regiæ urbis Anatolio, & a sancto & universali concilio, quod secundum decretum Dei & imperialem sanctionem in Calchedonensi civitate factum est, consentio, & decerno ea quæ super eo sunt placita, & alienum eum habeo ab omni sacerdotali dignitate.

Νουνέχιος Λαοδικείας·

Nunechius episcopus metropolitanus Laodiceæ civitatis dixit: Secundum ea quæ definita sunt a sanctissimo & beatissimo patre nostro & archiepiscopo senioris Romæ Leone, per directos ab eo reverendissimos episcopos & Dei amantissimum presbyterum Bonifacium, & a reverendissimo & sanctissimo Anatolio archiepiscopo novæ Romæ Constantinopolitanæ civitatis, & omni præsenti concilio, judico & ipse Dioscorum Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopum, alienum esse ab omni sacerdotali ministerio.

Περγάμιος Ἀντιοχείας Πισιδίας·

Pergamius episcopus metropolitanus Antiochenæ civitatis, provinciæ Pisidiæ, dixit: Plurimam olim confusionem contra divinos canones operantem Dioscorum magnæ Alexandrinæ civitatis quondam episcopum, & post multa adversus eum a diversis personis in sancta & magna synodo in scriptis deposita, vocatum probabiliter non semel, neque secundo, sed tertio, & advenire minime passum, sed aliqua inconsequenter & indecenter responsa facientem, & propter hoc juste damnatum ab universali hoc & sancto concilio, alienum eum esse a sacerdotali ministerio & dignitate, & prædictis increpationibus subjacere, similiter & ego decerno.

Μελέτιος Λαρίσσης·

Meletius episcopus Larissenæ civitatis, faciens verba pro Domno sanctissimo episcopo metropolitano Apameæ civitatis, dixit: Hæc eadem & ego decerno, concors effectus sanctis patribus adversus Dioscorum magnæ Alexandrinæ civitatis quondam episcopum, & eum alienum facio ab omni sacerdotali ministerio & dignitate.

Κριτωνιανὸς Ἀφροδισιάδος·

Critonianus episcopus metropolitanus Aphrodisiadis civitatis dixit: Secundum prolatam sententiam adversus Dioscorum magnæ Alexandrinæ civitatis quondam episcopum, a sanctissimis & beatissimis archiepiscopis & patribus nostris magnarum & regalium urbium, secundo & tertio regulariter vocatum, & minime obedientem, & ego concors effectus eidem sententiæ, alienum eum definio ab omni sacerdotali ordine & ministerio.

Συμεὼν Ἀμίδης·

Symeon episcopus metropolitanus Amidenæ civitatis dixit: Concors & ego sum regulariter gestis super damnatione Dioscori quondam episcopi Alexandrinæ magnæ civitatis, a sanctissimo ac beatissimo Anatolio archiepiscopo Constantinopolitanæ civitatis novæ Romæ, & sanctissimis & Dei amantissimis episco-

A pis in hoc sancto concilio congregatis, alienum judicans eumdem Dioscorum ab omni episcopali dignitate & ministerio.

Θεόκτιστος Πισινουντος·

Theoctistus episcopus metropolitanus Pissinuntenæ civitatis dixit: Consentio & ego omnibus, quæ adversus Dioscorum magnæ Alexandrinæ civitatis quondam episcopum ordinata sunt a sancto & universali concilio, per Photinum religiosissimum archidiaconum meum, alienans eum ab omni sacerdotali dignitate & ministerio.

Φροντινιανὸς Σαγαλασσοῦ·

B ' Frontinianus episcopus Sagalassenæ civitatis dixit: Concors efficior his quæ statuta sunt a sanctissimis patribus super damnatione Dioscori magnæ Alexandrinæ civitatis quondam episcopi, & alienum eum existimo ab omni sacerdotali & ecclesiastico ordine.

' Fonteianus seu ' Pontianus Alagassenæ

Νεοπτόλεμος Κόρνων·

Neoptolemus episcopus Cornensis dixit: Necessarium est & nos sequi ea quæ regulariter adversus Dioscorum sanctis patribus & metropolitanis episcopis sunt placita. Unde & ipse consentio factæ super eo damnationi.

Ἀχόλιος Λαράνδων·

C Acholius episcopus Larandenæ civitatis dixit: Iuste & regulariter judicatis a sanctis patribus adversus Dioscorum Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopum, concors & ego effectus sum in ejus damnatione.

Ἰουλιανὸς Ὑπαίπων·

Iulianus episcopus Hypæporum dixit: Et ego consentio omnibus, quæ interlocuti sunt sanctissimi episcopi Paschasinus & Lucentius, & Bonifacius religiosissimus presbyter, vicarii sanctissimi & beatissimi archiepiscopi Romani, & sanctissimus & beatissimus archiepiscopus regiæ Constantinopolitanæ civitatis novæ Romæ Anatolius, & omnibus quæ definivit sancta & universalis synodus super Dioscoro magnæ Alexandrinæ civitatis quondam episcopo, & judico eum alienum ab omni sacerdotali dignitate, & a fruitione sancti & inenarrabilis mysterii Dei nostri.

D

Λεόντιος Μαγνησίας·

Leontius episcopus Magnesiæ civitatis dixit: Lex est pia, patribus obedire, & eorum sequi judicia. Hanc legem & in præsenti custodiens, iis quæ ordinata sunt super Dioscoro, concors & ego efficior, alienans eum ab omni sacerdotali dignitate.

Εὐδόξιος Χώματος·

E Eudoxius episcopus Chomatenæ civitatis dixit: Secundum ea quæ a sanctis patribus approbata sunt super damnatione Dioscori quondam Alexandrinæ magnæ civitatis episcopi, & ego consentio, & alienum eum ab omni sacerdotio judico.

Στέφανος Λιμυρέων·

Stephanus episcopus Limyræ civitatis dixit: Consentio regulariter factæ Dioscori Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopi damnationi: propter quod & ego minimus definio, eum esse ab omni sacerdotio alienum.

Φρόντων Φασηλίδος·

Fronton episcopus Phaselidenæ civitatis dixit: Concors sum & ipse damnationi factæ super Dioscoro magnæ Alexandrinæ civitatis quon-

quondam episcopo, & alienum eum ab omni episcopali & sacerdotali ministerio esse approbavi, sicut & sancti patres, & sanctum decrevit concilium.

Θεόδωρος Ἀντιφέλλου·

Theodorus episcopus Antiphellenæ civitatis dixit: Consentio damnationi Dioscori Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopi, sicut sanctis regulis placuit, alienum eum existimans ab omni sacerdotali dignitate.

Λεόντιος Ἀράξε·

* Araxenæ ' Azarenæ

Leontius episcopus * Zarenæ civitatis dixit: Secundum prolatam sententiam a sanctis ' per omnia patribus adversus Dioscorum magnæ Alexandrinæ civitatis quondam episcopum, concors efficior in ejus damnatione, ab omni sacerdotali dignitate alienum eum existimans.

Ἀντίπατρος Κάμου·

* Cami ' Charmenæ seu Camini

Antipater episcopus * Cauninæ civitatis dixit: Consentio in Dioscori Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopi damnatione, & ab omni sacerdotali ministerio alienum eum judico.

Φίλιππος Λιβουρέων·

' Libyæ seu Liborenæ

Philippus episcopus ' Liburenæ civitatis dixit: Concors efficior professionibus sanctorum patrum, factis super damnatione Dioscori Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopi, & approbo & ego alienum eum esse ab episcopatus dignitate, & omni sacerdotali ministerio.

Κρατῖνος Πανόρμου·

' Cratinus seu Cratianus

' Gratianus episcopus Panormensis dixit: Concors & ego efficior in damnatione Dioscori magnæ Alexandrinæ civitatis quondam episcopi, facta a sanctis patribus, & alienum eum existimo ab omni sacerdotali dignitate.

Ἀνδρέας Τοέων·

* Tlozorũ, *sup.* ' Taroensis

Andreas episcopus * Toensis dixit: His quæ definita sunt a præcedentibus sanctis patribus de damnatione Dioscori Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopi, in omnibus concors efficior, & ab omni eum honore sacerdotali alienum judico.

Νικόλαος Ἀκαρασσῦ·

Nicolaus episcopus Acarassenus dixit: Consentio damnationi Dioscori Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopi, factæ a sanctis patribus & a sancta synodo, alienum eum judicans ab omni sacerdotali dignitate.

Ῥωμανὸς Βουβονέων·

Romanus episcopus Bubonensis dixit: Hæc eadem & ego profiteor, quæ & ante me sanctissimi patres; & concors sum in damnatione Dioscori Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopi, ab omni sacerdotali honore alienum eum judicans.

Ἀττικὸς Ζήλων·

Atticus episcopus Zelensis dixit: Lacrymor equidem de his quæ contigerunt, eo quod frater noster aliquando & consacerdos in talibus fuerit delictis. Quoniam vero consequens est & justum, regulariter me motum, eadem adversus eum definire, hujus rei gratia consentaneus & ego super damnatione Disocori Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopi, sanctis patribus efficior, & alienum eum judico ab omni sacerdotali dignitate.

Παῦλος Φιλομηλίε·

Paulus episcopus Philomeliensis dixit: Concors & ego efficior tam sanctissimo archiepiscopo Leoni, quam regulari & justæ sententiæ factæ super damnatione Dioscori Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopi, & alienum eum judico ab omni sacerdotali ministerio.

Φλωρέντιος Ἀδριανεπόλεως·

Florentius episcopus Hadrianopolitanus dixit: Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopus Dioscorus super iis quæ gessit inique, luit supplicium. Igitur & ego his quæ a sanctis patribus & archiepiscopis & omni sancto concilio super eum definita sunt, consentio, ab omni ecclesiastico ministerio cessare eum decernens.

Μεσσαλῖνος Λαοδικείας·

Messalinus episcopus Laodicensis dixit: Ostendit divinitas, quia non protractione temporum solent magnitudines delictorum oblivionem suscipere: sed divinorum ac sanctorum patrum regulæ apprehenderunt iniqua gerentem, & per nos judicant, Dioscorum magnæ Alexandrinæ civitatis quondam episcopum foras abjici ab ecclesiastico ordine, & divina sacerdotali operatione.

Ἐλπίδιος μονῆς Θέρμων·

Elpidius episcopus mansionis Thermensis dixit: Consentio sententiæ prolatæ a sanctis patribus contra Dioscorum Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopum, & alienum eum existimo ab omni sacerdotali ordine & ministerio.

Λογγῖνος Ὀρκιστοῦ·

Longinus episcopus Orchistensis civitatis dixit: Concors efficior sanctis patribus in damnatione Dioscori quondam Alexandrinæ magnæ civitatis episcopi, & ab omni sacerdotali ministerio alienum eum esse judico.

Μυστήριος Ἀμμορίου·

Mysterius episcopus Ammorii civitatis dixit: Prolatæ a sanctissimis & beatissimis patribus & episcopis nostris adversus Dioscorum quondam magnæ civitatis Alexandrinæ episcopum sententiæ & ego minimus consentio, alienum eum ab omni sacerdotali ministerio esse existimans.

Πέτρος Δαρδάνε·

Petrus episcopus Dardaniensis civitatis dixit: Definitionibus sanctorum patrum adversus Dioscorum promulgatis & ego concors efficior, alienans eum ab omni sacerdotali ministerio.

Ἰοβῖνος Λιβέλλε·

* Libel ' Iovian ep. Del tensis se Debelte civitatis provinci Hæmin tis

Iovinus episcopus * Deueltensis dixit: Dioscorum magnæ Alexandrinæ civitatis quondam episcopum, in multis & diversis accusatum criminibus, insuper & perfidiam Eutychis secutum, & juste a sancta & magna synodo damnatum, concors & ego effectus, ab omni eum episcopali ministerio existimo alienum.

Ἰνδιμος Εἰρηνεπόλεως·

Indimus episcopus Irenopolitanus Ciliciæ secundæ dixit: Consentio prolatæ sententiæ adversus Dioscorum magnæ Alexandrinæ civitatis quondam episcopum, a sanctissimo & beatissimo archiepiscopo Romano Leone, per eos qui ab ipso directi sunt, sanctissimos

ANNO CHRISTI 451.

mos & beatiſſimos epiſcopos, nec non etiam & a ſanctiſſimo & beatiſſimo archiepiſcopo regiæ Conſtantinopolitanæ urbis novæ Romæ Anatolio, & a ceteris ſanctiſſimis patribus, & alienum eum exiſtimo ab omni epiſcopali dignitate & miniſterio.

Ἀκύλας Εὐδοξιάδος·

Acylas

Aquilas epiſcopus Eudoxiadæ civitatis dixit: Agnoſco juſte damnatum Dioſcorum in hac ſancta ſynodo a ſanctis patribus, quia præter regulas, beatæ memoriæ epiſcopum Flavianum damnavit. hunc & ego cum omni ſynodo damnatum habeo.

Εὐτρόπιος * Ἀδάδου·

* Ἀδάδου. Aradenſis

Eutropius epiſcopus ' Adadenſis dixit: Factæ damnationi Dioſcori Alexandrinæ magnæ civitatis quondam epiſcopi, & a ſanctiſſimis & beatiſſimis archiepiſcopis Leone & Anatolio antiquæ Romæ & novæ, & a ſancto & univerſali hoc concilio, conſentio & concors ſum, ab omni eum eccleſiaſtico miniſterio alienum judicans.

Μάρκος Ἀρεθούσης·

Marcus epiſcopus Arethuſæ civitatis dixit: Ad hæc eadem & ego conſentio ſanctis patribus adverſus Dioſcorum magnæ Alexandrinæ civitatis quondam epiſcopum, & alieno eum ab omni ſacerdotali miniſterio.

Πετρώνιος Μυῤῥίνης·

Paterius

' Proterius epiſcopus Myrrhinæ civitatis dixit: Cum omnibus ſanctis patribus & ego concors efficior in damnatione Dioſcori magnæ Alexandrinæ civitatis quondam epiſcopi.

Μαρκελλῖνος Μητροπόλεως·

Marcellinus epiſcopus Metropolis civitatis dixit: Conſentio & ego ſanctis patribus univerſalis & ſancti concilii, in damnatione Dioſcori, juſte ſuſcipientis damnationem.

Εὐσέβιος Κλαζομενῶν·

Euſebius epiſcopus Clazomenæ civitatis dixit: Et ego concors efficior ſanctiſſimis & Dei amantiſſimis patribus, in damnatione Dioſcori magnæ Alexandrinæ civitatis quondam epiſcopi.

Ὀλύμπιος Θεοδοσιουπόλεως·

Lympius in pol.

' Olympius epiſcopus Theodoſiopolitanus dixit: Conſentio & ego ſanctiſſimis & beatiſſimis patribus, in damnatione Dioſcori Alexandrinorum quondam epiſcopi.

Μάμας Ἀνινήτου·

Mamas epiſcopus Aninetenæ civitatis dixit: * Prolato termino a ſanctis patribus ſuper damnatione Dioſcori Alexandrinæ civitatis quondam epiſcopi & ego conſentio.

* Prolatæ ſententiæ

Γερόντιος Σελευκείας·

Gerontius epiſcopus Seleuciæ civitatis dixit: Et ego conſentio factæ damnationi a ſanctis patribus ſuper Dioſcoro Alexandrinæ magnæ civitatis quondam epiſcopo.

Ἰουλιανὸς Ῥώσου·

Ioulianus epiſcopus ' Rhoſi civitatis dixit: Conſentio damnationi factæ a ſanctis patribus ſuper Dioſcoro Alexandrinæ magnæ civitatis quondam epiſcopo, & alienum eum judico ab omni ſacerdotali miniſterio.

' Roſſi

Ὑπάτιος Ζεφυρίου, καὶ Ἀλέξανδρος Σεβαστῆς, καὶ Θεόδωρος Αὐγούστης, καὶ Χρύσιππος Μάλλου·

Hypatius epiſcopus Zephyrii, & Alexander epiſcopus Sebaſtæ Ciliciæ ſecundæ, & Theodorus epiſcopus Auguſtæ, & Chryſippus epiſcopus Malli, dixerunt: Conſentimus omnibus regulariter & juſte judicatis ſuper damnatione Dioſcori Alexandrinæ magnæ civitatis quondam epiſcopi, a ſancta & univerſali ſynodo, & alienum eum habemus ab omni ſacerdotali miniſterio.

ACTIO TERTIA.

Κυριακὸς Τροκμάδων·

Chryſippus preſbyter, verba faciens pro Dei amantiſſimo & ſanctiſſimo Cyriaco epiſcopo Trocmadenæ ſanctæ Dei eccleſiæ, dixit: Concors & ego efficior his quæ determinata ſunt a ſanctis patribus ſuper damnatione Dioſcori magnæ Alexandrinæ civitatis quondam epiſcopi, quatenus alienus ſit a ſacerdotali miniſterio & epiſcopali dignitate.

Δανιὴλ * Ὀλέας·

* Καδῶν

Daniel minimus epiſcopus Cadenæ civitatis dixit: Secundum ea quæ ordinata ſunt ab apoſtolica ſede ſenioris & regiæ Romæ, & ab omni præſente ſancto concilio, & ipſe judico alienum eſſe Dioſcorum Alexandrinæ magnæ civitatis quondam epiſcopum ab omni eccleſiaſtico miniſterio & ſancta communione.

Θωμᾶς Θεοδοσιουπόλεως·

Thomas epiſcopus Theodoſiopolitanæ civitatis dixit: Et ipſe concors efficior tam apoſtolicæ ſedi, quam univerſæ ſanctæ ſynodo, adverſus Dioſcorum Alexandrinæ civitatis quondam epiſcopum, quatenus alienus ſit ab eccleſiaſtico miniſterio & ſancta communione.

Ἰωάννης Τραπεζοῦντος·

Ioannes epiſcopus Trapezuntis dixit: Concors efficior & ego omnibus præcedentibus ſanctis patribus adverſus Dioſcorum, & alienum judico eum ab omni ſacerdotali miniſterio & dignitate.

* Ἀθανάσιος Μοσσυνῶν·

* Γεννάδιος

* Athanaſius epiſcopus Moſſynorum dixit: Et ego concors efficior omni ſancto concilio, & alienum judico Dioſcorum ab omni ſacerdotali dignitate & ſancta communione.

* Genadius ſupr.

Πατρίκιος Νεοκαισαρείας·

Patricius epiſcopus Neocæſareæ, provinciæ Auguſtæ Euphrateſiæ, dixit: Conſentio ſancto & univerſali conſilio, & judico Dioſcorum ab omni ſacerdotali dignitate & miniſterio alienum.

Ἐπίκτητος Διοκλητιανουπόλεως·

Epictetus epiſcopus Diocletianopolis dixit: Veſtigia ſequens & ego ſanctorum patrum, cum ſanctis viris alienum judico Dioſcorum ab epiſcopali honore & dignitate.

Ἀλέξανδρος Σελευκείας Πισιδίας·

Alexander epiſcopus Seleuciæ Piſidiæ provinciæ dixit: Concors & ego in omnibus efficior his quæ judicata ſunt ab angelico veſtro conſeſſu adverſus Dioſcorum Alexandrinæ magnæ civitatis quondam epiſcopum.

Οὐαλεριανὸς Λαοδικείας Φοινίκης·

' Valerius epiſcopus Laodiceæ Phœnicis: dixit: Conſona & ipſe ſancto concilio adverſus Dioſcorum quondam epiſcopum decerno, judicans eum ab omni eccleſiaſtico miniſterio & epiſcopali dignitate alienum.

' Valerianus

Νατίρας Γάζης·

Natiras epiſcopus Gazæ dixit: Conſentio beatiſſimis

ACTIO TERTIA. ANNO CHRISTI 451.

beatissimis & sanctissimis patribus nostris adversus Dioscorum Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopum, & judico eum alienum esse ab omni episcopali dignitate & ministerio, contemnentem vocationes sanctorum patrum.

Κυρῖνος Παταρῶν·

' Cyprianus ' Cyrinus episcopus civitatis Pataræ dixit: His quæ judicata sunt a sanctissimis patribus & archiepiscopis adversus Dioscorum quondam episcopum, concors & ego efficior & consentio, & alienum eum existimo a sacerdotali dignitate & ministerio.

Θεόφιλος * Λοσσείοασῦ·

* Αριασσοῦ * Ariassi, al. Onesii ' Orias in c. Iol. at in Boh. Ariasu

Theophilus episcopus civitatis * Orei dixit: In omnibus quæ ordinata sunt a sancta & universali synodo adversus Dioscorum quondam episcopum, consentio, & concordo his quæ super eo gesta sunt.

Νέων Σιλίου·

al. Iliacorū ' Siliacorum vel Syliatorum

Neon episcopus civitatis * Silii dixit: Omnibus quæ prolata sunt vel decreta a sancta & universali synodo adversus Dioscorum quondam episcopum, consentio, & concordo omnibus quæ adversus eum acta sunt.

Εὐδόξιος Ετεννῶν·

Eudoxius episcopus civitatis Etennorum dixit: Sicut præcedentes sancti patres, & ego concors efficior ad damnationem Dioscori quondam episcopi.

Μαρκιανὸς Κοτένων·

* Cotenorū Marcianus episcopus * Stephanorum dixit: Sicut præcedentes sancti patres, & ego concors efficior ad damnationem Dioscori quondam episcopi.

Διόδοτος Λυσανίας·

' Lysaniæ Diodotus episcopus civitatis ' Lysimachiorum dixit: Et ego consentio omnibus decretis super damnatione Dioscori, qui fuit episcopus.

Ιωάννης Φλαβιάδος·

Ioannes episcopus Flaviadis, provinciæ Ciliciæ, dixit: Consentio prolatæ a sanctis patribus sententiæ adversus Dioscorum quondam episcopum, & alieno eum ab omni sacerdotali ministerio.

Τρύφων Χίου·

Tryphon episcopus insulæ Chii dixit: Concors efficior sanctis patribus adversus Dioscorum quondam episcopum, & alienum eum judico ab omni sacerdotali dignitate & ministerio.

Παῦλος Πτολεμαΐδος·

Paulus episcopus Ptolemaidis civitatis dixit: In omnibus quæ ordinata sunt a sancto & universali concilio super Dioscoro quondam epicopo, & ego consentio, & alienum eum judico ab omni episcopali dignitate & ministerio.

Διονύσιος Ηρακλείας·

Dionysius episcopus Heracleotenæ civitatis dixit: Prolatæ sententiæ a sanctissimis & beatissimis archiepiscopis & patribus magnatum & regalium urbium super Dioscoro quondam episcopo, vocato secundo & tertio, & non obediente, & ego concors efficior, alienum eum existimans ab omni sacerdotali dignitate & ministerio.

Ιωάννης Αλίνδου·

Ioannes episcopus civitatis Alindæ dixit: Concors & ego efficior sanctis patribus senioris & novæ Romæ, & ceteris sanctis patribus, adversus Dioscorum quondam episcopum, & alienum eum existimo ab omni sacerdotali dignitate & ministerio.

Ευτρόπιος Στρατονικείας·

* Eutropius sup. Eupithius

* Eustathius episcopus Stratoniciæ civitatis dixit: Secundum prolatam sententiam a sanctis archiepiscopis & patribus adversus Dioscorum quondam episcopum, vocatum secundo & tertio, & ego concors eis efficior, & alienum eum existimo ab omni sacerdotali dignitate & ministerio.

Ιωάννης Αμαζονέων·

' Amazonum Ioannes episcopus civitatis ' Amyzonum dixit: Et ego in omnibus concors efficior his, quæ super Dioscoro quondam episcopo acta sunt, alienum eum judicans ab omni episcopali dignitate & ministerio.

Παπίας Ερίζων·

Papias episcopus civitatis Erizorum dixit: Secundum prolatam sententiam a sanctis patribus adversus Dioscorum quondam episcopum, concors & ipse efficior eis, & alienum eum judico ab omni episcopali ministerio.

Διονύσιος Αντιοχείας * Καισαρείας·

* Καισαρείας

Dionysius episcopus Antiochiæ civitatis, provinciæ Cariæ, dixit: Et ipse concors efficior omnibus sanctis patribus, & alienum judico Dioscorum quondam episcopum ab omni sacerdotali dignitate & cooperatione.

Τυχάνιος Απολλωνιάδος·

Tynchanius episcopus Apolloniadæ civitatis dixit: Et ego similia sanctissimis & Deo amicissimis archiepiscopis & patribus nostris decerno super damnatione Dioscori episcopi.

Θεοδώριτος Αλαβάνδων·

Theodoretus episcopus civitatis Alabandenæ dixit: Et ego similia decerno beatissimis & sanctissimis archiepiscopis & patribus nostris super damnatione Dioscori quondam episcopi, alienum eum judicans ab omni sacerdotali dignitate & operatione.

Μένανδρος Ηρακλείας·

Menander episcopus Heracleæ civitatis dixit: Similia & ego decerno iis, quæ sancti archiepiscopi & patres nostri super Dioscoro quondam episcopo, alienans eum ab omni sacerdotali dignitate & operatione.

Φλακκίλλος Ιασοῦ·

Flaccillus episcopus civitatis Iassi dixit: Secundum prolatum decretum a sanctissimis archiepiscopis & patribus super Dioscoro quondam episcopo, vocato secundo & tertio, & minime obediente, & ego alienum eum existimo ab omni sacerdotali dignitate & operatione.

Ιωάννης Κνίδου·

Ioannes episcopus civitatis Gnidi dixit: Concors & ego efficior sanctis patribus, & alienum judico Dioscorum quondam episcopū ab omni sacerdotali dignitate & ministerio.

Καλανδίων Αλικαρνασσοῦ·

Iulianus presbyter, & agens vices Calandionis episcopi Halicarnassenæ civitatis, dixit: Secundum prolatam justam sententiam a sanctis archiepiscopis & patribus adversus Dioscorum quondam episcopum, vocatum & secundo & tertio, & minime obedientem, & ego alienum eum existimo ab omni sacerdotali dignitate & ministerio.

Θεότεκνος

ANNO CHRISTI 451. | ACTIO TERTIA.

Θεότεκνος Τυρέου·

Theotecnus episcopus * Tyrali dixit: Omnibus quæ a sanctis patribus secundum Dei timorem & secundum diligentiam sanctorum canonum ordinata sunt super Dioscoro quondam episcopo, & ego consentio, alienans eum ab omni episcopali ministerio.

*Tyrei, Tyaradi.

Εορτίκιος Νικοπόλεως·

* Eortícius episcopus Nicopolitanæ civitatis, provinciæ Pisidiæ, dixit: Concors & ego efficior sanctis patribus senioris & novæ Romæ, & ceteris omnibus sanctis patribus, adversus Dioscorum quondam episcopum, & alienum eum existimo ab omni sacerdotali dignitate & ministerio.

*Eortius

Κῦρος Σινιανδοῦ·

Cyrus episcopus Siniandi civitatis dixit: Dioscorum quondam episcopum contra sanctos canones agentem, & super sceleratis & nefandis a plurimis accusatum, & tertia vocatione vocatum, & minime obedientem, secundum præcedentes sanctos patres & ego alienum eum judico a pontificatus collegio, & omni sacerdotali ministerio.

Αἰθέριχος Σμύρνης·

Ætherichus episcopus Smyrnæ civitatis dixit: Decreto sanctorum patrum super damnatione Dioscori quondam episcopi facto, & ego consentio, alienum eum existimans ab episcopali dignitate & sanctorum communione, secundum quod placuit sanctissimo archiepiscopo Leoni, & sanctissimo archiepiscopo Anatolio & sancto concilio.

Φλωρέντιος Τενέδου·

Florentius episcopus Tenedi insulæ dixit: Seipsum nudans pontificatus dignitate Dioscorus quondam episcopus, pro eo quod vocatus secundum ecclesiasticas regulas tertio per diversos sanctissimos episcopos, obaudire minime passus est, inordinatis usus occasionibus, dignus est alienus esse a sacerdotali ordine, & ab omni ministerio & communione, secundum quod placuit præcedentibus sanctissimis patribus & episcopis.

Ζηνόδοτος Τερμισσοῦ·

Zenodotus episcopus civitatis * Telmessi dixit: Non debet indignari Dioscorus, justo succumbens judicio, qui sanctæ memoriæ quondam episcopum Flavianum nullo modo damnatione ostensum dignum, inique damnavit, sicut lecta monimenta antehac in hoc sancto concilio ostenderunt, & in præsenti vocatus a sancta synodo per sanctissimos patres semel, secundo & tertio, secundum divinorum canonum ordinem, occurrere, & accusatoribus respondere minime passus est. Iuste igitur auferatur ab episcopali sede, & omni ecclesiastico statu.

*Termissi Telmissi-

Σάββας Πάλτου·

Sabbas episcopus civitatis Palti dixit: Iuste & sancte sancti patres damnaverunt novum Cain Dioscorum Alexandrinę magnę civitatis quondam episcopum. Hunc & ego damno, & alienum ab ecclesiastico ministerio esse decerno.

Θεόκτιστος Βεῤῥοίας·

Theoctistus episcopus civitatis Berrhœæ dixit: Consentio omnibus quæ decreta sunt a sanctis patribus super damnatione Dioscori, & alienum eum judico ab omni sacerdotali ministerio & communione.

A

Μακάριος Αἴνου·

Macarius episcopus Æni civitatis dixit: Consentio omnibus decretis præcedentium sanctorum patrum super damnatione Dioscori.

Κυριακὸς Αἰγέης·

Cyriacus episcopus civitatis Ægeæ dixit: Consentio omnibus quæ regulariter & legitime a sanctis patribus super Dioscoro Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopo terminata sunt, alienum eum faciens ab omni sacerdotali honore, & episcopali dignitate.

Γενέθλιος Κρατείας·

Eulogius presbyter, agens vices Genethlii reverendissimi episcopi Cratiæ civitatis, dixit: Consentiens subscripsi his quæ definita sunt a sancta synodo.

B

Φίλιππος Θεοδοσιουπόλεως·

Philippus episcopus Theodosiopolis, sive Novæ aulæ, dixit: Et ego concors efficior sanctis patribus adversus Dioscorum quondam episcopum Alexandrinorum, alienum eum faciens ab episcopali dignitate, & omni sacerdotali ministerio.

Βασίλειος Παλαιᾶς πόλεως·

* Basilius episcopus Palæopolis dixit: Secundum * terminum sanctorum patrum, quem sanxerunt adversus Dioscorum quondam episcopum Alexandrinorum regulariter super eo proferentes sententiam, & ego concors eis efficior, ut sit extraneus tam a sacerdotali dignitate, quam a communione.

*Basilicus sup. * decretum f. p. quod

C

Παυλῖνος Απαμείας Πισιδίας·

Paulinus episcopus civitatis Apameæ Pisidiæ dixit: Consona & ego profitens sanctis patribus veteris & novæ Romæ, a quibus Dioscorus damnatus est, qui intolerabiliter in divinitate deliquit, mala operans, super ejus digne facta damnatione concors efficior.

Βασίλειος Νακωλείας·

Basilius episcopus civitatis Nacoliæ dixit: Et ego similia decerno, sicut sancta patrum synodus, adversus Dioscorum Alexandrinæ quondam episcopum, & extraneum eum existimo ab omni sacerdotali ministerio, regulis minime obtemperantem.

D

Ιωάννης Γερμανικείας·

Ioannes episcopus Germaniciæ civitatis dixit: Manifestus est Dioscorus Alexandrinæ civitatis quondam episcopus, quia mala usus conscientia, pro his quæ ei crimina ingerebantur, occurrere ad hoc sanctum & universale concilium minime voluit. Vnde regulariter adversus eum prolatæ sententiæ & ego consentio.

Κεκρόπιος Σεβαστουπόλεως·

Cecropius episcopus Sebastopolitanæ civitatis dixit: Concors sum & ego apostolicæ sedi, & sanctæ & magnæ huic synodo, in his quæ regulariter ordinata sunt adversus Dioscorum, & consentio alienum eum esse a sacerdotali ministerio.

E

Ακάκιος Αριαραθείας·

Acacius episcopus Ariarathirenæ civitatis dixit: Iusto & recto judicio tam apostolicæ sedis, quam sanctæ & universalis synodi, & ego consentio super Dioscoro inobediente regulis, & alienum eum esse profiteor ab omni sacerdotali ministerio.

Actio Tertia.

Ἰωάννης Νικοπόλεως·

Ioannes episcopus Nicopolitanus dixit: Boni consilii bonus est finis. Sed quoniam non recte cogitans Dioscorus Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopus, & secundum regulas tertio vocatus, minime obediens, ultimam super se traxit sententiam: inde & ego concors sum omnibus, & alienum eum ab omni sacerdotali ministerio esse judico.

Ρουφῖνος Σαμοσάτων·

Rufinus episcopus Samosatenæ civitatis dixit: Sequens sanctos archiepiscopos & patres, concors & ego efficior his quæ juste secundum regulas ordinata sunt super damnatione Dioscori magnæ Alexandrinæ civitatis quondam episcopi, & alienum eum ab omni ministerio sacerdotali esse existimo.

Λουκιανὸς Βύζης·

Lucianus episcopus Byzensis dixit: Sequens & ego sanctos patres, concors efficior justæ secundum regulas prolatæ sententiæ adversus Dioscorum Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopum, & alienum eum ab omni dignitate & sacerdotali ministerio esse existimo.

Σεβασιανὸς Βερῥοίας·

Sebastianus episcopus Berrhœnsis Macedoniæ dixit: Dioscorus regularibus laqueis compeditus, alienus fit ab episcopali sede. Unde omnibus sanctis patribus concors adversus eum efficior, secundum apostolicæ scripturæ eloquium, dicentis: *Tollite malum ex vobis ipsis.* (1. Corinth. 5.)

Μενεκράτης Κεραστέων·

Menecrates episcopus * Cerassorum civitatis dixit: Hæc eadem & ego profiteor, quæ & metropolita meus, & sancta synodus, concors effectus in damnatione Dioscori Alexandrinæ civitatis quondam episcopi, alienans eum ab omni sacerdotali dignitate.

* Carysseнæ. ' Cerassenæ

Κοσσίνιος Ἱεροκαισαρείας·

Cossinius episcopus civitatis Hierocæsareæ provinciæ Lydiæ, dixit: Concors & ego efficior huic sancto & magno concilio super facta damnatione Dioscori, & alienum eum decrevi ab omni sacerdotali ordine & ministerio.

Πατρίκιος Ἀκμασοῦ·

Patricius episcopus Acmassenæ civitatis dixit: Consentio in facta damnatione ab omni sancto concilio adversus Dioscorum Alexandrinum quondam episcopum, alienum eum judicans ab omni sacerdotali ministerio.

Δομνῖνος Πλατεῶν·

Domninus episcopus Plateæ civitatis dixit: Consentio justæ & regulariter factæ damnationi super Dioscorum Alexandrinorum quondam episcopum, a sancto & universali concilio, alienum eum existimo ab omni sacerdotali ordine & ministerio.

Διονύσιος ἐπίσκοπος Ἀτταλίας·

Dionysius episcopus Attaliæ Lydiorum civitatis dixit: Consentio justæ & regulari damnationi quæ facta est in Dioscorum, qui fuit episcopus Alexandriæ, a sancta & universali synodo, & alienum eum existimo ab omni ecclesiastico ministerio.

Παῦλος Τειπόλεως·

Paulus episcopus Tripolitanus dixit: Consentio & ego justæ & regulariter a sancta hac & universali synodo adversus Dioscorum Alexandrinorum quondam episcopum factæ damnationi, & alieno eum ab omni sacerdotali ministerio.

Anno Christi 451.

Γεμέλλος Στρατονικείας·

Gemellus episcopus Stratoniciæ civitatis dixit: Consentio in damnatione Dioscori Alexandrinæ civitatis quondam episcopi, ab hac sancta & magna synodo facta, & extraneum eum esse judico ab omni episcopali sede.

Μαιόνιος Νύσσης·

COGNOSCAT reverentia vestra, Dioscorum, qui fuit vester episcopus, multis modis deprehensum in sanctarum & divinarum regularum læsione, & ecclesiastici ordinis, insuper vero & huic sanctæ & universali synodo contumelias irrogantem, quod tertio evocatus secundum divinos canones, contempsit occurrere; hesterno die, qui est præsentis Octobris mensis tertiusdecimus, dies Sabbati, a sancta & universali synodo, secundum quod placuit ecclesiasticæ disciplinæ, tam ab episcopatu esse depositum, quam & ab omni ecclesiastico gradu factum extraneum. Custodite igitur res ecclesiasticas universas, tanquam qui reddituri estis rationem ei, qui secundum Dei voluntatem & nutum piissimorum Dei amantissimorum imperatorum nostrorum Alexandrinæ magnæ civitatis [sanctissimæ] ecclesiæ ordinandus est episcopus.

Προθέσμα. ἴσ. θέμα,

* Πρόθεσμα κατὰ Διοσκόρου.

Propositio edicti [Calchedonensis concilii] contra Dioscorum.

Ἡ ἁγία καὶ μεγάλη οἰκουμενικὴ σύνοδος, ἡ χάριτι Θεοῦ κατὰ θέσπισμα τῶν εὐσεβεστάτων, καὶ θεοφιλεστάτων βασιλέων ἡμῶν, συναχθεῖσα ἐν τῇ Καλχηδονέων πόλει τῆς Βιθυνίας ἐπαρχίας, ἐν τῷ μαρτυρείῳ τῆς ἁγιωτάτης, καὶ καλλινίκου μάρτυρος Εὐφημίας, παντὶ τῷ φιλοχρίστῳ Κωνσταντινουπόλεως, καὶ Καλχηδόνος. D

Sancta & magna & universalis synodus, quæ per gratiam Dei secundum sanctionem piissimorum & Dei amantissimorum imperatorum nostrorum in Calchedonensi civitate provinciæ Bithyniæ collecta est in ecclesia [sanctissima & decore ordinata] victricis sanctissimæ martyris Euphemiæ, omni dilecto in Christo Constantinopolitanæ simul & Calchedonensis civitatis populo.

ΗΛΘΕΝ εἰς τὴν ἁγίαν, καὶ μεγάλην σύνοδον, ὡς μετὰ τὴν ἐκ τῶν θείων κανόνων τῆς ἱερωσύνης ἀφαίρεσιν, Διόσκορος ὁ γενόμενος τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως ἐπίσκοπος, * ἐπιχειρήσας διαθρυλλεῖν, αὖθις ἀπολαβεῖν τὴν ἱερωσύνην, ἣν πρότερον ἔχων, οὐκ εἰς θεραπείαν τοῦ δεδωκότος Χριστοῦ, ἀλλ' εἰς ἀδικίαν, καὶ λύμην τῶν θείων κανόνων, καὶ τῆς E ἐκκλησιαστικῆς τάξεως, * ταύτῃ ἀπεχρήσατο. ἵνα τοίνυν ἅπαντες οἱ τῆς * εὐαγοῦς πίστεως τρόφιμοι ἀναμφίβολον ἔχητε τὴν ἔνδικον ἐπ' αὐτῷ παρὰ τῆς ἁγίας, καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου τῆς καθαιρέσεως ψῆφον, τόδε τὸ γράμμα ἐδικαιώσαμεν προτεθῆναι, διασημαίνοντες, ὡς ὁ παρὰ τοῦ δεσπότου Θεοῦ, καὶ παρὰ τοσαύτης πλήθους ἐπισκόπων, δι' ὧν ἀσύγγνωστα δέδρακε, τῆς κατὰ τὴν ἱερωσύνην χάριτος ἀφαιρεθεὶς, οὐδεμίαν τοσοῦτον ἔχει ἀποκαταστάσεως ἐλπίδα· ὡς μετὰ τῆς αὐτοῦ ἀποβολῆς παυσαμένων καὶ τῶν σκανδάλων.

ἐπιχείρησε

αὐτῇ

ὑγιοῦς L.

PERVENIT ad sanctum magnumque concilium, quod post sacerdotii ablationem ex divinis regulis descendentem, Dioscorus, qui fuit Alexandrinorum magnæ civitatis episcopus, * diffamare præsumit, rursus se fore sacerdotium recepturum, quod prius * habuit: & non ad placandum largitorem Christum, sed ad iniquitatem, corruptionemque canonum divinorum, & ecclesiastici ordinis, est hoc abusus. Vt igitur cuncti, qui * sanæ fidei estis alumni, certum & indubitatum teneatis, quod justa sit super eum a sancto & universali concilio decreta dejectio, justum judicavimus has literas promulgare, significantes, quod qui talia perpetravit, quæ ab omnium dominatore Deo, & a tanta episcoporum multitudine ignosci non debeant, sacerdotali gratia denudatus, omnino nullam restaurationis spem poterit obtinere: quippe quo projecto una quieverit & scandalum.

* divulgare

* habens, non

* sanctæ

ACTIO TERTIA.

ANNO CHRISTI 451.

EPISTOLA CONCILII CALchedonensis ad Valentinianum & Marcianum imperatores.

Piissimis & fidelissimis & Christianissimis imperatoribus, victoribus ac triumphatoribus, Valentiniano & Marciano semper Augustis, sancta & magna synodus secundum Dei gratiam & sanctionem vestræ pietatis congregata in Calchedonensium civitate.

MAGNÆ ' ægritudines & medicamine forti & medico indigent sapienti. Propter hoc igitur omnium dominus, passionibus orbis terræ, sicut medicum optimum vestram super instituit pietatem, ut has congruentibus sanetis medicamentis. Vos vero Christianissimi, divinum suscipientes decretum, præ aliis omnibus competentem diligentiam adhibuistis ecclesis, pontificibus ' concordiæ medicinam machinantes. Vndique enim nos congregantes ' omne commodastis auxilium, quatenus & factæ interimantur discordiæ, & paternæ fidei doctrina roboretur. Nos igitur * considerantes, & universo orbi factæ tempestatis causam inquirentes, hujus rei auctorem comperimus Dioscorum quondam Alexandrinorum episcopum. Primum quidem, quia epistolam a sanctissimo archiepiscopo senioris Romæ Leone directam ad sanctæ memoriæ Flavianum quondam Constantinopolitanæ urbis episcopum, recitari prohibuit reverendissimis episcopis Ephesi congregatis, & hoc post promissiones suas & juramenta plurima, sicut nos præsentes novimus. Secundo vero, quia Eutychi ægrotanti impietate Manichæi, & legitime abdicato, tam sacerdotium, quam monachorum principatum ante decretum synodale irregulariter reddidit. & hæc, cum sanctissimus & beatissimus magnæ Romæ archiepiscopus Leo per easdem literas convenientia decrevisset, & scelestam Eutychis in scriptis damnasset perfidiam, dicentis: Confiteor quidem ante adunationem ex duabus naturis dominum nostrum Iesum Christum, post unitionem vero unam esse naturam. & quia in Dei amantissimum episcopum Eusebium ' iniqua commisit: adhuc autem & quosdam a diversis conciliis rite damnatos, in communionem propria auctoritate suscepit sanctis regulis præcipientibus, excommunicatos ab aliis, in communionem alios non debere suscipere. Et forte super tantis ac talibus iniquitatibus veniam adipisci potuisset, si per dignam pœnitentiam ' adsciceret medicinam ab hoc universali concilio. Sed quoniam super alias suas ' nequitias & adversus ipsam apostolicam sedem latravit, & excommunicationis literas adversus sanctissimum & beatissimum papam Leonem facere conatus est, in prioribus arroganter perstitit iniquitatibus, & adversus præsentem sanctam universalem & magnam synodum procax existens, atque diversis contra se factis accusationibus, omnino contemnens, respondere non passus est, semel quoque ac secundo & tertio secundum sanctas regulas vocatus, despexit occurrere: decenter ab universali concilio sacerdotio est nudatus, & ab episcopali dignitate pronuntiatus est alienus; ut his similia perpetrare tentantibus, disciplinæ fieret & ' sobrietatis exemplum, quoniam quidem & divinæ præcipiunt leges, aperte dicentes: *Expellite malum a vobismetipsis.* Quid autem pejus est tantis in rebus delinquente, & ita divinos canones conculcante, & universum orbem terræ fluctuatione & tempestate replente, & membra ecclesiæ dissipante, & hæc eadem adversus se invicem armante? Enimvero inveniet aliquis & medicum (quando viderit membrum teneri incurabili passione, & corpori omni pestiferum) ferro utentem, & abscindentem male se habentia, ut aliis corporis partibus conferat sanitatem. Hæc vere pium vestrum docemus imperium, ut & illius malitiam, & in eum prolatæ (' quod Deo teste dicimus) justæ sententiæ sinceritatem ' consideretis. Credimus enim consonos nobis fieri & vos piissimos & Christianissimos imperatores, scientes vestri venerabilis imperii circa malos horrorem, & quantam pacis ecclesiasticæ geritis providentiam, experimento edocti. Cujus gratia & omnium Deum petimus, imperium vestrum amplius custodire, pietatem solito more protegens, & tranquille universum orbem terræ regens, & justitiam singulis subditis judicans, & resistentes manus hostium subjugans, & vestris sceptris obtemperare compellens. Vt autem quæ bene & secundum Deum cum sanctis regulis definita sunt, manifestius cognoscat Christianissimum vestrum imperium, & ipsa, quæ subsecuta sunt, monimentorum gesta, cum omnium nostrum subscriptione huic relationi sociavimus.

' passiones

' consonantia medicamina

' omnem commovistis, quæstionem,

* confidentes,

' consedetes

' addixit

Concilii Sardicen. can. 13. al. 16.

' quæreret

' malitias

' moderationis

Deut. 13.

1. Cor. 5.

' quasi sub divino conspectu

' diligente

'RELATIO SANCTÆ SYNODI Calchedonensis ad gloriosam Pulcheriam Augustam de damnatione Dioscori Alexandriæ quondam episcopi.

Piissimæ & Christum diligenti, Deoque dilectissimæ reginæ & Augustæ, custodi catholicæ & orthodoxæ fidei filiæ Pulcheriæ, sancta & magna synodus, quæ secundum Dei gratiam & vestri imperii sanctionem in Calchedonensium metropoli congregata est.

MVLTA tibi bona præstentur, quæ dominante digna sunt, salvatore, quæ amas Christum, filia Augusta. Loquentes enim nos ad alumnam fidei, oportet ab orationibus inchoare, atque hinc Deo laudes offerre, quia juxta ipsam domini euangelicam vocem, lucet lux meritorum vestrorum coram cunctis hominibus, & bona opera vestra cernentes, glorificant patrem nostrum, qui in cælis est. Ecce enim cunctis pietatis vestræ fulgor irradiat: impletus est per vos apostolicæ doctrinæ cursus, & zelo vestri amoris in Deum, ignorantiæ caligo perculsa est, & fidei declarata concordia, nec ultra hæreticæ pestilentiæ nobis sunt importuna zizania. Consonamus universis magisteriis pietatis, vestris ad adjuti laboribus impetrantes. Per vos enim nobis fidelium gregibus caulæ replentur, per vos nunc, qui olim fuerant dispersi, concurrunt: suntque pastores ovibus restituti, & magistri discipulis. Qui enim dispergebat, extinctus est: sopitus est persecutor, princeps tempestatis * explosus est: ipsique naves suas in cursu repetiere rectores, Christo ad intelligentiam prospere dirigente, qui ostendit in Leone mirabili veritatem; quia, sicut

' Ex cod. E h. Relationes sanctæ synodi ex codice Acumeni sium Græc. in Latinum transtuli ego ipse scilicet Rusticus S. R. diaconus. In eadem Crabbi. In codice Amicæsi G... co. Relatio sanctæ synodi & quæ sequitur inde prompta.

Matth.

* expletum est; ipsique naves cursus repetiere Christo

ANNO CHRISTI 451.

sicut sapiente Petro, ita & isto utitur assertore. Et nos quidem desideravimus, ut omne membrum nobiscum pariter fraterna concordia choros gaudii celebraret. Sed quia solus ille, qui Alexandrinorum tenuit præsulatum, ultro semetipsum a tantorum * bonorum collegio pepulit; & nos ei cum tristitia & lacrymis denegavimus communionis nostræ consortium: quia & salvator noster, qui vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, illum, quem sordida indutum veste conspexit, a regali aula competenter exclusit. Cui quia similem comperimus esse Dioscorum, ob hoc eum a sacerdotii dignitate contra vota nostra ' definivimus alienum. Fratribus enim scandala ponebat ut nequam, & in ore suo abundavit nequitia, fallacia sua literarum Romani pontificis abnuens lectionem. Unde quia semetipsum non exhibuit bonis exemplum, remansit sicut statua salis, ut terreat delinquentes, dum per illa quæ gessit, pro nobis suis adjudicatoribus satisfaciat, eo quod ex nulla duritia, quinimo nec quanta adhuc exigebat justitia, sententiæ adversus eum decreta protulimus. Unde præsumentes, ea quę placuerunt, vestro insinuamus imperio, ut illum pro suis erroribus execretur, nostram vero sententiam probet, A a quibus pro totius corporis providentia, quod computruerat, est abscissum.

[Left margin: * virorum; 1 Tim. 2.; Math. 22.; ' desiximus; Psalm. 49.; Gen. 19.]

Estote igitur incolumium protectores, & sicut pii roborate fideles, & divinæ in vobis providentiæ largitori hanc vicissitudinem repensate, ut tali precio illum obtineatis honorem, qui nulla successione finietur, & imperiali corona coronam immarcescibilem comparetis. His enim, qui pie dispensationem rerum peragunt terrenarum, necessario cælestia rependuntur, & maxime vobis, o fidelissimi, quibus & inter tanti onera principatus, in orationibus tota vita consistit; quorum conversatio est in psalmis; * & apud quos dignitate videntur ornati qui se humiliant propter Deum: quibus * religionis est, ut ad eos facile accedatur; & zelus ille cælestis, qua- B tenus omnibus, qui ad vestrum pertinent principatum, fructum provideant veritatis.

[Right margin: ACTIO QUARTA. — * qui cum dignitatem gerant, eis tamen humiles propter Deum:]

a ** In cod. Bohier. Post hanc relationem synodi ad Pulcheriam ante actionem IV. inseruntur edicta Impp. Valentiniani & Marciani Augg. adversus Dioscorum & Eutychianos, relatio synodi ad S. Leonem papam, aliaque, quæ habentur infra in Appendice seu tertia parte concilii.

ΠΡΑΞΙΣ ΤΕΤΑΡΤΗ
τῆς ἐν Καλχηδόνι ἁγίας συνόδου.

C

ΥΠΑΤΕΙΑΣ τοῦ δεσπότου ἡμῶν Φλαυίου Μαρκιανοῦ τοῦ αἰωνίου Αὐγούστου, καὶ τοῦ δηλωθησομένου πρὸ δεκαὲξ Καλανδῶν Νοεμβρίων, ἐν Καλχηδόνι κατὰ κέλευσιν τοῦ θειοτάτου καὶ εὐσεβεστάτου δεσπότου ἡμῶν Μαρκιανοῦ τοῦ αἰωνίου Αὐγούστου, συνελθόντων ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ τῆς ἁγίας μάρτυρος Εὐφημίας τῶν ἐνδοξοτάτων ἀρχόντων· τουτέστι, τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου καὶ ἐνδοξοτάτου στρατηλάτου, καὶ ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίου Ανατολίου, καὶ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου καὶ ἐνδοξοτάτου ἐπάρχου τῶν ἱερῶν πραιτωρίων Παλλαδίου, καὶ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου καὶ ἐνδοξοτάτου ἐπάρχου πόλεως Τατιανοῦ, καὶ τῶν λοιπῶν· . . .
. . . . D
. . . . . προσέτι δὲ καὶ τῆς ἐνδόξου συγκλήτου, τουτέστι τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου καὶ ἐνδοξοτάτου ἀπὸ " ἐπάρχων, καὶ ὑπάτων καὶ πατρικίου Φλωρεντίου· καὶ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου καὶ ἐνδοξοτάτου ἀπὸ ἐπάρχων καὶ πατρικίου Σενάτορος· καὶ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου καὶ ἐνδοξοτάτου ἀπὸ μαγίστρων καὶ ὑπάτων καὶ πατρικίου Νόννου· καὶ τῶν λοιπῶν· . . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . συνελθούσης δὲ καὶ τῆς ἁγίας, E καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου, τῆς κατὰ θεῖον θέσπισμα ἐν τῇ Καλχηδονέων πόλει συναθροισθείσης· τουτέστι·

[Left margin: " ...ῶν]

a ACTIO QUARTA
Calchedonensis concilii.

CONSULATU domini nostri Flavii Marciani perpetui Augusti, & qui fuerit nuntiatus, decimosexto Kalendas Novembris, Calchedone secundum jussionem sacratissimi & piissimi domini nostri Marciani perpetui Augusti, congregatis in sanctissima Dei ecclesia sanctæ martyris Euphemiæ gloriosissimis judicibus, hoc est, magnificentissimo & gloriosissimo magistro militum & exconsule & patricio Anatolio, & magnificentissimo & gloriosissimo præfecto sacrorum prætoriorum Palladio, & magnificentissimo & gloriosissimo præfecto urbis Tatiano, [& magnificentissimo & gloriosissimo magistro sacrorum officiorum Vincomalo, & magnificentissimo & gloriosissimo exmagistro Martiali, ' & magnificentissimo comite " sacrorum privatorum Genethlio:] ad hæc & gloriosissimo senatu, hoc est, magnificentissimo & gloriosissimo expræfecto & exconsule ac patricio Florentio, & magnificentissimo & gloriosissimo exconsule ac patricio Senatore, & magnificentissimo & gloriosissimo exmagistro & exconsule & patricio * Nomo, [& magnificentissimo & gloriosissimo expræfecto & exconsule & patricio Protogene, & magnificentissimo & gloriosissimo expræfecto urbis Zoilo, & magnificentissimo & gloriosissimo expræfecto urbis Theodoro, & magnificentissimo & gloriosissimo expræfecto urbis Apollonio, & magnificentissimo & gloriosissimo expræposito sacri cubiculi Romano, & magnificentissimo & gloriosissimo expræfecto Illyrici Theodoro, & magnificentissimo & gloriosissimo expræfecto prætoriorum Constantino, & magnificentissimo & gloriosissimo expræposito sacri cubiculi ' Artaxerxe:] congregato autem & sancto universalique concilio, quod secundum divinam sanctionem in Calchedonensium civitate collectum est, hoc est,

[Right margin: ' & magnificentissimo comite devotissimorum domesticorum Sporatio, — " sacrarum privatarum — * Nonno, — ' Artaxe.]

Paschasino

ACTIO QVARTA.

ANNO CHRISTI 451.

Paschasino & Lucentio reverendissimis episcopis, & A

Bonifacio reverendissimo presbytero, habentibus locum sanctissimi & Deo dilectissimi episcopi senioris Romæ Leonis, &

Anatolio magni nominis Constantinopolis novæ Romæ episcopi, & reliquis sanctissimis & reverendissimis episcopis, id est,

Maximo Antiochiæ Syriæ,

Quintillo Heracleæ Macedoniæ, habente locum Anastasii episcopi Thessalonicensis, B

Stephano episcopo Ephesi,

Luciano Byziæ, habente locum Cyriaci episcopi Heracleæ Thraciæ,

Diogene Cyzici,

[Petro Corinthi,

Florentio Sardium,

Eunomio Nicomediæ,

Eusebio & Constantino presbyteris, habentibus locum Anastasii episcopi Nicææ,

Eleutherio Calchedonensi,

Meletio Larissæ, habente locum Domni episcopi Apameæ Syriæ secundæ, C

Amphilochio Sidæ,

Iuliano Coensis civitatis, habente locum & ipso sedis apostolicę Romanę,

Theodoro Tarsi,

Cyro Anazarbi,

Constantino Bostrorum,

Photio Tyri,

Theodoro Damasci,

Nonno Edessę,

Simeone Amidę,

Ioanne Sebastię,

Seleuco Amasię,]

& reliqua sancta synodo. Et residentibus omnibus ante altaris sanctissimi cancellos, propositis in medio sacrosanctis evangeliis, gloriosissimi judices & amplissimus senatus dixerunt: Vt sciamus quæ gerenda sint, relegantur ea quæ in præcedentibus sunt audientiis constituta. * Constantinus vir devotus magistrianus & secretarius, ex scheda gestorum sub consulatu domini nostri Marciani perpetui Augusti, & qui fuerit nuntiatus, octavo Idus Octobris Calchedone, inter alia legit: Magnificentissimi & gloriosissimi judices & amplissimus senatus dixerunt: De orthodoxa quidem & catholica fide integrius & subtilius in concilio post hunc diem inquisitionem fieri oportere * perpendimus. Quoniam autem Flavianus reverendæ memoriæ & Eusebius reverenssidimi episcopi, ex gestorum & cognitionum perscrutatione, & ipsa voce aliquorum, qui priores fuerant in illo concilio, & se errasse dicentium confessione, & quod vane fuerint condemnati, qui nihil in fide peccaverant, probantur injuste damnati; videtur nobis (secundum hoc, quod Deo est placitum) justum esse, si visum fuerit sacratissimo & piissimo domino nostro, * increpationi simili subjacere Dioscorum Alexandriæ, & Iuvenalem reverendissimum episcopum

*Latine legi, legimus, legit. sup. Act. 1. in fin.

*perspicimus.

*censuræ

Πασχασίνου καὶ Λουκηνσίου, τῶν εὐλαβεστάτων ἐπισκόπων· καὶ

Βονιφατίου τοῦ εὐλαβεστάτου πρεσβυτέρου, ἐπέχοντος τὸν τόπον τοῦ ὁσιωτάτου, καὶ θεοφιλεστάτου ἀρχιεπισκόπου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης Λέοντος· καὶ

Ἀνατολίου τοῦ ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου τῆς μεγαλωνύμου Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης· καὶ τῶν λοιπῶν ὁσιωτάτων, καὶ εὐλαβεστάτων ἐπισκόπων· τουτέστι,

Μαξίμου Ἀντιοχείας Συρίας·

Κωιντίλλου Ἡρακλείας Μακεδονίας, ἐπέχοντος τὸν τόπον Ἀναστασίου ἐπισκόπου Θεσσαλονίκης·

Στεφάνου Ἐφέσου·

Λουκιανοῦ Βύζης, ἐπέχοντος τὸν τόπον Κυριακοῦ ἐπισκόπου Ἡρακλείας Θρᾴκης·

Διογένους Κυζίκου· καὶ τῶν λοιπῶν·

. . . .

καὶ καθεσθέντων πάντων πρὸ τῶν καγκέλλων τοῦ ἁγιωτάτου θυσιαστηρίου, προκειμένου ἐν τῷ μέσῳ τοῦ ἁγίου καὶ ἀχράντου εὐαγγελίου, οἱ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες, καὶ ἡ ὑπερφυὴς σύγκλητος, εἶπον· ὥστε ἡμᾶς συνιδεῖν τὸ πρακτέον, ἀναγνωσθήτωσαν οἱ δεδομένοι τύποι ἐν ταῖς προλαβούσαις ἀκροάσεσι. Ῥωμαϊστὶ ἀνέγνων, ἀνέγνωμεν, ἀνέγνω. Κωνσταντῖνος ὁ καθωσιωμένος μαγιστριανὸς καὶ σηκρητάριος ἀπὸ σχεδαρίου πραχθέντος ἐν ὑπατείᾳ τοῦ δεσπότου ἡμῶν Μαρκιανοῦ τοῦ αἰωνίου Αὐγούστου, καὶ τοῦ δηλωθησομένου, τῇ πρὸ ὀκτὼ εἰδῶν ὀκτωμβρίων ἐν Καλχηδόνι, μεταξὺ τῶν λοιπῶν ἀνέγνω· οἱ μεγαλοπρεπέστατοι, καὶ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες καὶ ἡ ὑπερφυὴς σύγκλητος, εἶπον· περὶ τῆς ὀρθοδόξου, καὶ καθολικῆς πίστεως τελεώτερον συνόδου γινομένης μετὰ μίαν ἀκριβεστέραν ἐξέτασιν δεῖν γενέσθαι συνορῶμεν· ἐπειδὴ δὲ Φλαυιανὸς ὁ τῆς * εὐλαβοῦς μνήμης, καὶ Εὐσέβιος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος, ἐκ τῆς τῶν πεπραγμένων, καὶ διαγνωσθέντων ἐρεύνης, καὶ αὐτῆς τῆς φωνῆς τινῶν τῶν ἐξάρχων γινομένων τῆς τότε συνόδου, ὁμολογησάντων ἐσφάλθαι, καὶ μάτην αὐτοὺς καθῃρηκέναι, οὐδὲν περὶ τὴν πίστιν σφαλέντας, δείκνυνται ἀδίκως καθαιρεθέντες, φαίνεται ἡμῖν κατὰ τὸ τῷ Θεῷ ἀρέσκον, δίκαιον εἶναι, εἰ παρασταίη τῷ θειοτάτῳ καὶ εὐσεβεστάτῳ ἡμῶν δεσπότῃ, τῷ αὐτῷ ὑπαχθῆναι ἐπιτιμίῳ Διόσκορον τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Ἀλεξανδρείας, καὶ Ἰουβενάλιον τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον

* ἀοιδίμου D E

Ἱεροσολύ-

ANNO CHRISTI 451.

Ἱεροσολύμων, καὶ Θαλάσσιον τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκ. Καισαρείας Καππαδοκίας, καὶ Εὐσέβιον τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Ἀγκύρας, καὶ Εὐστάθιον τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Βηρύτου, καὶ Βασίλειον τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Σελευκείας Ἰσαυρίας, τοὺς ἐξουσίαν * ἐσχηκότας, καὶ ἐξάρχοντας τῆς τότε συνόδου, κατὰ τοὺς κανόνας τοῦ ἐπισκοπικοῦ ἀξιώματος ἀλλοτρίους γίνεσθαι· πάντων τῶν παρακολουθησάντων τῇ θείᾳ κορυφῇ γνωριζομένων. μετὰ τὰ λοιπά· οἱ μεγαλοπρεπέστατοι καὶ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες, καὶ ἡ ὑπερφυὴς σύγκλητος, εἶπον· ἕκαστος τῶν εὐλαβεστάτων ἐπισκόπων τῆς παρούσης ἁγίας συνόδου, ὅπως πιστεύει, ἐγγράφως ἄνευ τινὸς δέους, τὸν τοῦ Θεοῦ πρὸ ὀφθαλμῶν τιθέμενος φόβον, ἐκθέσθαι σπουδασάτω, γινώσκων, ὡς ὁ θειότατος καὶ εὐσεβέστατος ἡμῶν δεσπότης κατὰ τὴν ἔκθεσιν τῶν ἐν Νικαίᾳ ἁγίων πατέρων τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ, καὶ κατὰ τὴν ἔκθεσιν τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα, τῶν μετὰ ταῦτα, καὶ κατὰ τὰς κανονικὰς ἐπιστολὰς καὶ ἐκθέσεις τῶν ἁγιωτάτων πατέρων, Γρηγορίου, Βασιλείου, Ἱλαρίου, Ἀθανασίου, Ἀμβροσίου, καὶ τὰς Κυρίλλου δύο κανονικὰς ἐπιστολὰς, τὰς ἐν τῇ κατ' Ἔφεσον πρώτῃ συνόδῳ δημοσιευθείσας καὶ βεβαιωθείσας, πιστεύει, κατ' οὐδένα τρόπον τῆς αὐτῶν πίστεως ἀναχωρῶν. καὶ γὰρ καὶ ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης Λέων πρὸς τὴν παρὰ Εὐτυχοῦς ἀπίστως, καὶ ὑπεναντίον τῆς καθολικῆς θρησκείας ἀνακύψασαν ἀμφιβολίαν, φαίνεται πρὸς τὸν τῆς εὐσεβοῦς μνήμης Φλαβιανὸν τὴν ἐπιστολὴν ἐκπέμψας.

* ἐλάχιστας,

Βερονικιανὸς ὁ καθωσιωμένος σηκρητάριος ἀπὸ ἑτέρου χαρτίου πραχθέντος ἐν ὑπατείᾳ τοῦ δεσπότου ἡμῶν Μαρκιανοῦ, τοῦ αἰωνίου Αὐγούστου, καὶ τοῦ δηλωθησομένου, τῇ πρὸ * μιᾶς εἰδῶν ὀκτωβρίων ἐν Καλχηδόνι, μετὰ τὰ λοιπὰ ἀνέγνω· οἱ μεγαλοπρεπέστατοι καὶ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες, καὶ ἡ ὑπερφυὴς σύγκλητος, εἶπον· ὑπερτεθήσεται ἡ ἀκρόασις ἕως ἡμερῶν πέντε, ὥστε ἐν τῷ μεταξὺ συνελθεῖν τὴν ὑμετέραν ἁγιωσύνην εἰς τὸ τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Ἀνατολίου, καὶ κοινῶς περὶ τῆς πίστεως βουλεύσασθαι· ἵνα οἱ ἀμφιβάλλοντες διδαχθῶσι. μετὰ τὰ λοιπὰ οἱ μεγαλοπρεπέστατοι καὶ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες, καὶ ἡ ὑπερφυὴς σύγκλητος, εἶπον· οὐκ ἀναγκαῖον πάντας ὑμᾶς συνελθεῖν. ἀλλ' ἐπειδὴ ἀκόλουθόν ἐστι πεισθῆναι τοὺς ἀμφιβάλλοντας, ὁ εὐλαβέστατος ἀρχιεπίσκοπος Ἀνατόλιος ἀπὸ τῶν ὑπογραψάντων ἐπισκόπων ἐπιλέξεται, οὓς ἂν νομίσῃ ἱκανοὺς εἶναι πρὸς * διδασκαλίας τῶν ἀμφιβαλλόντων. μετὰ τὰ λοιπὰ, οἱ μεγαλοπρεπέστατοι καὶ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες, καὶ ἡ ὑπερφυὴς σύγκλητος, εἶπον· τὰ διαλαληθέντα ἔργῳ παραδοθήσεται.

* ἐξ L.

* διδασκαλίαν.

Οἱ μεγαλοπρεπέστατοι καὶ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες, καὶ ἡ ὑπερφυὴς σύγκλητος, εἶπον· δήλων γενομένων τῶν ἤδη πρότερον τυπωθέντων, τί ἔδοξε περὶ τῆς ἁγίας πίστεως τῇ εὐλαβεστάτῃ συνόδῳ, * αὕτη διδασκέτω. * Πασχασῖνος καὶ Λουκήνσιος οἱ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι, καὶ Βονιφάτιος ὁ εὐλαβέστατος πρεσβύτερος, τοποτηρηταὶ τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου, διὰ Πασχασίνου τοῦ εὐλαβεστάτου εἶπον· ἡ ἁγία, καὶ οἰκουμενικὴ καὶ μακαρία σύνοδος τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ τῆς πίστεως τὸν κανόνα,

* αὐτὴ L. Ῥωμαῖστί, εἶπαν, ἑρμηνεύω, εἶπε.

ACTIO QVARTA.

A Hierosolymorum, & Thalassium reverendissimum episcopum Cæsareæ Cappadociæ, & Eusebium reverendissimum episcopum Ancyræ, & Eustathium reverendissimum episcopum Beryti, & Basilium reverendissimum episcopum Seleuciæ Isauriæ, qui potestatem habuerunt, & principes tunc fuere concilii, [& cadere de sancta synodo,] ut secundum canones alieni a dignitate episcopatus existant, omnibus quæ subsecuta sunt, a sacro vertice cognoscendis] Post aliqua, magnificentissimi & gloriosissimi judices & amplissimus senatus dixerunt: Vnusquisque reverendissimorum episcoporum hujus præsentis sancti concilii, B quomodo credit, per scripturam sine aliquo metu, solius Dei timorem præ oculis habens, festinet exponere, sciens quia sacratissimus & piissimus dominus noster imperator secundum Nicænam expositionem sanctorum patrum trecentorum decem & octo, & secundum expositionem sanctorum patrum centum quinquaginta, qui post hæc collecti sunt, & secundum canonicas epistolas & expositiones sanctorum patrum, Gregorii, Basilii, Hilarii, Athanasii, Ambrosii, & Cyrilli canonicas duas epistolas, quæ sunt in primo C Ephesino publicatæ concilio atque firmatæ, credit, nullo modo ab eorum fide recedens. Nam & reverendissimus archiepiscopus senioris Romæ Leo pro contentione, quæ ab Eutyche infideliter & contra catholicam religionem facta est, videtur ad reverendæ memoriæ Flavianum epistolam direxisse.

Beronicianus vir devotus secretarius, ex alia scheda gestorum quæ acta sunt consulatu domini nostri Marciani perpetui Augusti, & ejus qui fuerit nuntiatus, sexto D Idus Octobris, Calchedone, post alia legit. Magnificentissimi & gloriosissimi judices & amplissimus senatus dixerunt: Differatur ' auditio usque ad dies quinque, ut inter hæc vestra sanctitas congregetur ad sanctissimum archiepiscopum Anatolium, & de fide communiter * cogiretis; ut ii qui dubitant, doceantur. Et post reliqua: Magnificentissimi & gloriosissimi judices & amplissimus senatus dixerunt: Necessarium non est omnes vos convenire. Sed quoniam consequens est credere dubitantes, reverendissimus episcopus Anatolius eligat ex iis qui subscripserunt, quos putaverit esse dignos, ut doceant dubitantes. Post reliqua: E Magnificentissimi & gloriosissimi judices & amplissimus senatus dixerunt: Interlocutio quæ præcessit, tradatur effectui.

sup. Act. 1. initio.

' audientia

* consultetis.

Magnificentissimi & gloriosissimi judices & amplissimus senatus dixerunt: Manifestatis iis quæ jampridem constituta sunt, quod placuit reverendo concilio de sancta fide, ipsum nos doceat Paschasinus & Lucentius reverendissimi episcopi, & Bonifacius reverendissimus presbyter, vicarii sedis apostolicæ, per virum reverendissimum Paschasinum episcopum dixerunt: Sancta & beatissima synodus fidei regulam, quæ

ACTIO QVARTA.

quæ apud Nicæam a patribus eſt conſtituta, ſequitur & tenet, ſed etiam & centum quinquaginta apud Conſtantinopolim ſub ſanctæ recordationis Theodoſio majore congregata ſynodus, ipſam fidem confirmavit; * cujus ſymboli expoſitionem a beatæ recordationis viro Cyrillo apud Epheſum expoſitam (quando Neſtorius eſt pro ſui calliditate damnatus) ſimiliter amplectitur. tertio vero beatiſsimi atque apoſtolici viri univerſalis eccleſiæ papæ Leonis, Neſtorii & Eutychetis hæreſin damnantis, directa ſcripta, quid vera fides habeat expoſuerunt. Similiter vero & ſancta synodus hanc fidem tenet, hanc ſequitur: nihil amplius nec addere poteſt, nec minuere. Qua expoſitione interpretata Græce per Beronicianum devotum ſecretarium divini conſiſtorii, reverendiſsimi epiſcopi clamaverunt: Omnes ſic credimus, ſic baptizati ſumus, ſic baptizamus: ſic credidimus, ſic credimus. Glorioſiſsimi judices & ampliſsimus ſenatus dixerunt: Quoniam ſacra euangelia poſita a reverentia veſtra perſpicimus, ſinguli reverendiſsimi epiſcopi qui convenerunt, doceant, ſi expoſitio trecentorum decem & octo ſanctorum patrum qui olim in Nicæa collecti ſunt, & poſt hæc centum quinquaginta, qui in regia congregati ſunt civitate, conſonat epiſtolæ reverendiſsimi papæ Leonis.

* a qua expoſitum ſimiliter amplectitur ſynodus Epheſi congregata ſub beatæ memoriæ Cyrillo, in qua Neſtorius eſt pro ſui calliditate damnatus. tertio &c.

Depoſitiones epiſcoporum dicentium ſe epiſtolæ papæ Leonis ſubſcripſiſſe.

Anatolius reverendiſsimus epiſcopus regiæ Conſtantinopolis dixit: Epiſtola ſanctiſsimi & Deo amiciſsimi archiepiſcopi Leonis conſonat ſymbolo trecentorum decem & octo ſanctorum patrum qui apud Nicæam, & centum quinquaginta qui apud Conſtantinopolim poſtea ſunt collecti, qui eamdem fidem confirmaverunt: ſed & iis quæ in Epheſo ſub beatiſsimo & ſanctiſsimo Cyrillo geſta ſunt ab univerſali & ſancto concilio, quando maledictum Neſtorium condemnavit. Quapropter conſenſi, & eidem epiſtolæ libenter ſubſcripſi.

Paſchaſinus & Lucentius reverendiſsimi epiſcopi, & Bonifacius preſbyter, vicarii ſedis apoſtolicæ per virum reverendiſsimum Paſchaſinum dixerunt: Manifeſtum eſt, nec poterit dubitari, unam fidem beatiſsimi papæ ſedis apoſtolicæ rectoris Leonis cum trecentorum decem & octo apud Nicæam patrum concordare, atque * detineri: centum quoque quinquaginta apud Conſtantinopolim congregatorum * ſacerdotum, qui eamdem fidem firmaverunt; ſed & Cyrilli ſanctæ recordationis viri apud Epheſum (quod Neſtorius pro ſuo errore damnatus eſt) ſtatuta * in nullo penitus diſcordare. Ideoque etiam beatiſsimi papæ Leonis epiſtola, * quæ illam fidem expoſuiſſe, cauſa erroris Eutychis, eſt viſa, uno ſenſu, uno quoque ſpiritu videtur illi fidei eſſe conjuncta.

* tenere fidē centum

*, ſed & ſub Cyrillo ſ. r. viro apud

*, & in nullo

* per quam illa fides repetita eſt cauſa erroris Euthychis, uno ſenſu, &c.

ANNO CHRISTI 451.

A τὸν ἐν τῇ Νικαίᾳ παρ' αὐτῶν ἐκτεθέντα, καὶ τοῖς ὅροις κρατεῖ, καὶ μεταδιώκει. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἡ τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα συναχθεῖσα σύνοδος ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει ἐπὶ τοῦ τῆς μακαρίας μνήμης Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου, τὴν αὐτὴν πίστιν ἐβεβαίωσεν· οὗ τινος συμβόλου τὴν ἔκθεσιν ἡ ἐπὶ τῇ ἐν μακαρίᾳ τῇ μνήμῃ Κυρίλλου σύνοδος ἐν τῇ Ἐφέσῳ * ἐξενεχθεῖσα, ἐν ᾗ Νεστόριος κατεδικάσθη, ὁμοίως ἀσπάζεται. τρίτον δὲ τοῦ μακαριωτάτου ἀνδρὸς, πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν ἀρχιεπισκόπου Λέοντος, τοῦ Νεστορίου, καὶ Εὐτυχοῦς αἵρεσιν καταδικάσαντος τὰ ἀποσταλέντα γράμματα φανεροῦσι ποία τῆς ἀληθείας ἡ πίστις. ὁμοίως δὲ καὶ ἡ ἁγία σύνοδος ταύτην τὴν πίστιν κατέχει. ταύτην μεταδιώκει· καὶ οὐδὲν περαιτέρω οὔτε προσθεῖναι, οὔτε μειῶσαι ἀνέχεται· ἧς τινος καταθέσεως ἑρμηνευθείσης Ἑλληνιστὶ διὰ Βερονικιανοῦ τοῦ καθωσιωμένου σηκρηταρίου τοῦ θείου κονσιστωρίου, οἱ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι ἐβόησαν· οὕτως πάντες πιστεύομεν, οὕτως ἐβαπτίσθημεν, οὕτως βαπτίζομεν, οὕτως ἐπιστεύσαμεν, οὕτως πιστεύομεν· οἱ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες, καὶ ἡ ὑπερφυὴς σύγκλητος, εἶπον· ἐπειδὴ τὰ θεῖα εὐαγγέλια παρὰ τῆς ὑμετέρας εὐλαβείας προτεθέντα ὁρῶμεν, ἕκαστος τῶν συνελθόντων ἐπισκόπων διδαξάτω, εἴγε ἡ ἔκθεσις τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ πατέρων ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων, καὶ τῶν μετὰ ταῦτα ἑκατὸν πεντήκοντα, ἐν τῇ βασιλευούσῃ πόλει συναθροισθέντων, συμφωνεῖ τῇ ἐπιστολῇ τοῦ εὐλαβεστάτου ἀρχιεπισκόπου Λέοντος. *

* συναχθεῖσα.

Ἀνατόλιος ὁ εὐλαβέστατος ἀρχιεπίσκοπος τῆς βασιλευούσης Κωνσταντινουπόλεως εἶπε· συνᾴδει ἡ ἐπιστολὴ τοῦ ὁσιωτάτου, καὶ θεοφιλεστάτου ἀρχιεπισκόπου Λέοντος τῷ συμβόλῳ τῶν ἐν Νικαίᾳ τριακοσίων δεκαοκτὼ ἁγίων πατέρων ἡμῶν, καὶ τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει μετὰ ταῦτα συναχθέντων, τῶν τὴν αὐτὴν πίστιν βεβαιωσάντων, καὶ τοῖς ἐν Ἐφέσῳ πραχθεῖσιν ἐπὶ τοῦ μακαριωτάτου καὶ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου παρὰ τῆς οἰκουμενικῆς, καὶ ἁγίας συνόδου, ὅτε τὸν δύσφημον Νεστόριον καθεῖλε. διὸ καὶ συνῄνεσα, καὶ ἀσμένως ὑπέγραψα.

* Ῥωμαϊστί, ἀνέγνων, ἀνέγνωσθη, αἰέγνω.

Πασχασῖνος καὶ Λουκήνσιος οἱ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι, καὶ Βονιφάτιος ὁ εὐλαβέστατος πρεσβύτερος, τοποτηρηταὶ τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου, διὰ Πασχασίνου τοῦ εὐλαβεστάτου εἶπον· σαφές ἐστι, καὶ οὐ δύναται ἀμφισβητηθῆναι, μίαν εἶναι πίστιν τοῦ μακαριωτάτου πάπα τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας ἀρχιεπισκόπου Λέοντος συνᾴδουσαν τῇ τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ ἁγίων πατέρων πίστει τῶν συνελθόντων κατὰ Νίκαιαν, καὶ κρατεῖν καὶ τὴν τῶν ρν'. τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει συναθροισθέντων, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὰ ἐπὶ τοῦ τῆς ἁγίας μνήμης Κυρίλλου κατὰ τὴν Ἔφεσον ὁρισθέντα, ἡνίκα Νεστόριος διὰ τὴν ἰδίαν πλάνην καθῃρέθη, καὶ οὐδαμῶς τὸ σύνολον διῄρηται. καὶ τούτου χάριν καὶ ἡ ἐπιστολὴ τοῦ μακαριωτάτου πάπα, ἥτις ἐκείνην τὴν πίστιν ἀνενέωσεν, αἰτίᾳ τῆς πλάνης Εὐτυχοῦς, ἀποδέδεικται, * ὡς ἐν τῷ ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ πνεύματι συνᾴδει τῇ αὐτῇ * ἐπιστολῇ.

* ὡς τῷ

* πίστει

Μάξιμος

ANNO CHRISTI 451.

ACTIO QVARTA.

Μάξιμος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας A Συρίας εἶπε· συνᾴδει ἡ ἐπιστολὴ τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου τῆς βασιλευούσης Ῥώμης Λέοντος τοῖς ἐκτεθεῖσι παρὰ τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ ἐν Νικαίᾳ ἁγίων πατέρων, καὶ τῶν ρν΄. τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει τῇ νέᾳ Ῥώμῃ, καὶ τῇ ἐν Ἐφέσῳ παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου Κυρίλλου ἐκτεθείσῃ πίστει· καὶ ὑπεσημηνάμην.

Στέφανος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Ἐφέσου εἶπε· συνᾴδει ἡ ἐπιστολή, καὶ ὑπεσημειωσάμην αὐτῇ, ὀρθῶς ἐχούσῃ.

Διογένης ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Κυζίκου εἶπε· συνᾴδει, καὶ ὑπέγραψα αὐτῇ.

B Κῦρος ἐπίσκοπος Ἀναζάρβου εἶπεν ὁμοίως· συνᾴδει, καὶ ὑπέγραψα αὐτῇ.

Κωνσταντῖνος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Βόστρων Ἀραβίας εἶπε· συνᾴδει, καὶ ὑπέγραψα αὐτῇ.

Ἰωάννης ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Σεβαστείας πρώτης * Συρίας εἶπε· κατὰ τὴν ἐμὴν κατάληψιν ὁ σκοπὸς τῆς ἐπιστολῆς τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου τῆς Ῥωμαίων Λέοντος συνᾴδει τῇ πίστει τῶν τριακοσίων δεκαοκτώ, καὶ τῶν μετὰ ταῦτα ρν΄. ἐν Κωνσταντινουπόλει συναχθέντων, καὶ τῇ ἐκθέσει τῇ γενομένῃ ἐν Ἐφέσῳ ἐπὶ τῇ καθαιρέσει τοῦ δυσσεβοῦς Νεστορίου, ἧς ἡγεῖτο ὁ μακαριώτατος Κύριλλος· καὶ ὑπεσημειωσάμην τῇ αὐτῇ ἐπιστολῇ. C

* ἀρμενίας

Κωνσταντῖνος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Ἀρμενίας δευτέρας Μελιτηνῆς εἶπε· πεπληροφόρημαι, ὡς ἡ ἐπιστολὴ τοῦ μακαριωτάτου, καὶ ὁσιωτάτου πάπα Λέοντος τοῦ τῆς Ῥωμαίων, ἐν ᾗ καὶ ὑπέγραψα, σύμφωνός ἐστι τῇ ἐκθέσει τῶν ἁγίων πατέρων, τῶν ἐν Νικαίᾳ συνειλεγμένων τριακοσίων δεκαοκτώ, καὶ τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει ρν΄. ἐπὶ τοῦ τῆς θείας λήξεως Θεοδοσίου, καὶ τῶν ἐν Ἐφέσῳ ἐπὶ τοῦ μακαριωτάτου τῆς Ἀλεξανδρέων ἐπισκόπου Κυρίλλου.

Σέλευκος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Ἀμασείας εἶπε· συμφώνους τῇ ἐκτεθείσῃ πίστει τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ ἁγίων πατέρων τὰς συνοδικὰς ἐπιστολὰς τοῦ ὁσιωτάτου πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου εὑρήκαμεν. ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς τε τριακοσίοις δεκαοκτὼ συνᾳδούσαν, καὶ τοῖς παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου Κυρίλλου, τὴν ἐπιστολὴν τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου ἡμῶν Λέοντος εὑρήκαμεν. D

Πατρίκιος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Τυάνων εἶπε· τὴν ἐπιστολὴν τοῦ ἁγιωτάτου Λέοντος τοῦ ἀρχιεπισκόπου Ῥώμης, σύμφωνον εὑρήκαμεν τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ τῶν ἐν Νικαίᾳ, καὶ τῶν ρν΄. τῶν μετὰ ταῦτα ἐν τῇ βασιλευούσῃ συνελθόντων ἁγίων πατέρων· καὶ ὑπέγραψα.

Θεόδωρος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Δαμασκοῦ εἶπεν· οὐδὲ ἀμφιβάλλειν ἐστίν, ὅτι γε συνᾴδει τῇ ἐκθέσει τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ ἡ E ἐπιστολὴ τοῦ μακαριωτάτου καὶ ἁγιωτάτου πατρὸς ἡμῶν ἀρχιεπισκόπου Λέοντος· ὁμοίως δὲ καὶ αἱ ἐπιστολαὶ τοῦ μακαριωτάτου Κυρίλλου τῇ αὐτῇ ἐκθέσει συνᾴδουσι· καὶ ὑπέγραψα αὐτῇ.

Φώτιος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Τύρου εἶπε· τῆς ἐκτεθείσης πίστεως παρὰ τῶν ἐν Νικαίᾳ τριακοσίων δεκαοκτὼ τὴν συμφωνίαν εὑρίσκομεν παρά τε τοῖς ρν΄. ἁγίοις πατράσι, τοῖς συνελθοῦσιν ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει, καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα συνελθοῦσιν ἐν τῇ Ἐφεσίων ἐπὶ τοῦ

A Maximus reverendiſſimus epiſcopus Antiochiæ Syriæ dixit: Concordat epiſtola ſanctiſſimi archiepiſcopi regiæ Romæ Leonis, expoſitionibus trecentorum decem & octo apud Nicæam ſanctorum patrum, & centum quinquaginta apud Conſtantinopolim novam Romam, & in Epheſo a ſanctiſſimo epiſcopo Cyrillo expoſitæ fidei: & ſubſcripſi.

Stephanus reverendiſſimus epiſcopus Epheſi dixit: Concordat epiſtola, & ſubſcripſi ei, cum recte habeat.

Diogenes reverendiſſimus epiſcopus Cyzici dixit: Concordat epiſtola, & ſubſcripſi B ei, cum recte habeat.

Cyrus epiſcopus Anazarbi dixit ſimiliter: Conſonat, & ſubſcripſi ei.

Conſtantinus reverendiſſimus epiſcopus Boſtrorum Arabiæ dixit: Conſonat, & ſubſcripſi ei.

Ioannes reverendiſſimus epiſcopus Sebaſtiæ Armeniæ primæ dixit: Secundum intellectum meum, intentio epiſtolæ ſanctiſſimi archiepiſcopi Romæ Leonis conſonat fidei trecentorum decem & octo, & centum quinquaginta qui poſt hæc apud Conſtantinopolim congregati ſunt, & expoſitioni quæ in Epheſo in damnatione impii Neſtorii facta eſt, cui beatiſſimus Cyrillus præ- C ſidebat: & * in ea epiſtola ſubſcripſi.

* eidem epiſtolæ

Conſtantinus reverendiſſimus epiſcopus Melitenæ Armeniæ ſecundæ dixit: Certo ſcio epiſtolam beatiſſimi & ſanctiſſimi papæ Leonis epiſcopi Romani, cui etiam ſubſcripſi, conſonam eſſe expoſitioni ſanctorum patrum trecentorum decem & octo qui in Nicæa convenerunt, & centum quinquaginta qui Conſtantinopoli ſub divæ memoriæ Theodoſio, & eorum qui in Epheſo ſub beatiſſimo Alexandrinorum epiſcopo Cyrillo.

Seleucus reverendiſſimus epiſcopus Amaſiæ dixit: Conſonas expoſitæ fidei trecen- D torum decem & octo ſanctorum patrum invenimus ſynodicas epiſtolas ſanctiſſimi patris noſtri Cyrilli. Similiter etiam epiſtolam ſanctiſſimi archiepiſcopi noſtri Leonis invenimus conſentire trecentis decem & octo & iis quæ a ſanctiſſimo Cyrillo ſunt expoſita.

Patricius reverendiſſimus epiſcopus Tyanorum dixit: Epiſtolam ſanctiſſimi Leonis archiepiſcopi Romæ, conſonam invenimus trecentis decem & octo qui in Nicæa, & centum quinquaginta ſanctis patribus qui poſtea in regia urbe convenerunt: & ſubſcripſi.

Theodorus reverendiſſimus epiſcopus Damaſci dixit: Non eſt ambigendum, quin E epiſtola beatiſſimi & ſanctiſſimi patris noſtri archiepiſcopi Leonis conſonet expoſitioni ſanctorum patrum qui in Nicæa convenerunt; ſimiliter etiam epiſtolæ beatiſſimi Cyrilli eidem expoſitioni conſonent: & ſubſcripſi ei.

Photius reverendiſsimus epiſcopus Tyri dixit: Expoſitæ fidei a ſanctis trecentis decem & octo patribus qui in Nicæa, conſonantiam invenimus, & apud ſanctos patres centum quinquaginta qui Conſtantinopoli convenerunt, & apud eos qui poſtea Epheſi ſub bea-

beatissimo Cyrillo, & cum epistola sanctissimi & beatissimi patris nostri archiepiscopi Romanorum ecclesiæ Leonis: & subscripsi mea manu.

Simeon reverendissimus episcopus Amidæ Mesopotamiæ dixit: Concordat epistola Romanorum archiepiscopi Leonis, expositæ fidei & in Nicæa, & a centum quinquaginta, & in Epheso sub beatæ memoriæ Cyrillo: & subscripsi ei.

Pergamius reverendissimus episcopus Antiochiæ Pisidiæ dixit: Consentire & concordare scio epistolam sanctissimi archiepiscopi Romanorum Leonis cum catholica fide trecentorum decem & octo, & centum quinquaginta sanctorum patrum, quin etiam eorum qui postea in Ephesiorum urbe convenerunt sub beatissimo Cyrillo: & subscripsi ei.

Theodorus reverendissimus episcopus Tarsi dixit: Epistolam sanctissimi archiepiscopi Romanorum Leonis convenire scimus cum expositione fidei trecentorum decem & octo sanctissimorum episcoporum qui in Nicæa, & centum quinquaginta similiter sanctorum patrum qui Constantinopoli convenerunt, & qui postea Ephesi sub beatissimo Cyrillo: & subscripsi ei.

Francion reverendissimus episcopus Philippopolis Thraciæ dixit: Consonat epistola sanctissimi archiepiscopi Leonis expositæ fidei in Nicæa a trecentis decem & octo sanctis patribus, & synodo centum quinquaginta in regia urbe congregatæ, & synodo Ephesinæ, cui præfuit beatus Cyrillus: & subscripsi ei.

Eusebius reverendissimus episcopus Dorylæi dixit: Consonam esse censeo epistolam sanctissimi archiepiscopi veteris Romæ Leonis expositioni trecentorum decem & octo patrum in Nicæa congregatorum, & synodo centum quinquaginta in magna urbe Constantinopoli, & synodo Ephesi habitæ sub beato Cyrillo, & subscripsi ei.

Florentius reverendissimus episcopus Sardium Lydiæ dixit: Epistola sanctissimi & beatissimi papæ Leonis congruit cum fide sanctæ synodi in Nicæa congregatæ, & centum quinquaginta Constantinopoli collectæ, & ejus quæ Ephesi adversus Nestorium Dei voluntate convenit, cui præfuit beatus Cyrillus: & subscripsi ei.

Amphilochius reverendissimus episcopus Sidæ Pamphyliæ dixit: Sinceræ & veræ fidei expositæ a sanctis patribus in Nicæa collectis, congruentia tum sancti patres conscripserunt, qui in magna Constantinopoli nova Roma, tum qui Ephesi in sancta synodo sub beatæ memoriæ Cyrillo convenerunt: cum qua etiam congruit sensus secundum pietatem dictatus epistolæ per omnia perfectissimi Romanorum archiepiscopi Leonis: & subscripsi.

A μακαριωτάτου Κυρίλλου, καὶ τῇ ἐπιστολῇ τοῦ ἁγιωτάτου καὶ μακαριωτάτου πατρὸς ἡμῶν ἀρχιεπισκόπου τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας Λέοντος· καὶ ὑπέγραψα χειρὶ ἐμῇ.

Συμεὼν ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Ἀμίδης Μεσοποταμίας εἶπε· συμφωνεῖ ἡ ἐπιστολὴ τοῦ ἀρχιεπισκόπου τῆς Ῥωμαίων Λέοντος τῇ τε ἐν Νικαίᾳ ἐκτεθείσῃ πίστει, καὶ τῇ τῶν ρν΄. καὶ τῇ ἐν Ἐφέσῳ ἐπὶ τοῦ τῆς μακαρίας μνήμης Κυρίλλου· καὶ ὑπεσημειωσάμην αὐτῇ.

Περγάμιος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας Πισιδίας εἶπε· συνᾴδουσαν καὶ συμφωνοῦ-B σαν τὴν ἐπιστολὴν γνωρίζω τοῦ ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου τῆς Ῥωμαίων Λέοντος τῇ καθολικῇ πίστει τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ, καὶ τῶν ρν΄. ἁγίων πατέρων, ἔτι μὴν καὶ τῶν μετὰ ταῦτα συνελθόντων ἐπὶ τοῦ μακαριωτάτου Κυρίλλου ἐν τῇ Ἐφεσίων πόλει· καὶ ὑπεσημειωσάμην αὐτῇ.

Θεόδωρος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Ταρσοῦ εἶπε· συμβαίνουσαν γνωρίζομεν τῇ ἐκθέσει τῆς πίστεως τῶν ἐν Νικαίᾳ τριακοσίων δεκαοκτὼ ἁγιωτάτων ἐπισκόπων, καὶ τῇ τῶν ρν΄. ὁμοίως ἁγίων πατέρων, τῶν συνελθόντων ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ τῇ ἐν Ἐφέσῳ μετὰ ταῦτα ἐπὶ τοῦ μακαριωτάτου Κυρίλλου, τὴν ἐπιστολὴν τοῦ ὁσιωτάτου C ἀρχιεπισκόπου τῆς Ῥωμαίων Λέοντος· καὶ ὑπέγραψα ἐν αὐτῇ.

Φραγκίων ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Φιλιππουπόλεως τῆς Θρᾴκης εἶπε· συνᾴδει ἡ ἐπιστολὴ τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Λέοντος τῇ ἐν Νικαίᾳ ἐκτεθείσῃ πίστει ὑπὸ τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ ἁγίων πατέρων, καὶ τῇ ἐν τῇ βασιλευούσῃ Κωνσταντινουπόλει γενομένῃ συνόδῳ τῶν ρν΄. καὶ τῇ ἐν Ἐφέσῳ συνόδῳ, ἧς ἡγεῖτο ὁ μακάριος Κύριλλος· καὶ ὑπέγραψα ἐν αὐτῇ.

Εὐσέβιος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Δορυλαίου εἶπε· σύμφωνον ἐκείνα εἶναι τὴν ἐπιστολὴν τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης Λέοντος τῇ ἐκθέσει τῶν ἐν Νικαίᾳ συναχθέντων πατέρων, τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ, καὶ D τῇ συνόδῳ τῶν ρν΄. τῶν συναχθέντων ἐν τῇ μεγαλοπόλει Κωνσταντινουπόλει, καὶ τῇ συνόδῳ τῇ γενομένῃ ἐν Ἐφέσῳ ἐπὶ τοῦ μακαρίου Κυρίλλου· καὶ ὑπέγραψα ἐν αὐτῇ.

Φλωρέντιος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Σάρδεων Λυδίας εἶπεν· ἡ ἐπιστολὴ τοῦ ἁγιωτάτου καὶ μακαριωτάτου πάπα Λέοντος συνᾴδει τῇ πίστει τῆς τε ἐν Νικαίᾳ ἁγίας συνόδου συναχθείσης, καὶ τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει τῶν ρν΄. συναγηγερμένης, καὶ τῆς ἐν Ἐφέσῳ κατὰ Νεστορίου βουλήσει Θεοῦ συνελθούσης, ἧς ἡγεῖτο ὁ μακάριος Κύριλλος· καὶ ὑπέγραψα ἐν αὐτῇ.

E Ἀμφιλόχιος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Σίδης Παμφυλίας εἶπε· τῆς εἰλικρινοῦς καὶ ἀληθοῦς πίστεως ἐκτεθείσης παρὰ τῶν ἐν Νικαίᾳ συλλεγέντων ἁγίων πατέρων, συμβαίνοντα καὶ οἱ κατὰ τὴν μεγάλην Κωνσταντινούπολιν, νέαν Ῥώμην, ρν΄. ἅγιοι πατέρες συνέγραψαν, καὶ οἱ τῆς κατ' Ἔφεσον ἐπὶ τοῦ τῆς μακαρίας μνήμης Κυρίλλου ἁγίας συνόδου· ἧς ἐστι καὶ ὁ νοῦς, ὁ κατ' εὐσέβειαν ὑπαγορευθεὶς, τῆς ἐπιστολῆς τοῦ πάντα ἐντελεστάτου τῆς Ῥωμαίων ἀρχιεπισκόπου Λέοντος· καὶ ὑπεσημειωσάμην.

Μαριανὸς

ANNO CHRISTI 451.

Μαριανὸς ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Συννάδων εἶπε· συνᾴδειν ἔγνων τὴν ἐπιστολὴν τοῦ πάντα ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου τῆς Ῥωμαίων Λέοντος τῇ μόνῃ καὶ μακαρίᾳ καὶ θεοφιλεῖ ἐκθέσει τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ, καὶ τῶν ρν'. τῶν ἐν βασιλίδι Κωνσταντινουπόλει συναχθέντων· οὐ μόνον δὲ τούτων, ἀλλὰ καὶ τῇ συνόδῳ τῇ γενομένῃ κατὰ Νεστορίου ἐν Ἐφέσῳ ἐπὶ τοῦ τῆς μακαρίας μνήμης Κυρίλλου· διὸ καὶ ὑπέγραψα ἐν αὐτῇ.

Ἐπιφάνιος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Πέργης εἶπεν· ὡς συνιδεῖν ἠδυνήθην ἐκ τῆς ἀναγνώσεως τῆς ἐπιστολῆς τοῦ θεοφιλεστάτου ἀρχιεπισκόπου τῆς Ῥωμαίων Λέοντος, συμφωνεῖ κατὰ διάνοιαν τῇ ἐκθέσει τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ, καὶ τῶν μετ' αὐτὴν κατὰ τὴν βασιλεύουσαν πόλιν συναθροισθέντων ρν'. καὶ τῇ ἐν Ἐφέσῳ τῇ κατὰ Νεστορίου τοῦ ἀσεβοῦς γενομένῃ, ἧς ἡγεῖτο ὁ μακάριος Κύριλλος· καὶ ταύτην ἔχων τὴν γνώμην, ὑπέγραψα τῇ αὐτῇ ἐπιστολῇ.

Ὀνησιφόρος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Ἰκονίου εἶπε· κατ' οὐδὲν ἀπᾴδουσαν συνιδὼν τὴν ἐπιστολὴν τοῦ ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου τῆς Ῥωμαίων Λέοντος τῆς ἐκτεθείσης πίστεως παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συναχθέντων, καὶ τῶν ρν'. τῶν ἐν τῇ μεγαλωνύμῳ Κωνσταντινουπόλει συνελθόντων, καὶ τῶν ἐν Ἐφέσῳ πραχθέντων ἐπὶ τῇ καθαιρέσει τοῦ δυσσεβοῦς Νεστορίου παρὰ τοῦ τῆς μακαρίας μνήμης πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου, ὑπέγραψα τῇ αὐτῇ ἐπιστολῇ τοῦ πάπα Λέοντος.

Πέτρος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Γαγγρῶν εἶπεν· ἣν ἐκράτυναν ἐφ' ἡμῖν πίστιν οἱ ἅγιοι πατέρες οἱ τριακόσιοι δεκαοκτὼ οἱ ἐν Νικαίᾳ, καὶ οἱ ρν'. οἱ ἐν τῇ βασιλευούσῃ Κωνσταντινουπόλει συναχθέντες, μετὰ δὲ ταῦτα καὶ οἱ ἐν Ἐφέσῳ, προηγουμένου τοῦ μακαρίου Κυρίλλου τῆς ἁγίας ἐκείνης συνόδου, σύμφωνον οὖσαν καὶ τὴν ἐπιστολὴν τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Λέοντος, καὶ τὸν αὐτὸν ἔχουσαν σκοπὸν, κατεδεξάμεθα· καὶ ὑπέγραψα ἐν αὐτῇ.

Θεοδόσιος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Κανώθας εἶπεν· ἀσάλευτος ἡ πίστις τῶν τριακοσίων δεκαοκτώ. ἐάν τις ἐπιχειρήσῃ σαλεῦσαι τὰ ἀσάλευτα, σεσάλευται. ταύτῃ γοῦν ἀκολουθοῦμεν, καὶ πιστεύομεν, καὶ τῇ ἐκθέσει τῇ ἐκτεθείσῃ παρὰ τῶν ρν'. ἁγίων πατέρων τῶν συνελθόντων ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ τῇ ἐν Ἐφέσῳ κατὰ δυσσεβοῦς Νεστορίου γενομένῃ ἐπὶ τοῦ τῆς μακαρίας μνήμης Κυρίλλου· καὶ συνᾴδει ἡ ἐπιστολὴ τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου καὶ πατρὸς ἡμῶν Λέοντος· καὶ ὑπέγραψα ἐν αὐτῇ.

Σάββας ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Πάλτου Συρίας εἶπεν· οἱ τριακόσιοι δεκαοκτὼ ἅγιοι πατέρες συναχθέντες κατὰ γνώμην Θεοῦ εἰς Νίκαιαν, καὶ διδαχθέντες ἀπὸ πνεύματος ἁγίου, τὴν ὀρθὴν πίστιν ἡμῶν ἐξέθεντο, καὶ οἱ ρν'. συναχθέντες ἐν Κωνσταντινουπόλει, ταύτῃ ἠκολούθησαν· ὁμοίως δὲ σύμφωνα ταύτῃ καὶ ὁ μακάριος Κύριλλος ἐν Ἐφέσῳ ἐδίδαξε. σύμφωνα δὲ καὶ ὁ ὁσιώτατος ἀρχιεπίσκοπος τῆς Ῥωμαίων Λέων διὰ τῆς ἰδίας ἐπιστολῆς ἐδίδαξε· καὶ πᾶσα ἡ οἰκουμένη οὕτω κατηχήθη καὶ ἐδιδάχθη, καὶ ἡμεῖς ταύτην κατέχομεν, καὶ διδάσκομεν· καὶ ὑπέγραψα ἐν αὐτῇ· καὶ ἀναθεματίζω τοὺς ἢ προστιθέντας τι, ἢ ὑφαιροῦντας.

A * Marinianus reverendissimus episcopus Synnadorum dixit: Consentire novi epistolam inomnibus sanctissimi Romanorum archiepiscopi Leonis soli & beatæ ac religiosæ expositioni trecentorum decem & octo patrum, & centum quinquaginta in regia Constantinopoli congregatorum: neque horum solummodo, verum etiam synodo adversus Nestorium Ephesi habitæ sub Cyrillo beatæ memoriæ: ideo etiam subscripsi ei.

ACTIO QVARTA.
* Marianus

Epiphanius reverendissimus episcopus Pergæ dixit: Quantum perspicere potui ex B lectione epistolæ religiosissimi archiepiscopi Romanorum Leonis, consonat ejus sensus expositioni sanctorum trecentorum decem & octo patrum in Nicæa, & centum quinquaginta in regia urbe postea congregatorum, & synodo Ephesi adversus impium Nestorium habitæ, cui præerat beatus Cyrillus: & ita sentiens, subscripsi eidem epistolæ.

Onesiphorus reverendissimus episcopus Iconii dixit: Cum epistolam sanctissimi archiepiscopi Romanorum Leonis nulla in re dissentire videam ab exposita fide sanctorum patrum qui in Nicæa congregati sunt, & centum quinquaginta qui apud C magni nominis Constantinopolim convenerunt, & ab iis quæ Ephesi in damnatione impii Nestorii a beatæ memoriæ patre nostro Cyrillo gesta sunt, subscripsi eidem epistolæ papæ Leonis.

Petrus reverendissimus episcopus Gangrorum dixit: Fidei quam sancti patres trecenti decem & octo in Nicæa confirmaverunt nobis, & centum quinquaginta in regia Constantinopoli congregati, & qui postea Ephesi, præsidente sanctæ illi synodo beato Cyrillo, cum consona esset etiam epistola sanctissimi archiepiscopi Leonis, & eumdem haberet scopum, eam amplexi sumus, eique subscripsimus.

Theodosius reverendissimus episcopus D Canothæ dixit: Immobilis est fides sanctorum trecentorum decem & octo. Si quis conatus fuerit immota movere, ipse fluctuabit. Hanc igitur sequimur, & credimus: expositionem quoque editam a sanctis centum quinquaginta patribus qui Constantinopoli convenerunt, & Ephesi adversus impium Nestorium factam sub beatæ memoriæ Cyrillo: & consentit epistola sanctissimi archiepiscopi & patris nostri Leonis: & subscripsi ei.

Sabbas reverendissimus episcopus Palti Syriæ dixit: Trecenti decem & octo sancti patres voluntate Dei in Nicæa congregati, & edocti a Spiritu sancto, rectam E fidem nostram exposuerunt, & centum quinquaginta Constantinopoli collecti eam secuti sunt: similiter etiam huic congruentia beatus Cyrillus Ephesi docuit. consona quoque sanctissimus archiepiscopus Romanorum Leo per suam epistolam docuit, & universus orbis terrarum sic institutus est & edoctus, & nos eamdem retinemus & docemus: & subscripsi ei, atque anathematizo eos qui aliquid vel addunt vel detrahunt.

ACTIO QVARTA.

ANNO CHRISTI 451.

A Epiphanius reverendiſsimus preſbyter, tenens locum religioſiſsimi Ætherii epiſcopi Pompeiopolis, provinciæ Paphlagoniæ, dixit: Miſericordia domini noſtri Chriſti confirmatus ſum in fide trecentorum decem & octo ſanctorum patrum qui in Nicęa, & quam poſtea confirmaverunt centum quinquaginta congregati in ſancta ſynodo Conſtantinopoli habita, & poſt hanc qui ſimiliter Epheſi convenerunt, pręſidente ſanctę memorię Cyrillo: certus etiam de epiſtola ſanctiſsimi archiepiſcopi Romanorum Leonis, quod conſonet prędictis expoſitionibus: pręterea cum ipſe religioſiſsimus B epiſcopus Ætherius eidem epiſtolę ſubſcripſerit, ego quoque prędictam ſanctam fidem ſequor.

Philotimus reverendiſsimus preſbyter, tenens locum religioſiſsimi Themiſtii epiſcopi Amaſtridis, provinciæ Paphlagoniæ, dixit: Iiſdem conſentio.

Abraamius reverendiſſimus epiſcopus Caſtricircenſis, Oſroenæ provinciæ, dixit: Audita depoſitione prædictorum reverendiſſimorum epiſcoporum, ſimiliter & ego depono: & ſubſcripſi epiſtolæ ſanctiſſimi Romanæ urbis archiepiſcopi Leonis.

Eudoxius reverendiſſimus epiſcopus Etennorum Pamphyliæ dixit: Fides fundata eſt, quam trecenti decem & octo ſancti patres Nicææ firmaverunt, & centum quinquaginta Conſtantinopoli congregati, & Epheſi habita ſancta ſynodus, præſidente ſanctiſſimo epiſcopo Cyrillo; cui conſonat etiam epiſtola ſanctiſſimi archiepiſcopi Romanorum Leonis: & ei ſubſcripſi.

Eugenius reverendiſſimus epiſcopus Cotenorum Pamphyliæ dixit: Et ego iiſdem conſentio, & ſubſcripſi epiſtolæ ſanctiſſimi archiepiſcopi Romanorum Leonis.

Obrimus reverendiſſimus epiſcopus Coraceſii dixit: Iiſdem & ego conſentio: & ſubſcripſi epiſtolæ ſanctiſſimi archiepiſcopi Romanorum Leonis.

Neon reverendiſsimus epiſcopus civitatis * Pſyllii Pamphyliæ dixit: Epiſtola ſcripta a religioſiſſimo & ſanctiſſimo Romanorum archiepiſcopo Leone, quod attinet ad ſenſum, conſonat cum fide expoſita a ſanctis trecentis decem & octo patribus qui Nicææ, & a centum quinquaginta qui in regia urbe Conſtantinopoli, & qui Epheſi propter impium Neſtorium convenerunt; cui ſynodo præerat beatæ memoriæ Cyrillus: & hanc ſequens ſententiam, eidem epiſtolæ jam pridem ſubſcripſi.

* Siliandi.

Theophilus reverendiſſimus epiſcopus * Orei Pamphyliæ dixit: Quantum aſſequi potui, epiſtola ſcripta a ſanctiſſimo & religioſiſſimo archiepiſcopo veteris Romæ Leone conſonat in ſenſu cum expoſita fide a ſanctis trecentis decẽ & octo patribus qui Nicęæ convenerunt, & a centum quinquaginta qui poſtea Conſtantinopoli, & ab iis qui Epheſi propter impium Neſtorium convenerunt,

* Arciſſi, *al.* Ariaſſi.

C Si quis episcopus a synodo depositus, aut presbyter, aut diaconus, aut omnino qui est sub regula, a proprio episcopo, ausus fuerit amplius aliquid sacri ministerii gerere; sive episcopus juxta superiorem consuetudinem, sive presbyter, sive diaconus; postea non liceat ei ne in altera quidem synodo spem restitutionis, nec * satisfactionis locum habere. Sed & omnes qui ei communicant, ejiciantur ex ecclesia: & maxime si, postquam cognoverunt sententiam in prædictos latam, iis communicare ausi fuerint.

* defensionis.

Κανὼν πγ'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος ὑπὸ συνόδου καθαιρεθεὶς, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ κανόνος, ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, τολμήσειέ τι πρᾶξαι τῆς λειτουργίας, εἴτε ἐπίσκοπος κατὰ τὴν προάγουσαν συνήθειαν, εἴτε ὁ πρεσβύτερος, εἴτε ὁ διάκονος, μηκέτι * ἐξὸν εἶναι αὐτῷ μηδὲ ἐν ἑτέρᾳ συνόδῳ ἐλπίδα ἀποκαταστάσεως, μηδὲ ἀπολογίας χώραν ἔχειν· ἀλλὰ καὶ τοὺς κοινωνοῦντας αὐτῷ πάντας ἀποβάλλεσθαι τῆς ἐκκλησίας, καὶ μάλιστα εἰ μαθόντες τὴν ἀπόφασιν, τὴν κατὰ τῶν προειρημένων ἐξενεχθεῖσαν, τολμήσειαν αὐτοῖς κοινωνεῖν.

* ἐξεῖναι αὐτῷ,

Alius Canon LXXXIV.

De iis qui seipsos separant.

D

Can. 5. Con. Antioch. ex Can. apost. 31.

Si quis presbyter aut diaconus, contempto proprio episcopo, se ab ecclesia segregaverit, ac seorsim congregationem habuerit, & altare constituerit: si commonenti episcopo non acquieverit, nec consentire vel obedire voluerit semel & iterum ac tertium vocanti; is omnino deponatur nec ultra remedium consequi, nec proprium honorem recipere possit. Quod si perseveraverit tumultuari, & ecclesiam perturbare; per potestatem externam tamquam seditiosus corrigatur.

Κανὼν πδ'.

Περὶ τῶν ἑαυτοὺς ἀφοριζόντων.

Εἴ τις πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, καταφρονήσας τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, ἀφώρισεν ἑαυτὸν τῆς ἐκκλησίας, καὶ * ἰδίᾳ συνήγαγε, καὶ θυσιαστήριον ἔστησε, καὶ τοῦ ἐπισκόπου προσκαλεσαμένου αὐτὸν, ἀπειθοίη, καὶ μὴ βούλοιτο αὐτῷ πείθεσθαι, μηδὲ * ἀκούειν καὶ πρῶτον καὶ δεύτερον καὶ τρίτον καλοῦντι, τοῦτον παντελῶς καθαιρεῖσθαι, καὶ μηκέτι θεραπείας τυγχάνειν, μήτε ἀπολαμβάνειν αὐτὸν δύνασθαι τὴν τιμήν· εἰ δὲ παραμένοι θορυβῶν καὶ ἀναστατῶν τὴν ἐκκλησίαν, διὰ τῆς ἔξωθεν ἐξουσίας, ὡς στασιώδη, αὐτὸν * ἀποστρέφεσθαι.

* ἰδίᾳ
* ὑπακ
* ἐπιστρ

E Post lectionem autem divinarum & sacrarum regularum sancta synodus dixit: Christi domini benignitatem atque humanitatem imitans sancta hæc & universalis synodus, probat laudatque magnificentissimos & gloriosissimos judices, & sacrum Christique amantem senatum, de condescensione erga monachos Carosum, Dorotheum, Barsumam, & qui cum ipsis sunt: ut memoratis ad deliberandum & ad obediendum sancto huic & œcumenico concilio, & iis quæ ab eo de recta fide statuta sunt, darentur triginta dierum induciæ, id est, a decimo quinto die præsentis Octobris, usque ad

Καὶ μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τῶν θείων καὶ ἱερῶν κανόνων, ἡ ἁγία σύνοδος εἶπε· τὸν δεσπότην Χριστὸν εἰς φιλανθρωπίαν μιμουμένη ἡ ἁγία αὕτη καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος, ἀπεδέξατο τοὺς μεγαλοπρεπεστάτους καὶ ἐνδοξοτάτους ἄρχοντας, καὶ τὴν ἱερὰν καὶ φιλόχριστον σύγκλητον, τῆς ἐπὶ τοῖς μονάζουσι Καρόσῳ, Δωροθέῳ, καὶ Βαρσουμᾷ, καὶ τοῖς σὺν αὐτοῖς, συγκαταβάσεως· ὥστε παρασχεθῆναι τοῖς μνημονευθεῖσι πρὸς ἐπίσκεψιν τοῦ πεισθῆναι τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ, καὶ τοῖς παρ' αὐτῆς ἐπὶ τῇ ὀρθῇ πίστει τυπωθεῖσι, διωρίαν ἡμερῶν τριάκοντα, τουτέστιν, ἀπὸ τοῦ ἐνεστῶτος μηνὸς Ὀκτωβρίου πεντεκαιδεκάτης, μέχρι

Νοεμβρίου

ACTIO QVARTA.

Νοεμβρίου πεντεκαιδεκάτης. ἀποσταλήσονται τοίνυν πρὸς αὐτοὺς κληρικοὶ τῇ ὡρισμένῃ ἡμέρᾳ, ὑπομιμνήσκοντες αὐτοὺς, ἵνα ἢ ὀρθοποδήσωσι πρὸς τὴν ἀλήθειαν, ἢ εἴξωσι πᾶσι τοῖς δόξασι τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ συνόδῳ πρὸς ἀναίρεσιν πάσης αἱρετικῆς κακοδοξίας· ἢ ἴσωσαν, ἑαυτοὺς μετὰ τῶν σὺν αὐτοῖς μοναχῶν γεγυμνῶσθαι τοῦ τε βαθμοῦ, καὶ πάσης ἀξίας τε καὶ κοινωνίας, μετὰ τοῦ καὶ ἀποστῆναι ἡγεμονευέιν μοναστηρίων· ὡς εἴγε διαφυγεῖν ἐπιχειρήσοιεν, κρατεῖν ἐπ᾽ αὐτοῖς τὸ αὐτὸ ἐπιτίμιον, ψηφίζεται ἡ ἁγία αὕτη καὶ οἰκουμενικὴ μεγάλη σύνοδος· δηλονότι καὶ τῆς ἔξωθεν αὐθεντίας, κατὰ B τοὺς θείους καὶ ἱεροὺς τῶν πατέρων κανόνας, συνεπηχούσης τῷ τύπῳ κατὰ τῶν ἀπειθούντων.

A Novembris decimum quintum. Ad eos igitur clerici mittentur præfinito die, qui admoneant, ut vel recto pede ambulent in veritate, ac iis cedant quæ placita sunt huic sancto concilio, ad totius hæreticæ pravæque opinionis destructionem; aut sciant se cum monachis, qui cum ipsis sunt, privatos esse & gradu, & omni dignitate & communione, una cum eo ut desinant præesse monasteriis. ac si quidem perfugere conentur, valere in eos eamdem pœnam decernit sanctum hoc & universale magnum concilium: externa videlicet auctoritate, juxta divinas B sacrasque patrum regulas, corroborante sententiam in contumaces latam.

ΠΡΑΞΙΣ ΠΕΡΙ ΦΩΤΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ Τύρου, καὶ Εὐσταθίου ἐπισκόπου Βηρυτοῦ.

Υπατείας τοῦ δεσπότου ἡμῶν Μαρκιανοῦ τοῦ αἰωνίου Αὐγούστου, καὶ τοῦ δηλωθησομένου, τῇ πρὸ δεκατριῶν καλανδῶν Νοεμβρίων, ἐν Καλχηδόνι, κατὰ κέλευσιν τοῦ θειοτάτου καὶ εὐσεβεστάτου δεσπότου ἡμῶν, συνελθόντων ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ τῆς ἁγίας μάρτυρος Εὐφημίας, τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου καὶ ἐνδοξοτάτου στρατηλάτου, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίου, C Ἀνατολίου, καὶ λοιπῶν τῶν προειρημένων μεγαλοπρεπεστάτων καὶ ἐνδοξοτάτων ἀρχόντων, προσέτι δὲ καὶ τῆς προειρημένης ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου, τῆς κατὰ θέσπισμα τοῦ θειοτάτου καὶ εὐσεβεστάτου ἡμῶν δεσπότου ἐν τῇ Καλχηδονέων πόλει συναθροισθείσης, καὶ καθεσθέντων πάντων πρὸ τῶν καγκέλλων τοῦ ἁγιωτάτου θυσιαστηρίου, Φώτιος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Τύρου εἶπε· δεήσεις ἐπιδέδωκα τῷ θειοτάτῳ καὶ φιλοχρίστῳ βασιλεῖ, καὶ ἐκέλευσε τὴν ὑμετέραν μεγαλοπρέπειαν, ἅμα τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ, ἀκοῦσαι τοῦ πράγματος, καὶ τύπον δοῦναι αὐτῷ. παρακαλῶ τοίνυν, ἀναγνωσθῆναί μου τὰς δεήσεις, καὶ τὰ δίκαια ὑπαρχθῆναί μοι. οἱ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες εἶπον· ἀναγνωσθήτωσαν αἱ D δεήσεις Φωτίου τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου. καὶ πρὸ τῆς ἀναγνώσεως, Εὐστάθιος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Βηρυτοῦ εἶπεν· ὁ εὐλαβέστατος καὶ φιλόχριστος ἡμῶν δεσπότης, καὶ ἡ εὐσεβεστάτη καὶ φιλόχριστος ἡμῶν δέσποινα, καὶ ὑμεῖς οἱ ἐνδοξότατοι καὶ φιλόχριστοι ἄρχοντες, καὶ μεγίστη σύγκλητος, καὶ ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος, ἧς ἐξάρχουσιν οἱ θεοφιλέστατοι καὶ ὁσιώτατοι πατέρες ἡμῶν Λέων καὶ Ἀνατόλιος, τῆς πίστεως ἕνεκεν ἡμᾶς ἐνταῦθα συνήγαγον. καὶ κελεύσατε πρὸ πάντων ὑπογραφῆναι τὸν ὅρον, ὥστε πρότερον πληρωθῆναι τὸ E περὶ τῆς πίστεως. εἰ δὲ καὶ περὶ τοῦ ἐμοῦ πράγματος κελεύετε νῦν ζητηθῆναι, οὐχ ὑπερτίθεμαι, ἀλλ᾽ εὐθὺς τὰς ἀποκρίσεις ποιοῦμαι. οἱ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες εἶπον· ἐπειδὴ προσελευσθεὶς ὁ θειότατος ἡμῶν βασιλεὺς παρὰ Φωτίου τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου τῆς Τυρίων μητροπόλεως, ἐκέλευσε καὶ τὸ κατ᾽ αὐτὸν καὶ τοὺς ἄλλους ἐπισκόπους, τοὺς βεβλάφθαι λέγοντας, κεφάλαιον ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ συνόδῳ παρόντων ἡμῶν ἐξετασθῆναι· ἀναγνωσθήτωσαν αἱ δεήσεις Φωτίου τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου.* Καὶ ἐπιδοθέντων αὐτῶν, Κωνσταντῖνος ὁ καθωσιωμένος σηκρητάριος τοῦ θείου κονσιστωρίου ἀνέγνω.

ACTIO DE PHOTIO EPIscopo Tyri, & Eustathio episcopo Beryti.

Ex nova versione. Edit. Rom.

CONSVLATV domni nostri Marciani perpetui Augusti, & ejus qui renuntiatus fuerit, tertiodecimo Kalendas Novembris, Calchedone jussu sacratissimi & piissimi domini nostri, convenientibus in sanctissima ecclesia sanctæ martyris Euphemiæ, magnificentissimo & gloriosissimo magistro militum, exconsule & patricio Anato- C lio, & ceteris prædictis magnificentissimis & gloriosissimis judicibus, insuper & prædicta sancta & generali synodo, jussu sacratissimi & piissimi domini nostri in Calchedonensium civitate congregata, & consedentibus omnibus ante cancellos sanctissimi altaris, Photius reverendissimus episcopus Tyri dixit: Preces obtuli sacratissimo & Christum diligenti imperatori: ac jussit vestram magnificentiam una cum sancto hoc & universali concilio causam audire, eamque definire. Oro igitur ut legantur meæ preces, mihique judicium reddatur. Gloriosissimi judices dixerunt: Legantur preces Photii reverendissimi episcopi. Et antequam legerentur, Eustathius reverendissimus episcopus Beryti dixit: Piissimus & Christi amans dominus noster, ac piissima Christique amans domina nostra, vosque gloriosissimi judices & amplissimus senatus, & sanctum generaleque concilium, cujus principes sunt Deo amabilissimi & sanctissimi patres nostri Leo & Anatolius, fidei causa nos hic congregarunt: ac jubete ante omnia subscribi definitionem, ut prius quæstio fidei absolvatur. Quod si de mea quoque causa jubetis nunc quæri, non sum in mora, sed protinus respondebo. Gloriosissimi judices dixerunt: Quandoquidem conventus sacratissimus dominus noster a E Photio reverendissimo episcopo Tyriorum metropoleos, jussit *rem ejus & aliorum episcoporum, qui dicunt læsum esse capitulum, in sanctissimo concilio præsentibus nobis examinari: legantur preces Photii reverendissimi episcopi. * Cumque eæ datæ essent, Constantinus devotus secretarius sacri consistorii legit.

* de eo & de aliis episcopis, qui dicunt se læsos esse, capitulum in * Latino.

A

Terræ & maris, omniumque hominum nationis & generis dominis, Flaviis Valentiniano & Marciano, perpetuis & triumphatoribus Augustis, preces & supplicatio a Photio episcopo Tyriorum civitatis vestræ primæ Phœnices.

QUICUMQUE ea quæ ex sententia sunt, volunt adipisci, non aliter poterunt, quam si vestris vestigiis advoluti, inde spei suæ fructum aliquem capere valeant; ac maxime cum jus supplicationibus eorum adest. Ego igitur ad has preces veni, persuasum habens, quod non a jure exciderem. Quænam igitur causa sit precum mearum, brevis edocebit sermo. Sanctissimæ Tyriorum ecclesiæ ex priscis & immemorabilibus temporibus a sanctis canonibus certa definita sunt jura, tum in ecclesiastica administratione, tum in ordinationibus. Ejusmodi jura Eustathius reverendissimus episcopus Berytiorum civitatis, cum nonnullorum pro tempore studia habuisset, violare conatus est, sacra faciens rescripta sub Theodosio divæ memoriæ, quibus voluit, certarum civitatum sibi ordinationes asserens, quædam jura prædictæ ecclesiæ in se transfere. Tanta autem memoratus sanctissimus episcopus ad circumscribendum ecclesiæ jura, instantia usus est, ut synodicum ad me curaverit mitti, depositionem comminans, nisi tali chartæ subsignarem. cui cum, non ex proposito, sed metu minarum quæ ei inerant, subsignassem, impositam mihi necessitatem subscriptione significavi. Scripsi enim, quod jussus subscripsi; cum scirem nihil hoc mihi præjudicare, quod sacræ divinæque leges ea quæ non ex proposito, sed ex necessitate fiunt, nullam vim habere definiant. Sub vestra autem pietate, sciunt quicumque experimentum sumpsere, quod neque * pro aliquo homine sine ratione stare quidquam pollet; nec, si quis velit quod vetustati ignotum sit, per novitatem usurpare, id poterit. Obsecro igitur provolutus vestris pedibus, ut sanciat cæleste vestrum imperium, ut omnia quæ primitus a sacris regulis attributa sunt prædictæ sanctissimæ ecclesiæ, integra maneant: si quid vero contra antiquitatem memoratus, vel quivis alius qui cum eo faciat, aggressus sit, id irritum sit & vanum, nec ullam vim habeat; sed reddantur integra jura sanctissimæ Tyri ecclesiæ: cessent vero omnes, quæ ex subreptione a memorato quæsitæ sunt tum sacræ literæ, tum sententiæ quorumcumque maximorum judiciorum. ac si quis horum gratia a quibusdam episcopis assensus factus sit ad evertendam vetustatem & sacras regulas, nullam vim habeat; nullo mihi facto præjudicio ex ea quæ a me in synodico facta est, quemadmodum dixi, subsignatione: de hoc mittendo sacrum vestrum

* irrationabile patrocinium quidquam

Τοῖς γῆς καὶ θαλάττης, καὶ πάντων ἀνθρώπων ἔθνους καὶ γένους δεσπόταις, Φλαυΐοις, Οὐαλεντινιανῷ καὶ Μαρκιανῷ, τοῖς αἰωνίοις καὶ τροπαιούχοις Αὐγούστοις, δέησις καὶ ἱκετεία παρὰ Φωτίου ἐπισκόπου τῆς Τυρίων πόλεως τῆς ὑμετέρας πρώτης Φοινίκης.

ΠΑΝΤΕΣ [...]οι τῆς κατὰ γνώμην τυχεῖν ἐθέλουσιν, οὐκ ἄλλως δυνηθήσονται, εἰ μὴ τοῖς ὑμετέροις ἴχνεσι προσπεσόντες, ἐκεῖθεν τῶν ἐλπιζομένων καρπόν τινα ἀπόνασθαι ἰσχύσουσιν· ὅταν μάλιστα τὸ δίκαιον ταῖς αὐτῶν ἱκετείαις προσῇ. κἀγὼ τοίνυν ἐπὶ τάσδε τὰς λιτὰς B ἐλήλυθα, πείσας ἐμαυτὸν, ὡς οὐ διαμαρτάνοιμι τοῦ δικαίου. τίς τοίνυν ἡ αἰτία τῶν ἐμῶν δεήσεων, βραχὺς ἀναδιδάξει λόγος. τῇ Τυρίων ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ ἐξ ἀρχαίων καὶ ἀμνημονεύτων τῶν χρόνων, ἀπὸ τῶν ἁγίων κανόνων φανερὰ ἀφώρισται δίκαια ἔν τε διοικήσει τῇ ἐκκλησιαστικῇ, καὶ ἐν ταῖς χειροτονίαις. τὰ τοιαῦτα δίκαια Εὐστάθιος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος τῆς Βηρυτίων πόλεως, σπουδὴν κατὰ * καιρόν τινων ἐσχηκὼς, παραφθεῖραι ἐπεχείρησε, θείας ποιησάμενος ἀντιγραφὰς ἐπὶ τοῦ τῆς θείας λήξεως Θεοδοσίου· δι᾽ ὧν ἐβουλήθη, ἐκδικῶν ἑαυτῷ C φανερῶν πόλεων χειροτονίας, τινὰ τῶν δικαίων τῆς προειρημένης ἐκκλησίας εἰς ἑαυτὸν μεταθεῖναι· τοσαύτῃ δὲ ὁ μνημονευθεὶς ὁσιώτατος ἐπίσκοπος εἰς τὸ περιγράψαι τὰ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ δίκαια ἐνστάσει ἐχρήσατο, ὡς καὶ συνοδικὸν πρός με παρασκευάσαι ἐκπεμφθῆναι, καθαίρεσιν ἀπειλοῦν, εἰ μή γε τῷ τοιούτῳ ἐπισημειώσωμαι χάρτῃ· ᾧ τινι οὐκ ἐκ προθέσεως, δέει δὲ τῆς ἐν αὐτῷ ἐγκειμένης ἀπειλῆς, ὑποσημειωσάμενος, τὴν ἐπενεχθεῖσάν μοι ἀνάγκην διὰ τῆς ὑπογραφῆς ἐσήμανα. ἔγραψα γὰρ, ὡς κελευσθεὶς ὑπέγραψα, εἰδὼς, ὡς οὐδὲν τοῦτο προκρίνει μοι, τῶν θεϊκῶν καὶ τῶν θείων νόμων D τὰ μὴ ἐκ προθέσεως, ἐξ ἀνάγκης δὲ γινόμενα μηδεμίαν ἔχειν ἰσχὺν διοριζόντων. ἐπὶ δὲ τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας, εὖ ἴσασι πείρᾳ παρειληφότες ἄνθρωποι πάντες, ὡς οὔτε ἄλογος προστασία κρατεῖ, οὔτε τις μὴ ἀρχαιότητι ἐγνωσμένον ἐκδικεῖν ἑαυτῷ τι ἐθελήσας κατὰ καινοτομίαν, δυνήσεται. δέομαι οὖν προκυλινδούμενος τῶν ὑμετέρων ἰχνῶν, θεσπίσαι τὸ οὐράνιον ὑμῶν κράτος, πάντα τὰ ἐξ ἀρχῆς ἐκ τῶν θείων κανόνων ἀφορισθέντα τῇ προειρημένῃ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ, ἄπτωτα μένειν· εἴ τι δὲ ὑπεναντίον τῆς ἀρχαιότητος παρὰ τοῦ μνημονευθέντος, ἢ παρ᾽ ἑτέρου τινὸς αὐτῷ πράττοντος ἐπικεχείρηται, τοῦτο ἕωλον τυγχάνειν, καὶ μηδεμίαν ἔχειν ἰσχὺν, ἀλλ᾽ ἀποδοθῆναι ἄσωτα τὰ δίκαια E τῆς ἐν Τύρῳ ἁγιωτάτης ἐκκλησίας, ἀργεῖν δὲ πάντα τὰ ἐκ συναρπαγῆς τῷ μνημονευθέντι πορισθέντα, τοῦτο μὲν θεῖα γράμματα, τοῦτο δὲ καὶ ἀποφάσεις οἱωνδήποτε μεγίστων δικαστηρίων. καὶ εἴ τις δὲ τούτων χάριν συναίνεσις παρά τινων ἁγιωτάτων ἐπισκόπων γεγένηται ἐπ᾽ ἀνατροπῇ τῆς ἀρχαιότητος καὶ τῶν θείων κανόνων, μηδεμίαν ἔχειν ἰσχύν· μηδενός μοι προκρίματος γινομένου ἐκ τῆς παρ᾽ ἐμοῦ γεγενημένης ἐν τῷ συνοδικῷ, καθ᾽ ὃν εἴρηκα τρόπον, ὑποσημειώσεως, θείῳ ὑμῶν

* καιρὸν ἐσχ.

καὶ

NNO RISTI 451.

ACTIO QUARTA.

καὶ προσκυνουμένου τύπου πραγματικοῦ περὶ τούτου καταπεμπομένου πρός τε τοὺς μεγαλοπρεπεστάτους καὶ ἐνδοξοτάτους ἐπάρχους τῶν ἱερῶν ὑμῶν πραιτωρίων, καὶ πρὸς τὸν μεγαλοπρεπέστατον καὶ ἐνδοξότατον στρατοπεδάρχην τῆς ἕω, καὶ πρὸς τὸν μεγαλοπρεπέστατον καὶ ἐνδοξότατον μάγιστρον τῶν θείων ὑμῶν ὀφφικίων, καὶ τὴν ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν σύνοδον, τὴν ἐν τῇ Καλχηδονέων χάριτι Χριστοῦ, καὶ νεύματι ὑμετέρῳ ἀθροισθεῖσαν· ὡς ἂν μηδὲν ὑπεναντίον τῶν παρὰ τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας θεσπιζομένων, προβῆναι δυνηθείη. πέφυκε γὰρ τὰ τῶν ἱερῶν δίκαια μηδέποτε ἐλαττοῦσθαι ἀπὸ τῆς τῶν προεστώτων χαυνότητος. καὶ τούτου τυχὼν, τὰς συνήθεις εὐχὰς ὑπὲρ τοῦ αἰωνίου ὑμῶν κράτους ποιήσομαι διαπαντός.

Οἱ μεγαλοπρεπέστατοι καὶ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες εἶπον· τί πρὸς ταῦτα δικαιολογεῖται ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος τῆς Βηρυτίων Εὐστάθιος; Εὐστάθιος ἐπίσκοπος εἶπε· κελεύσατε αὐτὸν εἰπεῖν, εἴτε κανονικῶς κινεῖ, εἴτε κατὰ νόμους. Φώτιος ἐπίσκοπος εἶπε· * προσελθὼν τῷ εὐλαβεστάτῳ βασιλεῖ, ὥστε τυχεῖν τῶν δικαίων τὸν θρόνον τῆς Τυρίων, καὶ ὅτι παλαιὸν ἔθος ἐζήτησεν ἀνατρέψαι Εὐστάθιος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος, ἐρωτηθῶσιν οἱ κύριοι καὶ ἁγιώτατοι ἐπίσκοποι. ἐγὼ γὰρ τῶν κανόνων οὐκ ἐξίσταμαι, οὔτε τύπους τῶν πατέρων ἀνατρέψαι βούλομαι· ἀλλ' ἐκεῖνα τὰ δίκαια μὴ ἀνατραπῆναι αἰτῶ. οἱ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες εἶπον· τῷ θειοτάτῳ δεσπότῃ τῆς οἰκουμένης ἤρεσε, μὴ κατὰ θεῖα γράμματα, ἢ πραγματικοὺς τύπους, τὰ τῶν ὁσιωτάτων ἐπισκόπων προβαίνειν, ἀλλὰ κατὰ τοὺς κανόνας τοὺς παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων νομοθετηθέντας. πάσης τοίνυν ἀργούσης ἐκ θείων πραγματικῶν διατυπώσεως, οἱ περὶ τούτου τοῦ κεφαλαίου κείμενοι κανόνες ἀναγινωσκέσθωσαν. καὶ πρὸ τῆς ἀναγνώσεως τῶν κανόνων, Εὐστάθιος ἐπίσκοπος εἶπε· τῶν ποδῶν ὑμῶν, ἐπειδὴ διέβαλέ με, ὡς κατὰ σπουδὴν ἀνύσαντα, παρακαλῶ πληροφορηθῆναι τὴν ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν σύνοδον, ὅτι οὐδὲν ἐξ ἐμοῦ πέπρακται. οὔτε γὰρ οὕτω τολμηρὸς ἤμην, ὥστε κατὰ τῶν κανόνων τῶν πατέρων ἐλθεῖν. οἱ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες εἶπον· λεγέτω ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος, εἴγε αὐτῇ ἀρέσκει, κατὰ τοὺς κανόνας τῶν πατέρων ἐξετασθῆναι τὴν περὶ τούτου ζήτησιν, ἢ κατὰ τὰ θεῖα πραγματικὰ, περὶ ὧν τὰ παραστάντα τῇ θείᾳ κορυφῇ ἤδη πᾶσι φανερὰ κατεστησάμεθα. ἡ ἁγία σύνοδος εἶπε· κατὰ τῶν κανόνων * πραγματικὸν μηδὲν ἰσχυέτω· οἱ κανόνες τῶν πατέρων κρατείτωσαν. οἱ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες εἶπον· νῦν καιρός ἐστι διδαχθῆναι ἡμᾶς παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου, εἰ ἔξεστι κατὰ θεῖον πραγματικὸν ἀλλοτρίας ἐκκλησίας δίκαια ἑτέροις ἐπισκόποις παραιρεῖσθαι. ἡ ἁγία σύνοδος εἶπεν· οὐκ ἔξεστι τοῦτο· παρὰ τοὺς κανόνας ἐστίν. οἱ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες εἶπον· φανερᾶς γενομένης τῆς ἀποκρίσεως. ἣν ἔδωκεν ἡ ἁγία σύνοδος, λεγέτω ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Φώτιος, ποίας ἐκκλησίας ὑπὸ αὐτὸν μητροπολίτην τυγχάνοντα ἐπίσκοπον ἀφείλετο ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Εὐστάθιος, ἢ τί περὶ τῶν χειροτονιῶν τῶν ὑπ' αὐτοῦ γενομένων πέπρακται. Φώτιος ἐπίσκοπος Τύρου εἶπεν· ἔλαβε Βίβλον, Βότρυν, Τρίπολιν, Ὀρθωσιάδα,

προσῆλθον

πραγμα-

A & venerandum typum pragmaticum ad magnificentissimos & gloriosissimos præfectos sacrorum vestrorum prætoriorum, & ad magnificentissimum & gloriosissimum præfectum exercituum orientis, & ad gloriosissimum magistrum sacrorum vestrorum officiorum. atque ad sanctum & œcumenicum concilium, quod Calchedone Christi gratia & nutu vestro collectum est: ut nihil contra ea quæ a vestra pietate sanciuntur, procedere possit. Natura enim comparatum est, ut sacrorum jura nunquam imminuantur a præfectorum * vanitate. Hoc cum adeptus fuero, B consuetas preces pro æterno vestro imperio jugiter faciam.

* inertia, sive mollitie;

Magnificentissimi & gloriosissimi judices dixerunt: Quid ad hæc allegat reverendissimus episcopus Berytiorum Eustathius? Eustathius episcopus dixit: Iubete eum dicere, utrum secundum canones moveat, an secundum leges. Photius episcopus dixit: Adii religiosissimum imperatorem, ut sedes Tyriorum sua jura adipisceretur. Quod autem vetustum morem studuerit evertere Eustathius reverendissimus episcopus, interro- C gentur domini & sanctissimi episcopi. Ego enim a regulis non discedo, nec volo typos patrum evertere; sed postulo ne illa jura evertantur. Gloriosissimi judices dixerunt: Sacratissimo domino orbis placuit, non juxta sacras literas aut pragmaticos typos, res sanctissimorum episcoporum procedere, sed juxta regulas a sanctis patribus latas. Omni igitur cessante e sacris pragmaticis definitione, canones de hoc capitulo editi legantur. Et ante canonum lectionem, Eustathius episcopus dixit: Per vestigia vestra; quoniam me D calumniatus est, quasi studio fecerim, obsecro sanctum & universale concilium * satisfactionem accipere, quod nihil per me actum est. Neque enim ita audax fuissem, ut patrum regulis adversarer. Gloriosissimi judices dixerunt: Dicat sancta & universalis synodus, utrum ei placeat, ex regulis patrum hujus causæ quæstionem examinari, an e sacris pragmaticis: de quibus quid sacro apici visum sit, jam omnibus apertum fecimus. Sancta synodus dixit: Contra regulas nihil pragmaticum valebit. Regulæ pa- E trum teneant. Gloriosissimi judices dixerunt: Nunc tempus est edoceri nos a sancta synodo, an liceat ex sacro pragmatico alienæ ecclesiæ jura ab aliis episcopis averti. Sancta synodus dixit: Non licet hoc: est præter regulas. Gloriosissimi judices dixerunt: Cum apertum responsum sit, quod sancta synodus dedit, dicat reverendissimus episcopus Photius, quas ecclesias, quæ sub se metropolitano episcopo essent, abstulit reverendissimus episcopus Eustathius, aut quid gestum sit de ordinationibus quæ ab ipso factæ fuerant. Photius episcopus Tyri dixit: Cepit Biblon, Botryn, Tripolim, Orthosiadem,

Hoc loco, & alibi sæpe, per sacras literas intelliguntur imperatorum literæ.

* doceri;

ACTIO QVARTA.

Arcas, Antaradon. ac precor, ut benignitas vestra jubeat, eas sedi Tyri restitui; atque ut de aliis quæ facta sunt, amplitudo vestra cognoscat. Eustathius reverendissimus episcopus dixit: Concilium reverendissimorum episcoporum factum est Constantinopoli, ac data definitio est, cui etiam Maximus reverendissimus episcopus Antiochiæ subscripsit. Maximus reverendissimus episcopus Antiochiæ dixit: Charta mihi allata est, quæ habebat subscriptionem sanctissimi archiepiscopi Anatolii: quem ego sequens, subscripsi. Gloriosissimi judices dixerunt: Aderat igitur reverentia tua synodo, quæ sub sanctissimo archiepiscopo Anatolio hæc definiebat, & gestis consensit? Maximus reverendissimus episcopus Antiochiæ dixit: Eram Constantinopoli. cum vero concilium de hoc haberetur, non adfui: sed mihi allata est charta, & subscripsi. Eustathius episcopus dixit: Vestram potestatem & sanctam synodum doceo, quod nunc non allego, ut omnino capiam, sed ut vobis persuadeam, quod calumniatus est me. neque enim ego religiosissimo imperatori preces obtuli, ut Berytum metropolim faceret. Consuetudo autem imperatoris est facere metropoles. Nec vero ego civitates divisi, sed sancta divisit synodus. Quemadmodum & nunc, cum pauci Constantinopoli convenissent, missa est epistola almi archiepiscopi Leonis, iis qui ubique essent, metropolitis, & subscripta est: sic tunc quæ visa erant præsentibus sanctissimis episcopis, allata sunt & subscripta. Photius reverendissimus episcopus Tyri dixit: A me ordinatio facta est, cum, juxta vetustum ordinem, qui de provincia sunt, mihi adessent: atq; inde primum missa est mihi absenti excommunicatio, ac mansi excommunicatus centum viginti duos dies; ac duos rursum ordinavi episcopos. eos deposuit, presbyterosque fecit. Magnificentissimi & gloriosissimi judices dixerunt: Quis misit? Photius reverendissimus episcopus Tyri dixit: Nescio. inde missa est. Anatolius reverendissimus archiepiscopus Constantinopolis dixit: Quædam egit nullo more atque ordine. hic indignata synodus, & juxta regulas commota, excommunicationem ei misit. Magnificentissimi & gloriosissimi judices dixerunt: Dicat sancta synodus, licueritne sanctissimo archiepiscopo Anatolio, absenti reverendissimo episcopo Photio excommunicationem mittere, ac jubere ut ei certæ ecclesiæ in provincia auferrentur: & an synodum appellare oporteat conventum episcoporum qui in regia civitate diversantur. Tryphon reverendissimus episcopus Chii dixit: Synodus appellatur, & conveniunt, & laborantes aliqua oppressione sua jura nanciscuntur. Atticus reverendissimus episcopus Zelorum dixit: At absentem nemo damnat. Omnes reverendissimi episcopi acclamaverunt: Nemo absentem condamnat. Anatolius reverendissimus episcopus Constantinopolis dixit:

ANNO CHRISTI 451.

A Ἀρκὰς, Ἀντάραδον· καὶ παρακαλῶ, κελεῦσαι τὴν ὑμετέραν φιλανθρωπίαν, ταύτας τῷ θρόνῳ Τύρου * ἀποκατασταθῆναι, καὶ περὶ τῶν γινομένων ἑτέρων μανθάνειν τὸ ὑμέτερον μέγεθος. Εὐστάθιος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος εἶπε· σύνοδος εὐλαβεστάτων ἐπισκόπων γέγονεν ἐν Κωνσταντινουπόλει· καὶ ὅρος ἐδόθη, ᾧ τινι καὶ Μάξιμος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας ὑπέγραψε. Μάξιμος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας εἶπε· χάρτης μοι ἠνέχθη, ἔχων ὑπογραφὴν τοῦ ὁσιωτάτου ἀρχ-

B ιεπισκόπου Ἀνατολίου· καὶ τούτῳ ἀκολουθήσας κἀγὼ, ὑπέγραψα. οἱ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες εἶπον· παρῆν οὖν ἡ σὴ εὐλάβεια τῇ συνόδῳ, τῇ ἐπὶ τοῦ ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Ἀνατολίου ταῦτα τυπούσῃ, καὶ τοῖς πραττομένοις συνῄνει; Μάξιμος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας εἶπεν· ἐν Κωνσταντινουπόλει ἤμην. συνόδου γινομένης περὶ τούτου, οὐ παρήμην· ἀλλ' ἠνέχθη μοι χάρτης, καὶ ὑπέγραψα. Εὐστάθιος ἐπίσκοπος εἶπε· διδάσκω τὴν ὑμετέραν ἐξουσίαν, καὶ τὴν ἁγίαν σύνοδον, ὡς οὐ νῦν δικαιο-

C λογοῦμαι περὶ τοῦ πάντως λαβεῖν, ἀλλὰ περὶ τοῦ πεῖσαι, ὅτι ἐσυκοφάντησέ με. ἐγὼ γὰρ οὔτε δέησιν ἐπιδέδωκα τῷ εὐλαβεστάτῳ βασιλεῖ, ἵνα μητρόπολιν Βηρυτὸν ποιήσῃ· ἔθος δὲ τοῖς βασιλεῦσι ποιεῖν τὰς μητροπόλεις· καὶ τὰς πόλεις δὲ οὐκ ἐγὼ διεῖλον, ἀλλὰ ἡ ἁγία σύνοδος διεῖλεν, ὥσπερ καὶ νῦν ὀλίγων συνελθόντων ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἐπέμφθη ἡ ἐπιστολὴ τοῦ ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Λέοντος τοῖς ἁπανταχοῦ μητροπολίταις, καὶ ὑπεγράφη· οὕτω καὶ τότε τὰ δόξαντα τοῖς παροῦσιν ὁσιωτάτοις ἐπισκόποις προσηνέχθη, καὶ ὑπεγράφη. Φώτιος ὁ

D εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Τύρου εἶπε· χειροτονία ἐγένετο παρ' ἐμοῦ, τῶν τῆς ἐπαρχίας συνόντων μοι κατὰ τὴν ἀκολουθίαν τὴν παλαιὰν, καὶ ἐπέμφθη μοι ἐντεῦθεν πρῶτον μὲν ἀκοινωνησία ἀπόντι, καὶ ἐποίησα * ἀκοινώνητος ρκβ'. ἡμέρας· καὶ δύο πάλιν ἐχειροτόνησα ἐπισκόπους· καὶ καθεῖλεν αὐτοὺς, καὶ ἐποίησε πρεσβυτέρους. οἱ μεγαλοπρεπέστατοι καὶ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες εἶπον· τίς ἐστιν ὁ πέμψας; Φώτιος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Τύρου εἶπεν· οὐκ οἶδα· ἐντεῦθεν ἐπέμφθη. Ἀνατόλιος ὁ

E εὐλαβέστατος ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως εἶπεν· ἀνακόλουθά τινα ἔπραξε. καὶ ἀγανακτήσασα ἡ σύνοδος ἐνταῦθα, κατὰ κανόνας κινηθεῖσα, ἀκοινωνησίαν αὐτῷ ἔπεμψεν. οἱ μεγαλοπρεπέστατοι καὶ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες εἶπον· λεγέτω ἡ ἁγία σύνοδος, εἰ ἐξῆν τῷ ἁγιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Ἀνατολίῳ, ἀπόντι Φωτίῳ τῷ εὐλαβεστάτῳ ἐπισκόπῳ ἀκοινωνησίαν καταπέμψαι, καὶ προστάττειν ἀφαιρεθῆναι αὐτοῦ φανερὰς κατὰ τὴν ἐπαρχίαν ἐκκλησίας· καὶ εἰ σύνοδον χρὴ καλεῖν, τῶν ἐπιδημούντων τῇ βασιλίδι πόλει τὴν συνέλευσιν. Τρύφων ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Χίου εἶπε· σύνοδος καλεῖται, καὶ συνάγονται· καὶ οἱ καταπονούμενοι τῶν δικαίων ἀπολαύουσιν. Ἀττικὸς ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Ζήλων εἶπεν· ἀλλ' ἀπόντα οὐδεὶς κατακρίνει. πάντες οἱ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι ἐβόησαν· ἀπόντα οὐδεὶς κατακρίνει. Ἀνατόλιος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως εἶπε·

συνήθεια

* ἀποκατασταθῆναι,

* ἀκοινωνήτως

συνήθεια ἄνωθεν κεκράτηκε, τοὺς ἐνδημοῦντας τῇ μεγαλωνύμῳ πόλει ἁγιωτάτους ἐπισκόπους, ἡνίκα καιρὸς καλέσῃ περὶ ἀνακυπτόντων τινῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων, συνεῖναι, καὶ διατυποῦν ἕκαστα, καὶ ἀποκρίσεως ἀξιοῦν τοὺς δεομένους. οὐδὲν τοίνυν καινοτομίας παρ' ἐμοῦ ἐχόμενον γεγένηται, οὐδὲ συνεδρεύσαντες κατὰ τὸ σύνηθες οἱ ἐνδημοῦντες ἁγιώτατοι ἐπίσκοποι * κοινὸν τύπον ἐξενήνεχαν. καὶ δείκνυσι τὴν παρουσίαν τῶν ἐπισκόπων ἡ γενομένη πρᾶξις. Εὐνόμιος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Νικομηδείας εἶπεν· ἡ μεγαλοπρέπεια ὑμῶν ἠρώτησεν ἡμᾶς, εἰ ἔξεστι τὸν ἀπόντα καταδικάζεσθαι. πρὸς τοῦτο δίδωμι τὴν ἀπόκρισιν * Ῥωμαϊκῇ φωνῇ· ἐν ταῖς θείαις ἔγκειται γραφαῖς, οὕτω περιέχουσα τῇ βίβλῳ τῶν πράξεων· οὐκ ἔστιν ἔθος Ῥωμαίοις χαρίζεσθαί τινα, πρὶν ἂν ὁ κατηγορούμενος κατὰ πρόσωπον ἔχοι τοὺς κατηγόρους, τόπον τε ἀπολογίας λάβοι περὶ τοῦ ἐγκλήματος. Φώτιος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Τύρου εἶπεν· οὐδὲν ἕτερον ἀξιῶ, καὶ δέομαι τῆς ὑμετέρας δικαιοκρισίας, ἢ τοὺς κανόνας στῆσαι, καὶ τοὺς παρ' ἐμοῦ μὲν χειροτονηθέντας ἐνθέσμως, ἐκβληθέντας δὲ, καὶ γενομένους πρεσβυτέρους, ἀποκατασταθῆναι, καὶ λαβεῖν με τὰς ἐκκλησίας. ἡ ἁγία σύνοδος ἐβόησεν· αὕτη δικαία αἴτησις· οἱ κανόνες κρατείτωσαν· δικαία ἡ αἴτησις Φωτίου τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου. οἱ μεγαλοπρεπέστατοι καὶ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες εἶπον· ἀναγινωσκέσθωσαν οἱ κανόνες. Ἀττικὸς ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Νικοπόλεως Ἠπείρου ἀνέγνω.

Τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων.

κανὼν δ'.

Ἐπίσκοπον προσήκει μάλιστα μὲν ὑπὸ πάντων τῶν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ καθίστασθαι. εἰ δὲ δυσχερὲς εἴη τὸ τοιοῦτον, ἢ διὰ κατεπείγουσαν ἀνάγκην, ἢ διὰ μῆκος ὁδοῦ, ἐκ παντὸς τρεῖς ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναγομένους, συμψήφων γινομένων καὶ τῶν ἀπόντων, καὶ συντιθεμένων διὰ γραμμάτων, τότε τὴν χειροτονίαν ποιεῖσθαι· τὸ δὲ κῦρος τῶν γινομένων δίδοσθαι καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν τῷ μητροπολίτῃ.

Οἱ μεγαλοπρεπέστατοι καὶ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες εἶπον· παρῆσαν τότε οἱ τῆς ἐπαρχίας ἐπίσκοποι, ὅτε ἐχειροτόνει ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Εὐστάθιος; Εὐστάθιος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Βηρυτοῦ εἶπεν· ἀφ' οὗ μητροπολίτης ἐγενόμην, παρῆσαν σὺν ἐμοὶ οἱ δόξαντές μοι· νῦν δὲ ἔξεστι τῷ εὐλαβεστάτῳ βασιλεῖ κελεῦσαι ὃ βούλεται. οἱ μεγαλοπρεπέστατοι καὶ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες εἶπον· ἡ ἁγία σύνοδος τὸ παριστάμενον αὐτῇ διδασκέτω· πότερον ἀρέσκει, κατὰ τὸν κανόνα τῶν ἁγίων τριακοσίων δεκαοκτὼ πατέρων, ἕνα μητροπολίτην ἐπίσκοπον εἶναι, τὸν ἐν ταῖς χειροτονίαις τῶν κατὰ πόλιν ἑκάστης ἐπαρχίας εὐλαβεστάτων ἐπισκόπων τὸ κῦρος ἔχοντα, ἢ δύο· ὥστε καὶ ἐξεῖναι αὐτοῖς κεχωρισμένως ἐν ταῖς πόλεσι τὰς χειροτονίας ποιεῖσθαι. ἡ ἁγία σύνοδος εἶπεν· ἕνα κατὰ τοὺς κανόνας τῶν ἁγίων ἀξιοῦμεν εἶναι μητροπολίτην· δεόμεθα, τοὺς κανόνας τῶν ἁγίων

A Tenuit pridem consuetudo. ut qui in magna hac civitate morantur sanctissimi episcopi, cum eos temporis occasio vocat de emergentibus quibusdam ecclesiasticis causis, conveniant, ac singula definiant, responsoque eos dignentur, qui precantur aliquid. Nihil ergo a me factum est, quod novitati sit affine: nec qui ex consuetudine consederunt sanctissimi qui in civitate erant episcopi, novam formam protulerunt. ac ostendit præsentiam episcoporum actio quæ facta est. Eunomius reverendissimus episcopus Nicomediæ dixit: Magnificentia vestra nos percontata est, num liceat absentem condemnare. ad hoc respon- B sum * do Romana voce: In divinis est scripturis, sic continens in libro Actorum: *Non est Romanis consuetudo donare aliquem hominem, priusquam is qui accusatur, præsentes habeat accusatores, locumque defendendi accipiat ad diluenda crimina.* Photius reverendissimus episcopus dixit: Nihil aliud postulo, precorque vestrum justum judicium, nisi ut faciatis ut regulæ stent, utque ii qui a me legitime ordinati sunt, postea vero ejecti, & facti presbyteri, restituantur, ac ut ego ecclesias meas reci- C piam. Sancta synodus acclamavit: Hoc justum postulatum. regulæ teneant. justa petitio Photii reverendissimi episcopi. Magnificentissimi & gloriosissimi judices dixerunt: Legantur regulæ. Atticus reverendissimus episcopus Nicopolis Epiri legit.

*f. do: Romana vox in divinis

Act. 25.

Trecentorum decem & octo sanctorum patrum, qui Nicææ convenerunt, Canon quartus.

Episcopum maxime quidem convenit ab D omnibus qui in provincia sunt, * constitui. Si vero id difficile fuerit, aut propter urgentem necessitatem, aut propter itineris longitudinem, omnino tres simul conveniant, suffragantibus etiam absentibus, & per literas assensum suum declarantibus: ac tunc ordinatio fiat. Suprema vero auctoritas eorum quæ fiunt, detur in unaquaque provincia metropolitæ.

*ordinari.

Magnificentissimi & gloriosissimi judices dixerunt: Aderantne provinciæ episcopi, cum ordinaret reverendissimus episcopus Eustathius? Eustathius reverendissimus episcopus Beryti dixit: Ex quo factus sum E metropolita, una mecum adfuerunt qui mihi sunt visi: nunc autem licet piissimo imperatori jubere quod vult. Magnificentissimi & gloriosissimi judices dixerunt: Sancta synodus quid sibi videatur, doceat: utrum placeat, juxta regulam sanctorum trecentorum decem & octo patrum, unum metropolitanum episcopum esse, qui in ordinationibus reverendissimorum episcoporum in unaquaque provinciæ civitate potestatem habeat, an duos; ita ut iis liceat separatim in civitatibus ordinationes facere. Sancta synodus dixit: Unum, juxta regulas sanctorum patrum, volumus esse metropolitam. petimus ut regulæ sanctorum patrum

patrum teneant. Atticus reverendissimus episcopus Nicopolis civitatis Epiri dixit: Trecentorum decem & octo patrum regula unum vult metropolitam in unaquaque provincia episcopum esse; & supplicamus, ut etiam nunc virtus regularum in omnia & in omnes provincias valeat: cessantibus omnibus pragmaticis, quæ ex concursatione & ambitione fiunt, quæque everterunt ea quæ spiritualiter & secundum Deum a sanctis patribus sancita sunt. Magnificentissimi & gloriosissimi judices dixerunt: Iuxta regulas trecentorum decem & octo sanctorum patrum, & justam sententiam totius sanctæ synodi, Photius reverendissimus episcopus Tyriorum metropolis omnem potestatem ordinandi in universis civitatibus primæ Phœnices provinciæ habebit: Eustathius vero reverendissimus episcopus e sacro pragmatico typo nihil amplius sibi vindicet, quam reliqui episcopi ejusdem provinciæ. Et an his consentiat sancta synodus, edoceat. Sancta synodus acclamavit: Hoc justum judicium, hoc Dei judicium, hæc justa sententia. Multos annos imperatorum, multos annos Augustæ, multos annos judicum. Magnificentissimi & gloriosissimi judices dixerunt: De episcopis ordinatis a Photio reverendissimo episcopo, amotis vero ab Eustathio reverendissimo episcopo, & post episcopatum presbyteris esse jussis quid videtur sanctæ synodo? Sancta synodus dixit: Episcopos eos esse censemus: justum est eos recipere episcopatum & civitates, tamquam ordinatos a metropolita. ordinatio patris Photii teneat. Sebastianus reverendissimus episcopus BerrhϾ Thraciæ dixit: Hoc omnes deprecamur, ut reddatur iis dignitas & episcopatus & sedes & honor, tamquam ordinatis a metropolita. Magnificentissimi & gloriosissimi judices dixerunt: De his finaliter decernere ac definire, sanctæ est synodi. * Qua interlocutione Græce intepretata per Beronicianum devotum secretarium sacri consistorii, Paschasinus & Lucentius reverendissimi episcopi, & Bonifacius presbyter, vicarii apostolicæ sedis Romæ, dixerunt: Episcopum in gradum presbyteri * redigere, sacrilegium est. Si vero & causa quædam justa illos ab actu episcopatus amovet, nec presbyteri locum retinere debent. Si autem citra aliquod crimen amoti sunt dignitate, ad episcopalem dignitatem revertentur. Anatolius reverendissimus archiepiscopus Constantinopolis dixit: Hi qui dicuntur ab episcopali dignitate in presbyteri ordinem descendisse, si quidem ex rationabilibus quibusdam causis damnantur, jure nec in presbyterii quidem honore esse merentur: sin absque aliqua rationabili causa in inferiorem gradum detracti sunt, justum est eos, si quidem non obnoxii cognoscantur, episcopatus recipere dignitatem & sacerdotium. Maximus reverendissimus episcopus Antiochiæ dixit: Ego quoque

* Latine.

*, demittere,

πατέρων κρατεῖν. Ἀττικὸς ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Νικοπόλεως Ἠπείρου εἶπεν· ὁ τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ ἁγίων πατέρων κανὼν ἕνα βούλεται μητροπολίτην καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν εἶναι ἐπίσκοπον· καὶ ἱκετεύομεν καὶ νῦν τὴν δύναμιν τῶν κανόνων εἰς πάντα καὶ πάσας τὰς ἐπαρχίας ἰσχύειν· ἀργούντων πάντων τῶν ἐκ περιδρομῆς πραγματικῶν γινομένων, καὶ ἀνατρεψάντων τὰ πνευματικῶς καὶ κατὰ θεὸν θεσπισθέντα παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων. οἱ μεγαλοπρεπέστατοι καὶ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες εἶπον· καὶ κατὰ τοὺς κανόνας τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ ἁγίων πατέρων, καὶ κατὰ τὴν ψῆφον καὶ δικαίωσιν πάσης τῆς ἁγίας συνόδου, Φώτιος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Τυρίων μητροπόλεως τὴν πᾶσαν ἐξουσίαν τοῦ χειροτονεῖν ἐν ὅλαις ταῖς πόλεσι τῆς πρώτης Φοινίκης ἐπαρχίας ἕξει· Εὐστάθιος δὲ ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος ἀπὸ τοῦ θείου πραγματικοῦ τύπου μηδὲν πλέον ἑαυτῷ ἐκδικείτω τῶν λοιπῶν ἐπισκόπων τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας. καὶ εἰ συναινεῖ τούτοις ἡ ἁγία σύνοδος, διδασκέτω. ἡ ἁγία σύνοδος ἐβόησεν· αὕτη δικαία κρίσις· αὕτη Θεοῦ κρίσις· αὕτη δικαία ψῆφος. πολλὰ τὰ ἔτη τῶν βασιλέων· πολλὰ τὰ ἔτη τῆς Αὐγούστης· πολλὰ τὰ ἔτη τῶν ἀρχόντων. οἱ μεγαλοπρεπέστατοι καὶ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες εἶπον· περὶ τῶν ἐπισκόπων τῶν χειροτονηθέντων παρὰ Φωτίου τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου, ἀποκινηθέντων δὲ παρὰ Εὐσταθίου τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου, καὶ μετὰ τὴν ἐπισκοπὴν πρεσβυτέρων εἶναι κελευσθέντων, τί παρίσταται τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ; ἡ ἁγία σύνοδος εἶπεν· ἐπισκόπους αὐτοὺς εἶναι ἀξιοῦμεν· δίκαιον αὐτούς ἐστιν ἀπολαβεῖν τὴν ἐπισκοπὴν καὶ τὰς πόλεις, ὡς χειροτονηθέντας παρὰ τοῦ μητροπολίτου. ἡ χειροτονία τοῦ πατρὸς Φωτίου κρατείτω. Σεβαστιανὸς ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Βερροίας Θρᾴκης εἶπε· τοῦτο πάντες παρακαλοῦμεν, ἀποδοθῆναι αὐτοῖς καὶ τὴν ἐπιτιμίαν, καὶ τὴν ἐπισκοπὴν, καὶ τὸν θρόνον αὐτῶν, καὶ τὴν τιμὴν, ὡς χειροτονηθεῖσι παρὰ τοῦ μητροπολίτου. οἱ μεγαλοπρεπέστατοι καὶ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες εἶπον· τὰ περὶ τούτου τελείως ψηφίζεσθαι καὶ τυποῦν, τῆς ἁγίας συνόδου. * ἧς τινος διαλαλιᾶς ἑρμηνευθείσης ἑλληνιστὶ διὰ Βερονικιανοῦ τοῦ καθωσιωμένου σηκρηταρίου τοῦ θείου κονσιστωρίου, Πασχασῖνος καὶ Λουκήνσιος οἱ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι, καὶ Βονιφάτιος πρεσβύτερος, τοποτηρηταὶ τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας Ῥώμης, εἶπον· ἐπίσκοπον εἰς πρεσβυτέρου κατάγειν βαθμὸν, ἱεροσυλία ἐστίν. εἰ δὲ καὶ αἰτία τις δικαία ἐκείνους ἀπὸ τῆς πράξεως τῆς ἐπισκοπῆς ἀποκινεῖ, οὐδὲ πρεσβυτέρου τόπον κατέχειν ὀφείλουσιν· εἰ δὲ καὶ ἐκτός τινος ἐγκλήματος ἀπεκινήθησαν τοῦ ἀξιώματος, πρὸς τὴν ἐπισκοπικὴν ἀξίαν ἐπαναστρέψουσιν. Ἀνατόλιος ὁ εὐλαβέστατος ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως εἶπεν· οὗτοι οἱ λεγόμενοι ἀπὸ τῆς ἐπισκοπικῆς ἀξίας εἰς τὴν τοῦ πρεσβυτέρου τάξιν καταληλυθέναι, εἰ μὲν ἀπὸ εὐλόγων τινῶν καταδικάζονται, εἰκότως οὐδὲ τῆς τοῦ πρεσβυτέρου ἐντὸς ἄξιοι τυγχάνουσιν εἶναι τιμῆς· εἰ δὲ δίχα τινὸς αἰτίας εὐλόγου εἰς τὸν ἥττονα κατεβιβάσθησαν βαθμὸν, τυγχάνουσιν, εἴ γε ἀνεύθυνοι φανεῖεν, τὴν τῆς ἐπισκοπῆς ἀναλαβεῖν ἀξίαν τε καὶ ἱερωσύνην. Μάξιμος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας εἶπε· κἀγὼ τὰ αὐτὰ τοῖς

* Ῥωμαϊ[στί]

θεοφιλε-

ANNO CHRISTI 451.

ACTIO QVARTA.

θεοφιλεστάτοις καὶ ὁσιωτάτοις ἐπισκόποις συντίθεμαι περὶ τῶν ἀπὸ ἐπισκόπων εἰς πρεσβυτέρους μετατεθειμένων. Ἰουβενάλιος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Ἱεροσολύμων εἶπε· κἀγὼ τὰ αὐτὰ λέγω περὶ τῶν τοιούτων. Θαλάσσιος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Καισαρείας Καππαδοκίας εἶπε· συντίθεμαι τοῖς ἐγγράφως τυπωθεῖσι παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων, τῶν τε Ῥωμαίων, καὶ τοῦ τῆς μεγαλωνύμου Κωνσταντινουπόλεως Ἀνατολίου. Εὐσέβιος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Ἀγκύρας Γαλατίας εἶπεν· ἀκολουθῶ τῇ ψήφῳ τῶν ἁγίων πατέρων τῶν προδηλωθέντων, τῇ τε τῆς δικαίας γνώμης αὐτῶν ἀποφάσει. Ἰουλιανὸς ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος τῆς Κῴων πόλεως, τοποτηρητὴς καὶ αὐτὸς τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου, εἶπεν· ἀνακόλουθόν ἐστι καὶ ἀσεβὲς, χειροτονηθέντας κανονικῶς ἐπισκόπους, καὶ προθύμως τὴν χειροτονίαν δεξαμένους, πάλιν τῆς τοῦ πρεσβυτέρου παρὰ πᾶσαν τὴν τῶν κανόνων τάξιν ἀπολαύειν ἀξίας. εἰ δὲ, οἷα εἰκὸς, κατηγοροῦνται ὡς ἁλόντες ἐπί τισιν ἐγκλήμασι, δοκιμάσει ἡ ἁγία σύνοδος τὴν ἀκρίβειαν τοῦ πράγματος, καὶ τῆς ἀληθείας φωτισθείσης, * ἐκτὸς γενήσονται τῆς ἐπισκοπικῆς τιμῆς. οὐ γὰρ οἷόν τε τὸν ἐλάττονα βαθμὸν μείζονος ἀξίας καθεστάναι διάδοχον. Εὐνόμιος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Νικομηδείας εἶπεν· ὁ μὴ ὢν ἄξιος ἐπίσκοπος εἶναι, οὐδὲ πρεσβύτερος εἶναι δύναται ἄξιος. πάντες οἱ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι ἐβόησαν· δικαία ἡ κρίσις τῶν πατέρων· πάντες τὰ αὐτὰ λέγομεν. οἱ πατέρες δικαίως ἐψήφισαν· ἡ ψῆφος τῶν ἀρχιεπισκόπων κρατείτω. οἱ μεγαλοπρεπέστατοι καὶ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες εἶπον· τὰ ἀρέσαντα τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον βέβαια φυλαττέσθω.

Κεκρόπιος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Σεβαστουπόλεως εἶπεν· ὑπὲρ τοῦ μηδὲ τὴν ὑμετέραν ἐξουσίαν αἰτίασιν παρ' ἑκάστου προσώπου δέχεσθαι, καὶ κάμνειν, μήτε ἡμᾶς συντρίβεσθαι, δεόμεθα, ὥστε ἀργῆσαι ἀναντιῤῥήτως τὰ ἐπὶ βλάβῃ τῶν κανόνων πραγματικὰ πραχθέντα τισὶν ἐν πάσῃ ἐπαρχίᾳ, κρατῆσαι δὲ τοὺς κανόνας διὰ πάντων· οὕτω γὰρ καὶ ἡ πίστις φυλάττεται, καὶ ἑκάστη ἐκκλησία ἕξει τὸ ἀσφαλές· καὶ μὴ ἐξεῖναι παρὰ κανόνας χειροτονεῖν τινας. οἱ μεγαλοπρεπέστατοι καὶ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες εἶπον· εἰ πᾶσα ἡ ἁγιωτάτη σύνοδος συναινεῖ τῇ αἰτήσει Κεκροπίου τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου, διδασκέτω. ἡ ἁγία σύνοδος ἐβόησε· πάντες τὰ αὐτὰ λέγομεν. ὅλα τὰ πραγματικὰ ἀργήσει· οἱ κανόνες κρατείτωσαν· καὶ τοῦτο παρ' ὑμῶν γένηται. οἱ μεγαλοπρεπέστατοι καὶ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες εἶπον· κατὰ τὴν ψῆφον τῆς ἁγίας συνόδου, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἁπάσαις ἐπαρχίαις τὰ τῶν κανόνων κρατείτω. ἡ ἁγία σύνοδος ἐβόησε· πολλὰ τὰ ἔτη τοῦ βασιλέως· πολλὰ τὰ ἔτη τῆς Αὐγούστης· πολλὰ τὰ ἔτη τῶν ἀρχόντων. αὕτη δικαία κρίσις· οἱ δίκαιοι δικαίως ἔκριναν. οἱ μεγαλοπρεπέστατοι καὶ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες εἶπον· τὰ διαλαληθέντα ἔργῳ παραδοθήσεται *.

A eadem, quæ Deo amabilissimi & sanctissimi episcopi, sentio de his qui ab episcopis in presbyteros transpositi sunt. Iuvenalis reverendissimus episcopus Hierosolymorum dixit: Et ego de hujusmodi eadem dico. Thalassius reverendissimus episcopus Cæsareæ Cappadociæ dixit: Assentior his quæ in scriptis definita sunt a sanctis patribus, tum Romanis, tum magni nominis Constantinopolis Anatolio. Eusebius reverendissimus episcopus Ancyræ Galatiæ dixit: Sequor sententiam præfatorum sanctorum patrum, ac pronuntiationem justæ illorum sententiæ. Iulianus reverendissimus episcopus Coensium civitatis, & ipse vicarius apostolicæ sedis, dixit: B Inconsequens est, nec pium, eos qui episcopi canonice ordinati sunt, & ordinationem prompto animo susceperunt rursum presbyteri, præter omnem canonum ordinem, dignitatem habere. Si vero recte accusantur ut deprehensi in quibusdam criminibus, sancta synodus causæ certitudinem explorabit, ac veritate in lucem prolata, episcopi honore carebunt. Nec enim fieri potest, ut minor gradus majori dignitati succedat. Eunomius reverendissimus episcopus Nicomediæ dixit: Qui dignus non est esse episcopus, nec dignus quidem est qui sit presbyter. C Omnes reverendissimi episcopi acclamarunt: Iustum patrum judicium: omnes eadem dicimus. Patres juste decreverunt: sententia archiepiscoporum polleat. Magnificentissimi & gloriosissimi judices dixerunt: Quæ placita sunt sanctæ synodo, in omne tempus firma custodiantur.

Cecropius reverendissimus episcopus Sebastopolis dixit: Ne potestas vestra accusationem & querimonias a quacumque persona accipiat, & fatigetur, neve nos conteramur; petimus ut sine contradictione cessent ea pragmatica, quæ in detrimentum D canonum a quibusdam facta sunt in omni provincia: canones autem per omnia teneant. Sic enim & fides custoditur, & unaquæque ecclesia tutum statum habebit: ac ne liceat aliquos præter canones ordinare. Magnificentissimi & gloriosissimi judices dixerunt: Si tota sanctissima synodus consentit petitioni Cecropii reverendissimi episcopi, doceat. Sancta synodus acclamavit: Omnes eadem dicimus. universa pragmatica cessabunt. regulæ teneant: & hoc a vobis fiat. Magnificentissimi & gloriosissimi judices dixerunt: Ex sententia sanctæ synodi, in aliis quoque omnibus provinciis regulæ teneant. Sancta synodus acclamavit: E Multos annos imperatoris, multos annos Augustæ, multos annos judicum. Hoc justum judicium: justi juste judicarunt. Magnificentissimi & gloriosissimi judices dixerunt: De quibus interlocutio facta est, effectui mandabuntur. *

* Latine, legi, legimus, legit.

ACTIO QVINTA. | ANNO CHRISTI 451.

A

ACTIO QVINTA Calchedonensis concilii.

ΠΡΑΞΙΣ ΠΕΜΠΤΗ.

CONSVLATV domni nostri Marciani perpetui Augusti, & qui fuerit nuntiatus xj. Kalendas Novembris, Calchedone secundum jussionem divinissimi & piissimi domini nostri Marciani perpetui Augusti, convenientibus in sanctissima ecclesia sanctæ martyris Euphemiæ, magnificentissimo & gloriosissimo magistro militum, exconsule ac patricio Anatolio, B & magnificentissimo & gloriosissimo præfecto sacrorum prætoriorum Palladio, & magnificentissimo & gloriosissimo magistro sacrorum officiorum Vincomalo: convenientibus etiam Paschasino & Lucentio reverendissimis episcopis, & Bonifacio reverendissimo presbytero, agentibus vices sancti archiepiscopi senioris Romæ Leonis, &

ΥΠΑΤΕΙΑΣ τῦ δεσπότου ἡμῶν Μαρκιανοῦ τῦ αἰωνίου Αὐγούστου, καὶ τῦ δηλωθησομένου, τῇ πρὸ μιᾶς καὶ δέκα καλανδῶν Νοεμβρίων, ἐν Καλχηδόνι; κατὰ κέλευσιν τῦ θειοτάτου καὶ εὐσεβεστάτου ἡμῶν δεσπότου Μαρκιανοῦ τῦ αἰωνίου Αὐγούστου; συνελθόντων ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ τῆς ἁγίας μάρτυρος Εὐφημίας, τῦ μεγαλοπρεπεστάτου καὶ ἐνδοξοτάτου στρατηλάτου, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίου Ανατολίου, καὶ τῦ μεγαλοπρεπεστάτου καὶ ἐνδοξοτάτου ἐπάρχου τῶν ἱερῶν πραιτωρίων Παλλαδίου, καὶ τῦ μεγαλοπρεπεστάτου καὶ ἐνδοξοτάτου μαγίστρου τῶν θείων ὀφφικίων Βιγκομάλου, συνελθόντων δὲ καὶ Πασχασίνου καὶ Λουκηνσίου τῶν εὐλαβεστάτων ἐπισκόπων, καὶ Βονιφατίου τῦ εὐλαβεστάτου πρεσβυτέρου, "ἐπέχοντος τὸν τόπον τῦ ἁγιωτάτου "ἐπεχόντων ἀρχιεπισκόπου τῆς πρεσβυτέρας Ρώμης Λέοντος, καὶ

Anatolio reverendissimo archiepiscopo magni nominis Constantinopolis, & C Ανατολίου τῦ εὐλαβεστάτου ἀρχιεπισκόπου τῆς μεγαλωνύμου Κωνσταντινουπόλεως, καὶ

Maximo reverendissimo episcopo Antiochiæ Syriæ, & Μαξίμου τῦ εὐλαβεστάτου ἀρχιεπισκόπου Αντιοχείας Συρίας, καὶ

Iuvenali reverendissimo episcopo Hierosolymorum, & Ιουβεναλίου τῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου Ιεροσολύμων,

Quintillo reverendissimo episcopo Heracleæ Macedoniæ, agente vices sanctissimi Anastasii episcopi Thessalonicensis, &
Thalassio reverendissimo episcopo Cæsareæ Cappadociæ, &
Stephano reverendissimo episcopo Ephesi, &
Luciano reverendissimo episcopo Byziæ, agente vices Deo amicissimi Cyriaci episcopi Heracleæ Thraciæ, &
Eusebio reverendissimo episcopo Cyzici, &
Petro reverendissimo episcopo Corinthi, &
Florentio reverendissimo episcopo Sardium, &
Eunomio reverendissimo episcopo Nicomediæ, &
Anastasio reverendissimo episcopo Nicææ, &
Iuliano reverendissimo episcopo Coensi, & eodem agente vices sedis apostolicæ senioris Romæ, &
Eleutherio reverendissimo episcopo Calchedonensi, &
Basilio reverendissimo episcopo Seleuciæ Isauriæ, &
Meletio reverendissimo episcopo Larissæ, agente vices reverendissimi domni episcopi Apameæ Syriæ, &
Amphilochio reverendissimo episcopo Sidæ, &
Theodoro reverendissimo episcopo Tarsi, &
Cyro reverendissimo episcopo Anazarbi, &
Constantino reverendissimo episcopo Bostrorum, &
Photio reverendissimo episcopo Tyri, &
Theodoro reverendissimo episcopo Damasci, &
Stephano reverendissimo episcopo Hierapolis, &
Nonno reverendissimo episcopo Edessæ, &
Symeone reverendissimo episcopo Amidæ, &
Epiphanio reverendissimo episcopo, agente vices reverendissimi Olympii episcopi Constantiæ, &
Ioanne reverendissimo episcopo Sebastiæ, &
Seleuco reverendissimo episcopo Amasiæ, &
Constantino reverendissimo episcopo Melitenæ, &
Patricio reverendissimo episcopo Tyanensi, &
Petro reverendissimo episcopo Gangrorum, &
Eustathio reverendissimo episcopo Beryti, &
Apragmonio reverendissimo episcopo Tii, agente vices reverendissimi Calogeri episcopi Claudiopolis, &
Atarbio reverendissimo episcopo Trapezuntis, agente vices Theoctisti reverendissimi episcopi Pisinuntis, &

Romano

ACTIO QVINTA.

Romano reverendissimo episcopo Myrorum, &
Critoniano reverendissimo episcopo Aphrodisiadis Cariæ, &
Nunechio reverendissimo episcopo Laodiceæ Phrygiæ, &
Mariniano reverendissimo episcopo Synnadorum, &
Onesiphoro reverendissimo episcopo Iconii, &
Pergamio reverendissimo episcopo Antiochiæ Pisidiæ, &
Epiphanio reverendissimo episcopo * Pergami, & (* Pergæ Pamphyliæ, sup.)
Attico reverendissimo episcopo Nicopolis Epiri, &
Martyrio reverendissimo episcopo Gortynæ, &
Luca reverendissimo episcopo Dyrrhachii, &
Vigilantio reverendissimo episcopo Larissæ Thessaliæ, &
Francione reverendissimo episcopo Philipporum, &
Sebastiano reverendissimo episcopo Berrhœæ, &
Gerontio reverendissimo episcopo Seleuciæ Syriæ, &
Eusebio presbytero, agente vices Macarii reverendissimi episcopi Laodiceæ Syriæ, &
Eusebio reverendissimo episcopo Dorylæi,

A Καὶ τῆς λοιπῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου, τῆς κατὰ θέσπισμα τοῦ θειοτάτου καὶ εὐσεβεστάτου ἡμῶν δεσπότου Μαρκιανοῦ ἐν τῇ Καλχηδονέων πόλει συναθροισθείσης· καὶ καθεσθέντων πάντων περὶ τῶν καγκέλλων τοῦ ἁγίου θυσιαστηρίου, οἱ μεγαλοπρεπέστατοι καὶ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες εἶπον· τὰ τυπωθέντα περὶ τῆς πίστεως δῆλα ἡμῖν καταστῆσαι καταξιώσατε. * Ἀσκληπιάδης διάκονος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως ἀνέγνω ὅρον, ὃν ἔδοξε μὴ ἐνταγῆναι τοῖσδε τοῖς ὑπομνήμασι. μετὰ δὲ τὴν ἀνάγνωσιν, ἀμφιβαλλόντων τινῶν, B Ἰωάννης ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Γερμανικείας εἶπεν· οὐκ ἔχει καλῶς ὁ ὅρος, καὶ ὀφείλει καλῶς γενέσθαι. Ἀνατόλιος ὁ εὐλαβέστατος ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως πρὸς τὴν ἁγίαν σύνοδον εἶπεν· ἀρέσκει ὑμῖν ὁ ὅρος; πάντες οἱ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι, ἐκτὸς τῶν Ῥωμαίων, καί τινων ἀνατολικῶν, ἐβόησαν· ὁ ὅρος πᾶσιν ἀρέσκει· αὕτη ἡ πίστις τῶν πατέρων. ὁ παρὰ ταῦτα φρονῶν αἱρετικός ἐστιν· εἴ τις ἄλλος φρονεῖ, ἀνάθεμα ἔστω. τοὺς Νεστοριανοὺς ἔξω βάλε· οὗτος ὁ ὅρος πᾶσιν ἀρέσκει. C ὁ μὴ ἀναθεματίζων Νεστόριον, ἐξελθῃ τῆς συνόδου. Ἀνατόλιος ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως εἶπεν· ἤρεσε χθὲς πᾶσιν ὁ ὅρος τῆς πίστεως; οἱ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι εἶπον· ὁ ὅρος πᾶσιν ἤρεσεν. ἄλλως οὐ πιστεύομεν· ἀνάθεμα τῷ ἄλλως πιστεύοντι. αὕτη ἡ πίστις τῶν πατέρων. ὁ ὅρος τῷ Θεῷ ἤρεσεν· αὕτη ἡ πίστις τῶν ὀρθοδόξων· ἡ πίστις δόλον μὴ πάθῃ. ἡ ἁγία Μαρία θεοτόκος γραφῇ· ἐν τῷ συμβόλῳ οὕτω προστεθῇ.

D Τῶν Ῥωμαϊκῶν τούτων ἡ ἑρμηνεία, Ἑλληνιστί ἐστι τὰ ἐπαγόμενα.

Πασχασῖνος καὶ Λουκήνσιος οἱ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι, καὶ Βονιφάτιος ὁ εὐλαβέστατος πρεσβύτερος, τοποτηρηταὶ τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου Ῥώμης, εἶπον· εἰ μὴ συναινοῦσι τῇ ἐπιστολῇ τοῦ ἀποστολικοῦ καὶ μακαριωτάτου ἀνδρὸς ἐπισκόπου Λέοντος, κελεύσατε ἡμῖν ἀντίγραφα δοθῆναι, ἵνα ὑποστρέψωμεν, κἀκεῖ σύνοδος ἐπιτελῆται. οἱ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες εἶπον· εἰ δοκεῖ, ἀπὸ τῶν εὐλαβεστάτων ἀνατολικῶν ἐπισκόπων ἕξ, καὶ ἀπὸ τῆς E Ἀσιανῆς διοικήσεως τρεῖς, καὶ ἀπὸ τῆς Ποντικῆς τρεῖς, καὶ ἀπὸ τοῦ Ἰλλυρικοῦ τρεῖς, καὶ ἀπὸ τῆς Θρᾳκικῆς τρεῖς, συμπαρόντων τοῦ τε ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Ἀνατολίου, καὶ τῶν εὐλαβεστάτων ἀπὸ Ῥώμης, συνέλθωμεν ἔνδον ἐν τῷ εὐκτηρίῳ τῆς ἁγίας μάρτυρος, καὶ πάντων ἀκολούθως παρ' αὐτῶν ἐξεταζομένων,

Et reliqua sancta & universali synodo secundum præcepta diviniſſimi & piiſſimi domini nostri Marciani congregata in Calchedonensi civitate: & consedentibus omnibus ante cancellos sancti altaris, magnificentissimi & gloriosissimi judices dixerunt: Hæc quæ decreta sunt de fide, manifesta nobis jubete perfici. * Asclepiades diaconus ′ magni nominis sanctissimæ ecclesiæ Constantinopolis recitavit definitionem, quam non placuit his gestis inserere. Et post lectionem dubitantibus aliquibus, Ioannes reverendissimus episcopus Germaniciæ, [transiens in medio] dixit: Non bene habet definitio, sed debet integre fieri. Anatolius Dei amantissimus archiepiscopus [nominatissimæ] Constantinopolis ad sanctam synodum dixit: Placet vobis definitio. Omnes reverendissimi episcopi, præter Romanos & aliquos orientales, clamaverunt: Definitio omnibus placet. Hæc fides patrum: Qui præter ista sapit, hæreticus est. Qui aliter sapit, anathema sit. Nestorianos mitte foras. Hæc definitio omnibus placet. Qui non anathematizat Nestorium, exeat a synodo. Anatolius Deo amicissimus archiepiscopus [regiæ urbis] Constantinopolis dixit: Heri omnibus definitio fidei placuit? [Prædicti] reverendissimi episcopi clamaverunt: Definitio omnibus placuit: aliter non credimus. Anathema illi qui aliter credit. Ista fides patrum. Definitio Deo placuit. Ista fides orthodoxorum. Fides fraudem * non patitur. Sancta Maria theotocos scribatur: in symbolo sic addatur.

(* Latine, legi, legimus, legit. ′ magnæ ecclesiæ) (* ne patiatur.)

Quæ sequuntur, ex Latino Græce sunt reddita.

Πανταχοῦ τοῖς τῶν ἁγίων πατέρων ὅροις ἑπόμενοι, καὶ τὸν ἀρτίως ἀναγνωσθέντα κανόνα τῶν ρν'. θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων γνωρίζοντες, τὰ αὐτὰ καὶ ἡμεῖς ὁρίζομεν καὶ ψηφιζόμεθα περὶ τῶν πρεσβείων τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως, νέας Ῥώμης· καὶ γὰρ τῷ θρόνῳ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, διὰ τὸ βασιλεύειν τὴν πόλιν ἐκείνην, οἱ πατέρες εἰκότως ἀποδεδώκασι τὰ πρεσβεῖα. καὶ τῷ αὐτῷ σκοπῷ κινούμενοι οἱ ρν'. θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι, τὰ ἴσα πρεσβεῖα ἀπένειμαν τῷ τῆς νέας Ῥώμης ἁγιωτάτῳ θρόνῳ, εὐλόγως κρίναντες, τὴν βασιλείᾳ καὶ συγκλήτῳ τιμηθεῖσαν πόλιν, καὶ τῶν ἴσων ἀπολαύουσαν πρεσβείων τῇ πρεσβυτέρᾳ βασιλίδι Ῥώμῃ, καὶ ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς, ὡς ἐκείνην, μεγαλύνεσθαι πράγμασι, δευτέραν μετ' ἐκείνην ὑπάρχουσαν· καὶ ὥστε τοὺς τῆς Ποντικῆς, καὶ τῆς Ἀσιανῆς, καὶ τῆς Θρακικῆς διοικήσεως μητροπολίτας μόνους, ἔτι δὲ καὶ τοὺς ἐν τοῖς βαρβαρικοῖς ἐπισκόπους τῶν προειρημένων διοικήσεων χειροτονεῖσθαι ἀπὸ τοῦ προειρημένου ἁγιωτάτου θρόνου τῆς κατὰ Κωνσταντινούπολιν ἁγιωτάτης ἐκκλησίας· δηλαδὴ ἑκάστου μητροπολίτου τῶν προειρημένων διοικήσεων, μετὰ τῶν τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπων, χειροτονοῦντος τοὺς τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπους, καθὼς τοῖς θείοις κανόσι διηγόρευται· χειροτονεῖσθαι δὲ, καθὼς εἴρηται, τοὺς μητροπολίτας τῶν προειρημένων διοικήσεων παρὰ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως ἀρχιεπισκόπου, ψηφισμάτων συμφώνων, κατὰ τὸ ἔθος, γινομένων, καὶ ἐπ' αὐτὸν ἀναφερομένων.

κθ'.

Ἐπίσκοπον εἰς πρεσβυτέρου βαθμὸν φέρειν, ἱεροσυλία ἐστίν. εἰ δὲ αἰτία τις δικαία ἐκείνους ἀπὸ τῆς πράξεως τῆς ἐπισκοπῆς ἀποκινεῖ, οὐδὲ πρεσβυτέρου τόπον κατέχειν ὀφείλουσιν. εἰ δὲ ἐκτός τινος ἐγκλήματος ἀπεκινήθησαν τοῦ ἀξιώματος, πρὸς τὴν τῆς ἐπισκοπῆς ἀξίαν ἐπαναστρέψουσιν.

Ἀνατόλιος ὁ εὐλαβέστατος ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως εἶπεν· οὗτοι οἱ λεγόμενοι ἀπὸ τῆς ἐπισκοπικῆς ἀξίας εἰς τὴν τοῦ πρεσβυτέρου τάξιν κατεληλυθέναι, εἰ μὲν ἀπὸ εὐλόγων τινῶν αἰτιῶν καταδικάζονται, εἰκότως οὐδὲ τῆς τοῦ πρεσβυτέρου ἐντὸς ἄξιοι τυγχάνουσιν εἶναι τιμῆς· εἰ δὲ δίχα τινὸς αἰτίας εὐλόγου εἰς τὸν ἥττονα κατεβιβάσθησαν βαθμὸν, δίκαιοι τυγχάνουσιν, εἴ γε ἀνεύθυνοι φανεῖεν, τὴν τῆς ἐπισκοπῆς ἐπαναλαβεῖν ἀξίαν τε καὶ ἱερωσύνην.

λ'. Ἐπει-

Actio Decima Quinta.

λ'.

Ἐπειδὴ οἱ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι τῆς Αἰγύπτου, οὐχ ὡς μαχόμενοι τῇ καθολικῇ πίστει, ὑπογράψαι τῇ ἐπιστολῇ τοῦ ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Λέοντος ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀνεβάλοντο, ἀλλὰ φάσκοντες, ἔθος εἶναι ἐν τῇ Αἰγυπτιακῇ διοικήσει, παρὰ γνώμην καὶ διατύπωσιν τοῦ ἀρχιεπισκόπου μηδὲν τοιοῦτον ποιεῖν, καὶ ἀξιοῦσιν ἐνδοθῆναι αὐτοῖς ἄχρι τῆς χειροτονίας τοῦ ἐσομένου τῆς τῶν Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως ἀρχιεπισκόπου, εὔλογον ἡμῖν ἐφάνη καὶ φιλάνθρωπον, ὥστε αὐτοῖς μένουσιν ἐπὶ τοῦ οἰκείου σχήματος, ἐν τῇ βασιλευούσῃ πόλει, ἔνδοσιν παρασχεθῆναι, ἄχρις ἂν χειροτονηθῇ ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων ἀρχιεπίσκοπος. ὅθεν μένοντες ἐπὶ τοῦ οἰκείου σχήματος, ἢ ἐγγύας παρέξουσιν, εἰ τοῦτο αὐτοῖς δυνατὸν, ἢ ἐξωμοσίᾳ καταπιστευθήσονται.

A XXX.

[c] Quoniam religiosissimi episcopi Ægypti, non ut catholicæ fidei adversantes, sanctissimi archiepiscopi Leonis epistolæ subscribere distulerunt, sed dicentes in Ægyptiaca diœcesi hanc esse consuetudinem, ut præter voluntatem & mandatum episcopi nihil tale faciant, & petunt concedi sibi dilationem usque ad ordinationem futuri magnæ civitatis Alexandrinorum archiepiscopi; justum nobis & huma- B num visum est, ut ipsis in proprio habitu in imperiali urbe manentibus remissio concedatur, donec ordinatus fuerit Alexandrinus archiepiscopus. Unde in proprio habitu manentes, vel fidejussores dabunt, si hoc ab eis fieri potest, vel eorum jurijurando fides habebitur.

CANONES CALCHEDONENSES

Ex Interpretatione Dionysii Exigui.

'' ** TITULI CANONUM.

I. *De canonibus uniuscujusque concilii.*

II. *Quod non oporteat episcopos, aut quemlibet ex clero per pecunias ordinari.*

III. *Quod non oporteat episcopos, clericos & monachos prædia aliena conducere.*

IV. *De honore monachis competente, & ut nullus eorum tentet ecclesiastica aut secularia inquietare negotia, nec alienum servum præter conscientiam domini ejus suscipere.*

V. *Non transmigrandum de civitate in civitatem.*

VI. *Quod non oporteat absolute quoslibet ordinari.*

VII. *De clericis & monachis non manentibus in suo proposito.*

VIII. *De clericis qui sunt in ptochiis, monasteriis atque martyriis, quæ sub potestate episcoporum uniuscujusque civitatis existunt.*

IX. *Quod non oporteat clericos habentes adversus se invicem negotia, proprium episcopum relinquere, & ad sæcularia judicia convolare.*

X. *Quod non licet clerico in duarum civitatum ecclesiis ministrare.*

XI. *Quod non oporteat egenis epistolia tribui, honestiores autem commendatitiis literis approbari.*

C XII. *Ut nequaquam in duos metropolitanos provincia dividatur.*

XIII. *Quod non oporteat peregrinos clericos sine commendatitiis literis ministrare.*

XIV. *Quod non liceat clerico uxorem secta alterius accipere.*

XV. *De diaconissis mulieribus.*

XVI. *De virginibus.*

XVII. *De parochiis.*

XVIII. *De conjuratione, vel conspiratione.*

XIX. *Quod oporteat per provincias bis in anno concilia celebrari.*

XX. *Quod minime clericos transmigrari conveniat.*

D XXI. *De episcoporum aut clericorum accusatoribus.*

XXII. *Quod non liceat clericis post mortem sui episcopi res ad Deum pertinentes diripere.*

XXIII. *De clericis & monachis, qui præter voluntatem sui episcopi, ad regiam Constantinopolim veniunt.*

XXIV. *Quod non liceat monasteria quæ consecrata sunt, diversoria sæcularia fieri.*

XXV. *Quod non oporteat ordinationes episcoporum diu differre.*

XXVI. *De dispensatoribus singularum ecclesiarum.*

XXVII. *De his qui rapiunt puellas.*

CANON I.

Regulas '' sanctorum patrum per singula nunc usque concilia constitutas, proprium robur obtinere decrevimus.

II.

Si quis episcopus per pecunias fecerit E ordinationem, & sub precio redegerit gratiam, quæ * non potest ' vendi, ordinaveritque per pecunias episcopum, [aut chorepiscopum,] aut presbyterum, aut diaconum, vel quemlibet ex his qui connumerantur in clero, aut promoverit per pecunias ' dispensatorem, aut defensorem, [vel 'mansionarium,] vel ' quem-

* emi;
' quæ nisi per gratiam Dei non acquiritur
' œconomum
' ostiarium

ACTIO DECIMA QUINTA.

quemquam omnino qui subjectus est regulæ, pro suo turpissimo lucri commodo; is qui hoc attentasse probatus fuerit, proprii gradus periculo subjacebit: & qui ordinatus est, nihi ex hac ordinatione vel promotione per negotiationem facta, proficiat, sed sit alienus a dignitate vel * solicitudine, quam pecuniis acquisivit. Si quis vero mediator tam turpibus & nefandis datis vel acceptis extiterit; & ipse, si quidem clericus fuerit, proprio gradu decidat: si vero laicus aut monachus, anathematizetur.

(* cura)

III.

Pervenit ad sanctam synodum, quod quidam qui in clero * videntur allecti, propter lucra turpia conductores alienarum possessionum fiant, & sæcularia negotia sub cura sua suscipiant, Dei quidem ministerium parvipendentes, sæcularium vero discurrentes domos, & propter avaritiam, patrimoniorum solicitudinem ' sumentes. Decrevit itaque sanctum hoc magnumque concilium, nullum deinceps, non episcopum, non clericum, vel monachum, aut possessiones conducere, aut negotiis sæcularibus se immiscere, ' preter pupillorum (si forte leges imponant) ' inexcusabilem curam, aut civitatis episcopus ecclesiasticarum rerum solicitudinem habere præcipiat, aut orphanorum & viduarum, earum quę sina ulla * provisione sunt, ac personarum quę maxime ecclesiastico indigent adjutorio, & propter timorem domini causa deposcat. Si quis autem de cetero transgredi hęc statuta tentaverit; qui est hujusmodi, ecclesiasticis * increpationibus subjacebit.

(* sunt; ' adsumentes; ' ad minoris ætatis tutelam quæ excusari non licet.; * defensione; * pœnis)

IV.

Qui vere & sincere * singularem sectantur vitam, ' competenter honorentur. Quoniam vero quidam utentes habitu monachali, ecclesiastica negotia civiliaque conturbant, circumeuntes indifferenter urbes, nec non & monasteria sibi instituere tentantes, placuit nullum quidem usquam ædificare aut constituere monasterium, vel ' oratorii domum, præter * conscientiam civitatis episcopi, Monachos vero per unamquamque civitatem aut regionem subjectos esse episcopo, & quietem diligere, & intentos esse tantummodo iejunio & orationi, in locis in quibus renuntiaverunt sæculo, permanentes: nec ecclesiasticis vero, nec sæcularibus negotiis communicent, vel in aliquo sint molesti, propria monasteria deserentes; nisi forte his * præcipiatur propter opus necessarium ab episcopo civitatis. Nullum

(* solitariam; ' orationis; * voluntatem; * permissum fuerit)

A vero recipere in monasteriis servum, [ut sit * cum eis] monachi obtentu, prę ter sui domini * conscientiam. Transgredientem vero hanc definitionem nostram, excommunicatum esse decernimus, ne nomen Dei blasphemetur. Verumtamen episcopum convenit civitatis, competentem monasteriorum providentiam gerere.

V.

[u] De his qui transmigrant de civitate in civitatem, episcopis aut clericis, placuit ut canones qui de hac re a sanctis patribus statuti sunt, habeant propriam firmitatem. B

VI.

[x] Nullum absolute ordinari debere presbyterum aut diaconum, nec quemlibet in * gradu ecclesiastico, nisi specialiter in ecclesia civitatis aut ' pagi, aut in martyrio, aut monasterio qui ordinandus est, pronuntietur. Qui vero absolute ordinantur, decrevit sancta synodus irritam * haberi hujuscemodi manus impositionem, & nusquam posse ministrare ad * ordinantis injuriam.

C VII.

Qui semel in clero deputati sunt, aut monachorum vitam * expetiverunt, statuimus, neque ad dignitatem aliquam venire ' mundanam: aut hoc tentantes, & non agentes pœnitentiam, * quo minus redeant ad hoc, quod propter Deum primitus elegerunt, anathematizari.

VIII.

Clerici qui præficiuntur ' † ptochodochiis, & qui ordinantur in monasteriis & basilicis martyrum, sub episcopo- D rum qui in unaquaque civitate sunt, secundum sanctorum patrum traditiones, potestate permaneant, nec per contumaciam ab episcopo suo dissiliant. Qui vero audent evertere hujusmodi formam quoquo modo, nec proprio subjiciuntur episcopo; si quidem clerici sunt, canonum * correptionibus ' subjacebunt: si vero laici vel monachi fuerint, communione priventur.

IX.

E Si quis clericus adversus clericum habet negotium, non deserat proprium episcopum, & ad sæcularia percurrat judicia: sed prius ' actio ventiletur apud episcopum proprium, vel certe consilio ejusdem episcopi, apud quos utræque partes voluerint, judicium * obtinebunt. Si quis autem ' præter hæc fecerit, canonicis ' correptionibus subjacebit. Quod si clericus habet causam adversus episcopum propriũ, vel adversus ' alterum, apud synodũ provinciæ judicetur.

Quod

ACTIO DECIMA QUINTA.

Quod si adversus ejusdem provinciæ metropolitanum episcopus vel clericus habet querelam, ' petat aut [y] primatem diœceseos, [z] aut sedem regiæ urbis Constantinopolitanæ, & ' apud ipsam judicetur.

X.

Non liceat clericum conscribi in * duabus simul ecclesiis, & in qua ab initio ordinatus est, & ad quam confugit, quasi ad potiorem, ob inanis gloriæ cupiditatem: hoc autem facientes revocari debere ad suam ecclesiam, in qua primitus ordinati sunt, & ibi tantummodo ministrare. Si vero jam quis translatus est ex alia in aliam ecclesiam, prioris ecclesiæ, vel martyriorum quæ sub ea sunt, aut ' ptochodochiorum, aut xenodochiorum rebus in nullo communicet. Eos vero qui ausi fuerint post definitionem magnæ & universalis hujus synodi, quidquam ex his quæ nunc sunt prohibita, perpetrare, decrevit sancta synodus a proprio gradu excidere.

XI.

Omnes pauperes & indigentes auxilio, cum proficiscuntur, sub probatione epistoliis vel ecclesiasticis [a] pacificis tantummodo * commendari decrevimus, & non ' commendatitiis literis, propterea quod commendatitias literas * honoratioribus tantummodo personis ' præstari conveniat.

XII.

Pervenit ad nos, quod quidam præter ecclesiastica statuta facientes, convolarunt ad potestates, & per * pragmaticam ' sacram in duo provinciam unam diviserunt, ita ut ex hoc facto duo metropolitani * esse videantur in una provincia. Statuit ergo sancta synodus, de reliquo nihil ab episcopis tale tentari: alioquin, qui hoc adnisus fuerit, amissioni gradus proprii subjacebit. Quæcumque vero civitates jam ' literis imperialibus * metropolitani nominis honore subnixæ sunt, honore tantummodo perfruantur, & qui ecclesiam ejus gubernat episcopus, salvis scilicet veræ metropoli privilegiis suis.

XIII.

Peregrinos clericos & lectores in alia civitate, * præter commendatitias literas ' sui episcopi, nusquam penitus ministrare debere.

XIV.

Quoniam in quibusdam provinciis concessum est ' lectoribus & psalmistis uxores ducere, statuit sancta synodus, non licere cuiquam ex his accipere sectæ alterius uxorem. Qui vero A ex hujusmodi conjugio jam filios susceperunt, si quidem præventi sunt, ut ex se geniti apud hæreticos baptizarentur, offerre eos ecclesiæ catholicæ communioni conveniet: non baptizatos autem, non posse eos ulterius apud hæreticos baptizare: sed neque * copulari debet nuptura hæretico, aut Iudæo, vel pagano; nisi forte persona orthodoxæ copulanda promittat se ad orthodoxam fidem transferre. Si quis hanc definitionem sanctæ synodi transgressus fuerit, B correptioni canonicæ subjacebit.

* conjungere in matrimonium cum hæretico,

XV.

[b] Diaconissam non ordinandam esse * ante annum quadragesimum, & hanc cum summo libramine. Si vero ' suscipiens manus impositionem, & aliquantum temporis in ministerio permanens, semetipsam tradat nuptiis, gratiæ Dei contumeliam faciens, anathematizetur hujusmodi cum eo qui eidem copulatur.

* mulierem ante
' accepta velatione

XVI.

Virginem quæ se domino Deo con- C secravit, similiter & monachum, non licere nuptialia jura contrahere. Quod si hoc inventi fuerint perpetrantes, * excommunicentur '. Confitentibus autem decrevimus, ut habeat auctoritatem ejusdem loci episcopus misericordiam eis humanitatemque largiri.

* sint excommunicati.
' a communione suspendantur.

XVII.

Singularum ecclesiarum rusticas parochias, vel * in ' possessionibus, manere ' inconcussas illis episcopis, qui eas retinere noscuntur, & maxime si per tricennium eas absque vi obtinentes, D * sub dispensatione rexerunt. Quod si intra tricennium facta est de his, vel fiat altercatio, licere eis qui se læsos asserunt, apud sanctam synodum provinciæ de his movere certamen. Quod si quisquam a suo metropolitano læditur, apud ' primatem diœceseos, aut apud sanctam Constantinopolitanam sedem judicetur, sicut superius dictum est. Si qua vero civitas potestate imperiali ' novata est, aut * si protinus innovetur, ' civiles dispositiones & publicas, ecclesiasticarum quoque parochiarum ordi- E nes subsequantur.

* regionarias,
' positionibus
' inconvulsas
* f. sua
' primam sedem provinciæ suæ
' nova constituta est aut certe constituatur.
* in posterum
' civilibus & publicis formulis etiam ecclesiasticarum parrochiarum ordo celebretur.

XVIII.

Conjurationis vel conspirationis crimen & a * veteribus legibus ' est omnino prohibitum: multo magis hoc in Dei ecclesia ne fiat, admonere conveniet. Si qui ergo clerici vel monachi reperti fuerint conjurantes, aut conspirantes, aut insidias ponentes episcopis, aut ' conclericis, gradu proprio penitus * abscindantur.

* sæcularibus
' exteris
' apud extrinsecas leges
' & per conjurationem calumniam facientes
' clericis
* excidant.
' abjiciantur.

ACTIO DECIMA QUINTA.

XIX.

Pervenit ad aures nostras, quod in provinciis statuta episcoporum concilia minime celebrentur, & ex hoc plurima negligantur ecclesiasticarum causarum, quæ correctionibus indigeant. Decrevit itaque sancta synodus, secundum canones patrum bis in anno episcopos in idipsum * in unamquamque provinciam convenire, quo metropolitanus episcopus probaverit, & corrigere singula, si qua fortassis emerserint. Quicumque vero non advenerint episcopi, resident autem in suis civitatibus, & hoc, ' si in sua incolumitate consistunt, omnique * inexcusabili & necessaria occupatione probantur liberi, fraterno corripiantur affectu.

Can. 5. Concilii Nicæni. * per ' suppeditante salute * inevitabili & nec.

XX.

[c] Clericos in ecclesia ministrantes, sicut jam constituimus in alterius civitatis ecclesia * statutos fieri ' non oportet, sed * contentos esse, in quibus ab initio ministrare meruerunt: exceptis illis, qui * proprias amittentes provincias, ex necessitate ad aliam ecclesiam transierunt. Si quis autem episcopus post hanc definitionem susceperit clericum ad alium episcopum pertinentem, placuit, & susceptum & ' suscipientem communione privari, donec is qui migraverat clericus ad propriam fuerit regressus ecclesiam.

* collocari ' militare * ea contentos esse, in qua * sua patria amissa, ' susceptorem.

XXI.

Clericos aut laicos accusantes episcopos aut clericos, passim & sine probatione ad accusationem recipi non debere, nisi prius eorum discutiatur existimationis opinio.

XXI.

Non licere clericis post obitum sui episcopi, res ad eum pertinentes diripere, sicut antiquis quoque est canonibus constitutum. Quod si hoc facere tentaverint, graduum suorum periculo subjacebunt.

XXIII.

Pervenit ad aures sancti concilii, quod quidam clerici & monachi, quibus nihil ab episcopo suo commissum est, aliquando vero & communione ab eo privati, pervenientes ad urbem regiam Constantinopolitanam, in ea diutius immorantur, excitantes turbas, & statum ecclesiasticum commoventes, subvertentes etiam quorumdam domos. Decrevit itaque sancta synodus, hujusmodi primo quidem per defensorem Constantinopolitanæ sanctissimæ ecclesiæ commoneri, ut egrediantur ab urbe regia. Quod si iisdem negotiis impudenter insistant, etiam nolentes idem defensor expellat, ut ad propria loca perveniant.

XXIV.

Quæ semel ex voluntate ' episcopi dedicata sunt monasteria, perpetuo manere monasteria, & res quæ ad ea pertinent, monasterio reservari, nec posse ea ultra fieri sæcularia habitacula. Qui vero hoc fieri permiserint, canonum ' correptionibus subjacebunt.

' consensu episcoporum ' sen

XXV.

Quoniam quidam metropolitanorum (quantum * comperimus) commissos sibi greges negligunt, & ordinationes episcoporum facere differunt: placuit sanctæ synodo, intra tres menses ordinationes episcoporum celebrari, nisi forte necessitas * inexcusabilis ' coegerit tempus dilationis extendi. Quod si hoc minime fecerit, correptioni ecclesiasticæ subjacebit: verumtamen redditus ecclesiæ viduatæ penes œconomum ejusdem ecclesiæ integri reserventur.

* rumore comp * inexcusabilis ' pr

XXVI.

Quoniam in quibusdam ecclesiis (ut rumore comperimus) ' præter œconomos, episcopi facultates ecclesiasticas tractant: placuit, omnem ecclesiam habentem episcopum, habere œconomum de clero proprio, qui dispenset res ecclesiasticas ' secundum sententiam episcopi proprii; ita ut ecclesiæ dispensatio ' præter testimonium non sit, & ex hoc dispergantur ecclesiasticæ facultates, & sacerdotio maledictionis ' contumelia * procuretur. Quod si hoc minime fecerit, divinis constitutionibus subjacebit.

' sine nom ' cum sensu ' sine moni ' der * inge

XXVII.

Eos qui rapiunt mulieres etiam ' sub nomine * simul habitandi, aut cooperantes, aut * conniventes raptoribus, decrevit sancta synodus, ut si quidem clerici sunt, decidant gradu proprio; si vero laici, anathematizentur.

' hos solatii mine * co * consentientes

CANONES

ACTIO DECIMA QVINTA.

CANONES CALCHEDONENSES

Ex interpretatione " Isidori Mercatoris.

TITVLI CANONVM.

CANONES I.

C REGVLAS " a sanctis patribus in unaquaque synodo usque nunc prolatas teneri statuimus.

II.

Si quis episcoporum, accepta pecunia, ordinationem fecerit, & ' sub precium deduxerit ' impreciabilem gratiam, atque ordinaverit per pecunias episcopum, sive chorepiscopum, sive presbyterum, sive diaconum, aut quemcumque alium qui connumeratur inter clericos, aut accepta pecunia ordinaverit œconomum, id est defensorem, sive * paramonarium: quicumque ergo hæc ' meditatus fuerit, si convictus fuerit, ipse quidem subeat gradus sui periculum; & qui sic ordinatus fuerit, nullum habeat fructum ex hujusmodi mercimonio & creatione probrosa, sed sit alienus ' & dignitatis ' & solicitudinis ejus, quam per pecunias ' introivit. Sed E & ille qui instans tam turpibus & illicitis ' datis, intercessor apparuit, si quidem clericus fuerit, de proprio decidat gradu: si vero laicus, sive monachus fuerit, anathema sit.

III.

Pervenit ad sanctam synodum, quia de his qui in clero connumerantur, quidam propter ' turpis lucri gratiam, ' turpia lucra alienarum ' possessionum conductiones ' prædiorum & causas sæculares suscipiunt, & seipsos quidem a ministeriis sanctis per desidiam separant, ad domos autem sæcularium concurrunt, & substantiarum eorum gubernationes avaritiæ causa suscipiunt. Decrevit ergo san- D cta & magna synodus, neminem deinceps eorum, hoc est, episcopum, sive clericum, aut monachum, conducere possessiones, aut misceri sæcularibus procurationibus: nisi forte qui legibus ad minorum tutelas ætatum, sive curationes, inexcusabiles attrahuntur, aut cui ipsius civitatis episcopus ecclesiasticarum rerum commiserit gubernacula, vel orphanorum, ac viduarum ' quæ indefensæ sunt, ' sine provisione existentium ' & earum personarum, quæ maxime ecclesiastico indigent adminiculo, propter timorem Dei. Si quis vero transgressus fuerit statuta, ' correptioni ecclesiasticæ subjaceat. ' aut ' ecclesiasticis increpationibus

ACTIO DECIMA QUINTA.

IV.

Qui vere & pure solitariam eligunt vitam, digni sunt convenienti honore. Quia tamen quidam 'monachi habitu utentes,' res communes disturbant, indifferenter civitates circumeuntes, nec non & monasteria per seipsos propria præsumptione constituere tentant: placuit, neminem aut ædificare, aut constituere monasteria, aut oratorii domum, sine conscientia ipsius civitatis episcopi. Eos vero, qui per singulas civitates seu possessiones in monasteriis sunt, subjectos esse debere episcopo, & quieti operam dare, atque observare jejunia & orationes, in locis in quibus 'semel Deo se devoverunt, permanentes: & neque communicare ecclesiasticis, neque sæculares aliquas tractare actiones, relinquentes propria monasteria: nisi forte jubeantur, propter urgentes necessitates, ab ipsius civitatis episcopo. Et neminem servorum suscipi in monasterium, ut sit cum eis monachus, nisi cum domini proprii conscientia. Prætereuntem vero hæc decrevimus extra communionem esse, ne nomen domini blasphemetur. Convenit vero civitatis episcopo,' curam solicitudinemque necessariam monasteriis exhibere.

'monachili prætexta ' ecclesiasticos actus civilesque conturbant

' renunciaverunt

' competétem providentiam

V.

Propter eos episcopos sive clericos, qui de civitate ad civitatem transeunt, placuit, definitiones datas a sanctis patribus habere propriam firmitatem.

VI.

Neminem absolute ordinari presbyterum, vel diaconum, vel quemlibet in D ecclesiastica ordinatione constitutum; nisi 'manifeste in ecclesia civitatis, sive possessionis, aut in martyrio, aut in monasterio, qui ordinatur, ' mereatur ordinationis publicatæ vocabulum. Eorum vero qui ' absolute ordinantur, decrevit sancta synodus ' vacuam haberi manus impositionem, & nullum ejus tale factum valere, ad injuriam ipsius qui eum ordinavit.

'specialiter

' pronuntietur

' impronuntiabiles ' irritam

VII.

Eos qui semel in clero 'taxati fuerint, sive in monasteriis deputati, decrevimus neque ad militiam, neque ad 'honores sæculares venire. Eos autem, qui hoc ausi fuerint facere, & non ejus rei pœnitere maluerint, ut ad hoc idem revertantur, quod ante obtentu Dei proposuerunt sibi, anathematizari.

' deputati

'dignitates

VIII.

Clerici in ptochiis, & in monasteriis, aut martyriis constituti, sub pote- A state sint ejus, qui in ea est civitate episcopus, secundum traditionem sanctorum patrum: nec per ' præsumptionem recedant a suo episcopo. Eos vero qui ausi fuerint rescindere hujusmodi' institutionem quocumque modo, vel si noluerint subjacere proprio episcopo; si quidem fuerint clerici, ' pro personarum ordinatione subjaceant ' condemnationibus 'canonum: si vero monachi seu laici fuerint, ' communione priventur.

Ptochium est domus mendicorum, vel locus ad recipiendos mendicos

B

IX.

Si clericus adversus clericum habeat negotium, non relinquat suum episcopum, & ad sæcularia judicia non concurrat: sed prius' negotium agitetur apud proprium episcopum, vel certe ('si fuerit judicium ipsius episcopi) apud arbitros ex utraque parte electos audiatur negotium. Si quis vero contra hæc fecerit, canonum subjaceat correptionibus. Et si clericus adversus suum vel alium episcopum habeat causam, apud audientiam synodi provinciæ ejus C ' conquiratur. Si vero contra ipsius provinciæ metropolitanum episcopum episcopus sive clericus habeat controversiam, pergat ad ipsius diœcesis' primatem, aut certe ad Constantinopolitanæ regiæ civitatis sedem, ut eorum ibi proprium negotium * exquiratur. '

X.

Non licere clericum in ecclesiis duarum civitatum ordinari, sed in qua ab initio ordinatus est, & cujus ' expetitio erat ante profugium. Et si propter vanæ gloriæ desiderium contigerit, ' ut post ad majorem ecclesiam confugerit, eum indubitanter revocari debere ad eam, in qua ab exordio ordinatus est, & ibi tantummodo ministrare. Si quis vero jam translatus est ab alia in aliam ecclesiam, nihil habeat commune cum priore ecclesia, sive sub hac ecclesia constitutis martyriis, sive in ptochiis, vel xenodochiis, aut eorum negotiis. Eos vero qui ausi fuerint post ordinationem hujus magnæ & universalis synodi agere quæ prohibita sunt, statuit E sancta synodus cadere de proprio gradu.

XI.

Omnes pauperes & indigentes ecclesiasticis auxiliis, cum proficiscuntur, sub probatione epistolii, sive pacificis, quæ dicuntur 'ecclesiasticæ, tantummodo commendari statuimus, & non commendatitiis epistolis: quia commendatitias epistolas, quas dicimus, eos tantum accipere convenit,' qui in opere sunt 'clariores.'

XII.

AN CHR ' com ciam sanné episc ' ordi tione ' patr rum ration ' incr tioni ' decl verbu ' exc munic ' actio tiletur ' con ejusd episco ' con ratur ' metr litanu * terr tur. ' judi vel, & p.n. e quatu ' expe ante p gium. utp 'quæ d ' qui pinior sunt riore ' hon tiores & ei tumm præbe tur.

XII.

Pervenit ad nos, quod quidam præter ' ecclesiasticos ordines affectantes potentiam, per pragmaticam ' formam, unam provinciam in duas dividant, ita ut ex hoc inveniantur duo metropolitani episcopi in una eademque esse provincia. Statuit ergo sancta synodus, deinceps nihil tale attentari a quolibet episcopo: eos vero qui tale aliquid attentaverint, de proprio gradu cadere. Si quæ vero antea civitates per pragmaticam imperialem metropolitani nominis honore decoratæ sunt, nomine solo perfruantur ', & qui ecclesiam ejus regit episcopus, privilegio metropolitano episcopo jure proprio reservato.

XIII.

Extraneum clericum & lectorem extra civitatem suam sine commendatitiis literis proprii episcopi nusquam penitus liceat ministrare.

XIV.

Quia in quibusdam provinciis conceditur ' psalmistis & lectoribus uxores accipere; statuit sancta synodus, prorsus non licere cuiquam ex his ' alterius sectæ accipere uxorem. Si quis vero prævenit, & habet iam de tali ' conjugio filios, si forte prævenerint eos jam apud hæreticos baptizari, debent eos offerre sanctæ ecclesiæ catholicæ; ut ibi communicent. Qui vero adhuc baptizati non sunt, omnimodo non posse eos in hæretica ecclesia baptizari, nec in ' matrimonio jungi hæretico, Iudæo, vel pagano; nisi forte spoponderit se venire ad orthodoxam fidem, dum conjungitur personæ orthodoxæ. Si quis vero hanc definitionem sanctæ synodi præterierit, regularum condemnationibus subjaceat.

XV.

Diaconissam non debere ante quadraginta annos ordinari, & hoc cum diligenti probatione. Si vero ' susceperit ordinationem, & quantocumque tempore observaverit ministerium, & postea se nuptiis tradiderit, injuriam faciens Dei gratiæ, hæc anathema sit cum eo qui in illius ' nuptiis convenit.

XVI.

Si qua virgo se dedicaverit Deo, similiter & monachus, non licere eis jungi nuptiis. Si vero inventi fuerint hoc facientes, maneant excommunicati. ' Statuimus vero posse in eis facere humanitatem, si ita probaverit loci episcopus.

XVII.

Per singulas ecclesias parochias rusticanas, sive in possessionibus, manere ' immobiles apud eos, qui eas retinent, episcopos, & maxime si eas sine violentia jam per ' triginta annos tenentes gubernaverunt. Si vero intra triginta annos etiam facta fuerit, aut fiat de his ' altercatio, licere eis qui se dixerint læsos, propter eas movere apud synodum provinciæ certamen. Si quis vero putaverit se a proprio metropolitano gravari, apud primatem diœceseos, aut apud Constantinopolitanæ civitatis sedem agat judicium, sicut dictum est. Si vero quælibet civitas per auctoritatem imperialem ' renovata est, aut si renovetur in posterum, civilibus & publicis ordinationibus etiam ecclesiarum parochianarum sequatur ordinatio.

XVIII.

Conjurationum & ' conspirationum crimen, quod apud Græcos dicitur phratria, publicis etiam legibus certum est penitus inhiberi: hoc multo magis in sancta Dei ecclesia ne fiat, convenit abdicari. Si qui vero clerici vel monachi inventi fuerint conjurantes, aut phratrias vel factiones componentes aliquas suis episcopis, aut aliis clericis, omnino cadant de proprio gradu.

XIX.

Pervenit ad aures nostras & hoc, quod in provinciis constituta episcoporum concilia minime celebrentur, & quod inde multæ, quæ correctione opus habent, ecclesiasticæ res negligātur. Statuit igitur hæc sancta synodus, secundum patrum regulas bis in anno in unum convenire per singulas provincias episcopos, ' ubi singula quæ emerserint, corrigantur. Qui vero noluerint convenire episcopi, constituti in suis civitatibus, & cum hoc maxime in sui corporis sanitate consistentes, etiam omnibus aliis urgentibus & inexcusabilibus negotiis liberi sunt, licere eos fraternæ caritatis admonitionibus corripi.

XX.

Clericos in suis ecclesiis constitutos, sicut jam definivimus, non licere in alterius civitatis ecclesiis ordinari, sed acquiescere in ea, in qua ab initio ' ministrare meruerunt: exceptis illis, qui proprias civitates perdiderunt, & ex necessitate ad alias ecclesias migraverunt. Si vero quicumque episcopus post definitionem istam susceperit clericum ad alium episcopum pertinentem; placuit sanctæ synodo, & hunc qui susceperit, & eum qui susceptus est, tamdiu excommunicatos manere, quamdiu ipse clericus ad propriam ecclesiam revertatur.

Actio Decima Quinta. ' incocusse ' tricennii ' dubitatio, ' deducta ' conventionum Canon. 5. conc Nicæni. ' ubi metropolitanus episcopus probaverit & sic corrigere s. q. c. ' fecere initium ministrandi

XXI.

ACTIO DECIMA QVINTA.

XXI.

Clericos, sive laicos, qui accusaverint episcopum aut clericos, ' temere atque indifferenter non debere suscipi in accusationem, nisi prius eorum opinio fuerit perscrutata.

' passim & sine probatione

XXII.

Non licere clericis post mortem episcopi sui rapere pertinentes ad eum res, sicut jam præcedentibus regulis statutum habetur. Si vero hæc fecerint, periclitari se noverint in proprio gradu.

XXIII.

Pervenit ad aures sanctæ synodi, quia clerici quidam & monachi nihil habentes sibi injunctum a proprio episcopo, interdum vero etiam illi qui ab eo fuerant excommunicati, veniant ad regiam civitatem Constantinopolitanam, & ' multis temporibus in ea consistentes, perturbationes tranquillitati ecclesiasticæ inferant, & diversorum domos corrumpant. Statuit igitur sancta synodus, hos quidem primum commoneri per defensorem Constantinopolitanæ sanctæ ecclesię, ut exeant de regia civitate. Si autem in eodem proposito improbe perduraverint, etiam invitos eos ' expellat ipse defensor, ut ad sua loca redeant.

' multum temporis in ea conterentes, vel multi temporis spatia

' ejici per eundem defensorem

XXIV.

Quæ semel consecrata fuerint monasteria cum judicio sui episcopi, maneant perpetuo monasteria, & res ad ea pertinentes conservari ipsis monasteriis decrevimus, nec ulterius posse ea fieri sæcularia habitacula. Qui vero permiserint hæc fieri, subjaceant his condemnationibus, quę per canones constitutæ sunt.

XXV.

Quoniam quidam metropolitanorum, sicut ad nos perlatum est, negligunt creditum sibi gregem, & differunt ordinationes facere episcoporum: placuit sanctæ synodo intra tres menses fieri ordinationes episcoporum, nisi forte inexcusabilis necessitas coegerit temsus ordinationis amplius prorogari. Si autem quis episcoporum hæc non observaverit, ipsum debere ecclesiasticę condemnationi subjacere: redditus vero ejusdem viduatę ecclesię integros reservari apud œconomum ejusdem ecclesię placuit.

XXVI.

Quia in quibusdam ecclesiis, sicut ad nos pervenit, sine œconomo episcopi res ecclesiasticas tractant: placuit, omnes ecclesias episcopos habentes, etiam œconomum habere de proprio clero, qui gubernet ecclesiæ res cum arbitrio sui episcopi, ut non sine testimonio sit ' gubernatio ipsarum rerum ecclesiasticarum, & ex hoc eveniat res ejusdem ecclesiæ dispergi, & sacerdotali dignitati obtrectatio generetur. Si vero quis hoc non observaverit, divinis subjaceat regulis.

' gubernatia ipsa

XXVII.

Eos qui sibi rapiunt uxores, vel eos qui eis auxilium præstiterint, statuit sancta synodus, si quidem clerici fuerint, cadere de proprio gradu: si vero laici fuerint, anathema sint.

" ** QVI SVBSCRIPSERVNT CONCILIO CALCHEDONENSI.

Ex codice Maffæi antiquissimo annorum mille descripsit olim Romæ R. P. Iacobus Sirmondus, cujus apographo usi sumus.

Pascasinus episcopus vicarius domni mei beatissimi atque apostolici universalis ecclesiæ papæ Leonis urbis Romæ synodo præsidens statui, consensi & subscripsi.

Lucensius episcopus civitatis ecclesiæ Ausculanæ vicarius domini mei beatissimi & apostolici viri universalis ecclesiæ papæ Leonis urbis Romæ in synodo Græce lecto præsidens statui, consensi & subscripsi.

Bonifacius presbyter S. E. R. synodo præsidens statui, consensi & subscripsi.

Leo presbyter S. E. R. synodo præsidens statui, consensi & subscripsi.

ANATOLIVS CONSTANTINOPOLITANVS.

Provinciæ Thraciæ episcopi III.

Cyriacus Heracliensis per Lucianum.
Romanus Eudoxiopolitanus.
Lucianus Byzes.

Provinciæ Thraciæ secundæ episcopi III.

Frontius Philippupolitanus.
Sebastianus Beryis.
Epictitus Berois.

Prov. Diocletianopoli Rhodopes episcopi IV.

Basilius Traianopolitanus.
Docimasius Marodianus.
Serenus Maximiapolitanus.
Macarius Enuntos.

Provinciæ Emimontis episcopi I.

Iobianus Demectu.

Provinciæ Illyrii episcopi VII.

Anastasius Thessalonicensis, per Quintillianum episcopum Heracliensem.
Sozon Philippensis.
Dardanius Barlaa.
Maximinus Serriensis.
Nicolaus Stroviensis.
Anopatus Thasutanus.
Eusebius Doberutanus.
Miliccenus.

Provinciæ Helladiæ episcopi VIII.

Petrus Corinthii.
" Nicæas Megarensis, " Nicetas.
Ioannes Messenensis.

Ophelimos

Ophelimos Getheas.
Athanasius Opontunensis.
Irenicus Naupactensis.
Domnus Platæonensis
Onesimus Algusanus.
Magnus Diaconus.
Provinciæ Syriæ primæ episcopi IX.
Maximus Antiochenus.
Maximinus.
Macarius Laodicensis, per Eusebium presbyterum Antiochenum.
Theoctistus ' Viriensis, ' Beriensis.
Gerontius Seleucensis.
Romulus Calchidonensis.
Petrus Gabalensis.
Maras Onosatensis.
Sabas Paltibensis.
Vranius Gabaloniensis.
Provinciæ Syriæ secundæ episcopi VI.
Domnus Apamiẽsis, per Mellitum Larissensem.
Provinciæ Ciliciæ primæ episcopi VIII.
Theodorus Tarsensis.
Matronianus ' Pompeiopolitanus, per Theodorum ' metropolitanum.
Alexander Sebastensis.
Philippus Adanensis.
Hypatius Zephyrensis.
Theodorus Augustensis.
Chrysippus Mallatanus.
Salustinus Corrycutanus, per Philippum Adanensem.
Provinciæ Ciliciæ secundæ episcopi XIX.
Cyrillus Anazarbensis.
Polychronius Epiphaniensis.
" Iohamus Flaviados, " Ioannes.
Indemos Irenupolitanus.
Iulianus Rosfutanus.
Basianus Mopsuestensis, per Sophronium episcopum Isauriæ.
Basilius Seleuciensis.
Theodorus Claudiopolitanus.
Iulianus Celendorotanus.
" Iohamus Diocæsariensis, " Ioannes.
Daniel " Anatnostu, ' Anagnosti.
Epiphanius Cetestoroensis.
Mampreos Titipolitanus.
Acacius Antiochensis.
Lea-Manditus, per papa diaconem.
Ammonius Latapis.
Arlianus Selinuntoniensis, per Paulum subdiaconem.
Natalis Philodelphianus.
Tyrannus Germanicensis.
Provinciæ Phœnices episcopi XIII.
Photius Tyriensis.
Damianus Sidonensis.
Paulus Ptolemaidos.
Olympius Aradupolitanus.
Paulus Porfyritanus.
Thomas Paneadus.
Petrus Biblutanus, per Photium Pureyntanum.
Eustatius Perythropolitanus.
Theodorus Tripolitanus.
Heraclius Arcus.
Alexander Anaparadu.
Porphyrius Botryopolitanus . per Selosseum diaconem.
Fobforus Strosiadensis.
Provinciæ Phœnices Libanitidis episcopi VII.
Theodorus Damascenus.
Vranius Emisiensis.
Ioseph Heliopolitanus.

A Thomas Eutreopolitanus.
Valerius Laodicensis.
Eustathius ' Fylesaracensis, ' Silesaracensis.
Iordanis Araviensis.
Provinciæ Arabiæ episcopi XV.
Constantinus Bostron.
Eulagius Filadelfiensis.
Proclus Adraonensis.
Theodosius Canothasiensis.
Ormisda Philippopolitanus.
Flaccus Geroaosotanus, per Constantium Bostrostreensem.
Augustus Eufrasiensis.
Stephanus " Geraspolitanus. " Hierapolitanus.
Theodoritus Samosætenus.
B Iohannes Cyropolitanus.
Timotheus Germaniensis.
Euulcius ' Dulicis ' Doliches.
Gavinianus Zeugmatos.
Patricius Perrensis.
Rufinus Neocæsariensis.
Provinciæ Osdroensis episcopi VIII.
Nonus Celabasedensis.
Gaiumas Marcupolitanus.
Iohannes Carron.
Abramius Castrocircon.
Danielus Macedonopolitanus.
Damianus Callinicupolitanus.
Sophronius Constantinopolitanus.
Iohannes Sarracenus.
C *Provinciæ Mesopotamiæ episcopi VI.*
Symeon Amudensis.
Noe ' Cesariensis, ' Zephanensis.
Maras Azetiniensis.
Zebennos Martyropolitanus.
Gaiumas ' Inseles, ' Inreles.
Eusenius ' Rufuniensis, ' Suphaninensis.
Provinciæ Palæstinæ primæ episcopi IX.
Iuvenalis Hierosolymitanus.
Glucon Cæsariensis, per Sozinum episcopum Edinensem.
Leontius Ascalonitanus.
Photinus Diospolitanus.
Paulus Anthedonensis.
Praelius Agathopolitanus.
D Pancratius ' Enodensis, ' Abiadensis.
Polychronius Antipatridensis.
Stephanus Iamniensis.
Provinciæ Palæstinæ secundæ episcopi IV.
Severianus Scythopolitanus.
Annianus Capitoliados.
Zebinus ' Pellestianus, ' Pellesitanus.
Iohannes Gadarensis.
Provinciæ Palæstinæ tertiæ episcopi VI.
Byrillus Eliensis.
Aretas Elusitanus.
Musonius ' Sooronensis, ' Zoroanensis.
Marcianus Diotanus.
Niz Tiras.
E Marcianus Gazes.
Provinciæ Palææ Epiri episcopi VIII.
Atticus Nicopolitanus.
Marcus ' Eurxos, ' Eurias.
Peregrinus Phynicenus.
Eutychius Adrianopolitanus.
Claudius Asciamensis.
Sotericus Cercyras Nesitanus.
Philocteus Dodonensis.
Iohannes ' Proticensis, ' Bruticensis.
Provinciæ Metropoli Epiri episcopi IV.
Zinobius Bostroensis.

Lucas

ACTIO DECIMA QVINTA.

Lucas Doracienſis.
Euſebius Apollonienſis.
Petrus ' Ecimienſis, ' Ethimienſis.

Provincia Theſſaliæ epiſcopi I.

Conſtantinus ' Dimetrias, ' Demetriados.

Provincia Cretæ epiſcopi v.

Martyrius ' Gargienſis, ' Gortynenſis.
Gennadius, Gnoſutanus.
Cyrillus Subſetanus.
Euſtatas Eleutherienſis.
Dimiteius Laupenſis.

Provincia Bithyniæ Ponticæ epiſcopi v.

Eunomius Nicomedienſis.
Anaſtaſius Nicæas.
Iulianus a Co & preſbyter archiep. Leonis.
Eleutherius ' Calchedonos, ' Chalcidos.
Callinicus Apamenus.

Provincia Galatiæ primæ epiſcopi VII.

Euſebius Anquiranus.
Iulianus Tabianus.
Meliſtoggus Lulliopolitanus, ' Iuliopolitanus.
Hyperechius ' Iaſponotiaœnſis, ' Aſponotanienſis.
Acatius Cinitanus.
Laucadius Mnizutanus.
Euphraſius Galatienſis.

Provincia Galatiæ ſecundæ epiſcopi VII.

Theoctiſtus Peſinuntos, per Photium archidiaconum.
Elpidius Myrecenonthermis.
' Miterius Ammorius, ' Myſteros.
Aquilas Eudoxiados.
Quiriacus Troenadenſis.
Pius Petenenſis.
Longinus Orciſſu.

Provincia Cappadociæ primæ epiſcopi III.

Thalaſſius Cæſarienſis.
Muſonius Nyſſenus.
Firminus Thermis.

Provincia Cappadociæ ſecundæ epiſcopi IV.

Patricius Tyanenſis.
Theodoſius Nanziazenſis.
Ariſtomachus Colonenſis.
Cyrus Cybiſtronenſis.

Provincia Armeniæ primæ epiſcopi III.

Iohannes Sebaſtenſis.
" Cecriſius Sebaſtianopolitanus, " Cecropius.
Iohannes Nicopolitanus.

Provincia Armeniæ ſecundæ epiſcopi IV.

Conſtantinus Melitinenſis.
Acacius Ariarantheus.
Adonius Crabiſcum, per Lucium preſbyterum.
Ioannes Arcis per Eufronium preſbyterum.

Provincia Ponti Polemiacu epiſcopi IV.

Dorotheus Neocæſarienſis, per Fotinum diaconum.
Iohannes Polemoniacus.
Gratiados Ceraſſontenus.
Atarbios Trapezuntos.

Provincia Helleſpontu epiſcopi VI.

Seleucius Amaſenus.
Antonius Ameſſinus, per Olympium diaconum.
Paralios Andraponenſis per Elpidium preſbyterum.
Vranius Iborenſis, per Paulum preſbyterum.
Atticus Zelonenſis.
Antiochus Sinopenſis.

Provincia Paphlagoniæ epiſcopi v.

Petrus Gangrotanus.
Ethericus Pompeiopolitanus, per Epiphanium preſbyterum.

A Renos Iuliopolitanus.
Polychronius Dadyrenſis.
Theodorus Soronenſis.

Provincia Onoriados epiſcopi VI.

Caligorus Claudiopolitanus.
Theodorus Heraclienſis.
Apragmonius ' Tuitatius ' Tuitanus.
Theophilus Adrianopolitanus, per Pelagium preſbyterum.
Genetlius Ectatenſis, per Eulogium preſbyterum.
Olympius Pruſiadenſis, per Modeſtum preſbyterum.

Provincia Helleſpontianianæ epiſcopi XI.

B Diogenes Cyzicuntos.
Petrus Dardanenſis.
Thalaſſius Parvi.
David ' Adrinienſis ' Adrianenſis.
Eulalius Pionenſis.
Pionius Troadenſis.
Stephanus Pymanemus.
' Theoſervus Iliu ' Theuſebius.
Hermias Abydenſis.
Daniel Lampſacenſis.
Patricius Adrianopolitanus.

Provincia Aſiæ epiſcopi XIX. XX.

Stephanus Epheſenus.
Ethericus Smyrnenſis.
Thomas Auliocomenos & Valentiniapolitanus.

C

' Euſeis Clazomenus, ' Euſebius.
Cyriacus ' Vles, ' Etles, ſeu Edes.
Leontius ' Magniſias maioris. ' Mamas, Animeta.
Quintus ' Focenſis ' Phocenſis.
Proclus ' Algizinus ' Aloſizenus.
Baſilicus Palæaſpolitanus.
Philippus Neaſlylitanus.
Rufinus Briolonitanus.
Olympius Ebazotanus.
Eſaias Eleas.
Eſperus Epitanenſis.
Petronius Mirynæus.

D

Neonius Myſſenus.
Paulinus Perperenotanus.
Marcellinus Metropolitanus.
' Abianus Iperotanus ' Iulianus Hypepotanus.

Provincia Lydiæ epiſcopi XIII.

Florentius Sardeonenſis.
Menecratus Coraſſenſis.
Patricius ' Heraſſenſis, ' Eraſſenſis.
Polycarpus Gabalenſis.
Paulus Tripolitanus.
Elias Vendutanus.
Conſinius ' Ceratesarenſis, ' Hierocæſarienſis.
Amantius Selgon.
Andreas Satalenus.

E

Dionyſius Attanenſis.
Gemellus Stratonicenſis.
Alcimedes ' Elladenſis ' Eulandenſis.
Leuclus Apolloſieru.

Prov. Pamphyliæ epiſcopi VIII.

Epiphanius Pergenſis.
Theophilus Adriaſſu.
Theodorus Lauſanienſis.
Marcellinus Iſindonenſis.
Macedon Magidnienſis.
Neon Ymyſu. ' Siniſu.
Paulus Poglotenſis.
Maras Codroylonenſis.

Provinciæ

ANNO CHRISTI 451.

ACTIO DECIMA SEXTA.

Provinciæ Pamphyliæ alterius episcopi xxII.
Amphilochius Sideensis.
Eudoxius Elletonensis.
Eusebius Cottinensis.
Aristodytus Olympuensis.
Palladius Capidalensis.
Stephanus Limmitensis.
Cronton Pasendonensis.
Theodorus Antifollensis.
Antipattros Caumenus.
Andreas Ptholeotanus.
Somanus Bobonensis.
Gaius Suedronensis.
Marcianus Coralensis.
Romanus Myrrensis.
Eudoxius Chomatanensis.
Cyrinus Patalensis.
Zenodotus Telimisu.
Philippus Barbarensis.
Leontius Araxenus.
Cratinus Panormitanus.
Nicullus Acrassutanus.
Obremus Coracesiensis.

Provinciæ Lycaoniæ episcopi VIII.
Onesiphorus Iconensis.
Neoptolemus Cronensis.
Paulus Derbensis.
Plutarchus Lystron.
Eugenius Cænon.
Rufus Sides.
Tyrannus Imadanensis.
Oscholias Lalandensis.

Provinciæ Pisidiæ episcopi xvi.
Pergamius Antiochenus.
Paulus Philomedensis.
Theoctistus " Tyatu, " Tyrcu.
Cyrus Sinandensis.
Alexander Seleucensis.
Photianus Salagessutanus.
Bassones Neaspolitanus.
Musonius Limenensis.
Eutropius Adadonensis.
Longinus Apamenus.
Forticius Metropolitanus.
Libanius Pallatonensis.
Olympius Sozopolitanus.
Messalinus Laudocensis.
Florentinus Adrianopolitanus.
Maximinus Zozulonensis.

Provinciæ Cariæ episcopi xIII.
Cretonianus Afrodisius.
Iohannis Alisdonensis.
Panias Enydohensis.

A Menandrus Heracleos.
Iohannes Onayzonensis.
Theodoritus Alabandensis.
Calandion " Acharnasrensis, per Pulianum presbyterum, " Halicarnassensis.
Dionysius Antiochenus.
Placalus Iassu.
Dionysius Latomenus.
Eupithius Stratonicensis.
"Tutelanius Apilonésis," Tichanius Apolloniés.
Iohannes Nidiensis.

Provinciæ Phrygiæ Salutaris episcopi xII.
Marinianus Synadensis.
Miros Bilandensis.
B Philippus 'Sygiada,' Lyciados.
Avircius Geraspolitanus.
Eustochius Docimii.
Aquila Antoclinus.
Eusebius Doryleu.
Motimus Epsu.
Epiphanius Mardagensis.
Cyriacus Eucarpensis.
Basilius Nacoliensis.
Strategius Polybatenus.

Provinciæ Phrygiæ Pacatianæ episcopi xIII.
Nunechius Iaudocias Trimitaria.
Danielus Cadonensis.
Eulalius Siuriensis.
Paulus Aristensis.
C Gennadius Acmonensis.
Philippus " Ageyrassydera, " Agirassidensis.
Euandrus Dioclias.
Modestus Sebastenus.
Mathias Themesianensis.
Charis Dionysupolitanus.
Iohannes Trapezuntanus.
Gennadius Mossynensis.

Provinciæ Neson episcopi IV.
Iohannes Rhodu.
Euphrontius Chiu.
Florentius Mitylenes.
Barachus Naxensis.

Provinciæ Cypru episcopi VII.
D Olympius Constantiensis, per Didymium episcopum Latipensem.
Epaphroditus Connessensis.
Soteras Theodosianus.
Photinus Cythirenus.
Eliodorus Amathuntus.
Didymus Latipensis.
Proeuchius Arcenoensis.

Provinciæ Africæ episcopi II.
Valerianus Bassianensis. Valerianus Afrus.

ΠΡΑΞΙΣ ΕΚΚΑΙΔΕΚΑΤΗ

τῆς ἐν Καλχηδόνι ἁγίας συνόδου.

ΥΠΑΤΕΙΑΣ τοῦ δεσπότου ἡμῶν Μαρκιανοῦ τοῦ αἰωνίου Αὐγούστου, καὶ τοῦ δηλωθησομένου, " πρὸ πέντε καλανδῶν Νοεμβρίων, ἐν Καλχηδόνι κατὰ κέλευσιν τοῦ θειοτάτου καὶ εὐσεβεστάτου ἡμῶν δεσπότου Μαρκιανοῦ, καὶ αἰωνίου Αὐγούστου, συνελθόντων ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ τῆς ἁγίας μάρτυρος Εὐφημίας τῶν προειρημένων μεγαλοπρεπεστάτων καὶ ἐνδοξοτάτων ἀρχόντων, ἔτι δὲ καὶ τῶν εὐλαβεστάτων ἐπισκόπων.

codice ...ieriano ...tur ... *No-bris*: tamen supra ...riberet ...orte ut Græco ...u me-cōsen-...Latina ...io, at-ita ex ...t edi-Crab-...na.

E ACTIO DECIMA SEXTA

Calchedonensis concilii.

CONSVLATV domini nostri Marciani perpetui Augusti, & qui fuerit nuntiatus, f * quinto Kalend. Novembris, Calchedone secundum jussionem divinissimi & piissimi domini nostri Marciani perpetui Augusti, congregatis in sanctissima ecclesia sanctæ martyris Euphemiæ, * magnificentissimo & gloriosissimo magistro militum & exconsule & patricio Anatolio, & magnificentissimo & gloriosissimo præfecto sacrorum prætoriorum Palladio, & magnificentissimo & gloriosissimo magistro sacrorum officiorum Vincomalo: congregatis etiam Paschasino & Lucentio reverendissimis episcopis, & Bonifacio reverendissimo presbytero, habentibus locum sanctissimi archiepiscopi senioris Romæ Leonis, & Ana-

** Numerus videtur corruptus. nam actio XIV. habita fuit prid. Calẽd. Novemb. & XV. eodem die post legatorũ discessum, ut ipsi testãtur; hac autem die sequenti. quare legendũ esset,* Kalendis Novẽbris. *tamen quia in omnibus codd. ms. quos habuimus, tum Græcis, tum Latinis, sic reperitur, nihil mutare voluimus.*

* prædictis magnificẽtissimis & gloriosissimis judicibus, ac etiam reverendissimis episcopis.

ACTIO DECIMA SEXTA. | ANNO CHRISTI 451

Anatolio reverendissimo archiepiscopo magni nominis Constantinopolis, &
Maximo reverendissimo episcopo Antiochiæ Syriæ, &
Iuvenali reverendissimo episcopo Hierosolymorum, &
Quintillo reverendissimo episcopo Heracleæ Macedoniæ, habente locum Anastasii reverendissimi Thessalonicensium episcopi, &
Thalassio reverendissimo episcopo Cæsareæ Cappadociæ, &
Stephano reverendissimo episcopo Ephesi, &
Luciano reverendissimo episcopo Bizyæ, habente locum religiosissimi Cyriaci episcopi Heracleæ Thraciæ, &
Eusebio reverendissimo episcopo Ancyræ Galatiæ, &
Diogene reverendissimo episcopo Cyzici, &
Petro reverendissimo episcopo Corinthi, &
Florentio reverendissimo episcopo Sardium, &
Eunomio reverendissimo episcopo Nicomediæ, &
Anastasio reverendissimo episcopo Nicææ, &
Iuliano reverendissimo episcopo Coensi, habente locum sedis apostolicæ senioris Romæ, &
Eleutherio reverendissimo episcopo Calchedonensium, &
Basilio reverendissimo episcopo Seleuciæ Isauriæ, &
Meletio reverendissimo episcopo Larissæ, habente locum reverendissimi domni episcopi Apameæ Syriæ, &
Amphilochio reverendissimo episcopo Sidæ, &
Theodoro reverendissimo episcopo Tarsi, &
Cyro reverendissimo episcopo Anazarbi, &
Constantino reverendissimo episcopo Bostrorum Arabiæ, &
Photio reverendissimo episcopo Tyri, &
Theodoro reverendissimo episcopo Damasci, &
Stephano reverendissimo episcopo Hierapoleos, &
Iba reverendissimo episcopo Edessæ, &
Symeone reverendissimo episcopo Amidæ, &
Epiphanio reverendissimo episcopo Pergæ, habente locum reverendissimi Olympii episcopi Constantiæ, &
Ioanne reverendissimo episcopo Sebastiæ, &
Seleuco reverendissimo episcopo Amasiæ, &
Constantino reverendissimo episcopo Melitenæ, &
Patricio reverendissimo episcopo Tyanorum, &
Petro reverendissimo episcopo Gangrorum, &
Calogero reverendissimo episcopo Claudiopolis, &
Apragmonio reverendissimo episcopo Tii, &
Atarbio reverendissimo episcopo Trapezuntis, habente locum reverendissimi Dorothei episcopi Neocæsareæ, &
Photino archidiacono, habente locum Theoctisti reverendissimi episcopi Pissinuntis, &
Romano reverendissimo episcopo Myrorum, &
Critoniano reverendissimo episcopo Aphrodisiadis Cariæ, &
Nunechio reverendissimo episcopo Laodiceæ Phrygiæ, &
Mariniano reverendissimo episcopo Synnadorum, &
Onesiphoro reverendissimo episcopo Iconii, &
Vigilantio reverendissimo episcopo Larissæ Thessaliæ, &
Pergamio reverendissimo episcopo Antiochiæ Pisidiæ, &
Epiphanio reverendissimo episcopo Pergæ, &
Attico reverendissimo episcopo Nicopolis veteris Epiri, &
Martyrio reverendissimo episcopo Gortynæ, &
Luca reverendissimo episcopo Dyrrhachii, &
Francione reverendissimo episcopo Philippopolis, &
Sebastiano reverendissimo episcopo Berrhœæ, &
Basilio reverendissimo episcopo Traianopolis, &
Tryphone reverendissimo episcopo Chii, &
Theoctisto reverendissimo episcopo Berrhœæ, &
Gerontio reverendissimo episcopo Seleuciæ Syriæ, &
Eusebio reverendissimo presbytero, obtinente locum Macarii episcopi Laodiceæ Syriæ, &
Eusebio reverendissimo episcopo Dorylæi,

Ἐπιστολὴ σταλεῖσα παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου τῷ ἁγιωτάτῳ πάπᾳ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας Λέοντι.

Ἡ ἁγία, καὶ μεγάλη, καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος, ἡ κατὰ Θεοῦ χάριν καὶ θέσπισμα τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων συναχθεῖσα ἐν τῇ Καλχηδονέων μητροπόλει τῆς Βιθυνῶν ἐπαρχίας, τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ τῆς Ῥωμαίων ἀρχιεπισκόπῳ Λέοντι.

ΕΠΛΗΣΘΗ χαρᾶς τὸ στόμα ἡμῶν, καὶ ἡ γλῶσσα ἡμῶν ἀγαλλιάσεως. ταύτην ὡς οἰκείαν ἡμῖν ἡ χάρις τὴν προφητείαν ἐφήρμοσεν, οἷς τὸ τῆς εὐσεβείας ἐβεβαιώθη κατόρθωμα. τί γὰρ πίστεως πρὸς εὐφροσύνην ἀνώτερον; τί τῆς δεσποτικῆς γνώσεως πρὸς χορείαν φαιδρότερον; ἣν αὐτὸς ἄνωθεν ὁ σωτὴρ πρὸς σωτηρίαν ἡμῖν παρέδωκε, φήσας· πορευθέντες, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν. ἣν αὐτὸς ὥσπερ χρυσῆν σειρὰν τῷ προστάγματι τοῦ θεμένου κα- C ταγομένην εἰς ἡμᾶς, διεφύλαξας, πᾶσι τῆς τοῦ μακαρίου Πέτρου φωνῆς ἑρμηνεὺς καθιστάμενος. ὅθεν καὶ ἡμεῖς, ὡς ἀρχηγῷ σοι τοῦ καλοῦ πρὸς ὠφέλειαν χρησάμενοι, τῆς ἀληθείας τοῖς τῆς ἐκκλησίας τέκνοις τὸν κλῆρον ἐδείξαμεν, οὐ καθ' ἕνα ἕκαστος ἐν παραβύστῳ τὴν διδασκαλίαν ποιούμενοι, ἀλλὰ κοινῷ πνεύματι, μιᾷ συμπνοίᾳ καὶ ὁμονοίᾳ τῆς πίστεως τὴν ὁμολογίαν γνωρίσαντες· καὶ ἦμεν ἐν κοινῇ χορείᾳ, τοῖς πνευματικοῖς, ὡς ἐν βασιλικοῖς δείπνοις, ἐντρυφῶντες ἐδέσμασιν, ἅπερ διὰ τῶν σῶν γραμμάτων ὁ Χριστὸς τοῖς διακονουμένοις ηὐτρέπισε· καὶ τὸν ἐπουράνιον νυμφίον ἐν ἡμῖν ὁρᾶν ἐδοκοῦμεν ἐνδιαιτώ- D μενον. εἰ γὰρ ὅπου εἰσὶ δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι εἰς τὸ αὐτοῦ ὄνομα, ἐκεῖ ἔφη εἶναι ἐν μέσῳ αὐτῶν· πόσην περὶ πεντακοσίους εἴκοσιν ἱερέας τὴν οἰκείωσιν ἐπεδείκνυτο, οἳ καὶ πατρίδος καὶ πόνου τῆς εἰς αὐτὸν ὁμολογίας τὴν γνῶσιν προέθηκαν; ὧν σὺ μὲν, ὡς κεφαλὴ μελῶν, ἡγεμόνευες ἐν τοῖς τὴν σὴν τάξιν ἐπέχουσι, τὴν εὔνοιαν ἐπιδεικνύμενος. βασιλεῖς δὲ πιστοὶ πρὸς εὐκοσμίαν ἐξῆρχον, ὡς Ζοροβάβελ * τῷ Ἰησοῦ, τῆς ἐκκλησίας, καθάπερ Ἱερουσαλὴμ, τὴν ἐν τοῖς δόγμασιν οἰκοδομίαν ἀνανεοῦν προθυμούμενοι. καὶ ἣν αὖ ὁ ἀντικείμενος ὡς θὴρ ἔξω τῆς μάνδρας καθ' ἑαυτὸν ὠρυόμενος, οὐδένα ἔχων λαβεῖν, εἰ μὴ ἑαυ- E τὸν αὐτῷ πρὸς θήραν ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων πάλαι γενόμενος ἐπέρριψε πρόεδρος· ὃς πολλὰ πρότερον εἰργασμένος δεινὰ, ἀπέκρυψε τοῖς δευτέροις τὰ πρότερα. τόν τε γὰρ μακάριον ἐκεῖνον τὸν ἐν ἁγίοις τῆς Κωνσταντινουπόλεως ποιμένα Φλαβιανὸν, τὴν ἀποστολικὴν προϊσχόμενον πίστιν, καὶ τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον Εὐσέβιον, παρὰ πᾶσαν τὴν τῶν κανόνων ἀκολουθίαν καθεῖλε· καὶ τὸν ἐπὶ δυσσεβείᾳ κατακεκριμένον Εὐτυχῆ, ταῖς τῆς τυραννίδος αὐτοῦ ψήφοις ἠθώωσε, καὶ

καὶ τὴν παρὰ τῆς ὑμῶν ὁσιότητος, ὥσπερ ἀναξίου τῆς χάριτος, ἀφαιρεθεῖσαν ἀξίαν ἀπέδωκε· καὶ ὡς μονιὸς ἅπαξ ἄγριος ἐπιπεσὼν τῇ ἀμπέλῳ, τὴν μὲν ἀρίστην εὗρε φυτείαν, ἀνέτρεψεν· τὴν δὲ ὡς ἄκαρπον, ἐρριμμένην, εἰσήγαγε· καὶ τοὺς μὲν τὰ ποιμένων φρονοῦντας ἀπέτεμε, τοὺς δὲ λύκους ἀποδεδειγμένους τοῖς προβάτοις ἐπέστησε· καὶ πρὸς τούτοις ἅπασιν, ἔτι καὶ κατ' αὐτοῦ τοῦ τῆς ἀμπέλου τὴν φυλακὴν παρὰ τοῦ σωτῆρος ἐπιτετραμμένου τὴν μανίαν ἐξέτεινε· λέγομεν δή, τῆς σῆς ὁσιότητος· καὶ ἀκοινωνησίαν κατὰ τοῦ τὸ σῶμα τῆς ἐκκλησίας ἑνοῦν σπουδάσαντος ἐμελέτησε. καὶ δέον ἐπὶ τούτοις μετανοῆσαι, δέον δάκρυσιν αἰτῆσαι τὸν ἔλεον, ὡς ἐπὶ σεμνοῖς ἐπηγάλλετο, τὴν μὲν ἐπιστολὴν τῆς σῆς ὁσιότητος διαπτύων, πᾶσι δὲ τοῖς τῆς ἀληθείας δόγμασιν ἀνθιστάμενος. καὶ ἔδει μὲν αὐτὸν εὐθὺς ἐφ' ἧς ἑαυτὸν ἔταξε, καταλεῖψαι μερίδος. ἐπειδὴ δὲ τοῦ σωτῆρος τὴν μαθητείαν ἐπαγγελλόμεθα, ὃς πάντας ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, ἔργῳ ταύτην ἐπ' αὐτῷ κυρῶσαι τὴν φιλανθρωπίαν ἐσπουδάσαμεν· καὶ πρὸς κρίσιν ἀδελφικῶς ἐκαλοῦμεν, οὐχ ὡς ἀποτέμνειν πειρώμενοι, ἀλλ' ἀπολογίας αὐτῷ χώραν πρὸς ἰατρείαν παρέχοντες. καὶ ηὐχόμεθα κρείττονα φανῆναι τῶν ποικίλαις αὐτὸν γραψαμένων αἰτιάσεσιν, ἵνα φαιδροὶ φαιδρῶς τὸν σύλλογον διαλύσαντες, ἐν μηδενὶ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ σατανᾶ. ἀλλ' οὗτος ἐν ἑαυτῷ * ἄκρατον τοῦ συνειδότος ἔχων τὸν ἔλεγχον, τῇ παραιτήσει τῆς κρίσεως ταῖς κατηγορίαις συνέθετο, καὶ τὰς ἐνθέσμους τρεῖς ἐπ' αὐτῷ γενομένας κλήσεις παρώσατο. διὰ ταῦτα τοιγαροῦν, ἣν αὐτὸς καθ' ἑαυτοῦ τοῖς πλημμελήμασιν ἐξήνεγκε ψῆφον, ταύτην ὡς ἐνῆν μετρίως ἐκυρώσαμεν, τῆς ποιμαντικῆς δορᾶς τὸν λύκον γυμνώσαντες, ἣν καὶ πάλαι σχήματι περικείμενος ἀπηλέγχετο. μέχρι τούτων ἡμῖν ἵστατο τὰ στυγνά, καὶ τῶν καλῶν ἡ χάρις εὐθὺς ἐπέλαμψε· καὶ ἓν ζιζάνιον ἀνασπάσαντες, πᾶσαν τοῦ καθαροῦ σίτου τὴν οἰκουμένην μεθ' ἡδονῆς ἐπληρώσαμεν· καὶ ὡς ἐκριζοῦν καὶ καταφυτεύειν τὴν ἐξουσίαν δεξάμενοι, τὴν ἐκτομὴν μέχρις ἑνὸς ἐστενώσαμεν, τῶν δὲ καλῶν τὴν εὐκαρπίαν ἐπιμελῶς ἐρριζώσαμεν. Θεὸς γὰρ ἦν ὁ ἐνεργῶν, καὶ ἡ τὸ σύλλογον τῷ νυμφῶνι στεφανοῦσα καλλίνικος Εὐφημία· ἣ ὥσπερ οἰκείαν ὁμολογίαν, τῆς πίστεως παρ' ἡμῶν δεξαμένη τὸν ὅρον, τῷ ἑαυτῆς νυμφίῳ διὰ τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως καὶ τῆς φιλοχρίστου βασιλίδος προσήγαγε, πᾶσαν μὲν τῶν ἀντικειμένων ταραχὴν κατευνάσασα, τὴν δὲ τῆς ἀληθείας, ὡς φίλην, ὁμολογίαν κρατύνασα, καὶ χειρὶ καὶ γλώττῃ ταῖς πάντων ψήφοις ἐπιψηφίσασα πρὸς ἀπόδειξιν. ταῦτά ἐστιν, ἅπερ σὺν σοὶ τῷ πνεύματι παρόντι, καὶ συνευδοκεῖν, ὡς ἀδελφοῖς, ἐγνωκότι, καὶ μονονουχὶ διὰ τῆς τῶν σῶν τοποτηρητῶν ὁρωμένῳ σοφίας, εἰργάσμεθα. γνωρίζομεν δέ, ὡς καὶ ἕτερά τινα τῆς τῶν πραγμάτων εὐταξίας, καὶ τῆς τῶν ἐκκλησιαστικῶν θεσμῶν εὐσταθείας ἕνεκα ὡρίσαμεν, πεπεισμένοι καὶ τὴν ὑμετέραν ἁγιωσύνην διδαχθεῖσαν ἀποδέχεσθαί τε ταῦτα, καὶ βεβαιοῦν,

& dignitatem quæ a vestra illi ablata fuerat sanctitate (quippe ut ab eo qui hac gratia erat indignus) ille restituit; & in summa, sicut singularis ferus, in vineam irruens, quam optimam reperit ' plantationem, evertit; quam vero, infructuosam, eradicatam, rursus induxit: & eos quidem qui ea quæ pastorum sunt, sapiunt, abscidit; eos vero qui lupi* demonstrati sunt, super oves imposuit. Et post hæc omnia, insuper & contra ipsum, cui vineæ custodia a salvatore commissa est, extendit insaniam, id est, contra tuam quoque apostolicam sanctitatem; & excommunicationem meditatus est contra te, qui corpus ecclesiæ unire festinas. Et dum de talibus pœnitere eum potius oporteret, dum deberet misericordiam lacrymis postulare, tamquam de bonis [male sobrius] exultabat, epistolam quidem tuæ respuens sanctitatis, omnibus vero dogmatibus veritatis adversans. Et quidem oportebat eum mox inter illos, in quorum se ipse statuit parte, relinquere. Quoniam vero salvatoris profitemur nos esse discipulos, qui omnes homines salvos fieri vult, & ad agnitionem veritatis accedere; opere hanc in eo misericordiam festinavimus confirmare, & eum cum fraterna mansuetudine ad judicium vocabamus, non quasi tentantes abscindere, sed excusationis ei locum * salvandi causa tribuentes: & orabamus eum declarari victorem contra eos qui eum diversis criminationibus accusabant; ut festiva celebrique lætitia concilium dimittentes; in nullo superaremur a satana. Sed ille in semetipso * inscriptam convictionem conscientiæ habens, refutatione judicii accusationibus suis assensit, & legitimas ad se factas tres evocationes abjecit. Propterea ergo decretum quod ipse contra semetipsum peccando protulerat, hoc (prout potuimus levigando) firmavimus, lupum pastorali pelle nudantes, qua prius quoque figura tantummodo, seu in speciem convincebatur obtectus. Usque ad hæc nobis tristia provenientia cessaverunt, & bonorum gratia mox effulsit: & unum zizanium evellentes, mundo tritico universum mundum cum voluptate complevimus. Et tamquam evellendi ac plantandi potestatem sumentes, incisionem quidem ' uno homine tenus coangustavimus, bonorum vero ubertatem diligenter plantavimus. Deus enim erat qui operabatur, & quæ suo thalamo concilium coronavit * ornata decore victoriæ Euphemia; quæ tamquam propriam confessionem, fidei definitionem suscipiens a nobis, suo sponso per piissimum imperatorem & amicam Christi Augustam obtulit, omnem quidem perturbationem contrariorum sedans, veritatis autem confessionem roborans, ut amicam, & manu ac lingua universorum decretis * pro demonstratione subscribens. Hæc sunt, quæ tecum, qui spiritu præsens eras, & complacere tamquam fratribus deliberasti, & qui pene per tuorum vicariorum sapientiam videbaris a nobis, effecimus. Indicamus vero, quia & alia quædam pro rerum ipsarum ordinata quiete, & propter ecclesiasticorum statutorum definivimus firmitatem, scientes quia & vestra sanctitas addiscens, & probatura & confirmatura est eadem.

Psal. 79.
' plantam
* manifesti erant,
1. Tim. 2.
* ut medetemur, tribuentes: & optabamus illius superiorem evadere, qui eum diversis criminibus accusabant,
' inscribebant
* vehementi conscientiæ redargutione convictus
' inscriptum in seipso conscientiæ testem
' unius tantummodo iugenuimus
* victrix Euphemias
* ut omnibus manifesta esset,
' subscriptam.

Eam

Partis tertiae Cap. II.

A Eam namque consuetudinem, quæ ex longo jam tempore * permansit, quam habuit Constantinopolitanorum sancta Dei ecclesia ad ordinandum metropolitanos provinciarum tam Asianæ, quam Ponticæ & Thraciæ, & nunc synodali decreto firmavimus, non tam sedi Constantinopolitanæ aliquid præstantes, quam metropolitanis urbibus quietem congruam providentes, eo quod frequenter episcopis vitam finientibus, multæ turbæ nascuntur, clericis ac populis qui per easdem sunt civitates, absque rectore remanentibus, & ecclesiasticum ordinem confundentibus: quod nec vestram latuit sanctitatem, maxime propter B Ephesios, * unde quidam vobis sæpius importuni fuerunt. Confirmavimus autem & centum quinquaginta sanctorum patrum regulam, qui in Constantinopoli congregati sunt sub piæ memoriæ majore Theodosio, quæ præcepit, post vestram sanctissimam & apostolicam sedem, ' honorem habere Constantinopolitanam, [quæ secunda est ordinata;] confidentes, quia " lucente apud vos apostolico radio, & usque ad Constantinopolitanorum ecclesiam, consuete gubernando, illum spargentes, hunc sæpius expanditis, eo quod absque invidia consueveritis vestrorum bonorum participatione ditare * domesticos. Quæ igitur ad interem- C ptionem quidem totius confusionis, confirmationem vero ecclesiasticæ ordinationis definivimus, hæc sicut propria & amica, & * ad decorem convenientissima, dignare complecti sanctissime & beatissime pater. Qui enim locum vestræ sanctitatis obtinent sanctissimi episcopi Paschasinus & Lucentius, & qui cum eis est reverendissimus presbyter Bonifacius, his ita constitutis vehementer resistere tentaverunt, procul dubio a vestra providentia inchoari & hoc bonum volentes, ut sicut fidei, sic bonæ ordinationis vobis deputetur ' effectus. Nos enim * curantes tam piissimos & Christi amicos imperatores, qui super hoc delectantur, quam clarissimum se- D natum, & totam (sicut dicere convenit) imperii civitatem, opportunum credidimus esse honoris ejus confirmationem ab universali concilio celebrari, & velut hæc a tua sanctitate fuerint inchoata, eo quod fovere semper studeas, * roboravimus, præsumentes, dum noverimus, quia quidquid rectitudinis a filiis fit, ad patres recurrit, facientes hoc sibi proprium. Rogamus igitur, & tuis decretis nostrum honora judicium; & sicut nos capiti in bonis * adjecimus consonantiam, sic & summitas tua filiis quod decet adimpleat. Sic enim & * pii principes complacebunt, qui tamquam legem tuæ sanctitatis judicium firmaverunt, & Constantinopolitana sedes suscipiet præmium, quæ omne semper studium vobis ad causam pietatis explevit, & semetipsam vobis ad concordiam eodem zelo conjunxit. Ut autem cognoscatis, quia nihil alicui donando per gratiam fecimus, aut per inimicitias adversando, sed ut nutu gubernati divino; omnem vobis gestorum vim insinuavimus, ad comprobationem nostræ sinceritatis, & ad eorum quæ a nobis gesta sunt, * firmitatem & consonantiam. K

* obtinuit,

* quorum causa sæpe molestia affecti fuistis.

' primatum Constantinopolim, habere loci secundi.

" dominante ac prævalente

* sincera caritate conjunctos.

* ordini

' ad ornatum

' ordinis restitutio imputetur.

* obsequentes non modo piissimis & Christianissimis imperatoribus, quibus id gratum erat, verum etiá clarissimo senatui, & toti, ut ita dicamus, regiæ urbi,

* roborare ausi sumus, scientes quidquid a filiis recte geritur,

' confidenter firmavimus: scientes quia omne bonũ quod a filiis fit ad proprios recurrit parentes

* impendimus

' contulimus consensum sic & caput

* piis principibus gratum erit,

* confirmationem atque cõsensionem.

A τὸ γὰρ ἐκ πολλοῦ κρατῆσαν ἔθος, ὅπερ ἔχεν ἡ Κωνσταντινουπολιτῶν ἁγία τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία εἰς τὸ χειροτονεῖν μητροπολίτας τῶν διοικήσεων τῆς τε Ἀσιανῆς, καὶ Ποντικῆς, καὶ Θρᾳκικῆς, καὶ νῦν κατὰ συνοδικὴν ἐκυρώσαμεν ψῆφον, οὐ τοσοῦτον τῷ θρόνῳ Κωνσταντινουπόλεώς τι παρέχοντες, ὅσον ταῖς μητροπόλεσι τὴν εὐταξίαν πρυτανεύοντες, διὰ τὸ πολλοὺς πολλάκις, τελευτώντων τῶν ἐπισκόπων, ἀνακύπτειν θορύβους, ἀνηγεμονεύτων ὄντων τῶν ἐν αὐταῖς κληρικῶν τε καὶ * λαϊκῶν, καὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν τάξιν συγχεόντων· ὅπερ οὐδὲ τὴν ὑμετέραν ἔλαθεν ἁγιότητα, μάλιστα τῶν Ἐφε- B σίων ἕνεκεν, πλεονάκις ὑμῶν διενοχληθέντων. ἐβεβαιώσαμεν δὲ καὶ τὸν τῶν ρν'. ἁγίων πατέρων, τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει συναθροισθέντων ἐπὶ τοῦ τῆς εὐσεβοῦς μνήμης τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου, κανόνα τὸν διαγορεύοντα, μετὰ τὸν ὑμέτερον ἁγιώτατον καὶ ἀποστολικὸν *, τὰ πρεσβεῖα τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἔχειν· πεπεισμένοι, ὡς τῆς ἀποστολικῆς παρ' ὑμῖν κρατούσης ἀκτῖνος, καὶ ἐπὶ τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐκκλησίαν, συνήθως κηδόμενοι, πολλάκις ταύτην ἡπλώσατε, διὰ τὸ ἄφθονον ὑπάρχειν ὑμῖν τὴν τῶν οἰκείων ἀγαθῶν πρὸς τοὺς γνησίους μετάδοσιν. ἅπερ τοίνυν ὡρίσαμεν πρὸς ἀναίρεσιν μὲν πάσης συγχύσεως, βεβαίωσιν C δὲ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εὐταξίας, ταῦτα ὡς οἰκεῖά τε καὶ φίλα, καὶ πρὸς εὐκοσμίαν ἁρμόδια, περιπτύξασθαι καταξίωσον, ἁγιώτατε καὶ μακαριώτατε πάτερ. οἱ γὰρ τὸν τόπον τῆς ὑμετέρας ἁγιότητος ἐπέχοντες ὁσιώτατοι ἐπίσκοποι Πασχασῖνος καὶ Λουκήνσιος, καὶ ὁ σὺν αὐτοῖς θεοφιλέστατος πρεσβύτερος Βονιφάτιος, τοῖς οὕτω τυπωθεῖσι σφοδρῶς ἀντειπεῖν ἐπειράθησαν, πάντως ἀπὸ τῆς ὑμετέρας ἄρξασθαι καὶ τοῦτο τὸ καλὸν προνοίας βουλόμενοι, ἵνα καθάπερ τῆς πίστεως, οὕτω καὶ τῆς εὐταξίας ὑμῖν λογισθῇ τὸ κατόρθωμα. ἡμεῖς γὰρ θεραπεύοντες τούς τε εὐσεβεστάτους καὶ φιλοχρίστους βασιλέας ἐπὶ τούτῳ ἡδομένους, τήν τε λαμπρὰν D σύγκλητον, καὶ πᾶσαν, ὡς εἰπεῖν, τὴν βασιλεύουσαν, εὔκαιρον ἐνομίσαμεν τὴν ἐπ' αὐτῇ * παρὰ τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου βεβαίωσιν τῆς τιμῆς· καὶ ὡς ἐκ τῆς σῆς ὁσιότητος ταύτην ἐναρχθεῖσαν, δι' ὧν ἀεὶ θάλπειν ἐσπούδακας, θαῤῥήσαντες ἐκυρώσαμεν· εἰδότες ὡς πᾶν παρὰ τῶν τέκνων γινόμενον κατόρθωμα εἰς τοὺς οἰκειουμένους πατέρας ἀναφέρεται. παρακαλοῦμεν τοίνυν, τίμησον καὶ ταῖς σαῖς ψήφοις τὴν κρίσιν, ὥσπερ ἡμεῖς τῇ κεφαλῇ τὴν ἐν τοῖς καλοῖς συμφωνίαν εἰσηνέγκαμεν, οὕτω καὶ ἡ κορυφὴ τοῖς παισὶν ἀναπληρώσοι τὸ πρέπον. οὕτω γὰρ καὶ βασιλεῖς εὐσεβεῖς θεραπευθήσονται, οἱ τὴν τῆς σῆς ὁσιότητος, ὡς νόμον, βε- E βαιώσαντες κρίσιν, καὶ ὁ Κωνσταντινουπόλεως θρόνος τὴν ἀμοιβὴν ἀποδέξεται, πᾶσαν ἀεὶ σπουδὴν πρὸς τὴν τῆς εὐσεβείας ὑμῖν ἐκπληρώσας ὑπόθεσιν, καὶ τῷ ζήλῳ συνάψας ἑαυτὸν ὑμῖν πρὸς ὁμόνοιαν. ἵνα δὲ γνῶτε, ὡς οὐδὲν πρὸς χάριν ἢ πρὸς ἀπέχθειαν πεποιήκαμεν, ἀλλ' ὡς θείῳ κυβερνώμενοι νεύματι, πᾶσαν ὑμῖν τῶν πεπραγμένων τὴν δύναμιν ἐγνωρίσαμεν εἰς σύστασιν ἡμετέραν, καὶ τῶν πεπραγμένων βεβαίωσίν τε καὶ συγκατάθεσιν.

* λαϊκῶν, * f. ... * πρὸς

* ** In

" ** *In codice ms. V. C. Ioannis Bohierii senatoris Divionensis hæc verba Rustici S. R. E. diaconi interpretis adscripta occurrunt.* Scripsi pridie Kalend. Aprilis feria III. Ind. XIII. *& sequitur* ἀμέσως *epistola S. Leonis, qua huic relationi respondet, incipitque:* Omnem quidem fraternitatem &c. *quam infra leges hujus appendicis seu tertiæ partis numero* XVI.

" ** *In ms. Iolyano hæ tres leguntur subscriptiones:* Anatolius episcopus Constantinopolitanus valere vos in domino oro Dei amantissime pater. Maximus episcopus magnæ urbis Antiochiæ valere vos in domino oro sanctissime & beatissime pater. Iuvenalis episcopus Hierosolymitanus valere vos in domino oro sanctissime & beatissime pater.

Ceteræ subscriptiones desunt: atque ibi desinit ms. ille V. C. Claudii Iolyi canonici Parisiensis codex optimæ notæ, ex cujus collatione non pœnitendum sæpiuscule operæ laborisque nostri pretium retulimus.

. . . .
. . . .

Οἱ βασιλεῖς, Φλαύιος Οὐαλεντινιανὸς, καὶ Φλαύιος Μαρκιανὸς, αἰώνιοι Αὔγουστοι, περὶ τοῦ κεκωλῦσθαι τὰς * περὶ τῶν Χριστιανῶν διαλέξεις, πρόθεμα τοῖς πολίταις ἡμῶν τοῖς Κωνσταντινουπολίταις.

ΜΟΛΙΣ ποτὲ τὸ διὰ μεγίστης εὐχῆς ὑπάρχον ἡμῖν καὶ σπουδῆς ἀποβέβηκε, καὶ ἡ περὶ τοῦ νόμου τῶν ὀρθοδόξων Χριστιανῶν ἐκποδὼν φιλονεικία γεγένηται· μόλις εὕρηται τὰ τῆς ἐπιψόγου πλάνης ἰάματα, καὶ τῶν δήμων ἡ διαφωνοῦσα διάνοια πρὸς μίαν ἐλήλυθε σύνδεσιν καὶ ὁμόνοιαν. ἐκ διαφόρων γὰρ ἐπαρχιῶν εὐλαβεῖς μετὰ τὴν Καλχηδονέων πόλιν ἐπίσκοποι συνηθροίσθησαν ἐξ ἡμετέρου προστάγματος, καὶ δι᾽ ὅρου σαφῶς, ἐπὶ τῇ θρησκείᾳ τί δέοι παραφυλάττειν, ἐδίδαξαν. ἡ βέβηλος τοίνυν ἔρις τοῦ λοιποῦ σχολαζέτω. καὶ γὰρ ἀληθῶς ἀσεβὴς καὶ ἱερόσυλος, ὃς μετὰ τοσούτων ἐπισκόπων ἀπόφασιν τῇ οἰκείᾳ τί ποτε γνώμῃ καταλιμπάνει πρὸς ἔρευναν· ἐπείπερ ἐσχάτης δηλονότι παρανοίας ἐστὶ, τὸ μεσούσης ἡμέρας φῶς σεσοφισμένον ζητεῖν. ὁ γάρ τι μετὰ τὴν εὕρεσιν τῆς ἀληθείας διερευνώμενος περαιτέρω, ψεῦδος ζητεῖ. μηδεὶς οὖν κληρικὸς, ἢ γοῦν στρατευόμενος, ἢ γοῦν ἑτέρας αἱρέσεως οἱασδήποτε, περὶ τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως, δημοσίᾳ συναγομένων ὄχλων καὶ ἀκροωμένων, εἰς τὸ ἑξῆς διαλέξεις ποιεῖσθαι τολμάτω, ταραχὰς ἐκ τούτου καὶ κακοδοξίας προφάσεις ἐπινοῶν. τῇ κρίσει γὰρ ὕβριν ποιεῖ τῆς ἁγίας συνόδου, ὅστις ἂν τὰ ἅπαξ κριθέντα, καὶ ὀρθῶς τυπωθέντα, πάλιν ἀνακυλίειν ἐκ διαλέξεως, καὶ δημοσιεύειν φιλονεικοίη· ὁπότε τὰ νῦν περὶ τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως ὁρισθέντα, κατὰ τὰς τῶν τιη΄. διδασκαλίας, καὶ τῶν ρν΄. τυπωθέντα γινώσκεται. οὐδὲ γὰρ ἐλλείψει τιμωρία κατὰ τῶν τοῦδε καταφρονούντων τοῦ νόμου· ἐπειδήπερ οὐ μόνον κατὰ τῆς πίστεως τῆς εὖ διατεθείσης ἐναντίοι χωροῦσιν, ἀλλὰ γὰρ Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησιν ἔκπυστα διὰ τῆς τοιᾶσδε φιλονεικίας τὰ σεπτὰ ποιοῦσι μυστήρια. οὐκοῦν, εἰ μὲν εἴη κληρικὸς ὁ περὶ θρησκείας δημοσίᾳ φιλονεικεῖν τολμῶν, ἀποκινηθήσεται τοῦ καταλόγου τῶν κληρικῶν· εἰ δὲ στρατείᾳ κοσμούμενος, τὴν ζώνην ἀφαιρεθήσεται. καὶ οἱ λοιποὶ δὲ οἱ ἔνοχοι τῷ ἐγκλήματι τούτῳ, τῆς βασιλίδος αὐτῆς ἐλαθήσονται πόλεως, κατὰ τὴν τῶν δικαστηρίων κίνησιν καὶ ταῖς ἁρμοζούσαις ὑποβληθησόμενοι τιμωρίαις. δῆλον γὰρ, ἐντεῦθεν τῇ μανίᾳ τῶν αἱρετικῶν τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐκβάσεις ποιεῖν παρέχεσθαι, ἐν ὅσῳ τινὲς διαλέγονται δημοσίᾳ καὶ ἐρίζουσιν. ἅπαντες τοίνυν τὰ παρὰ τῆς ἁγίας ἐν Καλχηδόνι συνόδου ὁρισθέντα παραφυλάττειν ὀφείλουσι, τοῦ λοιποῦ μηδὲν ἀμφιβάλλοντες.

A III. *Edictum " Valentiniani & Marciani imperatorum, quo prohibentur disputationes de fide coram vulgo.*

" *In edit. Crabbi:* sive leges sanctæ memoriæ V. & M. impp. quas quidē leges beatissimus papa Leo in suis confirmavit epistolis, quibus interdicuntur prohibenturque disputationes Christianorum cum Paganis & Iudæis, & confirmantur Calchedonensis concilii edita atque statuta.

Imperatores Cæsares, Flavius Valentinianus, & Flavius Marcianus, de Christianæ fidei rebus edictum civibus nostris Constantinopolitanis.

TANDEM aliquando, quod summis votis atque studiis optabamus, evenit. Remota est de orthodoxa Christianorum lege contentio, tandem remedia culpabilis erroris inventa sunt, & discors populorum sententia in unum consensum concordiamque convenit. E diversis enim provinciis religiosissimi sacerdotes Calchedonem venerunt juxta nostra præcepta, & quid observari in religione debeat, perspicua definitione docuerunt. Cesset igitur jam profana contentio. Nam vere impius atque sacrilegus est, qui post tot sacerdotum sententiam, opinioni suæ aliquid tractandum relinquit. Extremæ quippe dementiæ est, in medio & perspicuo die commentitium lumen inquirere. Quisquis enim post veritatem repertam aliquid ulterius discutit, mendacium quærit. Nemo itaque vel clericus, vel militaris, vel alterius cujuslibet conditionis, de fide Christiana publice turbis adunatis & audientibus tractare * conetur in posterum, ex hoc tumultus & perfidiæ occasionem requirens. Nam injuriam facit judicio religiosissimæ synodi, si quis semel judicata ac recte disposita revolvere, & publice disputare contēdit, cum ea quæ nunc de Christiana fide statuta sunt, juxta apostolicas expositiones, & statuta sanctorum patrum trecentorum decem & octo, & centum quinquaginta, definita esse noscātur. Nam in contemptores hujus legis pœna non deerit: quia non solum contra fidem bene compositam veniunt, sed etiam Iudæis & paganis ex hujuscemodi certamine * profanant veneranda mysteria. Igitur si clericus erit qui publice tractare de religione ausus fuerit, a consortio clericorum removebitur: si vero militia præditus sit, cingulo spoliabitur: ceteri etiam hujus criminis rei de hac regia urbe pellentur, pro vigore judiciario etiam competentibus suppliciis subjugandi. Constat enim, hinc hæreticæ insaniæ exordia fomitemque præberi, dum publice quidam disputant atque contendunt. Vniversi ergo quæ a sancta synodo Calchedonensi statuta sunt, custodire debebunt, nihil postea dubitaturi.

Leg. 3. C. de summ. trin. & fid. cath.

* audeat

* divulgant

PARTIS TERTIAE CAP. IV.

Hoc itaque nostræ commoniti serenitatis edicto, abstinete a profanis vocibus, & ulterius desinite de divinis disputare: quod nefas est. Quia non solum divino judicio peccatum hoc, prout credimus, punietur, verum etiam legum & judicum auctoritate coercebitur. Constantinopoli 7. Idus Februarii, Sporatio viro clarissimo, & qui fuerit nuntiatus, consulibus.

* Civibus nostris Cōstantinopolitanis idem Augustus *in c. Bohier. at in edit. Crabbi*, Edictum ad C P. cives &c.

IV. *Edictum* piissimi & christianissimi imperatoris Marciani, propositum Constantinopoli, de confirmatione gestorum Calchedonensis synodi, & eorum observatione.*

VENERABILEM catholicæ orthodoxorum fidei sanctitatem manifestam & indubitatam universis constituere cupiens nostra serenitas, ut major erga divinitatis obsequia hominibus religio traderetur, tantam atque talem synodum, ex omnibus pene provinciis coadunatis episcopis, in Calchedonensi civitate colligi jussit; atque ibi plurimis diebus tractatu habito, quid verum & infucatum Christianæ fidei esset, invenit. Votis enim & orationibus plurimis exoravere divinitatem, quatenus sancta & plena veritas eos non lateret. Secutique sunt statuta venerabilium patrum, ea videlicet quæ apud Nicæam trecentorum decem & octo sanctorum episcoporum sententia sunt definita: similiter & quæ centum quinquaginta in hac amplissima coadunati urbe constituerunt, atque ea quæ apud Ephesum pridem statuta sunt, cum beatissimæ recordationis Cælestinus Romanæ urbis, & Cyrillus Alexandrinæ civitatis, episcopi, veritatis duces fuerunt. Quo tempore etiam & Nestorianus error exclusus est, ejus auctore damnato. Quibus ita rite & venerabiliter apud Calchedonem inquisitis, Eutyches qui plura affirmabat illicita, cum sua assertione dejectus est, ne decipiendorum ulterius hominum ei præberetur facultas. Ordinatis itaque religiose & fideliter quæ venerandam orthodoxorum fidem fundasse noscuntur, ita ut nulla in posterum dubitatio, vel illis qui calumniari divinitatem assolent, relinqueretur; sacro nostræ serenitatis edicto venerandam synodum confirmantes, admonuimus universos, ut de religione disputare desinerent; quoniam unus & alter tanta secreta invenire non posset, maxime cum summo labore & magnis orationibus tot venerabiles sacerdotes, nisi Deo, ut credendum est, auctore, ad indaginem veritatis non potuerint pervenire. Verum sicut manifesta ratione cognovimus, non desinunt quidam in eadem perversitatis insania permanere, & publice de religione contendere, populis coadunatis, & mysteria divina sub Iudæorum paganorumque obtutibus publicare, & * profanare quæ rectius colenda sunt, quam inquirenda. Oportuerat itaque in eadem pertinacia persistentes statuta dudum animadversione compesci, ut pœna corrigeret, quos reverentia jussionum emendare non potuit.

* in vulgus proferre

A διὰ τούτου τοιγαροῦν ὑπομνησθέντες τοῦ τῆς γαληνότητος ἡμῶν διατάγματος, τῶν δυσσεβῶν ἀπολήξατε, καὶ τοῦ περὶ τῶν θείων περαιτέρω ζητεῖν· ὅπερ ἀθέμιτον. ἐπειδήπερ οὐ μόνον ἐκ θείας κρίσεως, καθάπερ πιστεύομεν, τὸ ἁμάρτημα τὸ τοιοῦτον τιμωρηθήσεται, ἀλλὰ γὰρ καὶ τῇ τῶν νόμων, καὶ τῇ τῶν δικαζόντων αὐθεντίᾳ σωφρονισθήσεται. ἐδόθη πρὸ ἑπτὰ εἰδῶν Φεβρουαρίων ἐν Κωνσταντινουπόλει.

AN. CHR. 45[2]

Διάταξις τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ φιλοχρίστου βασιλέως Μαρκιανοῦ, προτεθεῖσα ἐν Κωνσταντινουπόλει μετὰ τὴν σύνοδον, βεβαιοῦσα τὰ παρ' αὐτῆς πεπραγμένα.

B ΤΗΝ εὐαγῆ τῆς καθολικῆς τῶν ὀρθοδόξων πίστεως ἁγιότητα φανερὰν καὶ ἀναμφίβολον καταστῆσαι πᾶσιν ἡ ἡμετέρα γαληνότης ἐθέλουσα, ὅπως ἂν ἡ περὶ τὸ θεῖον μείζων παραδοθῇ τοῖς ἀνθρώποις εὐσέβεια, τὴν τοσαύτην καὶ τοιαύτην τῶν ἐξ ἁπάσης σχεδὸν ἐπαρχίας συνειλεγμένων ἐπισκόπων σύνοδον κατὰ τὴν Καλχηδονέων πόλιν ἀθροισθῆναι παρεκελεύσατο· κἀκεῖ διασκέψεως ἐπὶ πλείστας ἡμέρας γεγενημένης, τὸ τῆς πίστεως τῶν Χριστιανῶν εὗρεν ἀληθὲς καὶ ἀνόθευτον. εὐχαῖς γὰρ καὶ λιταῖς πλείσταις τὸ θεῖον παρακεκλήκασι, μὴ λαθεῖν αὐτοὺς τὴν εὐαγῆ καὶ πληρεστάτην ἀλήθειαν· D ἠκολούθησάν τε τοῖς τύποις τῶν ἁγίων πατέρων, ἐκείνοις δηλαδὴ, τοῖς ὑπὸ τῶν τιη'. ἁγιωτάτων ἐπισκόπων κατὰ τὴν Νικαέων ἀποφανθεῖσιν· ὁμοίως δὲ κἀκείνοις, ἅπερ οἱ ἑκατὸν πεντήκοντα κατὰ τήνδε τὴν βασιλίδα πόλιν ὥρισαν συνελθόντες· καὶ ἐκείνοις δὲ τοῖς ἤδη * πάλιν κατὰ τὴν Ἔφεσον ὁρισθεῖσιν, ὅτε τῆς ἀληθείας ὁ τῆς μακαρίας μνήμης Κελεστῖνος ὁ τῆς Ῥωμαίων, καὶ Κύριλλος ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐπίσκοπος, ἐξῆρχον, καθ' ὃν καιρὸν ἀπεκλείσθη καὶ Νεστορίου ἡ πλάνη, αὐτοῦ καταδικασθέντος τοῦ ταύτης αὐθέντου γεγονότος. ὧν ὀρθῶς καὶ προσηκόντως ἐν Καλχηδόνι ζητηθέντων, C Εὐτυχὴς ὁ διαβεβαιούμενος ἀθέμιτα πάμπολλα, μετὰ τῆς συνηγορίας τῆς ἑαυτοῦ καταβέβληται, ὅπως ἂν αὐτῷ μὴ περαιτέρω παρασχεθῇ ἡ τοῦ ἀπατᾶν τοὺς ἀνθρώπους εὐχέρεια. τούτων τοίνυν θρησκευτικῶς καὶ πιστῶς τυπωθέντων, ἅπερ θεμελιοῦν τὴν τῶν ὀρθοδόξων προσηκόντως γινώσκεται πίστιν, οὕτως, ὡς μηδεμίαν τοῦ λοιποῦ τοῖς συκοφαντεῖν εἰωθόσι τὸ θεῖον, ἀμφιβολίαν ὑπολιμπάνεσθαι· ἱερῷ τῆς ἡμετέρας ἡμερότητος διατάγματι τὴν ἁγίαν βεβαιώσαντες σύνοδον, ὑπεμνήσαμεν ἅπαντας, ὥστε τῶν περὶ θρησκείας παύσασθαι διαλέξεων, ἐπειδήπερ οὐχ εἷς καὶ δεύτερος εὑρεῖν οἷός τε ἦν τὸ τοσοῦτον μυστήριον· E ὁπότε μάλιστα σὺν καμάτῳ μεγίστῳ καὶ μεγάλαις εὐχαῖς τοσοῦτοι ἅγιοι ἱερεῖς, εἰ μὴ Θεοῦ, καθάπερ πιστευτέον ἐστὶν, ἡγουμένου, φθάσαι πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ἀνίχνευσιν οὐκ ἂν ἐδυνήθησαν. πλὴν, ὡς ἔγνωμεν ἐναργεῖ λογισμῷ, τινὲς ἐν τῇ μανίᾳ τῆς αὐτῆς διαστροφῆς ἐμμένειν οὐ παύονται, καὶ περὶ θρησκείας δημοσίᾳ φιλονεικεῖν, συναγομένου τοῦ πλήθους, ὥστε τὰ θεῖα μυστήρια Ἰουδαίων τε καὶ Ἑλλήνων δημοσιεύειν ἐπ' ὄψεσι, καὶ ἐκπομπεύειν ἅπερ σέβειν ἄμεινον, ἢ ζητεῖν. ἐχρῆν τοιγαροῦν, τοὺς ἐν τῇ αὐτῇ τυγχάνοντας ἐπιμονῇ διὰ τῆς ὁρισθείσης ἤδη σωφρονισθῆναι κολάσεως· ὅπως ἂν ἡ τιμωρία διορθώσειεν, οὓς τῶν * προσταγμάτων τὸ σέβας ἐπανορθοῦν οὐ δεδύνηται.

* ἴσ.

* σε... πκῶν.

ἀλλὰ

L. ἀλλὰ τῷ ἔθει τῷ ἡμῶν ἀκολουθοῦντες ἐν τούτῳ, καὶ περὶ πάντων γινώσκοντες, ὡς τὸ θεῖον χαίρει τῷ εὐσεβεῖ, τὴν τῶν * ἐνόχων ὑπερθετέαν ἡγησάμεθα τιμωρίαν, διὰ τῆς δὲ τῆς ἐπαναληφθείσης κελεύσεως τῆς ἡμετέρας θεσπίζοντες, ὥστε εἰς τὸ ἑξῆς τῶν κεκωλυμένων πάντας ἀπέχεσθαι, καὶ μὴ συνάγειν ὀχλαγωγίαν τοὺς περὶ θρησκείας ἐρίζοντας· ἐπειδήπερ οἱ ἐν τῇ τοιαύτῃ διαστροφῇ καὶ ματαιότητι φωραθέντες, καὶ τὰς ὁρισθείσας ἤδη κολάσεις ἐκδέξονται, καὶ τῇ τῶν δικαστηρίων κινήσει, καθάπερ τοῖς εὐσεβέσι καιροῖς ἁρμόζει, τιμωρηθήσονται. χρὴ γὰρ ἕπεσθαι τῇ ἐν Καλχηδόνι συνόδῳ, ἐν ᾗ πάντων ἐπιμελῶς ζητηθέντων, ταῦτα διώρισαν, ἃ πρότερον αἱ τρεῖς μνημονευθεῖσαι σύνοδοι, αἱ τῇ τῶν ἀποστόλων ἀκολουθήσασαι πίστει, τὰ πᾶσι φυλακτέα παραδεδώκασιν. ἐδόθη πρὸ τριῶν εἰδῶν Μαρτίων ἐν Κωνσταντινουπόλει, ὑπατείᾳ Σφωρακίου, καὶ τοῦ δηλωθησομένου.

Verum in hoc secuti consuetudinem nostram, noscentes præ omnibus quod divinitas pietate lætetur, pœnam nocentium credidimus differendam, iterata hac sancientes nostræ clementiæ jussione, ut in futurum a prohibitis omnes abstineant, nec conventicula colligant super religione certantes: quia in hujusmodi perversitate & vanitate detecti, & statutas dudum suscipient pœnas, & judiciario motu, prout religiosis temporibus convenit, punientur. Oportet enim Calchedonensem synodum sequi, in qua omnibus diligenter quæsitis, ea definita sunt, quæ pridem tres prædicti cœtus, apostolicam fidem secuti, omnibus observanda tradiderunt. ' Datum ' tertio Idus Martii, Constantinopolis, Sporatio viro clarissimo, & qui fuerit nuntiatus, consulibus. "

' repetuntur in c. Boh. hæc duo verba: Civibus Constantinopolitanis.
' sexto
" Anno Christi 452.

Ἐγράφη Παλλαδίῳ ἐπάρχῳ τῶν κατὰ τὴν ἀνατολὴν πραιτωρίων, Οὐαλεντινιανῷ ἐπάρχῳ τῶν κατὰ τὸ Ἰλλυρικὸν πραιτωρίων, Τατιανῷ ἐπάρχῳ τῆς πόλεως, Βινκομάλῳ μαγίστρῳ τῶν θείων ὀφφικίων, καὶ ὑπάτῳ δεσιγνάτῳ.

Et eodem exemplo scriptum Palladio viro illustri ' prætori orientis, Valentiniano viro illustri prætori Illyrici, Tatiano viro illustri præfecto urbis, Vincomalo viro illustri magistro sacrorum officiorum, & consuli designato.

' præfecto
' præfecto prætoriorum

V. EPISTOLA LEONIS PAPÆ AD ANATOLIUM CONSTANTINOPOLITANORUM episcopum

Leo episcopus Anatolio episcopo.

MANIFESTATO, sicut optavimus, per gratiam Dei lumine euangelicæ veritatis, & ab universali ecclesia perniciosissimi erroris nocte depulsa, ineffabiliter gaudemus in domino, quod creditæ nobis dispensationis labor ad desideratum pervenit effectum, sicut etiam epistolæ tuæ textus eloquitur, ut secundum apostolicam doctrinam, *idipsum dicamus omnes, & non sint in nobis schismata; simus autem perfecti in eodem sensu & in eadem sententia.* In cujus operis devotione gratulamur dilectionem tuam esse consortem, ut & corrigendis tua prodesset industria, & ab omni te deviantium participatione & factione purgares. Decessore enim tuo beatæ memoriæ Flaviano propter defensionem catholicæ veritatis ejecto, non immerito credebatur, quod ordinatores tui contra sanctorum canonum constituta viderentur sui similem consecrasse. Sed adfuit misericordia Dei, in hoc te dirigens atque confirmans, ut malis principiis bene utereris, & non te judicio hominum, sed Dei provectum benignitate monstrares. Quod vere ita accipiendum est, si hanc divini muneris gratiam alia offensione non perdas. Virum enim catholicum, & præcipue domini sacerdotem, sicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate violari. Dicente quippe scriptura sancta: *Post concupiscentias tuas non eas, & a voluntate tua avertere*: multis mundi hujus illecebris, multis vanitatibus resistendum est, ut veræ continentiæ obtineatur integritas, cujus prima est labes superbia, initium transgressionis & origo peccati. quoniam mens potentiæ avida, nec abstinere novit a vetitis, nec gaudere concessis dum inordinato pravoque progressu, impunitarum transgressionum augentur excessus, & crebrescunt culpæ, quæ toleratæ sunt studio fidei reparandæ, & amore concordiæ. Post illa itaque ordinationis tuæ non inculpata principia, post consecrationem Antiocheni episcopi, quam tibimet contra canonicam regulam vindicasti, doleo etiam in hoc dilectionem tuam esse prolapsam, ut sacratissimas Nicænorum canonum constitutiones conareris infringere, tanquam opportune se tibi hoc tempus obtulerit, quo secundi honoris privilegium sedes Alexandrina perdiderit, & Antiochena ecclesia proprietatem tertiæ dignitatis amiserit; ut his locis juri tuo subditis, omnes metropolitani episcopi proprio honore priventur. Quibus inauditis, & nunquam ante tentatis, ita præveniris excessibus, ut sanctam synodum ad extinguendam solum hæresim & confirmationem fidei catholicæ studio Christianissimi principis congregatam, in occasionem ambitus trahas, & ut conniventiam suam tibi dedat, impellas: tamquam refutari nequeat, quod illicite voluerit multitudo, & illa Nicænorum canonum per sanctum vere Spiritum ordinata conditio in aliqua unquam sit parte solubilis. Nulla sibimet de multiplicatione congregationis synodalia concilia blandiantur, neque trecentis illis decem atque octo quantumlibet copiosior numerus sacerdotum vel comparare se audeat, vel præferre, cum tanto divinitus privilegio Nicæna sit synodus consecrata, ut sive per pauciores, sive per plures ecclesiastica judicia celebrentur, omni penitus auctoritate sit vacuum, quidquid ab illorum fuerit constitutione diversum. Nimis ergo hæc improba, nimis sunt prava, quæ sacratissimis canonibus inveniuntur esse contraria. In totius ecclesiæ perturbationem superba hæc tendit elatio, quæ ita abuti voluit concilio synodali, ut fratres in fidei tantummodo negotium convocatos, & definitione ejus causæ, quæ erat curanda, perfunctos, ad consentiendum sibi aut depravando traduceret, aut terrendo compelleret. Inde enim fratres nostri, ab apostolica sede directi, qui vice mea synodo præsidebant, probabiliter atque constanter illicitis ausibus obstiterunt, aperte reclamantes, ne contra statuta Nicænæ syno-

PARTIS TERTIAE CAP. VI.

synodi præsumptio reprobæ novitatis assurge- A ret. Nec potest de eorum contradictione dubitari, de quibus in epistola tua etiam ipse conatibus tuis voluerint obviare. In quo eos quidem multum mihi, hæc scribendo, commendas: sed temetipsum, quod eis parere nolueris, dum illicita moliris, accusas, superflue non concedenda appetens, & insalubriter contraria concupiscens, quæ nullum unquam potuerunt nostrum obtinere consensum. Rom. 12. Absit enim a conscientia mea, ut tam prava cupiditas meis studiis adjuvetur, ac non potius & meo, & omnium qui non alta sapiunt, sed humilibus consentiunt, opere subruatur. Sancti illi & venerabiles patres, qui in urbe Nicæna, B sacrilego Ario cum sua impietate damnato, mansuras usque in finem mundi leges ecclesiasticorum canonum condiderunt, & apud nos in toto orbe terrarum in suis constitutionibus vivunt, & si quid usquam aliter quam illi statuerunt, præsumitur, sine cunctatione cassatur, ut quæ ad perpetuam utilitatem generaliter instituta commutatione varientur; nec ad privatum trahantur commodum, quæ ad bonum sunt commune præfixa. Et manentibus terminis quos constituerunt patres, nemo in jus tendat alienum: sed intra fines pro- Prov. 22. prios atque legitimos, prout quis valuerit, in latitudine se caritatis exerceat. cujus satis uberes fructus Constantinopolitanus potest antistes acquirere, C si magis humilitatis virtute nitatur, quam si spiritu ambitionis infletur. Rom. 11. *Noli*, frater, *altum sapere, sed time*, & Christianissimorum principum piissimas aures improbis inquietare desiste: quibus certum habeo, modestia te magis quam elatione placiturum. Persuasioni enim tuæ in nullo penitus suffragatur quorumdam episcoporum ante sexaginta, ut jactas, annos facta subscriptio, nunquamque a prædecessoribus tuis ad apostolicæ sedis transmissa notitiam, cui ab initio sui caducæ, dudumque collapsæ, sera nunc & inutilia subjicere fulcimenta voluisti, eliciendo a fratribus speciem consensionis, quam tibi in suam D Matth. 18. injuriam verecundia fatigata præberet. Memento quid dominus ei qui unum de pusillis scandalizaverit, comminetur: & sapienter intellige, quale sit judicium Dei subiturus, qui tot sacerdotibus scandalum inferre non metuit. Fateor enim, ita me dilectione universæ fraternitatis obstringi, ut nemini prorsus in his quæ contra se poscit, assentiam: possisque evidenter agnoscere, me dilectioni tuæ benevolo animo contraire, ut saniore consilio ab universalis te ecclesiæ perturbatione contineas. Non convellantur provincialium jura primatuum, nec privilegiis antiquitus institutis metropolitani antistites fraudentur. Nihil Alexandrinæ sedi ejus, quam per sanctum Mar- E cum euangelistam beati Petri discipulum meruit, pereat dignitatis: nec Dioscoro impietatis suæ pertinacia corruente, splendor tantæ ecclesiæ tenebris obscuretur alienis. Act. 11. Antiochena quoque ecclesia, in qua primum prædicante beato apostolo Petro, Christianum nomen exortum est, in paternæ constitutionis ordine perseveret, & in gradu tertio collocata, nunquam se fiat inferior. Aliud enim sunt sedes; aliud præsidentes. Et magnus unicuique honor est integritas sua. Quæ cum in quibuslibet locis propria ornamenta non perdat, quanto magis in Constantinopolitanæ urbis magnificentia potest esse gloriosa, si per observantiam tuam, & defensionem paterni canonis, exemplum probitatis multi habeant sacerdotes? Hæc tibi scribens, in domino, hortor ac moneo, ut deposito ambitionis desiderio, spiritu potius ferveas caritatis, ejusque virtutibus, secundum doctrinam apostolicam, proficienter orneris. *Est enim patiens & benigna, & non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt.* Rom. 1. Cor. Vnde si caritas non quærit propria, quantum peccat qui concupiscit aliena? A quibus volo ut te prorsus abstineas, memorque sis ejus sententiæ quæ dicit: *Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam.* Apoc. Nam si inconcessa quæsieris, ipse te tuo opere atque judicio, universalis ecclesiæ pace privabis. Frater autem & coepiscopus noster Lucianus, & filius noster Basilius diaconus, quantum in ipsis fuit, studiose his quæ eis injunxeras, adfuere: sed actioni eorum justitia negavit affectum. Data XI. Kal. Iunii, Herculano viro clarissimo consule.

ANN. CHR. 451

VI. EPISTOLA EIVSDEM AD MARCIANVM AVGVSTVM.

Leo episcopus Romanæ & universalis ecclesiæ, Marciano Augusto.

MAGNO munere misericordiæ Dei, totius ecclesiæ catholicæ multiplicata sunt gaudia, cum sancto & glorioso clementiæ vestræ studio perniciosissimus error extinctus est, ut labor noster citius ad desideratum perveniret effectum, quem Deo serviens principatus vester & fide & potestate juvisset. Quia etsi in virtute Spiritus sancti inter quaslibet dissensiones per sedis apostolicæ famulatum euangelii erat defendenda libertas, manifestior tamen apparuit gratia Dei, quæ præstitit mundo, ut in victoria veritatis, auctores tantum violatæ fidei deperirent, & sua integritas ecclesiæ redderetur. Bellum igitur quod pacis nostræ inimicus excitaverat, adeo feliciter, dextera domini pugnante, confectum est, ut triumphante Christo, omnium sacerdotum esset una victoria; & coruscante lumine veritatis, erroris tenebræ cum suis assertoribus pellerentur. Nam sicut in ipsa domini resurrectione credenda, ad corroboranda initia fidei, multum securitatis accessit, quod quidam apostoli de corporea domini Iesu Christi veritate dubitarunt, & visu Ioan. atque contactu fixuras clavorum & vulnus lanceæ perscrutando, ambiguitatem cunctis, dum ambigunt, abstulerunt: ita nunc quoque dum aliquorum infidelitas confutatur, omnium hæsitantium corda firmata sunt; & profecit universis ad illuminationem, quod quibusdam intulit cæcitatem. In quo opere digne & juste exultat vestra clementia, quæ fideliter proprieque prospexit, ut orientalibus ecclesiis diabolicæ insidiæ non nocerent, sed ad propitiandum Deum efficaciora ubique offerrentur holocausta, quando per mediatorem Dei & hominum, hominem Christum Iesum, eadem 1. Tim. confessio plebium, eadem sacerdotum, eadem esset & regum, gloriosissime fili, & clementissime Auguste. His autem propter quæ tanta facta est congregatio sacerdotum, bono & optabili fine compositis, miror & doleo, quod pacem universalis ecclesiæ divinitus reformatam, ambitionis rursus spiritus inquietat.

Quamvis

Quamvis enim necessarie sibi frater meus Anatolius consuluisse videatur, ut ordinatorum suorum errorem deserens, in assensum catholicæ fidei salubri correctione transiret: custodire tamen debuit, ut quod * vestro beneficio noscitur consecutus, nullius cupiditatis pravitate turbaret. Nos enim vestræ fidei & interventionis habentes intuitum, cum secundum suæ consecrationis auctores ejus initia titubarent, benigniores circa ipsum quam justiores esse voluimus, quo perturbationes omnes quæ operante diabolo fuerant excitatæ, adhibitis remediis leniremus: quæ illum modestum magis quam immoderatum facere debuerunt. Qui etiam si præcipuis meritis, optimoque judicio legitime fuisset ac solenniter ordinatus; contra reverentiam tamen canonum paternorum, contra sancti Spiritus instituta, contra antiquitatis exempla, nullis posset suffragiis adjuvari. Apud Christianum & vere religiosum, vereque orthodoxum principem loquor: multum Anatolius episcopus proprio detrahit merito, si illicito crescere optat augmento. Habeat, sicut optamus, Constantinopolitana civitas gloriam suam, ac protegente dextera Dei, diuturno clementiæ vestræ fruatur imperio. Alia tamen ratio est rerum sæcularium, alia divinarum: nec præter illam petram quam dominus in fundamento posuit, stabilis erit ulla constructio. Propria perdit, qui indebita concupiscit. Satis sit prædicto, quod vestræ pietatis auxilio, & mei favoris assensu, episcopatum tantæ urbis obtinuit. Non dedignetur regiam civitatem, quam apostolicam non potest facere sedem; nec ullo speret modo, quod per aliorum possit offensiones augeri. Privilegia enim ecclesiarum, sanctorum patrum canonibus instituta, & venerabilis Nicænæ synodi fixa decretis, nulla possunt improbitate convelli, nulla novitate mutari. In quo opere auxiliante Christo fideliter exequendo, necesse est me perseverantem exhibere famulatum, quoniam dispensatio mihi credita est, & ad meum tendit reatum, si paternarum regulæ sanctionum, quæ in synodo Nicæna ad totius ecclesiæ regimen, spiritu Dei instruente, sunt conditæ, me (quod absit) connivente, violentur, & major sit apud me unius fratris voluntas, quam universæ domus domini communis utilitas. Et ideo sciens gloriosam clementiam vestram ecclesiasticæ studere concordiæ, & his quæ pacificæ congruunt unitati, piissimum præstare consensum precor, & sedula suggestione vos obsecro, ut ausus improbos, unitati Christianæ pacique contrarios, ab omni pietatis vestræ abdicetis assensu, & fratris mei Anatolii, nocituram ipsi, si perstiterit, cupiditatem salubriter comprimatis; ne ea quæ vestræ gloriæ atque temporibus inimica sunt, cupiens, major suis velit esse prioribus: liberumque illi sit quantis potuerit splendere virtutibus, quarum non aliter particeps erit, nisi caritate magis voluerit ornari, quam ambitione distendi. Hanc autem improbi desiderii conceptionem nunquam quidem debuit intra cordis sui recipere secretum: sed cum illi fratres & coepiscopi mei, qui vice mea aderant, obviarent, ab illicito appetitu, eorum saltem salubri contradictione, cessasset. Nam & vestræ pietatis apices, & ipsius scripta declarant, legatos sedis apostolicæ, sicut oportuit, contradictione justissima ei restitisse, ut inexcusabilior esset præsumptio, quæ se nec increpata cohiberet. Vnde quia convenit fidei vestræ vel gloriæ, ut sicut hæresis Deo per vos agente destructa est, ita etiam omnis ambitus retundatur: agite, quod & Christianæ est probitatis & regiæ, ut prædictus episcopus pareat patribus, consulat paci, neque sibi æstimet licuisse, quod Antiochenæ ecclesiæ sine ullo exemplo, contra statuta canonum, episcopum ordinare præsumpsit; quod nos amore reparandæ fidei, & pacis studio retractare cessavimus. Abstineat ergo ab ecclesiasticarum injuria regularum, & illicitos declinet excessus, ne se ab universali ecclesia, dum inimica paci tentat, abscindat. Quem opto magis irreprehensibiliter agentem diligere, quam in hac præsumptione, quæ illum ab omnibus separare poterit, perdurare. Frater autem & coepiscopus meus Lucianus, qui cum filio meo Basilio diacono clementiæ vestræ ad me scripta portavit, omni devotione partes susceptæ legationis implevit: qui non est æstimandus negotio defuisse, quem potius causa deseruit. Data XI. Kal. Iunii, Herculano viro clarissimo viro consule.

VII. EPISTOLA EIVSDEM LEONIS PAPÆ AD PVLCHERIAM AVGVSTAM.

Leo episcopus Pulcheriæ Augustæ.

SANCTIS & Deo placitis clementiæ vestræ studiis defensam contra hæreticos catholicam fidem, & universæ ecclesiæ redditam pacem, ineffabiliter cum vestra pietate gaudemus, gratias agentes misericordiæ omnipotentis Dei; quod exceptis his qui magis dilexerunt tenebras quam lucem, neminem passus est euangelica veritate fraudari, ut absterso erroris caligine, in omnium cordibus purissimum lumen oriretur, nec de infirmis quorumdam animis tenebrosus ille exultaret inimicus; quem non solum hi qui illæsi steterunt, sed etiam quos fecerat nutare, superaverunt; ut errore abolito, per totum mundum fides vera regnaret, & omnis lingua confiteatur, quoniam dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Confirmato autem in unitate euangelii universo mundo, & in eodem sensu directis cordibus omnium sacerdotum, optimum fuerat, supra illa, propter quæ sancta est synodus congregata, & quæ secundum pietatis vestræ studium probabili sunt fine conclusa, nihil quod tanto bono contrarium esset, inferri: nec per occasionem episcopalis concilii, id in commune appeti, quod non licuit concupisci. Frater enim & coepiscopus meus Anatolius parum consideravit, quanto pietatis vestræ beneficio, & mei favoris assensu Constantinopolitanæ ecclesiæ sacerdotium fuerit consecutus: & non tam de adeptis gravisus, quam de immodicis appetendis supra mensuram sui honoris accensus est, credens huic tam intemperanti cupiditati posse prodesse, quod ei quorumdam consensum præbuisse dicitur extorta subscriptio; cum tam destruendis mox conatibus contradictio fratrum & coepiscoporum meorum vicem meam agentium, fideliter & laudabiliter obviaret. Quoniam contra statuta paternorum canonum, quæ ante longissimæ ætatis annos in urbe Nicæna spiritualibus sunt fundata decretis, nihil cuiquam audere conceditur; ita ut si quis diversum aliquid decernere velit, se

Margin notes: vestro; 16.; Ioan. 3.; Phil. 2.

PARTIS TERTIÆ CAP. VIII.

se potius minuat, quam illa corrumpat: quæ si ut oportet, a cunctis pontificibus intemerata serventur, per universas ecclesias tranquilla erit pax & firma concordia, nullæ de mensuris harum dissensiones, nullæ de ordinationibus lites, nullæ de privilegiis ambiguitates, nulla erunt de alieni usurpatione certamina; sed ea quæ jure caritatis rationabilis est, & morum & officiorum servabitur unanimitas: & ille vere erit magnus, qui fuerit totius ambitionis alienus, dicente domino: *Quicumque voluerit inter vos major fieri, sit vester minister: & quicumque voluerit inter vos primus esse, erit vester servus. Sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare.* Et tamen hæc illis tunc insinuabantur, qui de pusillo volebant crescere, & de infimis ad summa transire. Constantinopolitanæ vero præsuli ecclesiæ (quia amplius quam assecutus est concupiscit) quid illi satisfaciet, si tantæ urbis magnificentia & claritudo non sufficit? Superbum nimis est & immoderatum, ultra fines proprios tendere, & antiquitate calcata, alienum jus velle præripere, atque ut unius crescat dignitas, tot metropolitanorum impugnare primatus, quietisque provinciis, & olim sanctæ synodi Nicænæ moderatione dispositis, bellum novæ perturbationis inferre; atque ut venerabilium patrum decreta solvantur, quorumdam episcoporum proferre consensum, cui tot annorum series negavit effectum. Nam sexagesimus fere annus hujus jactantiæ esse jactatur, qua se prædictus episcopus æstimat adjuvari, frustra cupiens id sibi prodesse, quod etiam si quisquam ausus est velle, nullus tamen potuit obtinere. Agnoscat cui successit viro: & repulso omni spiritu elationis, Flaviani modestiam, Flaviani humilitatem, quæ illum usque ad confessoris gloriam provexit, imitetur. Cujus si velit splendere virtutibus, laudabilis erit, & in omni loco plurimum dilectionis acquiret, non ambiendo humana, sed promerendo divina. Hæc autem observantia, unjuscujusque illi animum spondet copulandum, & eam apostolicæ sedis dilectionem, quam Constantinopolitanæ ecclesiæ semper impendimus, nulla mobilitate violandam: quia si interdum immoderati præsules aliquas incidunt culpas, ecclesiarum tamen Christi integra gratia perseverat. Consensiones vero episcoporum, sanctorum canonum apud Nicæam conditorum regulis repugnantes, unita nobiscum vestræ fidei pietate, in irritum mittimus, & per auctoritatem beati Petri apostoli, generali prorsus definitione cassamus; in omnibus ecclesiasticis his legibus obsequentes, quas ad pacificationem omnium sacerdotum per trecentos decem & octo antistites Spiritus sanctus instituit: ita ut etiam si multo plures aliud quam illi statuere, decernerent, in nulla reverentia sit habendum, quidquid fuerit a prædictorum constitutione diversum. Prolixitatem itaque epistolæ meæ, qua necesse habui explicare quid sentiam, rogo ut per fratrem & coepiscopum meum Lucianum, qui, quantum in ipso est, solicitudinem susceptæ legationis est fideliter executus, & per filium meum Basilium diaconum, pietas vestra dignanter accipiat. Et quia moris vestri est, pro pace & unitate ecclesiæ laborare, fratrem meum Anatolium episcopum ex vestra insinuatione dilectum, salubriter in his quæ ipsi profutura sunt, continete; ut gloria clementiæ vestræ sicut magnificatur de fide reparata, ita prædicetur de ambitione conpressa. Data XI. Kal. Iunii, Herculano viro clarissimo consule."

Matth. 20.

VIII. *Exemplar [1] epistolæ scriptæ ab imperatore Marciano Alexandrinis monachis, per Ioannem decurionem.*

IN nullo quolibet modo delinquere, proprium est Dei omnium, dominique cunctorum: sapientium autem virorum est, quando, cum sint homines, est eis impossibile non peccare, ut dum peccaverint, repente pœnitentiam agant, ut pœnitendo vitia corrigant. Nam permanere in peccatis, & * in eis exerceri, & festinare malo malum accumulare, omnino malignum & valde vesanum est. Quod aliquos Alexandriam, eique urbi vicina loca habitantes reverendissimos monachos passos esse cognovimus: & credentes non per simplicitatem morum hoc eos pertulisse, divinis literis usi sumus, declarantibus orthodoxam nostram fidem: & quia sancta catholicaque synodus quæ Calchedone facta est, circa apostolicam fidem nihil penitus innovavit; sed per omnia Athanasii, & Theophili, & Cyrilli, reverendæ memoriæ Alexandrinorum pontificum, secuta doctrinam, damnavit quidem Eutychis blasphemiam, nihil aliud sapientem, quam Apollinarii impiam doctrinam: abscidit autem & impietatem Nestorii. * Ab illo missus oppugnare sanctam & orthodoxam fidem, nihil se mali facere putavit, si Eutychis impietatem imitaretur, qui contra piam

* ea defendere,

Hæc non cohærent cum superioribus, & aliquid deesse videtur, tam in Græco, quàm in Latina interpretatione, quæ ab hoc loco usque ad finē desumpta est ex ms. cod. Vat.

Ἀντίτυπον θείων γραμμάτων τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως Μαρκιανοῦ, πεμφθέντων τοῖς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ μονάζουσιν.

*Iidem Auguſti * Palladio præfecto prætorii.* * *eiſdem præfectis.*

AMPLÆ omnipotenti Deo habendæ atque agendæ ſunt gratiæ, quod ſcelera nec latere prorſus, nec durare impunita permittit. Horum enim alterum lædendi habet plurimam facultatem: alterum peccandi ceteris præſtat exemplum. Curæ igitur eſſe divinitati hominum actus, & maxime reverentiam religionis, proxime in confirmanda catholica fide evidenter apparuit, cum Eutychem ſceleratorum dogmatum ſectatorem nec * latere, ut diu lateret, ſivit; nec patefacto ſcelere, paſſa eſt pœnam ſceleris evitare. * *latere diutius, ut latebat, ſivit;* Sententiis itaque divinis humaniſque damnatus, ſynodicum decretum, C ut merebatur, excepit, reus divinitati, cui faciebat injuriam; reus hominibus, quos decipere conabatur. Proxime etenim innumerabiles ex toto pene orbe beatiſſimi epiſcopi Calchedone congregati, improba prædicti Eutychis, una cum * ſynodo ejus cauſa habita, expulere commenta, ſecuti ſanctorum definita majorum, quæ vel apud Nicæam a trecentis decem & octo conſtituta ſunt, vel in hac poſtea alma urbe a centum quinquaginta ſunt epiſcopis decreta, vel apud Epheſum, cum Neſtorii eſt error excluſus, præſidentibus Cæleſtino Romanæ urbis, & Cyrillo Ale- * *errore ſynodi Epheſinæ ejus cauſa habitæ,* D xandrinæ civitatis, epiſcopis. Ea igitur quæ ſunt juxta priſtinam diſciplinam a reverenda ſynodo Calchedonenſi definita, illa fide qua Deum colimus, * per omnia ſervanda cenſuimus, atque cenſemus: * *perpetuo* quia valde conſequens eſt [" quingentorum viginti] ſacerdotum pura mente Deum colentium definita, quæ pro orthodoxorum fide ſacroſancta ſecundum patrum regulas proceſſerunt, ſumma cum veneratione ſervare. " *hæc etiam verba habentur in c. Boh.* Verum quoniam * principalis providentiæ eſt, omne malum inter initia opprimere, & ſerpentem morbum legum medicina reſecare: hac lege decerni- * *regiæ* E mus, eos qui Eutychetis decipiuntur errore, ad exemplum Apollinariſtarum, quos Eutyches ſecutus eſt, quoſque venerabiles parentum regulæ, id eſt, eccleſiaſtici canones & principum divorum ſacratiſſima ſcita condemnant, [nullum epiſcopum] nullum habere preſbyterum, nullos habere vel appellare clericos; ipſumque Eutychem nomine preſbyteri (quo & indignus & ſpoliatus eſt) in totum carere. Si qui autem contra definita noſtra epiſcopos, preſbyteros,

ceteroſque

PARTIS TERTIAE CAP. XII.

ceterosque clericos ausi fuerint creare, tam A * factos, quam facientes, vel præsumentes sibi clericorum gradum, bonorum amissione perculsos, exilio perpetuo præcipimus contineri. Coeundi, vel colligendi, vel congregandi monachos, aut ædificandi monasteria, jubemus nullam eos habere licentiam; locaque ipsa, in quæ forte convenire aliquando tentaverint, confiscari, si tamen domino loci sciente convenerint: quod si ignaro, actorem conductoremque loci fustibus cæsum, * deportationem subire censemus. Ipsos præterea nihil ex testamento cujusquam capere, nihil eis qui ejusdem erroris sunt, relinquere testamento, ad nullam B eos patimur adspirare militiam, nisi forte ad cohortalitiam, vel limitaneam. Si quis autem extra prædictam militiam inventus fuerit militare, vel quia ignorabatur ejus in religione perversitas, vel quia post adeptum cingulum ad hunc devenerit errorem: solutus militia, infidelitatis suæ fructum hunc habeat, ut optimorum hominum & palatii communione privetur, nec alibi quam in quo natus est vico vel civitate versetur. Quod si qui eorum in hac * alma urbe (quod credi nefas est) geniti sunt, tam hac civitate venerabili, quam sacratissimo comitatu, & omni excludantur metropolitana civitate. Et hæc quidem generaliter circa om- C nes constituimus, qui tali labe polluti sunt, vel polluentur. Eos autem qui antehac clerici orthodoxæ fidei fuere, & monachi qui * quondam Eutychis habitavere diversorium (neque enim monasterium dicendum est, quod religionis habuit inimicos) qui ad hoc usque insaniæ processerunt, ut relicto venerabilis religionis cultu, & synodico decreto, quod totius pene orbis Calchedone coadunati decrevere sacerdotes, infaustam Eutychetis sequantur assertionem: quia vera luce deserta, tenebras eligendas esse crediderunt, omnibus pœnis quæ vel hac, vel præcedentibus legibus adversus hæreticos definitæ sunt, jubemus teneri, imo extra D Romanum expelli solum, sicut præcedentes religiosissimæ constitutiones de Manichæis constituere: ne eorum venenatis fraudibus, sceleratisque commentis, innocentum & infirmorum animi decipiantur. Comperimus præterea quædam eos in contumeliam religionis & invidiam venerabilis synodicæ definitionis fuisse mentitos, conscriptisque libris & chartarum * tomis plura finxisse, quæ eorum insaniam adversus veram fidem aperte signarent: atque ideo præcipimus, ubicumque hujusmodi scripta fuerint, ignibus cremari. Eos vero qui vel scripserint, vel aliis legenda tradiderint docendi studio vel discendi, censemus cum E publicatione bonorum deportatione puniri. Docendi etenim hanc infaustam hæresim, sicut pridem edictis serenitatis nostræ continetur, omnibus adimimus facultatem: quia ultimo supplicio coercebitur, qui illicita docere tentaverit.

*ordinatos, quam ordinantes,

* Bonisque publicatis, Gr.

*felicissima

*in eodem cū Eutyche habitavere diversorio,

*plurium tomis ea finxisse,

ἢ καὶ λοιποὺς κληρικοὺς χειροτονῆσαι τολμήσαιεν, αὐτούς τε τοὺς χειροτονουμένους, καὶ τοὺς χειροτονοῦντας, ἢ περιποιοῦντας ἑαυτοῖς κατὰ περίληψιν τὸν βαθμὸν τὸν τῶν κληρικῶν, μετὰ τὸ καταδικασθῆναι τῇ τῶν ὑπαρχόντων ἀποβολῇ, καὶ ἐξορίᾳ διηνεκεῖ συνέχεσθαι προστάττομεν. τοῦ συνιέναι τε, ἤτοι συνάγεσθαι, ἢ μοναχοὺς συναθροίζειν, ἢ οἰκοδομεῖν μοναστήριον, οὐδεμίαν αὐτοὺς ἔχειν κελεύομεν ἄδειαν· καὶ αὐτοὺς δὲ τοὺς τόπους, εἰ πειραθεῖεν ἴσως ποτὲ συνιέναι, δημοσιεύεσθαι· ὅμως, εἰ τοῦ δεσπότου τοῦ τόπου ἐγνωκότος συνέλθοιεν· ὡς εἴ γε ἀγνοοῦντος, τὸν διοικητὴν, εἴτουν μισθωτὴν τοῦ τόπου, βασανισθέντα ῥάβδοις, μετὰ δημεύσεως ἐξορίαν ὑπεισιέναι θεσπίζομεν. πρὸς δὲ τούτοις, οὐδὲν αὐτοὺς ἐκ διαθήκης δέχεσθαι, οὐδὲ τοῖς ἐκ τῆς αὐτῆς πλάνης ὑπάρχουσι καταλιμπάνειν, ἀλλ' οὐδεμίαν μετιέναι στρατείαν ἀνεχόμεθα, εἰ μή τι ἄρα τὴν τῶν κορταλίνων, ἢ τῶν λιμιτανέων. εἰ δὲ καί τις ἐν ἑτέρᾳ παρὰ τὴν προειρημένην εὑρεθείη στρατείᾳ, ἢ διὰ τὸ ἠγνοῆσθαι αὐτοῦ τὴν ἐν τῇ θρησκείᾳ ἀναστροφὴν, ἢ καὶ διὰ τὸ μετὰ τὴν ζώνην εἰς ταύτην αὐτὸν ἐληλυθέναι τὴν πλάνην, τῆς στρατείας ἀφαιρεθεὶς, τοῦτον καρπὸν τῆς οἰκείας κακοδοξίας ἐχέτω, τὸ καὶ τῆς τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν καὶ τῆς τοῦ παλατίου στερίσκεσθαι μετουσίας, καὶ μήτε ἑτέρωθι, εἰ μὴ ἐν ᾗ ἐτέχθησαν κώμῃ ἢ πόλει, αὐτοὺς ἀναστρέφεσθαι. ὡς εἴ γε τινὲς τούτων ἐκ ταύτης ὁρμῶνται τῆς πανευδαίμονος πόλεως, ὃ πιστεύειν ἀθέμιτον, ἀπὸ ταύτης τῆς τε βασιλίδος πόλεως, καὶ τοῦ θείου κομιτάτου, καὶ πάσης ἐλαυνέσθωσαν μητροπόλεως. καὶ ταῦτα μὲν γενικῶς περὶ πάντων ὁρίζομεν τῶν κρατουμένων τῷ μιάσματι τούτῳ τοῦ νοσήματος, ἢ μελλόντων ἐνέχεσθαι. τοὺς μέντοιγε πρὸ τούτου κληρικοὺς ὄντας τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, καὶ μοναχοὺς, τοὺς τὸ αὐτὸ οἰκήσαντας Εὐτυχεῖ καταγώγιον. οὐδὲ γὰρ λέγειν προσήκει μοναστήριον, ὅπερ τοὺς τῆς εὐσεβείας εἶχεν ἐχθροὺς, τοὺς εἰς τοῦτο ἐλάσαντας μανίας, ὥστε καταλειφθείσης τῆς εὐσεβῶς προσκυνουμένης θρησκείας, καὶ τῆς συνοδικῆς κρίσεως, ἣν σχεδὸν ἐκ πάσης τῆς οἰκουμένης συναχθέντες ἐν Καλχηδόνι ὥρισαν ἱερεῖς, ἀκολουθῆσαι τοῖς φαύλοις διδάγμασιν Εὐτυχοῦς· ἐπειδήπερ τὸ ἀληθὲς φῶς καταλείψαντες, τὸ σκότος ἐπιλέξασθαι δεῖν ᾠήθησαν, πάσαις ταῖς τιμωρίαις, ταῖς καὶ τῷδε τῷ νόμῳ καὶ ταῖς * προηγουμέναις κατὰ τῶν αἱρετικῶν ὡρισμέναις, κατέχεσθαι κελεύομεν, καθάπερ αἱ πρότερον εὐσεβεῖς διατάξεις περὶ Μανιχαίων ἐτύπωσαν· ὅπως ἂν μὴ ταῖς τούτων πεφαρμαγμέναις ἀπάταις, καὶ τοῖς ἐναγεστάτοις σοφίσμασι, τῶν ἀκάκων καὶ ἀσθενεστέρων λογισμοὶ δελεάζωνται. πρὸς τούτοις ἔγνωμέν τινα ψεύδεσθαι εἰς ὕβριν τῆς εὐσεβείας τούτους, καὶ φθόνον τῶν ὡρισμένων βιβλίων τε καὶ τόμων ἐν χάρταις πάνυ πολλοῖς, ταῦτα πλάττειν, ἅπερ τὴν μανίαν αὐτῶν ὑπεναντίον τῆς ἀληθοῦς πίστεως σαφέστατα διελέγχει. καὶ διὰ τοῦτο προστάττομεν, ὅπου δ' ἂν εὑρεθῇ τὰ τοιάδε γράμματα, πυρὶ κατακαίεσθαι· τοὺς δὲ συγγραψαμένους, ἢ πρὸς ἀνάγνωσιν δεδωκότας ἑτέροις, σπουδῇ τοῦ μαθεῖν ἢ διδάξαι, θεσπίζομεν τῇ μετὰ δημεύσεως ἐξορίᾳ κολάζεσθαι. τοῦ δὲ διδάσκειν τὴν ἀσεβῆ ταύτην αἵρεσιν, καθάπερ ἤδη τοῖς ἐδίκτοις τῆς ἡμετέρας θειότητος περιέχεται, πάντων τὴν ἄδειαν περιαιροῦμεν, ὅτι γε δὴ διὰ τῆς ἐσχάτης κολασθήσεται τιμωρίας ὁ τὰ παράνομα διδάσκειν ἐπιχειρῶν·

ANNO CHRISTI 45[..]

* προ-

τοὺς

τοὺς δὲ σπουδάζοντας ἀκροᾶσθαι τῶν τῇ μυσαρᾷ διαλέξει χρωμένων, δέκα λιτρῶν χρυσοῦ τιμωρίᾳ καταπαύομεν. οὕτω γὰρ ἡ πρόφασις ἡ τῆς πλάνης ὑφελκυσθήσεται, εἰ τῶν ἁμαρτημάτων ἐλλείψει καὶ ἀκροατὴς καὶ διδάσκαλος. ἡ τοίνυν λαμπροτάτη τοιγαροῦν καὶ μεγαλοφυὴς αὐθεντία σου, προτεθέντων ἐδίκτων, πᾶσιν, ἃ προσετάξαμεν, γνώριμα ποιησάτω· εἰδότων τῶν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἀρχόντων, καὶ τῶν τάξεων τούτων, καὶ τῶν ἐκδικούντων τὰς πόλεις, ὡς εἴ γε τὰ καθαρᾷ πίστει καὶ ἁγίᾳ προθέσει φυλαχθῆναι παρ' ἡμῶν διατεθέντα, ἢ ῥᾳθυμίας ἀξιώσωσιν, ἢ συγχωρήσωσι παραβαίνεσθαι, ἕκαστος ἀνὰ δέκα λιτρῶν προστίμῳ χρυσοῦ βαλλόμενος, ὡσανεὶ προδόται τῆς εὐσεβείας καὶ τῶν νόμων, καὶ περὶ αὐτὴν ἔσονται κάμνοντες τὴν ὑπόληψιν. Ἐδόθη δὲ πρὸ πέντε καλανδῶν Αὐγούστων ἐν Κωνσταντινουπόλει, ὑπατείας Σφωρακίου τοῦ λαμπροτάτου, καὶ τοῦ δηλωθησομένου.

Καὶ ὡσαύτως ἐγράφη Οὐαλεντινιανῷ ἐπάρχῳ τοῦ Ἰλλυρικοῦ, καὶ Τατιανῷ ἐπάρχῳ πόλεως, καὶ Βιγκομάλῳ μαγίστρῳ καὶ ὑπάτῳ δεσιγνάτῳ.

Ἀντίτυπον βασιλικοῦ γράμματος γραφέντος Βάσσῃ ἡγουμένῃ ἀσκητηρίου ἐν Αἰλίᾳ, παρὰ τῆς εὐσεβεστάτης καὶ φιλοχρίστου Αὐγούστης Πουλχερίας.

ΤΗΝ τῆς ἡμετέρας γαληνότητος περὶ τὴν εὐαγῆ καὶ ὀρθόδοξον πίστιν σπουδήν τε καὶ προθυμίαν, καὶ ὅπως αὐτὴν διὰ πάντων αὔξειν τε καὶ συγκροτεῖσθαι σπουδάζομεν, οὐδενὶ μὲν ἀμφίβολον εἶναι νομίζομεν· πλέον δὲ πάντων ἀκριβῶς ἐπίστασθαι τὴν σὴν εὐλάβειαν τεθαῤῥήκαμεν. ἐπειδὴ δὲ ἀνεφάνη ἐν τοῖς νῦν καιροῖς ὁ τῆς Σίμωνος πλάνης, μᾶλλον δὲ τοῦ Ἀντιχρίστου πρόδρομος Θεοδόσιος· ὃς ὅπως μὲν διέθηκε τὴν Αἰλιέων πόλιν, καὶ τὰς ἐν τῇ Παλαιστίνῃ ἁγιωτάτας ἐκκλησίας ἐτάραξε, μυρία δεινὰ κατά τε τῶν θείων καὶ τῶν ἀνθρωπίνων δικαίων διαπραξάμενος, συκοφαντῶν τε τὴν ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν ἐν Καλχηδόνι συγκροτηθεῖσαν σύνοδον, ὡς τὸ σύμβολον τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων πατέρων παρασαλεύσασαν, καὶ δύο υἱοὺς, καὶ δύο Χριστοὺς, καὶ δύο πρόσωπα προσκυνεῖσθαι δογματίσασαν, οὐδὲ τὴν ὑμετέραν λέληθεν εὐλάβειαν· ἀναγκαῖον ἡγήσατο ἡ ἡμετέρα εὐσέβεια, διὰ τῶν περὶ τούτου καταπεμφθεισῶν θείων ἡμῶν συλλαβῶν ἐλέγξαι μὲν τὰς τοῦ μνημονευθέντος μυσαροῦ ἀνδρὸς ψευδολογίας, τὴν δὲ ἡμετέραν ἐκ προγόνων ἡμῖν παραδοθεῖσαν φανερῶσαι πίστιν, καὶ ὅτι κατὰ τὸ σύμβολον τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ πιστεύομεν· ὅπερ καὶ ἡ ἐν Καλχηδόνι ἁγία σύνοδος, μηδὲν τούτῳ προσθεῖσα, μήτε μὴν αὐτὸ μειώσασα, ἐβεβαίωσε. καὶ διὰ τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ δεσπότου ἡμῶν καὶ σωτῆρος Χριστοῦ, γνόντες οἱ τὴν Αἰλιέων πόλιν οἰκοῦντες τήν τε τῆς ἐμῆς γαληνότητος, καὶ τοῦ εὐλαβεστάτου δεσπότου τῆς οἰκουμένης καὶ ὁμοζύγου τῆς ἐμῆς θειότητος, ἀληθῆ καὶ ὀρθόδοξον πίστιν, ταύτῃ τε προσέδραμον, καὶ διαφόροις εὐφημίαις τὸν δεσπότην ἡμῶν καὶ σωτῆρα Ἰησοῦν Χριστὸν, τήν τε ἡμετέραν ἀνύμνησαν βασιλείαν, καὶ συγγνώμην ἐπὶ τοῖς προλαβοῦσιν αὐτῶν ᾐτήσαντο πταίσμασι. καὶ περὶ μὲν αὐτῶν ὁ θειότατος καὶ εὐλαβέστατος δεσπότης καὶ ὁμόζυγος τῆς ἐμῆς γαληνότητος,

A Eos vero qui discendi studio audierint scelerata disserentem, decem librarum auri mulcta compescimus. Ita enim materia subtrahetur erroris, si peccatorum & doctor defuerit & auditor, [Palladi ' parens carissime.] Illustris itaque & magnifica auctoritas tua, edictis propositis, omnibus faciat nota quæ jussimus: cognoscentibus moderatoribus provinciarum, eorumq; officiis, defensoribus etiam civitatum, quod si ea quæ ' pura fide & sancto proposito custodienda censuimus, aut neglexerint, aut permiserint, temerari, singuli denarum librarum auri mulcta perculsi, ut religionis legumque
B proditores, etiam de existimatione laborabunt. Datum ' v. Kal. Augusti Constantinopoli, Sporatio viro clarissimo, & qui fuerit nuntiatus, consulibus."

' *Eodem exemplo scripta Valentiniano viro illustri, præfecto Illyrici, & Tatiano præfecto urbis, & Vincomalo magistro officiorum & consuli designato.*

PARTIS TERTIAE CAP. XIII.

' desunt in c. Bohie.. ut in textu Græco

' mera

' xv.

" Anno Christi 452

' Legi eodem &c. *inquit Rusticus in c. Bob.*

XIII. *Exemplum regiarum literarum scriptarum ad Bassam præfectam monasterii in Ælia, a piissima & Christi amante Augusta Pulcheria.*

C SERENITATIS nostræ studium, animumque in sanctam & orthodoxam fidem, & quomodo eam usquequaque amplificari & celebrari studemus, nemini dubium esse arbitramur: maxime vero omnium id nosse certo tuam reverentiam confidimus. Sed quoniam his temporibus extitit Simonis erroris imitator, vel potius antichristi præcursor Theodosius: qui quemadmodum affecerit Æliensium civitatem, Palæstinæque' sanctissimas ecclesias turbaverit, contra divina & humana jura perpetrans innumerabilia mala, & calumnians sanctam & universalem Calchedone collectam
D synodum, quasi symbolum trecentorum decem & octo sanctorum patrum commoverit, & labefactarit, & duos filios, duosque Christos, ac duas personas adorari oportere docuerit, nec reverentiam tuam latet: necessarium duxit pietas nostra, per sacras nostras literas antea missas redarguere memorati nefarii viri mendacia, nostramque fidem nobis a majoribus traditam declarare, & quod juxta symbolum trecentorum decem & octo patrum credimus; quod quidem sancta synodus Calchedone habita, nihil vel addens vel imminuens, confirmavit. Cum vero benignitate atque hu-
E manitate domini nostri & salvatoris Christi, ii qui Æliensium urbem incolunt, cognovissent meæ serenitatis, & religiosissimi domini orbis terræ & conjugis majestatis meæ, veram & orthodoxam fidem, ad eam accurrerunt, multisque laudibus dominum nostrum & salvatorem Iesum Christum ac nostram potestatem celebrarunt, veniamque delictorum quæ ante commiserant, orarunt. Ac de illis quidem sacratissimus & piissimus dominus & conjux meæ serenitatis,

PARTIS TERTIAE CAP. XIV.

ſolita uſus humanitate, eum typum dedit, qui ipſius pietatem deceat. Noſtra autem ſerenitas conſiderans præfati ſceleſti ac nefarii Theodoſii calumnias, metuenſque ne quas e religioſis feminis ſimpliciores circumſcripſerit, ſuiſque præſtigiis & fallaciis eas valuerit a veritate abducere, volenſque undique delere memorati ſceleſti hominis convictam impietatem: idcirco has ad vos ſacras noſtras literas dirigimus, quibus fidem nobis uſque a patribus traditam declaramus, eamque volumus omnibus Deo conſecratis feminis per vos manifeſtam eſſe: quod nos fidem ſecundum expoſitum ſymbolum a trecentis decem & octo ſanctis patribus ſervamus; deteſtamur vero Photini, & Apollinarii, & Valentini, & Neſtorii impietatem; ad hæc vero & novellam improbamque Eutychis ſententiam: & credimus dominum & ſalvatorem noſtrum Ieſum Chriſtum de Spiritu ſancto & Maria virgine deipara natum eſſe; confitentes unum & eumdem Filium Ieſum, Deum perfectum, & hominem perfectum eumdem; Deum vere, & hominem vere, eumdem; nulloque modo diviſum, aut ſeparatum, aut converſum ſalvatorem Chriſtum ſemper adoramus: in hac fide ſine fluctuatione perſeverare optantes, & anathematizantes eos qui dicunt duos filios, aut duos Chriſtos, aut duas perſonas; vel qui dixerunt, aut ſcripſerunt, aut dicere audent. Quam quidem ſanctam & orthodoxam fidem univerſalis etiam ſynodus quæ proxime Calchedone habita fuit, confirmavit: nullamque vel additionem vel detractionem fecit in expoſito ſancto ſymbolo a trecentis octodecim ſanctis patribus, ac ſolius Eutychis perverſam opinionem condemnavit ſuffragio ſanctis patribus concinente. Quamobrem reverentia tua, cognita ſerenitatis noſtræ vera & orthodoxa fide, orare pro nobis ac noſtro imperio aſſidue ſtudeat.

A τῇ συνήθει αὐτοῦ φιλανθρωπίᾳ κεχρημένος, τύπον δέδωκε τὸν τῇ αὐτοῦ πρέποντα εὐσεβείᾳ. ἡ δὲ ἡμετέρα γαληνότης λογιζομένη τὰς Θεοδοσίου τοῦ προλεχθέντος μυσαροῦ καὶ ἀνοσίου συκοφαντίας, μὴ καί τινων εὐλαβεστάτων γυναικῶν τὰς ἁπλουστέρας ἠπάτησε, καὶ ταῖς αὐτοῦ μαγγανείαις τε καὶ ψευδολογίαις ἀπαγαγεῖν ταύτας τῆς ἀληθείας ἴσχυσε, πανταχόθεν τε βουλομένη τὴν τοῦ μνημονευθέντος μυσαροῦ ἀπελεγχθεῖσαν ἐξαλεῖψαι δυσσέβειαν, τούτου ἕνεκα τάδε πρὸς ὑμᾶς τὰ θεῖα ἡμῶν καταπέμπομεν γράμματα, δι' ὧν τήν τε ἐκ πατέρων ἡμῶν παραδοθεῖσαν ἡμῖν φανεροῦμεν πίστιν, πάσαις δὲ ταῖς τῷ Θεῷ ἀνακειμέναις γυναιξὶ δήλην ταύτην δι' ὑμῶν γενέσθαι βουλόμεθα· ὅτι περ ἡμεῖς τὴν μὲν πίστιν κατὰ τὸ ἐκτεθὲν B σύμβολον παρὰ τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων πατέρων φυλάττομεν, βδελυσσόμεθα δὲ τὴν Φωτεινοῦ, καὶ Ἀπολιναρίου, καὶ Βαλεντίνου, καὶ Νεστορίου δυσσέβειαν, καὶ πρὸς τούτοις, τὴν νεαρὰν Εὐτυχοῦς κακοδοξίαν· καὶ πιστεύομεν τὸν δεσπότην καὶ σωτῆρα ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς παρθένου τῆς θεοτόκου τετέχθαι· ὁμολογοῦντες ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν υἱὸν Ἰησοῦν, Θεὸν τέλειον καὶ ἄνθρωπον τέλειον τὸν αὐτόν· Θεὸν ἀληθῶς, καὶ ἄνθρωπον ἀληθῶς τὸν αὐτόν· οὐδενὶ τρόπῳ μεριζόμενον, ἢ χωριζόμενον, ἢ τρεπόμενον D τὸν σωτῆρα Χριστὸν προσκυνοῦμεν διαπαντός· ἐν ταύτῃ τῇ πίστει ἀσαλεύτως διαμένειν εὐχόμενοι, καὶ ἀναθεματίζοντες τοὺς λέγοντας δύο υἱούς, ἢ δύο Χριστούς, ἢ δύο πρόσωπα, ἢ εἰπόντας, ἢ γράψαντας, ἢ καὶ λέγειν τολμῶντας. ἣν τινα ἁγίαν καὶ ὀρθόδοξον πίστιν καὶ ἡ ἐν Καλχηδόνι ἔναγχος οἰκουμενικὴ συγκροτηθεῖσα σύνοδος ἐβεβαίωσε· μηδεμίαν προσθήκην ἢ μείωσιν ἐν τῷ ἐκτεθέντι ἁγίῳ συμβόλῳ παρὰ τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων πατέρων ποιήσασα, τὴν Εὐτυχοῦς μόνου κακοδοξίαν συμφώνῳ τοῖς ἁγίοις πατράσι ψήφῳ καταδικάσασα. μαθοῦσα τοίνυν ἡ σὴ εὐλάβεια τὴν τῆς ἡμετέρας γαληνότητος ἀληθῆ καὶ ὀρθόδοξον πίστιν, εὔχεσθαι ὑπὲρ ἡμῶν καὶ τῆς ἡμετέρας βασιλείας ἐκτενέστερον σπουδαζέτω.

C

XIV. *Exemplum ſacrarum literarum ſcriptarum archimandritis & reliquis monachis in Ælia & circa eam habitantibus, a ſacratiſſima domina noſtra Pulcheria perpetua Auguſta.*

Ἀντίτυπον θείων γραμμάτων γραφέντων ἀρχιμανδρίταις καὶ λοιποῖς ἐν Αἰλίᾳ καὶ τοῖς περὶ αὐτὴν οἰκοῦσι μοναχοῖς, παρὰ τῆς θειοτάτης δεσποίνης ἡμῶν Πουλχερίας τῆς αἰωνίας Αὐγούστης.

PRECES equidem quas ad noſtram direxiſtis pietatem, indicium veſtri erroris oſtendunt. Sacratiſſimus autem & manſuetiſſimus imperator, noſtræ tranquillitatis conjux, & noſtra ſerenitas, pietatem omnibus rebus præponere judicavimus, & clementiam nobis inſitam amplectimur. Quæ autem ejus pietas, veſtras E ſupplicationes agnoſcens, vobis ſcripſerit, literæ divinitatis ejus oſtendunt, quas vobis multis precibus Iuvenalis ſanctiſſimi epiſcopi ejus exorata tranquillitas deſtinavit. Noſtra vero ſerenitas culpat equidem ea quæ dudum a vobis adverſus venerabilem religionem, communemque diſciplinam præſumpta ſunt, agentibus illa quæ ſunt inſtituto & profeſſioni monachorum valde contraria. Monet autem divinis ſyllabis,

Αἱ μὲν δεήσεις, ἃς ἀπεστείλατε πρὸς τὴν ἡμετέραν εὐσέβειαν, ἔλεγχον τῆς ὑμετέρας φέρουσι πλάνης. ὁ δὲ θειότατος καὶ ἡμερώτατος βασιλεύς, ὁμόζυγος τῆς ἐμῆς γαληνότητος, καὶ ἡ ἡμετέρα θειότης, τὴν μὲν εὐσέβειαν προτιμᾷν ἐγνώκαμεν πάντων, τὴν δὲ φιλανθρωπίαν, ἔμφυτον οὖσαν ἡμῖν, ἀσπαζόμεθα. καὶ οἷα μὲν ἡ αὐτοῦ γαληνότης, ἐντυχοῦσα ταῖς ἱκετηρίαις, ἀπέστειλεν ὑμῖν, τὰ τῆς αὐτοῦ θειότητος σημαίνει γράμματα, ἃ ταῖς πολλαῖς ἱκεσίαις τοῦ Ἰουβεναλίου τοῦ ὁσιωτάτου ἐπισκόπου δυσωπηθεῖσα ἡ αὐτοῦ γαληνότης πρὸς ὑμᾶς ἀντέγραψε. τὸ δὲ ἡμέτερον κράτος μέμφεται μὲν τοῖς ἐν τῷ παρελθόντι χρόνῳ κατὰ τῆς εὐαγοῦς θρησκείας καὶ τῆς κοινῆς εὐταξίας τολμηθεῖσι παρ' ὑμῶν, ἐναντία διαπραττομένων τοῦ τῶν μοναχῶν ἐπαγγέλματος· παραινεῖ δὲ ταῖς θείαις συλλαβαῖς,

ὀψὲ γοῦν ποτε πρὸς μεταμέλον* ὑμῶν τῶν γενομένων ἀποδόντας, πᾶσαν τῶν ὑμετέρων ψυχῶν ἀπώσασθαι πλάνην, ἐπιγνῶναι δὲ τῆς πίστεως τὴν ἀλήθειαν, ἣν ἐκ προγόνων λαβοῦσα, εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον ἡ ἡμετέρα φυλάττει εὐσέβεια, ὡς μὲν ἐδίδαξαν οἱ τῆς ὁσίας μνήμης τριακόσιοι δέκα καὶ ὀκτὼ ἅγιοι πατέρες, ἀναντιῤῥήτως πιστεύουσα· τὴν Νεστορίου δὲ δυσσέβειαν ἀπελαθεῖσαν παρὰ τῆς κατ' Ἔφεσον ἁγίας συνόδου, ἧς Κελεστῖνος καὶ Κύριλλος οἱ τῆς εὐλαβοῦς μνήμης προεβέβληντο, ὡς θεομάχον δικαίως ἀποστρεφομένη· μισήσασα δὲ ἀναγκαίως καὶ τὴν Εὐτυχοῦς κατὰ τῆς ὀρθοδοξίας ἐπανάστασιν· ὃς ταῖς Βαλεντίνου καὶ Ἀπολιναρίου κατὰ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως διδασκαλίαις ὁδηγηθεὶς, τὴν ἀληθῆ θρησκείαν διαταράττειν ἐσπούδασεν. ἑπομένη δὲ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τῇ κατὰ τὴν Καλχηδονέων ἔναγχος συγκροτηθείσῃ, ἐφ' οἷς ἑρμηνείᾳ συμφώνῳ τὸ σύμβολον τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων πατέρων ἐβεβαίωσε, πιστεύει τὸν δεσπότην ἡμῶν καὶ σωτῆρα Χριστὸν ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς παρθένου τῆς θεοτόκου τετέχθαι, διδαχθεῖσα νοεῖν τὴν φύσιν ἀλήθειαν εἶναι, καὶ τὸν δεσπότην ἡμῶν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, Θεὸν ἀληθῶς καὶ ἄνθρωπον ἀληθῶς τὸν αὐτόν. οὕτω γὰρ καὶ ὁ ἁγιώτατος Παῦλος ὁ ἀπόστολος διδάσκει ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας ἐπιστολῇ ῥήμασι τούτοις· ἀλλὰ τότε μὲν οὐκ εἰδότες Θεὸν, ἐδουλεύσατε τοῖς φύσει μὴ οὖσι θεοῖς· τουτέστιν, ἀγνοοῦντες τὸν ἀληθῶς Θεὸν, τοῖς μὴ ἀλήθειαν οὖσι θεοῖς ἐδούλευσαν. τούτοις γὰρ ἡμᾶς σαφῶς διδάσκει τοῖς ῥήμασι, τὴν φύσιν ἀλήθειαν νοεῖν. μάτην δὲ τὰς ὑμετέρας ἔπληξε ψυχὰς ψευδὴς ὑπόνοια. εἶτα δὴ τῆς ἐν Καλχηδόνι συγκροτηθείσης ἁγιωτάτης συνόδου διδαξάσης, ἢ τῆς ἡμετέρας γαληνότητος πιστευσάσης, δύο υἱοὺς, ἢ δύο Χριστοὺς διὰ τῶν δύο φύσεων νοεῖσθαι. ἔχει δὲ οὐχ οὕτως ἡ ἀλήθεια. ἀπαγορεύοντες γὰρ, ἀναθεματίζομεν τοὺς τοῦτο γράψαντας, ἢ εἰπόντας, ἢ καὶ λέγειν τολμῶντας. τὸ δὲ ἡμέτερον κράτος ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν υἱὸν Ἰησοῦν Χριστὸν Θεὸν τέλειον, καὶ ἄνθρωπον τέλειον τὸν αὐτὸν, Θεὸν ἀληθῶς καὶ ἄνθρωπον ἀληθῶς τὸν αὐτὸν, οὐδενὶ τρόπῳ μεριζόμενον, ἢ τρεπόμενον, τὸν σωτῆρα Χριστὸν ὁμολογεῖ διαπαντὸς, ἐν ταύτῃ τῇ πίστει διαμένειν ἀσαλεύτως εὐχόμενον. διδαχθέντες τοίνυν τὸ ἁπλοῦν καὶ ἀληθὲς τῆς ἡμετέρας πίστεως, ὅπερ φυλάττειν σπουδάζομεν κατὰ τὴν τῶν ἁγίων πατέρων ἀληθεστάτην παράδοσιν· εἰδότες δὲ καὶ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν, καὶ τὸν φιλάνθρωπον σκοπὸν τοῦ γαληνοτάτου δεσπότου τῆς οἰκουμένης, καὶ ὁμοζύγου τῆς ἐμῆς εὐσεβείας, καὶ τοῖς πράγμασι πεισθέντες, δι' ὧν μόνῃ τῇ πρὸς τὸ κρεῖττον εὐσεβείᾳ τοὺς οὕτω δυσσεβῆ καὶ παράνομα τετολμηκότας δίκαις ὑποβαλεῖν ταῖς ἀξίαις ἀνεβάλετο· καὶ τῆς εἰς τὸν ἑξῆς δὲ χρόνον τιμῆς καὶ συγκροτήσεως παρ' ἡμῶν πειραθήσεσθαι προσδοκῶντες, τοῦ λοιποῦ γοῦν πᾶσαν ἀμφισβήτησιν τῶν ὑμετέρων ψυχῶν ἀνέλετε, τοῖς τε μοναστηρίοις προσκαρτεροῦντες, καὶ τὸν μονήρη βίον εὐλαβῶς μετιόντες, τῆς ὀρθῆς πίστεως καὶ τῆς ἑνώσεως τῶν ἐκκλησιῶν μηδόλως χωριζόμενοι· ὡς ἂν μή τις ὑμῖν ὅπερ οὐκ ἐλπίζει τὸ ἡμέτερον κράτος αἱρέσεως* ὀνόματι ἀληθείᾳ πολεμούσης ἐπιγράψῃ. γινώσκετε δὲ, ὡς ἡ αὐτῆς γαληνότης θείοις γράμμασι πρὸς Δωρόθεον τὸν περίβλεπτον κόμητα,

A ut licet tarde, tamen ad meliora respicientes, omnem vestrarum animarum abjiciatis errorem, & veritatem fidei cognoscatis; quam a progenitoribus suscipiens nostra pietas, universo tempore conservat, sicut tradiderunt sanctæ memoriæ trecenti decem & octo venerabiles patres, sine contradictione credens; & Nestorii impietatem expulsam ab Ephesino sancto concilio, cui Cælestinus & Cyrillus reverendæ memoriæ præsidebant, tamquam inimicam Dei justissime respuit, ac necessarie odio habet Eutychis * resultationem contra rectam doctrinam: qui Valentini & Apollinaris adversus fidem orthodoxam dogmatibus eruditus, religionem veram studuit conturbare. B Sequitur autem sanctum concilium, quod nuper Calchedone congregatum est, * quando interpretatione consona trecentorum decem & octo patrum symbolum confirmavit; & credit dominum nostrum & salvatorem Christum ex Spiritu sancto & Maria virgine natum, erudita intelligere naturam esse veritatem, & dominum nostrum Iesum Christum Deum vere & hominem vere eumdem. Sic enim & sanctissimus Paulus apostolus docet in epistola ad Galatas, his verbis loquens: *Sed tunc quidem nescientes Deum, servistis natura non existentibus diis*: hoc est, nescientes eum qui vere Deus est, his qui vere dii non sunt, * C servistis. His itaque verbis clare nos docet naturam intelligere veritatem. Frustra vero vestras animas falsa percussit opinio, quasi sancta Calchedonensis synodus congregata docuerit, aut tranquillitas nostra crediderit duos filios, aut duos Christos per duas naturas intelligendos; sed non ita veritas habet. Nos enim abdicantes hoc, anathematizamus eos qui hoc dixerunt, aut scripserunt, aut dicere forsasse præsumunt. Nostra namque potestas unum eumdemque Filium Iesum Christum Deum perfectum, & hominem perfectum eumdem, nullo modo divisum vel mutatum, D salvatorem Christum confitetur: semperque in ea fide optamus inconcusse persistere. Agnoscentes igitur simplicitatem veritatemque nostræ fidei, quam custodire studemus secundum sanctorum patrum veram traditionem: scientes etiam orthodoxam fidem & clementissimam intentionem tranquillissimi rerum domini, & pietatis meæ conjugis, & rebus ipsis credentes, per quas solum pietatem in Deum respiciens, eos qui sic peccare præsumpserunt, digna ultione castigare distulit: * in futuro tempore honore, nostrisque beneficiis cumulari sperantes, de cetero cunctam dubitationem ab animis vestris auferte, & in vestris mona- E steriis perdurantes, & solitariam vitam * reverenter agentes, a recta fide & veritate ecclesiarum vos nolite sejungere; ne (quod non sperat nostra clementia) tamquam veritatis impugnatoribus nomen adscribatur hæreseos. Scitote etiam, quia tranquillitas ejus, divinis literis ad Dorotheum comitem destinatis, jussit

* rebellionem

* in eo quod interpretatione

Galat. 4.

* servierunt.

* posthac honore atque favore cumulari

* religiose

* unitate &c.

PARTIS TERTIAE CAP. XV.

ANNO CHRISTI 451.

jussit subtilissimam inquisitionem fieri de subreptione rerum, quæ a Samaritis * dicuntur esse præsumpta: & quæcumque direpta monstrantur, ea sanctissimis ecclesiis, & qui ea perdiderunt, ab eis reddi sancivit; utque raptarum rerum auctores pœnas debeant legitimas sustinere. Monasteria vero & habitacula vestra ab importunitate militum, ejusdem viri solicitudine libera, & sine molestia conservari præcepit. Credit enim nobiscum ejus tranquillitas quia per hanc providentiam atque exhortationem, & priorum vos actuum pœnitebit, & * catholicæ ecclesiæ concordi fide possitis uniri in pace & unanimitate, orthodoxa religione servata. *Et alia manu.* Deus vos custodiat multis annis, reverendissimi.

* dicitur

* catholica ecclesia cõcordi fide unietur in pace

ἐκέλευσεν, ἀκριβῆ ζήτησιν προστεθῆναι περὶ τῆς τῶν πραγμάτων ἁρπαγῆς, τῆς λεγομένης παρὰ τῶν Σαμαρειτῶν τετολμῆσθαι. καὶ ὅσα μὲν ἂν ἐπιδειχθείη ληφθέντα, ταῦτα ταῖς τε ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις, καὶ τοῖς ἀπολέσασι, παρ' αὐτῶν ἀποδοθῆναι ἐθέσπισεν· ὑποσχεῖν δὲ τοὺς διαρπασαμένους αἰτίους τὰς ἐκ τῶν νόμων εὐθύνας· τὰ δὲ μοναστήρια καὶ τὰ οἰκήματα ὑμῶν τῆς παρὰ τῶν στρατιωτῶν ὀχλήσεως, φροντίδι τοῦ αὐτοῦ ἀνδρὸς, ἐλεύθερα φυλαχθῆναι προσέταξε. πιστεύει γὰρ ἅμα ἡμῖν τὸ * αὐτῶν κράτος, ὡς διὰ τῆς τοιαύτης προνοίας καὶ προτροπῆς, τῶν τε πρότερον ὑμῖν πεπραγμένων μεταμελήσει, καὶ τὰ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἑνωθήσεται συμφώνῳ πίστει, ἐν εἰρήνῃ καὶ ὁμονοίᾳ τῆς ὀρθοδόξου θρησκείας φυλαττομένης.

* αὐτοῦ

XV. *Exemplum sacrarum literarum piissimi imperatoris Marciani ad sanctam synodum in Palæstina congregatam.*

Ἀντίτυπον θείων γραμμάτων τοῦ αὐτοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως Μαρκιανοῦ, πεμφθέντων τῇ ἐν Παλαιστίνῃ ἁγίᾳ συνόδῳ.

PIETATIS nostræ fervorem erga fidem, quantoque quotidie studio circa sanctissimam & orthodoxam fidem utamur, neminem quidem latere putamus: ante omnes vero penitus nosse reverentiam vestram, atque universos qui Deo amabili ordine sanctissimorum episcoporum continentur. Qui vero Christianorum generi ex instituto bellum facit, invidus diabolus non desinit molimina excogitare contra sanctam & orthodoxam fidem: ac priores hæreses desperans, aliam nunc adinvenit per impii Eutychis pravam opinionem, qui Photini, & Apollinarii, & Valentini, & Nestorii cum Deo pugnantem sententiam æmulatus est; quæ nobis peperit impium & præcursorem antichristi, & imitatorem Simonis erroris Theodosium: qui aspernatus veritatem (quomodo enim ei assensurus fuerat, qui partis antichristi sit, vel potius totum eum induerit?) & pervidens, quod nisi quædam fingeret astutia & impietate sua digna, non esset habiturus qui eum audirent; quasdam excogitavit & composuit literas, quas solus poterat fingere diabolus: ac per eas sanctam, quæ Calchedone habita est, synodum calumniari non destitit; quasi quæ docuisset duos filios, & duos Christos, & duas personas adorari debere. Sic simpliciorum animas decipiens, & quosdam alios diabolo deditos, habuit qui ad eum accurrerent: quinimo & monachos & eremitas, & multitudinem ex iis colligens, civitates evertit; cædesque in iis mediis perpetrat; nec quorumcumque, sed sanctorum & religiosorum virorum: audet vero & incendia, & seditiones, & rerum novarum motum contra ipsam rempublicam, divinorum simul & humanorum confusionem faciens, carceres perrumpens, & homicidas qui similia atque ipse ausi sunt, aliosque qui ob nefaria crimina ad supplicium custodiuntur, dimittens; tamquam impunitatem omnibus dans quorumlibet facinorum. Et quasi priora levia sint, addit & alia his graviora. Nam impietati suæ laxans habenas, invadit sedem ter beati apostoli Iacobi,

ΤΟ περὶ τὴν πίστιν θερμὸν τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας, καὶ ὁπόσῃ ὁσημέραι κεχρήμεθα σπουδῇ περὶ τὴν ἁγιωτάτην καὶ ὀρθόδοξον πίστιν, ἡγούμεθα μηδένα μὲν λανθάνειν, πρὸ δὲ πάντων ἀκριβῶς εἰδέναι τήν τε ὑμετέραν εὐλάβειαν, καὶ πάντας τοὺς τῷ θεοφιλεῖ καταλόγῳ τῶν ὁσιωτάτων ἱερέων περιεχομένους. ὁ δὲ τῷ γένει τῶν Χριστιανῶν ἐξ ἔργου πολεμῶν βάσκανος διάβολος, οὐ παύεται μηχανήματα ἐπινοῶν κατὰ τῆς ἁγίας καὶ ὀρθοδόξου πίστεως· καὶ τῶν προλαβουσῶν αἱρέσεων ἀπογνοὺς, ἑτέραν ἐφεῦρε νῦν διὰ τοῦ δυσσεβοῦς Εὐτυχοῦς κακοδοξίαν, τοῦ τὴν Φωτεινοῦ, καὶ Ἀπολιναρίου, καὶ Βαλεντίνου, καὶ Νεστορίου θεομάχον ζηλώσαντος γνώμην, ἥτις ἡμῖν ἀπέτεκε τὸν δυσσεβῆ καὶ πρόδρομον τοῦ Ἀντιχρίστου, μιμητὴν δὲ καὶ τῆς Σίμωνος πλάνης Θεοδόσιον· ὃς ἀπαρεσθεὶς τῇ ἀληθείᾳ· πῶς γὰρ ἔμελλε ταύτῃ πείθεσθαι ὁ τῆς μερίδος τοῦ Ἀντιχρίστου ὑπάρχων, μᾶλλον δὲ ὅλον αὐτὸν ἐνδεδυμένος; καὶ συνιδὼν, ὡς εἰ μὴ πλάττοιτό τινα τῆς αὐτοῦ πανουργίας καὶ δυσσεβείας ἄξια, οὐχ ἕξει τοὺς ὑπακούοντας, ἐπινοεῖ τινα καὶ συντάττει γράμματα, ἅπερ ἠδύνατο πλάσασθαι μόνος ὁ διάβολος· καὶ δι' αὐτῶν τὴν ἐν Καλχηδόνι ἁγίαν συκοφαντεῖν οὐκ ἐπαύσατο σύνοδον, ὡς δογματίσασαν δύο υἱοὺς, καὶ δύο Χριστοὺς, καὶ δύο πρόσωπα ὀφείλειν προσκυνεῖσθαι· οὕτω τε τὰς τῶν ἁπλουστέρων ἀπατήσας ψυχὰς, καί τινας ἄλλους τῷ διαβόλῳ ἐκδεδομένους, ἔσχεν αὐτῷ συντρέχοντας· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ μοναχοὺς, καὶ ἐρημίτας, καὶ πλῆθος ἐκ τούτων συναγαγὼν, ἀνατρέπει μὲν πόλεις, ἐργάζεται δὲ φόνους ἐν μέσαις αὐταῖς, καὶ οὐδὲ τῶν τυχόντων, ἀλλ' ὁσίων καὶ εὐλαβῶν ἀνδρῶν· τολμᾷ δὲ ἐμπρησμοὺς, καὶ στάσεις, καὶ νεωτερισμοὺς κατὰ τῆς πολιτείας αὐτῆς, σύγχυσιν τῶν θείων ὁμοῦ καὶ ἀνθρωπίνων ἐργαζόμενος, ἀναρρηγνὺς εἱρκτὰς, καὶ φονεῖς τοὺς τὰ παραπλήσια αὐτῷ τολμήσαντας, καὶ ἑτέρους ἐπὶ ἀθεμίτοις ἐγκλήμασι φυλαττομένους πρὸς τιμωρίαν, ἀφιείς· ὥσπερ ἄδειαν διδοὺς πᾶσι τοῦ πλημμελεῖν διὰ τούτων, ἃ βούλοιντο. καὶ ὡς μικρῶν ὄντων τῶν προλαβόντων, ἐπάγει καὶ ἕτερα τούτων βαρύτερα. τῇ γὰρ ἑαυτοῦ ἐπιβρίψας δυσσεβείᾳ, ἐπιπηδᾷ τῷ θρόνῳ τοῦ τρισμακαρίστου ἀποστόλου Ἰακώβου, ἡγησάμενος

ἡγησάμενος μὴ ἕξειν ταύτην ἀσφαλῶς, εἰ μὴ τὸν κατὰ τοὺς εὐαγεῖς κανόνας ἐνιδρυθέντα πάλαι αὐτῷ ὁσιώτατον ἐπίσκοπον Ἰουβενάλιον ἀνέλοι. ἐπιπέμπει τοίνυν αὐτῷ τοὺς ἀναιρήσοντας. ἀποτυχὼν δὲ τοῦ προλεχθέντος ἀνδρὸς, διὰ τὸ τῆς πίστεως αὐτοῦ ἑδραῖον, καὶ τὴν τῆς ἁγίας τριάδος περὶ αὐτὸν ῥοπὴν, Σευηρῖνον τὸν ὁσιώτατον τῆς Σκυθοπολιτῶν ἐπίσκοπον ἅμα τοῖς σὺν αὐτῷ ἀναιρεῖ. γίνεται δὲ, ὥς γε ἐνόμιζεν, ἐν κατέξει τοῦ θρόνου. οὐκ ἀρκεσθεὶς δὲ τούτῳ, καὶ τοὺς ἐν ἑτέραις πόλεσιν ὄντας εὐλαβεῖς ἐπισκόπους τῶν τε ἁγίων ἐκκλησιῶν καὶ τῆς ἱερωσύνης ἀπελαύνει, ἑτέρους δὲ τοὺς κοινωνοῦντας αὐτῷ τῆς ἀσεβείας καὶ τῶν ἀθεμίτων πράξεων, ἀντ' αὐτῶν καθιστᾷ. ταῦτα μὲν οὖν τὰ παρ' αὐτοῦ τετολμημένα. ἴστε πάντες ἀκριβῶς, ἐπείπερ τὸ πολὺ τῶν πεπραγμένων μέρος κατὰ τῆς ὑμῶν εὐλαβείας * ἐγύμνωσεν. ἃ παρελθόντα εἰς ἀκοὰς τῆς ἡμετέρας γαληνότητος, ἅμα τῷ ἀκουσθῆναι, δικαίῳ τύπῳ, καὶ οὐκ ἀξίαν μὲν τῶν αὐτοῦ ἀδικημάτων ἐπάγοντι τιμωρίαν, φιλανθρωπίᾳ δὲ σωφρονίζοντι, τὰ ἀδικήματα διελύθη. οὗπερ αἰσθόμενος, δραπετεύει ἀπὸ τῆς Ἱεροσολυμιτῶν, καὶ φεύγει τὴν Παλαιστινῶν ἅπασαν, ἣν κακῶς διέθηκεν, ὡς αὐτοψεὶ παρείληφεν ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη. ἐν δὲ τῷ Σινᾷ ὄρει, ἅμα τισὶ κοινωνοῦσιν αὐτῷ τῶν ἀθεμίτων βουλευμάτων, ἑαυτὸν ἐγκατακρύπτει, πάντως που ἐμφωλεύων αὐτόθι κατὰ τῆς ἀληθείας, καὶ βουλόμενος τὰ πάλαι ἐγχειρηθέντα αὐτῷ εἰς πέρας ἀγαγεῖν, καὶ τὰς τῶν ἐκεῖσε ἁπλουστέρων ψυχὰς ταῖς ἰδίαις ψευδολογίαις ἐξανδραποδίζειν, συκοφαντῶν τὴν ἁγίαν σύνοδον, καὶ λέγων τινὰ κατ' αὐτῆς, μᾶλλον δὲ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας· ἃ τῇ δυσσεβεῖ τε ψυχῇ καὶ γλώσσῃ ἐκείνου μόνου ἁρμόδια. διὸ ἐπαγρυπνοῦσα τῇ περὶ τὴν ἁγιωτάτην ὀρθόδοξον πίστιν σπουδῇ ἡ ἡμετέρα εὐσέβεια· ἐκ γὰρ αὐτῆς τὴν ἡμετέραν βασιλείαν ἠρτῆσθαί τε καὶ συγκροτεῖσθαι πιστεύομεν. πρὸς Μακάριον τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον, καὶ τοὺς ἐν τῷ προλεχθέντι ὄρει ἀρχιμανδρίτας τε καὶ μοναχοὺς πάντας, θεῖα κατέπεμψε γράμματα, ἐλέγχουσα μὲν τὴν μανίαν καὶ ἀσέβειαν Θεοδοσίου τοῦ μυσαροῦ, παραινοῦσα δὲ φεύγειν τὰς αὐτοῦ ψευδολογίας, τὴν δὲ ἁπλῆν καὶ ἀμώμητον πίστιν σέβειν, καθὼς παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ παρειλήφαμεν· τοῦτόν τε ἐκδιῶξαι ἐκ τῶν προλεχθέντων σεβασμίων τόπων, ὡς ἂν μὴ καὶ οὗτοι χρανθεῖεν ἐκ τῆς Θεοδοσίου δυσσεβείας· ἢ καὶ παραδοῦναι αὐτὸν μετὰ τῶν αὐτοῦ δορυφόρων τῷ τῆς ἐπαρχίας ἡγουμένῳ, διαχθησόμενον εἰς τὸ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου καὶ ἐνδοξοτάτου στρατηγοῦ τῆς ἕω ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίου δικαστήριον· ἐπειδὴ δέος ἐστί· πολύτροπον γὰρ κακὸν ὁ διάβολος, ὃν Θεοδόσιος ἐνδέδυται· μή πως τούτους ἀποφυγὼν τοὺς τόπους, πλησιάσας δὲ πάλιν τοῖς τῆς Παλαιστίνης, τὰς αὐτὰς δυσσεβείας ἐνσπείρῃ τοῖς μέρεσι, καὶ τὰς τῶν ἀφελεστέρων πλανήσῃ ψυχάς. τάδε τὰ θεῖα ἡμῶν γράμματα πρὸς τὴν ὑμετέραν καταπέμπομεν εὐλάβειαν, παραινοῦντες τῇ ὑμετέρᾳ ὁσιότητι, παραφυλάττεσθαι μὲν τὴν τοῦ μυσαροῦ παρουσίαν, προκαταλαμβάνειν δὲ τὰς τῶν πλήθους ἀκοὰς καὶ διαθέσεις, κηρύττοντας μὲν τὴν ἀλήθειαν τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, διδάσκοντας δὲ, ὡς ἡμεῖς ἐκ πατέρων τῆς ἁγίας

A ratus se eam tuto non habiturum, nisi eum qui juxta sanctos canones in ea pridem collocatus est, sanctissimum episcopum Iuvenalem de medio tolleret. Quare immisit qui eum interficerent. Cum autem prædicto viro potitus non esset, propter ejus fidei stabilitatem, & sanctæ Trinitatis opem ac favorem in eum; Severinum sanctissimum Scythopolitarum episcopum una cum iis qui cum ipso erant, interfecit. Venit autem, ut quidem arbitrabatur, in possessionem sedis. Nec vero eo contentus, eos qui in aliis civitatibus erant, religiosos episcopos e sanctis ecclesiis & e sacerdotio expulit; alios autem impietatis suæ ac nefariorum facinorum socios pro iis instiB tuit. Hæc itaque ab eo ausa omnes certo scitis; quandoquidem magnum scelerum partem in vestram reverentiam exercuit. Quæ quidem cum ad aures nostræ serenitatis venissent, simulatque audita sunt, justa sententia, nec tamen satis dignam ejus injuriis pœnam irrogante, sed humaniter castigante, compressa facinora sunt. Quod cum sensisset, Hierosolymis aufugit, ac vitat Palæstinam universam, quam multis malis affecerat, sicuti ipsis oculis sanctitas vestra accepit: seipsum vero in Sina monte una cum quibusdam scelestorum consiliorum participibus occultat, eo se quasi in latibulum, inque ferarum cubiC cula abdens, ac comparans se adversus veritatem. Cumque vellet conatus suos ad exitum adducere, simpliciorumque illic animas mendaciis suis captivare, obtrectans sanctæ synodo, quædam contra eam effutivit, vel potius contra salutem suam, quæ impiæ ipsius solius menti & linguæ consentanea sunt. Quamobrem studio sanctissimæ nostræ fidei invigilans pietas nostra (ab ea enim imperium nostrum pendere & firmari confidimus) ad Macarium reverendissimum episcopum, & ad archimandritas, monachosque omnes qui in præfato monte degunt, sacras literas misit, scelerati Theodosii vesaniam & impietatem redarguens, exhortans fugere ejus commenD ta, falsosque sermones, simplicem vero & inculpatam fidem colere, sicut a sanctis trecentis octodecim patribus qui Nicææ fuerunt, accepimus; & eum ejicere e prædictis venerabilibus locis, ne ipsa quoque polluantur Theodosii scelere: vel etiam eum tradere una cum ipsius satellitibus provinciæ præfecto, ut perducatur ad magnificentissimi & gloriosissimi prætoris orientis exconsulis & patricii judicium: quandoquidem metus est (nam omnimodum malum est diabolus, quem Theodosius induit) ne ex iis locis effugiens, & in Palæstinam se referens, illis partibus scelera sua inserat, simpliciorumque animas circumveniat. Sacras porro literas nostras ad vestram dirigimus reverētiam, sanctitatem vestram horE tantes, ut præcaveatis nefarii hominis adventum, & plebis aures atque animos præoccupetis, veritatem orthodoxæ fidei dicantes, ac docentes, quod nos usque a patribus in sancta

PARTIS TERTIAE CAP. XVI.

& orthodoxa fide sumus, & juxta symbolum trecentorum octodecim sanctorum patrum credimus; odimus vero ac execramur Photini, & Apollinarii, & Valentini, Nestorii impietatem, ac præterea recentem perversamque Eutychis opinionem. Et credimus dominum nostrum & salvatorem Iesum Christum de Spiritu sancto & Maria virgine Dei genitrice natum esse, confitentes unum & eumdem filium Iesum, Deum perfectum & hominem perfectum eumdem, Deum vere & hominem vere eumdem: nulloque modo divisum, aut separatum, aut conversum salvatorem Christum adoramus. In hac fide non fluctuantes permanere optamus, anathematizantes eos qui dicunt duos filios, aut duos Christos, vel qui dixerunt, scripserunt, vel dicere præsumunt. Quam quidem sanctam & orthodoxam fidem nuper Calchedone congregata œcumenica synodus etiam confirmavit, nulla additione aut diminutione in exposito sancto symbolo a trecentis octodecim sanctis patribus facta; Eutychis solius mala opinione condemnata suffragiis cœtui sanctorum patrum consentientibus. Hac enim fide potestas nostra freta est, in eaque permanere & studet & optat, nostrumque ab ea custodiri imperium. Nostram itaque veram & colendam & orthodoxam fidem, quam & sancta synodus quæ Calchedone facta est, confirmavit, universæ multitudini prædicantes, & maxime archimandritis, qui sententiam secuti non sunt nefarii Theodosii, qui civitates & ecclesias, quantum quidem in ipso fuit, evertit, consuetas orationes pro nobis ac Romano statu intentius facere ne intermittatis.

A καὶ ὀρθοδόξου πίστεως ὑπάρχοντες, κατὰ τὸ σύμβολον τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων πατέρων πιστεύομεν· μισοῦμεν δὲ καὶ βδελυσσόμεθα τὴν Φωτεινοῦ, καὶ Ἀπολιναρίου, καὶ Βαλεντίνου, καὶ Νεστορίου δυσσέβειαν, καὶ πρὸς τούτοις τὴν νεαρὰν Εὐτυχοῦς κακοδοξίαν. καὶ πιστεύομεν τὸν δεσπότην ἡμῶν καὶ σωτῆρα Ἰησοῦν Χριστὸν ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς παρθένου καὶ θεοτόκου τετέχθαι, ὁμολογοῦντες ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν υἱὸν Ἰησοῦν, Θεὸν τέλειον καὶ ἄνθρωπον τέλειον τὸν αὐτὸν, Θεὸν ἀληθῶς καὶ ἄνθρωπον ἀληθῶς τὸν αὐτὸν, οὐδενὶ τρόπῳ B μεριζόμενον, ἢ χωριζόμενον, ἢ τρεπόμενον τὸν σωτῆρα Χριστὸν προσκυνοῦμεν, ταύτῃ τῇ πίστει ἀσαλεύτως διαμένειν εὐχόμενοι, ἀναθεματίζοντες τοὺς λέγοντας δύο υἱοὺς, ἢ δύο Χριστοὺς, ἢ εἰπόντας, ἢ γράψαντας, ἢ καὶ λέγειν τολμῶντας. ἣν τινα ἁγίαν καὶ ὀρθόδοξον πίστιν. καὶ ἡ ἐν Καλχηδόνι ἔναγχος οἰκουμενικὴ συγκροτηθεῖσα σύνοδος ἐβεβαίωσε, μηδεμίαν προσθήκην ἢ μείωσιν ἐν τῷ ἐκτεθέντι ἁγίῳ συμβόλῳ παρὰ τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων πατέρων ποιήσασα, τὴν δὲ Εὐτυχοῦς μόνου κακοδοξίαν συμφώνῳ τοῖς ἁγίοις πατράσι ψήφῳ καταδικάσασα. ἐν ταύτῃ γὰρ τῇ πίστει τὸ ἡμέτερον πέποιθε C κράτος, καὶ ἐν ταύτῃ διαμένειν σπουδάζει τε καὶ εὔχεται, καὶ τὴν ἡμετέραν δι' αὐτῆς φυλάττεσθαι βασιλείαν. τὴν τοίνυν ἀληθῆ καὶ σεπτὴν καὶ ὀρθόδοξον πίστιν ἡμῶν, ἥν περ καὶ ἡ ἐν Καλχηδόνι ἁγία σύνοδος ἐβεβαίωσε, τῷ πλήθει παντὶ κηρύττοντες, καὶ μάλιστα τοῖς ἀρχιμανδρίταις τοῖς μὴ ἀκολουθοῦσι τῇ γνώμῃ τοῦ μυσαροῦ Θεοδοσίου, τοῦ τὰς πόλεις καὶ τὰς ἐκκλησίας τό γε ἐπ' αὐτῷ ἀνατρέψαντος, τὰς συνήθεις εὐχὰς ὑπέρ τε ἡμῶν καὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς καταστάσεως ἐκτενέστερον ποιεῖσθαι μὴ κατοκνήσητε.

" ** *In codice Bobieriano post relationem synodi, quæ habetur supra numero hujus Appendicis* II. *pag.* 833. A. *sequitur*, Epistola sanctissimi & beatissimi atque apostolici Dei gratia per omnia pleni Leonis papæ, omnia sanctæ Calchedonensis synodi firmans, & sola illa infringens, quæ per ambitionem Constantinopolitanorum gesta sunt contra Niceni statuta concilii.

XVI. EPISTOLA LEONIS PAPÆ AD EPISCOPOS QUI IN SANCTA synodo Calchedonensi congregati fuerunt.

Leo episcopus, sanctæ synodo apud Calchedonem habitæ.

OMNEM quidem fraternitatem [a] vestram nosse non ambigo, definitiones sanctæ synodi, quæ ob confirmationem fidei in Calchedonensi civitate celebrata est, toto corde me fuisse complexum: quia nulla sinebat ratio, ut qui unitatem catholicæ fidei dolebam ab hæreticis fuisse turbatam, non exultanter in integrum rediisse gauderem. Hoc autem non solum ex ipso beatissimæ consensionis affectu, sed etiam ex epistolis meis, quas post reditum meorum ad Constantinopolitanæ urbis antistitem dedi, potuissetis agnoscere, si vobis responsionem sedis apostolicæ manifestare voluisset. [b] Ne ergo per malignos interpretes dubitabile videatur, utrum quæ in synodo Calchedonensi per unanimitatem vestram de fide statuta sunt, approbem; hæc ad omnes fratres & coepiscopos nostros, qui prædicto concilio interfuerunt, scripta direxi, quæ gloriosissimus & clementissimus princeps, sicut po- D posci, in notitiam vestram mittere pro catholicæ fidei amore dignabitur; ut & fraterna universitas, & omnium fidelium corda cognoscant, me non solum per fratres qui vicem meam executi sunt, sed etiam per approbationem gestorum synodalium, propriam vobiscum iniisse sententiam, in sola videlicet fidei causa (quod sæpe dicendum est) propter quam generale concilium & ex præcepto Christianorum principum, & ex consensu apostolicæ sedis placuit congregari, damnatis hæreticis, qui si corrigi voluissent, nulla penitus resideret de vera domini nostri Iesu Christi incarnatione dubitatio. Vnde si quis unquam ausus fuerit vel Nestorii perfidiam tueri, vel Eutychetis ac Dio- E scori impium dogma defendere, a catholicorum communione resecetur, nec habeat ejus corporis participationem, cujus abnegat veritatem, fratres carissimi. De custodiendis quoque sanctorum patrum statutis, quæ in synodo Nicæna inviolabilibus sunt fixa decretis, observantiam vestræ sanctitatis admoneo, ut jura ecclesiarum, sicut ab illis trecentis decem & octo patribus divinitus inspiratis sunt ordinata, permaneant. Nihil alienum improbus ambitus concupiscat, nec per alterius imminutionem suum aliquis quærat augmentum. Quantumlibet enim extortis assentationibus sese instruat vanitatis

[a] Vide tom. III. p. 1344. E.

[b] sed quia in eisdem literis ea quæ per occasionem synodi male sunt attentata reprehende.

vanitatis elatio, & appetitus suos conciliorum æstimet nomine roborandos, infirmum atque irritum erit, quidquid a prædictorum patrum canonibus discreparit. Quorum regulis apostolica sedes quam reverenter utatur, scriptorum meorum, quibus Constantinopolitani antistitis conatus repuli, poterit sanctitas vestra lectione cognoscere, & me, auxiliante domino nostro, & catholicæ fidei, & paternarum traditionum esse custodem. Data duodecimo Kalendas Aprilis, Opilione viro clarissimo consule."

553.

XVII. EIVSDEM EPISTOLA AD MAXIMVM ANTIOCHENVM EPISCOPVM.

Leo catholicæ ecclesiæ episcopus, Maximo carissimo fratri, episcopo Antiocheno.

QVANTVM dilectioni tuæ placeat communis fidei sacratissima unitas, & pacis ecclesiasticæ tranquilla concordia, literarum tuarum textus ostendit, quas ad nos filii nostri Marinianus presbyter, & Olympius diaconus detulere, eo nobis gratiores, quod per ipsas alloquia alterna miscemus, & magis magisque innotescit gratia Dei, qua fit, ut per totum mundum de manifesto catholicæ veritatis lumine gaudeatur. Quamvis (quod multum dolemus) quidam adhuc, sicut sermo indicat nuntiorum, tenebras suas diligant, & cum ubique diei splendor exortus sit, etiam nunc cæcitatis suæ delectentur obscuro: & perdita fide, solo & vacuo remanserint nomine Christiani, non habentes intelligentiam, qua errorem ab errore discernant, & blasphemiam Nestorii ab Eutychis impietate distinguant. Nec enim ideo excusabilis videri aliqua eorum falsitas potest, quia ipsi sunt in sua perversitate contrarii. Nam cum Nestorium Eutychetis discipuli detestentur, & Eutychem anathematizent Nestorii sectatores; catholicorum judicio pars utraque damnatur, & ambæ simul hæreses a corpore ecclesiæ resecantur, quia neutra falsitas nobiscum potest habere concordiam. Nec interest, quo sacrilegio ab incarnationis dominicæ veritate discordent, dum id quod pravissime sentiunt, nec auctoritas euangelii, nec ratio recipiat sacramenti. Et ideo, frater carissime, oportet dilectionem tuam toto corde perspicere, cujus ecclesiæ gubernaculis te dominus voluerit præsidere, & ejus meminisse doctrinæ, quam præcipuus apostolorum omnium beatissimus Petrus per totum mundum quidem uniformi prædicatione, sed speciali magisterio in Antiochena & Romana urbe fundavit: ut illum in suæ glorificationis domicilio præeminentem ea intelligas reposcere instituta quæ tradidit, sicut ab ipsa quam confessus est, veritate suscepit. Neque ullo modo sinas in orientalibus ecclesiis, maximeque in his quas Antiochenæ sedi sacratissimorum patrum Nicæni canones deputavere, ab improbis hæreticis euangelio insultari, & vel Nestorii vel Eutychetis a quoquam dogma defendi. Quoniam, sicut dixi, catholicæ fidei petra, cujus cognomen beatus apostolus Petrus sumpsit a domino, nullum recipit ab utraque impietate vestigium, sed evidenter atque perspicue & Nestorium anathematizat, qui Verbi carnisque naturam in beatæ virginis conjunctione sejungens, unumque Christum in duos dividens, aliam deitatis, & aliam humanitatis voluit esse personam, cum omnino unus idemque sit, qui & secundum sempiternam deitatem de Patre est natus sine tempore, & de matre natus in tempore: & Eutychem similiter execratur, qui in domino Iesu Christo veritatem humanæ carnis evacuans, ipsum Verbum in carnem asserit transformatum, ut nasci, nutriri, proficere, pati, mori, atque sepeliri, & die tertio suscitari, solius fuerit deitatis, quæ servilis formæ non veritatem susceperit, sed figuram. Summaitaque vigilantia cautum te esse convenit, ne quid sibi hæretica pravitas audeat vindicare, cum te deceat his sacerdotali auctoritate resistere, nosque sæpius de profectu ecclesiarum tuis relationibus, quid agatur, instruere. Dignum est enim, te apostolicæ sedis in hac solicitudine consortem, & ad augendam fiduciam privilegia tertiæ sedis agnoscere, ut in nullo cujusquam ambitione minuantur: quia tanta apud me est Nicænorum canonum reverentia, ut ea quæ sunt a sanctis patribus constituta nec permiserim, nec patiar aliqua novitate violari. Etsi enim diversa nonnunquam sunt merita præsulum, tamen jura permanent sedium; quibus etsi possunt æmuli perturbationem aliquam fortassis inferre, non tamen possunt minuere dignitatem. Vnde cum aliquid pro Antiochenæ ecclesiæ privilegiis, dilectio tua agendum esse crediderit, propriis literis studeat explicare, ut & nos consultationi tuæ absolute & congrue respondere possimus. Nunc autem ad omnia generaliter pronuntiare sufficiat, quod si quid a quoquam contra Nicænorum canonum statuta in quacumque synodo vel tentatum est, vel ad tempus videtur extortum, nihil præjudicii potest inviolabilibus inferre decretis. Et facilius erit quarumlibet consensionum pactum dissolvi, quam prædictorum canonum regulas ex ulla parte corrumpi. Subrependi enim occasiones non prætermittit ambitio: & quoties ob intercurrentes causas generalis congregatio facta fuerit sacerdotum, difficile est ut cupiditas improborum non aliquid supra mensuram suam moliatur appetere. Sicut etiam in Ephesina synodo, quæ impium Nestorium cum dogmate suo perculit, Iuvenalis episcopus ad obtinendum Palæstinæ provinciæ principatum, credidit se posse sufficere & insolentes ausus per commentitia scripta firmare. Quod sanctæ memoriæ Cyrillus Alexandrinus episcopus merito perhorrescens, scriptis suis mihi, quid prædicta cupiditas ausa sit, indicavit, & solicita prece multum poposcit, ut nulla illicitis conatibus præberetur assensio. Nam cujus epistolæ ad nos exemplaria direxisti sanctæ memoriæ Cyrilli, eam in nostro scrinio requisitam, nos authenticam noveris reperisse. Hoc tamen proprium definitionis meæ est, ut quantumlibet numerus sacerdotum amplior aliquid per quorumdam subreptionem decernat, quod illis trecentorum decem & octo patrum constitutionibus inveniatur adversum, id justitiæ consideratione cassetur: quoniam universæ pacis tranquillitas non aliter poterit custodiri, nisi sua canonibus reverentia intemerata servetur. Si quid sane ab his fratribus, quos ad sanctam synodum vice mea misi, præter id quod ad causam

Partis tertiae Cap. XVIII et XIX.

causam fidei pertinebat, geſtum eſſe perhibe- A tur, nullius erit penitus firmitatis: quia ad hoc tantum ab apoſtolica ſede ſunt directi, ut excuſſis hæreſibus, catholicæ eſſent fidei defenſores. Quidquid enim præter ſpeciales cauſas ſynodalium conciliorum ad examen epiſcopale defertur, poteſt aliquam dijudicandi habere rationem, ſi nihil de eo eſt a ſanctis patribus apud Nicæam definitum. Nam quod ab illorum regulis conſtitutioneque diſcordat, apoſtolicæ ſedis nunquam obtinebit conſenſum. Quanta vero hoc diligentia cuſtodiatur a nobis, exemplaribus ejus epiſtolæ, quam ad Conſtantinopolitanum epiſcopum, refrenantes ipſius cupiditatem, direximus, inſtrueris: quam in omnium fratrum & ſacerdotum noſtrorum facias notitiam pervenire, ut noverint pacem eccle- B ſiaſticam per concordiam Deo placitam debere ſervari. Illud quoque dilectionem tuam convenit præcavere, ut præter eos qui ſunt domini ſacerdotes, nullus ſibi jus docendi & prædicandi audeat vindicare, ſive ſit ille monachus, ſive ſit laicus, qui alicujus ſcientiæ nomine glorietur. Quia etſi optandum eſt, ut omnes eccleſiæ filii quæ recta & ſana ſunt ſapiant, non tamen permittendum eſt, ut quiſquam extra ſacerdotalem ordinem conſtitutus, gradum ſibi prædicatoris aſſumat, cum in eccleſia Dei omnia ordinata eſſe conveniat, ut in uno Chriſti corpore & excellentiora membra ſuum officium impleant, & inferiora ſuperioribus non reſultent. Data III. Idus Iunii, *Opilione viro clariſſimo conſule." C

* Anno Chriſti 453.

XVIII. EIVSDEM LEONIS PAPÆ EPISTOLA AD MARCIANVM AVGVSTVM.

Leo epiſcopus, Marciano Auguſto.

QVOD ſæpiſſime multa jam experimenta docuerunt, ſanctum pietatis veſtræ ſtudium circa religionem Chriſtianam glorioſis perſeverat & creſcit augmentis: & hæc fides veſtræ clementiæ non ſolum me, ſed & omnes domini ſacerdotes conſolatur & roborat, dum in Chriſtianiſſimo principe ſacerdotalem experimur affectum. Quem ſi orientalium partium ſacerdotes ſtudeant imitari, nihil ſcandalorum neque pax, neque fides Chriſtiana patietur. D Vnde cum Conſtantinopolitanus epiſcopus ad omnem pietatis profectum præſenti clementiæ veſtræ doceatur exemplo, ſi fideliter veſtris acquieſcat hortatibus, habebit in me ſinceræ gratiæ animum: tantum ut quod verbis ſpondet, corde perficiat. Si vero quæ Deo & pietati veſtræ diſplicent, pertinaci intentione delegerit, ſalva manſuetudinis veſtræ reverentia, utar cum omnibus & pro omnibus, vobis quoque annitentibus, adverſus ſuperbientem liberiore conſtantia, quem (quod ſæpe dicendum eſt) mallem pro ſanctis actibus fraterna caritate complecti, glorioſiſſime imperator. Quia vero ſuggeſtiones meas pro tranquillitate catholicæ E fidei libenter accepiſtis, ſignificatum mihi fratris & coepiſcopi mei Iuliani, quem excepiſtis piiſſime, ſermone cognoſcite, Eutychem impium pro ſuis quidem meritis exulare, ſed in ipſo ſuæ damnationis loco multa adverſus integritatem catholicam blaſphemiarum deſperatius venena profundere, & quod in illo totus mundus exhorruit atque damnavit, impudentia majore, ut innocentes decipere poſſit, evomere. Plenum itaque rationis æſtimo, ut veſtra clementia ad longinquiora eum jubeat & ſecretiora transferri. Monaſterio vero ejus Conſtantinopoli conſtituto, in quo habitatores ipſius monachi euangelica apoſtolicaque doctrina crebrius ſunt & plenius roborandi, ſalubriter, ut arbitror, fiet, ſi is qui ipſi monaſterio præpoſitus eſſe dicitur, a ſocietate veneratoris veſtri Iuliani epiſcopi, quem in ſpeculis propter fidem illic eſſe conſtitui, non recedat, cujus aſſidua viſitatione profectus ſervorum Dei illic habitantium poſſit augeri. Petitionem autem de feſtivitate paſchali gaudeo ita a veſtra pietate ſuſceptam, ut confeſtim Nectarium agentem in rebus Alexandriam mitteret, de errore removendo, quem ſanctæ memoriæ Theophili conſtitutio videtur inferre. De qua re, ſicut ſcribere dignamini, quidquid ad pietatis veſtræ notitiam perlatum fuerit, jubete me noſſe, ut de obſervantia, quam non licet eſſe diverſam, quid potiſſimum ſit tenendum, eccleſia univerſalis agnoſcat. Precor autem, quod veſtræ novi clementiæ convenire, ut eos maxime tueamini contra omnes inſidias, quos mihi & veſtræ manſuetudini propter amorem fidei placere cognoſcitis; ut eos Conſtantinopolitanus epiſcopus lædendi non habeat facultatem. Data XVII. Kal. Maii, Aetio & Studio viris clariſſimis conſulibus."

Anno Chriſti 451.

" Anno Chriſti

XIX. SACRA "MARCIANI IMPERATORIS CONTRA HÆRETICOS.

" Editio Crabbe pag. 9… poſt … cutione cum ſu… jectis t… moniis … trum … ſupra … 1. & 2. … hibitis

Imperator Marcianus Auguſtus, Palladio præfecto prætorii.

LICET jam etiam ſacratiſſima conſtitutione manſuetudinis meæ cautum ac definitum ſit, quæ in eos ſeveritas exercenda ſit, qui Eutychetis vel Apollinaris hæreticam perverſitatem ſecuti, a religione & fide catholica deviarunt: Alexandrinæ tamen urbis cives atque habitatores tantis ſunt Apollinaris infecti venenis, ut neceſſarium fuerit ea quæ ante ſanximus, repetita nunc etiam lege decernere. Oportet enim ut ſit numeroſa ſeveritas ſanctionum, ubi eſt licentia crebra culparum. Cuſtodiendæ præterea orthodoxæ fidei cura tanto a ſerenitate mea adhiberi impenſior debet, quanto res humanas divinæ præcedunt. Quicumque ergo vel in hac ſacra urbe, vel in Alexandrina civitate, vel in Ægyptiaca diœceſi, diverſiſque aliis provinciis, Eutychetis profanam perverſitatem ſequuntur, & ita non credũt, ut trecenti decem & octo ſancti patres tradiderũt, catholicam fidem in Nicæna civitate fundantes; centum quoque & quinquaginta alii venerabiles epiſcopi, qui in hac alma urbe Conſtantinopolitana poſtea convenerunt, & ſicut Athanaſius & Theophilus & Cyrillus ſanctæ recordationis epiſcopi Alexandrinæ civitatis crediderũt, quos etiam Epheſina ſynodus (cui beatæ memoriæ Cyrillus præfuit, in qua Neſtorii error expulſus eſt) in univerſis ſecuta eſt, quos & nuper venerabilis Calchedonenſis ſynodus eſt ſecuta, prioribus conciliis ſacerdotum ex omni prorſus parte conſentiens, nihilque adimens ſacroſancto ſymbolo, neque adjiciẽs, ſed Eutychetis dogmata funeſta condemnans; ſciant ſe eſſe hæreticos Apollinariſtas. Apollinaris enim facinoroſiſſimam ſectam Eutyches & Dioſcorus mente ſacrilega ſunt ſecuti. Ideoque omnes hi qui Apollinaris vel Eutychetis perverſitatem ſequuntur, illis pœnis,

quæ

A quæ divorum retro principum conſtitutionibus contra Apollinariſtas, vel ſerenitatis noſtræ ſanctione poſtmodum contra Eutychianiſtas, vel hac ipſa auguſtiſſima lege contra eoſdem decretæ ſunt, noverint ſe eſſe plectendos. Idcirco, Apollinariſtæ, hoc eſt Eutychianiſtæ, quibus etſi eſt in appellatione diverſitas, eſt tamen in hæreſis pravitate conjunctio; & diſpar quidem nomen, ſed idem ſacrilegium; ſive in hac alma urbe, diverſiſque provinciis, ſive in Alexandrina civitate, ſeu in Ægyptiaca diœceſi ſunt, neque ita credunt, ut prædicti venerabiles patres credebant; neque viro reverendiſſimo Alexandrinæ urbis antiſtiti Proterio fidem orthodoxam tenenti communicant, ſecundum ſacratiſſimas B divorum retro principum conſtitutiones, quæ de Apollinariſtis promulgatæ ſunt; non habeant poteſtatem faciendi teſtamenti & condendæ ultimæ voluntatis, neque id capiant, quod ipſis ex teſtamento cujuſquam fuerit derelictum, nihil etiam ex donatione aliqua conſequantur: ſed ſi quid in ipſos vel liberalitate viventis, vel morientis fuerit voluntate collatum, id fiſco noſtro protinus addicatur. Ipſi vero in nullos aliquid ex facultatibus ſuis donationis titulo & jure transfundant. Epiſcopos quoque, vel presbyteros, alioſque clericos illis creare & habere non liceat, ſcientibus tam Eutychianiſtas, vel Apollinariſtas, qui auſi fuerint cuiquam epiſcopi, vel presbyteri, vel clerici nomen imponere, C quàm hos qui conati fuerint impoſitum ſibi nomen ſacerdotale retinere, pœnam exilii & facultatum ſuarum amiſſionem ſubituros. Eos vero qui antehac catholicarum eccleſiarum clerici, vel orthodoxæ fidei monachi fuerunt, & relicto vero & orthodoxo omnipotentis Dei cultu, Apollinaris vel Eutychetis hæreſim & dogmata abominanda ſectati ſunt, vel poſtea ſectabuntur, omnibus pœnis quæ vel hac, vel prioribus legibus adverſus hæreticos conſtitutæ ſunt, jubemus teneri, & extra ipſum quoque Romani imperii ſolum pelli, ſicut de Manichæis præcedentium legum ſtatuta ſanxerunt. Univerſi præterea Apollinariſtæ vel Eutychianiſtæ, D non eccleſias, non monaſteria ſibi conſtruant, paraſynaxes & conventicula tam diurna quam nocturna non contrahant, neque ad domum, neque ad poſſeſſionem cujuſquam, neque ad monaſterium, neque ad quemcumque alterius locum, operatores ſectæ funeſtiſſimæ congregentur. Quod ſi fecerint, & hoc factum fuiſſe domino volente conſtiterit, poſt rem in examine judicis approbatam, domus vel poſſeſſio, in quam convenerint, fiſco ſine dilatione ſocietur: monaſterium vero, ejus civitatis orthodoxæ eccleſiæ, in cujus territorio eſt, jubemus addici. Si vero ignorante domino, ſciente vero qui penſiones domus exigit, vel conductore, vel procuratore, vel actore prædii, E paraſynaxes & conventicula interdicta collegerint; conductor, vel procurator, ſive actor, vel quicumque eos in domum, vel in poſſeſſionem, vel monaſterium receperint, ac paſſi fuerint illicitas paraſynaxes, conventuſque celebrare; ſi vilis & abjectæ conditionis ſint, fuſtibus publice & in pœnam ſuam, & in aliorum coerceantur exemplum: ſi honeſtæ vero perſonæ ſint, decem libras auri mulctæ nomine fiſco noſtro cogantur inferre. Nullum præterea Apollinariſtam vel Eutychianiſtam ad aliquam jubemus aſpirare militiam, niſi ad cohortalitiam, vel limitaneam. Si qui vero extra prædictam militiam inventi fuerint militare, ſoluto cingulo, honeſtorum hominum & palatii communione priventur: nec in aliqua, quam in ea in qua nati ſunt, civitate vel vico ac regione verſentur. Si qui vero in hac alma urbe nati ſunt, tam ſacratiſſimo comitatu, quam omni per provincias metropolitana civitate pellantur. Nulli inſuper Eutychianiſtæ vel Apollinariſtæ, publice vel privatim advocandi cœtus, circulos contrahendi, & hæretico more diſputandi, ac perverſitatem facinoroſi dogmatis aſſerendi, ſit facultas. Nulli etiam contra venerabilem Calchedonenſem ſynodum liceat aliquid vel dictare, vel ſcribere, vel edere atque emittere, aut aliorum ſuper eadem reſcripta proferre: nemo hujuſmodi habere libros, & ſacrilega ſcriptorum audeat monimenta ſervare. Quod ſi qui in his criminibus fuerint deprehenſi, perpetua deportatione damnentur. Eos vero qui diſcendi ſtudio audierint de infauſta hæreſi diſputantes, decem librarum auri, quæ fiſco noſtro inferendæ ſunt, jubemus ſubire diſpendium. Omnes vero hujuſcemodi chartæ ac libri, qui funeſtum Eutychetis, hoc eſt Apollinaris, fuerint dogma complexi, incendio concrementur, ut facinoroſæ perverſitatis veſtigia ipſa flammis combuſta depereant. Æquum namque eſt, ut immaniſſima ſacrilegia par pœnæ magnitudo percellat, Palladi pater cariſſime atque amantiſſime. Illuſtris igitur & magnifica auctoritas tua, quæ hac ſacratiſſima conſtitutione decrevimus, in hac alma urbe, diverſiſque provinciis, ac præcipue in Alexandrina civitate, & per univerſam Ægyptiacam diœceſim, edictis ex more propoſitis, ad omnium notitiam faciat pervenire, ut cuncta, quam ſtatuimus in eos qui rei fuerint deprehenſi, ſeveritas protinus exerceatur: ſcientibus moderatoribus provinciarum, eorumque apparitoribus, defenſoribus etiam civitatum, quod ſi ea quæ legis hujus religioſiſſima ſanctione cuſtodienda decrevimus, aut neglexerint, aut aliqua permiſerint temeritate violari, denarum librarum auri mulctam fiſco noſtro cogentur inferre, inſuper etiam exiſtimationis ſuæ periculum ſuſtinebunt. Ea quoque, quæ de paganis per omne Romanum imperium æqualiter valitura perennitatis noſtræ lege decrevimus, inſtantiſſime in eos exerceantur, quos conſtiterit, profanos ritus, ac ſimulacrorum impios cultus, & interdicta ſibi ſacrilegia celebrare. Data ſub die Kalendarum Auguſti, Conſtantinopoli, divo Valentiniano octavum, & Anthemio, viris clariſſimis conſulibus. ⁿ

ⁿ Anno Chriſti 455

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. I.

ⁿ ** *Huic epiſtolæ in editione Crabbiana ſubjicitur,* Narrationis ordo de pravitate Dioſcori Alexandrini, *hoc initio:* Poſtquam Dioſcorus &c. *deinde.* Fides Romanorum: Credimus in unum Deum, &c. tum Attici epiſcopi CP. qualiter epiſtola formata fiat. *Poſtremo denique hæc ſubjiciuntur in eadem editione Crabbi pag.* 947. Exemplar hoc Calchedonenſis concilii deſumptum eſt ex bibliotheca monaſterii fratrum ordinis Cruciferorum in civitate Aquenſi. Anno namque domini 1468. in Aquenſi paſſagio R. D. Petrus Ferrici legatus Romanus in cauſa Leodienſi, poſtea cardinalis, excopiari exemplar diſpoſuit ex vetuſtiſſimo codice, eidem monaſterio a quodam Aquenſi decano dono dato: quod plurium judicio ſcriptum non multo longe poſt hujus Calchedonenſis concilii tempora præſumitur. Tantæ quidem vetuſtatis fuit, ut niſi cum difficultate legeretur, & unus dumtaxat in Colonienſi civitate excopiare præſumeret. *Hæc ille vir ſingulari diligentia atque induſtria præditus.*

PARTIS TERTIAE CAP. XX. ET XXI.

XX. *RESCRIPTVM SYNODICARVM literarum Iuvenalis sanctissimi episcopi Hierosolymorum, ad reverendos presbyteros & archimandritas, & reliquos monachos Palæstinæ provinciæ sub ejus diœcesi constitutos.*

CVM summus & primus apostolorum Petrus dixisset: *Tu es Christus filius Dei vivi;* Dominus intulit, dicens: *Beatus es Simon Bar-Iona, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in cælis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam.* Super hanc confessionem roborata est ecclesia Dei, & fidem quam nobis sancti trad derunt apostoli, hanc ecclesia custodivit, & custodiet usque ad finem mundi. Quam & sanctum quoque magnumque & universale concilium Nicænum trecentorum decem & octo sanctorum patrum exposuit, quamque sanctum quoque magnumque & universale concilium nuper congregatum Calchedone secutum est: huic neque adjici, neque subtrahi potest. Calumniatores autem & transgredientes mandatum Dei, quod præcipit; *Non falsum testimonium dices adversus proximum tuum;* convenit * adversari. Nam si rex David propheta dicebat: *Eum qui derogabat occulte adversus proximum suum, hunc persequebar: superbo oculo & avaro corde, cum eo non edebam cibum:* quanto magis nos debemus aversari eos qui falsum testimonium dicunt adversus tantos sanctissimos patres; magis autem adversus cunctum terrarum orbem? Vestra itaque reverentia fidem quam suscepit, teneat. Gratia enim Christi hæc & ab apostolis data, & a patribus est sanctis exposita: hæc etiam nunc valet, & usque ad finem mundi vigebit. Quomodo Galatis scribens, dicebat apostolus: *Si quis vobis evangelizaverit præter quod accepistis, anathema sit.* Deus autem etiam errantes suæ conjungat ecclesiæ, qui per prophetam dicit: *Vivo ego, dicit dominus: nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat.*

Matt. 16.

Exod. 20.

* *f* aversari.

Psal. 100.

Galat. 1.

Ezech. 33.

Iuvenalis episcopus Hierosolymorum, in domino valere vos opto.

Irenæus episcopus Cæsariæ, in domino valere vos opto.

Paulus episcopus Parali, in domino valere vos opto.

Et consequenter trium Palæstinarum episcopi subscripserunt.

XXI. [p] EXEMPLAR EPISTOLÆ LEONIS IMPERATORIS PRIMI AD ANATOLIVM episcopum Constantinopolitanum.

Imperator Cæsar Leo piissimus, victor & triumphator maximus, semper Augustus, Anatolio, regiæ civitatis episcopo.

VOTVM quidem meæ pietatis fuit, universas orthodoxorum sanctas ecclesias, nec non & civitates sub Romano imperio constitutas maxima frui quiete, nihilque contingere, quod possit earum statum tranquillitatemque turbare. Qualia vero in Alexandrinorum civitate nuper evenerint, jam quidem nosse tuam credimus sanctitatem. Vt tamen perfectius cuncta cognoscas, & quæ causa tanti tumultus con- A fusionisque fuerit, exemplaria precum quas reverendissimi episcopi & clerici a prædicta civitate & Ægyptiaca diœcesi ad regiam Constantinopolim venientes, contra Timotheum meæ clementiæ porrexerunt, nec non & exemplaria precum, quas hi qui in sacratissimum nostrum * expeditum pro Timotheo ab Alexandrina civitate venientes, nostræ tranquillitati obtulerunt, tuæ sanctitati dreximus, quatenus quod actum est de prædicto Timotheo, quem Alexandrinorum populus, & honorati, & curiales, & naucleri episcopum sibi petunt, alisque negotiis, quæ ipsarum precum continet textus: ad hæc autem & de Calchedonensi B concilio, cui nullo modo consentiunt, quemadmodum libelli adjuncti ostendunt, clare sanctitas tua possit agnoscere. Tua siquidem reverentia omnes orthodoxos episcopos, qui in præsenti in hac urbe regia commorantur, nec non & reverendissimos clericos ad se repente faciat convenire, & diligenter omnia pertractantes atque discutientes, quoniam Alexandrinorum civitas perturbata est, pro cujus disciplina & quiete maxima solicitudo nobis existit, & de prædicto Timotheo, & de Calchedonensi concilio, quid in commune sapitis, sine quolibet humano terrore, & absque gratia cujuscumque vel odio, solummodo omnipotentis Dei C timorem vestris oculis proponentes, (quoniam sicut nostis, de tali causa intemeratæ divinitati rationem eritis sine dubio reddituri) cum omni celeritate meam facite cognoscere pietatem: ut ex omnibus vestris literis hæc integre cognoscentes, formam congruam dare possimus, quatenus Ægyptiaca diœcesis & Alexandrinorum civitas, pro cujus quiete nos præ omnibus convenit cogitare, tranquillitate sanctarum ecclesiarum, & disciplina, & inconcussa pace potiatur.

ANNO CHRISTI 458.

* com. tam

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. I.

[p] ** *Cassiodorus cap. 2. l. 1. Divin. lect.* Calchedonensis synodi testis est codex encyclicus, qui ejus reverentiam tanta laude concelebrat, ut sanctæ auctoritati, D merito judicet comparandam. Quem codicem ἐγκύκλιον, id est totius orbis epistolarum, a viro disertissimo Epiphanio fecimus in Latinum de Græco sermone converti. *Primus eas Surius collectioni conciliorum inserendas curavit, easque Nicolinus, Binius, regiusque collector non omiserunt.* Encyclicum hunc librum manuscriptum extare in bibliotheca venerabilis capituli ecclesiæ Bellovacensis accepimus indicina V. C. Claudii Iolyi B. Mariæ Parisiensis canonici, qui opera sua confectum codicum illorum calamo dumtaxat exaratorum catalogum pro solita humanitate nobis commodavit. Hunc vero variorum epistolarum fasciculum, si nancisci licuerit beneficio clarissimorum Decani & canonicorum, cum aliquibus aliis ad conciliorum nostrorum editionem spectantibus, ea cum excusis comparabimus, quæque visa fuerint observatu digna, in appendices notasque nostras non indiligenti studio comportabimus.

E *Huic subjecta sunt & sequentes preces, quæ una cum superiori epistola directæ sunt & aliis metropolitanis episcopis & monachis quibusdam, videlicet:*

Leoni reverendissimo urbis Romæ pontifici.
Basilio episcopo Antiochiæ Syriæ.
Iuvenali episcopo Hierosolymorum.
Epiphanio episcopo Syriæ secundæ.
Dorotheo episcopo Damasci Phœniciæ Libanisiæ.
Pelagio episcopo Tarsi Ciliciæ primæ.
Oresto episcopo Anazarbi Ciliciæ secundæ.
Stephano episcopo Hierapoleos.

Ibæ episcopo Edessæ Osroënæ.
Symeoni episcopo Amidæ Mesopotamiæ.
Antipatro episcopo Bostrorum Arabiæ.
Basilio episcopo Seleuciæ Isauriæ.
Olympio episcopo Constantiæ Cypri.
Ioanni episcopo Patrensi.
Eustathio episcopo Beryti.
Eunomio episcopo Nicomediæ.
Anastasio episcopo Ancyræ.
Theoctisto episcopo Pissinuntis.
Alypio episcopo Cæsareæ Cappadociæ primæ.
Patricio episcopo Tyanensi.
Chatterio episcopo Claudiopoleos.
Petro episcopo Gangrensi.
Seleuco episcopo Amaseæ.
Ioanni episcopo Sebastiæ.
Ortio episcopo Molitianensi.
Petro episcopo Cænorum.
Eleutherio episcopo Calchedonensi.
Iuliano episcopo Tabiæ,
Adelphio episcopo Arabyssi.
Euethio episcopo Cyzici.
Ioanni episcopo Ephesi.
Eleutherio episcopo Sardensi.
Agapeto episcopo Rhodi.
Critoniano episcopo Aphrodisiadis.
Petro episcopo Myrensi.
Pergamio episcopo Antiochię Pisidiæ.
Epiphanio episcopo Pergæ.
Palladio episcopo Iconii.
Nunechio episcopo Laodiceæ Phrygiæ Pacatianæ.
Mariniano episcopo Synnadensi.
Amphilochio episcopo Sidæ.
Æthericho episcopo Smyrnæ.
Philippo episcopo Hierapoleos.
Ioanni episcopo Heraclеę Europæ.
Basilio episcopo Traianopolis.
Gregorio episcopo Hadrianopolis.
Valeriano episcopo Marcianopolis.
Valentino episcopo Philippopolis.
Euxitheo episcopo Thessalonicensi.
Petro episcopo Corinthi.
Eugenio episcopo Nicopolitano.
Martyrio episcopo Gortynensi.
Vigilantio episcopo Larissę.
Lucæ episcopo Dyrrhacheno.
Vigicino episcopo Scupensi.
Zosimo episcopo Sardicæ.
Luciano episcopo Byzano.
Theotimo episcopo Tomizano.
Iacobo monacho Nisibeno.
Symeoni monacho.
Varadato monacho.

XXII. EPISTOLA ÆGYPTIORVM EPISCOPORVM, ET CLERI episcoporum ad Leonem Augustum.

Piissimo, & Christianissimo, & divinitus electo, victori, triumphatori, semper Augusto Leoni, oblatæ preces ab universis episcopis vestræ Ægyptiacæ diœcesis, & clericis sanctissimæ ecclesiæ vestræ maximæ civitatis Alexandrinæ.

A SVPERNA gratia modo divinitus condonatus, juste non cessas pro communi utilitate cogitare, post Deum cunctorum venerabilis imperator. Quapropter etiam omnis fortitudo verborum tuis vincitur actibus, A quibus divinitas exoratur: & verba quidem ad hæc eis necessaria non sunt, quibus opera facere noscuntur indicium. Nuper enim electus a Deo, & purpura exornatus, optimum judicasti propositum tuum magnum ostendere, quem ipse omnium creator elegit, benignis initiis largitorem remunerando bonorum, quando repente in ipso principio, voce vestra ex scripto procedente piissima ad sanctissimos metropolitanos episcopos, inerumpibilem ecclesiæ catholicæ crepidinem roborastis, & priorum omnium piissimorumque principum constituta pro orthodoxa religione firmastis. Insuper & ea quæ nuper a sanctæ & beatæ memoriæ Marciano B principe nostro sancita sunt, consona decernentes; nihil aliud estis mercati, quam pacem omnium & stabilitatem reipublicæ, frenantes linguas eorum qui adversus ecclesias Christianas consurgunt & blasphemant Deum, aut in eum quocumque modo delinquunt. Injuria namque Dei manifesta est, hæreticorum abscindentium semetipsos a recta fide licentia. Quapropter hanc optime sciens, venerabilis imperator, maligni prolem existere semper insidiantis quieti sanctarum Christi ecclesiarum, earumque immutilatam pacem consistere non sinentes, recte providentiam tuam studuisti mox adhibere, ei per omnia resistentem: quod est C opus piissimorum principum pro orthodoxa fide pugnantium, & resistentium primitus malis extrinsecus venientibus, & animabus fidelium adversantibus. Hunc igitur animum te possidente religiosum & tutorem humani generis, tantumque circa Christum studium demonstrantem adimus & nos, importabilia mala passi, licet peccatores, Christi pontifices, quæ neque sermonibus sufficimus præsentare, nec lugere digne valemus. Quemadmodum autem nostra sit gesta calamitas, enarramus. Catholica siquidem intemerata & apostolica fide in Nicæa a sanctis tunc trecentis decem & octo patribus posita & ubique firmata, & apud omnes verbum veritatis recte præ- D dicantes habita, quam etiam unaquæque per tempora orthodoxorum episcoporum *, ad peremptionem quidem sæpius exortarum contra rectam fidem vanarum quæstionum, custodiam vero recte confidentium patrum firmavit atque roboravit; simili quoque modo & Calchedone sanctum & universale concilium congregatum dudum sub pio sanctæ memoriæ principe Marciano, hanc inviolatam incontaminatamque servavit, abscindens quidem zizaniæ pestem a quibusdam rectis superseminatam dogmatibus, confirmans autem venerabilis Nicęnæ fidei, sicut diximus, symbolum salutare, & fingens in- E eversibiles terminos super eum, sicut gratia Spiritus sancti dictabat; formamque constituit, per quam omnem adjectionem, omnem imminutionem adversus confessionem rectam penitus abnegavit. Quapropter & nostro Ægyptio concilio necessarie cum archiepiscopo nostro sanctæ memoriæ Proterio, indubitanter ei consentiente, & ea sapiente, & unanimiter cum universis totius orbis Christi sacerdotibus, & præ omnibus summis sanctis episcopis, id est, Romano Leone, regiæ Constantinopolis Anatolio, & Antiocheno Basilio, & Iuvenali Hierosolymorum, & omnibus orthodoxis episcopis, laborantibus nobis, secundum sanctum apo-

PARTIS TERTIAE CAP XXII.

PARTIS TERIÆ CAP. XXII.

apostolum, pro euangelicæ fidei firmitate, & A in Christo sapientibus cum nostris ecclesiis & civitatibus, & incommutata pace orthodoxi populi apud nos & apud Alexandriam consistente, excepto Timotheo, qui semetipsum ab ecclesiæ catholicæ fide disrupit pariter & abscidit, mox post sanctum Calchedonense concilium, dum tunc dignitate presbyterii fungeretur, cum quatuor aut quinq; solis episcopis & paucis monachis, hæretica Apollinaris & ejus similium secta languentibus, propter quam damnati tunc regulariter a sanctæ memoriæ Proterio, & omni Ægyptiaco concilio, etiam imperiali nutu digne exilium sunt experti. Hunc Timotheum malignus invenit arma suæ machinationis aptissima, quem novimus quidem boni cujuslibet extorrem, diabolicæ vero mentis solummodo instrumentum opportunum existere. Qui dudum inhians in episcopatum Alexandrinæ maximæ civitatis, sicut rei eventus ostendit, appetens quod eum oportebat effugisse, si tamen saperet, bene præponens schema quod vitare se primitus dolose fingebat, insidiatusque transitum sanctæ memoriæ principis Marciani, quo migravit ad Deum, blasphemis vocibus impudenter adversus eum insurgens, & sanctum & universale Calchedonense concilium anathematizans inverecunde, & vulgus populi seditiosorum & vilium congregans, eumque contra sanctas regulas, ecclesiasticam disciplinam & communem rempublicam legesque coarmans, irruit in ecclesiam sanctam Dei, habentem pastorem atque doctorem sanctissimum nostrum tunc patrem, archiepiscopumque Proterium, & collectas solitas celebrantem, & orationes fundentem omnium nostrum salvatori Christo pro vestræ pietatis imperio, & Christianissimo vestro palatio, congregatis in ipsa civitate magnificentissimis judicibus, & curia, & plebe fideli, omnique clero simul & monachis. Hoc itaque malo procedente, & vix adhuc facta die, dum in episcopio secundum consuetudinem degeret Deo amabilis Proterius, assumens secum Timotheus juste condemnatos duos episcopos, & clericos similiter, qui (sicut diximus) in exilio fuerant habitare damnati, tamquam manus impositionem suscepturus a duobus, nullo penitus orthodoxorum episcoporum ex diœcesi Ægyptiaca præsente, ut moris est in talibus Alexandrinorum episcoporum ordinationibus interesse, ut credit, adeptus est pontificatus sedem, adulterium aperte præsumens in ecclesia proprium sponsum habente, & agentem in ea divina mysteria, & sedem propriam regulariter exornantem. Iste optimus odibilem Deo, & undique periculosam differri non sinens actionem, cum rabie quadam * incontemnibili repente semetipsum inthronizavit, legem & ordinem ecclesiasticum, irrationabilem iram populi permixti esse confidens, & neque regulas patrum, non legem imperialem, aut sanctiones ecclesiasticas, non ordinem, non potestatem imperialem, non judicialem severitatem mente percipiens, mox ordinationes effecit episcoporum simul & clericorum, episcopus sine impositione manus existens. Sed neque priorem habens presbyteratus ordinem, baptisma fecit: & omnes operationes, quæ ei nullatenus agere competebant, exercuit. His ita audacter & nefande per

* f. incomprehensibili

eum quotidie procedentibus, post aliquot dies dum alibi degeret, magnificus & gloriosissimus dux Dionysius civitati adfuit laboranti, & egit quatenus pestifer ecclesiæ crudelissimus tyrannus etiam ab ipsa civitate recederet. Quo facto, ecclesiæ & civitati communem utilitatem consuluit. Sic ergo decursis paucis diebus, dum commotio & irrationabilis ira pro Timotheo meditaretur ab aliquibus contra sanctæ memoriæ Proterium, nihil aliud erat quod faceret ille beatæ memoriæ, quam ut locum daret iræ, secundum quod scriptum est, ut ad sacrum baptisterium se conferret, invasionem fugiens contra suam concurrentium necem. In quo B scilicet loco & barbaris & cunctis ferocibus hominibus timor fuit, etiam nescientibus loci culturam, & exinde gratiam emanantem. Hi vero tamen qui ab initio intentionem Timothei ad effectum perducere festinabant, neque in illis intemeratis locis eum salvari volentes, neque cultum loci metuentes, nec tempus, cum esset salutaris paschæ festivitas, nec ipsum sacerdotium pavescentes, quod est mediatio Dei & hominum, percusserunt inculpabilem virum, eumque crudeliter occiderunt, etiam cum aliis sex: & circumducentes ejus ubique cadaver vulneratum, crudeliterque trahentes per omnia pene civitatis loca insensibile corpus plagis sine misericordia verberabant, di- C videntes membratim eum, & neque interiora more canum gustare parcentes illius viri, quem nuper habere se mediatorem Dei & hominum putaverunt: tradentesque reliquum ejus corpus igni, etiam dispergebant ejus cineres in ventos, ferocitatem bestiarum omnium transcendentes. Horum siquidem omnium auctor fuit & sapiens (si Deo placet) architectus Timotheus; primo siquidem adulter, postea etiam homicida, pene manibus propriis hoc nefas efficiens; & propterea condemnandus, quando agenti, qui jubet malum fieri, in supplicio proximus est. Adjicit etiam his malis sine timore pejora, dum inique contra regulas operatur. Hactenus agit D sacra mysteria, qui neque laicorum communionem habere sanctis canonibus potest: & gubernat quidem auctoritate sua sanctam Alexandrinorum ecclesiam, res autem ejus, ut visum fuerit ei, male devastat, & habentes alimenta pauperes ab ecclesia, ejus solatio privat omnimodis, aliis hæc sceleratissimis expendendo. Et aperte quidem episcopos condemnatos quatuor aut quinque, contrarios orthodoxæ fidei, sicut diximus, existentes, alios quidem secum habet, alios vero per civitates mittit, ut in eis episcopos orthodoxos persequantur: sed & alios ordinare non cessat. Eos autem qui regulariter consistunt, velut communicatores sancti & universalis concilii & E sanctæ memoriæ Proterii, anathematizavit; & sic expulit omnem sanctissimum urbis Alexandrinæ clerum communicantem similiter generali concilio & sanctæ memoriæ Proterio archiepiscopo: sed etiam clericos, qui in nostris ecclesiis & a nobis sunt ordinati, omnes velut hæreticos anathematizando vere monstravit. Orthodoxos vero senes, & sanctæ memoriæ Theophilum Alexandrinorum civitatis episcopum, & sanctæ memoriæ Cyrillum, & beatæ memoriæ Proterium, omnes antiquitus ordinatos, & ut diximus, anathematizavit, &

ANN. CHR. 45[?]

Rom. [?]

Rom.

& a sacerdotio cuncto prohibuit. Addidit autem istis malis etiam hoc, quod ex venerabilibus diptychis abstulit quidem sanctæ memoriæ Proterii vocabulum, posuit vero suum nomen & Dioscori ab universali concilio condemnati, cujus nec ordinationes suscepit. Sic undique velut ebrius esse varia calliditate convincitur, & per singulas civitates & venerabilia monasteria præcipit, ut nullus communionem suscipiat aut ab episcopis aut clericis qui communicatores sunt aut fuerunt sancti & universalis Calchedonensis concilii, & memoriæ venerandæ Proterii, nec putet clericos qui a nobis sunt ordinati: sed pro illis jubet alios introduci, tam quos ipse ordinat, quam quos alios facere jubet. Hinc igitur cunctas Ægyptiacæ diœcesis sanctas ecclesias obtinente caligine atque mœrore, eisque confusione rerum in eis sic existentium cumulatis, coacti sumus contemnentes salubritatem propriam, multo itineris labore suscepto, de civitatibus nostris exire, & leporibus atque ranis formidolosiorem agere vitam, propter calumnias a Timotheo, eique concordantibus contra nos singulos meditatas, & tamquam ad serenissimum & influctuabilem portum, id est, ad vestræ tranquillitatis vestigia convolare, deserentes consacerdotes nostros in quibusdam latentes locis, propter insidias ab his factas, nec valentes nobiscum longa itinera properare, expectantesque per nos vestræ pietatis auxilia, & unam eamdemq; nobiscum simul cum Alexandrinis omnibus clericis habentes fidem. Quia vero sic aperta sunt quæ quotidie a Timotheo præsumuntur, ut neque convictionibus aut laboribus egeant ad probandum, quando ejus superbia manifestata est & contra regulas patrum, & contra sanctiones ecclesiarum, contraque ipsam rempublicam, contra omne cingulum & potestatem; præsumimus autem dicere aperte, etiam contra vestræ pietatis imperium: supplicamus & deprecamur vestram Christianissimam potestatem, ut orthodoxam & intemeratam fidem & integre ubique servatam, & indubitabiliter consistentem, nulloque nostrorum circa eam discrepante, sed sicut diximus, concordantibus nobis cum omnibus totius orbis sacerdotibus, non patiamini tyrannidem rectitudinem fidei sustinere, sed * vindicare potius sanctorum patrum regulas & ordinem ecclesiasticum, civilemque disciplinam, & sanctorum magnorumque conciliorum diversis temporibus pro orthodoxæ fidei vigore celebratorum injuriam: & scribere dignemini sanctissimo Romanæ civitatis archiepiscopo, quatenus hæc ei a vestra tranquillitate nota fiant: nec non & Antiocheno, & Hierosolymitano, & Thessalonicensium urbis episcopo, & Ephesino, aliisque quibus visum vestræ fuerit potestati; (nam archiepiscopo hujus regiæ civitatis Anatolio declarata est nostris libellis hujusmodi causa) ut eorum sanctitas certissime cognoscens mala quæ provenerunt contra orthodoxorum ecclesias & episcopos per Timotheum, vestræ pietati renuntiet, quid in tantis malefactis, sanctorum patrum regulis sit decretum. Et tunc sanciat quidem vestra potentia, ut qui ita vastavit ecclesiasticas sanctiones, ab Alexandrinorum ecclesia sancta recedat, cui præsederat tyrannico modo, & non legitima dispositione tentavit atque perfecit, tantarumque præsumptionum pœnæ subjaceat. Deinde jubeat, sicut sanctæ patrum regulæ præcipiunt, & antiqua consuetudo tradit, Ægyptiacæ diœcesis omnem synodum orthodoxam & communicatricem totius orbis episcoporum, quempiam sanctæ vitæ eligere dignum sacerdotio virum, & communicatorem universalis concilii, & vestræ pariter pietatis, & qui sedi sancti Marci euangelistæ irreprehensibilis esse videatur, quique possit vita Alexandrinorum populum in sanctitate atque justitia gubernare, nosque valeat velut propria membra defendere, & sit ad satisfaciendum idoneus verbo simul & doctrina, secundum apostolum, ut possit erudire resultantes, & ad veritatem cum satisfactione reducere. *Tit. 1.* Si vero (quod non credimus) postquam secuta fuerint hæc quæ poposcimus supplicantes, opus fuerit etiam synodo, non pro causa fidei, quia, sicut prædiximus, nullo modo dubitamus, sed propter Timothei novitates & vanitates, & nefandos actus: neque hoc evitamus, neque segnes ad hoc erimus, sed potius confidentes accedemus: quia ipsa nostra justitia defensionem nobis apportat, quando nobis nullum sermonem facientibus pro redargutione vel probatione eorum, ipsa quæ ab illis jam contra sanctas regulas prave commissa sunt, & hactenus perpetrantur, pene vocem suam adversus eos emittunt, nec occultari possunt. Cumque ipse cum suis instanter usque ad præsens, impudenterque deroget & anathematizet summos archiepiscopos, id est, Romanum Leonem, & Constantinopolitanum Anatolium, & Basilium Antiochenum, cunctumque Calchedonense concilium, omnesque totius orbis episcopos, & undique orthodoxos clericos simul & laicos: hinc itaque vestram tranquillitatem suppliciter exoramus, quatenus dum petitiones nostræ perveniant ad effectum, sancire jubeatis vestræ syllabis pietatis, Timotheum ab appetita vesania prohiberi; ut nec ordinationes aliquas tamquam episcopus faciat episcoporum, seu clericorum, aut quorumlibet aliorum; neque collectas debeat celebrare, aut quodlibet aliud episcopi opus efficere, vel contra nostras civitates aut ecclesias, aut adversus nos aliquid tentare vel innovare, quando absolute contrarius apparuit & concilio & catholicæ simul ecclesiæ: sed neque ut res Alexandrinæ ecclesiæ, ut visum ei fuerit, dispergat, ne sicut male putat, per pecunias suæ utilitati prospiciat: sed ut concilio senioris cleri Alexandrinæ civitatis, præter eos scilicet qui ab ipso nunc sine judicio & contra regulas ordinati sunt, constituat, qui etiam dudum indicium diligentiæ favorisque sanctæ ecclesiæ temporibus patrum præcedentium præbuerunt: quatenus & providere rebus ecclesiæ, & custodire ejus redditus possit domino, hæc forma a vestra pietate proferatur. Clericos vero universos honore dignos, & in reverentia senescentes, qui ab eo sunt, sicut jam diximus, expulsi, * sanciri præcipite sine calumnia ad suas ecclesias, in pace celebrantes pro vestra pietate solennes orationes cum quiete servari, urbemque pariter & in ea sanctas ecclesias constitutas, ad Christi gloriam & salutem & perpetuitatem vestræ Christianissimæ pietatis; literas dirigentes pro his quæ poscimus ad magnificentissimum Dionysium ducem, nec non & ad singularum provinciarum judices; quatenus ea quæ a vestra mansuetudine sunt sancita, &

*f. redire

PARTIS TERTIAE CAP. XXIII.

& serventur, & effectui contradantur.

Nestor episcopus civitatis Flagonitorum, his precibus subscripsi.

Athanasius episcopus Toicenæ civitatis, similiter.

Pulsaminon episcopus Niciotorum civitatis, similiter.

Theonas episcopus Vantenæ civitatis, similiter.

Pœmen episcopus Elesmatis, similiter.

Athanasius episcopus Thoitorum, similiter.

Apollo episcopus Antithorum, similiter.

Harpocras episcopus Gavæorum, similiter.

Paulus episcopus Taneos, similiter.

Isaias episcopus civitatis Naucratenæ, similiter.

Isaac episcopus Thineos, similiter.

Petrus episcopus Scinorum Mandrorum, similiter.

Maurion episcopus Cotenopolitanus, similiter.

Maximus episcopus Gazulenus, similiter.

Ammonius presbyter Alexandrinus & œconomus, similiter.

Timotheus presbyter & œconomus ejusdem ecclesiæ, similiter.

Aaron presbyter, & Macarius presbyter, similiter.

Theodorus diaconus, & Proterius diaconus, similiter.

XXIII. EPISTOLA EPISCOPORUM ÆGYPTIACÆ DIOECESIS, AD ANATOLIUM archiepiscopum Constantinopolitanum.

Sanctissimo & Dei amantissimo archiepiscopo Constantinopolitanæ & catholicæ ecclesiæ Anatolio, episcopi Aegyptiacæ diœcesis.

SICUT paterni pontificatus & successionis gubernacula retines, sic & illorum integritate imitaris zelum; & omnes quidem diversis temporibus sævientes exasperatos contra sacras regulas, & sanctam intemeratamque fidem, & hæreticos operarios a sancta & venerabili ecclesia removisti, liberamque eam omni discordia & hæretico sensu monstrasti: quod etiam nunc credimus & a tua sanctitate fieri, & ab aliis sanctissimis archiepiscopis qui ejusdem honoris sortiti sunt sedem, magis autem ab omnibus sanctissimis totius orbis archiepiscopis, contra Timotheum qui Alexandrinæ ecclesiæ pontificalem sedem sibi tyrannico abripuit modo, & contra eos qui tantæ vesaniæ cooperatores existunt, eo quod commune sit omnibus Christi pontificibus bellum adversus eos assumere. Iam itaque preces offerentes piissimo & Christianissimo nostro principi, licet non omnia quæ præsumpta sunt, valeremus edicere propter multitudinem iniquitatum ab eo factarum contra sacras venerabilesque regulas, & adversus ipsam rempublicam: verumtamen ut virtutis nostræ veræ humilitatis fuit, hæc tamquam in tabula depingentes, ejus pietati narravimus, poscentes auxilium præberi sanctis ecclesiis in Ægypto constitutis, & correctionem vitiis quæ commissa sunt, adhiberi. Nihilominus autem & tuam sanctitatem adimus per hos libellos, & denuo suggerimus, quod narrantes ore proprio dudum effecimus, quæ quidem præsumpta sint adversus sanctas regulas a memorato Timotheo, quæ vero etiam contra sanctam immaculatamque

A fidem commissa sunt, quemadmodum jura ab eo sint sacerdotii conculcata, & ad quantam derisionem Iudæis atque gentilibus, & aliis qui non recte circa orthodoxam ecclesiam catholicamque consistunt, Christianorum sacramenta perduxerit: & quemadmodum ipsam rempublicam in pejorem statum mutaverit, qui sanctissimas quidem ecclesias in Ægypto positas, earumque orthodoxos pastores, & cum disciplina Christi ovilia gubernantes, expulit ab ecclesiis cum sacerdotibus suis; venerabilia vero monasteria, & quæ olim fide orthodoxa claruerunt, juvenum virginumque subvertit, ut pene omnes Ægyptiacæ ecclesiæ una cum monasteriis propter prædictas causas & persecutiones

B a Timotheo factas, in calamitate sint positæ. Obscure loquentes, ne credamur superflua quædam dicere veritati, sermoni nostro ponentes ordinem, conamur ut possumus, breviter ea quæ adversus nos, magis autem quæ adversus veritatem sunt facta, depromere. Igitur post turbam quæ nuper facta est sanctis ecclesiis a quibusdam hæreticis, qui tunc clerici erant, & sanctissimæ Alexandrinorum ecclesiæ sedis pontificatum desiderabant, cum in sancta pace consisterent Ægyptiacæ & Alexandrinæ sanctissimæ ecclesiæ, & concordarent omnes sancto universali Calchedonensi concilio, eo quod consonet, nihilque mutatum habeat, neque augmentum, nec imminutionem obtineat

C a sancto concilio, quod certo tempore in Nicæa civitate a trecentis decem & octo sanctissimis episcopis celebratum est, præsumpta sunt, religiosissime pater, contra Alexandrinam sanctissimam ecclesiam, quæ nec sermo, nec omne sæculum quolibet tempore novit effecta, sed neque tyrannorum quilibet tale malo sui capitis aliquando tractavit. Quidem enim Timotheus Alexandrinæ ecclesiæ presbyter, malignitate insignis existens, & sub figmento semper continentem ostendens vitam, & opportunum propriæ voluntatis cognomen habens furoris, illo tempore desiderio detentus in sedis Alexandrinæ pontificatu, & hoc non adipiscens, præcipue dum sacerdotio fuisset dejectus sen-

D tentia synodali Dioscorus, nihil mali reliquit, quod molitus non est contra sanctam ecclesiam, donec desiderium proprium adimpleret. Insidiatus ergo mortem, magis autem transitum ad cęlos, pii & beatę memorię imperatoris Marciani, & hunc quasi congruum sibi judicavit, ut suam perficeret voluntatem, redimens quosdam monachos negligentes, qui in suburbanis habitare noscuntur, & semetipsos, sicut & ille, ex quo Calchedonense sanctum & universale concilium celebratum est, a communione generalis ecclesię suspenderunt; turbisque gaudentibus semper adhuc superstite sanctę memorię archiepiscopo nostro Proterio, & solen-

E nia atque decentia pontifice celebrante mysteria, & collectas sine aliqua seditione faciente nobiscum, & cum omni Alexndrino clero, & concurrente omni curia ad collectas quę ab eo celebrabantur pro communi salute, pro piissimo atque Christianissimo principe nostro, & omni palatio, & ejus exercitu; misit in civitatem, ut turbam atque tumultus facerent, tamquam novitas quędam, aut permutatio reipublicę & orthodoxę fidei facta fuerit in transitu pię memorię principis Marciani: tantamque commovit seditionem, totam urbem complens sim-

PARTIS TERTIAE CAP. XXIII.

simplicium virorum & seditiosis consentientium, & sine judicio talium voluntatibus consonantium, ut etiam nefarii clamores fierent, nullusque posset liberorum & mansuete viventium illo die procedere. Deinde alia congregata est multitudo permixta atque redempta, ejusdem Timothei molitione collecta in majorem Alexandrinę civitatis ecclesiam, una cum prædictis monachis: & sumens duos episcopos consentientes sibi, & propterea sub indignatione factos ecclesię a pontificali sede Alexandrinę ecclesię, nullamque communionem habentes cum sancta catholicaque ecclesia, semetipsum inthronizavit, & quasi archiepiscopum demonstravit, dum vere catholicus archiepiscopus cum omni clero in episcopio consisteret. B Et repente quidem accessit baptismata & ordinationes efficere diaconorum atque presbyterorum, nec non & episcoporum: & alia cœpit niti, quæcumque facere competunt vero pontifici. Et eos quidem quos ordinavit, distribuit in Alexandrinas sanctas Ægyptiacasque ecclesias; præcipiens omnes religiosissimos presbyteros ecclesiarum, atque diaconos, a præcessoribus transitum ad cælos habentibus ordinatos, id est Theophilo, & Cyrillo, & Proterio, ab ecclesiis expelli, nullum ulterius sacerdotii ministerium habituros. Extendens autem suam vesaniam, & quasi incrementum suæ superbiæ & concupiscentiæ operatus, considerans quia non posset aliter studium suæ intentionis efficere, C nisi ab humanis rebus auferret, quod etiam fecit, eum qui regulariter jure archiepiscopus & catholicæ pastor fuit ecclesiæ, sanctæ memoriæ Proterium, suadens aliquos, sicut rerum eventus ostendit, homicidas veros contra insurgere, qui eum orantem in baptisterio peremerunt, & per omnem (ut ita dicamus) urbem trahentes, & velut in pompa ejus reliquias deducentes undique vulneratas & membratim incisas, non respuerunt etiam carnis ejus & internorum viscera sancta gustare; ignique tradentes reliquum ejus corpus, ventis etiam cinerem dispergebant, omnem bestiarum transcendentes ferocitatem; non senectutem, non canos, D non pontificatum, mediatorem Dei & hominum, non tempus erubescentes. Commiserunt enim homicidium tempore sancto paschæ, quo etiam dæmones salutari passione perterriti conquiescunt. Rursum etiam augmentum malorum efficiens per eos qui cum eo dudum fuerunt, & quasi semetipsum in malis exercens, condemnatos quidem in scripto clericos & episcopos in communionem suscepit, & ministrare præcepit sanctis & venerabilibus sacrificiis: sanctum vero & universale concilium Calchedone celebratum, quod nec augmētum, nec imminutionem, sicut prædiximus, habet a sancta Nicæna synodo, anathemati subdidit cum omnibus ei communicantibus: nullumque religiosorum episcoporum ex Ægypto, aut Alexandrinorum clericorum ei communicantium suscepit, nisi qui illi E abrenuntiare præsumunt; quod hactenus nemo fidelium fecit. Insuper omnes totius orbis episcopos, eorumque venerabiles clericos anathematizans: parva siquidem hæc esse judicans; & ad satietatem hæreticæ suæ vesaniæ non posse sufficere, etiam in venerabili diptycho (in quo piæ memoriæ transitum ad cælos habentium episcoporum vocabula continentur, quæ tempore sanctorum mysteriorum secundum sanctas

A regulas releguntur) posuit suum nomen & Dioscori, qui sub damnatione anathematis a Deo & universali concilio esse decretus est; & delevit exinde sanctæ memoriæ & secundum Deum viventis Proterii nomen regulariter archiepiscopi constituti. Et ne polluamus ultra sermonem, dum singulas ejus volumus præsumptiones edicere, usque ad ea quæ dicta sunt, linguam præcurrentem refrenantes, aliquo modo reticuimus. Nolumus enim recordari, quemadmodum conatus est in sanctissimas Ægyptiacæ diœcesis ecclesias, in quibus Dei amantissimi & orthodoxi episcopi constituti sunt, hæreticos episcopos destinare, & in venerabilibus monasteriis clericos; & quemadmodum concutiat virginum monasteria, conturbans eas, & terrorem eis suæ tyrannidis imponens; vel ad quantam vesaniam insilivit, ita ut etiam pontificales sedes, in quibus resedit sanctæ memoriæ Proterius, postquam fregit eas, igni contraderet, aqua marina venerabilia sanctaque altaria in sanctis ecclesiis, ubi ædificata sunt atque dicata, diluerit; ne audientes in incredulitatem forte ducantur, aut certe rectæ fidei inimici lætentur: a quo & alia multa valde præsumpta sunt, quæ narrari sermone non possunt. Quia vero terribilia sunt, & omnem vesaniam valde transcendunt, quæ in talibus sanctissimis temporibus sunt ab eo commissa adversus sanctam intemeratamque fidem, & contra sanctas & venerabiles regulas, communemque disciplinam, magis autem contra sanctarum ecclesiarum statum, & adversus ipsam rempublicam, ejusque leges; hęc ferre minime prævalentes, neque permittentia censentes, multam itineris fatigationem, marinaque pericula, & incertam vitam ipsius, nostrarumque ecclesiarum curas secundo loco ponentes, ad hanc regiam venimus civitatem, consacerdotes in occulto velut in persecutione tyrannica dimittentes, & preces piissimo & Christianissimo principi, & tuæ sanctitati fundentes, atque poscentes, quatenus misericordiam præbeatis statui communi, & saluti orthodoxæ plebis, ecclesiarum pariter unitati; nec non & sanctorum & Dei amantissimorum patrum nostrorum laboribus feratis auxilium, qui diversis temporibus pericula sunt perpessi, multaque contra inimicos habuere certamina, quatenus sancta & intemerata fides immobilis & intentabilis possit ab omni hæretica sapientia custodiri; nostrosque gemitus synodicis literis sanctissimo ecclesiæ Romanæ pontifici Leoni, nec non & Antiocheno & Hierosolymitano, atque Thessalonicensi, & Ephesino, Dei amantissimis episcopis, vel aliis, quibus fuerit visum, ecclesiis indicetis, (quoniam hoc delictum læsio est communis) ut omnes totius orbis episcopi cognoscentes ea quæ præsumpta sunt a Timotheo & quia novitates exercuit contra sanctas regulas & religionem orthodoxam, literis synodicis piissimo & Christianissimo principi nostro, vestræque sanctitati secundum venerabiles patrum regulas rescribentes, dignam formam, quæ in hoc placuerit, præbere non differant. Si vero prospexeritis oportere fieri universale concilium pro salute fidelium populorum, & statu sanctarum ecclesiarum, ut terminus debeat regulariter in his quæ a Timotheo sunt nefande commissa, proferri, ne malignis aliis viris occasio perpetrandi similia præbeatur, & hoc fieri deprecamur, sanctissime & Dei

PARTIS TERTIAE CAP. XXIV ET XXV.

Dei amantissime pontifex. Paulo minus autem A nos transierat etiam hoc ad objurgationem eorum quæ a Timotheo sunt præsumpta contra sanctæ memoriæ Proterium, declarare: quod facimus, ut nullam ille possit habere in suis delictis excusationis occasionem, & omnes audientes agnoscant, quia nihil contra eum pro inimicitiarum causa suggessimus. Nam cum post mortem sanctæ memoriæ archiepiscopi nostri Proterii tantam rabiem contra eum & vesaniam demonstraverit, ut etiam pontificalem sedem, in qua ille sedit, igne cremaret, & de venerabili diptycho ejus nomen auferret, & qui ab eo fuerant ordinati, ecclesiasticum & sacerdotale ministerium celebrare prohiberet, ejusque generis proximos valde persequeretur; substantiam quoque ejus, quam a parentibus B habuerat, devastaret: quomodo manifestus non est, quia cædem contra eum ipse commisit, rebus ipsis voluntatem Timothei valde pandentibus, & quemadmodum esse vesanus apparuit contra memoriam illius qui beate defunctus est? Supplicamus igitur, ut nulla subreptio apud * angelum vestræ sanctitatis obtineat per eos qui pro eo sermonem videntur efficere; sed res ipsas inspicite, quia non solum adversus vivum infestus extitit, sed etiam contra defunctum: & sanctis regulis placitam contra eum formam dare dignemini.

* f. animum

XXIV. EPISTOLA QUORUMDAM EPISCOPORUM ÆGYPTIACÆ DIOECESIS pro Timotheo nefando archiepiscopo Ale- C xandrinæ ecclesiæ, ad Leonem imperatorem Augustum.

Piissimo & Christianissimo imperatori orthodoxo Leoni, victori, triumphatori, semper Augusto, episcopi & clerici Ægyptiacæ diœcesis ab archiepiscopo Timotheo Aeluro destinati.

1. Petr. 3. SCRIPTUM est omni poscenti rationem esse reddendam de spe quæ in nobis est, atque multo magis piissimo & Christianissimo principi. Nos itaque sanctissimi & Dei amantissimi patris nostri & archiepiscopi Timothei literas tranquillitati vestræ detulimus, gratiarum actione plenissimas, & quod Alexandrinorum D magna civitas, auspice Deo, sub vestræ pietatis imperio pacem habeat, & cum quiete multa tam ipsa civitas, quam sanctissimæ ecclesiæ & venerabilia monasteria gubernentur. Quia vero necessarie visum est, etiam spem nostram & fidem breviter vestræ mansuetudini declarare; suggerimus, nos trecentorum decem & octo sanctorum patrum qui Nicæna civitate collecti sunt, & per sanctum Spiritum sunt locuti, symbolum atque fidem tenere & custodire, & neque augmentum aliquod, nec imminutionem recipere. Ea namque quæ a sancto Spiritu dicta atque conscripta sunt, fas non est aliquo modo retractari, nec augmentum aliquod, nec immi- E nutionem eis inferre, sicut scriptum est: *Noli*
Prov. 22. *transponere terminos æternos, quos posuerũ patres tui:* quando neque interpretatione eget prædictorum sanctorum patrum fidei symbolum, cum per se interpretatum sit, & clare prædicet mysteria pietatis. Hanc ergo fidem firme & inconcusse atque immobiliter detinemus. Hæc ad satisfactionem perfectam mansuetudini tuæ suggerimus, & ita credimus tam nos, quam Dei amantissimus archiepiscopus noster Timotheus. Hoc autem manifestum tuæ facimus pietati de prædicto archiepiscopo nostro Timotheo, quia confidens de tua pietate, eidem symbolo trecentorum decem & octo sanctorum patrum, in quo baptizati estis, bonamque confessionem confessi, credere, & in eo persistere, & spem salutis habere. Et communicavit tuæ pietati, & confitetur se orthodoxum ita sapientem atque credentem, ut etiam collectas & sine sanguine sacrificia celebret pro vestra potentia. Quia vero satisfecimus præcepto vestræ tranquillitatis, suppliciter exoramus, ut annuatis precibus nostris, & Dei amantissimo & sanctissimo archiepiscopo nostro rescribatis, & nos ad ejus sanctitatem protinus dirigatis. Speramus enim, quoniam Deus qui tuæ serenitati pium hoc donavit imperium, pacemque in Alexandrina civitate dispensare dignatus est, vestrum corroborabit amplius principatum, majoremque pacem donabit cuncto terrarum orbi & sanctis ecclesiis. Quia vero vestra pietas imperavit, quemadmodum de synodis sapiamus, nostram sententiam facimus manifestam, quoniam communicat ecclesia synodis in Epheso celebratis. Synodum vero centum quinquaginta nescimus: novimus autem, quia beati patres nostri & archiepiscopi post concilium *, atque in Constantinopolitana ecclesia congregati sunt. Synodum enim Calchedonensem ecclesia maximæ civitatis Alexandrinæ non suscipit. *****

XXV. EPISTOLA LEONIS PAPÆ AD LEONEM IMPERATOREM.

Leo episcopus Leoni Augusto.

LITERAS clementiæ tuæ, plenas virtute fidei & lumine veritatis, venerantes accepi: quibus cuperem etiam in eo quod præsentiam meam pietas vestra necessariam existimat, obedire, ut majorem fructum conspectu vestri splendoris assequerer: sed magis id vobis arbitror placiturum, quod eligendum ratio demonstravit. Nam cum sancto & spiritali studio in universo mundo pacem ecclesiæ muniatis, nihilque sit convenientius fidei defendendæ, quam his quæ per omnia instruente Spiritu sancto irreprehensibiliter definita sunt, inhærere; ipsi videbimur bene statuta convellere, & auctoritates quas ecclesia universalis amplexa est, ad arbitrium hæreticæ petitionis infringere; atque ita nullum colligendis ecclesiis modum ponere, sed data licentia rebellandi, dilatare magis quam sopire certamina. Unde, quia post illas Ephesinæ synodi impietates, quibus Dioscori scelere fides catholica refutata, & perversitas Eutychiana suscepta est, nihil ad * conservationem fidei Christianæ utilius potuit ordinari, quam ut prædicti facinus sancta synodus Calchedonensis aboleret, & tanta illic haberetur cælestis cura doctrinæ, ut nihil in cujusquam opinione resideret, quod a prædicationibus vel propheticis vel apostolicis dissonaret: ea scilicet moderatione servata, ut rebellibus tantum ac pertinacibus ab ecclesiæ unitate rejectis, nulli correcto venia negaretur. Quid probabilius, quid religiosius poterit pietas vestra decernere, quam ut quæ non tam humanis, quam divinis sunt statuta decretis, nullus ultra sinatur impetere, ne vere digni sint tantum Dei munus amittere, qui de veritate ipsius ausi fuerint

* co[...] tion[...]

fuerint dubitare? Cum ergo universalis ecclesia per illius principalis petræ ædificationem facta sit petra, & primus apostolorum beatissimus Petrus voce domini dicentis audierit: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam:* quis est, nisi aut antichristus, aut diabolus, qui pulsare audeat inexpugnabilem * firmitatem? qui in malitia sua inconvertibilis perseverans, per vasa iræ, suæ apta fallaciæ, falso diligentiæ nomine, dum veritatem se mentitur inquirere, mendacia desiderat seminare. Atque contemnenda & vitanda merito sibi incontinens furor & impietas cæca, præscripsit, ut dum diaboli instinctu in sanctam Alexandrinam sævit ecclesiam, quales essent qui Calchedonensem synodum retractari cupiunt, discerètur: in qua nullo modo accidere potuit, ut a nobis contra sanctam Nicænam synodum sentiretur. quod hæretici mentiuntur, qui se fidem Nicæni concilii tenere confingunt, in quo sancti & venerabiles patres nostri contra Arium congregati, non carnem domini, sed deitatem Filii homousion Patri esse firmaverunt. In Calchedonensi autem concilio adversum Eutychianam impietatem definitum est, de substantia virginis matris dominum Iesum Christum sumpsisse nostri corporis veritatem. Apud Christianissimum igitur principem, & inter Christi prædicatores digno honore numerandum, utor catholicæ fidei libertate, & ad consortium te apostolorum ac prophetarum securus exhortor, ut constanter despicias ac repellas eos qui se Christiano nomine privavere: nec patiaris impios parricidas sacrilega simulatione de fide agere, quos constat * fidem velle vacuare. Cum enim clementiam tuam dominus tanta sacramenti sui illuminatione ditaverit, debes incunctanter advertere, regiam potestatem tibi non solum ad mundi regimen, sed maxime ad ecclesiæ præsidium esse collatam; ut ausus nefarios comprimendo, & quæ bene sunt statuta defendas, & veram pacem his quæ sunt turbata restituas; depellendo scilicet pervasores juris alieni, & antiquæ fidei sedem Alexandrinæ ecclesiæ reformando: ut correctionibus tuis Dei iracundia mitigata, regiæ civitati non retribuat quæ ante admissa sunt, sed remittat. Constitue ante oculos cordis tui, venerabilis imperator, omnes qui per totum orbem sunt domini sacerdotes, pro ea tibi fide, in qua totius mundi est redemptio, supplicare: in qua te specialius ambiunt, qui apostolicæ fidei sectatores, Alexandrinæ ecclesiæ præsederunt, agentes apud pietatem tuam, ne hæreticos homines, & merito pro sua perversitate damnatos, uti sua persuasione patiamini, cum sive impietatem erroris aspicias, sive opus perpetrati furoris attendas; non solum ad sacerdotii honorem admitti nequeant, sed ab ipso Christiano nomine mereantur abscindi. Nam (quod exorata pietatis vestræ venia dixerim) quodam contagio splendorem vestræ serenitatis offuscant, cum sacrilegi parricidæ id audeant petere, quod nec innocentes liceat obtinere. Oblatæ sunt gloriosissimæ pietati vestræ preces, quarum exempla vestris literis subdidistis: sed in his quæ catholicorum sunt deplorantium, subscriptio continetur: & quia causa probabilis est, fiducialiter nomina singulorum, vel dignitas sui honoris aperitur. In illis autem, quas orthodoxo principi hæretica porrigere non formidavit obreptio, sub incerto confusæ universitatis vocabulo, ideo certum nomen retrahitur, ne non solum paucitas personarum, sed etiam meritum detegatur. Latere enim sibi utile existimat eorum quantitas, quorum est & qualitas judicata: nec incongrue, cujus loci homines sint, profiteri metuunt, qui meruere damnari. In una ergo catholicorum commenta panduntur. Hic sacerdotum domini & totius Christiani populi ac monasteriorum defletur eversio: ibi immanium scelerum continuatio demonstratur, ut quod non licuit audiri, liceat dilatari. Nonne perspicuum est, quibus pietas vestra succurrere, & quibus debeat obviare, ne Alexandrina ecclesia, quæ semper fuit domus orationis, spelunca nunc sit latronum? (*Matth. 21.*) Manifestum quippe est, per crudelissimam immanissimamque vesaniam, omne illic cælestium sacramentorum lumen extinctum. Intercepta est sacrificii oblatio, defecit chrismatis sanctificatio, & parricidalibus manibus impiorum omnia se subtraxere mysteria. Nec ullo modo ambigi potest, quid de his decernendum sit, qui post nefanda sacrilegia, post sanguinem probatissimi sacerdotis effusum, & concremati corporis cinerem, in contumeliam aeris cælique dispersum, audent sibi jus pervasæ dignitatis expetere, & apostolicæ doctrinæ inviolabilem fidem ad concilia provocare. Magnum ergo vobis est, ut diademati vestro de manu domini etiam fidei addatur corona, & de hostibus ecclesiæ triumphetis. Quia si laudabile vobis est, adversarum gentium arma conterere; quanta erit gloria, ab insanissimo tyranno Alexandrinam ecclesiam (in cujus contritione omnium Christianorum est injuria) liberare? Vt autem pietati tuæ literæ meæ colloquium quasi præsentis exhibeant, quidquid de communi fide fueram suggesturus, scriptis prosequentibus insinuandum esse perspexi: ac ne hujus epistolæ pagina in nimiam longitudinem tenderetur, aliis literis quæ assertioni catholicæ fidei congruunt, comprehendi: licet ea quæ a sede apostolica sunt prædicata, sufficerent, insidias tamen hæreticorum etiam hæc quæ sunt adjecta, referarent. Sacerdotalem namque & apostolicum tuæ pietatis animum etiam hoc malum ad justitiam ultionis debet accendere, quod Constantinopolitanæ ecclesiæ puritatem * pestilentes obscurant, in qua inveniuntur quidam clerici, hæreticorum sensui consonantes, & intra ipsa catholicorum viscera assertionibus suis hæreticos adjuvantes. In quibus deturbandis si frater meus Anatolius, cum nimis benigne parcit, segnior invenitur; dignamini pro fide vestra etiam istam ecclesiæ præstare medicinam, ut tales non solum ab ordine clericatus, sed etiam ab urbis habitatione pellantur, ne ulterius sanctus Dei populus perversorum hominum contagio polluatur. Cultores autem pietatis tuæ, Iulianum episcopum & Aetium presbyterum mea petitione commendo, ut suggestiones eorum pro catholicæ defensione fidei placide digneris audire: quia vere sunt ejusmodi, ut fidei vestræ possint per omnia utiles inveniri. Data Kalendis Decembris, Constantino & Rufo viris clarissimis consulibus. "

* pestilenter obscurat,

" Anno Christ. 457

Partis tertiae Cap XXVI et XXVII

XXVI. EPISTOLA ANATOLII EPISCOPI AD LEONEM IMPERATOREM.

Piissimo & Christianissimo imperatori Augusto, victori ac triumphatori, Leoni, Anatolius Constantinopolitanus episcopus.

ORATIONI quidem nostræ opus est, Christianissime & fidelissime imperator, ut non circa meditationem a diabolo pervenientium rerum contra communem ecclesiarum pacem occupemur. Quia vero, sicut apparet, adversarius non finit præsentem sine fluctuatione navigare nos vitam, necesse est supernæ gratiæ gubernaculo usos oportere nos omnes B qui Deo auctore sumus in sacerdotio constituti, illius certaminibus obviare. Unde etiam nunc in his quæ sunt præsumpta in Alexandrinorum ecclesia, non quievi, sed sequens vestræ Christianæ tranquillitatis intentionem, volentem & sanctorum patrum regulas non sperni, & civilia jura servari, quod me facere congruebat, scilicet sedem gubernantem hujus regiæ civitatis, egi: & hæc manifesta vestræ pietati fient per ea quæ scripsi tam Romano sanctissimo & venerando Leoni pontifici, quam omnibus uniuscujusque diœcesis venerabilibus metropolitanis episcopis, apud quos ingemui petulantiam contra sanctorum patrum regulas perpetratam, & facta scelesta Timothei, C sicut accusationes adversus eum vestræ pietati & nobis scriptæ testantur, qui conculcavit ecclesiasticas sanctiones, legesque civiles, quique secundum quod scriptum est, malam potius partem libenter elegit, & quæ illis quæ in rebus decentibus deficiunt, commodatur. Ait enim: *Impius dum ceciderit in profundum malorum, spernit.* Significavi nihilo minus eis & de sancto beatoque nostro concilio Calchedonensi, quæ digna sunt. Ergo quoniam aliis hæc convenienter exposui, pronior nunc exiti, ut cum fiducia clarius de rebus præsentibus meam possim publicare sententiam. Notum igitur facio vestræ tranquillitati, quod piissimis vestris D syllabis a nobis fieri præcepistis, quia constituo Timotheum quidem, quantum ad integritatem sanctorum canonum, adversum quos semper ea quæ gessit & gerit, hactenus irritavit, in ordinatione sacerdotii nullatenus esse dignum. Quomodo enim sacerdos erit, qui ita a proprio pontifice, & ab omnibus totius orbis sacerdotibus sponte semetipsum abrupit, & hæreticum per omnia demonstravit, dudum se a sancto & famosissimo Calchedonensi concilio separando, & reverendissimos episcopos Ægyptiacæ diœcesis, & clericos, nec non & orthodoxorum multitudinem, & monachorum catholicæ fidei & ipsi universali concilio communicantium, veluti hæreticos ab ecclesiis E propriis expellendo; insuper & aliarum multarum malarumque rerum auctor existens, sicut accusationes adversus eum oblatæ proclamant? De Calchedonensi vero sancto & universali concilio hoc aperte pronuntio, quia tentare omnino retractare aliquid eorum quæ ab eo definita sunt, hominum est insidiantium solummodo catholicæ ecclesiarum Christi concordiæ, congaudentium turbis atque tumultui; quando apostolica quidem & paterna dogmata olim nobis tradita, in eo roborata sunt & affirmata: nullum autem dogma rectitudini

Prov. 18.

A ecclesiasticæ contrarium illic peregrine aut noviter est probatum. Illa siquidem Deo amabilis ac venerabilis synodus, ex imperiali tunc sanctione celebrata ad peremptionem scandalorum quæ tunc contra fidem intemeratam videbantur exorta, non aliam innovavit fidem, non peremit antiquitus existentem, non adjecit aliquid olim confessioni contraditæ, non imminuit eam quæ semper custoditur & salvat: sed trecentorum decem & octo sanctorum patrum symbolum incontaminabile & inviolabile a domesticis fidei custodiri, & eis qui imbuuntur ab impietate cum terrore tradi præcepit. Nec non & synodos sanctas & orthodoxas, post illam maximam, ei consonas existentes, & pro illius confirmatione diversis temporibus celebratas, recte probavit, & solummodo, sicut diximus, semen zizaniorum tunc ortum exterminavit, ne ulla ex hoc malitiæ radix per eos qui inerudite contendunt, denuo pullularet, & puram intemeratamque nostram fidem in aliquo noceret, quatenus ab hoc aliqui simplicium fœdarentur. Nunc igitur famosissime & fidelissime noster princeps, insertæ tibi justitiæ congruit sancire, ne quorumdam mala voluntas, seu hæretica pravitas, cuncto orbi terrarum & omnibus Christi sacerdotibus unitis secundum Deum & pacem habentibus, vexationis communis & contritionis fiat occasio, & sacris canonibus suum robur contra Timotheum spernentem eos, per nos demonstrantibus decernere, uti quæ necessaria sunt, ut per vestræ pietatis imperium, sicut in illis quoque contra talium rerum præsumpta provenire sancitum est, hæc secundum legum severitatem effectui contradantur, ad vindictam contemptarum ecclesiæ sanctionum, & innoxii sanguinis, hoc est, sanctæ memoriæ Proterii orthodoxi Alexandrinæ civitatis episcopi, sicut visum fuerit pietatis vestræ tranquillitati, Christianissime ac fidelissime imperator Auguste, immaculata & intemerabili dextera.

XXVII. EPISTOLA EPISCOPORUM EUROPÆ, AD LEONEM IMPERATOREM.

Protecto, pio & Christianissimo domino totius orbis terrarum, & imperatori Augusto Leoni, Ioannes reverendissimus Heracleæ, Theophronius episcopus Aphrodisiadis, Theotecnus episcopus Cyclensis, & Babulas episcopus novæ Theodosiopolis Europæ vestræ.

PIETATIS vestræ & Christianitatis imperium clarius purpura atque diademate pro fidei causa lucet. Vere namque piissime & Christianissime imperator, leo quidem contra hostes existis, circa mites autem & subditos, mansuetissimi David imitator agnosceris, quippe divinitus adeptus imperium. Eodem namque modo etiam eos qui inordinati videntur, & contra sanctas regulas semetipsos armaverunt, & seditiones impias & scelestas arripiunt, imperiali auctoritate comprimitis, & de mundi quiete cogitantes, incommotas & sine fluctibus sanctas ubique conservatis ecclesias. Præstet igitur omnium dominus Christus vestrum imperium indeclinabiliter confessionem fidei conservantem, longævis annorum curriculis sanctorum intercessionibus permanere.

Sacras

Sacras igitur & Christianissimas literas a vestra A tranquillitate directas cum multo studio relegentes, in quibus præcepistis nobis clarius explanare, quid de sancto magnoque & universali Calchedonensi concilio sentiamus, & de Timotheo, quem Alexandrinorum populus sibimet ordinavit episcopum; per hanc humilem nostram relationem vestræ pietati significamus, quomodo cunctis sanctissimis orthodoxisque conciliis & concordamus & consentimus. Primum quidem dogmata & expositionem trecentorum decem & octo sanctorum sequimur patrum, eorumque fidem indeclinabiliter custodimus, in quam etiam baptizati sumus & baptizamus. Post quos, centum B quinquaginta sanctorum patrum qui in regiam Constantinopolim congregati sunt, constituta servamus. Nec non etiam Ephesinum concilium, quod sub beatæ memoriæ Cælestino successore sancti & venerandi & custodis clavium regni cælorum Petri, & sub sanctæ memoriæ Cyrillo Alexandrino pontifice congregatum est propter hæresim nefandam profanamque Nestorii: præcipue tamen per Dei gratiam Calchedone collectum magnum sanctumque & universale concilium, eo quod prædicta concilia firmaverit, nihilque quod illis bene videatur placuisse, commoverit, nec augmentum quoddam vel detractionem fecerit, C aut quidquam ex his quæ tunc fuere desita, commoverit, aut aliquid incongruenter interpretatum sit. Quod concilium velut ancoram cautam firmamque servamus, quando contra omnem hæreticam tyrannidem scutum inexpugnabile & arma extitit, quæ nequeant superari. Hujus igitur formas sive definitiones nullus recta sapientium mutilare præsumat: & neque unum iota aut unum apicem possumus aut commovere, aut violare horum quæ ab eo recte sunt & inculpabiliter definita. Sequimur autem & famosissimorum sanctorum patrum doctrinas rectas, misericordia regis omnium Christi euangelicum adepti sacerdotium, recte sapimus semper, & sicut sapit apostolica D Romanorum sedis ecclesia, & sicut sapuerunt beatæ famosæque memoriæ patres & episcopi regiæ Constantinopolis, & sicut omnes totius orbis episcopi, recte verbum prędicantes veritatis sapimus, sic regentes populos prædicamus, rectam eis proponentes intemeratamque doctrinam. De Timotheo vero, sicut continent preces subditæ sacratissimis vestris & Deo amantissimis literis, quia ejus immissione sanctæ memoriæ Proterius orthodoxus sanctusque pater & Alexandrinorum episcopus, in sacratissimi baptisterii loco peremptus est, membratimque concisus, & locis omnibus circumtractus, & post hæc igni contraditus, aliaque passus, quæ propter sceleris exaggerationem E terretur lingua proferre: sanctissimum quidem Proterium in ordine & choro sanctorum martyrum ponimus, & ejus intercessionibus misericordem & propitium Deum nobis fieri postulamus: Timotheum vero, qui talia perpetravit in beatæ memoriæ Proterio qui fuit episcopus, cujusque consilio atque tractatu factum est scelus hujusmodi, quod etiam humanos auditus propter excellentiam crudelitatis obturat, tamquam tyrannum & sanguinarium, & propter immensam sui crudelitatem antiquos tyrannos qui semetipsos adversus triumphatores martyres armaverunt, transcendentem, quique episcopatum arripuit, alienum a sacerdotio & episcopatus dignitate, & extraneum esse decernimus. Sanctissimos autem & consacerdotes nostros, qui ab eo contra ecclesiasticas sanctiones excommunicati sunt atque damnati, & consacerdotes nostros eos, & comministros, & coepiscopos & communicatores habemus, & optamus sanctis eorum orationibus Dei clementiam promereri. Similiter autem sive archimandrita, sive presbyter, sive diaconus, sive quis alius in clero constitutus, excommunicatus ab eo est propter bonæ memoriæ Proterium Alexandrinæ civitatis episcopum, huic communicamus, & esse eum in clericatus dignitate decernimus. Nam lupus qui pastori non pepercit, nec ovibus parcit. Eos autem qui in damnatorum locis ab eo sunt constituti, sive episcopi sint, sive archimandritæ, sive presbyteri, sive diacones, sive quilibet in clero humiliori consistens; hos indignos graduum, in quibus sunt præter ecclesiasticam consequentiam ordinati, cum obumbratam velut theatralem dignitatem videantur sortiti esse, decrevimus. Vestræ siquidem tranquillitatis est, Alexandrini populi curam habere, & a sancta Dei aula lupum expellere, & invulneratum inconsumptumque gregem salvatoris Christi servare, & concordiam multamque pacem Alexandrinorum civitati concedere, ad gloriam Christi, & exaltationem piissimi vestræ Christianitatis imperii.

Ioannes episcopus. Incolumem vestram pietatem Deus omnium nobis donet longævis temporibus sanctorum orationibus.

Theotecnus episcopus Cyclensis, similiter.

Theophronius episcopus Aphrodisiadis, similiter.

Babulas episcopus novæ Theodosiopolis, similiter.

XXVIII. EPISTOLA LUCIANI EPISCOPI BYZENSIS, ad Leonem imperatorem.

Piissimo & Christianissimo domino imperatori, perpetuo Augusto Leoni, Lucianus humilis Byzæ metropolitanus episcopus.

Datis mihi piis atque venerabilibus literis vestræ Christianitatis imperii, & relegente me sacros apices vestros, ac inveniente in eis ferventissimum circa orthodoxam fidem zelum, & excellentem pietatis intentionem, & quia valde pro sanctarum ecclesiarum pace curatis, nec non & vestras civitates sub quiete manere, & omnes subjectos in tranquillitate consistere festinatis, & sacerdotes Christi pro fidei robore ad concordiam invitatis, & ea quæ discerpta sunt insidiis inimici, voluntate Dei cōjungere decertatis: & mea humilitas suam indicat voluntatem, inquantum intelligere potest, principaliter equidem de Timotheo, quem etiam lectioni subjectæ preces edocuerunt sacerdotii appellatione & operatione nimis indignum, qui secundum sanctorum patrum regulas expellendus, nisi forte propter magnitudinem clementiæ sanctis summorum thronorum archiepiscopis quidquam de eo aliud videatur eo quod & piissimæ vestræ divinitus factæ clementesque literæ manifestant, valde vos de urbe Alexandrina cogitare,

PARTIS TERTIAE CAP. XXIX ET XXX.

De sancto vero & universali Calchedonensi concilio, quod concordat & trecentis decem & octo sanctis patribus qui in Nicæa convenerunt, & centum quinquaginta qui post hæc in urbe regia congregati sunt, & eis qui in Epheso sub Cælestino Romanæ urbis, & Cyrillo Alexandrinorum, sanctis episcopis convenerunt, etiam animo quidquam sumere, quod sit ei contrarium, impii atque hæretici sensus esse judicavi.

XXIX. EPISTOLA VALENTINI EPISCOPI PHILIPPOPOLIS ad Leonem imperatorem.

Per omnia piissimo & Christianissimo imperatori, triumphatori & Augusto Leoni, humilis Valentinus in domino æternam salutem.

CUM & ante imperium virtutibus regnaverit Christianissima vestra tranquillitas, & in imperio supra purpuras & diadema fidei rectitudine decoratur & coronatur. Nam compensationem justitiæ potius quam donum a Christo regalia sceptra percipientes, compensationem rursus Deo redditis, vestrum imperium conservanti, dum incessabiliter cogitatis, quatenus securam ab omni hæretica tempestate ecclesiam ejus & sine fluctuatione servetis. Quemadmodum gentium bella amantium superbas cogitationes ad terram deponere festinastis, ita & pravos sensus hæreticorum adversus Christum latrantium, velut pulverem exsufflantes, ad nihilum usque perducetis, & secundum vocabulum vestrum, inimicis quidem Dei & vestri imperii, tamquam leo sævus, occurritis: circa eos autem qui pie Deum colunt, & imperii vestri sceptris obediunt, ovium pastoris imitatores & oves simpliciores existitis. Igitur pro ecclesiastica pace & salute filiorum ecclesiæ multam providentiam pietas vestra gerens, sacratissimis suis syllabis adorandisque sancivit, ut mea parvitas sanctissimos provinciæ episcopos in unum colligens, quæ humilitati nostræ placerent, & regulis convenirent, & fidei rectæ congruerent, indicaremus vestræ Christianitatis imperio: maxime autem de crudelibus malignisque rebus, & omnis tragœdiæ narratione majoribus, quæ nuper Alexandriæ provenerunt, simul & de Calchedonensi sancto magnoque & universali gratia Christi celebrato concilio: cujus termini non ex nobis, sed gratia sancti Spiritus sunt confixi, nihil metuentes, neque pro gratia vel inimicitiis decernentes, sed Dei solummodo judicium injudicabile formidantes, ad notitiam vestræ Christianissimæ tranquillitatis referre deberemus. Quapropter & in unum nosque simul & nostri clerici congregati, habentes timorem Dei præ oculis, sub ea quæ a vestra sunt pietate sancita, suggerimus vestræ tranquillitati, quoniam & unitatem colimus, & iniquorum communionem abominamur, & sanctorum patrum concilia complectimur, & ea quæ ab eis sunt definita atque decreta, custodire intransgressibiliter exoramus. Timotheum vero qui totius malitiæ culmen excedit, & inhumanitatis crudelitatem transcendit, homicidam, patrisque necatorem, qui episcopo superstite ecclesiam ejus adulteravit, & sponsum ejus occidit, & tyrannico modo & impudenter semetipsum in sedem ejus imposuit, sicut preces oblatæ tranquillitati vestræ declararunt, non oportere neque inter vivos examinari, palam est: nunquam dignitate pontificatus indui, & in sancto altari stare, & divinitati ministrare credendus est. Quid etiam dicamus de populo indiscreto, qui ab eo ad impietatem armatus est, & amplius quam eorum fluvius inundavit iniquitatibus, malitiæ turre ultra Pharum, qui apud eos excellenter accenditur, & usque ad cælos flammas impietatis extendit? Victoriam dicam judicans hanc esse, ad comparationem aliarum rerum, quæ ab eo sine timore commissa sunt, qui etiam unam naturam negantes, cuncta ferocitate vestiti sunt. De sancto vero & universali Calchedonensi concilio, cujus princeps non homo, sed Christus, qui est super omnia Deus & rex æternus, deinde pastores totius orbis extitere doctores, præsentibus eis & sacratissimo vestro senatu, & culmine eminentium potestatum, & divæ memoriæ ter beato principe Marciano, omnibus obsignantibus hanc esse pietatis viam, patrumque fidem impollutam & immutabilem, sanctorumque apostolorum doctrinam in nullo mutatam, neque discordantem expositæ fidei a sanctis patribus in Nicæno concilio congregatis: cum utique ea doceat simul & alliget, & aperte ab omni hæretica nos secta discernat. In hac ergo perduramus, hanc tenemus, & ea quæ in ea sunt explanata, intransgressibiliter observamus, omnemque hæreticam pravitatem abominamur; Deo semper hymnos pacificos exolventes, qui nobis custodem rectæ fidei vestram potentiam condonavit.

Valenntius episcopus Philippopolitanæ metropolis sanctissimæ ecclesiæ, manu mea subscribens, his quæ sunt supra scripta, consentio.

Epictetus episcopus Diocletianopolis, similiter.

Et reliqui similiter.

XXX. EPISTOLA SEBASTIANI EPISCOPI AD LEONEM IMPERATOREM.

Post Deum domino totius orbis piissimo & Christianissimo nostro principi Leoni, in domino salutem, humilis & ultimus Sebastianus episcopus.

TUUM quidem, piissime imperator, laudabilem & gloriosissimum inter homines principatum omnium dominus Christus quotidianis diebus bonis incrementis maximum splendidissimumque demonstrat, & de cetero demonstrabit, hoc semper efficiens propter fidem rectam quæ ab infantia est vobis inserta, & propter reverentiam quam divinitati salubriter exhibetis. Quod autem supplicamus, sacratissime imperator, illud est, ne patiamini illius venerabilis & inter sanctos habitantis maximi viri Marciani talisque principis post mortem opinionem nunc a culicibus lacerari, neque tuum ita præcipuum, & ultra gloriam constitutum imperium contemptibile illudere volentibus ostendatis: sed veritatis experimentum sumant stulti, scientes quia terribile est incidere in manus Dei vivi. Hoc autem in ordine primo piissime nosse supplicamus. quia sicut soli ad demonstrandum quia sol est, nihil minus est; ita illi magno sanctoque & universali Calchedonensi concilio, bonorum quidem omnino nihil deest: neque enim eget augmento, neque detractione, cum sit a sancto Spiritu velut divino quodam sale conditum. Nam qui

qui in eo illo tempore condemnati, & indigni pontificali statu esse decreti sunt, sententia hoc magni Dei tanquam impii pertulerunt. Qui vero suscepti sunt, velut injustam & tyrannicam circumventionem parvo tempore sustinentes, repente decreto sancti Spiritus juste suscepti sunt: inter quos nostrorum temporum secundus Abel beatus Flavianus existit. Tanti siquidem & talis probatiq; concilii amplectere judicium, serenissime orthodoxe imperator. Taliter namque sapuisse comperimus omnes qui verbo & doctrina, & vita mirabili, Deo per diversa tempora placuerunt; id est, beatum Athanasium, qui sæpius propriis sancivit dogmatibus, quia erat in corpore passibili impassibilis, & in mortali immortalis. Sic & Basilius magnus, & Gregorius Nazianzenus, & alter Gregorius Nyssæ, & post Ioannes Constantinopolitanus, verborum simul & cogitationum pelagus benedictum. Scito siquidem nefandum Timotheum, & eos qui similia cum immensa tyrannide sapuerunt ac sapiunt, alienos a nobis factos ab orthodoxorum episcopatu. Bene autem & digne tuorum temporum, imperator egregie, si preces ab Ægyptiaco concilio tibi datas rationabiles existentes, & omni approbatione dignas, tamquam orthodoxas suscipias, & alia cuncta tamquam satanæ opera, & cogitationes animas corrumpentes effugias, solumque vobis sufficiat Calchedonense concilium, cum solum omnia orthodoxorum antiqua concilia in semetipso Spiritus sancti virtute constringat. Incolume semper consistens atque crescens vestrum imperium dominus orbi terrarum longis dignetur servare temporibus, imperator sacratissime.

XXXI. EPISTOLA THEOTIMI EPISCOPI SCYTHIÆ AD LEONEM imperatorem.

Domino piissimo, & Christianissimo imperatori nostro Leoni, Theotimus humilis Scythiæ regionis episcopus.

DECET tuam pietatem, venerabilis imperator Auguste, ecclesiarum tranquillitate gaudere, & tribulationes populi conturbati & tempestates tranquillissimis vestris allocutionibus ad pacis jura transferre. Propterea siquidem vos Deus cælitus divino nutu suo munivit, ut ea quidem quæ sana sunt, imperiali potestate integra semper salvaque custodiatis; quæ vero vexata sunt atque corrupta, vestræ pietatis medicina euretis. Nihil itaque Deo amabilius est, nihil acceptius, quam ut illa vos sapiatis, quæ a Dei Patris sapientia didicistis; & illa doceatis, quæ ab ipsis fidei vestræ incunabilis saluberrime estis eruditi. Et quoniam sacratissimis vestris syllabis admonuistis, ut quæ sapimus de sancto Galchedonensi concilio, nostris literis referamus ad vestræ notitiam pietatis; cognoscat vestra serenitas, quoniā nihil amplius, nihil minus, quam quæ in Calchedonensi concilio a sanctis patribus integre atque perfecte definita sunt, credimus, aut consentimus. Neque enim aliud nos ultra sapere, quam ea quæ tantorum patrum termino sanctus Spiritus erudivit. Vnde mansuetissime imperator, & ego, & omnis ecclesia Dei sic sapimus, & in consensu nostro sanctorum patrum definitiones fide & devota confessione firmamus. De Timotheo vero sic sapimus: quoniam secundum virtutem precum adhuc vivo existente episcopo, impudenti intentione ab excommunicatis est ordinatus, exordinatum & excommunicatum ecclesiastica regula eum esse decernit: neque manus impositionem illorum episcoporum in sancta ecclesia permittit quamdam habere virtutem, qui Christi fidem violantes, ordinationem impositam sibimet amiserunt. Nunc igitur nostræ confessionis verbum facientes saluberrimis vestris auribus manifestum, deposcimus dominum nostrum Iesum Christum, ut vestrum imperium catholicæ fidei robore confortatum, & crucis virtute munitum, ab omni suspectione bellorum intactum semper custodire dignetur. Optamus vestram tranquillitatem divina providentia semper incolumem, & coronam imperii vestri intemeratam & impollutam multis annis nobis divinitas donare dignetur, domine sacratissime & venerabilis imperator.

XXXII. EPISTOLA EPISCOPORUM MOESIÆ SECVNDÆ AD LEONEM imperatorem.

Domino piissimo, victori, semper Augusto Leoni, Marcianus, Marcialis, Monophilus, Marcellus, Petrus & Dittas episcopi secundæ Mœsiæ.

TRANQVILLISSIME principum, desiderium habens pii propositi, verbum fidei quam tenes, tibi fieri manifestum, sacris literis hoc a nostra humilitate fieri præcepistis, ut vobis aperte significaret de sancta & incomprehensibili deitate, quam humana lingua nec comprehendere, nec scribere potest, sed potius cum mundo corde colere debet & adorare. Hoc autem adstruimus, confiteri nos, & perdurare in fide quam in urbe Nicæna trecenti decem & octo patres, condemnata impietate Arii, tradiderunt in toto orbe terrarum: nec non & quæ a sanctis centum quinquaginta patribus in urbe Constantinopolitana de sancto Spiritu, pro delenda Macedonii persona, prolata est: insuper & quæ in Epheso ad depositionem impietatis Nestorianæ formam accepit: super hæc autem & quæ ad peremptionem Eutychianæ vesaniæ de humanatione Salvatoris, in Calchedonensium civitate multis sanctis episcopis convenientibus per jussionem Leonis Romani pontificis, qui vere caput est episcoporum, & venerabilis sacerdotis & patriarchæ Anatolii, concilio celebrato, sub duobus imperatoribus confirmata est. Quod concilium nos cum omni clero & populo Christiano usque ad finem tenentes & possidentes, in eo concupiscimus permanere. Timotheum vero qui postea per odium atque crimen, sicut publicis libellis agnoscitur, scelestissime contra Proterium reverendissimum virum, Alexandrinæ civitats episcopum, operatus est, & condemnatis viris sibimet per obreptionem indigne episcopatus nomen imposuit; hunc cum his qui similia præsumpserunt, in ordine sacerdotum nec numerari, sed sub anathemate, & inter Simoniacos reputandum esse decernimus. De synodo vero, quam petunt fieri quidam post decretum patrum qui Calchedone definierunt, nos nec optamus, nec fieri consentimus, ne majora scandala generentur; sed magis contra principes tanti sceleris ultionem proferri decernimus.

Marcianus episcopus civitatis Abriticæ, confirmavi & subscripsi.

Martialis episcopus civitatis Apiarensis, similiter.

Monophilus episcopus civitatis * Dorostrii, similiter.

*Dorostori,

Marcellus episcopus civitatis Nicopoleos, similiter.

Petrus episcopus civitatis Novensis, similiter.

Ditta episcopus civitatis Odyssæ Scythiæ, similiter.

Et hæc Latine quidem data, est in Græco interpretata, & iterum translata de Græco in Latinum.

XXXIII. EPISTOLA EPISCOPORUM PRIMÆ SYRIÆ AD LEONEM imperatorem.

Sacratissimo & piissimo amatori Christi Augusto, & a Deo competenter honorato imperatori Leoni, Basilius, Maximus, Theoctistus, Domnus, Gerontius, Flavianus, Sabacurus, & Petrus, episcopi primæ Syriæ.

Omnibus siquidem, sicut lux, vestra potentia ad beneficia proposita, æquos radios indigentibus velut in mensura condonat, præcipue vero illis qui amatores rectæ fidei, & eamdem circa Deum, quam vos, obtinent pietatem: cujus præceptores quidem sunt doctores rectorum dogmatum, & qui diversis temporibus extiterunt lumina veritatis. Custos autem omnium præcipuus præes, quando & culturæ a vobis dilatæ susceptor & fidelissimus conservator existis. Quapropter non auream in his coronam vobis offerimus, nec qualem hi qui mundanarum rerum obtinent potestatem, propter beneficia sibi collata, beneficiorum grates exolvunt; sed ex famosissimis actionibus compositam, quas consuerunt studia virtute bonaque vita fulgentia generare. Quarum natura immarcescibilis, non ad breve tempus apud suscipientes manet, sed in æternum bene agentibus præmia & ubertatem epulationis extendit. Quomodo enim repensare possumus ei terrena, qui utitur cælesti prudentia? Quid de nostris retribuamus illi, cui divina carpere moris est? Transeant ergo paupertatis nostræ negotia ad favoris culmen, divina dogmata deducantur ad medium, quæ etiam vos amplectentes, æternam vobis gloriam radicastis. Hæc enim a nobis Salvator docenda prædicavit, & Spiritus sancti gratia construxit, dudum quidem scripturas sanctas legentibus hæc prænuntians, postea vero a Nicænis patribus pro communi utilitate confirmans. Non enim tempus aliquod horum fidei symbolum permutavit, nec qualibet ars verborum eorum sensus convertit: sed velut in quamdam petram omnis hæreticorum impetus in hæc verba percussus, in spumam repente dissolvitur. Sive enim creaturam dicat aliquis Filium Dei secundum Patris naturam, per hanc fidem male sentire convincitur: sive nostræ formæ veritatem in eo neget, tamquam pietatis inimicus expellitur: sive sancti Spiritus divinam tentaverit permutare substantiam, velut fidei alienus abjicitur. Nam hæc quasi vera lux obumbrationem nullatenus recipit falsitatis. Dum enim dicit: Ex Deo natus est, hoc est, de substantia Patris ante sæcula, & non factum, consubstantialitatem confirmat, & omnem eis qui adversa sapiunt, fomitem impietatis excludit. Rursus cum dicit: Qui propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, & humanatus est, & natus ex Maria virgine; dispensationis interpretatur omne miraculum. Similiter autem cum in sancto Spiritu unam & eamdem quam in Patre & Filio profitetur fidem, impietatem perimit eorum qui sancto Spiritui reluctantur. Ex his itaque sermonibus coarmati etiam posteri veritatis propugnatores, considerantes verborum virtutem, malis adinventionibus fidem violare tentantibus, linguas opposuerunt, non ipsi quidquam novitatis & per contentionem invenientes, sed verbis symboli patrum velut in acie repugnantes. His enim qui divinitatis unigeniti naturam passibilem esse calumniantur, responsionem contrariam objiciunt, inconvertibilem & immutabilem substantiam Dei docentes. Eos qui primitias nostræ naturæ in unigenito respuunt, ex eodem similiter arguunt, ex ipsa nuncupatione explanantes, quod ad incarnationem & humanationem nihil aliud quam assumptionem & unitionem nostræ naturæ monstravit. Hos ita centum quinquaginta magni patres, & qui universale concilium Calchedonense sancti Spiritus voluntate celebravere, secuti sunt, unum eumdemque Filium & secundum divinam, & secundum humanam naturam docentes; eumdemque de Patre secundum divinitatem, eumdemque de matre secundum humanitatem, tamquam Deum impassibilem; * eumdem secundum quod sumptum est de nobis, consubstantialem nobis; eumdem secundum nativitatem de Patre, consubstantialem genitori, & hoc quod fuit ante sæcula natura manifestantem, & quod in se assumpsit novissimis diebus veritate servantem: non alium & alium per hæc denuntiantes, sed eumdem filium dominum & Deum, & quæcumque de eo dicuntur, competenter glorificantes. Hanc synodum, tamquam concordem illis, per omnia custodimus, & eos quidem qui in ea anathematizati sunt, & anathematizamus, Eutychem & Nestorium: eos vero qui in ea claruerunt, valde laudamus; & omnes absolute qui paternam sortem nobiscum una custodiunt, tamquam fratres recipimus; eos autem qui parentalem rectitudinem negant, velut extraneos judicamus, nihil aliud in eis amplius cogitantes. Quos enim alienos fides efficit, quid oportet a nobis aliis omnino delictorum suppliciis? De Timotheo siquidem, qui Alexandrinum pontificatum & Ægyptiacæ diœcesis arripuit potestatem, supervacaneum etiam aliquid dicere judicamus. Quid enim amplius dicamus de eo qui a confessione pia per ea quæ dudum & nunc agit & loquitur, sicut ex precibus vestræ majestati prolatis ostenditur, semetipsum fecit extraneum? Denique ipse & defensores ejus aperte literis quas vestræ obtulerant tranquillitati, bellum se habere contra ecclesiam monstraverunt, tanta concilia, hoc est, centum quinquaginta, & eorum qui Calchedone collecti, abdicantes audacter. Quapropter multis maximisque accusationibus adversus eum factis, non arbitramur oportere, ut hæc a nobis examinentur: nisi forte etiam gentiles, qui a pietate segregati sunt, omnino culpemus, quod non omnes ecclesiæ custodiunt sanctiones. Contra hos

*f. ... eumdemque tamquam hominem passibilem.

hos enim qui prima fronte alienigenæ sunt, & A in summis rebus nequaquam nobis communicare proponunt, decernere aliquid de reliqua conversatione, nullus derelictus est locus, & tamquam legum aliquarum transgressores castigare, dum utique alienatione fidei ab omni corpore sint abscissi, & procul a rebus nostris semetipsos abstraxerint. Si quis enim in divinis causis elegerit quæ nostra sunt sequi, tunc in eum definitiones canonum in reliquis delictis examinamus. si vero summitate concordiæ communionis nostræ ab ecclesiasticis legibus longe discordat, iste nimis extraneus est. De delictis autem & præsumptionibus quas nefande commisit, reipublicæ legibus & earum præsidibus secundum rationem judicio competenti subdetur. Vestræ igitur erit clementiæ, ea qui- B dem quæ sunt pietatis, extendere & ornare, & & celsitudinem decoris subvehere: ea vero quæ huic sunt adversa resolvere: ostendentis simul ad clementiam & malignitatis abjectionem, per quæ in vobis imitatio divina formatur, ad utilitatem subjectorum cuncta disponens, & veram mansuetudinem & pacem tribuens universis, quæ vestræ pietati repensationem bonorum per ea quæ geritis, pollicetur.

Basilius episcopus opto incolumem vestram pietatem multis annorum curriculis conservari Dei ecclesiis & Romano imperio, religiosissime & piissime, & Christo amabilis imperator.

Maximus episcopus Laodiceæ, similiter.
Theoctistus episcopus Berrhœæ, similiter. C
Gerontius episcopus Seleuciæ, similiter.
Flavianus episcopus Gabalæ, similiter.
Domnus episcopus Chalcidis, similiter.
Cyrus episcopus Onosarthæ, similiter.
Petrus episcopus Gabbi, similiter.
Sabbas episcopus Palti, similiter.

XXXIV. EPISTOLA EPISCOPORVM SYRIÆ SECVNDÆ AD LEONEM imperatorem.

Religiosissimo atque piissimo & Christianissimo Augusto, & honorato competenter a Deo imperatori Leoni; Epiphanius, Eusebius, Elias, Diogenes, Maximus, Paulus & Magnus, D *episcopi secundæ Syriæ.*

OSTENDIT, piissime principum, dominus omnium Christus amorem circa sanctas ecclesias suas eximium, & ad terminum etiam nunc adduxit promissionem, qua in sanctis euangeliis Petro dictum est: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferni non prævalebunt adversus eam:* quando vestram tranquillitatem pii imperii augusta veste circumdedit: & mirabile non est. Nam eum Deus sit, & sine mendacio verba protulit, & firmas suas promissiones semper ostendit. Vnde vos largitorem potestatis op- E time cognoscentes, ea quæ gloriam ejus declarare noverunt, hæc statuere laboratis, confidentes quoniam ex hoc vestræ gloriæ culmen augebitur, dum eum qui glorificavit, glorificare denuo festinatis. Quapropter nos beneficiorum vestrorum culmen experti, pro pietate vestra divinitati incessabilibus orationibus supplicamus, ut suo decreto terrarum orbi gubernatorem donatum longo tempore conservare dignetur ad exaltationem sanctarum ecclesiarum, & æternam constantiam rerum. Confidimus autem, quoniam nostras suscipiet preces, videns nos pro sua gloria cogitantes, & propterea orationes pro vestro facientes imperio. Igitur dignatum est vestri culmen imperii piis syllabis indicare, ut affectum quem circa fidem habemus, aperiamus. Complentes ergo quod scriptum est, sine aliqua dilatione vestræ sanctioni velociter obedimus. Ait enim: *Parati semper ad satisfactionem omni petenti vos rationem de spe quæ in vobis est.* Et si unicuique, piissime principum, jubet sermo divinus de piete proferre cum præparatione responsum, quanto magis nobis, qui propter communem utilitatem hoc facere festinamus? Significamus ergo quam sententiam habemus circa venerabilem confessionem, & quæ concilia vera decernimus, quæ hanc fidem firmam esse per sanctas scripturas asseruerunt. Est itaque prima quidem synodus post apostolicam fundationem velut crepido quædam immobilis trecentorum decem & octo patrum, quæ in Nicæa sub divæ memoriæ Constantino collecta est, & Arii vesaniam publicavit, & consubstantialitatis scientiam cunctis aperuit. Post illam vero centum quinquaginta patrum, quæ in regia Constantinopoli congregata est, quæ Deum sanctum Spiritum declaravit aperta confessione: & his duabus consentire ea quæ in Epheso sunt prius gesta, didicimus. Post quas sanctas & universales synodos, & eam quæ Calchedone celebrata est, & cum summa integritate tradi per omnia festinavit, tamquam voluntatem Dei dicimus & congregatam pariter & firmatam. Rectam enim & immaculatam asseruit fidem, nihil ulterius dici aut sanciri consentiens, quam ea quæ posita sunt in venerabili symbolo trecentorum decem & octo patrum. Hæc autem & dudum scripsimus vestræ potentiæ, cum subscriptionibus subditis reverendissimorum episcoporum povinciæ destinantes. Quia vero & de Timotheo qui Alexandrinorum ecclesiam quadam fluctuatione commovit, nos significare sanxistis, sacratissimas regulas sequentes, & his edocti per Dei gratiam, ecclesiastico tramite nostrum peragere tempus, auctorem homicidii & adulterii hunc talem operarium esse decernimus, legentes ea quæ precibus sanctissimorum episcoporum vestram majestatem adeuntium, continentur. Ex quibus etiam nos extincti super eum decretum tale protulimus, cum & efficacem & penetrantem super omnem gladium bis acutum proponentes Dei sermonem; Hebr. 4.
& licet neque ab initio possederit, (nam quomodo habere potuit, qui secundum quod scriptum est, non accepit?) tamen alienum eum a cuncta dicimus sacerdotii dignitate. Vestræ igitur pietatis est, sanctissimum etiam in hoc agere zelum, & illa sancire, quæ legibus & sacris canonibus, & cunctis Dei ecclesiis pacem conferre videantur. Incolumem pietatem vestram multis annorum curriculis conservari Dei ecclesiis & Romano principatui deprecamur, religiosissime & Christo amabilis imperator. 1. Cor. 4.

Epiphanius episcopus Epiphaniæ.
Eusebius episcopus Arethusæ, similiter.
Elias episcopus Seleuciæ, similiter.
Diogenes episcopus Larissæ, similiter.
Magnus episcopus Mariamnæ Euphratesiæ, similiter.

XXXV.

PARTIS TERTIAE CAP. XXXV. ET XXXVI.

XXXV. EPISTOLA EPISCOPORUM PROVINCIÆ OSROENÆ AD LEONEM imperatorem.

Deo amantissimo & piissimo atque Christianissimo Augusto, digne a Deo coronato imperatori Leoni, Nonnus, Damianus, Ioannes, Abrahamius, Ioannes, Petronius, Elias, Basilius, episcopi Osroenæ provinciæ.

NON est mirabile, o victor atque Christianissime principum, ut qui desuper sceptrorum potentiam sumpsit, cum consilio Dei qui hæc præbuit, cuncta faciat, atque immobilia sacerdotii jura custodiat, nihilque patiatur propter multam mansuetudinem rerum B sibi competentium præter ejus decernere voluntatem. Et hoc maximum est inter alia nimis indicium, quod designant etiam literæ vestræ, quas nuper nobis dirigere tranquillitas vestra dignata est, per quas ea quæ crudeliter sunt præsumpta contra sanctas regulas a Timotheo, qui tyrannice sedem divinitus sacerdotibus condonatam tenuit in Alexandrina civitate, cognovimus. Omnium enim iniquitatum res plenæ sunt, & piæ intentioni vestræ tranquillitatis & immaculatæ fidei valde * contraria. Vos enim ex quo purpuram & coronam geritis, orthodoxum lumen, ecclesiarum omnium domini Christi diversam semper habuistis curam. Quæ vero in Alexandria gesta sunt, sicut preces continent C eorum qui eas * pietati vestræ apices obtulerunt, omnem transcendunt iniquitatem. Vos fidem orthodoxam custoditis, scientes ab ea optime commoneri. Timotheus autem ad ejus destructionem nihil non præsumpsit. Vos pacis estis auctores, illi novorum certaminum inventores. Vos sine sanguine subjectos vivos virtute Dei legibus custoditis: illi nutricem suam pontificali sanguine compleverunt. Vos cum benedictione competenti ad divina loca semper acceditis: illi principium sceleris ibidem commiserunt. Quomodo ergo possibile est, his ita se habentibus, aut humilibus nobis, aut vobis pie regnantibus, inter sacerdotes constituere D harum rerum auctorem? Et de Timothei quidem causa hanc sententiam nos habemus. Ut autem correctio in eo fieri debeat, estis vos domini per auctoritatem imperii, quam estis justitiæ suffragio consecuti. De sancto autem concilio Calchedone celebrato, ex quo semetipsos penitus absciderunt, id est, Timotheus & huic similia sapientes, ad peremptionem dogmatum bene expositorum a beatis patribus in Nicæa collectis, quæ etiam idem sanctum Calchedonense concilium confirmavit; corroboravit, non subvertit; laudavit, & non infregit: quid oportet aliquid nos vel dicere, orantes cum his quæ ab illis decreta sunt, quibus etiam præfulget symbolum a sanctis patribus in E Nicæna urbe signatum, & vivere, & vitam hujus sæculi terminare? Ab illo enim nos sancto concilio nullus præter mortem poterit separare, quomodo & vos tranquillissimi, quæ ab his sancita sunt, optime vestris syllabis confirmastis.

* f. contrariæ.

* f. pietatis vestræ apici

Nonnus episcopus Edessenæ metropolis, incolumem vestram pietatem multis annorum curriculis conservari Dei ecclesiis & Romano imperio, dominus præstet Christus, piissime & Christianissime Deo amabilis imperator.
Damianus episcopus Callinici, similiter.
Abrahamius episcopus Circisii, similiter.
Basilius episcopus Baliensis, similiter.
Ioannes episcopus Carensis, similiter.

XXXVI. EPISTOLA MESOPOTAMIÆ, AD LEONEM IMPERATOREM.

Religiosissimo atque piissimo & Christianissimo Augusto, & a Deo coronato & honorato imperatori Leoni, Maras, Maronius, Noe, Eusebius, Reticius, Valaras, Maras, Abrahamius, episcopi vestræ Mesopotamiæ regionis.

OMNIUM Christus atque salvator, qui humanum genus tamquam facturam propriam miseratus, ab impietatis profunditate & ignoratione peccati ad celsitudinem scientiæ pietatis evexit, & lumen quidem ecclesiam suam, id est, corpus fidelium nominavit; invictam vero eam etiam inferni portis esse constituit, & operationibus eam tamquam Deus undique roboravit; non solum per piscatores suos, magnum mysterium veritatis annuntiantes, non jam humanæ prudentiæ verbis, sed cælesti sapientia & ignea sancti Spiritus lingua fundavit & auxit, sed etiam per pios postea principes, & collaborantes piscatoribus, ad prædicationem evexit. Quorum pii imperii successorem, & fidei salutaris heredem etiam nunc suis donavit ecclesiis, & omnibus quæ sub cælo sunt, rebus, tranquillissimam Christianitatis vestræ potentiam, ad confirmationem ecclesiasticæ pacis, salvantis vos spe simul & fide, & constantiam totius orbis terrarum, & pelagi rationalis fidelium populorum. Igitur a Deo propter insertam vobis fidem hanc & pietatem regalia sceptra suscipientes, Christianissime principum, mansuetudine atque clementia largitorem remuneratis imperii, quando pro humana salute & ecclesiarum pace cum sacerdotibus Christi curam cōgruam ante alias cogitationes, & beneficia tamquam pii principis exhibetis: & ut fideles Christi sacerdotes regalibus vestris & piis literis honoratis; eosque ad hanc utilitatem participes vos habere non piguit. Huic ergo consilio obedientes, voluntati ac providentiæ vestræ potentiæ altam pacem & longævam optantes vitam, congregati in vestra Mesopotamia, ex his quæ apud vos pio proposito gesta sunt, nostram sententiam declaramus. Sancivit itaque Christianitatis vestræ potestas, ut relegentes oblatas vobis adversus Timotheum preces, syllabis pietatis vestræ subjectis, indicaremus vestræ tranquillitati, quam de eo sententiam habere possumus, cum Dei videlicet hoc timore facientes. Quas preces non sine dolore, non sine lacrymis relegentes, & scelus non modicum & narrationem auribus terribilem in eis invenientes, nihil aliud præter hoc dicimus, Christianissime principum, * qui sufficit omni auditui & menti fidelium, in his quæ nefande a Timotheo gesta sunt, cum hæc vera probentur, justam contra eum habere vos indignationem, & pias leges vestras erigere, & ut sacerdotes Christi lugeant eum qui talium rerum cooperator effectus est, & hoc in schemate sacerdotis, cum utique neque possit esse, neque laicorum uti communione fidelium, non quia sacerdotis & hominum sibi debeat nomen imponere. Igitur de rebus tristitia plenis & fletibus,

ANNO CHRISTI 45[...]

Matt[...]

* f. q[...]

Locus dosus.

bus, hæc a nostra humilitate ad notitam pietatis vestræ perducta sunt, cum possitis per sapientiam vobis a Deo celebratam, quando in manibus ejus vestra corda servantur, & cogitare decenter ecclesias Christi ab hujusmodi scelere liberare. De spe autem & fide quæ in nobis est, in qua nutriti sumus, & in qua ex hac vita oramus abire, confessionem quam habuimus & habemus, mansuetissime principum, sequentes principaliter, & velut super firmissimum fundamentum nostra verba & vitam super euangelicam & apostolicam prædicationem Trinitatis ædificantes, deinde & expositam a sanctis patribus qui in Nicęa collecti sunt, sequimur fidem: reverenter autem, & velut tutamen nostræ vitæ, etiam sanctum concilium B quod Calchedone celebratum est, obtinemus atque servamus, quod nihil in symbolo fidei exposito Nicęæ a sanctis trecentis decem & octo patribus est adjectum. Sancta siquidem Calchedonensis synodus impietatem hæreticorum singulorum temporum abdicavit, & prædicationem Trinitatis confirmare secundum divinas scripturas, & piissimorum patrum expositiones atque traditiones per omnia festinavit. Hæc & de fide & de spe quæ in nobis pro satisfactione est, etiam cum timore Dei manifesta vestræ facimus potestati, hæc tamquam solita salvare defendimus, hæc cum sacerdotibus Christi pietas vestra tenens atque confirmans, in pace imperii retinacula gubernabit, ecclesiam Christi immobiliter conservando, regni cælorum arrhas firmissimas possidebit, & nos sacerdotes & populum fidelem cum studio magno clamare faciet ad dominum Christum: Salvum fac domine regem tuum, & exalta cornu ejus imperii, quod est & erit gloria tuorum domine sacerdotum, simul & ecclesiarum tuarum.

Maras episcopus vestræ Mesopotamiæ, incolumem vestram pietatem multis annorum curriculis conservari ecclesiis Dei & Romano pariter optamus imperio, religiosissime & Christo amabilis imperator.

Zoras episcopus, similiter.
Maronius episcopus, similiter.
Noe episcopus, similiter. D
Eusebius episcopus, similiter.
Reticius episcopus, similiter.
Valaras episcopus, similiter.
Maras episcopus, similiter.
Abrahamius episcopus, similiter.

XXXVII. EPISTOLA EPISCOPORUM PHOENICIÆ MARITIMÆ AD LEONEM imperatorem.

Domino amantissimo & Christianissimo, & a Deo decenter honorato imperatori Leoni, Dorotheus, Eusthatius, Megas, Theodorus, Rufinus, Cassius, Paulus, Heraclitus, Antiochus, Nonnus, Magnus, Thomas, episcopi oræ maritimæ Phœniciæ, in domino salutem. E

GLORIFICAT quidem omne genus humanum dominum Christum, quoniam scriptis vestræ pietatis lætari promeruit: plus autem collaudat Deum chorus sacerdotum, quoniam vestris bonis in communi participatur, & quia rursus ratione pręcipua honorem vobisipsis debitum promeretur. Decebat enim eum qui culmen imperii divina largitate sortitus A est, Dei sanctas ecclesias venerari. Optime namque confiditis, quoniam his bene dispositis, omnis manus hostium vertitur in timorem: & qui pridem imprudenter resistere didicerant, propter vestræ fidei magnitudinem confusi, venient ad ruinam. Imitatores enim principum constituti, qui justitia & æquitate claruerunt, facillime rebus pręsentibus prævalebitis. Pro Dei siquidem legibus dimicatis, velut integri custodes earum; & sanctorum habentes curam, æquo cum eis honore fruemini, cogitantes ut nullius hominis disciplina minor inveniatur, & pro subjectorum quiete præcipuam studetis habere solicitudinem. Et hæc quidem, quantum ad consolationem pertinet corporalem, pro ejus utilitate gerere vestra serenitas non quiescit: potiorem vero habet industriam, ut fidei orthodoxæ cultus in hominum animabus oriatur: quatenus vestra pietate adducantur regi regum, qui a Deo, ut essent, plasmati sunt. Hanc itaque devotionem possidens apud Deum, & sanctas ecclesias multiplicare quotidie studens vestra tranquillitas, sequendo quidem reverendæ memoriæ & in sanctorum choro laudantem Constantinum, & tenendo vestigia piæ memoriæ Marciani, pro pace ecclesiarum maximam diligentiam gerit vestra religio. Quapropter sancire dignati estis, ut per universos provinciarum episcopos manifestum vestræ tranquillitati fiat, quam voluntatem habemus de glorioso concilio Calchedone celebrato. Qua de re nostram aperte sententiam declaramus, quia nulla ratione aut modo discordat ab expositione sanctorum patrum Nicææ congregatorum: nec tamquam minus habeat doctrina majorum qui in Nicæa fuerunt, hoc gestum est, sed ut per Calchedonense concilium illorum expositionis reveletur intentio. Quia enim alii aliter, &, ut volunt, piis syllabis violenti sunt, & familiarem malæ sectæ nequitiam immaculatæ fidei superimponere moliuntur; hujus rei gratia pestiferam eorum & callidam redarguens voluntatem, & omnem putativam opinionem dominicæ inhumanationis abdicans, eos qui prodigiose non ex Dei genitrice virgine esse nostrum fermentum credunt, destruxit, & vesanam rabiem figmenta talia cogitantium publicavit. Neque enim augmentum aut correctionem, neque imminutionem aut decisionem fecit Calchedonense concilium patrum spiritali concordia collectorum. Est enim & ex hoc indicium sumere manifestum, eo quod divino decreto & approbatione cuncti convenientes, rectæ confessioni in his quæ sunt placita, consenserunt, & nulla (Dei gratia) secuta est discordia. Et de his quidem, ut congruit, indicavimus, immobiliter nostram sententiam roborantes, & scientes quia omnipotenti Deo valde placeamus, & vestræ majestati hoc modo satisfacimus, quando nihil contrarium, nec extraneum a Nicænorum patrum symbolo sectatur Calchedonense concilium divinitus inspiratum, sed magis ut dictis majorum consonat atque concordat, ita contra malevolos semper illud amplectitur. De eo siquidem qui episcopalem vocationem Alexandrinæ civitatis abripuit, sicut eum preces oblatæ plurima contra patrum regulas fecisse designant, hoc tantummodo dicimus: quia secundum ea quæ precibus sunt inferta, mensuras eccle-

PARTIS TERTIAE CAP. XXXVIII.

ecclesiasticæ vindictæ transcendit. Cur enim A dicat quilibet, ut ei dignitatis nuditas inferatur, quam neque primitus habuit, nec illi post hæc accessit? Hic enim, sicut preces de eo edocent, & legum & ecclesiasticorum canonum pro nihilo habuit sanctiones. Et quæ aures hujus sceleris dicta non respuant? quæ lingua ea quæ scripta sunt in illis precibus, explicare cuncta prævaleat? Vestræ siquidem solummodo erit justitiæ atque sapientiæ cogitatio, celerem terminum rebus imponere. Quod autem nunc nostram mentem effugerat, non erat reminisci superfluum. Quia enim quasi glo- B riantes hi qui pro eo petitiones obtulerunt, dixerunt, quod Timotheus symbolum trecentorum decem & octo patrum, sicut affirmaverunt, amplectitur, ex hoc apparebit hic simulatione & arrogantia magis usus. Nam qui præter eorum formam ac terminos inverecunde omnia perpetravit, & aperte contra eos bella suscepit, illos primitus impugnavit, in quorum minime constituto permansit. Igitur piissime imperator Leo, vestrum est, ut in eum formam congruam deferatis. Extingue armiger Dei, sicut tuæ convenit religioni, impetus frequentium tempestatum, & sanctis eccle- C siis Dei ita dispone pacem, quatenus pro vestra potentia, & omni sacro palatio, & victoria fidelis exercitus, orationes suas emittant, pro omni vitæ vestræ tempore, quam Deo placeat conservare.

Dorotheus episcopus Tyri. Incolume pium vestrum & Christianum imperium, pro beneficio & pace cunctarum ecclesiarum, sancta Trinitas custodire dignetur, piissime & Christo amabilis imperator.

Eustathius episcopus Beryti, similiter.
Megas episcopus Sidonis, similiter.
Theodorus episcopus Tripolis, similiter.
Heraclitus episcopus Arcesi, similiter.
Nonnus episcopus Orthosiadis, similiter.
Atticus episc. Aradiæ Constantiæ, similiter.

XXXVIII. EPISTOLA EPISCOPORUM PHOENICIÆ SECUNDÆ AD LEONEM imperatorem.

Dei amantissimo & piissimo, atque Christianissimo domino totius orbis terrarum, & a Deo decenter honorato imperatori Leoni, Ioannes, Veranius, Petrus, Ioannes, Ioannes, Thomas, Dada, Eusebius, Theodorus, Abrahamius, Petrus & Eustathius, episcopi Phœniciæ secundæ Libanisiæ.

Prov. 21. VERE *cor regis in manu Dei, & cor Dei in consilio regis.* Propterea qui ab eo imperii retinacula sunt sortiti, nunquam deci- E piuntur, subjectos autem magna solicitudine gubernantes. Dei enim cor habent, unde possident donum sapientiæ atque * solatii, unde meruerint coronari. Ex illa siquidem manu, rerum domine, adeptus sapientiam, habes immobilem atque robustam in te fidei rectæ crepidinem. Igitur consulere nos vestra serenitas pia sanctione dignata est, de immaculata fide quæ in nobis est, quam videamur habere voluntatem. Hoc enim nos docent apostolicæ sanctiones, quod a patribus sanctis caute percipimus, tam ab his qui in Nicæa per sanctum Spiritum congregati sunt, & quæ sunt sancti Spiritus ibi sanxerunt, quam a centum quinquaginta patribus,

* f. consilii,

qui cum eo Spiritu inimicis ejusdem Spiritus corde pacifico restiterunt. Nec non & de beatis patribus Calchedone collectis, qui superiora quidem concilia multitudine transcenderunt, nihil autem horum quæ ab illis recte probata sunt, reliquerunt, quod non competenter insinuaverint. Si enim ea quæ a patribus Calchedone congregatis sancita sunt, infirma judicaverimus; & ea quæ in Nicæa decreta sunt, sine dubitatione destruimus. Horum namque illa non peremptio, sed robur existunt. Si autem ea quæ in Nicæa constituta sunt, vel usque ad unum sermonem refutare voluerimus, & apostolorum sanctiones læsisse videbimur. Ubi enim fundamentum rectæ & immobilis fidei posuerunt sapientissimi architecti, illic prædictorum patrum sanctiones ædificatæ sunt. Qua gratia nostras animas non negamus, neque sanctos patres, aut quæ ab eis noscuntur esse sancita. De sancto quidem Calchedonensi concilio, & quæ illic pie definita sunt, hanc nos habemus cum vestra pietate sententiam. De impia vero tyrannide Timothei Ægyptii, qua usus est, sacerdos equidem factus non est, sed potius ecclesiæ adulter apparuit. Quid dicam, qui eam quam salvator proprio sanguine liberavit, ille pontificali sanguine voluit adipisci, & factus est non pastor ovium Christi, sed importabilis lupus; non pater, sed parricida; non sponsus, sed thalami violator? Hæc enim omnia continentur in precibus tranquillitati vestræ porrectis: quas relegentes, amare flevimus. Quomodo enim ingemiscere non poteramus, audientes hæc in canonum subversionem fuisse commissa, & per mutationem ecclesiasticarum sanctionum, & disciplinæ digressionem, sacerdotum necem, sacrorum (quantum ad præsumptiones attinet) pollutionem? Nam licet sacra omni violatione sint libera, verumtamen audacium nisus, eorumque conscientia violata est, secundum apostoli dictum. Hęc itaque de illius præsumptione Tit. D proferimus, quoniam non est fas, ut vestræ fidei tranquillitas hunc dignum debeat judicare. Qui enim rebus divinis illusit, magis autem tyrannidem * ei intulit, quique ejusmodi malis * f. semina ministravit quidem, monstravit etiam posteris causas scandalis plenas, & suæ malitiæ imitatores effecit, nequaquam nos vocamus sacerdotem, aut suis criminibus innoxium esse decernimus. Nos itaque ex his quæ agnovimus, omni venia hunc virum exuimus: vestra Christianissima majestas de civitatis illius emendatione deliberet. quidquid enim vultis, mansuetissimi domini, adimplere poteritis. Pio namque principi nihil impossibile, quod non possit modo pietatis adimplere. Dominus enim universorum gubernat imperium, & ipse auctoritate sua imperavit fluctuanti mari ut quiescat, & tam vobis mundi rectoribus, quam eis qui reguntur a vobis, suo imperio tranquillitatis pignora condonavit.

Ioannes episcopus, incolumem vestram pietatem multis annorum curriculis custodiri ecclesiis Dei & Romano deprecamur imperio, venerabilis & piissime atque Christianissime imperator.

Vranius episcopus Emesæ, similiter.
Petrus episcopus Heliopolis, similiter.
Ioannes episcopus Abilæ, similiter.
Ioannes episcopus Almirensis, similiter.
Thomas episcopus Euariæ, similiter.

Dadas

Dadas episcopus Comoarenus, similiter.
Eusebius episcopus Abydenus, similiter.
Theodorus episcopus Castridanabeni, similiter.
Abrahamius episcopus Coradensis, similiter.
Eustathius episcopus Saracenorum, similiter.

XXXIX. EPISTOLA EPISCOPORUM PROVINCIÆ ISAURIÆ AD LEONEM imperatorem.

Piissimo & Christianissimo imperatori nostro Augusto, & a Deo competenter honorato principi Leoni, episcopi Isauriæ provinciæ, Basilius, Ioannes, Iulianus, Nunechius, Epiphanius, Ammonius, Paulus, Conon, Euphronius, Sabbatius, Athanasius, Hermophilus, Iulianus, Theon, Dacianus, Paulus, Orention.

QVEM alterum decebat imperatorem talia pro talibus præcipere, & scribere nobis subjectis, & leges pro rebus divinis ponere sacerdotibus æquo judicio puras, præter vestram solummodo pietatem, quam ipse proprie Deus elegit, & ex totius mundi potentia coronavit, & supra reipublicæ retinacula constituit, violentia tempestatis nullatenus imminente? Quapropter bonam retributionem, * quæ prospicitis, Christo referre desideratis. Abel sacrificiorum puritatem fecistis: * in quo enim æquale est sacrificium cum veritate fidei & amicitia pacis. Zelatus es actibus tuis, tranquillissime imperator, Constantinum illum memoriæ immortalem, maximum, pium, amatorem Christi, & indubitanter apud omnes beatum, qui Abelis vivens imaginem in animabus hominum possedit in æternum: qui cum David quidem sicut rex & propheta stat apud Deum, cum Petro autem & Paulo & tonitrui filiis, quasi similis eis, in prædicationibus veritatis effulget. Ille enim, quando eum Romanorum sceptris Deus ordinavit, ecclesiæ membris intexuit, multam caliginem & tempestatem quamdam imminere lucri purissimæ dogmatum veritatis inspiciens, & creaturarum adoratione imminuta, a falsis simulatoribus pietatis denuo eam videns institui contra Christianam fidem, & sacerdotes, qui vere filium esse Dei, & de substantia Patris ante sæcula natum credunt & prędicant, semetipsum per sanctum Spiritum increatæ Trinitatis imperio & adorationi subjiciens, suum in terra firmavit regnum; & pietatis radios in terra mixtos omni caligine, ex illo tempore usque ad præsens per omnes (ut ita dixerim) terras explicuit: factus semen, & radix, & cultura, & scintilla nobis salutis inextinguibilis. Sed rursum Christianissima vestra *, honorabilis imperator, ad illius tendit intentionem. Ecclesiæ siquidem Alexandrinæ ædificatore nequitiæ languorem serente certaminis, & membra corporis universorum fidelium dissipante, quæ pro salute communi debebant alterutris esse sociata: quatenus qui sanæ sunt mentis, in definitionibus Nicæni concilii permanerent, quas dudum patres congregati Calchedone signantes, * ovilium rationalium ovium tradiderunt. Aliis vero quemdam Timotheum eligentibus, repugnantem dogmatibus patrum qui Calchedone collecti sunt, & petentibus eum principem, oviumque pastorem, qui illis derogare præsumit, quæ admirari magis oportet; & accusat patrum Calchedonensium constituta; & fratres hęc amplectentes expellit. Ita cum his rebus odia & persecutiones variæ sint obortæ, sicut oppressorum preces contra opprimentes eos pietati vestræ oblatæ denuntiant, tu piissime velut mansuetissimus pater potius quam regnator, potestate regali interim quiescendum rebus ita commissis decrevisti, & sacerdotibus hujus passionis medicinam impartire dignatus es, & spiritalem advocasti sententiam, decreto sacerdotum communi magis volens ad incolumitatem membra languentia revocare, ut hæc res quamdam reverentiam & memoriam Dei præberet, & asperitatem rerum, & certamen exortum, & fervorem iracundiæ crescentis * egerit, ipse cœpisti. Itaque piis vestri imperii sanctionibus, ut sententiam quam unusquisque nostrum in suo gerit animo, revelaret, & aperte vestræ majestatis imperio declararet, de his quæ a patribus Calchedone sancita sunt, & Timotheo, quem aliqui Alexandriæ præsidere deposcunt. Volentes autem examinatione certissima fulgere Deo amabilem undique veritatem, etiam timorem nobis proposuistis futurii judicii, quatenus neque inimicitia, neque circa quosdam gratia faciente, deberemus obumbrare quod justum est. Servientes igitur nutui vestræ potestatis, & omnes pariter congregati, & tractantes atque universa considerantes, ut erant, hoc dicimus: quia Calchedonensis concilii intentio est valde firmissima. Sequitur enim prędicationes euangelii, & sanctorum patrum qui dudum in Nicęna urbe collecti sunt, symbolum inviolatum omnino custodit: omnem quidem dogmatis nequitiam ab impiis adinventam procul abjiciens, & sensum verborum symboli sanctę fidei subtiliter investigans, & hæc faciens manifesta: nec non & centum quinquaginta patrum qui olim in regia civitate convenerunt, piissimam legem immobilem inviolatamque custodiens, quam illi universi de sancti Spiritus substantia ejusque dominatione posuerunt, blasphemam Macedonii religantes linguam, & unam naturam esse eamdemque Patri, & Filio, & sancto Spiritui publice confitentes. Destructæ sunt autem hoc constituto etiam impietates variæ, importabiliaque commenta Manichæorum, quæ sub figmento reverentiæ obumbrata videbantur. Multis etenim rationibus egit illa synodus, multisque verbis, non quo novitates aliquas contra definitiones jam bene fixas introduceret, sed ut interpretatione latiori conamen contra symbolum meditatum latronibus veritatis auferret. Quia enim stultitiam sectantes Eutychis, veram naturam dominicæ carnis, pietatis prędicationi subripiebant, extraneum eum omnino facientis a nobis, qui ex nobis est, dominum Iesum Christum, nihil eum de matre sua secundum carnem beata virgine Maria assumpsisse confitentes: simulabant autem se patrum in Nicæa convenientium dogmata sequi, nec non & Cyrilli amplecti nimis & honorare decreta, cum sint valde callidi, & patrum nostrorum concordiam & amicitias se habere mentiantur, quando voluerint eorum filiis fraudes ingerere: remoti patres operatione sancti Spiritus, piissimam beati Cyrilli linguam ad accusationem vesaniæ istorum evocare crediderunt, qui olim dum Ale-

PARTIS TERTIAE CAP. XXXIX.

ANNO CHRIST. 451.

Alexandrinam gubernaret ecclesiam, & aperte A contra Nestorii vesaniam dimicaret, & beato Cælestino incolumis ecclesiæ Romanorum pastori particeps esset adversus Nestorii impietatem in priori patrum Ephesi concilio, pro veritatis defensione maximus propugnator emicuit, quando uno fonte & iisdem syllabis a se conscriptis, & impietatem Nestorii perculit, & contra zizania pravæ sectæ Eutychis, quæ jam quidem tunc germinabant, nondum tamen videbantur aperte, falcem sectionis apertissime præparavit. Propterea namque epistolam ab illo sapientissimo patre conscriptam patres illi ad medium deduxerunt, in qua cum omni subtilitate nos docuit dispensationis dominicæ sacramentum: quomodo & incarnatus unigenitus Filius permansit Filius unus existens, demonstrans in eo & humanæ naturæ quam assumpsit ex virgine, inconvertibilem servari proprietatem, & paternę substantiæ gloriam sine aliquo temperamento consistere, nequaquam assumptam a domino carnem alterum filium in glorificatione Trinitatis introducens, quod Nestorius noviter asserebat: sed existentem ante sæcula Filium invisibilem, in novissimis diebus revelatum nobis. Neque secundum Eutychis vanitatem, carnem domini cognationem docens hominum declinare: propter quod Deus Verbum incarnatus, homo factus est, apprehendens (sicut Paulus ait) semen Abrahæ, & particeps proxime nobis factus sanguinis & carnis, & formam servi suscipiens, totius dominus creaturæ, & per omnia similis factus nobis absque peccato, qui est impermutabilis per figuram paternæ substantiæ. Huic autem etiam illam epistolam quæ a patribus orientalis ecclesię scripta dignoscitur, patres sanctissimi conjunxerunt, studentes undique celsam & tutissimam itineri regio pietatis circumferre maceriam, ne forsan agentes inter pusilli cujusdam sensus circumventionem conclusi, aut in foveam Nestorii ruerent, aut in alterius præcipitii profunditatem inciderent, quam Eutyches postea suffodit: quam tamen jam prius effossam & a diligentibus cultoribus coopertam, ipse denuo in interitum suę animæ rursus aperuit. Miramur igitur, quomodo hi qui vestræ pietati preces pro Timotheo porrexerunt, confitentur cognoscere & amplecti synodum patrum qui Ephesi contra Nestorium convenerunt, homines, qui per ea quæ gesserunt, etiam illam ut Calchedonensem penitus denegant. Nam literę ejusdem epistolæ ad impium Nestorium a Cyrillo conscriptę, in concilio utroque florentes, in Ephesino quidem blasphemantem Nestorium arguerunt, in Calchedonensi vero Eutychis vesaniam destruxerunt: & propter easdem syllabas in illo quidem concilio omnium laudibus Cyrillus coronatus est, sapiens Alexandrinorum pater: & rursus in isto concilio post mortem quasi pręceptor prædicatus est pietatis, nihil amplius ex epistolis beatissimi Cyrilli, his qui Calchedone convenerunt, ad medium deducentibus, nisi illas literas, quas Deo amabilis Leo Romanæ pater ecclesiæ ad sanctæ memoriæ Flavianum contra Eutychis vesaniam constituens destinavit, in quibus & ipse vocibus beatissimi Cyrilli concordare dignoscitur. Et has quidem synodus deduxit ad medium, non quasi validiores eas symbolo patrum in Nicęa convenientium esse

Hebr. 2.

B C D

decernens, (nullus hoc putet) sed aperte volens per ipsas arguere eos qui simulant se quidem symbolum Nicænorum patrum amplecti, dum autem nullum volunt proferre sermonem quo veritas carnis dominicæ designatur, pessima semina Manichæorum latenter simpliciorum inserunt animabus, a quibus majore custodia opus est, quam ab impia calliditate Nestorii. Ille siquidem aperte unum Christum in duos dividens filios, patrum symbolo semetipsum pandit inimicum: isti vero unum quidem eumdemque se venerari, colere & adorare dicentes, sicut symbolum docet, unitarum vero duarum naturarum proprietates perimentes, & neque passibilitatem carnis dominicæ, neque impassibilitatem divinitatis ejus esse confitentes, dubiam circa incautos habentes sententiam, maximas læsiones eis inspirare moliuntur. Nam aut conversionem factam suspicari concedunt circa dispensationis sacramentum, aut aliquid putativum, aut phantasiam, aut confusionem, aut transitum false per virginem figuratum, & non gestam vere nativitatem domini, dicunt. Hæc enim omnia germina sunt dolosæ radicis, quæ mortem animabus his obedientibus afferunt. Propterea siquidem ad peremptionem vesaniæ totius hæreticæ, prædictis epistolis eguerunt. Nam & post expositionem subtilissimam harum literarum, rursus patres qui sanctum concilium Calchedonense celebraverunt, symbolum patrum Nicænorum pro lapide sumentes, ubique hoc solum circumferri & prædicari ad illuminationem fidelium sanciverunt. Quapropter, omnium mansuetissime & venerabilis imperator, quisquis laudat Calchedonense concilium, & Ephesinum & Nicænum valde miratur: qui autem hoc respuit, neque illorum legibus acquiescit, sed simulat tantummodo se colere pietatem. Pro causa vero Timothei quid amplius vestræ pietatis potentiæ nos dicamus? Si enim preces contra eum datas sequuntur ut causæ, & omnia quæ ibi sunt posita, opere (sicut illi asserunt) facta noscuntur, nullus ei per canones sanctorum patrum veniæ sermo relinquitur. Hæc ergo vobis scribere, vestra tranquillitate præcipiente, curavimus. Deus autem sapientia vestræ pietatis imperii, membra ecclesiæ semper uniat, sitque communium medicus passionum, & mansuetissimum vestrum imperium perpetuo tranquille & mansuete custodiat, affectu nos paterno regentem.

Basilius episcopus misericordia Dei Seleuciæ metropolis vestræ Isauriæ, incolumem vestram pietatem multis annorum curriculis ecclesiæ Dei & toti orbi terrarum oro servari, piissime & Christianissime triumphalis imperator.

Iulius episcopus Celendereos, similiter.

E

Nunechius episcopus Latmi & Calendri, similiter.

Stephanus episcopus Dalisandi, similiter.

Epiphanius episcopus Cestri, similiter.

Ammonius episcopus Zotapæ, similiter.

Paulus episcopus Hierapoleos, similiter.

Conon episcopus Libyadis, similiter.

Acacius episcopus Antiochiæ, similiter.

Sebastianus episcopus Sebastiæ, similiter.

Euphronius episcopus Anemorii, similiter.

Athanasius episcopus Philadelphiæ, similiter.

Hermo-

Hermophilus episcopus Diocæsareæ, similiter.
Iulianus episcopus Hermopolis, similiter.
Theon episcopus Hellinosii, similiter.
Paulus episcopus Olbi, similiter.
Orentio episcopus Domitiopolis, similiter.

XL. EPISTOLA EPISCOPORUM CILICIÆ PRIMÆ AD LEONEM imperatorem.

Dei amantissimo atque piissimo & Christianissimo Augusto, a Deo competenter honorato imperatori Leoni, Pelagius, Alexander, Philippus, Hypatius, Chrysippus, Seleucus, Eustathius, Titus, episcopi primæ Ciliciæ, in domino salutem.

CHRISTIANISSIMA intentio vestræ potentiæ, & propositum pietatis, ex multis quidem rebus nobis innotuit, præcipue autem ex literis vestræ pietatis nuper ad nos directis; quibus pervigilem circa pietatem laborem suum tranquillitas vestra demonstravit. Quapropter omnium Deum laudantes, & linguas ad favorem, & corda ad supplicationes incessabiliter * commonentes pro pio vestræ serenitatis imperio, congregavimus Dei amantissimos episcopos universæ provinciæ, pro quibus sancire suis literis pietas vestra dignata est: & concordi mente decrevimus, Timotheum quidem contra sanctorum patrum regulas & ecclesiasticas sanctiones sacerdotium invasisse seditione populi pariter & tumultu. Hæc enim nos lectæ contra eum preces edocuerunt, quem neque sacerdotem arbitramur, nec omnino in ordine episcoporum constitui patimur. Magnam etenim synodum sanctorum patrum Calchedone collectam amplectimur, & salutarem esse decrevimus: & non solum propter multitudinem pontificum ibidem congregatorum, & sententiam sancti & pii imperatoris Marciani una cum eis prolatam, sed quia & sanctorum patrum in Nicæno concilio congrua & convenientia, & in nullo contraria eam sapuisse conspicimus. Hæc quidem per nostram sententiam declaramus. Vestra vero pietate Romano imperio incolumi permanente, credimus in pace & constantia sanctas Dei ecclesias conservari Christo, vestrum pium propositum Deo dirigente ad illa gerenda, quæ ejus ecclesiis videantur esse utilia, & per vestram mansuetudinem eis pacis jura præbente.

Pelagius episcopus Tarsi, incolume vestrum imperium tempore longo sanctis ecclesiis & Romano * conservet imperio, piissime atque Christianissime.
Alexander episcopus, Philippus episcopus, similiter.
Hypatius episcopus, Seleucus episcopus, Eustathius episcopus, similiter.
Titus episcopus, similiter.

XLI. EPISTOLA EPISCOPORUM PISIDIÆ AD LEONEM imperatorem.

Per omnia Christianissimo, victori atque triumphatori, & a Deo competenter honorato imperatori Leoni, Pergamius episcopus Antiochiæ Pisidiæ metropolis, Eutropius episcopus Adadenus, Paulinus episcopus Apamenus, Libanius Paralenus, Alexander Seleuciæ, Manus Gortynæ, Bassus Neapoleos, Florentius Hadrianopolis, Metrophilus Metropolis, Theodorus Theodosiopolis, Marcianus Philomeli, Eugenius Synnadorum, Politianus Sozopolis, Attalus Malinopoleos, Castinus Limenopoleos.

PARTIS TERTIAE CAP XL. ET XLI.

COGNOSCENTES sanctionem vestram zelo divino esse completam, & placationem Dei voluntate sancta conferentem, & subjectis per fidem inenarrabilem quietem ac disciplinam, quæ ad salutem pertinent, piissime providentem, per quam præcepistis nobis, ut de Timotheo, qui in omni impietate noscitur accusatus, nec non & de his quæ pro fide catholica placuerunt sancto & universali concilio Calchedone celebrato, quid communiter sentiamus, sine timore cujusquam hominis, & absque gratia vel inimicitiis indicemus, tamquam reddituri incircumscriptibili Dei judicio rationem: vestræ potentiæ nostris significamus apicibus, Timotheum quidem, qui jam damnatus ostenditur, sicut plurimi venerabilem episcoporum Ægyptiacæ diœcesis, & reverendissimi clerici in scriptis affirmantes, vestræ clementiæ suggesserunt novissime, contra ecclesiasticas sanctiones ad sacerdotii ministerium fuisse perductum, sed etiam eos qui cum scirent eum fuisse damnatum, communicare illi sine periculo crediderunt, extraneos eos esse a Dei ecclesia judicamus, secundum consequentiam regularem nulla eis venia nec spe restitutionis ullo modo remanente, sicut tertia & octogesima regula " de talibus aperte decernit, cujus initium est: Si quis episcopus a synodo depositus, aut presbyter, aut diaconus ab episcopo proprio, &c. Nam ut is qui & illi sententiæ succubuit, & ante tantorum inenarrabiliumque malorum, & multis lacrymis lugendorum auctor extitit, dignum debeat secundum leges subire supplicium, postquam cognoscitur talia præsumpsisse, nostrum non est edicere, sed probare decet, & judicare vestram Christianissimam majestatem: quatenus & pro omnibus cogitetis, & pia quiete placetis Deum, & proprium muniatis imperium, & subjectos ab iniqua peste hujusmodi liberetis. Si vero fidem sancti Calchedonensis universalisque concilii Timotheus negare præsumit, & quicumque nefandorum ejus actuum ministri sociique reperiuntur, nihil mirum est. Nam quia a divina pace monstrantur extranei, sine dubio & ab ecclesiasticis sanctionibus simul, & æquitatis contra Romanum imperium contenti sunt inimici, non est mirandum, si etiam a sensibus propriis exciderunt, vesane blasphemantes & anathematizantes saluberrimæ fidei doctores atque custodes sanctissimos & apostolicos patres & archiepiscopos, omnesque simul Dei amantissimos episcopos, sequentes sanctissimos episcopos qui per generationes singulas rectæ fidei lumina fuisse noscuntur, & Dei amantissimos senioris & novæ Romæ archiepiscopos, qui his concordes existunt. Quorum firma & immobilis & inexpugnabilis fides in Christo probata est apud sanctam & universalem synodum Calchedone celebratam, cujus per Dei gratiam communicatores & fuimus, & usque ad vitæ terminum in Deo permanebimus, secundum centum quinquaginta sapientes & egregios medicos, qui diverso modo passiones & subtiliter per-

" sive can. 4. concili Antiocheni qui est 83. codicis canonum ecclesiæ universæ.

PARTIS TERTIAE CAP. XLI. perscrutantur, & tunc congruam simul & singularem medicinam offerunt ægrotantibus: cogitantes pro correctione eorum quæ in Alexandria contigerunt, divino zelo ferventes, in memorata sanctione præcepistis, quatenus omnia diligenter tractentur, & a sanctissimis episcopis comprobentur, quoniam nunc Alexandrina civitas conturbatur, pro cujus quiete & disciplina maximam se habere solicitudinem significavit vestra clementia. Quapropter edicimus, Timotheo siquidem consentientes, & qui pro eo vestræ Christianitati preces proprias obtulerunt, velut episcopi & clerici Ægyptiacæ diœcesis, cum non sapiunt, ut apparet, sapere se confidunt, quando sic aperto mendacio impudenter incumbunt. Videntur enim in prædictis precibus, pietatis vestræ sanctioni subjectis, contra literas mansuetudinis vestræ locuti, & contra gloriosam cogitationem quam pro Alexandrina civitate & ejus disciplina geritis, tractasse. Affirmantes enim maximam pacem memoratam civitatem & sanctissimas ecclesias & monasteria possidere, aperte rebus ipsis capti sunt, & adversus pietatis vestræ vocem & cogitationem sine metu locuti. Plenam namque caliginem, & a malis imminentibus nubem, disciplinam esse dicentes & pacem, & in ecclesia Alexandrinorum divinitus attributam, quoniam hujusmodi viri putabantur contra veritatem & vestra optima consilia properantes, pacemque Dei vocantes persecutiones, & bellum contra orthodoxos sacerdotes & clericos gestum, novamque tyrannidem contra sacras regulas inquirentes, clare in sacrum illud incurrere videntur eloquium. Non est, inquit, indisciplinationis, sed pacis Deus, sicut in sanctorum universis ecclesiis agnoscitur. Hi etenim ad perditionem parati sunt, secundum prophetam dicentem. *Perdes omnes qui loquuntur mendacium.* Quomodo autem isti credendi sunt sapere, & tenere causam ab omni mendacio segregatam, aut divinam sapientiam salutarem, hoc est, salubrem fidem, quam præcipue servare promittunt, dicentes in prædictis precibus suis inconcusse atque firme & immobiliter se credere symbolo in Nicæa civitate a sanctis trecentis decem & octo patribus explanato, & neque augmentum, neque detractionem hoc posse recipere, neque opus habere qualibet interpretatione, cum per se, ut aiunt, videatur interpretatum: centum quinquaginta vero sanctorum patrum concilium ignorare se profitentes, docentesque communicare Alexandrinam ecclesiam Ephesiis conciliis: adjicientes & hoc, quod synodum Calchedone celebratam ecclesia Alexandrina non recepit. Per hæc igitur ostenduntur similes esse eorum, qui nescientes exponentem optime salutis remedia medicinam, & passiones provenientes subtiliter edocentem, impudenter totum se nosse promittunt. Sic enim & isti neque temporum diversorum languores hæresim scientes, nec medicinam congruam infirmis opportune prolatam ab spiritualibus medicis, sanctis scilicet & orthodoxis sacerdotibus qui per tempora synodos impleverunt, inspicientes, harum rerum non habentes discretionem, superfluos & erroneos in suis precibus posuerunt sermones. Nam si hæc quæ memoravimus, agnovissent, non arbitrarentur augmentum aut detractionem factam in sancto symbolo a tre-

1. Cor. 14.

Psalm. 5.

A centis decem & octo sanctis patribus explanato, nec per se dicerent illud interpretatum, quod paucissimis quidem sermonibus, sed perfectis sensibus scripturæ divinæ per viros ejus scientiæ peritissimos videretur esse completum. Quorum veritatem ignorantes, & qualis quantaque hæretico tunc procedente languore prolata sit medicina divinitus inspirata, in illud incurrisse divinum videntur eloquium, quod ait: *Nolite fieri sapientes apud vosmetipsos.* Propter hæc enim ignoraverunt hæreticos, qui postea per diversa tempora variis languoribus sunt exorti, nec non etiam eos qui opportune & necessarie eorum infirmitatibus saluberrimæ fidei B congruam obtulerunt salutaris adjutorii medicinam, sicut sanctissimi centum quinquaginta patres infirmitati languoris Macedonii, qui divinitatem sancti Spiritus negavit, obtulerunt, aperte firmitatem rectæ fidei docentes, & divinitatem unitatis inseparabiliter adorandam. Rursus igitur alia passione nata circa inhumanationem Dei Verbi per callidum erroneumque Nestorium, sancti patres qui illo tempore Ephesi convenerunt, suscipientes pariter orientalium episcoporum probatissimam sibi concordiam, perfecte prædictum languorem inenarrabili fide curaverunt. Similiter autem Timothei sequaces ignorare videntur, quemadmodum postea Eutyches, cum in profundum C phantasiæ prava ignorantiæ suæ secta corruerit, principatu hæretico suffocatus sit, & quia pro eo duo sint celebrata concilia, prius in Epheso, & postea Calchedone; & quia quæ Ephesi quidem facta est, non sufficit ejus ægritudinis, ut oportebat, discernere passionem, & offerre quæ erant necessaria medicinæ. Quæ vero Calchedone per Dei gratiam cōgregata est, ejus solatio ita prævaluit, ut ægritudinem aperte cognosceret, & remedium medicinæ salutaris offerret. Igitur notum est sapientibus universis, quia nisi diversæ diversisque temporibus hæreses exortæ fuissent, nequaquam opus esset consilio spiritualium medicorum. Nam ubi infirmitas, illic opus est sine dubio medicina. Et quia non, sicut D defensores Timothei putant, adjectio quædam symbolo trecentorum decem & octo patrum est facta, quando emergentibus variis ægritudinibus, spiritalis & necessaria eis oblata est medicina; simul quia corpori est ægrotanti similis incredulitas. Et quemadmodum oculis dudum ægrotantibus, & caute atque competenter a medicis qui tunc inventi fuerint, curatis, si rursus contingat aliquem visceribus forte dolere, quicumque postea reperti fuerint, non desinunt adhibere medicinam: ita hæretica infirmitate temporibus diversis exorta, mirum non est, si a piissimis temporum quorumque principibus Deo amantissimi episcopi pro E imminente cura convocati, medicinæ utilia remedia porrexerunt. Quæ cum ita sint, nonne ignorantia manifesta est, & novissima in Timothei * inscitia atque superbia, quando omnibus quidem orthodoxis & religiosissimis episcopis quicumque nunc sunt, & qui ad Deum jam migraverunt, aperte calumniantur, quasi adjectionem quamdam in sacro trecentorum decem & octo sanctorum patrum symbolo fecisse videantur? & * quasi pro credulitate sua dicant, quia in prædicto sacro symbolo nullum ipsi augmentum aut detractionem quamcumque recipiant, nonne plenum est hoc totius falsitatis

Rom. 12.

Pr. Cod. Pher.

*f. d. scrib.

*f.

stitatis indicium, cum dicant centum quinquaginta sanctorum patrum se ignorare concilium? Vnde magis videntur, quia non solum talium medicorum necessariam curam prorsus ignorant, sed etiam ipsam infirmitatem Macedonii, pro qua videntur esse collecti. Quam scilicet ignorantes, cum sit utique manifesta & nimis insignis etiam simplicibus orthodoxis & in laico ordine constitutis, multo magis varium Nestorii errorem, nec non Eutychis impietates, vesaniam phantasiamque nescire panduntur. Et propterea inaniter & indiscrete in suis precibus dixerunt, se Ephesiis communicare conciliis, cum prius utique sit sine dubitatione susceptum, secundum vero non solum priori consistat adversum, sed etiam universis sanctis episcopis, qui olim luminaria fuisse probantur ecclesiæ; quorum famosissimam & religiosissimam multitudinem dinumerare difficile est. Præcipue tamen adversarii esse panduntur immortalis & beatæ memoriæ Athanasio Alexandrinæ civitatis episcopo; cui dum inveniantur esse contrarii Timothei sequaces, omnibus indubitanter orthodoxis, & maxime fidelibus Ægyptiis, & Dei zelum habentibus omnibus, omnino videbuntur inimici. Sed hæc equidem dicta sunt de unoquoque capitulo petitionibus eorum inserto, quantum breviter a nostra dici potuit parvitate, ut vestræ pietatis imperio, sicut piis literis imperare dignati estis, indicaremus. Religiosissima namque vestra pietas decenter egit, ut se contineret, & necessariæ discretioni Deoque placenti committeret examinationem horum qui nullam impietatis speciem reliquerunt, sed super alia mala etiam hoc adjecerunt, ut diabolica inspirati virtute, examinatione non facta, sanctissimos episcopos & religiosissimos clericos in sanctis orthodoxisque ecclesiis enutritos expellerent a ministeriis quæ Christi domini gratia sunt sortiti. Vt autem undique divino lumine veritatis, mendacii tenebræ sequacium Timothei destruantur, & a religiosissima pietate vestra simul & æquitate hæc impietas, iniquissimaque superbia radicitus evellatur, decet eos aperte convinci, quia cum sibi recte credere videantur, multum extra scientiam esse noscuntur, nequaquam divinum intendentes

Psal. 81. eloquium: *Non cognoverunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant.* Vt autem talis omnibus ostendatur, & præcipue populo volenti Timotheum habere pontificem, divino nobis proposito timore confidimus & hoc sacræ vestræ majestati suggerere, quatenus valde celerrime & sine qualibet obumbratione in sua ignorantia & pravæ sectæ sententia convincatur Timotheus, & ejus sequaces episcopi simul & clerici. Igitur si placet vestræ pietatis imperio, sub custodia eos foris Alexandrina civitate esse præcipite, & seorsum eorum singulos habitare, & divinæ scripturæ libros quos voluerint, dato E primitus ab eis breve, quos habeant necessarios accipere; ut intra certos dies arctissime custoditi, ita ut nulli liceat ad eos accedere, & verba eis sensusque disseminare, jubeantur exponere, quam virtutem scripturæ divinæ respicientes, rectæ fidei symbolum susceperunt, & fidem trecentorum decem & octo sanctorum patrum immobiliter se tenere & custodire polliciti sunt; quæ fuerunt Arianorum variæ blasphemiæ atque languores, quas nefande sanctarum scripturarum textu nitebantur adstruere;

A & quemadmodum hæ a prædicto symbolo sunt exclusæ. Non solum enim Arianorum, sed & plurimæ ante hanc hæreses exortæ, in divinæ scripturæ proloquiis putantur incumbere. Isti quidem si venerabiliter reminiscuntur omnium sanctæ memoriæ orthodoxorum patrum, & quales quique fuerunt, agnoscunt inter eos reverendæ memoriæ Athanasium simul & Cyrillum doctrina copiosa pollentes, & pastores Alexandrinæ civitatis insignes: quos omnes orthodoxi sequuntur, & præcipue fideles Ægyptiorum. Quæ cum ita sint, in scriptis sequaces Timothei declarare jubeantur, quomodo memorati sancti patres saluberrime crediderunt, & quomodo horum inveniuntur adversi qui B cum Ario fuisse noscuntur hæretici, & qui sunt isti, aut quæ sapientes a recta fide recesserunt: quo facto & caligo erroris simul & pravæ sectæ sequentium Timotheum ubique protinus aperitur, ipsis insuper qui non cum discretione, sed sine quadam probatione præventi sunt, indicatur. Et ex hoc omni venia monstrabuntur extranei, qui rectæ fidei universale concilium nefandissima voluntate & scelestissima lingua anathematizare præsumunt. Tum etiam præter concilium Dei amantissimorum episcoporum, sapientissime & semper memorabiliter, velociter vestra pietas efficiet, ut dum primitus convicta fuerit atque notata prava eorum nefandissimaque secta damnetur, & ea quę C pro recta fide sunt, & Christo Deo placent, & divinæ disciplinæ pacique conveniunt, roborentur. Turpe satis, & rectitudini vestræ nimis indignum est, ut divulgetur generali synodo nunc opus esse, dum hæc aperta sint & valde certissima: quatenus, ut dictum est, plus valere videantur qui se diabolo tradiderunt, & ejus impietate ebriati. Et ut insignis pompa concilii, occasio quidem multis contemptus sacræ fidei & detractionis existit; frequentia vero multorum indiscrete loquentium paganorum, aut infidelium, & præcipue hæreticorum, plurimi (quod absit) simplicium trahuntur ad lapsum; qui dum illi putentur quidem de quibus volunt D honeste loqui, ad varias autem blasphemias rectæ fidei dogma perducant. Cur enim hoc capitulum eligunt, qui hactenus quod sapiunt, ita nesciunt, ut pro sua fide frequenter egeant convenire?

Pergamius episcopus Antiochiæ Pisidiæ subscripsi quæ sunt subjecta intercessionibus omnium sanctorum, armatus recta fide, & omnia quæ pietati sunt adversa, devincens. Multo tempore a clementia divina serveris, Christo amabilis & honorate divinitus imperator.

Eutropius episcopus Adadenorum civitatis, similiter.

Paulinus episcopus Apamenus, similiter.

Libanius episcopus Paralenus, similiter.

Alexander episcopus Seleuciæ, similiter.

E * Maximus episcopus Gortenus, similiter. * Marcus

Bassus episcopus Neapoleos, similiter.

Florentius episcopus Hadrianopolitanus, similiter.

* Minophilus episcopus Metropolitanorum, similiter. * Menophilus

Theodorus episcopus Theodosiopolis, similiter.

Marcianus episcopus Philomeli, similiter.

Eugenius episcopus Synnadorum, similiter.

Politianus episc. Sozopolitanus, similiter.

Attalus

Attalus episcopus Malinopoleos, similiter.
Castinus episcopus Limenopoleos, similiter.

XLII. EPISTOLA EPISCOPORVM SYNODI SARDIANÆ IN LYDIA ad Leonem imperatorem.

Domino piissimo, Christique amantissimo imperatori nostro Leoni, perpetuo Augusto, parva & humilis synodus congregata in metropoli Sardianorum vestra Lydia.

PRIMITVS vestræ pietatis imperium nuper adeptæ sanctissimæ Dei ecclesiæ in Lydia constitutæ; augmentum magnæ tuitionis & zeli circa orthodoxam fidem vestræ tranquillitatis agnoscunt. Vnde incessabiliter pro vestræ Christianitatis imperio preces offerentes Deo, ut * longæva & in pace vestra servetur vita, nonnulli magis aliquam sibi & suis sacerdotibus atque populis quietam negotiantur vitam. Pro quibus enim hæc a nostra parvitate suggesta sunt, breviter indicamus. Quoniam divina sanctione per Eudoxium virum devotum magistrianum religiosissimo nostro metropolitæ Ætherio data, convocati sumus in civitate Sardianorum literis memorati sanctissimi viri metropolitæ nostri directis: congregatisque nobis in urbe prædicta, vestræ pietatis literæ sunt directæ, nec non & preces quæ videbantur de quibusdam capitulis eis esse subjectæ: quas audientes, de utroque capitulo vestræ pietati suggerimus. De principali namque capitulo, & quod ad ipsam Christianorum fidei respicit summitatem, id est, de sancto & universali concilio Calchedone collecto, cui regulariter præsederunt & maximæ Romæ sanctissimus & beatissimus archiepiscopus Leo per venerabiles episcopos directos & clericos, nec non & regiæ Constantinopolis sanctissimus & venerabilis archiepiscopus Anatolius, & summi sacerdotes qui ei concordes fuerunt, & similia decreverunt; nec non & omnes sanctissimi totius orbis episcopi: etiam hoc fatemur, quia necessario per illorum vestigia gradientes, & reverentiam eis habentes, eosque venerantes, quæ pie & divina inspiratione constituta sunt, quæ in prædicto sancto & universali concilio sancita noscuntur, eis concordes sumus, quando nihil dissonant a sancto & universali Nicæno concilio trecentorum decem & octo sanctorum patrum. Deus enim qui per illos olim fidem regulariter exposuit, ipse etiam nunc per istos eam denuo, *quoniam unus & idem*, secundum beatum apostolum, *Spiritus sanctus operatus est universa*. (1. Cor. 12.) De Timotheo namque, qui tyrannice, sicut agnovimus, & contra regulas sedem sanctissimæ ecclesiæ Alexandrinæ civitatis invasit, dum utique esset ecclesiasticæ correctioni contraditus, relegentes preces quæ syllabis pietatis vestræ subjectæ sunt a Dei amantissimis episcopis Ægyptiacæ diœcesis, & venerabilibus clericis Alexandrinæ civitatis, per eas agnovimus, quia cum adulterio quod in pontificatu commisit, & homicidio, etiam anathematizare sanctum concilium Calchedonense non timuit. Quibus auditis, animæ nostræ profundo vulnere sunt percussæ, deflentes quod in tam venerabilibus temporibus ab adversario pietatis & inimico orthodoxæ fidei, tantæ obsessiones nobis insurgunt. Legentes etiam preces ab aliquibus Timotheo consentientibus mansuetudini vestræ pietatis oblatas, amplius deflevimus, & nostra mente nimis excessimus pro tanta præsumptione. Quia super ea quæ jam commiserunt, non eos piguit etiam prædicto magno sanctoque concilio, quantum ad eos attinet, contumelias inferre, & illud prorsus expellere. Totum tamen hoc vestro judicio, non personam respicientes, committimus, supplicantes ut omnium totius orbis sanctissimorum episcoporum post Deum vitam vestra pietas faciat esse securam, & sanctis ecclesiis quietis & pacis jura concedat. Scimus enim, quia Deus qui vobis perpetua regni sceptra donavit, secundum beatum Salomonem, (Prov. 2.) poscentibus sapientiam & prudentiam præbebit etiam in hac causa, quatenus benignitatem imperialem per omnia demonstretis, Christianissimi atque piissimi.

Ætherius episcopus Sardianorum Lydiæ. Christus Deus Christianissimum & invictissimum vestræ pietatis imperium in augmento fidei & pacifica vita sanctorum intercessionibus conservare dignetur, piissime & religiosissime & Christo amabilis imperator.

Paulus episcopus Daldi, similiter.
Asianus episcopus Philadelphiæ, similiter.
Ioannes episcopus Heraclidis, similiter.
Polycarpus episcopus Gabalorum, similiter.
Iulianus episcopus Mosthenæ, similiter.
Ioannes episcopus Mæoniæ, similiter.
Rufinus epscopus Areopolis, similiter.
Lucius episcopus Apollinis, similiter.
Gemellus episcopus Stratoniciæ, similiter.
Dionysius episcopus Attaliæ, similiter.
Cyriacus episcopus Apolloniadis, similiter.
Theodotus episcopus Gordi, similiter.
Anatolius episcopus Hellenorum, similiter.
Leonides episcopus Beanæ, similiter.
Heraclidianus episcopus Senus, similiter.
Diamonius episcopus Thyateranus, similiter.
Onesiphorus episcopus Blandi, similiter.
Iulianus episcopus Satalæ, similiter.
Ioannes episcopus Tripolis, similiter.

XLIII. EPISTOLA EPISCOPORVM PAMPHYLIÆ REGIONIS AD LEONEM imperatorem.

Piissimo & Christianissimo domino imperatori Leoni, Epiphanius episcopus Pergensis, & qui cum eo sunt reverendissimi episcopi, Ephesius, Porphyrius, Diodotus, Noysimaras, Paulus, Marcianus, Auxentius, Pierius, Ioannes, Miccus, Innocentius, Polemon, Theosebius, episcopi Pamphyliæ regionis.

DECET quidem Deum omnis humana laus, & omnis pariter oratio, pium vero principem famosissimus sermo. Nam & ipse cum subjectis adorat imperii largitorem, & pacis provisorem dominum Christum, qui protegit invisibiliter, & eos qui adversus pacem gerunt bella, concidit. Ait enim quodam loco sacra scriptura, dum Ægyptiorum multitudinem populus formidaret: *dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis*. & hoc quidem frequẽter operatus est Christus, sub vestræ vero pietatis imperio palam gerens fervida, & vehementer expavit. Quæ cum esset ad capiendum difficilis, & non crederetur posse subdi, sic potuit repente consumi, ut de cetero neque nomen ejus valeat inveniri.

PARTIS TERTIAE CAP. XLIII.

inveniri. Ita siquidem Deus protegit ac provisor existit eorum qui in eo cordis pietate confidunt, qualem te quoque esse contigit, Deo amabilis imperator, qui non solum extranearum rerum provisor esse dignosceris, sed etiã sanctarum Dei ecclesiarum pacem multo labore conquiris, ut habeas eam tu quoque, qui pro eã decertas, & pro ejus universitate cuncta diligenter operaris, quomodo & uno Christi corpore omnes qui ejus sunt, alligantur. Quis itaque sermo digne possit vestram laudare tranquillitatem, circa utrumque sic pie & paterna caritate laborantem, & tuitionem suam summo studio conferentem? Quapropter competit vobis psalmistæ verbum: *Speravit in domino, & in misericordia altissimi non commovebitur. Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis, & dextera tua inveniat omnes odientes te.* Et hæc quidem a nobis humillimis pro gratiarum actione referuntur, piissime & Christo amabilis imperator. Dudum itaque literas ad vestram pietatem dirigens ego humilis, declaravi meam vestræ pietati sententiam, qualis sim circa orthodoxam fidem, nec non & sanctum Calchedonense concilium. Quia vero etiam nunc divinis syllabis tranquillitas vestra præcepit, ut una cum Deo amantissimis episcopis qui mecum sunt, conveniens significare debeam quid sentiamus de eodem sancto Calchedonensi concilio, & de Timotheo Alexandrino, sicut aiunt, episcopo: etiam rursus communiter vestræ majestati significamus, quoniam gratia Dei nulla parte ab ejus pietate recedimus, nisi quia læsionem judicamus, divisionem simplicium populorum, quam nescio quomodo ignorantiam facientem patiantur. Sicut enim jamdudum Christianissimis vestris auribus indicavi, nulla alia doctrina tradita est a nobis accedentibus ad salutare sanctumque baptisma, nisi quæ a sancto Nicæno concilio gratia spiritali prolata est, per quam & nos meruimus peccatorum redemptione salvari, & donum adoptionis adipisci, unde bona futura percipere sustinemus, & mundus pariter universus. Non enim nos quidem per ea ad Christum accessimus, alios autem eadem nobiscum participare gratia prohibemus, dum omnia compleat, & omnibus valde sufficiat, nullusque respuere potest quo ipse salvatus est. Non igitur dicant, quia nos hanc solum prædicamus, & non eam colimus: sed & colimus, & veneramur, & prædicamus, & cum ea de præsenti vita optamus egredi, & Christo domino per hanc credimus præsentari. Non ergo mentem simplicium subvertentes hæc dicant. Nos enim & Nicænam synodum debito honore veneramur, & Calchedonensem quoque suscipimus, veluti scutum eam contra hæreticos opponentes, & non anathema fidei existentem. Non enim ad populum a papa Leone & a sancto Calchedonensi concilio scripta est, ut ex hoc debeant scandalum sustinere; sed tantummodo sacerdotibus, ut habeant quo possint repugnare contrariis. Duarum namq; naturarum sive substantiarum unitatem in uno Christo declaratam invenimus a pluribus apud nos consistentibus sanctis & religiosissimis patribus, & nequaquam veluti mathema, aut symbolum his qui baptizantur, hoc tradimus, sed ad bella hostium reservamus. Si vero propter medelam eorum qui per simplicitatem scandalizati noscuntur, placuerit vestræ potentiæ, Christo amabilis imperator, sanctissimo Leoni Romanæ civitatis episcopo, nec non aliorum pariter sanctitati, propter istorum (sicut dixi) condescensionem & satisfactionem, quatenus idem sanctissimus vir literis suis declaret, quia non est symbolum, neque mathema epistola quæ tunc ab eo ad sanctæ memoriæ nostrum archiepiscopum Flavianum directa est, & quod a sancto concilio dictum est, sed hæreticæ pravitatis potius increpatio: simul & illud quod ab eis est dictum, in duabus naturis, quod forte eis dubium esse dignoscitur, dum a patre prolatum sit propter eos qui veram Dei Verbi incarnationem negant, his sermonibus apertius indicatum, ità tamen, ut in nullo sanctæ synodi fiat injuria. Nihil enim differt, sive duarum naturarum unitas inconfusa dicatur, sive ex duabus eodem modo referatur. Sed neque si una dicatur Verbi natura, inferatur autem incarnata, aliud quid significat, sed idem honestiori sermone declarat. Nam & invenimus sæpius hoc dixisse sanctos patres. Apud vestræ pietatis imperium, quod significat vestra potentia decenter ago, quia ipsa synodus permanebit, sicut ecclesiæ membra discerpta copulabuntur hoc sermone curata, & ea quæ contra sacerdotes nefande committuntur, cessabunt, & ora hæreticorum contra nos aperta damnabuntur, & omnia reducentur ad pacem, & fiet, sicut scriptum est, *unus grex & unus pastor.* Quoniam & dominus Christus multa condescensione circa nos usus, & humanum salvavit genus: & *quia cum dives esset*, utique divinitate, *pauper factus est pro nobis*, secundum quod homo fieri voluit, ut nos illa paupertate ditaremur, sicut beatus Paulus edicit. Et iterum, quomodo relinquens nonaginta novem oves in cælis, perrexitque quærere perditam, quod constat in nobis: & quia cum invenisset, multam nobis tuitionem exhibuit, ita ut eam humeris suis imponeret, & cælestibus ordinibus copularet. in quo & magnum gaudium factum dicit in cælo & pro ejus inventione, & pro numeri supplemento. His itaque quid sentiamus de Calchedonensi concilio, nos humiles vestræ pietati suggessimus. De Timotheo vero, quantum nos humiles probare potuimus, vestræ tranquillitati suggerimus: quia si ea quæ de eo continentur in precibus oblatis vestræ tranquillitatis imperio, tanta & talia vera comperiuntur, sicut asserunt reverendissimi episcopi qui ea suppliciter obtulerunt; extraneus ab omni sacerdotali honore & pia canonum integritate dignoscitur, sicut nos humiles valemus inspicere. Omnis enim causa ejus in judicio & probatione vestri pendet imperii, & integritate sanctorum summorumque patrum, quibus & nos humiles justum est obedire propter maximam eorum scientiam ac sapientiam, subtiliter talia judicare valentium. Nobis autem dari veniam a vestra potestate poscimus, si quid ut homines in his literis incaute suggessimus. Invitati enim, aut potius jussi, & quod majus est, conjurati, hæc scribere vestræ tranquillitati præsumpsimus.

Locus mendosus.

Ioan. 10.

2. Cor 8.

Luc 15.

Epiphanius Pergenæ civitatis episcopus, incolumem pietatem vestram Dei ecclesiis & Romano imperio in Christo opto servari semper, piissime & Christo amabilis imperator.

PARTIS TERTIAE CAP. XLIV.

* Ephesius episcopus Comaneus, similiter.
Porphyrius episcopus Palæopoleos, similiter.
Diodotus episcopus Lysinensis, similiter.
Polemon episcopus Tebennorum, similiter.
Miccus episcopus Hadrianopolis, similiter.
Maras episcopus Codri, similiter.
Neon episcopus Gilsatenus, similiter.
Paulus episcopus Puglensis, similiter.
Martinus episcopus Pellensis, similiter.
* Hierius episcopus Parnemotici, similiter.
Ioannes episcopus Ariassi, similiter.
Theosebius episcopus Maximianopolis, similiter.
Auxentius episcopus Termissæ, similiter.
Innocentius episcopus Eudoxianus, similiter.

* Ephestius

* f. Pierius

XLIV. EPISTOLA SYNODI MYRENSIS, AD LEONEM IMPERATOREM

Christo amantissimo, victori atque triumphatori, & a sancta Trinitate servato imperatori Leoni, synodus quæ per sanctionem vestræ majestatis in Myrena metropoli vestræ Lyciæ provinciæ congregata est.

LITERAS tranquillitatis vestræ suscepimus per Branemundum magistrianum, plenas fide ac pietate, zeloque justitiæ & agnitionis Dei. Manum itaque tuam commodaturus Christo, sacerdotes cooperatorios advocasti: & pro orthodoxa religione propugnaturus, præsules ejus socios tibi in dimicationibus adesse decrevisti: & sanctiones ecclesiasticas regulasque sanctorum patrum contemptas agnoscens, eos qui hæc orant inviolabiliter conservari, ad defensionem concurrere præcepisti: pontificisque necem ulciscens, sicut Moyses maximus, per syllabas sacras pene clamare visus es: *Qui est domini, veniat ad me.* Sed & preces criminibus cumulatas suscipiens, vindictam interim suspendisti, ut cum juste reum punire videreris, & judices ad hoc constituisti orthodoxos totius orbis episcopos; ut apud omnes judicatus, quasi præsens ab omnibus justam videretur ferre sententiam ille qui cunctos in eo qui inique necatus est, ut vexasse cognoscitur auditores. Singulos autem a civitate propria non traxisti, ne forsitan evocationem quasi violentiam is qui evocabatur, accusaret: sed permisisti, tamquam compatiens universis, ut consistentes in provincia judicarent, quatenus satisfactione careat, quisquis post hæc forte suam voluerit mutare sententiam. Igitur & nos, o Christo amabilis, & qui imperium a Christo sortitus es, in tuis consiliis exultamus, videntes te pro orthodoxa fide ita ferventissime laborantem: Deumque propter perpetuam vestram majestatem deprecamur, ut longo tempore vestrum nobis conservet imperium, & nequaquam alii subjecti esse videamur. Suggerimus igitur, quia de singulis quæ in sacris literis vestris continentur, lectio apud nos cum laudibus celebrata est atque lætitia: sed precum cognitio eisdem literis subditarum, nostra gaudia violavit, Christo amabilis & triumphabilis imperator. Tremor enim & terror recte singulorum commovit, & fontes lacrymarum de pupillis oculorum valde fluxerunt, fletibus etiam genæ rigatæ sunt, procellæque malorum, & multa jacula calamitatum subinde revelata sunt, & amara nuntia alia crudelia prævenerunt. Et donec audiremus quidem, quia vivente adhuc nostro sacerdote ordinatus est, cognovimus quia velut adulteri filius, sic Abessalom impudenter insurrexit in patrem, & sponsam vivi genitoris abripuit, & quia nefande semetipsum constituit & irregulariter sacerdotem. Quasi pelagi tempestate commota, ea quæ a populo inconsiderate fiunt, ad modicum quidem prævalent, tempore vero superveniente solvuntur. Cum vero audissemus & necem præcedentem lectionem, & in venerabilibus locis factam, & bestiarum modo lacerationem corporis perpetratam, & mortui nefandas injurias, & membrorum humanorum crudelissimas sectiones, & exusti corporis cinerem, & nullam compassionem Timotheum, aut eversionem, aut odium habuisse contra hujusmodi præsumptores, cum oportuerit eum mox dare locum, ut aliena violentia magis quam ejus proposito hæc facta monstrarentur; sed potius eum festivitatem cum eis celebrasse: tunc exilivimus, & vultum, secundum quod scriptum est, tristem habentes atque demissum, & utramque manum ad invicem conferentes, atque dicentes: *Oblitus est nostri dominus, reliquit nos dominus.* Quid jam nos sacerdotes faciemus? Quomodo pastores, cum mercenarium vidimus greges ita dispergere? Quomodo compatientes, cum hæc examinari minime supplicamus? Quomodo reverendi, qui cultum sancti baptismatis obscuratum despicimus? Quomodo ecclesiæ præsules, nefandum adulterium reticentes? Quomodo exemplum fidelium, cum paternarum regularum custodes in temporibus pietatis ecclesiæ fluctuantur? Tranquillitas divinæ scientiæ continet universa, & navis orthodoxorum duceretur forsitan in profundum, nisi imperator pius existeret, pro purpura virtutibus fulgens, armis utens adversus hostes venerabili cruce, & hic vocatus appellatione, qua per clementiam Christus vocari dignatus est: *Recubans*, inquit, *soporatus est sicut leo.* Oportebat tunc secundum prophetæ Ieremiæ vocem, novissimum quærere locum, & die noctuque ea quæ sunt commissa lugere. Non enim una est mulier, secundum historiam, quæ injustitiam & vim pertulisse dignoscitur. Breviter itaque, Christo amabilis imperator, historiam quoque audire dignare. Aliquando Levita vir violentiam passus in conjuge, & contumeliam ferre non valens, & injuriam sceleris immensam esse conspiciens, dum mulier mane mortua fuisset inventa, plurimis contumeliam inferentibus, dividens eam in undecim partes, undecim Israel tribubus destinavit: & propterea undecim & non duodecim, quia unam tribum sciebat injuriosos & luxuriosos habere viros. Tunc omnes undique ad ultionem velocissime concurrerunt, pro literis mulieris membra suscipientes, & velut inimicos fratres proprios expugnantes, dum tanti sceleris præsumptio atque mortis, dilectionem cogitationis excluderet. Insuper etiam anathematizaverunt eos, ne sponsam ab eis sumerent, aut darent sponsum eis: & nisi remedium sapientiæ fuisset post hæc inventum, etiam nomen tribus Benjamin esset ablatum. Ea siquidem quæ nunc gesta sunt, illis comparata, crudelitate majora sunt. Non enim una ecclesia hanc pertulit læsionem, nec unus sacerdos occisus est; sed omnis ecclesia, &

Exod. 32.

2. Reg.

Isa.

Genes.

Ierem.

Iudic.

Iudic.

Iudic.

& omnis pontifex est necatus (unum enim, secundum beati Pauli vocem, omnes pariter sumus, & unum membrum, & fratres, unum habemus caput Christum:) Ecclesiasticæ sanctiones & constituta conculcata, regulæ sanctorum patrum spretæ sunt. Dominus totius orbis terrarum Christus, nutritor pietatis, & orthodoxæ fidei propugnator, occasionem dedit loquendi coram regibus, & non timendi. Antiqui jura loquebantur etiam audire nolentibus. Ipse autem, mitissime atque clemens, nostras imbuit aures, ut malum tamquam malum notemus: *Væ*, inquit, *qui dicitis malum bonum, & amarum dulce*. Ad justam igitur indignationem, rogamus, excitamus atque supplicamus, ut baptisteria & altaria, sacerdotium, regulas vindices patrum, sceleris domino ferventissime ulto, provideas ecclesiis salvatoris quietem. Quantum enim ex lectione precum & scelerum commissorum, quæ illic referuntur, agnovimus, mercenarius, & non pastor, probatus est Timotheus. Occulte namque, latrocinanter, & non regulariter per januas sanctarum regularum ad ovium caulas ingressus est. Adulter Timotheus, vivo adhuc sponso, in ejus sedem vesanissimus insilivit. Homicida Timotheus: particeps est enim eorum qui suum spiritalem patrem & Christum implacabiliter lacerarunt. Sacerdotio indignus Timotheus: abripuit enim, non accepit, honorem. Incredulo pejor Timotheus: negat enim sanctum Calchedonense concilium, sicut per eos quos destinavit, scripsisse dignoscitur, quod nullo modo a decreto sanctorum patrum in Nicæa convenientium, Dei utique & hominum celebrato timore, discordat. Cui enim eorum qui ibidem congregati sunt, sicut sub Dioscoro in Epheso adversus bonæ memoriæ Flavianum, terror illatus est, qui, sicut ibi, dextera calamum figens, atque digito demonstrans eos qui ante januas observabant, aliquid reclamavit, aut plagas forte sustinuit? Nullus per subsellia semetipsum abscondit, fugiens subscriptionis iniquitatem. Hic novum nil audivimus: (nam neque consentire poteramus.) Quæ tradiderunt nobis ab initio inspectores & ministri Verbi, trecenti decem & octo sancti patres qui in Nicæa convenerunt, & Constantinopoli, aut qui in Epheso venerande collecti sunt, hæc in nobisipsis, & dudum in Calchedone per nos obsignavimus: & non hæc in aerem & inaniter sunt soluta, Christo amabilis imperator. Sed etiam his literis mox ad vestram tranquillitatem usi sumus, & pene lacrymis nostram supplicationem, non atramento, conscripsimus, rogantes & supplicantes, & tamquam prostrati præsentes, ut non sinatis inimicos ecclesiæ sanctas Dei ecclesias conturbare: sed & faciatis eas sub quiete consistere, & occasionem fieri synodum requirentibus abscindatis. In nullo enim discordamus in rebus, in quibus est nobis satisfactum, aut de fide saluberrima dubitamus: & si quis annuntiaverit nobis præter quod accepimus, anathema sit. Expellite, secundum quod scriptum est, de concilio pestilentiam, & virum sanguinum auferte de medio, & consacerdotes qui persecutionem injuste passi sunt, tamquam pii vestro more protegite, ecclesiis proprios sponsos redonate, & monasteria congregate, & sudores sanctæ memoriæ Athanasii & Theophili & Cyrilli, qui orthodoxæ

A fidei principes extiterunt, nequaquam inutiles esse permittite. & Proterium sanctæ memoriæ, qui mediator Dei fuit & hominum, magna voce clamitantem clementer audite. Celare enim ejus sanguinem, sicut Zachariæ, terra non patitur, ne iterum celans secunda vice maledicatur.

Petrus misericordia Dei episcopus Myrenæ metropolis sanctæ Dei ecclesiæ, subscribens retuli. Incolumem in Christo longo tempore majestatem vestræ pietatis oro.

Eudoxius episcopus Chomatenus, similiter.
Cyrinus episcopus Patarenus, similiter.
Stephanus episcopus Limyrenus, similiter.
B Eudoxius episcopus Acalandenus, similiter.
Leontius episcopus Arazenus, similiter.
Andreas episcopus Tloæorum, similiter.
Nicolaus episcopus Acrassenus, similiter.
Athanasius episcopus Xanthensis, similiter.
Hypatius episcopus Sidymensis, similiter.
Pannitius episcopus Ascandenus, similiter.
Anatolius episcopus Olympiensis, similiter.
Cyrinus episcopus Oeneandenus, similiter.
Nicolaus episcopus Gaunenus, similiter.
Aquilinus episcopus Padullenus, similiter.
Nicolaus episcopus Balburenus, similiter.
Aristodemus episc. Phaselitanus, similiter.

Eustathius presbyter subscripsi pro Theodoro episcopo Antiphellensi, & manibus do- C lente.

Carporus presbyter subscripsi in loco Palladii episcopi Corydallani, similiter.

Gelasius presbyter subscripsi in loco Romani episcopi Bunensis civitatis, similiter.

Nicolaus archidiaconus subscripsi in loco Heliodiori episcopi Narensis, similiter.

Timasius presbyter subscripsi in loco Leontii episcopi Calindeni, similiter.

XLV. EPISTOLA AGAPITI EPISCOPI, AD LEONEM IMPERATOREM.

Domino Christo amabili atque victori Leoni, Agapitus misericordia Dei Christi episcopus vestræ Rhodi.

D DESUPER sceptra regni suscipiens, sacratissime & invictissime principum, pro munere vestræ pietati collato, Deum cælestem regem primitiis decentibus honorastis. Prima enim oblatio & acceptabile sacrificium est, ut auriga mundi & princeps totius orbis qui sub sole consistit, adorandæ Trinitatis fidem servet incolumem, & doceat ex his quæ facit & colit, timere & homines Deum, & talia sectari, per quæ nostrum servatur genus, & cogitare pro communi republica & totius populi disciplina: quatenus optima causa pacis & nomen ubique præcellat & vigeat, & non instar bestiarum contra suum genus homines E singuli rabiem feritatis exerceant. His itaque bonis & aliis multiplicibus dudum & nunc per vestrum imperium constitutum divinitus perfruentes, omnes oramus innumeris vos conservari temporibus, (vere namque sacerdos & natura imperator existis,) sed & omne genus humanum Deo convenit supplicare pro imperii vestri longævitate. Nam in principiis vestræ serenitatis imperii, tantam barbarorum multitudinem manu dextera subjugastis, & nimis importabilem destruxistis, ut perpetuum erigeretis trophæum in omni orbe terrarum, &

& altam pacem toto præberetis in mundo. A Nihilo minus autem & nunc pro humano genere cogitatis, saluberrimas has literas & utiles animarum sacerdotibus destinantes, his quibus ligare & solvere peccata concessum est, communionis sacræ solicitudinem committentes. Quapropter corroborati piarum vestræ serenitatis auctoritate literarum, ad hoc responsum confidentes accessimus, supplicantes Deo & vestræ serenitatis imperio, ut nostras humiles voces dignemini placanter accipere, & si quid tamquam idiotæ paululum delinquimus, veniam condonare. Sacræ siquidem & incomparabiles vestræ syllabæ potestatis, & mala quæ incredibiliter Alexandriæ provenerunt, & Timothei gesta pessima declararunt, qui, sicut aiunt preces oblatæ pietati ve- B stræ a quibusdam Dei amantissimis episcopis Ægyptiacæ diœcesis, auctor tanti sceleris esse dignoscitur. Super hæc autem & ea quæ satisfactores Timothei fieri postulant, nostræ parvitati manifesta sunt. Iussistis itaque considerare concilium vestræ provinciæ insularum, quid sentiat de sancto & universali Calchedonensi concilio. Et mihi quidem fuit optabile & nimis utilissimum, secundum vestræ pietatis jussionem cum omnibus episcopis nostræ provinciæ præbere responsum. Sed quoniam evocatio quidem & ante susceptionem sacrarum pietatis vestræ literarum, & rursus postquam susceptæ sunt a me, festinanter effecta est; sed hiemalis temporis qualitas, sicut pietas vestra prospicit, eos venire ad metropolim non per- C misit, dum tribus millibus aut quatuor millibus stadiorum quidam abesse videantur: necessarium fuit, ne quod impedimentum fieret Eudoxio viro devoto magistriano, præcepti pietatis vestræ ministro, ad reliqua responsa provinciarum & commissa, ut velociter meam sententiam facerem manifestam. Hoc enim etiam ipse videlicet magistrianus compulit adimplere. Gradior itaque gratia Dei ad narrationem capitulorum præsentium, atque probationem hæreticam, qua possum. Memoratus enim Timotheus si talis esse paruerit, qualem eum oblatæ preces vestræ pietati a Dei amantissimis Ægyptiacæ diœcesis episcopis atque clericis esse declaraverunt, non solum inter episco- D pos sive clericos, sed neque inter fideles laicos juste constituendus est, qui & piorum canonum disciplinam vastavit, & Romanam rempublicam confusione complevit. Verumtamen quoniam imperialis lex & ecclesiasticarum sanctionum consequentia custoditur, si placet, hoc supplico, ut vocetur accusatus sacro vestræ pietatis edicto: quatenus in præsenti convinci possit coram vestris auribus quæ circumveniri non possunt, aut coram sancta synodo, quæ pro qualitate temporis in civitate regia poterit inveniri; si tamen placuerit potestati vestræ: & ita dignam suorum actuum suscipiat E ultionem. Si vero (quod non credo) in tantis & talibus criminibus accusatus, divinæ jussioni vestræ obedire noluerit, nec ad proprium dominum ita pium mansuetumque principem concurrere festinarit, non solum ab ordine sacerdotii, sed & a Deo simul & principe & cunctis hominibus, sicut reus, erit abjiciendus. De sancto siquidem universali concilio Calchedone imperiali sanctione collecto, ad confirmationem quidem atque cautelam orthodoxæ & catholicæ fidei, & damnationem atque destructionem pravitatis Eutychianæ, quid dicamus, quando per omnia concordem sensum intemeratæ fidei a trecentis decem & octo patribus qui in Nicæa Christi gratia convenerunt, & patrum Calchedone convenientium reperimus? Non enim aliud quidquam præter illam immobilem & fundatam rectæ fidei expositionem eos decrevisse, nec aliquod augmentum aut detractionem in symbolo sancto fecisse cognovimus: ob quam rem & pene omnes occidentalium partium Deo amabiles episcopi consentientes sibimet, & pariter decernente sanctissimo atque beatissimo Leone Romanæ urbis archiepiscopo, literis propriis & oris sui confessione, ea quæ ab ipsis sanctis patribus Calchedone collectis interpretata seu explanata sunt de domini nostri Iesu Christi incarnatione, confirmaverunt atque consignaverunt. Vnde vestram pietatem suppliciter exoramus, ut dum una sit dominatio Patris & Filii & Spiritus sancti, & ejusdem fidei uniuscujusque baptismatis, & nos unum atque idem sapimus, & in una sancta & consubstantiali & adoranda Trinitate baptizati sumus, sicut & dominus noster Deus & salvator Iesus Christus sanctis discipulis suis injunxit: pacem quidem & nunc sanctis ecclesiis conferatis, & retinaculum ori apponatis hæretico, quod indisciplinabilem eorum & inobedibilem arceat intellectum. Non enim ad ecclesiarum ædificationem, sed ad destructionem simplicium populorum, contentiones excitare noscuntur. Hæc itaque a mea parvitate mediocriter, ut potui, dicta sunt: tu vero domine Christo amabilis atque laudabilis, cujus potestas & virtus in manu domini est, quod tibi revelaverit Deus, & in tuo corde fuerit consuete locutus, hoc in omnibus sancire dignare. Novimus enim & credimus, quoniam qui te unxit in regem Iesus Christus Deus & salvator noster, ipse tibi sicut David & Danieli suam sapientiam condonavit, ad robur quidem & augmentum sanctarum Christi ecclesiarum, ad ædificationem atque constantiam fidelium populorum. Quæ tamen acta fuerint apud consacerdotes in concilio apud nos celebrando secundum sacram vestram & adorabilem sanctionem, post non multum vestræ pietati declarabuntur.

Ego Agapitus episcopus Rhodiorum, orans dominum incolumem valere, & longo sæculo conservari Christo amabile vestræ serenitatis imperium, manu mea subscripsi.

XLVI. EPISTOLA IVLIANI EPISCOPI COENSIS, AD LEONEM imperatorem.

Piissimo atque fidelissimo victori atque triumphatori Leoni, principi semper Augusto, Iulianus humilis episcopus Coensis.

EGO, domine Christo amabilis imperator, illam sapientissimam monitionem mente percipiens, qua dictum est, Cognosce temetipsum, volui taciturnitate quiescere, & majorum patrum judicium sustinere. Non enim evocationis æqualitas parem rerum servat effectum: sed quando coactus cum evocatione concordat, tunc similitudo nominum habet rerum quoque impermutabilem veritatem. Verumtamen quoniam consultare nos tranquillitas

litas vestra præcepit de unoquoque capitulo quod continetur in precibus Deo amabilium consacerdotum Ægyptiacæ diœcesis, manifestam meæ parvitatis facio voluntatem, mœstus existens, & lacrymarum imbribus irrigatus, quid loquar ignorans, captivitatem ac destructionem utique pietatis, illam tamen & pontificis lugens inopinabilem necem. Ea siquidem quæ in Alexandrina civitate commissa sunt, ex ipsa narratione declarant animi passionem, & ad vindictam tanti facinoris vestram solummodo provocant æquitatem. Nam constituti ut orbem debeatis gubernare terrarum, indisciplinationis ægritudinem ad interitum perducentem mederi summo studio festinantes, non gladium evaginantes ad necem, sed interminationis verbo indisciplinatos regulariter perducentes ad obedientiæ voluntatem. Sententiam itaque quam contra se Timotheus nefandus exegit, sanctiones apertius explanarunt, quas sua tyrannide sæpius abnegavit, disciplinam ecclesiasticam confundendo, & injurias inferendo, inimicus nescio quo modo totius Christianitatis effectus. Captus enim in talibus vestram justitiam debet experiri solummodo, quoniam ad magnitudinem commissorum ejus, sicut in precibus continetur, potestas ecclesiasticarum non sufficit sanctionum. Pando siquidem vestræ potentiæ & quid de sancto Calchedonensi concilio sentire dignoscor. Hoc etenim nullatenus a veritate discordat, quoniam fidem traditam a sanctis beatisque trecentis decem & octo patribus consona voluntate divina inspiratione firmavit, non dogma aliud introduxit, non alterum symbolum, non vanam expositionem, non dualitatem unigeniti filii Dei, neque novitatem aliquam celebravit: sed per omnia consonat etiam sacro concilio centum quinquaginta sanctorum patrum pariter, & Ephesino, cui præsederunt ter beati & sanctissimi patres Cælestinus Romanæ pontifex civitatis, & Cyrillus Alexandrinus episcopus. Supplicamus igitur vestræ potentiæ, ut inviolabiliter conservetis ea quæ a Christo per ipsum de ipso bene sunt constituta. Vbi enim tantorum erat congregata multitudo pontificum, & sanctorum præsentia euangeliorum, & frequens simul oratio, illic creaturæ totius opificem invisibili virtute credimus fuisse præsentem. Terror enim tunc nullus fuit imperialis auctoritatis, quoniam sanctæ piæque memoriæ Marcianus, amoris divini diademate coronatus, spiritualem quoque suscipiens curam, festinavit apostolorum dogmata confirmari a præsulibus ecclesiæ, desiderio fidei accensus orthodoxæ. Quem cum vestra pietas imitatur, & victoriam contra barbaros adipiscitur, & veritatis quoque destruit inimicos.

Iulianus humilis episcopus definiens retuli.

XLVII. EPISTOLA EPISCOPORUM synodi Cyzicenæ ad Leonem imperatorem.

Piissimo & Christianissimo, & juste a Deo potestatem totius orbis & dominationem sortito, victori semper Augusto Leoni, concilium humilium episcoporum, gratia Christi & nutu vestræ tranquillitatis in Cyzicorum metropoli celebratum, quæ est Hellespontinæ regionis.

QVANTVM ad fidem tuam, Christo amabilis atque piissime principum, neque sermo ad favorem esse valebit æqualis. Claret enim, quoniam divina pietas apud vos potius gubernat imperium. Nam propter ejus fidei constantiam, voluntatem requiritis sacerdotum, quatenus ex omni concordia venerabilis fidei jura serventur. Vnde studio vestræ serenitatis Christus omnium dominus præbet effectum. Igitur sanctioni vestræ pietatis omni virtute & celeriter ministrantes, ea quæ nobis cum magna deliberatione atque * concilio placuerunt, per has mediocres literas indicamus. Sacras etenim vestræ mansuetudinis literas relegentes, directas nobis per Eudoxium virum devotum magistrianum, mox in ipsis principiis invenimus fulgere pietatem, & maximum vestræ serenitatis & fidele certamen. Super hæc autem & de morte sacerdotis inquisitionem illic positam, quam homicidæ quidam non timuerunt suo jure committere in sanctæ memoriæ Proterium Alexandrinæ civitatis episcopum, & sicut positum est in precibus eorum qui & post mortem ejus animam venerantur, ipsum quidem perimere sanctissimo in baptisterio non timuerunt, per totam civitatem trahentes; post hæc autem igni ejus reliquias contradentes, cinerem in ventos dispergere præsumserunt: quod peccatum omni quidem tragœdia, & quibuslibet fabulis aut hujusmodi figmentis verborum poeticorum videtur immensius, & nihil horum lamentationi Ieremiæ secundum. Quis etenim sensum habens, non clamet, hos præsumptores crudeliores esse quam bestias, quæ tamen post mortem se in consanguineis nesciunt vindicare? Quis autem mortuum ita violare præsumens, vel solo nomine sit acceptabilis Christianus? Sacerdotis autem sanguis velocem habuit ultionem a domino Christo, quem sacerdotii esse constat auctorem, sicut in sanctis docemur scripturis: quia sanguis sancti Zachariæ Ierusalem non esse pertulit impunitam. Quia etsi fuisset aliquid ab eo contra leges factum, quod possit eum facere a dignitate episcopatus alienum, oportebat non homicidis manibus, sed legum judicio sacrarum & civilium hæc finiri. Ergo quod in eo præsumptum est, si veritas precibus inest, valde crudelissimum esse dignoscitur: vestra tamen hoc solummodo, maxime principum, vindicta indiget, aut certe clementia. Et præcipue quidem civitati Alexandrinæ parcendum est, sicut etiam prospicit vestra tranquillitas. Si vero etiam populum qui indisciplinationem æstimat esse legem, oportet sine emendatione dimitti, & hoc in vestræ pendet pietatis arbitrio. Timotheus autem qui nunc Alexandriæ est constitutus episcopus, sicut in precibus continetur, in ea sede permanere non potest. Si vero amisit presbyterii dignitatem, & habuit cum justa damnatione exilium; quæ tamen rursus non ex concilio sanctorum patrum regulariter sunt abolita: deinde cum secundum sacras regulas episcopi consecratio celebretur convenientibus provinciæ cunctis episcopis, & si per ægritudinem forte, aut pro aliis necessariis & inevitabilibus causis absentes sint, propriis tamen literis ordinationi factæ consentientibus: si duo homines, & hi quoque damnati Timotheum ordinaverunt, nequaquam Ægyptiaco consentiente concilio, superfluum est hujusmodi hominem in episcopatus ordine permanere, si tamen, ut diximus, preces nequaquam

PARTIS TERTIAE CAP. XLVII.

*f. consilio.

Matt. 23.

PARTIS TERTIAE CAP. XLVIII.

a veritate discedunt. Sed & petitiones pro eo A vestræ tranquillitati porrectas legentes, invenimus gratiarum actionem apud vestram pietatem factam, & post hæc propriæ fidei expositionem. Dixerunt enim sanctam quidem synodum in Nicæa factam se suscipere, & secundum eorum expositionem credere: centum quinquaginta vero reverendissimorum episcoporum concilium, & quod pridem Calchedone celebratum est, penitus ignorare. Unde hujusmodi sensus ostendit, quod contrarii cultores sint sanctorum episcoporum qui in toto orbe consistunt. Nam si concilium factum contra hæreses respuunt, quale est & sub Nectario sanctæ B memoriæ in maxima civitate regia ex diversis provinciis congregatum, palam est quoniam illas hæreses prohibere nolint; sed eas potius amplectuntur, quas sanctissimi patres, hæc pie constituentes, anathemati subdiderunt. Denique prima regula in eis est posita, quæ anathematizat apertis sermonibus hæreses universas. Qui ergo hanc synodum refutant ita sanctam ac venerandam, quam præ omnibus quidem veritas confirmavit, deinde & tanto tempore robur accepit, certum est quia non in uno capitulo sustinent scandalum, sed in multis hæresibus C languere noscuntur. Nam qui legem veritatis adjutricem refugiunt, aperti sunt veritatis ipsius inimici; quando hanc synodum, quam se ignorare confingunt, & Proterius Deo amabilis tunc Alexandrinæ civitatis episcopus, vir anima venerandus, una cum eis præsens & ipse firmavit. Nos autem eorum maximam ignorantiam de ineffabili inhumanatione damnamus, quia cum a Cyrillo sanctæ ac beatæ memoriæ & ipso Alexandrinæ civitatis episcopo divinas literas doceri putentur, aut definitiones ab eo divina inspiratione de ineffabili humanatione expositas ignorarunt, aut hactenus sub pietatis figmento latuerunt. quando sanctæ memoriæ Cyrillo usque ad mortem communicaverunt, & post ejus terminum diversa sentire noscuntur. D Nos igitur mox ut syllabas pietatis vestræ suscepimus congregati, vestræ tranquillitati significamus, quia novimus Calchedonense concilium fuisse secutum expositionem trecentorum decem & octo sanctorum patrum qui in Nicæna urbe convenerunt, assidente quoque tunc temporis ipsi venerando concilio sanctæ piæque memoriæ Marciano, & sacratissimo Christianissimoque senatu. Unde sanctorum patrum sequimur per omnia voluntatem. Nos ergo vestræ pietatis jussionibus omni virtute velociter ministravimus. Dominus autem omnium & protector Christus conservet vestræ pietatis imperium, ut ad tempora longa procedat: quatenus vestra tranquillitate salva, E in pace Dei sanctissimæ ecclesiæ & totius orbis terræ consistat.

Canon I. concil. CP.

Euoptius humilis episcopus metropolis Cyzici, incolumem propter omnes vestram pietatem & longo tempore conservari, sanctam & consubstantialem deprecans Trinitatem, subscripsi.

Petrus episcopus Dardani, similiter.
Timotheus episcopus Ceramensis, similiter.
Thalassius episcopus Parii, similiter.
David episcopus Andrianæ, similiter.
Pionius episcopus Troadis, similiter.
Alexander episcopus Occæ, similiter.
Theosebius episcopus Ilii, similiter.
Hermias episcopus Abydi, similiter.
Patricius episcopus Adrianotheres, similiter.
Sotominus episcopus Mileti, similiter.
Polytenus episcopus Scepsii, similiter.
Sabbas episcopus Pioniæ, similiter.
Armonius episcopus Lampsaci, similiter.
Ioannes episcopus Pœmaneus, similiter.
Domninus episcopus Varenus, similiter.

ANNO CHRISTI 451.

XLVIII. EPISTOLA EPISCOPORUM ARMENIÆ PRIMÆ, AD LEONEM imperatorem.

Piissimo & Christianissimo imperatori, victori, semper Augusto Leoni, Ioannes, Gregorius, Auxentius, Eustathius, Epiphanius, episcopi primæ Armeniæ, in domino salutem.

DEUS verus dominus noster Iesus Christus semper optima naturæ humanæ dona concedens, nullum tempus sine sua providentia dereliquit. Qua gratia etiam nunc fidei veræ prospiciens, quæ nostræ salutis spes est, in te pio & Christianissimo principe quodam secundo David, cornu imperii reclinavit: quem sibi novit religiose a cunabulis serviturum, hunc sua sententia in omni orbe terrarum imperare sancivit: quatenus ex vestro imperio profluerent bona subjectis, & ubique pietatis prædicatio prævaleret, vestra utique mansuetudine nihil aliud præter fidem sceptra regalia judicante. Quarum rerum testis est & præsens zelus, & studium illa firmandi, unde firmitas vestri accedat imperii. A Deo namque unctus in regem, mox ei qui unxit, ipsa principia commendasti, optime satis cogitationibus simul & vocibus ei deserviens; & ut hæc bene consisterent, præteritis omnibus apud cunctos pro fide orthodoxa decertatus es, omni scilicet mala secta prorsus expulsa atque sublata, in idem convenientibus & adinvicem concordatibus, qui nuper (quod fieri non oportuerat) videbantur esse divisi. Quia ut prospicit vestræ pietatis intentio, ad unam reduxistis ecclesiam non solum eos qui per dissensionem nova passione languebant, sed etiam eos, quorum erat a priscis temporibus mens corrupta, & a recta & regia via recedentes, ad loca prava & spinosa blasphemi erroris abierant: ut secundum euangelicam vocem, omnes ecclesiæ unum ovile consisterent, & unus pastor dominus Christus esset. Sed hæc quidem omnia proveniant in vestro semper imperio. Quia vero & meæ simul humilitati piis literis estis jubere dignati, ut quid sentiam de his quæ in Alexandria facta sunt, manifestem, licet & exaggeratio rerum ibi gestarum neque sententiæ tribuit facultatem, caligine rerum tristium mentibus obumbrante: hoc tamen vobis insinuo, quia si vera sunt quę in precibus religiosissimorum episcoporum & clericorum Ægyptiacę diœcesis continentur, & auctor Timotheus invenitur tantorum & talium scelerum, quę propter nimietatem, ut arbitror, non creduntur, alienus a sacerdotio cum his qui similia perpetrarunt, apud sanctos canones judicabitur. Et hęc quidem de his quę in Alexandria gesta sunt, cum sancto concilio quod mecum est, deliberans, religiositati vestrę significavi. Fidem vero solam trecentorum decem & octo sanctorum patrum, qui Dei gratia convenerunt in Nicęna urbe sub pię memoriæ principe Constantino, servamus, qua ab infantia sumus imbuti, & in sacerdotio alios

Ioan. 10.

alios imbuere novimus; quamque & post hęc A episcopi congregati in civitate regia firmaverunt, & propriam judicarunt, & ipsa sibi cooperatrice utentes, & doctrina divinitus inspirata, sancti scilicet Spiritus blasphemia & zizania radicitus amputantes: quamque nihilo minus & definitio a sancto Calchedonensi concilio explanata firmavit, præcipue repugnans vesaniæ nefandi Nestorii, & sanctam synodum quę Ephesi est celebrata. confirmans, cujus præsules fuerunt Deo amabiles & sanctissimæ memoriæ Romanorum & Alexandrinorum episcopi, Cælestinus & Cyrillus, qui maxime adversus sceleratam blasphemiam Nestorii suis responsionibus doctrinisque clamaverunt: quo- B rum epistolæ adversus eumdem impium Nestorium ad orientales universos datæ, & ab eodem sanctæ memoriæ Cyrillo contra eumdem Nestorium anathemata proposita, sunt firmata atque roborata. Igitur indicamus prolatam definitionem a sancto Calchedonensi concilio, non sicut fidei symbolum, sed sicut definitionem esse positam, ad peremptionem * Nestorianæ vesaniæ, & exclusionem eorum qui salutem incarnationis domini nostri Iesu Christi denegare noscuntur: & agnoscant omnes qui ob hoc scandalum patiuntur, quia neque nos post orthodoxum symbolum a trecentis decem & octo sanctis patribus traditum, aut augmentum, aut diminutionem in his quæ sunt perfecte & a C sancto Spiritu definita, suscipimus, fidem aliam nescimus: quia neque est, nec patimur hoc audire, licet quidam esse dicant. Si vero quibusdam volunt calumniari verbis, etiam hoc vestræ serenitati indicare confidimus, quoniam ea quæ illis videntur esse dubia ad intelligendum, sic respicere noscantur effectum. Sunt enim quædam in definitione, quæ recte intelligantur orthodoxa: sunt vero aliqui, qui si ea aliter velint aspicere, invenient hæc sensus dubios parientia. Multi quidem & scripturas divinas non intelligentes sicut scriptæ sunt, propriæ blasphemiæ dogmata genuerunt: quos dominus Christus sua clementia, ut sacra pietatis ve- D stræ prudentia diligentiaque convertat, & vere prædicare verbum veritatis edoceat, & hoc sapere quod sancta dictat ecclesia, cujus caput quidem est Christus, vos autem robur ac fundamentum, imitantes immobilem Christi petram, super quam omnium creator ecclesiam ædificans, omnibus Christianis pietatis requiem condonavit: qui etiam vestram serenitatem semper conservare dignetur in talibus vigilantem, & insidiantem bestiam Christi ovilibus a septis fidei orthodoxæ repellentem. Credimus enim, quia postquam nostris literis hæc indicavimus, cuncta veritatis via & omnis modus vestræ panditur pietati, quatenus sopiantur scandala, & ad rectam fidem membra discordantia reducan- E tur, domino Christo desuper quadam inspiratione vestram tranquillitatem ad bona omnia deducente.

Ioannes episcopus misericordia Dei Sebastæ metropolis sanctæ Dei ecclesiæ, manu mea subscribens, secundum sanctionem vestræ pietatis prædictam, epistola meam sententiam nuntiavi, quam habeo pro fide trecentorum decem & octo sanctorum patrum in Nicæa convenientium, quam & sanctum Calchedonense concilium confirmavit: simul & pro Timotheo, quem preces his adversarium ostenderunt: & conservari vestram potestatem temporibus longis exopto.

Ioannes episcopus Nicopolitanus, similiter.
Gregorius episcopus Sebastopolis, similiter.
Maxentius episcopus Barissaræ, similiter.
Eustathius episcopus Colonæ, similiter.
Epiphanius episcopus Ataleni, similiter.

XLIX. EPISTOLA EPISCOPORUM ARMENIÆ SECUNDÆ AD LEONEM imperatorem.

Religiosissimo & piissimo & Christianissimo imperatori, semper Augusto Leoni, Otrius, Acacius, Ioannes, Adelphius, Hormisda, Longinus, secundæ Armeniæ episcopi, in domino salutem.

DEUS qui glorificantes se glorificat, secundum cor suum apicem vestræ tranquillitatis inveniens inexpugnabilem palmam & honorem fidei consistentem, placidus præbuit vobis, Christianissime principum, super omnes homines sine prohibitione aliqua potestatem. Insurgentes enim inopinabiliter subdidit victoriis atque incomparabilibus triumphis, & vestram pietatem excellentissimis honoribus exornavit, immutilata & sine litigio, & ab aliis indivisa præbens sceptra vestri imperii, ut firmas atque claras in vobis divinas servantes formas, optima voluntate servetis. Bonum enim circa dominum Deum favorem vobis habentibus, mansuetis vocibus ad legalem & mirabilem vitam conversationemque deducitur quidquid sub sceptro vestri imperii gubernatur: æqua vero sorte salutis vestræ utilitati reliquorum hominum ponens, inconcussam catholicis totius orbis ecclesiis pacem sine tumultuatione confertis, & Dei clementiam imitantes, neque parvulos, neque humiles despicitis, quando per commodum condescensionis sumitis culmen, ad nos etiam pro fidei causa deponitis, sociosque nos, qui pro abjectione nostra nihil in terra sumus, inter vestras accipitis curas, non egentes collatione nostra: & in hoc utique magnitudinem incomparabilis Dei clementiæ demonstrantes. Quapropter quoniam jussi sumus, ultra nos quoque præsumimus: & quid sentiamus, vestræ pietati suggerimus. Nos igitur, venerabilis imperator, in ultimo mundi loco degimus, multo spatio a regia civitate distantes, sed a vestræ potentiæ in nullo divisi favore: circa fidem equidem rectam sententiam possidemus, ad sermones vero contentionum linguas habemus segnes. Cohabitamus enim circa Armenios barbaros, fideles quidem, sed recte Romano eloquio non utentes, brevi quodam spatio ab eis, magis autem intercisione Euphratis fluminis separati, & propter frequentem barbarorum permixtionem longos nequivimus proferre sermones. Vitamus autem etiam doctrinas extraneas proferentes, quia eloquia quidem sancti Spiritus renuunt, & propriam doctrinam in euangelicis eruditionibus afferre noscuntur. Nos etenim secundam inhabitantes Armeniam, una & immobili utimur voluntate, & in una fide consistimus, communiter omnes, & seorsum singuli pro vestra majestate ad Deum facientes orationem, ab omni hæresi & lingua blasphema separati; unamque doctrinam super omnia claram a sanctis trecentis decem & octo patribus percipientes, patrum fidem inviolabilem conservamus: quęstiones vero de Deo

Margin notes: *Nestorianæ vesaniæ (variant); 1. Reg. 2.

Deo tamquam inutiles & nostra cogitatione A superiores effugimus, & aliud quidquam aut dicentes valde declinamus, a superfluis quęstionibus abstinemus; & lectiones impias refutantes, ab earum pravitate inimica ecclesię sumus extranei, & triticum fidei a zizaniis separatum vobis fidelibus imperantibus conservamus, in traditione patrum doctrinæ sufficientiam possidentes, & nihil supervacaneum quemquam loqui sinentes. Superflui namque perscrutatores divinarum rerum, & dogmatum quæsitores, & quasi pietatem suis syllabis comprehendentes, cum loquuntur, aut aliud quidquam de scientia divina delinquunt, elevantur mox contra Deum: & volens unus quis aliquid constituere, propriam fidem scribit, a catholica B ecclesia semetipsum abrumpit, rectis dogmatibus contradicit, fideles & fortiter instantes & manentes in fide vehementer impugnare nititur, & lingua propria debellatur. Vnde ne sæpius adversitate diaboli divisi, & in multas discreti sententias, rectam patrum imminuamus fidem, propugnatores vos fidei, quia immensis jam beneficiis Dei imaginem conservastis, Deus instituit, quatenus contra operantes scandala, vestra objicientes auxilia, atque solatium laborantibus in euangelio conferentes, triumphum cum eis pariter habeatis. Sancta siquidem & catholica ecclesia euangelicam percipiens fidem, in qua tu quoque vocatus es, piissime principum, & confessus bo- C nam confessionem, in ea consistis, atque traditiones tenes quascumque præcepit, & vocante Iesu Christo, non poteris amoveri: ab iniquis autem comprimitur quidem, non tamen annihilatur, sed floret potius, pietatis illustrata dogmatibus, & vestra simul irradiata fide, suscipit bella hostium sibi placentium, & eorum mala consilia nihilo minus aversatur, peregrinis & vanis doctrinis per diversa non fertur. Omnibus enim blasphemiis impietatis initium est languor pessimus, quo se magis amare volunt. Vnusquisque enim horum vocationem Christi ad nomen proprium transferre volens, iniquas blasphemias adversus Christum eructare dignoscitur: qui ex nobis fue- D runt, non manserunt nobiscum. (1. Ioan. 2.) A recta namque & regia digressi via, & redemptorem nostrum Christum impudenter abnegantes, & ipsi vocatione qua vocati sunt, facti probantur extorres; & obedientes sibimet, impie suum habere vocabulum pro Christiana religione fecerunt, qui non in alia baptizati sunt fide, aut alios Christi discipulos habuerunt, alium modum baptismatis introducentes, aut Christum alium prædicantes. (Ephes. 4.) *Vnus enim dominus, una fides, unum baptisma.* Quidam vero imitantes Iudæ voluntatem, a semetipsis blasphemiæ malitiam genuerunt, & Christi vocabulo cum ipsa pietate privati, eos qui sub eorum E nomine crediderunt, suo nomine vocari quadam deceptione fecerunt. Hinc enim trecenti decem & octo patres fidem in diversis corporibus habentes unam, confidenter bellum pro pietate gesserunt, & veritatem nimis mansuetissime defendentes, & mentem vesanam hostium ecclesiæ revelantes, eos quoque qui & tunc simul erant, & nos qui post multum tempus sumus exorti, symbolo fidei ad veritatis jura perducere non quiescunt. Accedentibus enim ad baptisma tradimus quod & accepimus, non augmentum aliquod facientes aut detrimentum hoc. Huic namque doctrinæ nihil affectione minus est. Contra omnes itaque abominandas hæreses veritatem confidenter opponimus, ne velut impræparati secundum scripta spiritalia condemnemur. Et eis quidem qui sacrilegium in divinas perpetrant scripturas, & corda sibimet faciunt adhærere simplicium, nos qua possumus virtute resistimus: nervi vero & arma ecclesiarum & virtus, vos estis, Christianissimi principum. Nam & beatæ memoriæ Constantinus, princeps militiæ omnipotentis Christi, trecentos decem & octo sanctos patres habens armigeros, & dominico bello vincens, maximus quidem apud regem regum apparuit, in omnibus autem Dei ecclesiis tempore longo & oblivione memoriam possedit fortiorem, & ab omni pio ore laudatur. Igitur quasi paternæ succedentes hereditati sacratissimi principes, qui sceptra illius susceperunt, in synodo centum quinquaginta patrum & fidem trecentorum decem & octo patrum piis & Deo decibilibus sanctionibus firmaverunt, & inventorem novorum dogmatum confuderunt, inanem depellentes ab ecclesia pestem, æqualem Patris & Filii & Spiritus sancti substantiam, virtutem atque divinitatem annuntiantes, in nullo dignitatem, auctoritatem aut dominationem penitus imminutam. Rursus ergo diabolus arma suæ malitiæ Nestorii linguam exacuens, in duos filios dividere unum & solum Christum nefanda voluntate præsumpsit; & rem unitatis veræ dissolvens, seorsum in hominem, & seorsum in dominum Christum Filium Dei vivi impia machinatione discrevit. Quo facto, mox beatæ memoriæ Cælestinus Petri sedis sententiæque successor, & Cyrillus Alexandrinæ civitatis episcopus, & Acacius magnus noster pater & doctor, cum multitudine sibimet aggregata sapientes, impetum contra veritatem factum destruentes, inventorem mendacii cum ipso mendacio pariter expulerunt, & sanctorum trecentorum decem & octo patrum fidem roboraverunt. Sed neque hac diabolus devictione confusus, dogma Valentini olim sopitum, per Eutychem denuo renovavit, surrexitque, dicens cæleste corpus assumpsisse dominum Iesum Christum, & ad homines advenisse. Quem si fas esset, callidum verbis, non vero intellectu contendentem, ut non dicam dogmatum nummularium, ut cum corpore ad cælos educeretur, ostenderemus ei dominum gloriæ, figuras clavorum in manibus habentem, & his (Ioan. 20.) potius quam inaccessibili luce fulgentem. In carne enim is qui semper est, apparuit: factus est ex muliere creator omnium, *factus sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret; ut filiorum adoptionem reciperemus.* (Galat. 4.) *Pauper factus est, cum esset dives:* (2. Cor. 8.) & participationem meæ carnis elegit, ex semine Abrahæ factus est, & sanguine (Hebr. 2.) & carne participatus, proxime nobis uniens & compaginans in unum divinæ naturæ peccatricem nostram ex transgressione naturam. Caro enim & ossa, secundum euangelistam, (Luc. 24.) Deum ostenderunt, & Deus naturæ in carne & ossibus manifestatus est; ut cum a vita nostra (2. Cor. 5.) mortalitas sit absorpta, nequaquam sit jam mors, vita vivente per mortem. Vivus enim Dei sermo in morte semetipsum ostendens quia vita est, mortem nequaquam esse declaravit;

&

& robur atque integritatem suæ præsentiæ demonstrare volens, ad discipulos ait: *Palpate me, & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere.* Factus utique secundum nos homo, qui permansit Deus: mediátor effectus Dei & hominum, primitiæ dormientium, primogenitus ex mortuis, secundus Adam, caput corporis ecclesiæ. Ait namque propheta: *Et homo est, & quis agnoscet eum?* Quod enim ait, *Et homo est*, augmentum & assumptionem ostendit ejus qui est, & futuri in sæcula divinitatem interpretatur. Cum itaque adoramus Christum, qui & dispensative pro nostra salute suscepit carnem passionis, & divinæ nobis impassibilitatis jura donavit. * Sic enim concilium sanctorum patrum Calchedone celebratum sapiens, & trecentorum decem & octo patrum inviolabilem & intentabilem custodivit fidem; & fortiter in eruditis viris fatuitatibus resistens, catholicis ecclesiis in toto orbe fundatis contulit bona pacis. Cum quibus nos quoque in uno corpore congregati per fidem, vestrum imperium immutilatum, & ad filiorum filios pervenire, ab omnium domino deprecamur. Si vero quidam decerpentes congruentia syllabarum compositionesque verborum, bella & lites movere tentant adversus ecclesias, Deus resistet eis. Nos autem intentionem exponentium fidem & mentem probantes, nequaquam a verborum compositione recedimus, sed & propugnatores dogmatum, & perfectos custodes fidei trecentorum decem & octo patrum habemus, & sanctos patres Calchedone collectos, sicut & ipsos trecentos decem & octo patres, honoramus. Nihil enim adjicientes illorum symbolo, os obnoxium multis suppliciis damnaverunt. Igitur sanctionem pietatis vestræ suscipiens una cum sanctissimis episcopis nostræ provinciæ, relegensque preces ab Alexandrinis clericis vestræ majestati porrectas priores atque posteriores, in prioribus quidem invasionem ovium factam contra pastorem flevi, & contra ipsum sacerdotium seditionem novi Dathan & Abiron nimis ingemui. Pudor enim cunctus per arrogantiam est expulsus, omnis lex & timor imperialis & judicium est contemptum, & sacerdotales sanctiones vexaverunt nefandissimæ voluntates, manus contra sacerdotes armantes, quas debuerant optime temperare; & donum perceperunt, dignum suæ salutis pignus. Habens etenim mentem ratione privatam, sicut precibus sumus edocti (si tamen veræ sunt) sceleratus Timotheus, principatus amorem utilitati præponens, ad res nefandas accessit, sedibus non sibi competentibus irruens, adhuc vivo ecclesiæ sacerdote; dispensationemque ecclesiæ petulanti voluntare diripiens; & principium sacerdotii faciens sanguinis effusionem: sed etiam sanctorum gregum cædis factus occasio, impudenter custodem constituit semetipsum, qui neque vocari dignatus est Christianus, quando cruentis manibus venerabilia mysteria non dubitat impia præsumptione contingere, & post damnationem illam operari, quæ eum, neque alios agentes, sanctorum patrum regulæ videre permittunt. Qui neque sustinens ut secundum regulas ordinaretur ecclesiasticas, & ab his qui simili castigationi videbantur esse subjecti, factus episcopus, ab omnibus ecclesiis semetipsum excommunicasse dignoscitur, quasi faciens divinæ gratiæ donis injuriam. Deinde cum non valeat curare quæ ab eo male præsumpta sunt, si tamen quæ de ipso dicta sunt, cum veritate concordant, patrum conciliis obloquitur: & cum ei mala patriæ non sufficiant, omnes conturbare tentat ecclesias; quasi potestatem habens gerendi quæcumque voluerit: & neque vivis, neque mortuis præsulibus parcit ecclesiæ, sed quasi contra omnes potestatem impietatis adeptus, primum & patrum synodo derogat, quam Spiritu divino statuit sedes Alexandrina. Quod mihi videtur fecisse, ut effugiat homicidii adulteriique supplicia. Illic namque in ipsis principiis contra homicidas excommunicationis decreverunt pœnam. Non suscipit autem sanctum & universale Calchedonense concilium, nesciens quia etiam ante hoc a trecentorum decem & octo sanctorum patrum fide semetipsum fecit extraneum, quam sanctum utique Calchedonense concilium confirmavit ac roboravit. Oportebat enim eum ascendentem tyrannice ad thronum beatæ memoriæ Cyrilli, illius libris incumbere, & doctrinam illius possidere. Sed vos pii, tamquam universos principes optima virtute superantes, fidem defendite tyrannidem sustinentem, patrum sanctionibus conferte virtutem, sacerdotibus donate a periculis libertatem, prohibete eos qui irregulariter contra ecclesias nituntur insurgere: quatenus sine seditione & lite atque bello vestris temporibus sanctæ Dei ecclesiæ constitutæ, incessabiliter pro vestra longævitate atque salute emittant domino Christo suas orationes, ut longis pacificisque temporibus universo orbi terrarum & omnibus sanctis & catholicis Dei ecclesiis condoneris, per omnia invictissime & Christianissime triumphator semper Auguste.

* Tresius misericordia Dei episcopus Melitenæ metropolis sanctæ & catholicæ ecclesiæ, propria manu subscribens, secundum sanctionem vestræ pietatis, meam sententiam per præfatam epistolam protuli, quid sentio in confessione sanctorum patrum in Nicæa convenientium, quam securum est & Calchedonense sanctum & universale concilium: simul & quod sapio super Timotheum, quem preces accusaverunt: custodiri vestram potestatem sanctis ecclesiis & omni orbi terrarum temporibus longis exoro.

* Otrius

Ioannes episcopus Arcæ, similiter.

Adelphius episcopus Arabiæ, similiter.

PARTIS TERTIAE CAP. L.

L. EPISTOLA EPISCOPORUM CAPPADOCIÆ PRIMÆ, ad Leonem imperatorem.

Religiosissimo, & a Deo infulas imperiales adepto, Leoni Augusto, Alypius episcopus Cæsareæ Cappadociæ, in domino salutem.

MAXIMUS omnium dominus Deus munus optimum & sanctis Dei ecclesiis & toti orbi terrarum vestrum condonavit imperium. Et hoc nos non aliqua conjectura dicimus, sed ipso rerum experimento eru-

eruditi. Nam quando in ipso principio vestri regni, quod a Deo in omni orbe suscepistis, non aliunde, nisi unde decebat, imperii fecistis initium, maximum est indicium voluntatis vestræ, quam habetis circa beneficii largitorem. Mox enim ut ad imperium accessistis, bene etiam hoc dispensante pro nobis domino nostro Iesu Christo, repente justa Dei sententia in vestra pietate monstrata est, magis autem in nobis. Nam virtus imperantis commune bonum est, & utile singulorum, redditusque per vos & a vobis cunctis sanctis Dei ecclesiis honor, literis ubique currentibus atque significantibus, & quam habeatis circa fidem orthodoxam voluntatem, & quia nihil veritati præponitis. Hinc itaque nobis fiducia conceditur, & bonorum spem habere confertur sub tali principe constitutis, qui & subjectorum salutem rebus omnibus superponit. Quia vero contigit turbas atque tumultus emergere, & in his magis rebus, ubi vobis maximum est studium, id est, circa Dei ecclesias pacis jura conferre, quam bonitatis inimicus diabolus ab eis auferre, & violentiam inferre tentavit: neque in hac causa nostram probaris neglexisse cautelam, invigilas autem, & cuncta consideras secundum bonos pastores, ne lupis liceat oves arripere: aut certe secundum optimos medicorum, alligas vulnera, & eis præbes denuo medicinam. Cooperetur itaque dominus huic vestræ pietatis intentioni, & modum inveniat, quatenus omnia quæ divisa sunt, copulentur, & disrupta totius corporis membra rursus compaginentur, & totum ecclesiæ corpus salubritati reddatur, unitumque servetur. De his enim, unde mihi vestris literis præcepistis, id est, de sancto Calchedonensi concilio, & Alexandrinis malis, quæ cum fieri non oportuerit, facta dicuntur: hoc tantum dico, quia similiter ignoravi & quæ Calchedone sunt gesta, quia nec in synodo fui; & ea quæ Alexandriæ facta sunt, nunc vix audivi; simul & quomodo defunctus est sanctæ memoriæ Proterius, & quia eo vivente, is qui nunc episcopus factus dicitur, ordinatus est. Quia vero jussistis me de his omnibus ignorantem, meam vobis sententiam declarare, colligere festinavi episcopos sub me constitutos, (sunt enim duo) quorum unus, sicut præcepistis, advenit, & ipse mecum fecit sententiam manifestam: alter vero infirmitate detentus, occurrere quidem non valuit, suam vero voluntatem ad me datis literis indicavit, quas etiam meæ suggestioni conjungens pariter destinavi. His itaque sic se habentibus, vestræ pietati significo, quia ea quidem quæ particulariter examinata sunt atque gesta a sanctis episcopis in Calchedonensi collectis civitate, non legi, (neque enim a sanctæ memoriæ tunc episcopo Thalassio, qui interfuit sancto concilio, aliquid hic amplius est allatum ex his quæ gesta noscuntur) sed tantummodo definitionem expositam ab illo sancto concilio, ab eo delatam inspexi: quam relegens salubriter, congruenterque suscipiens atque intelligens, & (ut reor) mente recta eam ut oportebat examinans, comperi a recta fide non dissonare. Nam & trecentorum decem & octo sanctorum patrum Nicææ convenientium laudat fidem, & eam sequi omni intentione festinat, & inviolabiliter immobiliterque custodit: in qua, gratia domini nostri Iesu Christi, & baptizati sumus & credimus, & in qua credere accedentes ex gentibus edocemus: sed & reliquos omnes sanctos sequitur patres, & eos qui post illos in regia civitate collecti; & rursus qui Ephesi convenerunt: & ut simpliciter dicatur, omnes qui in fide & recto dogmate sunt præclari, socios asserit & fidei communicatores. Inscribit & sanctæ memoriæ Cælestinum, & maximum Cyrillum, qui ubique noscitur approbatus, & maxime in anathematibus prolatis contra Nestorium, & ei similia sapientes: sed etiam eos qui cum illis pro pietate dimicarunt atque decertarunt contra Nestorium veritatis inimicum, & qui iniquitatem locutus est in excelsum: nec non adversus eos, quicumque adulterare vera dogmata cognoscuntur; & quod summum est, dominum nostrum Iesum Christum non confitentur ex sancta Maria virgine Dei genitrice incarnatum nostra carne, & per omnia secundum nos factum peccatum propter salutem nostram: quod ab omnibus qui recte crediderunt & credunt, intelligi & dici omnes agnoscimus, quia hanc gratiam adepti sumus. Ergo quantum ad definitionem, quam etiam legi, nihil habeo in quo sanctum concilium possim de mala secta culpare. Si vero non propter fidem, sed propter alia quædam quasi non secundum regulas a sanctis trecentis decem & octo patribus in Nicæna urbe prolatas, facta sunt, quæstio nunc exorta est, hæc non universalem debent tumultum facere, sed vestræ indigent examinatione pietatis. Vobis namque hæc inquirentibus, & sacras regulas relegentibus, bene novi quia correctionem causa suscipiet. Nullus itaque judicet, quia supra me, & ultra quam mihi convenit, hæc locutus sum. Nam neque hæc ipsa dicerem, nisi conjurationem in vestræ pietatis syllabis positam formidarem, compellentem nos quæ vera sunt cum fiducia declarare. De his autem quæ in Alexandrina civitate facta vulgantur, hoc tantummodo dico, quia lamentatione digna sunt quæ gesta dicuntur, & si vera facta sunt, aut a Timotheo qui episcopus dicitur ordinatus, aut a quolibet alio, & sicut conscripta sunt in libellis pietati vestræ ab accusatoribus ejus oblatis, ita contigerunt, indignos sacerdotio hujusmodi operarios esse dico. Vestrum est autem omnia disponere sapienter, & provide hujus mali impetum cohibere, ne ulterius possit accidere. Igitur quæ de prædictis causis novi, atque dicere debui, hæc sunt. Quæ vero ipsius negotiis & omni mundo profutura sint, opto, si quid meæ orationes prosint, ut dominus Iesus Christus cuncta bona sua vestro imperio præster, & nobis in se sperantibus longis temporibus vestrum custodiat principatum, dispensantem mansuete atque clementer & religiose quæ nostra sunt.

Alypius misericordia Dei episcopus metropolis Cæsareæ primæ Cappadociæ sanctæ Dei ecclesiæ, obedienshis quæ pie mihi a vestra potestate præcepta sunt, hæc meis scriptis insinuavi.

Vvius episcopus Nyssenus similiter.

LI. EPISTOLA EPISCOPORUM SECUNDÆ CAPPADOCIÆ, AD LEONEM imperatorem.

Piissimo & Christianissimo, & amabili imperatori, semper Augusto Leoni, Patricius, Eustathius, Nebulius, Theodosius, Aristomachus, Cyrus, Ambrosius, Patrophilus, episcopi secundæ Cappadociæ.

INTENTIO pia, & studium quod circa rectam fidem geritis, munus Romanorum vobis contulit principatum, o sacratissime & Christo amabilis imperator. Quam fidem in utroque conservans, vis equidem sanctas ecclesias esse, & eas augeri, nec non unumquemque ad fidem rectam, quam a prima juventute serenitas vestra servavit, adducere, quamque etiam vobis nunc tempus est aperte omnibus explanare. Quia vero nostram sententiam: quid sapiamus, sacris literis manifestare sanxistis, & agnoscere voluistis, quid de sancto Calchedonensi concilio sentiamus, & de his quæ Alexandriæ gesta dicuntur: convocatis in unum sanctis episcopis secundæ Cappadociæ, hoc egimus. Convenientes enim in unum una cum clericis, primum quidem pro vita vestræ tranquillitatis oravimus ad custodiam sanctarum ecclesiarum, nec non ipsius rectæ & venerabilis fidei, & pace undique per victoriam cunctarum gentium longius propaganda. Relectis autem precibus ex utraque parte vobis oblatis, hoc est, a sanctissimis episcopis Ægyptiacæ diœcesis, & ab aliis, indicamus quia ab initio in his quæ definita sunt a sancto & universali Calchedonensi concilio, tunc consensimus, & nunc in præsenti subscripsimus, & ea ita servamus, sicut antiquum sanctum & universale concilium sanctorum trecentorum decem & octo patrum in Nicæna urbe celebratum, secundum quod & baptizati sumus, & nosmetipsos bonæ confessioni tradidimus, sacerdotiumque sortiti clementia domini nostri salvatoris Christi, ad fidem ejus eos qui imbuuntur, adducimus. Nec non & alias synodos, quas per singula tempora congregari necessariæ res exegerunt, sicut in his indicatur, per omnia custodimus, quod a sancto Spiritu celebratæ sint, & de his quæ placuerunt, constitutæ noscantur: & arbitramur quia quicumque sancto & universali Calchedonensi concilio adversari nituntur, semetipsos non intelligunt, quando & sanctorum trecentorum decem & octo patrum in Nicæno concilio inimici apertissime comprobantur. Nam si sancta Calchedonensis synodus hanc synodum suscepit atque firmavit, tamquam veritatem habentem, & rectæ fidei firmitatem, (utraque enim inest in se) quomodo non aperte illi quoque repugnare noscuntur? Non enim prudentis est animi, in parte quidem suscipere, in parte vero aliquid reprobare, & propria abjicere sententia, quæ ab illis sunt utiliter definita. Et de sancto quidem Calchedonensi concilio hæc dicta sufficiant. De his autem quæ Alexandriæ non bene gesta sunt, dudum quidem sufficienter flevimus, & nunc nequaquam lamentari quiescimus. Quis enim modus nostrarum erit lacrymarum, cum multa & importabilia videantur quæ in ea urbe contigerunt, sanctis ecclesiis passis injurias: licet hoc vel dicere præsumptivum sit, & neque pudore prohibitis eis, qui sanctum baptisterium invaserunt; quique forsitan & in eo sanctam gratiam adepti sunt; ad redemptionem pristinorum utique peccatorum? Cum vero adjicitur, quia & in his locis sacerdotis interfectio perpetrata est, quomodo non erit ita terribile, ut omnem auditum valeat obturare? Dum autem etiam depompatum dicatur omne corpus, injuriisque subjectum, cum jam caruerit sensu, & membra divisa, ignique contradita, collectusque cinis, secundum quod illis placuit, dispersus est, quomodo non erit hoc miserandum, & multarum lacrymarum rigatione dignissimum? præcipue dum quis animo cogitet, quia neque post mortem defuncto sacrificii oblationem fieri permiserunt, sed tamquam extra naturæ legem eum punire festinaverunt, qui jam nequaquam harum injuriarum videbatur habere sensum. Ea vero quæ de Timotheo gesta sunt, penitus non laudamus: sacerdotium habere non potest. Primum quidem, quia oportet eum qui ex quacumque causa deponitur, sustinere, & neque ad eum gradum accedere, neque ad majorem currere dignitatem, antequam is qui eum deposuit, solvat sententiam in eo prolatam, aut certe sanctorum episcoporum synodus quæ perspexerint justa, definiant. Depositos autem episcopatu seu clericatu aliis hanc conferre dignitatem, lex ecclesiastica nulla permittit. Si autem etiam sinamus per concessionem, quia duo episcopi fuerunt fidei præconio digni; neque hoc modo deficiente numero ordinatio episcopi potuit provenire, quando hoc sacris canonibus inhibetur. Dum vero habente episcopo in sua ecclesia sacerdotium, & in nulla parte reprehenso, neque remoto, alter in ecclesia dicatur introductus, & culpabile, & omni ratione probatur incongruum. Quia vero, sicut precibus indicatur, omnia quæ de Timotheo gesta sunt, sine venia sunt, & omni consequentia videntur extranea, & sacerdotio dissonantia, non solum si hæc omnia in eo probantur effecta, sed vel si unum tantummodo horum quæ prædicta sunt, contigit, neque sic eum subtilitates canonum sacerdotium habere permittunt. Quod etiam insidiatus agnoscitur sanctæ memoriæ Proterio aut voluntate, aut opere, palam est quia & sacris canonibus expellitur, & apud leges bene positas odibilis invenitur. Hæc itaque sunt, quæ in unum convenientes atque deliberantes pariter approbavimus: vestra vero piissima Christianissimaque serenitas, quæ super nos provide sortita videtur imperium, multis bonisque fruatur temporibus; & sicut oramus, sanctissimas sub quiete servet ecclesias, & pacem omni conferat mundo, omnesque gentes vobis, quæ sub sole sunt constitutæ, succumbant, quod dudum gratia domini Christi constat esse jam factum, ut rursus ad meliorem statum Romanus perveniat principatus.

Patricius episcopus Tyanorum metropolis, secundum vestræ pietatis sanctionem, meam manifestavi sententiam de Calchedonensi synodo, quia eam suscipio, nihil contrarium sanctis patribus sapientem. similiter autem & de Timotheo, sicut scriptum est: & manu mea subscripsi, & potestatem vestram multis oro custodiri temporibus.

Eustathius episcopus Paterni, similiter.

Theodosius episcopus Nazianzi similiter.

A Aristomachus episc. Colonorum, similiter.
Cyrus episcopus Cubistuliæ, similiter.
Ambrosius episcopus Asunæ, similiter.
Patrophilus episcopus Iustinopolis, similiter.
Anebrius episcopus Doalæ, similiter.

LII. EPISTOLA EPISCOPORUM PROVINCIÆ PONTI, AD LEONEM imperatorem.

Piißimo & Christianißimo imperatori, Cæsari Leoni, triumphatori, semper Augusto, Euippus, Petrus, Ioannes, Gratianus, episcopi provinciæ vestræ Ponti.

Vos equidem invictissimos atque Christianissimos principum quis non laudet, B terrarum orbem sapientia gubernantes, & principatum fortiter obtinentes, & optimum æquitatis fundamentum, hoc est, amorem quem circa nos geritis, digna ædificatione ponentes? Aperte namque per hæc monstratur, quia nulli fuit aliquando cujuslibet rei sic ferventissimus amor, sicut vestræ pietatis imperio, ut Christianorum populus possit augeri, & ad maximam gloriam potestatemque perduci, quem penitus in malis esse non sinitis. Nec vos ab hujusmodi voluntate suspendit neque favor populi, neque multitudo pecuniarum, nec quæstus gloriæ, neque quod rex regum esse videris & nominaris, nec omnia reliqua, quibus agnoscitur humana felicitas. Nihil itaque C horum omnium vos ita lætificat, quomodo ut per vestram majestatem nos exultemus, & per nos vestrum apud Deum & homines approbetur imperium, & insolubilis apud vos potestas permaneat in æternum. Propterea siquidem alienigenarum quidam populus, qui pridem nostram provinciam veluti suam invaserat, non magno labore subjectus est, sed & omnes circa Romanum imperium gentes inimicæ destructæ sunt. Vos autem hæc omnia secundo loco ponentes, tamquam divina manu protecti, nostram concordiam valde requiritis, bene scientes, quia vestra securitas ecclesiarum pace consistit. Nam si fuerit pax inconcussa, immobiliter servabuntur universa. Nos itaque quis digne possit flere, sciens verborum facta considerare, D & passiones lamentationibus æquare? Quoniam pacem quam a patribus percepimus, non servamus, & ejus tantum nomen audivimus, hanc nec leviter venerari cognoscimur. Solutum est enim vinculum caritatis, thesaurorum nostrorum pax direpta est. O quanta sunt mala! protrahimur enim passionibus nostris ad gemitus. Nostra fuit caritas aliquando: paterna est hæc hereditas, quam in nobis per discipulos dominus thesaurizavit, dicens: *Mandatum vobis do novum, ut diligatis adinvicem.* (Ioan. 13.) Sed hanc hereditatem priores quidem successores filii a patribus suscipientes, usque ad nostros patres inviolabiliter servaverunt: hæc autem luxuriosa generatio non servavit. Quo- E modo lapsæ sunt de manibus nostris, caritate defluente, divitiæ? Nos caritate pauperes sumus, & inimici de malis nostris locupletantur. Ait enim psalmista: *Zelatus sum super iniquos.* (Psal. 72.) Nos paululum transeuntes, quod scriptum est legamus: Zelati sumus super iniquos, pacem peccatorum videntes. (Ibidem.) Illi siquidem sunt concordes alterutris, & sibimet copulantur, & velut funes sua perplexione roborantur: nos autem nec consentimus adinvicem, neque nostris sententiis concordamus, cum nullus ignoret, quia sanctæ & laudabilis Trinitatis primum bonum sit pax & indivisio. Vnde & Deus unus & est, & esse creditur, non minus propter concordiam aut æqualitatem substantiæ, sed etiam ut nomen hoc unitatis Deo sit commune cum aliis, quibus gaudet. Pax enim, & caritas, & similia, vocitatur, per hæc nomina nobis præstans, ut his virtutibus transformemur ad Deum. Secundæ vero post Deum potestates, id est angelicæ cælestesque virtutes, nihil ita libenter habent, quomodo quietem tumultusque vacationem. Deinde sive leges creaturæ respiciamus, quia cælum & terra & mare & totus hic mundus, maximum Dei elementum atque mirabile, quod etiam Deus declarat, donec constiterit; & pacem ad semetipsum habuerit, manens in propriis naturæ terminis, & nihil alterius contingens, neque vincula suæ harmoniæ digrediens, quibus artifex ratio omnia colligavit, mundus est, quod vocatur præcipua pulcritudo, qua nihil poterit quilibet hic clarius aut magnificentius invenire: mox autem ut pacem amiserit, & mundus esse cessavit, & illud pacis bonum quale fuerit, tumultuatione monstratur. Et ut relinquamus populos & civitates, & choros, & militias, & domos, & navium complementa, & conjugia atque societates pace quidem crevisse, tumultuatione vero defecisse; ad Israel veniamus, & aliorum flagello corripiamur. Illi namque donec pacem habuerant, & adinvicem & ad Deum, sanctus populus, & pars domini & regale sacerdotium vocabantur, (Deut. Exod.) & a principibus regebantur gubernatis a Deo, & columnæ eos ignis & nubis nocte dieque deducebant, ut inter eos adstantes: mare (Exod.) vero Moysis virga percussum, velut vitrum (Exod.) in aliqua summitatis parte usque ad finem sectum, ab initio litoris usque ad terminum alterius probatur esse divisum, ut & Moyses cum omni populo in fundo constitutus sine ulla infusione, adustus etiam sole, & pedibus abyssos in siccitate fundi ingrediens, non timuerit repentinum murum ex fluctibus fabricatum, hinc & hinc instar muri conspiciens aquas fuisse coagulatas. Esurientibus autem cibus est (Exod.) cælitus allatus, fontem petra sitientibus ministravit: (Exod.) pugnantibus autem manuum extensio (Ibidem.) pro innumeris millibus fuit, & triumphos oratio contulit, itinera præparavit. Ab horum facie flumina recedebant, imitantia mare cognatum. (Iosue) Sol stetit justi oratione vinctus, & proprio cursu subsistens, (Iosue) occasionem persequendi concessit, augmentum quotidianæ mensuræ largitus est. Sed & propter sacerdotum (Iosue) ambitum, tubarumque sonum, murus hostium fortissimus est commotus. At ubi jam mente languere cœperunt, & legem umbram futurorum sæpius conculcare, & prophetas clamantes spernere, deinde euangelica miracula quæ per Christum sunt facta, respicientes, id est, conceptum sine permixtione, incorruptam nativitatem ex virgine, & desuper invisibiliter testificantes voces ei, cujus supereminet dignitas, & naturalium infirmitatum salubritatem non aliqua medicina, sed puro sermone & jussu voluntatis effectam, & mortuorum regressionem, & timorem dæmonum, & potestatem passionum in aere. Et super maria gressum, (Matth. 15.) non

non diviso per utramque pelago, nec in fundo A nudato gradientibus secundum miracula Moseos, sed ipsa superficie gressibus quasi terræ constipatione substrata, per quamdam fortitudinem procedente vestigio: & ciborum copiam, quantam ille voluit, ministratam, & epulas in deserto largissimas, cum multa millia pascerentur, quibus non cælitus manna fluebat, neque terra frugifera de sua natura res necessarias dabat, sed de ineffabilibus horreis divinæ virtutis hæc munificentia procedebat: panisque præparatus ministrorum fructificatus in manibus, & amplificatus satietate comedentium, ita ut reliquiæ multis aliis mensis copiam ministrarent, & de panum epulis totidem numero cophini, quot sunt apostoli, remanerent. Hæc itaque miracula videntes singuli, graviter valde B respiciebant; sed & piscium epulas, quas maria non præbebant, sed ille qui etiam mari hoc genus inseruit: pro tantis beneficiis mordacitate concussi, & invidentes suæ saluti, ut domini bona paterentur, crimen hoc maximum judicantes, adversus salvatorem & Christum magis accensi sunt, in multasque divisi partes, aduersus semetipsos postea sunt conversi, crucifixo domino eos ad hanc pœnam utique compellente. Igitur quanta in oppressione sint passi, non victum porrigentes filiis, sed eos pro victu * negantes, & famis remedium carorum pignora facientes, longum est enarrare. Verumtamen una est horum maxima valde calamitas, quod in totum mundum dispersi sunt, ut & cultus deficeret eorum, & Ierusalem pavimentum vix C possit agnosci: ad quam eis ad hoc tantum licet accedere, quantum possunt desolationem ejus in die lugere. Sed nos etiam hujusmodi habentes exempla, ad discordiæ mala procedimus. Heu mihi, quia ditati sumus in malis, & omnia tenebræ conceperunt, & operuerunt universa, multum novem plagis Ægyptiorum graviora. Palpabiles tenebras jam timemus, ne fumus expectati illius ignis hæc præsentia comprehendat, ne in his Antichristus adsit, & * tempus habeat suæ potentiæ nostra vitia præsentesque labores. Non enim contra bene valentium muros accedit, aut caritate coarmatos aggreditur. Propterea inquit Ieremias in lamentationibus: *Ego defleo, & quæro oculis meis fontes lacrymarum.* D Passiones sufficientes & voto sapientes, ut lamentationem operentur, & utero doleo, non est quomodo relevetur dolor, aut quibus sermonibus hoc agatur, quia devictis inimicis, a nobisipsis modo destruimur, tamquam vesani carnes proprias comedentes, nec sentientes quia alterutros jaculamur, & ab alterutris in fugam convertimur. Nam si preces oblatæ vestræ potentiæ a religiosissimis episcopis Ægyptiacæ provinciæ, & reverendissimis clericis, cum veritate concordant, quæ magnitudo est relicta nequitiæ? aut ubi sic amarus terminus alicujus tragœdiæ poterit inveniri? Quis sine lacrymis E in hac narratione gravitatem * philosophiæ non possit excedere, audiens mediatorem Dei & hominum, qui cum angelis stetit, qui cum archangelis choros egit, in venerabili paschæ tempore, quo etiam latrocinantium collegia requiescunt, arma non moventur, prætoria nihil agunt, & unum omnibus Christianis studium est; a rebus aliis vacantibus, Christo per orationis puritatem in passionis atque resurrectionis sacramento communicare, ab spiritaliter pariente matre fuisse protractum, & ab eis qui ab ipso in eo fonte nascuntur initiati, pariter & quia sacerdos sacrificiorum sine sanguine celebratorum necatus est, & manus sacrificia faciens, suo sanguine violata est, quia in multas partes ferro dividebatur corpus ejus, diversis contumeliis sauciatum, & irrationali populo lusus effectum, viris atque mulieribus, atque juvenibus calamitatem hanc pro pompa gerentibus, ignique contraditum; & pyramide tracta in civitate Christiana in cinerem dissolutum? Hoc tamen gestum est, ut per omnia elementa sacerdos victor existeret, in terra punitus, igne consumptus, in aerem dispersus, & ut assolet, per minutas partes & atoma direptus, ad vicinas aquas undis effusus, ita ut nec sepulturam sanctam promereretur, quæ etiam impiis non negatur. Quantum credendum est tunc paganos atque Iudæos taliter conspicientes, nostra mysteria derisisse? Hæc igitur erunt posteris fabulæ incredibiles & amaræ. Sed quis horum malorum auctor, si tamen accusatores veri sunt? Is utique qui adhuc vivente pontifice, in Marci sedem prorupit ascendere, & adultero modo thalamos inviolabiles attentare, ad sacrum altare pedibus non lotis accedens, qui suis manibus pontifex ordinatus est, qui omnes simul patrum terminos commovit, & sententiam in sua damnatione prolatam ipse, sicut putavit, absolvit; & alio judicio episcoporũ non indigens, nefandam atque imaginariam ordinationem suam a damnatis episcopis, & hoc duobus, accepit, cum regulæ patrum sanctam & venerabilem colentium Trinitatem, vel tres episcopos corporaliter adesse in hujusmodi dispensationibus omnino prospiciant. (Concil. Nicæn. can 4.) Hic autem non tali observatione provectus, quoniam non poterat virtute hanc bonitatem præsulis ecclesiæ Alexandrinæ transcendere; alium molitus est modum, per quem conspicuus e contrario videretur, & idem passus, quod provenit eis qui furoris immensitate cæcantur, & quidquid prius occurrerit eis, irrumpunt, licet sit quoquo modo parcendum: qui cum tales sint, alios medicare contendunt; neque hoc mansuete aut mitissime faciunt, sed velut quidam medicus imperitus, incidere solummodo & occidere præparatus, cui recte dicendum est: *Medice, curate ipsum.* (L c. 4.) Abstulit itaque de diptychis eum, qui lege & ordine ascensu spiritali honorandus erat; & conscripsit illum, qui dogmate tantorum episcoporum de pontificali cathedra projectus est. (Dioscorũ.) His igitur ita gestis, ut dictum est, (non enim nos harum rerum integritatem novimus, in ultimo quodam loco Ponti degentes) hujusmodi emendatio vestra tranquillitate nunc eget: quia nisi causa languoris ablata fuerit, non poterit sanitas reparari. Quia vero etiam de concilio fecerunt memoriam hi qui multa primitus commiserunt, etiam de causa quidvis nos pati contingat, pro veritate licet sustinentes pericula non celamus, dum liberam potestatem & fiduciam utique sumpserimus: quatenus in nullo dissimilitudinis imago posita, principali figura disjungi, & propterea sæpius vera sententia supplantari, multis utique propter honoris affectum atque potentiæ, qui neque præsumptionem, neque fastum, sed vitam deberent sequi, virtutum contraria facientibus, quique a veritate propterea divelluntur, & cum eis abrumpitur etiam multa pars plebis, cui nos est

PARTIS TERTIAE CAP. LII.

PARTIS TERTIAE CAP. LIII.

est sedionibus congaudere, & cum volantibus A pariter advolare. Hujusmodi siquidem conspirationibus armatorum acquiescendum est, dum magis ordo episcopalis per miracula conquiratur. Quid enim de eis, qui Gregorii magni, civitatis nostræ episcopi, & aliorum ejusdem vocabuli episcoporum, & Basilii, & immortalitatis amatoris Athanasii dogmata sapiunt, aliud post tanta tempora potest credi? Aut aliquid convertibiliter de inconvertibili poterunt cogitare, & secundis semper priora dissolvere, & non magis per quietem impetum tergiversantium, semper quæstiones de Deo quærentium, destruere, & aliquando post longas turbas, sanctis Dei ecclesiis pacis jura conferre? B Sicut enim rerum materies, vehementi spiritu irruente, in semetipsa contrita, ignem & flammam sponte frequenter emittit, nequaquam prius hoc passa, donec spiritus flare cessabit: aut certe si celatus ignis in paleis, nulla respiratione flammæ concessa, neque ea quæ sunt vicina consumit, nec omnino valet extingui, sed pro flamma vapor quidem per paleas fertur in aera; si vero quamdam respirationem sumit, fumum convertit in flammas: sic & nunc agitur, dum adhuc intus sunt querimoniæ, quæ contra nos machinari noscuntur. Si vero convenientes contra nos certamen decrevimus excipere, quod neque aures audiant, neque oculi C videant aliquando, pia vestra potentia sceptra imperii gubernante, metus est ne forsitan ad impudentissima bella perveniamus, & confusio magna prævaleat, & nullam pacem alterutrum expectemus. Vnde considerandum est, quia jam rex cælestis ad januas est, novissima sustineamus, & ipsum dominum in gloria paterna venturum, jam non sub imagine, sed aperte respiciendum, judicaturum omnem humanam naturam, timoris & spei futurorum ambiguitatem pendentem, & propter eventum utriusque rei fortiter inhiantem. Quia vero etiam de his qui Calchedone convenerunt, consulere nos vestra tranquillitas dedignata non est, dicimus, quoniam multitudinem illorum virorum respicientes senectute sapientiaque D pollentium, in cunctis spiritalibus donis admirandorum, super hæc & fidem glorificantium pii numeri, quos in Nicæna urbe sanctus Spiritus congregavit, nec non & quos idem Spiritus in regia urbe collegit, qui etiam nos conformati esse dignoscimur, & pie conservamus quæ ab eis provisa sunt, & nunquam tantum concilium denegamus. Hæc ergo breviter piscatorie & non Aristotelice suggessimus. Si quid vero ineruditė dictum est, aut velut ignorantibus compositionem ornatumque sermonis, aut velut a negotiis longe positis, veniam supplicamus vestram tribuere pietatem.

Gregorius Neocæsareensis episcopus, θαυματουργὸς dictus.

Euippus misericordia Dei episcopus metropolis Neocæsareæ sanctæ Dei ecclesiæ subscripsi, & oro pacificum vestræ imperium pietatis E longis conservari temporibus pro sanctarum Dei ecclesiarum & totius orbis statu, piissime & Deo amabilis imperator.

Petrus episcopus Comanus, similiter.

Ioannes episcopus Polemonii, similiter.

Gratianus episcopus Cerasuntis, similiter.

LIII. EPISTOLA EPISCOPORUM PROVINCIÆ HELLESPONTI, AD LEONEM imperatorem.

Piissimo & Christianissimo terræ domino, possidenti cæleste regnum, perpetuo Augusto, imperatori Leoni, Seleucus, Uranius, Erythrius, Aelianus, Hyperitius, Paulus, humiles episcopi Hellesponti provinciæ.

DIGNÆ sanctiones actuum vestrorum, qui vobis imperii retinacula * gubernarunt. Secundum fidem namque apostolicam, catholicamque virtutem vobis agentibus Deus potentiam mundi commisit, quam pace Deo placita gubernatis. Sancti itaque provinciæ nostræ Deo amabiles episcopi convenientes in unum, relegere vestræ serenitatis epistolam & preces annexas, ut quod secundum sanctiones ecclesiasticas placeret, vobis indicaretur. Considerantes ergo prædictas preces, & earum lectiones velut oculis inspicientes, necem sanctissimi sacerdotis in venerabili baptisterii loco præsumptam, in quo etiam his qui pessima facinora committunt, refugientibus salus est; nec non & peregrinam quamdam & ineffabilem, quæ neque apud feroces barbaros agitur, in ejus corpore factam rabiem, & non solum adversus eum, sed etiam contra totius ordinem sacerdotii & pietatis pariter perpetratam, horumque scelerum Iudaica vesania atque superbia commissorum actorem fuisse Timotheum: lamentatione simul & lacrymis etiam nunc sumus impleti, & neque medium tempus luctum nostrum potuit imminuere; quia temporibus Christianis & vestris, a Christianis quoque talia in sacerdote proprio committuntur, quæ a sæculo facta non sunt, nec quilibet sermo hæc retulisse cognoscitur. Quæ audientes, & vix abstinentes a lacrymis, indicamus, quoniam qui hoc scelus vere gesserunt, nequaquam episcopatu digni sunt: sed neque is qui ab eis ordinatus est, sacerdotium poterit obtinere, vel si regulariter provenisset, quando etiam is qui dicitur ordinatus, ut * audiverunt, damnatus erat a sanctissimæ memoriæ episcopo suo Proterio, & concilio sanctorum episcoporum Ægyptiacæ diœcesis, quique a duobus solummodo similiter secum condemnatis, & neque numerum ordinantium complentibus regularem, nefandam ordinationem dicitur suscepisse, vivo pontifice, & ea quæ sunt sacerdotii celebrante. Et super hoc orthodoxos ac venerabiles episcopos pene totius Ægyptiacæ diœcesis a propriis sedibus exclusisse, nec non & clericos & monachos a proprio civitatum suarum ordine repulisse, & irregulares homines & mendaces in locis expulsorum tentavit evehere. Sed & alia plurima perpetrata dicuntur, quæ cuncta sacris canonibus fieri prohibentur, & ea sanctionibus ecclesiasticis excluduntur. Super hæc autem, dicit se non suscipere sanctam & universalem synodum Calchedone celebratam, quæ per omnia fidem trecentorum decem & octo sanctorum patrum in Nicæa convenientium inviolabilem custodivit, simul & quæ in reliquis conciliis definita sunt, hoc est, & sanctorum patrum in regia civitate congregatorum & prioris Ephesii, & nascentes hæreses spiritalibus gladiis radicitus amputavit, & ita fidem inviolatam prædictorum trecentorum decem & octo sanctorum

patrum per omnia roboravit, in qua & nati A sumus & baptizati, & baptizamus, & in ea vitam finire semper oramus. Si vero lucem cæci & veritatem mèdaces accusant, illi quidem propter cæcitatem visus, illi vero eo quod eorum error & malitia pariter arguantur: novimus quia omnes hæretici sanctas synodos, eorum malas sectas destruentes, accusant. Sic enim Ariani & Eunomiani de trecentis decem & octo Nicænis patribus agunt: Macedoniani vero de centum qninquaginta in Constantinopolitana urbe congregatis, Nestoriani autem Ephesiæ synodo, Eutychianistæ vero & Apollinaristæ, & ceteri malorum adinventores, sexcentis triginta patribus Calchedone convenientibus adversantur, inimicas veritati destructiones extendunt, & per suam vesaniam mentiri proban- B tur. Igitur Timotheum, qui Apollinarista cognoscitur, & propterea semetipsum a sancto concilio facit extraneum, irregulariter ordinatum, & tanti mali reum, si tamen accusatores veri probantur, nequaquam episcopum nominamus, aut communicatorem sacerdotii sumimus, qui his ita malis videtur obnoxius: & supplicamus piæ vestræ potentiæ, quatenus sanctarum ecclesiarum providentiam solenniter habeatis, & disciplinam Ægyptiacæ diœcesis dignam vestra rectitudine teneatis: quatenus fuga quidem persecutionem patientium depellatur, & eis qui turbati fuerant, pax alta revocetur, sanctisque ecclesiis illic positis unitas conferatur. Nostræ vero ecclesiæ, Deo gratiæ, vestræ providentia pietatis, in pace & una- C nimitate & fidei rectæ concordia magna consistunt, nostraque voce deposcunt, quatenus resistatur eis qui synodum fieri quærunt. Nam si sæpius conveniamus, aliud quidquam sapere poterimus præter ea quæ nobis sunt tradita a sanctis patribus, & sanctis conciliis explanata. Nihil enim aliud student, qui optant synodos congregari, nisi ut vasa sacra plurimi sanctorum episcoporum vendentes, pro sumptibus & expensis & subvectionibus animalium precia universa consumant, & aliqui eorum in peregrinatione aut mari vitæ hujus luce privati, onus hoc atque peccatum congregantibus concilium providere noscantur. Sed jubete potius D singulos sacerdotum in propria ecclesia positos, & ubi constituti sunt, permanentes, orationes & preces pro vestræ serenitatis imperio celebrare.

Seleucus gratia Dei episcopus Amasiæ metropolis sanctæ Christi ecclesiæ, manu mea subscripsi, secundum religiosam sanctionem vestræ pietatis meam sententiam per prædictam epistolam manifestans, una cum Dei amantissimis episcopis cunctæ provinciæ, quid sentiam, & pro recta fide trecentorum decem & octo sanctorum patrum in Nicæa convenientium, quam & Calchedonense concilium confirmavit: nec non & de Timotheo, qui precibus ac- E cusatus est: & multis temporibus a Deo servari vestrum oramus imperium.

Uranius episcopus Iboreæ, similiter.
Erythrius episcopus Amisi, similiter.
Ælianus episcopus Sinopensis, similiter.
Hyperitius episcopus Tili, similiter.
Paulus episcopus Adratus, similiter.

LIV. EPISTOLA EPISCOPORUM PAPHLAGONIÆ REGIONIS AD LEONEM Augustum imperatorem.

PARTIS TERTIAE CAP. LIV.

Piissimo & Christianissimo, amabili imperatori, & regnum cælestium possidenti Augusto Leoni, Petrus, Ætherius, Olympius, Saturnellus, Hyperius, episcopi Paphlagoniæ regionis.

Erexistis equidem olim Dei sanctas ecclesias, primum hoc justum sacrificium offerentes domino Christo, quod jura omnia pietatis transcendat, & propriam virtutem habeat: & quatenus ea quæ a divæ memoriæ Marciano constituta sunt, firma permaneant. Nunc itaque orta nobis est Christo amabilis, & regnum a divinitate suscipiens vestra tranquillitas, ut magna intentione concordiæ & indivise recta piaque servetur fides in sanctis Dei ubique constitutis ecclesiis. Agnovimus etenim vestræ pietatis oraculo, quia pro Alexandrinæ civitatis pace curam maximam habeat vestra serenitas. Ex precibus autem subjectis invenimus, Proterii quidem beatæ memoriæ ab eadem ecclesia facta exclusione, & voluisse Timotheum in eadem civitate sumere pontificatus officium, & machinatum, ut memoratus vir cum pœna de præsenti vita recederet. Ad hæc autem confiteri Timothei sectatores, quia trecentorum quidem decem & octo patrum, & concilii Ephesi congregati sequantur fidem: centum vero quinquaginta sanctorum patrum concilium in regia civitate celebratum, & sanctam & universalem Calchedonensem synodum denegare noscuntur. Sancientes ergo quæ communiter sapimus episcopi Paphlagoniæ regionis, ad notitiam pietatis vestræ deducimus. Præcedente siquidem nostra oratione ac supplicatione ad dominum nostrum Iesum Christum emissa pro vestræ serenitatis imperio, & unitate sanctarum ecclesiarum, & cum multa deliberatione divinas literas intuentes, & preces subjectas eis; vestræ pietati suggerimus, quia cuncti ante nos Deo amabiles episcopi doctrinam sanctorum euangeliorum & apostolorum percipientes, & sequentes fidem sanctorum patrum apostolicam confessionem docentium, tradiderunt nobis unam cum fideli populo hujusmodi fidem. Vnde dominum & Deum nostrum orantes, rempublicam potentiamque vestram a Deo nobis concessam longa ætate servari, nequaquam separamur a traditione decem & octo sanctorum patrum, neque concilium sanctorum centum quinquaginta in regia civitate celebratum, neque sanctam & universalem synodum in metropoli Calchedonensi factam *: sed neque augmentum aut imminutionem a traditione sanctorum trecentorum decem & octo patrum eas habere dicimus, sed ad peremptionem eorum factas, qui quantum ad se, gratiam sancti Spiritus denegare noscuntur, & in sancti mysterii Christi domini dispensatione*. Quamobrem repugnant, & contumelias inferunt etiam illi magno sanctoque concilio trecentorum decem & octo sanctorum patrum. Non enim sine periculo esse putaverunt sancti patres, si tacerent hæreticorum incredulitatem, nitentium sancti illius concili jura * convertere, & non aperta narratione sanctam veramque fidem omnibus explanarent.

* f. deest, errant
* f. cen. vel. e,

Qua-

PARTIS TERTIAE CAP. LV. LVI.

Quapropter ostenditur, quia isti qui nunc A sancta concilia denegant, non zelo pietatis, sed inconstanti contentiosaque sententia non solum contumelias patribus sanctis inferunt, sed etiam universo ordini sacerdotum. De Timotheo vero, & quæ ab eo machinata dicuntur (si tamen veræ preces sunt, quas vestræ serenitati porrexerunt reverendissimi clerici Alexandrinæ civitatis, & sanctissimi episcopi Ægyptiacæ diœcesis) dicimus, quia dura videntur & valde crudelia quæ ab eo commissa sunt, & cunctos iniquitatis terminos tali operatione transcendunt, ita ut non solum sacerdotii gradu probetur indignus, sed etiam ab ordine sit laicorum removendus, præsumens cum B multis criminibus quæ gessit, contumelias quoque conciliis sanctis inferre: de quo domini quidem Dei opus est, ut ei remittatur opus quod fecit adversus sacerdotem nihil sibi nocentem: vestrum vero est, triumphator maxime principum, ut justum sacrificium offeratis domino Deo, tantorum scelerum vindictam vobis placitam facientes. Deprecamur autem, & vestram pietatem totis viribus exoramus, ut apostolicam doctrinam in quam creditis, immobilem conservetis in pace multa & tranquillitate sub vestræ pietatis imperio, & in clero & omni populo in fide saluberrima constituto, & ut eis qui inaniter alia concilia fieri desiderant, resistatis, & ut nobis vestra pietate donetis, quatenus sub quiete degentes, secundum fidem & traditio- C nem sanctorum patrum confitentes, in pace inviolabili & disciplina servemur, orationi divinæ supplicationique vacantes, & vita atque conversatione domino Christo placentes, ad honorem orthodoxæ fidei: & fundentes domino Deo preces pro vestra serenitate, quatenus dominus Christus vestræ pietatis imperio suæ infundat dexteræ claritatem, quæ vos sua pace conservet, & fortitudinem vobis atque virtutem præstet, simul magnificentissimis maximisque proceribus, & gloriose sapienti justissimoque vestro senatui, ad peremptionem ferocitatis malignorum, & unanimitatem sanctarum Christi ecclesiarum, & totius Romanæ pacis & disciplinæ.

Petrus episcopus Gangrenæ metropolis sanctæ D Dei ecclesiæ, manu mea subscripsi, & secundum sanctionem vestræ pietatis propria sententia declaravi, sicut in hac epistola probatur esse prædictum, una cum Deo amantissimis episcopis nostræ provinciæ, quam habemus voluntatem in orthodoxa fide trecentorum decem & octo sanctorum patrum Nicææ convenientium, quam & sanctum Calchedonense concilium confirmavit: nec non & de Timotheo, qui in precibus accusatus est: & oramus orthodoxum & Christi amabilem principatum vestrum multis a Deo domino conservari temporibus.

Ætherius episcopus Pompeiopolis, similiter.

Olympius episcopus Surensis, similiter. E

Saturnellus episcopus Amastrenæ civitatis, * pro sanctissimo episcopo, eo quod ægrotaret, subscripsi similiter.

* *f.* pro me & sanctiss. episcopo Hyperio, eo

LV. EPISTOLA EPISCOPORVM DARDANIÆ, AD LEONEM imperatorem.

Domino piissimo & invictissimo, atque Christianissimo, perpetuo Augusto, imperatori Leoni, Vrsilius, Dalmatius & Maximus, episcopi vestræ Dardaniæ.

Et agnovimus & invenimus in lectione imperii vestri, salvatoris Dei judicium, & quia virtute sua cunctas regno vestro subdidit barbaras nationes, & per vos ejus pietas firma inviolabilisque consistit, & ut nemo præsumat apud pium imperatorem aliquid iniquum petulantia scelerata suggerere: quia sicut in sua pace omnia divina consistunt, ita nihil sacramentorum Dei per fidem tranquillitatis vestræ humana varietate mutatur. Quid enim ita præceps est, aut sic impium poterit judicari, quam credere pietatem fidei terminis apostolicis communitam, innumerabilibus & sacerdotibus omnibus sanctarum scripturarum testimoniis roboratam, nec non & decretis Nicæni Calchedonensisque concilii judicio confirmatam, inanibus & profanis præsumptionibus posse violari, dum ad omnem perfectionem catholicæ fidei sapientissimi Salomonis doctrina sufficiat? Ait enim: *Sentite de domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite eum.* Quid ergo pessima calliditate nequitia faciet, cui ultra bonitatem nequaquam licet excedere? Sed sicut ostenderunt literæ meæ humilitati directæ, hæc Timotheus respuisse dignoscitur, qui episcopatum ambiens, episcopi morte percepit, quapropter aliorum scelus ejus ruina factum est, & in fraterno concilio non vocatur, quando fratris necator esse cognoscitur; utique a reverendæ memoriæ Proterio, quantum ad fidem ejus, in nullo læsus: cujus tali morte hic ordinatus, vestræ tranquillitatis judicio nullum poterit ejus gradus habere robur. Igitur religio vestræ pietati commissa ab æterno Deo, invictissime principum, conservetur: ejus clementia imperium quod vobis collatum est, in omni gloria longa ætate muniatur. Et sicut vestra mansuetudo divina propitiatione continuis temporibus custoditur, sic & sacra mysteria nullorum scelestis præsumptionibus vulnerentur, sed pietatis vestræ laboribus pax mundo collata, in sua soliditate intransgressibili pietate servetur.

Vrsilius episcopus Dardaniæ, incolumem tranquillitatem tuam pro pace mundi & catholicis ecclesiis, multis annis virtus æterna custodiat, domine piissime & invictissime, perpetue Auguste.

Dalmatius episcopus Nentinæ, similiter.

Maximus episcopus Diocletianensis, similiter.

LVI. EPISTOLA EPISCOPORVM METROPOLIS CORINTHI, AD LEONEM imperatorem.

Piissimo & invictissimo domino totius terrarum orbis, & Christianissimo imperatori Leoni, Petrus episcopus metropolis Corinthi, & reliqui episcopi reverendissimi sub me constituti, Athanasius, Rufinus, Alexander, Candidus, Agatherus, Alexander, Architimus, Cyriacus, Thales, Domitius, Hosius, Constantinus, Isicius, Ioannes, Athanasius, Timotheus, Aphobius, Zoilus, Plutarchus, Gerontius, in domino salutem.

In omnibus quidem, quibus propter religiosum imperium vestrum respublica bene regitur, omnium dominus glorificatur Christus; præcipue

præcipue autem in quibus orthodoxæ fidei inconcussa jura servare studet vestra tranquillitas: pro quibus sancta & adoranda Trinitas intentionem vestram remunerans, & victorias de inimicis, & omnia sicut optatis præbuit, & præbebit vestræ pietatis imperio. Unde vero dignata est nobis scribere vestra tranquillitas, & aperte jussit nostram manifestare sententiam, hæc pietatis vestræ potentiæ declaramus, quia ea quæ a Chalchedonensi sancto & universali concilio definita sunt, tamquam sanctis synodis præcedentibus consona, & in nullo contraria, aut sanctorum trecentorum decem & octo patrum Nicæno concilio, aut Constantinopolitano centum quinquaginta, aut Ephesio sub beatæ memo- B riæ Cyrillo celebrato, omnibus sententiis manere immutilata decrevimus. Nihil enim dubium in eadem sancta salutari fide derelictum est, nec convenit de tali causa sæpius fieri tractatus universales, quasi in verborum novitate, & non in fide inconcussa, rectaque conversatione, salus humani generis constituta sit. Timotheum vero, sicut ex his quæ sunt scripta, cognovimus, nec regulariter, nec consequenter sacerdotium obtinere prospicimus. Quo tamen modo oporteat ejus causam, & sanctas ecclesias in illa constitutas regione, disponi secundum Deum, in vestræ pietatis & justitiæ pendet arbitrio, quæ non minus paci ecclesiarum, quam securitati civitatum & subjectorum C providere dignatur; perfecte sciens, quibus imperare divino judicio cōstituta sit, docta pariter ecclesiasticas sanctiones & proprias leges, & per utraque tam orthodoxam fidem, quam reipublicæ jura disponens. Nostras igitur orationes, quas pro vestræ serenitatis imperio incessanter offerimus, omnium Deus & dominus placatus accipiat: quatenus & omnis mundus per vos, & sanctæ ejus ecclesiæ cum omni pace & tranquillitate & fide orthodoxa gubernentur.

Petrus episcopus metropolis Corinthi. sancta & consubstantialis Trinitas, quæ tuum genus ad munimen fidei orthodoxæ & salutem generis humani constituit, pium tranquillitatis tuæ longissimo tempore servet imperium, venera- D bilis imperator.

Athanasius episcopus Atheniensis, similiter.
Rufinus episcopus Thespinensis, similiter.
Alexander episcopus Patrenus, similiter.
Candidus episcopus *, similiter.
Agatherus episcopus Megarensis, similiter.
Alexander episcopus Elateæ, similiter.
Architimus episcopus Thebarum, similiter.
Cyriacus episcopus Carystenus, similiter,
Thales episcopus Argi, similiter.
Domitius episcopus *, similiter.
Hosius episcopus Lacedæmonis, similiter.
Constantinus episcopus Chalcidis, similiter.
Isicius, episcopus Tanagrensis, similiter.
Ioannes episcopus Messenæ, similiter.
Athanasius episcopus Proponti, similiter.
Timotheus episcopus Megalopoleos, similiter.
Aphobius episcopus Coronæ, similiter.
Zoilus episcopus Carsiæ, similiter.
Plutarchus episcopus Platæensis, similiter.
* Georgius episcopus, *, similiter.

A

LVII. EPISTOLA EPISCOPORUM PRIMÆ GALATIÆ, AD LEONEM Augustum imperatorem.

PARTIS TERTIAE CAP. LVII.

Religiosissimo & Christianissimo, amabili imperatori, Augusto Leoni, Anastasius, Iulianus, Proclianus, Epiphanius, Daniel, Amatius & Euphrasius episcopi primæ Galatiæ.

QUIS sermo sufficiat ad laudem domini Christi, tantam felicitatem humano generi conferentis, & suam providentiam in totius vitæ tempore demonstrantis? Ecce " cum venerandæ memoriæ principem Marcianum ad Deum proficiscentem, & de gloria ad gloriam demigrantem, & de terrenis sceptris cæleste imperium possidentem, vestram potentiam Deus invexit in regnum ejus, & pietati pariter succedentem; quatenus hæc per apostolicam vestram religionem in ecclesiis conservata permaneant. Quapropter mox ut Deus vos ad solium imperiale perduxit, primitias largitori vestro clarissimas obtulistis, id est, legem hanc erroneis dogmatibus resistentem, ecclesiasticæ veritatis adjutricem. Semper enim divinarum rerum curam habentes, neque tumultum qui Alexandriæ provenisse dicitur, sine examinatione dignissima reliquistis: sed vestræ pietatis oraculis primæ Galatiæ synodum sanctorum episcoporum in metropoli Galatiæ convenire sanxistis, quatenus deliberationem subtilissimam adhibentes, & relegentes utriusque partis subjectas oraculo vestro preces oblatas a sancto Ægyptiaco concilio, & clericis Alexandrinæ civitatis, nec non & Timothei defensoribus, nostram sententiam panderemus, quid de sancto Calchedonensi concilio, & de his quæ Alexandriæ gesta sunt, sentiamus. Quapropter omnibus nobis celeriter congregatis, hæc principia, hoc nostrum fuit initium, ut omnium dominum rogaremus, quatenus vobis tantum studium pro ecclesia ejus habentibus, supernam retributionem conferat, pietatemque vestram maxima longævitate custodiat pro dogmatum sacrorum *. Deinde considerantes etiam preces, quæ sapimus, vestro imperio declaramus. Fidem itaque habemus atque servamus, in qua & nati sumus, & cum qua pergere ad Dei terribile judicium omnes oramus, in qua etiam baptizati sumus, & absque merito ad sacerdotium evocati, ad fidem gratiam accipientes imbuimus. Quam fidem venerabilis euangelistarum numerus, & chorus tradidit gloriosus apostolorum, quibus utique sacramenta cælestia desuper inspirata sunt: sed & numerus trecentorum decem & octo sanctorum episcoporum collectus in Nicæna urbe sancivit, apostolicam religionem perfecte & apostolico spi- E ritu conscribens, & divina ecclesiæ nostræ dogmata cum magnanimitate custodiens: nec non & aliæ sanctorum episcoporum ecclesiæ catholicæ synodi, quæ necessario pro insurgentibus hæresibus sunt collectæ, hanc servari cum integritate jusserunt. Nihilo minus & Calchedonensis, nutu Christianissimi principis congregata, æquam de ea habuit voluntatem, definiens illorum sanctorum patrum dogmata intemerata immobiliaque servari, & quasi ex quodam diametro utramque redarguens

" post, potius aut quid simile.

* f deest, defensione.

PARTIS TERTIAE CAP. LVII.

guens veritatis adversitatem; quæ duo æqua A impietate perducere probantur in præceps. Et destruens Nestorii nefandi vesaniam, divisionem & sectionem dispensationis domini Christi pessime dictantis, nec non & Apollinaris furorem, qui confusionem in ejusdem unigeniti inhumanationem introduxit, & multa alia vane locutus est a veritate* posita. Bonam igitur confessionem fidei trecentorum decem & octo nostrorum patrum & Calchedonensis synodus, & aliæ decreverunt inviolabilem permanere: & nos, qui ecclesiarum Galatiæ provinciæ sortiti sumus episcopatum, cum omnibus ecclesiarum populis hanc perfecte servamus. Insolubilis enim est firmitas B dogmatum apostolorum, patrumque nostrorum, augmento non egens, imminutionem nequaquam suscipiens: sed qualis fuit a patribus conscripta, & tunc prædicata, usque ad finem sæculi conservanda est, & ab omni novitate manebit extranea. Nullus itaque ad orationem ecclesiasticæ veritatis apostolo Paulo major est, quia vas electionis esse promeruit. Hic enim doctrinas imbuit, quarum eruditionem, in tertium cælum ascendens, accepit. Nullus ad ministrandum supernis sacramentis decentior angelo, quoniam pura natura novit ministrare purissimis. Sed sive Paulus voluerit aliquid jubere quod primitus ipse non docuit, seu angelus, hoc ecclesia Dei non C suscipit, sciens quia scriptum est*. Ergo sive angelus prædicet præter quod Paulus docuit, & chorus trecentorum decem & octo sanctorum prædicavit episcoporum, non terremur angelica dignitate, ut aliud doceamus præterquam sumus a sanctis patribus eruditi: nec Pauli merito subdimur, qui raptus est in paradisum, eique verba ineffabilia sunt credita. Hæc enim lex est: *Sive ego*, inquit, *vel angelus de cælo annuntiaverit vobis præter quod accepistis, anathema sit.* Non quia Paulus erat in suis dogmatibus permutandus, qui per Christum &* movebatur & loquebatur? nec quia angelus de cælo ad ministerium nostræ sa- D lutis mittendus erat, ut aliquid extra gratiam sacramentorum prædicare pateretur: sed ut tantorum merito, cunctis aliquid contra ecclesiastica dogmata nitentibus, omne conamen novitatis abrogaretur. Nos itaque omni virtute servamus sanctorum patrum dogmata, & sanctum concilium Calchedonense cognoscimus, quod scilicet paternorum dogmatum divitias sanctis ecclesiis inviolabiliter conservabit. Qui vero ab eo concilio semetipsos abscindunt, ignorant quia nomine Calchedonense concilium denegantes, rebus autem ipsis a cuncto totius mundi collegio sacerdotum sine dubio segregantur. Illud ab omnibus celebratum est, quod eorum qui ibi collecti sunt, E nullus penitus discordavit. Sed & si pauci quidam pro aliquibus necessitatibus per provincias remanserunt, ad communionem ejus attracti sunt, quoniam antiqua ecclesiæ dogmata servare dignoscitur. Ea siquidem quæ Alexandriæ perpetrata divulgantur, dudum quidem fama ad nos perduxit: sed nunc integritatem insertam precibus agnoscentes, & mensuram nostri gemitus non habentes, fontes requirimus lacrymarum, & luctus Ieremiæ lamentationibus pares, scientes utique

Act. 9.

2. Cor. 12.

Ibidem.

Galat. 1.

*al. monebatur

fletum passionibus adæquare. Quis enim valeat abstinere, licet animum habeat adamante fortiorem, audiens in sacris locis nullum pudorem fuisse servatum, sanctumque locum communis redemptionis nostræ, hoc est, venerabile baptisterium, multorum virorum, quantum ad eorum attinet voluntatem, invasione fuisse temeratum, dum divina omnia nequaquam injuriarum moli succumbant, & hæc perpetrata ab illis forsitan, qui peccatorum redemptionem ibidem susceperunt? Et quid est crudelius, sacerdotis necem etiam auribus valde terribilem, iram nec usque ad interitum illius habentem finem, sed ultra naturam indisciplinabiliter excedentem? Solet enim contra adversarios furor insurgere: quem vero quilibet inimicum non habet, hunc honorandum natura docet. Omnis civitas scelerum immanitate completa est, & per omnes plateas & omnes porticus secta membra mysteria sacra celebrantis tractare feruntur, & ad novissimum incensa atque consumpta, & ad cineres usque redacta. Et neque in his solummodo doctorem atque pontificem sistere passi sunt, sed etiam in ventos miserabiliter dispersserunt. Hæc igitur quantum virtus fuit valde deflentes, de Timotheo tantorum malorum auctore, sicut preces docuerunt, quas bene se habere credimus, secundum piam sanctionem vestræ potentiæ nuntiamus, si re vera accusantium verba cum accusationis veritate concordant, alienum eum ab omni sacerdotio esse demonstrant. Nam cum qui ex quacumque causa depositus est, non solum ad majorem gradum venire lex ecclesiastica non permittit, sed neque in ordine in quo fuit, permanere, nisi deponens propria sententia eum rursus absolvat, aut certe synodus sanctorum episcoporum aliquid de eo disponat. Sed etiam episcopi, qui a sua dignitate depositi videbantur, sicut edocuerunt, lex non est ut alium possint ad officium evehere, quod ipsi videbantur amisisse: & duo solummodo, licet super omnes honorabiles existerent, & omni accusatione liberi essent, ordinationem tamen episcopi celebrare ecclesiastico ordine prohibentur. Quod autem & vivo pontifice ecclesiam gubernante, & nullo propter ordinationem regulariter procedente decreto, constitutus dicitur, omnem transcendit iniquitatem. Quod vero & necem ita crudelem aggressus est, aut cooperatus, sicut edocuerunt, non solum hoc regulis interdictum, sed etiam legibus & communi jure naturæ prohibitum est. Igitur si veræ monstrantur accusantium preces, nihil horum sacerdotio conferre potest sacrarum subtilitas literarum vestrarum. Itaque invictum & triumphale imperium agnoscens quæ bene se habere decrevimus, æquum ordinem suæ prudentiæ sanctis servet ecclesiis, atque dignetur disciplinam communi pietatis custodire collegio, omnique virtute ac fortitudine bono* Christi corporis unanimitatem pacemque servare. Sciatque vestra tranquillitas, & agnoscant qui nescio quomodo sunt seducti, quia neque Calchedonense concilium, neque quilibet alius, cui pietatis ecclesiæ apostolicæ participium inest, alienam tenet fidem præter antiquam illam evangelicam, quam chorus trecentorum decem

decem & octo patrum superna gratia inspiratus, ecclesiis Christi immobili religione dereliquit. Qui vero propriis quidem passionibus instigati, zeli autem figmentum sibimet apponentes, & simpliciores seducentes, Alexandrinam ecclesiam turbaverunt, ipsi judicium portabunt, quicumque esse noscuntur. Intantum enim nec recta intentione, nec sermone veritatis utuntur contra sanctum Calchedonense concilium, quia non solum ab illo se separant, sed neque sanctorum patrum concilium in regia civitate factum se suscipere profitentur, cum & ibi dogmata sanctorum trecentorum decem & octo patrum subtiliter reservari præceptum sit, & in ipsa sancto synodo inter primos fuerit, cui illo tempore pontificium Alexandrinæ civitatis videbatur esse commissum, vir apostolicus, & ab omni macula sermonum aut actuum segregatus. Sed qui donavit venerabile vestræ pietatis imperium Romano principatui, & Dei sanctis ecclesiis, longa serenitatis vestræ tempora dignetur efficere, pacemque per vos & unitatem ovilibus Christi conferre, subjiciatque vobis omnes adversarias nationes: quatenus undique pace Christi muniti, patrum dogmata inviolabilia conservetis, & omnem rempublicam æquitatis ordine disponatis.

Anastasius episcopus Ancyræ metropolis sanctæ Dei ecclesiæ, manu mea subscribens secundum pietatis vestræ sanctionem, per prædictam epistolam insinuavi quid sentiam de confessione sanctorum patrum Nicææ congregatorum, quam Calchedonensis sancta synodus secuta esse dignoscitur; & de Timotheo, qui precibus accusatus est: & servari vos temporibus longis oro.

Iulianus episcopus, similiter.
Proclianus episcopus, similiter.
Epiphanius episcopus, similiter.
Amatius episcopus, similiter.
Daniel episcopus, similiter.
Euphrasius episcopus, similiter.

LVIII. EPISTOLA EPISCOPORUM VETERIS EPIRI, AD LEONEM Augustum imperatorem.

Deo amantissimo atque piissimo & Christianissimo, victori, triumphatori, semper Augusto Leoni, humilis episcopus Eugenius in domino salutem.

Nos equidem humillimi voluimus, & hoc superna gratia promerentes, nostra mente quiescere, & taciturnitatis pelagus in sancti & adorandi Spiritus pace retinere, ut sic abstinentes, sive propter humanam inopiam, aut infirmitatem, dicendi timorem tanti delicti apud nos haberemus. Sed quia proprii principatus adulter extollitur, & in sublime semper elevatur, suisque scintillis multorum corda succendit, ut pulchritudinem sapientissimam solummodo Dei conturbet ecclesiarum, summa necessitas nobis incubuit mutare propositum, ut a vobis provocati, per hanc dicendi orationem egrediamur in aerem, Dei fide nostros obturantes auditus, ut ita sirenarum mortiferum peccatum, sive earum (secundum Ieremiam) filiarum mortem transeuntes, per ipsum pelagus vitæ tecum sobrie veniamus. Suscipe igitur hoc piissime, suscipe libenter a nobis munus nostrum omnium sacerdotum, & reliquorum in ministerio divinæ scientiæ qui constituti sunt, prædicationem tuæ jussionis quasi ex una curia consensuque scriptam. Fideli namque, fideliterque interroganti principi lucrum est sacerdotibus, immortalis libri sanctam offerre responsionem, ut ex te denuo, Christianissime, & tuæ tranquillitatis imperio in omnem terram & cunctos homines cum mansuetudine pietatis poculum ministrent, uno omnium nostro domino unigenito Dei filio gubernante, qui solus in omnibus sæculis perpetuo regnans, & tibi imperatori coronam, quando oportuit, latenti, imo magis claro nutu super imposuit. Primum tibi signum regalis dignitatis beati David fundibulam laudabili voluntate committens, per deserta discurrens, aptissime bestias jacularis. Nos autem sub arbore pacis positi, sine timore in aura delectabili commoramur. Iaculare ergo, jaculare potentissime, secundum Danielem, etiam Libyæ hircum paternæ fidei jaculo, ut nequaquam perditus ventilet ea quæ sunt ad Austrum. Ille namque paululum exiliens ad ultima Libyæ regionis, illam immedicabilem Alexandrinorum urbi influit passionem, ut sacerdotis ... interemptorem, amatorem Dei populo demonstraret, & viro sacrilego sacerdotii privilegia nefande committeret, qui non solum a sacerdotali voluntate, sicut preces de eo conscriptæ referunt, alienus ostenditur, sed etiam omni affectioni vulgi peregrinus agnoscitur, licet quibuscumque verbis gestorum delere nitatur auditus. Nam si ei animo concepti adulterii non imminuerit crimen, hoc solummodo paternæ traditionis destructori possit, quod est, sufficere, ut in eo juste possit ultio provenire. Cui namque clarum non est (nisi qui forte sponte bona scire despicit) quid per sacratissima sanctissimi & beatissimi & post Deum patris nostri Leonis scripta sancitum est? Tacemus enim quæ primitus sub sanctæ memoriæ principe Marciano coram omni populo in civitate Calchedonensi de fide orthodoxa sunt prolata, ad confusionem quidem maleficorum & vesanorum hominum, & commemorationem atque consolationem piorum & fidelium. Quæ fides & ab illo sancto omnibusque honorando concilio testimonium bonum promeruit, & definitio scientiæ clarioris uno nutu ab omnibus obsignata est, ipsam formam detinens, quæ dudum in sancto Nicæno concilio, & Ephesino primo apud recte sapientes constituta dignoscitur. In qua præcipue æternitas & humanitas (sic enim dicendum est) unius unigeniti custoditur, hoc est, in uno domino nostro Iesu Christo incarnato Dei Verbo oratione servata, *ut in nomine Iesu Christi*, sicut ait apostolus, *omne genu flectatur, cælestium, terrestrium & infernorum; & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris.* Quiescant igitur, quiescant, & hoc per te, piissime, qui modicum bonum putant munus taciturnitatis existere. Quiescant confundere & Dei ecclesias conturbare, & curiosis sermonibus auditus personare simplicium: vel tuam rectam fidem, si metum futuri judicii non habent, erubescant. Cur ventis sermonum tranquillitatem sanctæ fidei nostræ conturbant? Cur concilia adversus Deum in omni loco & gente

Daniel. 8.

Philipp. 2.

PARTIS TERTIAE CAP. LIX.

gente faciunt residere vilissima? Cur tela contra nos dæmonibus subministrant? Cur de morte parvulorum cogitantes, nostræ immortalitatis auctorem* pascua sectantur, qui adhuc terrenas causas tractare noscuntur, Cur certant sua scientia secundum Adam fieri velut dei, qui adhuc nec quæ sunt hominum? agunt? Cur lenem nostram mollemque pacem impugnant pro zelo, simplicitatem sancti nostri & celandi mysterii suffocantes? quo mysterio non solum nos, sed & omnes ministri spiritus superantur. Quapropter gloriamur velut codicillos nos habere creditæ dignitatis hujus, qua divinitas tractatur, & immensæ scientiæ cum mensura congrua ministrate dicatur. Iterum a nobis dicatur & hoc, domine Deo amantissime, & cum omnibus hominibus in omni loco positis. In hoc enim tibi librum responsionis de confessione & oratione concludimus, quod a sanctis patribus & ab initio & hactenus dicitur: Pater & Filius & Spiritus sanctus in æterna Trinitate est, unius principatus virtus, qui est super omnia benedictus in sæcula Deus.

Genes. 3.

Rom. 9.

Eugenius episcopus Epiri. Incolumem vestram pietatem omnium dominus noster Iesus Christus pollentem magna longævitate conservet, & sanctæ nostræ & beatissimæ fidei sanctionibus, per omnia Deo amantissime atque piissime.

Valerianus episcopus Phœniciæ, similiter.

Claudius episcopus Anciasmi, similiter.

Soterichus episcopus Corcyræ, similiter.

Hypatius episcopus Hadrianopolis, similiter.

Didacus episcopus Phocæ, similiter.

Eugenius episcopus Euromæ, similiter.

Vranius episcopus Dodonææ, similiter.

Stephanus episcopus Bothroti, similiter.

LIX. EPISTOLA EPISCOPORUM NOVÆ EPIRI, AD LEONEM imperatorem.

Piissimo & Christi amantissimo, a Deo principi constituto, victori, triumphatori, semper Augusto Leoni, Lucas episcopus, Artemius, Antonius, Philocharis, Eusebius, Nazarius & Paulus episcopi Epiri.

RELEGENTES ea quæ nobis a vestra tranquillitate sunt scripta, & agnoscentes mox inter ipsa principia non solum pro fide catholica sanctarum ecclesiarum, sed pro civitate quæ sub vestri imperii sceptro dinumeratur, tantam vos habere solicitudinem, quantam oportet gerere divino nutu Romana imperia conscendentem, & tranquille omnia gubernantem, ut undique totius orbis terrarum inconcussa & sine fluctu sit navis; maximas gratias salvatori nostro Iesu Christo debere nos confitemur, orantes pariter, ut Christianum nobis vestrum imperium multis temporibus conservetur, quod nobis & singulis utique, & pariter universis spes maximas & demonstrat & donat. Decet enim & simul & singulatim universos, quasi de quodam pectoris nostri cubiculo bona vestra proferre, quorum prima & maxima est, pacis utilitas. Relegentes igitur oblatas vobis preces ab Alexandrinis, in malorum tempestate maxima constitutis, & agnoscentes scelera a dæmone ibi commissa, amarissime in his ingemiscentes, & propria membra lugentes, quæ tali calamitate noscuntur afflicta; paululumque respirantes, & communem de his rebus tractatum habentes omnes episcopi in vestra Epiro constituti, secundum ea quæ a vestra tranquillitate sancita sunt, hæc vestris piis auribus indicamus: gratias primitus etiam in hoc agentes, quoniam parcentes nostris infirmitatibus atque laboribus, & maximam propter hiemis vehementiam nostri solemniter curam habentes, præcipitis ut singuli nostrum in regione propria de præsentibus rebus suam debeant proferre sententiam. Qua propter dicimus, quod si ea quæ ab Alexandrinis in accusatione deducta sunt, cum veritate concordant, (non enim ex una parte verba suscipienda sunt) nec ordinatio Timothei firma consistit, & ab episcopatu, quem eripuisse dicitur, est penitus alienus. Si autem oportet eum sermonem satisfactionis in præsentia vocatum præbere pro his quæ commisit, sicut & convenit, & justum simul & pium est, si etiam vestræ tranquillitati complacet, ut secundum petitiones supplicum nihil ab eo in medio tempore adversus fidem catholicam penitus innovetur, cum præcipue imperator piæ memoriæ Marcianus deponendos esse sanciverit etiam recte factos episcopos, si quid mutilare aut commovere ex his quæ Calchedone a sancto & universali concilio sunt definita, tentaverint, sicut ipsa monimenta ibi confecta testantur, in quibus quoddam signaculum definitionibus, memorati principis sanctio supposita est. Ea vero quæ Calchedone constituta sunt a sancto & universali concilio de fide catholica, inquantum doctrinas & expositiones & interpretationes perfectorum patrum nostrorum sequi valuimus, esse consona judicavimus his quæ Nicææ a sanctis trecentis decem & octo patribus definita sunt, & postea in regia civitate a centum quinquaginta patribus explanata, in quibus etiam perduramus. Et licet plurimis sermonibus extendatur expositio fidei catholicæ Calchedone celebrata, tamen ad illas respicit, quarum in præcedentibus probatur fuisse memoria, & veluti paucarum illarum est interpretatio syllabarum. Si quis igitur sobrie ac fideliter, & non contentiose de his voluerit cogitare, in tantorum decretis consentit, quorum etiam multus numerus ad satisfactionis sufficit rationem. Non enim in verbo fidei omnium unanimiter potuit sententia convenire, nisi sanctus Spiritus illic pro causa veritatis interfuisset. Cum ergo grandia sint hæc quæ mota noscuntur, & egeant vestræ Christianitatis auxilio, supplicamus tantis malis resistere, & rebus inoptabilibus repugnare. Dignumque vestra pietate trophæum cum superno solatio contra diabolum confidenter erigite, flammam hanc, antequam in sublime conscendat, extinguite: languoremque priusquam velut morbus inficiat universa, curate. Nam medicorum ægritudines curantium illos potius admiramur, qui neque ad ægritudinem venire permittunt. Non patiaris horum scelerum cumulum fieri posteris in exemplum: habeant loca sancta proprium cultum, ecclesiæ inviolabile securitatis jus, pontificisque cautela baptisteria purgentur a nece. Dele jam, venerabilis imperator, impietatis monumenta: doceantur omnes pietatis exercere culturam.

Sup.

Lucas

Lucas episcopus Dyrrachenus. Incolumem A semper in omnibus modis pium vestræ serenitatis principatum multis in pace temporibus dominus Christus conservare dignetur, Deo amabilis, victor & triumphator Auguste.

Artemius episcopus Escampenus, similiter.
Antonius episcopus Lychnidii, similiter.
Philocharis episcopus Vallidi, similiter.
Eusebius episcopus Apolloniadis, similiter.
Nazarius episcopus Aulonæ, similiter.
Paulus episcopus Prinatenus, similiter.

LX. EPISTOLA EPISCOPORUM CRETÆ, AD LEONEM imperatorem.

Piissimo imperatori, & Christo amabili domino, Augusto Leoni, Martyrius humilis episcopus vestræ Gortynæ. B

TEMPUS nobis est lyram sumere divinitus inspirati psalmistæ David, principatu tranquillitatis vestræ. Ille namque solus idoneus est hymnus piæ vestræ magnitudini proferri, in quo ait: *Salvum fac domine regem, & exaudi nos.* Et iterum in aliis modulationibus dicit: *Domine, in virtute tua lætabitur rex, & in salutari tuo exultabit vehementer*; & reliqua quæ in ipso psalmo sunt, pro vestræ potentiæ ordinatione dicta creduntur. Sciens enim ex illo tempore gestorum talia prophetarum, quia per quæ confirmatis ea quæ Dei sunt, per ea quoque vestrum roboratis imperium. De his autem quæ nos vestra sancivit pietas judicare, ego & mei consacerdotes recte consistentes insinuavimus, quia sanctum Calchedonense concilium concordare credimus expositioni fidei trecentorum decem & octo patrum in Nicæa urbe congregatorum, in qua baptizati & baptizantes, & prolatum exinde omnibus symbolum intemeratum inviolatumque servantes, vitam in eo complere reliquam: & his quæ postea definita sunt a sanctis centum quinquaginta sacerdotibus in civitate regia Constantinopoli congregatis: nec non & his quæ in Ephesina synodo priori, quæ Nestorii diabolicas blasphemias abscidit, & vesaniam Eutychis una destruxit, & quæcumque inter hæc orta est hæretica blasphemia. Et dicimus tranquillitati vestræ, quia ab initio totius hæreticæ blasphemiæ inexperta est vestra Creta, decem martyribus provincialibus passionis tempore deprecantibus salvatorem Deum, ut libera a tentationibus hæreticis, semper ab æstu eorum provincia servaretur. Et secundum magniloquum apostolum Paulum scribentem fugiendas quæstiones legales, quæ lites noscuntur sæpe generare. De his enim quæ in sanctæ memoriæ Proterium gesta sunt, non est qui non graviter & absque humana natura hæc facta decernat. Vestræ vero pietatis est, cujus anima, secundum scripturam divinam, in manu divina consistit, secundum propriam clementiam ea quæ sunt commissa corrigere. Timotheus vero, si viduata sanctissima ecclesia episcopus ordinatus est, decreto civium universorum & religiosissimorum episcoporum universæ provinciæ, aut omnium, aut plurimorum convenientium una, & reliquis aut propter senectutem, aut propter ægritudinem, aut quamcumque necessariam causam absentibus, a tribus tamen ut parum episcopis inculpabilibus & communicatoribus regulariter ordinatus atque constitutus est, firmitatem eum sedis habere decernimus. Si vero aliquid horum defuit, necesse est ordinationem pariter dijudicare.

Martyrius episcopus Gortynæ. Incolumem vestram potestatem, tuentem pacem sanctarum Dei ecclesiarum, sancta & vivificatrix Trinitas omni tempore vitæ conservet, piissime & Christo amabilis imperator.

Cyrillus episcopus * Subtuus, similiter.
Euphronius episcopus Hierapinæ, similiter.
Gennadius episcopus Gnossi, similiter.
Prosdocius episcopus Lappæ, similiter.
Euphrata episcopus Chersonesi, similiter.
* Nicais episcopus Catamensis, similiter.
Sebon episcopus Doniæ, similiter.

PARTIS TERTIAE CAP. LX. ET LXI.

LXI. EPISTOLA VARADATI MONACHI, AD LEONEM imperatorem.

Terræ marisque & totius generis humani domino, orbis terrarum victori, & piissimo Augusto Leoni imperatori, pauper Varadatus in domino salutem.

TERRIBILES literas imperii vestri suscipiens per Eutropium magistrianum, vestræ divinitatis famulum, valde gavisus sum (semper enim gratiam tranquillitatis vestræ suscepimus) eo quod * possit potestas vestra solicita pro sanctis ecclesiis domini Iesu Christi, cunctisque pauperibus sub vestro imperio constitutis. C Propterea enim in omni imperio Romanorum vestram pietatem Deus elegit, conferens vobis intellectum sapientiæ, sicut scriptum est: *Principium sapientiæ timor domini*; quæ sapientes mundi transcendit: quatenus conterat vestra divinitas eos qui iniquissime conversantur, & liberet justos de manibus impiorum. Psal. 110. Prov. 1. & 9. Audivimus enim quomodo incedunt lupi super greges, & rapiunt oves ab ovilibus suis, & non metuunt a voce pastorum. Quapropter repente, amice Leo, rugies, fietque illis valde terribilis, & pro metu, Leonis impetum fugientes, quod abripuerunt, de suo redimittunt. Sic ergo vestram facere condecet pietatem, ut sicut nomen est D imperii vestri, ita prædicetur in toto mundo terribile pietatis vestræ decretum, sicut scriptum est: *Secundum nomen tuum Deus, ita & laudatio tua.* Psal. 47. Sed & Salomon, David filius, ait: *Similis est ira regis furori leonis.* Prov. 19. Et Deus omnipotens glorificavit nomen Leonis super omnia quæ in terra sunt, subjiciat omnes volentes extolli contra timorem Dei. Scriptum est enim, quia dixit Deus omnipotens 3. Reg. 13. Semei prophetæ, ut iret ad Ieroboam regem, & argueret eum in quibus deliquerat; dixitque Deus prophetæ, ne comederet panem, aut biberet aquam in illo loco. Et cum locutus fuisset propheta regi Ieroboam secundum verba dominica, & audivit verba mendacii; cumque E comedisset panem, & bibisset aquam in illo loco jussit leoni Deus, & deposuit de asino suo prophetam, & discerpsit eum, & membratim in via projecit, eo quod transgressus est præceptum domini. Dixerat enim ei, ne comederet, aut biberet: & comedit & bibit. Et scriptum est quid fecit leo prophetæ, usque in hodiernum diem. Sic decet nomen pietatis vestræ terribilia ferre præcepta in omni terra contra omnes qui præsumunt divina

PARTIS TERTIAE CAP. LXI.

divina mandata corrumpere. Isti enim sunt filii Timothei, qui latenter egit inique, necavit hominem, & tulit ejus uxorem. Et quidem Deus omnipotens eum facere noluit, sed neque vestra divinitas hoc perpetrare præcepit: & cum deberent omnipotenti supplicare Deo, ut misereretur eis; & rogare vestræ pietatis imperium, ut eis cederet de sanguine quem habent in manibus; per diversa discurrunt, fallaciis volentes, sicut scriptum est, multos a fide recta decipere, si potuerint: faciunt etiam electos errare, sicut scriptum est in sancto euangelio. Fides enim hæc recta est & invicta, ut scriptum est: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Et ipsum Verbum habitavit in Maria, & sicut legitur, induit corpore * de figmento Dei Patris & domini nostri Iesu Christi. Et testis est beatus Paulus, quia Christus Iesus de Maria est natus ex semine David in Spiritu sancto, missus a Patre qui in cælis est, ut in mundum veniens & ambulans renovaret omnem carnem in carne sua, & resurgere nos faceret a morte in carne sua; & omnia in eo nobis ostendit. Nam & protoplastus homo ab ejus Patre factus est: & propterea postquam periit, in filii vita quæsitus est. Et iterum propter adversarium diabolum, qui filius noluit fieri lucis, & propterea debellabat homines; & omnem carnem hominis in concupiscentia obligabat, Deus omnipotens facturam suam deperire non voluit, sed misit Spiritum sanctum suum ad Mariam Galilæam, in corpore quod ille deceperat, in quo etiam seducebat inimicus, ut per eum devinceretur atque confunderetur. Corpus enim domini nostri Iesu Christi omnem carnem vivificavit, ut per corpus proprium ostenderet justitiæ templum. Per ipsum enim sumus liberati, sicut beatus Paulus ait, & Isaias propheta testatur. Cum enim vidisset dominum Deum, ait: *Væ mihi in labiis iniquis, & dominum Deum vidi.* Et sumens angelus carbonem ignis ab altari per ferrum, posuit in ore prophetæ; dixitque prophetæ angelus: *Transiit iniquitas tua.* Rogamus vestrum imperium, ut ad eos dicere jubeatis, quare per ferrum carbonem sustulit angelus, & Isaias propheta digitis carnis appropinquare non potuit, quoniam urebatur. Et dicere si nequiverint coram vestro imperio & victoria, etiam nos quod nobis jussit vestra tranquillitas, dicimus cum veritate, monstrantes sicut in sanctis scripturis de virga ferrea legitur: est enim virga Christus, sicut scriptum est, in igne, & fit ignis. Numquid possunt digiti carnis appropinquare ei, & non uri? Sed per forfices ferreas, quæ similes ferro sunt, & dum per eas tenta fuerit virga ferrea, jam tunc tenet carnis digitis, nec uruntur. Sed etiam & ipsi, qui tenent * in fundum virgam ferream, & ignem qui similis est, in aqua, & tunc possunt digiti tenere, & non uri Ita factum est in Ioanne, qui secundum similitudinem artificis, tenuit baptizando in aqua dominum ad similitudinem ignis. Et tunc datum est sanctis sacerdotibus Dei tenere corpus sanctum filii Dei, & non uruntur communicantes hominibus cibum æternum. Legitur: *Vita hominis, panis & aqua*: non est panis, qualem comedunt Iudæi & operarii non credentes, quia vita est hominum: sed corpus, quod intus est filius Dei, ex Maria virgine, & est

Matth. 24. Ioan. 1. Rom. 1. Luc. 1. Galat. 4. Isa. 6. Ibidem. Psal. 2. * f. infundunt Matth. 3. Eccl. 29.

A figmentum Dei, qui est filius Dei, panis qui de cælo descendit. Non enim aqua quæ ex multis est fontibus, vita est hominum, (nam sunt multi aquam non habentes) sed aqua, quæ vita hominum est, aqua est baptismatis, quę est ex Deo. Sicut enim virga ferrea fit ignis, & absque forcipe ferrea non tenetur: sic & Verbum quod erat in principio teneri non poterat, & fieri vita hominum, nisi induisset carnem, ut in eo corpore secundum similitudinem teneretur. Non poterat autem sine corpore hominis hoc teneri, sicut nec Isaias illud tenuit digitis carnis, quoniam nondum indutum carne Verbum Dei. Quomodo enim ostendere poterunt, ex quo est plasmatus Adam, usque dum venisset Christus, & B indutus fuisset carnem ex Maria virgine, quia potuit quisquam electorum tenere Verbum, quod ante luciferum est, sicut multi nunc comedunt? Numquid non diligebat Deus, sicut diligit nunc, eos qui in hac generatione sunt? Diligebat eos, & in eis valde gaudebat. Sicut enim sapiens artifex massam fermentat, & non repente eam conspersionem permiscet, sed spatio alicujus momenti quiescit, & tunc sumens conspersionem, fermentat eam, & ita amicis suis præbet ad comedendum: ita nunc gestum est, ut sufficiant hęc exempla non credentibus. Abraham, cum dixisset Saræ ut faceret fermenti sata tria, non dixit ei nomen, eo quod non erat fermento C conspersum. Et cum venisset Deus, & donasset gratiam Patris, ait: *Simile est regnum cælorum homini, qui accepit farinæ sata tria, & abscondit in eis modicum fermenti.* Quis enim prophetarum antiquorum aut novissimorum dixit, ut misceretur conspersioni fermentum, nisi ipse Christus, qui venit ut divinitas ejus voluit, & permiscuit plasma Patris, secundum voluntatem Patris sui, sicut scriptum est: *Veni facere voluntatem tuam Deus?* Scimus enim, quia Verbum in principio erat ante plasma & ante solem, & sic mansit donec hoc plasmate opus esset, nam & fermentum mundi ante plasma. Quod autem præsumpserunt atque locuti sunt coram vestræ serenitatis imperio, sicut D didicimus ex his quæ conscripta sunt, quoniam dicunt sufficere sibi concilium in Nicæna urbe celebratum, & nequaquam in Calchedonensi concilio consentire: exprobret eis vestra divinitas per sapientiam sanctorum apostolorum, qui dum congregati essent in Ierusalem, præter Paulum apostolum, omnes simul librum Actuum conscripserunt propter fidem domini Iesu Christi, & permanet in sanctis ecclesiis quod scripserunt: & post multos annos venerunt ex eis in magnam civitatem Antiochenam, & venit simul beatus Paulus ad eos. Et congregatis eis in sancta magnaque ecclesia, surgens beatus Paulus, sicut scriptum est, E arguit beatum Petrum coram omni ecclesia. Sic enim dixit Petro: *Si tu, cum sis Iudæus, in præputio vivis, quomodo cogis gentes Iudaice vivere?* Et non contradixit Petrus, & reliqui apostoli, Paulo, sed verba Pauli cum gratia susceperunt, permanentes in vera fide, quę per Paulum eis adjecta est. Et si isti, qui cum essent lumina mundi, & multo tempore cum Christo domino conversati, susceperunt sermonem Pauli, quem in novissimo Deus elegit: quanto magis debet, qui missi sunt a Timotheo ad vestrum imperium, suscipere doctrinam sancti concilii, & beati semperque memorabilis Marciani, &

Ioan. Ioan. Psal. Genes. Matth. Luc. Psal. Galat.

& quæcumque justa sunt de vera fide Calchedonensi? Disposita vero nequaquam maligna sua machinatione, consentiunt in sancto concilio, & in prophetis, aut in apostolis. Sufficit beatus David exprobrans & confundens non sentientes suscipere Verbum Dei, quem quotidianis diebus in suis auribus audiunt. Ait enim David: *Ante solem fuit nomen ejus.* Et quando natus est de sancta virgine Maria, dixit ei denuo Deus omnipotens: *Ego hodie genui te.* Et metuendum est atque terribile, putare mentiri Deum in sermonibus suis, quibus ait: *Ante solem fuit nomen ejus.* Et iterum cum natus esset de Maria virgine: *Ego hodie genui te.* Sed rursus ait: *In Sion nominatus est, & ipse fundavit eam.* Et ipse David in sancto Spiritu ait de seipso: *Dixit dominus domino meo, Sede a dextris meis.* Hæc ergo, quæ thesaurizaverunt nobis apostoli & prophetæ, & justi habitantes in montibus & in speluncis, qui placuerunt in conspectu Dei, ea scripsimus vestræ pietati, ad gloriam Dei & Christi & Spiritus sancti. Et dudum quidem sancti & venerabiles archiepiscopi vestræ tranquillitati veram fidem scripserunt, & de Calchedonensi concilio, (similia enim sunt coram Deo) & qualis fuit oblatio Abraam prius, & Iob in medio, & sanctorum novissime offerentium; ita suscepit Deus legislationem sancti concilii prioris & posterioris. Vellem autem, ut juberet vestra divinitas coram se filiis Timothei: Abraam unum agnum obtulit, & suscepit Deus & lætatus est: & Iob septem agnas & septem boves, unam oblationem Deo: & suscepit Deus, & lætatus est: & sancti apostoli tres panes, qui sunt corpus Christi: & suscepit. Quid putas dicturi sunt Timothei filii: Similis est ovis Abraam illis quatuordecim, quas obtulit Iob? An certe dicturi sunt, quia non fuit similis una ovis Abraam illis quatuordecim Iob? Iam nos omnes filii Abraam sumus, vocati in vera fide. Sed Abraam & Iob, qui placuerunt Deo, minime hoc baptisma susceperunt. Numquid nos divisi sumus ab eis? Absit: sed credimus quia & ipsi & nos filii sumus omnipotentis. Sic decet credere vestrum imperium, & veram statuere fidem. Deus enim perfectus est, & non possunt homines perscrutari divinitatem ejus. Sicut enim solem non potest quilibet minuere aut mutare, sic nec factorem solis poterit in æternum. Hæc cum tremore scripsi vestræ pietatis imperio, septima & vicesima die Augusti mensis, anno secundo imperii, indictione decima. Saluto vestram divinitatem, & omnes diligentes tranquillitatem vestram, & deprecor omnipotentem Deum, ut statuat vestrum imperium longævis in hoc mundo temporibus, & in futuro sæculo coram Deo.

IN [a] CONCILIVM [b] CALCHEDONENSE [c] œcumenicum seu universale IV. [d] approbatum, in quo [e] sexcenti triginta episcopi omnes hæreses, maxime [f] Eutychetis & [g] Dioscori, [h] condemnarunt, anno domini 451. Marciano & Adelphio consulibus æra 489.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium.*] Hæc sacrosancta synodus auctoritate sancti Leonis indicta, hortatu, opera, & auxilio Marciani imperatoris congregata, convocata ac defensa fuit A hac occasione. Post obitum Theodosii imperatoris, voluntate sanctæ Pulcheriæ ex senatusconsulto delatum est imperium Marciano. Cum enim nullum præcessisset exemplum, ut Augusta sola moderaretur habenas imperii, ipsaque Deo virginitatem vovisset, jamque ætate grandior esset, utpote quæ annum quinquagesimum primum vitæ suæ ageret, salubre illud iniit consilium, ut conjugii titulo eveheret in imperium virum ætate maturum, consilio gravem, continentia probatum, atque militari virtute ubique spectatum; sicque optimo imperii regimini opportune consuleret, ut tamen devotæ Deo virginitatis integritati omnino prospectum esset. Nutu igitur ac voluntate divina electus imperator Marcianus duabus epistolis, quæ extant inter præambulares concilii Calchedonensis, ad Leonem scriptis, rogat pontificem, ut ad propulsandas hæreses, locum, tempus & modum congregandi concilii universalis præscribat. Priore epistola hæc ait: B *Per celebrandam synodum te auctore maxima pars circa omnes episcopos fidei catholica fiat.* Secunda epistola ad Leonem, quæ extat inter præambulares: *Super est,* inquit, *ut si placuerit tua beatitudini in has partes advenire, & synodum celebrare, hoc facere religionis affectu dignetur.* Et paulo post: *Si vero hoc onerosum est, ut tu ad has partes advenias, hoc ipsum propriis literis tua sanctitas manifestet, quatenus & in omnem orientem, & in ipsam Thraciam & Illyricum nostra litera dirigantur, ut ad quemdam destinatum locum ubi vobis placuerit, omnes sanctissimi episcopi debeant convenire, & qua Christiana religioni & catholica fidei prosint, sicut sanctitas tua secundum ecclesiasticas regulas definierit, sua dispositione declarent.* Idem enixe admodum Pulcheria Augusta petens epistola ad Leonem scripta, ait: *Tua reverentia, quocumque modo prospexerit, significare dignetur: ut omnes etiam totius orientis episcopi, Thracia atque Illyrici (sicut etiam nostro domino, piissimo imperatori, meo conjugi placuit) in unam civitatem velociter ab orien-* C *talibus partibus valeant convenire; & illic sancto concilio & de catholica confessione, & de his episcopis qui ante hoc segregati sunt, sicut fides & Christiana pietas exigit, te auctore decernant.* Hæc ex epistola Pulcheriæ ad Leonem, quæ extat inter præambulares concilii Calchedonensis. Tanta cum industria concilium œcumenicum expetentibus Augustis, pontifex respondit; ob ingruentem Hunnorum exercitū Gallias devastantem, & jam Italiam invadere cogitantem, concilium œcumenicum ad tempus opportunum differendum esse; ideo nimirum, ut episcopi a barbarica hostilitate liberati, se libere ad synodum conferre possent. Constat ex epistola Leonis quadragesima secunda, quadragesima tertia, & quadragesima quarta, dum consensisset, novaque legatione, qua synodo œcumenicæ interesset, decreta, priorem illam, de qua supra in notis concilii Constantinopolitani & Mediolanensis egimus, revocasset; imperator piissimus publicam edidit sanctionem inter præambulares concilii Calchedonensis extantem, de synodo œcumenica Ni- D cææ in Bithynia Kalendis Septembris celebranda. Optabat enim ibi contra hæresim Eutychetis universale concilium celebrari, ubi primum Ariana impietas damnata fuit. Legati pontificii de fide occidentalium per Leonem & provincialia concilia Mediolani atque alibi in oriente habita jam ante, prout fieri consuevit, informati, cum literis commendatitiis ad imperatorem scriptis, ante Kalendas Iulias Roma discesserunt, secum deferentes etiam Leonis pontificis epistolam quadragesimam septimam ad synodum transmissam; ex qua patres concilii intelligerent, quibus de rebus in synodo agere, quosque cōcilii præsides agnoscere deberent. Cum igitur ad præfinitum diem Kalendarum Septembrium episcopi ad synodum convocati, se Nicæam Bithyniæ contulissent, ibique pluribus diebus adventum imperatoris synodo interesse volentis, expectassent, scriptis ad imperatorem epistolis petitum fuit, ut quia plures episcopi ob difficultatem & laborem itineris, infirmitatibus, aliisve an- E gustiis affligerentur, conventus ex more agi permitteret. Ad hoc Marcianus Augustus rescripsit, visum esse apostolicæ sedis legatis, ne absque imperatoris sententia synodus ageretur, seque propediem affuturum pollicitus est. Sin autem adventum maturare non liceret, hortatus est eosdem, ut se Calchedonem conferrent. Cum interea Illyricum ob metum imminentis barbaricæ invasionis perturbari audivisset, adeoque non videretur esse tutum, ob bellicas expeditiones Constantinopoli longe recedere, decima Kalendarum Octobris, patres Nicææ congregatos iteratis literis Calchedonem Constantinopoli propinquiorem convocavit. Vnde, quod initio dixi, liquidissime constat, hanc synodum œcumenicam, imperatoris instinctu & consilio, pontificis autem jussu atque auctoritate congregatam fuisse. Hoc apertis verbis profi-

PARTIS TERTIAE CAP. LXI. Qua occasione?

Imperatoris rogatu pontifex indixit concilium.

Quid pontifex responderit.

Quare mādatum, ut Nicææ cōvenirent episcopi.

Qua occasione cōcilium Nicæa Calchedonem translatum sit.

profitentur episcopi secundæ Mœsiæ in epistola ad Leonem imperatorem, quæ extat inter epistolas ad Calchedonense concilium pertinentes, ubi sic aiunt: *In Calchedonensium civitate multi sancti episcopi convenerunt, per jussionem Leonis Romani pontificis, qui vere caput est episcoporum.* Denique Gelasius in epistola ad episcopos Dardaniæ scribit, non Alexandrinam vel Antiochenam, sed solam dumtaxat apostolicam sedem cum auxilio imperatoris, sua auctoritate decrevisse, ut synodus Calchedonensis fieret. Quod si Magdeburgenses, prout debebant, bene accepissent, non tam impudenter Gelasium vera scribentem de mendacio arguissent. Scitu & observatu necessarium est, appellatione hujus concilii ea tantum acta intelligenda esse, quæ Leonis primi pontificis maximi auctoritate confirmata fuerunt. Nam decretum illud actionis decimæ sextæ, quo patres concilii absentibus legatis & postea reclamantibus, Constantinopolitanæ sedi primatum attribuerunt, ideo quod instar Romæ caput imperii effecta, primatum meruerit, velut illegitimum a Leone pontifice justissime improbatum fuit. Supponit enim, quod Romana sedes tunc primatum habere meruerit, cum Romani orbis imperio potiretur; atque adeo non divino, sed humano jure caput ecclesiarum effecta fuerit. Vide quæ dicemus infra verbo *approbatum*. Baronius anno 450. & 451. Bellarminus libro quarto de concil. cap. 13.

Redarguitur Magde.

Quæ acta appellatione hujus cōcilii nominanda sint.

b *Calchedonense.*] Sic dictum a Calchedone, quæ erat civitas Bithyniæ, prope Bosphorum Thracium, e conspectu Byzantii, quod in altera est parte situm. Hanc Megarenses condiderunt, teste Strabone libro duodecimo. Incolæ urbis Cæci appellati sunt, ideo quod non potius oppositum litus elegissent, in quo postea conditum est Byzantium, loco longe feliciori situm. Hujus meminit Pomponius lib. 2. Plinius lib. 5. cap. ult. Ptolemæus cap. 1. l. 5. Antoninus in suo itinerario. Hæc civitas licet ante non ignobilis foret, a patribus hujus concilii honore & dignitate clarior & illustrior reddita fuit. Cum imperator instaret, ut ad honorem Euphemiæ martyris Calchedon nomine tenus metropolis dignitatem consequeretur, citra præjudicium Nicomediæ; patres concilii actione septima communi consensu id admiserunt. Et quamquam principio imperator voto singulari desideraret, ut patres Nicæam convenirent, eodemque loco, quo primum Ariana perfidia oppugnata est, Eutychianam hæresim condemnarent: propter bellicas tamen expeditiones, & barbarorum incursiones fieri debuit, ut patres præscripto die Nicææ congregati, transferrentur Calchedonem, quæ Constantinopoli propinquior, & a metu hostium multo securior erat.

Calchedon. quæ & qualis urbs.

Hæc urbs occasione concilii facta est metropolis.

Locus habiti concilii.

In amplissima basilica sanctæ Euphemiæ martyris, quæ non intra mœnia, sed in suburbiis collocata fuit, episcopi convenerunt. Ante cancellos sacri altaris in secretario, prout fieri consuevit, synodalis patrum consessus fuit. Quo ordine, infra dicemus verbo *sexcentorum*. Ecclesiam sanctæ Euphemiæ graphice describit Euagrius lib. 2. cap. 3. Quis locus ecclesiæ dicatur secretarium, post ea quæ notavimus supra canone 21. concilii Laodiceni, prolixius ostendit Baronius anno 451. num. 61 62. & 63.

Consessus episcoporum ubi.

c *Oecumenicum seu universale.*] Cum ad instantiam imperatoris hoc concilium auctoritate Romani pontificis indictum sit, jussuque ejusdem omnes episcopi totius orbis convocati fuerint, ut patet ex iis quæ diximus supra verbo *concilium*: cum denique huic sanctorum patrum conventui Romanus pontifex per suos legatos præsederit, quis universale & œcumenicum esse neget? Paschasinum & Lucentium episcopos, Bonifacium & Basilium presbyteros, legationis munere fungentes synodo interfuisse ac præsedisse, singulæ fere actiones concilii attestantur. Ipsi enim in omnibus prope actionibus primi nominantur, primi sedent, primi loquuntur, & primi subscribunt, non alia sane auctoritate, quam ut jus præsidendi a pontifice sibi delegatum ipso facto usurparent. Quid quod ipsi legati, definitivam sententiam in Dioscorum pronuntiantes, apertis verbis indicent actione tertia se id nomine pontificis velut universi concilii præsides præstare? Verba sententiæ hæc sint. *Sanctissimus ac beatissimus papa caput universalis ecclesiæ Leo, per nos legatos suos, sancta synodo consentiente, Petri apostoli præditus dignitate, qui ecclesiæ fundamentum & petra fidei, & cœlestis regni janitor nuncupatur, episcopali dignitate Dioscorum nudavit, & ab omni sacerdotali opere fecit extorrem.* Tertio, quod supra nominatis episcopis ac presbyteris auctoritate pontificia collata sit præsidendi auctoritas, ipse sanctus Leo pontifex epistola quam scripsit ad synodum Calchedonensem, 47. 45. profitetur his verbis: *In his fratribus Paschasino & Lucentio episcopis, Bonifacio & Basilio presbyteris, qui ab apostolica sede di-*

Concilium œcumenicum fuit.

Legatos apostolicæ sedis præsedisse concilio probatur quatuor rationibus.

Ratio 2.

Ratio 3.

A *recti sunt, me synodo vestra fraternitas existimet præsidere.* Quarto denique ex synodica ipsius concilii ad Leonem scripta, quæ habetur post finem concilii, manifesto constat, ipsos legatos non tantum præsidendi auctoritatem habuisse & usurpasse, verum etiam ab omnibus patribus concilii pro præsidibus agnitos & honoratos fuisse. *Tu quidem*, inquiunt, *sicut membris caput præeras in his qui tuum tenebant ordinem, benevolentiam præferens.* Si dicas, Marcianum concilio prima actione interfuisse, eumque primo loco sedisse, adeoque ut judicem ac præsidem concilii præsto fuisse: Respondeo, imperatorem in propria persona non primæ, sed secundæ actioni, & per sæculares judices posterioribus actionibus interfuisse: ut judicem controversiarum fidei egerit, nemo præter insanum Lutherum aliquem aut Calvinum affirmaverit. Qua intentione imperator per se aut suos vicarios præsens esse voluerit, patres concilii in epistola synodica ad Leonem scribunt his verbis. *Tu episcopis judicibus* B *sicut membris caput præeras in his qui tuum tenebant locum: imperatores vero ad ordinandum decentissime præsidebant*, &c. nimirum, ut omnem vim, fraudem atque tumultum a synodo averterent. Cum enim in conciliabulo Ephesino Dioscorus Alexandrinus episcopus, usurpatus dumtaxat & illegitimus universalis concilii præses, introductis militibus, episcopos ad subscribendum coegisset, voluit per se vel suos vicarios interesse, ne cuiquam aliqua violentia inferretur. Hoc est, quod in oratione ad synodum habita actione sexta ait, se venisse ad confirmandam fidem, sicut olim fecerat Constantinus magnus: qui cum non ad judicandas & explicandas fidei controversias, sed ad defendendum & exequendum decreta synodi præsto adfuit, certum est non alia intentione Marcianum imperatorem huic concilio interfuisse, quam ut illud sua auctoritate adversus hæreticorum tumultus ac seditiones tutaretur ac defenderet. Advertat ergo lector, quam splendide mentiatur Calvinus, dum ait ex solo permissu & privilegio imperato- C ris, atque defectu personarum idonearum accidisse, quod legati pontificis huic concilio præsederint. Vide Bellarminum lib. 1. de conciliis cap. 19.

ANNO CHRISTI 451.

Ratio 4.

Refellitur objectio.

Qua intentione imperator concilio interfuerit.

Calvi[nus] mend[acii] detegi[tur]

d *Approbatum.*] Ea quæ hoc concilio de fide incarnationis domini nostri Iesu Christi contra hæresim Eutychianam communi patrum orthodoxorum sententia definita sunt, auctoritate Leonis pontificis, prout iidem patres concilii synodali epistola ad Leonem scripta expedierant, confirmata & approbata fuerunt, ut patet ex circulari epistola. Id vero quod instigante Anatolio Constantinopolitano antistite, ambitiose, absentibus; & postea contradicentibus legatis, de primatu sedis Constantinopolitanæ contra decreta Nicæni concilii constitutum fuit, ut post Romanam sedem, secundum locum patriarchalis honoris ac dignitatis Constantinopolitana ecclesia haberet; id inquam, sanctus Leo pontifex plane improbavit, cassavit, atque irritum reddidit. Approbatio decretorum fidei extat epistola Leonis LXI. quam ad synodum Calchedone habitam scripsit. Cujus D initio hæc ait: *Omnem quidem fraternitatem vestram nosse non ambigo, definitiones sanctæ synodi, quæ ad confirmationem fidei in Calchedonensi civitate celebrata est, toto corde me fuisse complexum.* Et paulo infra: *Ne ergo per malignos interpretes dubitabile videatur, utrum quæ in synodo Calchedonensi per unanimitatem vestram de fide statuta sunt, approbem; hæc ad omnes fratres & coepiscopos nostros, qui prædicto concilio interfuerunt, scripta direxi, quæ gloriosissimus & clementissimus princeps (sicut poposci) in notitiam vestram mittere pro catholicæ fidei amore dignabitur: ut & fraterna universitas, & omnium fidelium corda agnoscant, me non solum per fratres qui vicem meam executi sunt, sed etiam per approbationem gestorum synodalium propriam vobiscum misisse sententiam, in sola videlicet fidei causa (quod sæpe dicendum est) propter quam generale concilium, & ex præcepto Christianorum principum, & ex consensu apostolicæ sedis placuit congre-* E *gari, damnatis hæreticis, qui si corrigi voluissent, nulla penitus resideret de vera domini nostri Iesu Christi incarnatione dubitatio. Vnde si quis unquam ausus fuerit vel Nestorii perfidiam tueri, vel Eutychetis aut Dioscori impium dogma defendere, a catholicorum communione resecetur, nec habeat ejus corporis participationem cujus abnegat veritatem.* De improbatione primatus sedis Constantinopolitanæ adjudicati, idem Leo pontifex epistola quinquagesima quinta ad Pulcheriam scribit. *Consensiones episcoporum & sanctorum canonum apud Nicæam conditorum regulis repugnantes, unita nobiscum vestra fidei pietate, in irritum mittimus, & per auctoritatem beati Petri apostoli generali prorsus definitione cassamus.* Omnia igitur illa, quæ nomine hujus concilii sub præsidio Leonis habiti continentur, ejusdem auctoritate approbata fuerūt.

Quæ a[cta] hujus [con]cilii ap[pro]bata f[uerint.] Reprob[atur] quod primat[um] Const[antino]polit[anæ] sedis [contra de]creta

Canones

Canones vero, quos legatis absentibus ad concilium clanculo & furtim addiderunt orientales episcopi, a Leone pontifice nequaquam recepti fuere, cum nihil præter fidei definitionem confirmaverit, ut ex epistola 61. verbis supra recitatis liquido apparet.

Præter confirmationem sedis apostolicæ, accesserunt etiam ad corroborandā hanc Calchedonensem synodum sanctissimorum virorum, qui his temporibus orientalem ecclesiam illustrabant, & miraculorum virtute nitebant, sanctorum Euthymii nimirum & Auxentii elogia, qui se fidem hac synodo definitam tenere, verbis & miraculis testati fuerunt. Refert Zonaras tomo tertio annalium, quod cum Eutychianæ factionis sectatii decreta concilii subsannarent, ejusque auctoritatem non veritate, sed potentia imperatoris niti dicerent, Anatolium patriarcham convocatis adversariis ita locutum fuisse: *Quoniam sententiam vestram adhuc mordicus tenetis, neque vos perperam sentire creditis, sed nos incusatis, quasi Nestorii dogma approbemus, cum duas naturas in salvatore prædicemus, utraque citra confusionem proprietatem suam retinente, istius controversiæ dubitatio, si placet, Deo permittatur. Scribatur igitur vestra de fide sententia in uno libello, & nostra in altero: atque ambo in loculo gloriosæ martyris Euphemiæ collocentur, & hujus judicium esto utri recte an perperam sentiant. Hæc cum hæreticis etiam placuissent, libelli scripti; remoto lapide qui loculum claudebat, pectori martyris apponuntur; & lapis in suum locum repositus, ab utraque parte signatur. Dehinc supplicationes fiunt; & preces ad Deum pervigiles, ut demonstret utra sententia ei cordi sit, & quæ rejicienda videatur. Post triduum conveniunt, imperatore etiam præsente. Aperto loculo (o rem mirabilem!) libellus hæreticorum ad pedes martyris invenitur; alter in manu ejus dextera, quam extendisse fertur ad imperatorem & patriarcham, ac libellum ei porrexisse. Itaque rectæ sententiæ assertores plaudere, adversarii vero demissis vultibus & præpudore caligantibus, abire, quidam etiam veram sententiam amplecti.* Hæc Zonaras, quem sequitur Glycas tomo tertio annalium. Metaphrastes & Nicephorus lib 15. cap.5. eamdem quidem historiam recensent, sed in ratione temporis aberrant. Non infirma laus sacrosancti concilii est, quod a concilio Constantinopolitano, anno vigesimo Leonis, celebrato, confirmatum sit; quodque triginta septem metropolitani orientales, teste Evagrio lib.2. cap.10.& Liberato in breviario cap 15. ad Leonem imperatorem anno Christi 457. rescribunt, *Calchedonensem synodum usque ad sanguinem vindicandam, eo quod non alteram fidem teneret, quam synodus Nicæna constituit.* Basiliscum imperatorem, tyrannum & hæreticum, qui erat quasi flagellum Dei & virga furoris domini, & manifestus persecutor ecclesiæ, hanc synodum, quod refert Evagrius lib.3. cap.4. rejecisse: Anastasium Acephalorum hæreticorum sectarium, aliosque hæreticos plures, teste eodem Evagrio cap.30. eamdem acerrime impugnasse concedimus: sed cum magno gloriæ & celebritatis augmento ad concilium hac occasione addito. Nam quanto eam hæretici gravius accusarunt, tanto eam viri sancti fortius defenderunt & propugnaverunt. Theodosius cœnobiarcha sanctissimus in epistola ad Anastasium, quam ex Metaphraste recitat Surius die 11. Ianuarii, cum recensuisset decreta hujus concilii, imperatorem allocutus est: *Adversus hoc & ignis accendatur, & ensis acuatur, & mors quoque nobis acerba afferatur: imo vero, si fieri possit, pro una innumerabiles: nos vero nunquam prodemus veram religionem, neque ea quæ recte placuerunt patribus, ea abrogando, probro afficiemus.* Extat in bibliotheca sanctorum patrum Leontius Byzantius, qui in opere de sectis hæreticorum, auctoritate hujus synodi acerrime propugnat. Quamquam ea quæ summi pontificis & conciliorum auctoritate & virtute miraculorum est corroborata, talibus defensoribus non indigeat. Si dicas hoc concilium in fide & moribus aberrasse, tum quod actione 16. definiat, Romanum pontificem a patribus Nicæni concilii primatum habuisse, quem jure divino sibi concessum jam diu ante obtinuerat, & de facto usurparat: tum etiam quod illam a quinta synodo condemnatam epistolam Ibæ ad Marim Persam, qua Cyrillus Alexandrinus arguitur, Theodorus Mopsuestenus cum suis scriptis laudatur, concilii patres approbaverint: Respondeo nihil præjudicii his omnibus sacrosancto concilio generari. Quidquid enim de primatu apostolico & Constantinopolitano decretum est, absentibus legatis sedis pontificiæ constitutum fuit: ideoque auctoritate pontificia non tantum reprobatum, verum etiam concilii nomine indignum est, quidquid eadem actione sub nomine & prætextu hujus concilii editum & constitutum fuit, ut ex præcedentibus sufficienter constat. Epistolam Ibæ patres concilii non approbarunt, sed ex ea tantum dijudicarunt,

A scriptorem ecclesiæ; qui ante concordiam Cyrilli Alexandrini cum Ioanne Antiocheno initam Nestorianæ factioni adhæserat, vere catholicum esse, meritoque præcedentibus duobus judiciis ecclesiasticis, Tyri & Beryti habitis, a calumnia adversariorum absolutum fuisse. Hoc enim judicio episcoporum decisum est, quod in controversiam vocabatur; nimirum, an Ibas Edessenus episcopus catholice & orthodoxe contra Nestorium de persona Christi sentiret, adeoque justo judicio Tyri & Beryti calumnia adversariorum absolutus esset: de epistola nulla fuit controversia, eaque non aliter in judicium adducta fuit, quam ut inde agnosceretur, Ibasne post initam concordiam inter Cyrillum & Ioannem Antiochenum catholicus, an Nestorianus esset. Summam itaque injuriam irrogant concilio sanctissimo, qui epistolam hæreticam, hæreticorum laudes, orthodoxorum calumnias continentem, justoque judicio quintæ synodi universalis condemnatam, a patribus hujus concilii receptam & appro-B batam fuisse cum Nestorianis in vulgus emittunt. Vide quæ diximus hac de re supra in notis concilii Berytensis sub Leone. Item quæ infra notabimus quintæ synodi coll. 8.

e *Sexcenti triginta episcopi.*] Sexcentos triginta episcopos huic sacro concilio præsentes fuisse, testantur Marcellinus in chron. Liberatus diaconus in breviario cap.13. Photius de septem conciliis cap.4. Sanctus Leo epistola 52. ad episcopos Galliarum scribens, in hoc sexcentos ferme fratres coepiscopos congregatos fuisse, item profitetur. Unde cum prima actione concilii trecenti tantum quadraginta quinque episcopi scripti legatur, dimidiam fere partem episcoporum qui interfuerunt, ibidem desiderari certum est. Ex horum numero pontificiæ legationis munere, ut ex epistola Leonis ad synodum Calchedonensem constat, functi sunt Paschasinus Lilybæi in Sicilia episcopus, Lucentius Asculanus antistes, Bonifacius & Basilius sanctæ Romanæ ecclesiæ presbyteri car-C dinales. Iulianum Coensem episcopum, in oriente res ecclesiæ agere solitum, pontifex voluit in hac eadem synodo legati munera obire, ut ex subscriptionibus synodalibus actionis primæ, & Leonis epistola liquet. Ex Africana ecclesia, licet Vandalica persecutione assidue vexaretur, adfuerunt Aurelius Adrumetinus, & Rusticus. Adfuerunt etiam hostes catholicæ fidei, qui simul conspirarant contra Flavianum, Dioscorus Alexandrinus, & Iuvenalis Hierosolymitanus, Domnus Antiochenus, qui jam privatus, & qui ejus loco suffectus fuit Maximus: itemque in locum sancti Flaviani subrogatus Anatolius Constantinopolitanus, a sancto Leone catholicæ ecclesiæ jam ante reconciliatus Nestorium hæresiarcham ex subscriptione alterius episcopi eodem nomine appellati, interfuisse, apud Evagrium lib.2. c.2. scribit Zacharias rhetor: sed merito ab Evagrio reprehenditur, cum is cujus nomē subscriptum habetur, Phanagoriæ civitatis episcopus, adeoque ab illo hæresiarcha longe alius fuerit Marcianum imperatorem una cum Pulcheria Augusta, aliisque imperii magistratibus, præsentem fuisse, ipsa acta D concilii loquuntur. Horum omnium consessus ita dispositus fuit. Imperator cum Pulcheria Augusta, magistratibus, senatoribus & judicibus cognitoribus, sedem habuit ante cancellos. Ex patribus concilii inter apsidem & cancellos constitutis, legati sedis apostolicæ, & post eos Anatolius Constantinopolitanus, Antiochenus, aliique deinceps episcopi sederunt a læva parte: Dioscorus autem Alexandrinus, & post eum Iuvenalis Hierosolymitanus, aliique a dextra. In medio ipsorum super thronum sacrosancta evangelia collocata fuere. Et quia læva, quod supra in notis concilii Nicæni, verbis, *trecentorum octodecim*, dixi, dignior est dextera: vel quia Christum dominum nostrum, qui est summus pontifex (cujus typum gerebat evangelium super thronum in meditullio collocatum) in synodalem consessum respicientem; a dextris haberent, qui sederent in sinistra: & a sinistris, qui considerent in dextera: hac, inquam, de causa accidit, ut quamquam E Dioscorus & Iuvenalis ambo judicandi adessent, dextrum locum occupare permissi fuerint. De locali enim dispositione in antiquo Romano ordine hæc leguntur. *Sedebunt ea locali dispositione, ut intrantibus ecclesiam episcopi sint ad sinistram, &c.*

f *Eutychetis.*] Eutyches monachorum Constantinopoli degentium archimandrita fuit; contra Nestorianam hæresim in concilio Ephesino ceteris præstantius dimicavit, tanto cum zelo, ut eam ob rem a Leone epistola sexta & actione quarta concilii Constantinopolitani sub Leone celebrati, laudari meruerit. Sed cum imprudenter prædictam hæresim impugnaret, eo prosiliit, ut non modo duas personas, sed etiam duas naturas in Christo domino negaret, diceretque eos omnino Nestoriana hæresi infectos esse, qui in Christo unam personam, duas ve-

Numerus episcoporū

Legatorum nomina quæ.

Episcopi Africæ.

Dioscorus cum suis asseclis interfuit.

Nestorius quis.

Quis consessus concilii.

Cur legati sedis apostolicæ a læva parte sederint.

Eutyches hæresiarcha describitur.

ANNO CHRISTI 451.

ro naturas indiviſe & inconfuſe conjunctas profiterentur. Hæc ille multis annis ſecreto docuerat, miſiſque ad aliorum monaſteriorum monachos & abbates hac de re ſcriptis libellis & voluminibus, quorumdam ſubſcriptionem & approbationem impetravit. Denuntiatus hanc ob rem ab Euſebio, Dorylæi epiſcopo, in Conſtantinopolitano concilio condemnatus, ſcriptis ad pontificem appellationum libellis; quibus ſe catholicum ſimulabat, in conciliabulo Epheſino, quod per Chryſaphium importunis precibus apud imperatorem extorſerat, nullo juris & æquitatis ordine ſervato, ille abſolutus, contra Flavianus in exilium ablegatus fuit, ut ſupra in notis prædictorum duorum conciliorum prolixius enarravi. Poſtquam hoc ſacroſancto concilio acta Epheſini conciliabuli reſciſſa eſſent, meritamque damnationis ſententiam iterato judicio accepiſſet, ut e monaſterio Conſtantinopolitano, ubi cum periculo fidelium agebat, longius relegaretur, a ſancto Leone duabus epiſtolis ad Pulcheriam 45. & ad Marcianum 70. ſcriptis petitum fuiſſe conſtat: ſed ad quem locum, quove ſucceſſu & eventu exularit, non liquet. Hæc ex Liberati diaconi breviario cap. 11. & ex actis concilij Conſtantinopolitani, & conciliabuli Epheſini actione prima, in Calchedonenſi concilio extantibus. Vide notas prædicti concilii.

Dioſcorus Alexandrinus deſcribitur.

g *Dioſcori.*] Poſt obitum Cyrilli magni & ſanctiſſimi præſulis Alexandrini, Dioſcorus Neſtorium hac in re imitatus, ſuperinducta admirandæ ſanctitatis larva, vacantis eccleſiæ Alexandrinæ ſedem eſt adeptus. Speciem humilitatis & modeſtiæ præ ſe ferens, intus ſuperbiam cum ſumma arrogantia occultavit, voluitque videri ſanctiſſimus qui facinoroſiſſimus erat, quique actione 3 hujus concilii de Origeniſtarum & Arianorum hæreſi, de homicidio, incendio, vitaque turpiſſima eſt convictus. Ad univerſum populum ſibi conciliandum, *ſimulac in thronum evectus eſt*, (inquit Liberatus diaconus in breviario) *opprimens Cyrilli heredes, & per calumnias multas ab iis auferens pecunias, piſtoribus & cauponibus civitatis dedit, ut mundiſſimum panem, & preciosiſſimum vinum viliore precio populo exhiberent.* Clericos Cyrillo cariores abſque cauſa ab ordine deponere tentavit. Nepotes ejuſdem mire afflictatos per Nomum conſulem Alexandria expulit. Athanaſium quoque Cyrilli ex ſorore nepotem preſbyterio privavit, nullaque prævia accuſatione ab eccleſiaſtico collegio alienum fecit. Prædatorio illi Epheſino conciliabulo, ſeu potius latrocinio, quanta cum turpitudine præſederit, ipſa acta loquuntur. Hoc concilio homicida ſacrilegus juſto judicio condemnatus, poſtquam excommunicando ſummum pontificem ſcelus inauditum attentaſſet, in Gangram Paphlagoniæ civitatem relegatus eſt, illucque manu militari perductus, ibidem paulo poſt mortuus eſt. Hæc ex actis concilii Epheſini, Calchedonenſi, breviario Liberati, Euagrio, Baronio, &c. Plura dicemus infra.

Seſſionis nomine quid intelligendum.

h *Condemnarunt,* &c.] Id qua ratione, quove ordine juris ac rerum geſtum ſit, tredecim ſeſſionibus, ſeptemdecim actiones continentibus, ſummatim recenſebo. Vnius ſeſſionis nomine appello actiones plures uno eodemque die habitas.

SESSIO I.

Seſſione I. quid ſit geſtum.

PRIMA ſeſſione VIII. Idus Octobris, anno 451. celebrata, epiſcoporum ſedibus, eo quo ſupra diximus ordine, ante cancellos in ſecretario diſpoſitis, Dioſcorus Alexandrinus per legatos pontificis denuntiatus, ideo quod ſine auctoritate & conſenſu pontificis univerſale concilium congregaſſet, eique contra omnem antiquitatem & conſuetudinem præſediſſet, decreto concilii e patrum conſeſſu amotus, velut reus dijudicandus, juſſus eſt in medio ſedere. Quo facto, Euſebius Dorylæi epiſcopus, in medium velut accuſator progreſſus, ad acta pſeudoſynodi Epheſinæ provocavit. Poſt lectum libellum, Dioſcorus, ut ſui judicium declinaret, de fide primum agendum eſſe contendit: ſed interlocutione judicum ipſa acta Epheſini conciliabuli ante omnia juſſa ſunt legi. Quæ dum legerentur, delictum ſuum excuſans & attenuans, dixit, non ſua ſolius auctoritate, ſed & Iuvenalis Hieroſolymitani, Thalaſſii Cæſareenſis epiſcopi, aliorumque omnium præſentium ſubſcriptione prędicta acta confirmata eſſe. Contra epiſcopi fere omnes dixerunt, voluntarie & citra vim adhibitam neminem ſubſcripſiſſe: per milites fuſtibus, gladiis & minis exilii Flaviano, aliiſque pluribus illatam deinceps expoſuerunt; addentes, acta a notariis Dioſcori corrupta eſſe atque depravata: Eutychetem in ea quam obtulerat, confeſſione fidei, incarnatum quidem Chriſtum profiteri, ſed non ex Maria virgine. Quæ cum dixiſſent, tandem ſui erroris atque peccati veniam deprecati fuerunt.

Abſoluta lectione actorum Epheſini concilii, producta ſunt acta concilii Conſtantinopolitani, ex quibus legati ſedis apoſtolicæ probaverunt Flavianum vere catholicum eſſe, Eutychetem autem abſque dubitatione ulla impium hæreticum. Dioſcorus interlocutus, Flavianum jure damnatum, ideo quod poſt incarnationem duas naturas diſtinctas & inconfuſas in Chriſto confiteretur, hæreſim ſuam manifeſtavit. His adjecta eſt recitatio actorum de cognitione habita Conſtantinopoli ſuper fide notariorum. Inde Eutychetis abſolutio: & poſt interpoſita quædam acta concilii Epheſini œcumenici, impia ſententia a Dioſcoro in Flavianum Epheſi pronuntiata, in hoc patrum conſeſſu lecta fuit. Quibus omnibus exacte cognitis, interlocutione judicum tractatio de fide in ſequentem ſeſſionem dilata eſt. Rogati quid de judicibus Flaviani ſtatuendum foret, reſponderunt, omnes Flaviani accuſatores & judices, nominatim vero Dioſcorum, Iuvenalem, Thalaſſium, alioſve, qui cum prædictis principem locum in pſeudoſynodo Epheſina obtinuerunt, ex præſcripto ſacrorum canonum damnandos eſſe.

Poſt hæc pro gratiarum actione & Dei laudum celebratione, ſubſecuta eſt ſacri triſagii acclamatio, videlicet: *Sanctus Deus, ſanctus fortis, ſanctus & immortalis*: additumque, *multos annos imperatori*: & denique plurima in Dioſcorum dicta fuerunt.

SESSIO II.

SECVNDA ſeſſio celebrata eſt ſexto Idus Octobris, anno 451. in qua habita eſt a patribus tractatio de fide, hoc ordine. Primo lectum eſt ſacrum Nicæni concilii ſymbolum: ſecundum illud cum veteribus patribus ſenſiſſe Cyrillum & ſanctum Leonem, omnes conteſtati fuerunt. Recitatum eſt deinde ex ſcripto ſymbolum Conſtantinopolitani concilii œcumenici. Poſtea vero duæ ſancti Cyrilli epiſtolæ: quarum alteram ad Neſtorium, alteram ad Ioannem Antiochenum dederat. Inſuper magna illa ſancti Leonis epiſtola 10. de verbi incarnatione ad Flavianum ſcripta, publice recitari juſſa eſt. Denique refutatis illis, quæ ab epiſcopis Palæſtinæ & Illyrici objecta fuerunt, acclamatum eſt ab omnibus: *Hæc patrum fides: hæc apoſtolorum fides. Omnes ita credimus, orthodoxi ita credimus: anathema qui non ita credit. Petrus per Leonem ita locutus eſt.* &c.

SESSIO III.

TERTIO Idus Octobris prædicti anni ad tertiam ſeſſionem conveniunt epiſcopi tantummodo (quæ eſt manifeſtiſſima nota œcumenici concilii) abſque magiſtratibus ſæcularibus, eo quod tractanda eſſet Dioſcori damnatio, cui præter epiſcopos, ſecundum canones nemini aliorum judicum ſæcularium aut laicorum intereſſe licebat. Cum ad hanc ſeſſionem Dioſcorus, qui a militibus domi cuſtodiebatur ne fugam arriperet, ſecundo citatus, propter abſentiam judicum, & prætenſam quamdam ægritudinem, comparere recuſaſſet, lecti ſunt libelli accuſationum; quos Theodorus & Iſchyrion Alexandrinæ eccleſiæ diaconi, Athanaſius ejuſdem eccleſiæ preſbyter; & Sophronius Alexandrinæ civitatis Chriſtianus, contra Dioſcorum obtulerunt. Primo libello accuſabatur, quod eſſet Origeniſta hæreticus, blaſphemus in ſanctam Trinitatem, homicida Flaviani, incendiarius, injuſtus & temerarius, utpote qui Theodorum diaconum nulla alia de cauſa a diaconatu amoviſſet, niſi quod ſancti Cyrilli epiſcopi amicus fuiſſet: quod poſt hominum memoriam primus Romanum pontificem excommunicando, ſcelus inauditum commiſiſſet. Secundus libellus Iſchyrionis poſt confirmata prædicta ſcelera continebat, quod frumentum ad conficiendam ſacram euchariſtiam, & ſolatium peregrinorum ab imperatore eccleſiis Libyæ dari ſolitum, ſurripuiſſet; adeo ut eam ob cauſam incruentum ſacrificium Miſſæ diu oblatum non fuerit. Adjecit, quod ea bona quæ Periſteria nobiliſſima femina per teſtamentum monaſteriis & pauperibus contuliſſet eo fine, ut pro ſalute animæ ſuæ ſacrificium Deo offerretur, ille ſcortis & turpibus perſonis in eleemoſynam contulerit, ut ne quidem ex bonis illius (quod vetus & recepta conſuetudo orandi pro defunctis, tunc merito impiiſſimum eſſe judicabat) *incenſum Deo pro ejus anima obtulerit.* De vita ipſius valde obſcœna plurima addidit, ut quod ſubintroductas feminas haberet in epiſcopio, quibuſcum in balneo lavaretur; & quod inter alias Panſophiam quamdam famoſiſſimam magno omnium Alexandrinorum ſcandalo in deliciis haberet. Poſtremo quod non ſatis ei fuerit, Theodorum diaconum ob amicitiam cum ſancto Cyrillo habitam diaconatus officio privaſſe; verum etiam poſſeſſiones ejuſdem per monachos a ſe miſſos incenderit, arbores exciderit, juſſuſque occidi Theodorus, vix fugiens evaſerit. Tertio libello Athanaſius preſbyter Cyrilli Alexandrini, ſe cum fratribus & cognatis urbe ejectum, omnibus bonis ac fortunis ſpoliatum, tormentis Chryſaphii ſubjectum, ad

ſummam paupertatem adactum eſſe, ut mendicando victum quærere debuerit. Fratrem inter tormenta expiraſſe, ſibi preſbyterium ademptum eſſe; & ne veſtigium ullum Alexandriæ supereſſet, domos ſuas in eccleſias converſas eſſe. Quarto libello Sophronii, tyrannidis eſt accuſatus: utpote qui pœnam adulteri cujuſdam, quem imperator puniri reſcripſerit, impediverit, dicens Ægyptum magis ad ſe quam ad imperatorem pertinere: ideoque etiam allatas Alexandriam novi imperatoris Marciani imagines per ſuos urbe efferri mandaverit. His viſis, ne qua ſolennitas requiſita deeſſet, placuit patribus, ut Dioſcorus adhuc tertio vocaretur per ſcriptum citationis libellum, qui prætenſas illius excuſationes falſas eſſe demonſtrabat. Legitime igitur tertio citatus, ut libellis Alexandrinorum contra ſe oblatis reſpondeat, contumax in propoſito perſtitit, & adeſſe recuſavit. Cum igitur nihil reliquum eſſet ad ejus defenſionem vel excuſationem, ipſi apoſtolicæ ſedis legati adverſus Dioſcorum damnationis, & ab epiſcopatu, omnique eccleſiaſtica functione depoſitionis ſententiam protulerunt. Singuli vero epiſcopi, ſingulis ſententiis impium Dioſcorum perſtringentes, eidem ſubſcripſerunt. Latam ſententiam ipſi Dioſcoro inſinuarunt, perque ſynodicas epiſtolas ad imperatores, Pulcheriam Auguſtam, & ad clerum Alexandrinum ſcriptas, eamdem ubique promulgarunt.

SESSIO IV.

QUARTA ſeſſione 16. Kalendas Novembres celebrata, epiſcopis ſynodi cum magiſtratibus & judicibus cognitoribus in unum convenientibus, propoſita eſt cauſa Iuvenalis Hieroſolymitani, Thalaſſii Cæſareenſis, Euſebii Ancyræ, Euſtathii Beryti, & Baſilii Seleuciæ, epiſcoporum, qui cum Dioſcoro improbo Epheſino conventui præfuerant. Petebant ad communionem eccleſiæ, & ſimul ad ſynodum recipi, qui cum Dioſcoro ob eadem patrata ſcelera ſeſſ. 1. damnati fuerant. Qui cum decreto ſynodali interpoſito paruiſſent, Nicæno atq; Conſtantinopolitano ſymbolo, nec non epiſtolæ ſancti Leonis papæ decimæ, de verbi incarnatione ad Flavianum tranſmiſſæ, ſubſcripſiſſent, contrarium ſentientibus ac docentibus anathema dixiſſent, ad communionem eccleſiæ, & ſimul etiam ad ingreſſum ſynodi admiſſi fuerunt. Poſt hæc Ægyptii epiſcopi cum libello fidei, quem imperatori obtulerunt, ingreſſi, juſſu legatorum apoſtolicæ ſedis in Eutychetem anathema dixerunt: ne autem epiſtolæ Leonis, antequam novus Alexandrinus antiſtes eligeretur, ſubſcriberent, precibus ſuis impetrarunt, cautione adhibita, quod Calchedone non prius ſint abituri, quam in locum Dioſcori alius Alexandrinus epiſcopus ſubrogatus fuerit. Poſt hæc juxta relationem exemplarium Latinorum (Græci enim, quibus hac de re minor eſt adhibenda fides, ante quartam actionem hæc contigiſſe referunt.) Caroſus, Dorotheus & Barſumas archimandritæ Eutycheti adhæreſcentes, ad ſynodum intromiſſi libellum obtulerunt; in quo cum more Eutychetis & Dioſcori, ſub mentito pallio Nicænæ fidei, catholicos ſe jactitarent, & tamen pro Dioſcoro ſupplices preces haberent, conceſſa eſt illis dilatio trium dierum ad reſipiſcendum, & catholicæ fidei adverſus Eutychetem ſubſcribendum. Archimandritæ catholici contra ejus perfidiam libellum obtulerunt, qui omnium judicio ut catholicus & orthodoxus approbatus fuit.

SESSIO V.

Quam Latinus codex antiquæ verſionis non habet.

DECIMOTERTIO Kalend. Novembres anni 451. habita eſt ſeſſ. 5. duabus actionibus, uno eodemque die tranſacta.

Priore actione Caroſus, Dorotheus, aliique archimandritæ illi qui libellum Marciano imperatori obtulerant, petiverunt ſibi concedi, ut coram imperatore de fidei veritate cum catholicis diſputare liceat. Id quod hæreticis piiſſime reſpondit imperator, Alexander viſitator & Ioannes decurio in ſynodo retulerunt his verbis: *Hæc cum audiviſſet dominus orbis* (Marcianus imperator) *ſignificavit per me & dominum Ioannem decurionem: ſi voluiſſem ego ſedere inter vos atque alios monachos, & audire inter utroſque vos, non hic ſanctam & univerſalem ſynodum fatigaſſem: ſed cum ipſi conveniſſent, & nos de vobis certiores feciſſent, dixi, ut vos adeſſetis, & ea quæ neſcitis cognoſceretis, & interrogando ea quæ non noſtis, addiſceretis ab iis. Iuſtum igitur decrevimus, vos ad concilium abire. Nam, ut ſciatis quæcumque definierit ſanctum & univerſale concilium, ac mihi in ſcriptis dederit, ea ſequor, his contentus ſum, his fidem habeo. Hoc habete, nec a me aliud reſponſum accipitis.*

His enarratis, magno præconio imperatori acclamatum eſt. Hæreticis vero ad reſipiſcendum datæ ſunt induciæ uſque ad decimam quintam Novembris.

ANNO CHRISTI 451

Actio poſterior ſeſſionis 5.

Poſterior actio hujus ſeſſionis quintæ, controverſiæ illius quæ inter Photium Tyri, & Euſtathium Beryti epiſcopum, de jure metropolis primæ Phœniciæ exorta fuit, tractationem continet. Controverſia talis erat. Antiquitus ſecundum veterem provinciarum diſtinctionem per canones factam, Tyria eccleſia jure metropolitano præerat primæ Phœniciæ. Accidit ut imperator pragmatica ſanctione aliam fecerit ejus provinciæ diviſionem, ex qua complures civitates, quæ ſubjacebant Tyriæ, ſub Beryti eccleſia ponerentur: nempe Byblos, Botys, Tripolis, Orthoſias, Arias & Antaradon. Huic autem diviſioni cum Photius non acquieviſſet, habito ea de re judicio Conſtantinopoli coram Anatolio Conſtantinopolitano aliiſque cum eo reſidentibus epiſcopis, excommunicatus fuit: neque prius abſolvi potuit, quam decreto ſynodali de aucto jure Berytenſis eccleſiæ ſuper nominatas eccleſias ſubſcripſiſſet. Cum autem Photius ad hanc ſynodum Calchedone congregatam veniſſet, Marciano imperatori per ſupplicem libellum oblatum conqueſtus eſt de jure antiquo ſuæ metropolis diminuto, civitatibuſque quibuſdam ab Euſtathio vendicatis. Imperator accepto libello cauſam illam ſanctæ ſynodo dijudicandam tradidit, ſicque prædicta die 13. Kalendas Novembres coram ſacro patrum conventu producta fuit. Principio rogabat Photius, cauſam, prout mandaverat imperator, a ſynodo audiri, ſuumque libellum imperatori oblatum, in conſeſſu patrum recitari. Sed ne fieret libelli lectio, Euſtathius objecit, id non eſſe faciendum ante abſolutam illam de fide tractationem, cujus cauſa omnes ad ſynodum congregati & convocati eſſent. Iudices autem interlocuti, libellum legi mandarunt. Ex quo cum Photii de uſurpatis ab Euſtathio Tyriæ metropolis civitatibus, deque conſenſu per vim & metum extorto, querelas audiſſent, inſtitit Photius, ut ſecundum priſtina jura ablatæ civitates ſuæ eccleſiæ Tyriæ redderentur.

Fragmentum ſeſſionis 5.

Iuſſus autem a judicibus cognitoribus ad hæc reſpondere Euſtathius, rogavit idem eos, num ſecundum canones eccleſiaſticos, an vero ſecundum leges imperatoris cauſa dirimenda eſſet. Tunc iidem interlocuti judices iſta dixere: Sacratiſſimo domino orbis placuit, non juxta ſacras imperatoris literas & pragmaticos typos res ſanctiſſimorum epiſcoporum procedere, ſed ſecundum canones a ſanctis patribus datos. Omni igitur ceſſante e ſacris pragmaticis definitione, canones de hoc capitulo editi legantur. Et inferius iidem patres converſi: *Dicat*, inquiunt, *ſancta ſynodus, utrum ei placeat ex regulis patrum hujus cauſæ quæſtionem examinari, an ex ſacris pragmaticis, de quibus ea quæ ſacro apici viſa ſunt, jam omnibus aperta fecimus. Sancta ſynodus dixit. Contra canones nihil pragmaticum valebit. Regulæ patrum teneant. Glorioſiſſimi judices dixerunt: Nunc tempus eſt, edoceri nos a ſancta ſynodo, an liceat ex ſacro pragmatico, aliena eccleſiæ jura ab aliis epiſcopis averti. Sancta ſynodus dixit: Non licet hoc: eſt præter regulas.* His dictis, juſſus eſt Photius docere ſynodum de uſurpatis ab Euſtathio eccleſiis Tyriæ metropolis. Quo facto petiit idem Photius a S. Synodo irrita reddi, quæ ab Anatolio & aliis epiſcopis haud pridem contra eamdem metropolim ex lege imperatoris Conſtantinopoli definita fuiſſent. Ad hæc Euſtathius ſe excuſans dixit, non a ſe invaſa jura Tyriæ eccleſiæ, ſed factum eſſe lege imperatoris; conſuetudiniſque eſſe, imperatores metropoles facere. Attamen ſancta ſynodus definivit, nullam eſſe debere ſententiam, adverſus Photium abſentem pronuntiatam. Rurſum a Photio petitum, in ſuas eccleſias eſſe reſtituendos a ſe ordinatos, ab Euſtathio autem epiſcopatu ejectos, & inter preſbyteros annumeratos. Antequam autem de his ſancta ſynodus aliquid definiret, juſſere judices cognitores legi ſacrum canonem. Lectuſque eſt can. 4. magni Nicæni concilii, quo jubetur uniuſcujuſque provinciæ eſſe debere unum metropolitanum epiſcopum. Lecto itaque canone, & Euſtathio reſpondente, licere imperatori jubere quod vellet; judices cognitores de his ſanctæ ſynodi judicium ita interpellarunt: *Sancta ſynodus quid ſibi videatur, doceat: utrum placeat ſecundum canonem trecentorum decem & octo patrum, unum metropolitanum epiſcopum eſſe, qui in ordinationibus reverendiſſimorum in unaquaque provincia civitate epiſcoporum poteſtatem habeat, an duos; ita ut liceat ſeparatim in civitatibus ordinationes facere. Sancta ſynodus dixit: Unum juxta regulas ſanctorum patrum poſtulamus eſſe metropolitam. Petimus ut regula ſanctorum patrum teneat. Atticus reverendiſſimus epiſcopus Nicopolis civitatis Epiri dixit: Trecentorum decem & octo patrum regula unum vult metropolitam in unaquaque provincia epiſcopum eſſe. Et ſupplicamus ut nunc etiam virtus canonum in quoſlibet & in omnes provincias valeat, ceſſantibus omnibus quæ concurſatione & ambitione pragmaticorum fiunt, quæ & everterunt ea quæ ſpiri-*

ANNO CHRISTI 451.

tualiter & secundum Deum a sanctis patribus sancita sunt. Hæc Atticus. His omnibus auditis atque exacte percognitis, judices cognitores definita a sanctis patribus probavere, atque sua ipsorum sententia firmavere, ita interlocuti: *Iuxta regulas trecentorum decem & octo patrum, & juxta sententiam totius sanctæ synodi, Photius reverendissimus episcopus totius Tyriorum metropolis omnem potestatem ordinandi in universis civitatibus primæ Phœnices provinciæ habebit. Eustathius reverendissimus episcopus a sacro pragmatico typo nihil amplius sibi vendicet, quam reliqui episcopi ejusdem provinciæ. At an his consentiat sancta synodus, doceat. Sancta synodus exclamavit: Hoc justum judicium: hæc justa sententia. Multos annos imperatorum: multos annos Augustæ: multos annos judicum.* Restitutis ex sententia totius œcumenicæ synodi episcopis in diversis civitatibus a Photio ordinatis, redactis vero in ordinem presbyterorum ab Eustathio promotis; improbatoque per apostolicæ sedis legatos & alios usu illo, ut qui ab episcopatu deponebantur, sinerentur presbyteri ministrare: mox ejusmodi ad judices & ad S. synodum facta est suggestio a Cecropio Sebastopolis: *Ne potestas vestra accusationem & querimonias a quacumque persona accipiat & fatigetur, neve nos conteramur: petimus ut sine contradictione cessent ea pragmatica, quæ in detrimentum canonum a quibusdam facta sunt in omni provincia? Canones vero per omnia teneant. sic enim & fides custoditur, & unaquaque ecclesia tutum statum habebit. Ac ne liceat præter canones ordinare. Magnificentissimi & gloriosissimi judices dixerunt: Si tota sanctissima synodus consentit petitioni Cecropii reverendissimi episcopi, doceat. Sancta synodus acclamavit: Omnes eadem dicimus: Universa pragmatica cessabunt: Canones teneant, & hoc a vobis fiat. Magnificentissimi & gloriosissimi judices dixerunt: Ex sententia sanctæ synodi in aliis quoque omnibus provinciis teneant.* His stabilitis, secuta est ex more fausta totius synodi acclamatio. Iusseruntque judices, ut quæ definita essent, effectui mandarentur.

SESSIO VI. *Quæ in codice Latino per errorem collectoris quinta actio nominatur.*

Sessionis sextæ summa brevis.

SEXTA sessio habita est 11. Kal. Novembres. Fidei catholicæ definitio, quam recitavit quidam Constantinopolitanæ ecclesiæ diaconus, explosa est, actisque inseri vetita: non quod non esset catholica, sed quod ad coarguendas & damnandas hæreses Eutychetis non sufficeret. Leonis sententia contra Dioscorum de incarnatione Christi, secundo judicio per acclamationem omnium patrum est approbata; ideo quod Anatolius Constantipolitanus episcopus memor adhuc sui Dioscori, cujus fuerat apocrisiarius, temerarie effutivisset, Dioscorum non propter fidem, sed ob excommunicationem in Romanum pontificem temere pronuntiatam, damnatum esse. Quibus ita peractis, ad destructionem Eutychianæ hæreseos edita est definitio fidei, cujus exordium est: *Dominus noster & salvator*, &c. De qua observatu necessarium est, quod in Græcis exemplaribus sub una tantum definitione recte comprehendantur, quæ in Latina editione priore per errorem collectoris ponuntur sub titulo duarum definitionum, ab illis scilicet verbis: *Sufficeret quidem ad plenam cognitionem*, &c. quæ sequuntur. Quæ in Græcis exemplaribus recte & conformiter ipsis actis, nullo interposito alio titulo, uno filo sermonis cum præcedentibus continuantur. Deleantur igitur & expungantur ex Latina editione antiqua inter initium & finem definitionis collata verba hæc:

Alia definitio Calchedonensis synodi similiter sub quadruplici editione. Comprehendens eorum quæ in conciliis, Nicæno primo, Constantinopolitano primo, Ephesino primo, decreta sunt, approbationem, & duarum creaturarum in una Christi persona assertionem.

Hæc est illa fidei definitio, quæ una cum professione fidei hæretica, ad probandum utra verior esset, per invocationem sanctæ Euphemiæ confirmatam esse diximus supra verbo, *approbatum*.

SESSIO VII. *Quæ in Latinis exemplaribus sexta actio mendose nominatur*

Sessionis septimæ summa brevis.

OCTAVO Kal. Novembr. ipso natali gloriosissimæ virg. & martyris, in cujus basilica conveniebatur, habita est septima sessio, sive actio 9. Ob diei celebritatem, Marcianus imperator, & Pulcheria Augusta, una cum magistratibus interesse solitis, præsto fuerunt. Marcianum imperatorem Latine primum, & subinde Græco sermone perorantem, patres concilii per ingeminatas acclamationes immensis laudibus sunt prosecuti. Lecta deinde, & per subscriptionem omnium episcoporum approbata est illa definitio fidei, quæ superiore sessione conscripta fuit. Sanctionem pœnalem tulit imperator contra eos, qui adversus hanc definitionem fidei disputantes, turbas aut tumultum concitaverint. Rogatu ejusdem imperatoris tria decreta ediderunt. Primum, ne monachi absque consensu episcoporum monasteria ædificent: ab episcopali obedientia & subjectione non eximantur, neve invito domino servum adscriptitium in monasterium assumant: degentes in monasterio reipublicæ negotia non curent, sed orationibus tantum & jejuniis vacent. Secundo ad cohibenda vitia & inconstantiam clericorum extra suas ecclesias, in quibus ordinati sunt, vagantium, decretum est, ne quis alienum clericum suscipiat. Tertio constitutum fuit, ut ad honorem sanctæ martyris Euphemiæ civitas Calchedonensis citra præjudicium Nicomediæ, nomine tenus dignitatem metropolis habeat. Quibus constitutis, patres quidem abitum & discessionem concedi petiverunt: sed rogavit imperator, ut adhuc tres vel quatuor dies expectarent.

SESSIO VIII. *Comprehendens Latinæ editionis act. 3. 7. 8. & 9.*

Sessio[nis o]ctavæ [sum]maria [nar]ratio.

AD diversarum ecclesiarum controversias dirimendas 7. Kal Novembris ad synodum convenerunt episcopi, eaque sessione tres actiones sub uno die absolverunt. Harum prima, controversia inter Antiochenum & Hierosolymitanum episcopos, de jure metropoleos agitata, composita est. Sedi Antiochenæ Phœnicia atque Arabia adjudicatæ sunt. Hierosolymitano vero episcopo, in quem jus metropolis Palæstinæ, quod ante Cæsareensis ecclesia habebat, translatum erat, datæ sunt tres Palæstinæ. Secunda actione de Theodoreto Cyri episcopo actum est. Hic cum a Dioscoro in conventiculo Ephesino depositus, & tanquam si Nestorianus esset, exulare coactus fuisset, apud Romanum pontificem, aliosque orientis episcopos hac de re diu multumque conquestus, se vere catholicum esse plurimis literis significavit. Sed cum patres concilii Ephesini œcumenici ipsum acerrimum scriptorum S. Cyrilli impugnatorem experti essent, epistolis Theodoreti fidem nullam adhibuerunt, sed potius in hoc consessu institerunt, ut anathema Nestorio diceret. Quod ille non gravate secunda jam vice præstitisset, omnium gratiam sibi conciliavit, eademque omnium sententia in pristinam sedem est restitutus: quem jam ante sanctus Leo post dictum anathema Nestorio in communionem ecclesiæ susceperat. Cum hoc judicium synodi Eutychiani post aliquot lustra annorum infringere conarentur, Vigilius pontifex sententiam episcoporum scriptis Theodoreti convenientem confirmavit. Tertia actione pronuntiatum fuit, Ibam Edessenum episcopum a calumniis adversariorum suorum duobus conciliis Tyri & Beryti habitis recte absolutum, male vero Ephesino conciliabulo condemnatum, & episcopatu amotum fuisse. Inquisitio de Nonno episcopo in locum Ibæ subrogato commissa est Maximo Antiocheno episcopo. Hæc non tantum in actis concilii, sed etiam apud Liberatum diaconum in breviario cap. 13. recensentur.

Phœ[nicia] metr[opolis] quæ ...

Theo[doretus resti]tur a[b]... vitur.

Ibæ a[bso]lutio [con]firma[tur].

SESSIO IX. *Quam Latinus codex actionem nonam appellat male: quia numerus actionum, sessionum numerum excedit, & sub una sessione quandoque plures actiones habitæ reperiuntur.*

Actio [ses]sionis summ[a] recen[setur].

SESSIO nona habita est 6. Kalend. Novembr. in qua absoluta est causa Ibæ, de qua supra egimus. Sed &, *eadem sessione*, inquit Liberatus cap. 13 *id etiam invenitur esse decretum, ut quod sub Dioscoro in Epheso congregatum est concilium, nomen concilii minime obtineret, sed & ut peteretur ab imperatore, ut de hoc ipse legem sanciret.* Hac eadem sessione, eodemque die, nimirum 6. Kalendas Novembris, habita legitur actio de Domno Antiocheno episcopo, qua ad petitionem Maximi Antiocheni præsulis auctoritate pontificia in sede confirmati, concessum est, ut Domno per justam sententiam Dioscori a Leone approbatam exauctorato, ex Antiochenæ ecclesiæ redditibus alimenta præstentur. Hæc actio in Græco codice desideratur. Quinetiam tempore Iustiniani imperatoris eadem actione Græca exemplaria caruisse, colligitur ex quadam novella constitutione ejusdem imperatoris ad Ioannem Romanum pontificem data, quæ extat infra sub hoc initio. *Scientes quod nihil aliud hic potest*, &c. Qua constitutione non dixisset imperator Domnum Antiochenum a sancta synodo Calchedonensi post mortem damnatum fuisse, si hanc actionem, qua ipsi ad instantiam Maximi alimenta decernuntur, in codice Græco legisset. Vetus Latina edit. hanc action. non suo loco, sed sub act. 7. exhibet, quæ ad sess. 9. referri debebat. *In Latino vetere scripto codice Vaticano, qui Proculi & Albini fuisse dicitur,* inquit Baronius, *sub 9. act. reponitur, & sub eadem die, nempe sub 6. Kal. ejusdem mensis Novembris: sed dicenda potius sess. 9. quam act. 9. Actionum enim numerus excedit numerum sessionum, quod, ut dictum est, sub una sessione interdum plures actiones habitæ reperiantur.*

SESSIO

SESSIO X. *Quæ extat in Latino codice act. 11.*

DECIMA sessio habita est quarto Kalendas Novembris, qua tractata est controversia inter Bassianum e sede Ephesina depositum, & Stephanum in ejus locum subrogatum. Sed cum illi mutuis se criminationibus lacerarent, in sequētem sessionem res est dilata.

SESSIO XI. *Latini codicis actionem 12. & 13. comprehendens.*

CUM patres 3. Kal. Novembr. convenissent, in prædicta controversia sess. 10. definitum est, ut neuter prædictorum duorum esset Ephesinæ ecclesiæ episcopus, sed potius alius ordinaretur: ita tamen ut uterque in episcopali dignitate maneret, singulisque eorum ducenti solidi ab Ephesina ecclesia præstarentur. Ad accusationem & depositionem Stephani facta est acclamatio sancto Flaviano martyri, utpote quod præsto esset, & causam suam indicaret, & in ultionem Stephani, qui potentissimus Dioscori fautor & administer fuerat, pro synodo oraret. Hac controversia decisa, agitata est causa Eunomii Nicomediensis episcopi cum Anastasio Nicæno. Licet enim rescripto imperatorum Valentiniani & Valentis, Nicæna ecclesia dignitatem metropolis consecuta fuerit, tamen hæc sacrosancta synodus definivit, eam episcopo Nicomediæ subesse debere.

SESSIO XII. *Actionem 14. & 15. comprehendens.*

PRIDIE Kalend. Novembris habita est duodecima sessio, in qua Antiocheni concilii sententia de Sabiniano in ecclesiam Parrhenorum (qua fuerat a Dioscoro spoliatus) restituto, & Athanasio, qui fuerat in locum ejus suffectus, amoto, est confirmata; concessa ei facultate, ut si quæ jura adversus Sabinianum haberet, ea infra spatium octo mensium apud Maximum Antiochenum prosequeretur. Hac causa absoluta finitum erat concilium, solutisque comitiis, legati sedis apostolicæ cum judicibus egressi sunt, & abierunt: orientales autem episcopi ad instantiam Anatolii Constantinopolitani clandestine & dolose remanserunt, & triginta canones actionis decimæ quintæ extantes sanciverunt. Quorum uno, vigesimo octavo scilicet, hoc constitutum fuit, ut & patriarchalis ecclesia Constantinopolitana sit, & secundum locum inter patriarchales sedes (quod Alexandrinæ jure successionis competebat, concessum) Constantinopolitanus episcopus obtineat. Hac ratione se id consecuturum sperabat Anatolius, quod in concilio œcumenico Constantinopolitano primo a suis antecessoribus quidem tentatum fuit, sed pontificibus Romanis obstantibus, frustra.

SESSIO XIII. *Actionem 16. complectens.*

IPSIS Kalendis Novembris (quod Græca & Latina exemplaria habent, 5. Kalendas Novembris hanc actionem celebratam fuisse, mendosum est) die nimirum sequente, post actionem decimam quintam, ad instantiam legatorum pontificiorum, omnes episcopi cum judicibus cognitoribus convenerunt. Quibus præsentibus legati pontificis dixerunt: *Hesterno die postquam potestas vestra surrexit, & humilitas nostra vestigia secuta est, quædam gesta facta dicuntur, quæ nos præter canones ecclesiasticos existimamus effecta. Poscimus ergo ut vestra magnificentia relegi hæc præcipiat, ut omnis fraternitas inspiciat, utrum justa an injusta sunt ea quæ gesta sunt.* Mandato igitur judicis decretum præcedentis diei prælectum fuit. Quod cum legati sedis apostolicæ Nicæno canoni sexto contrarium, Anatolius vero cum suis, Constantinopolitani primi quarto canoni idem conveniens esse asseruissent, judicibus Constantinopolitanæ ecclesiæ faventibus, itum est in sententiam Anatolii. Legati contradixerunt, suamque interpositam hac de re protestationem ad acta referri postularunt. His omnibus absolutis, sancta synodus novissimo loco synodicam epistolam ad Leonem pontificem perscripsit, petens ab eo cuncta rata haberi & confirmari, quæ in concilio gesta fuerunt. Quid vero ad synodum pontifex rescripserit, quas actiones probarit, quasve improbarit, diximus supra verbo *approbatum*, & in notis epist. 55. & aliarum sancti Leonis supra tom. III.

Marciano & Adelpho consulibus. Hæc ex initio actorum concilii narrantur his verbis: *In nomine domini nostri Iesu Christi, consulatu piissimi Marciani, sub die octavo idus Octobris, indictione quarta.* Idem consulatus Marciani in singularum fere actionum principio reperitur. In fastis emendatioribus annus Christi 451. Leonis duodecimus, Valentiniani vigesimus septimus, & Marciani secundus, cum prædicto consulatu coincidunt. Consulatus igitur Valentiniani septimus, & Avieni, cum æra 488. errore librariorum in titulum actionis primæ irrepserunt. Istis ergo deletis substituantur ea quæ de tempore hujus concilii habet inscriptio, in principio præambularium epistolarum collocata.

A NOTAE IN EPISTOLAS PRAEAMBULARES.

ANNO CHRISTI 451.

Argumentum epistolæ a Petro Ravennate ad Eutychetem scriptæ.

a *Epistola Petri Ravennatis ad Eutychetem.*] Responsoria est epistola rescripta ad illam Eutychetis, qua ante initium conciliabuli Ephesini perditissimus hominum conatus est omnes occidentales episcopos contra Flavianum concitare & impellere. Restituto ejus errore, monet, ut encyclicæ illi Leonis epistolæ decimæ de incarnatione Verbi divini scriptæ, tamquam oraculo Spiritus sancti, plane acquiescat. Scriptorem epistolæ Petrum Chrysologum hoc vel sequente anno, secunda die Decembris, ut produnt tabulæ ecclesiasticæ, ex hac vita migrasse, constat ex epistola Leonis 37. quam anno domini 451. sub consulatu Marciani ad ejus successorem Leonem scripsit.

Tempus & occasio epistolæ Hilari diaconi.

b *Epistola Hilari diaconi.*] Hilarus sanctæ Romæ ecclesiæ diaconus, & magni Leonis pontificis legatus, hanc epistolam de rebus in pseudosynodo Ephesina gestis scripsit ad Pulcheriam Augustam anno domini 449. paulo post quam fuga elapsus, per invia loca, perque multa pericula Romam venisset. B Dioscorus magno conatu laborabat, ut Hilarum ad subscribendum sententiæ injustæ contra Flavianum prolatæ induceret; cum verbis illud efficere non posset, vi adhibita eum vel saltem retinere tentavit, ne pontifici Romano res a se tyrannice gestas nuntiaret. Cognitis insidiis Dioscori, Hilarus ne caperetur per invia & periculosa loca fugit, votisque Deo per sanctum Ioannem euangelistam nuncupatis, liberationem expetivit & impetravit. Factus post obitum sancti Leonis Romanus pontifex, memor beneficii accepti & voti nuncupati, ædiculam erexit Romæ in baptisterio Constantini, ornavitque eam musivo opere: in cujus superliminari beneficium ab eo acceptum voluit posteris omnibus reddi testatum, his verbis:

LIBERATORI SUO, BEATO IOANNI EVANGELISTAE; HILARUS EPISCOPUS FAMULUS CHRISTI.

Egregium sane antiquitatis monumentum, quo sceleratorum hæreticorum grassatio in latrocinio Ephesino adversus catholicæ fidei defensores paucis notis describitur, & nota redditur. C Ex adversa parte ejusdem baptisterii, alteram etiam ædiculam sancti Ioannis baptistæ erexit, quæ hactenus a piis hominibus magno studio frequentatur: in cujus superliminari hæc leguntur.

HILARUS EPISCOPUS SANCTAE PLEBI DEI.

In ipsis autem ejusdem ædiculæ vel sacelli portis æneis habentur æri deargentato insculpta verba hæc:

IN HONOREM BEATI IOANNIS BAPTISTAE, HILARUS EPISCOPUS DEI FAMULUS OFFERT.

De fuga Hilari, plura vide apud sanctum Leonem epistola vigesima quinta ad Theodosium, & vigesima sexta ad Pulcheriam scripta. De oratoriis & sacellis, vide quæ dicturi sumus infra in notis ad vitam ejusdem Hilari ex Anastasio bibliothecario desumptam, & Baronium an. 449. num. 99. & 100.

Tempus & occasio sacrarum imper.

c *Sacræ literæ.*] Has literas Valentinianus Eudoxiæ conjux, & Galla Placidia mater Valentiniani, ad imperatorem Theodosium in oriente degentem scripserunt D eo tempore, quo sanctus Leo pontifex habito Romæ concilio, Ephesinum conciliabulum reprobavit circa initium Octobris anni 449. Accidit enim opportune admodum, ut prædictus imperator Valentinianus cum Augusta matre & uxore ad sacra apostolorum limina pie frequentanda venerit illo tempore, quo supra nominatum concilium habebatur. Cum audissent ea quæ Ephesi per tyrannidem gesta fuerant, exhorruerunt, & ad immane facinus destruendum, singuli singulas literas ad Theodosium in orientem miserunt.

Explicatur locus epist.

d *Post venerabilem noctem diei apostoli, &c.*] Quæ ista nox sit, merito dubitatur. De natali die apostoli Petri, qui ubique & semper vigesima nona Iulii celebrari consuevit, hæc intelligi nequeunt, quoniam eo tempore pseudosynodus Ephesina nondum celebrata fuit. Opinor hæc dicta fuisse de die dedicationis ejusdem basilicæ, quæ solita est celebrari decimo nono E Novembris, ad quam omnes episcopi, qui synodo Romanæ interfuerunt, detenti sunt, ideo, ut responsum Theodosii expectarent: vel etiam, ut in concilio generali in Italia fortasse cogendo, facile & cito præsentes esse possent.

Hac epistola de convocanda synodo actum est apud pontificem.

e *Epistola Marciani.*] His literis piissimus imperator de œcumenica synodo celebranda cum pontifice tractare cœpit. Sciens enim non aliter, quam cum auctoritate Romani pontificis œcumenicas synodos convocari debere, per literas ejus consensum impetravit; & paulo post hisce sacris ad omnes episcopos transmissis, primo Nicæam, & paulo post propter barbarorum incursiones,

ANNO CHRISTI 451.

Epiſtola Pulcheriæ cur ſcripta

Calchedonenſem eoſdem convocavit. Vide quæ diximus ſupra in verbo *concilium*.

f *Intentio noſtra tranquillitatis eſt.*] Cum promulgatum eſſet ab imperatore Marciano edictum de univerſali concilio Nicææ celebrando, turbas, contentiones atque tumultus in populo excitari contigit. Quæ cum imperator ſub pœna capitis prohibuiſſet, accidebat quod plures monachi, clerici & laici diverſorum favoribus in diverſa commoti, Nicæam ſe conferrent, atque adeo metum ſeditionis novæ Auguſtis imperatoribus incuterent. Ad hoc periculum tumultus auferendum, ſancta Pulcheria Auguſta has literas ad Strategium conſularem Bithyniæ dedit, mandans illi, ut omnes omnino iſthic non vocatos ab aditu urbis & concilii repellat.

NOTAE *actionis* I.

g *Ex læva quidem parte ſedentibus.*] De ratione conſeſſus ſynodalis, vide quæ diximus ſupra verbo *Calchedonenſe*, & in notis concilii Nicæni, verbo *Nicænum*.

h *Antepoſitis in medio ſacroſanctis & venerabilibus euangeliis.*] Qua de cauſa in medio conſeſſus ſacroſancti euangelii codex in throno eminentiori collocatus fuerit, allegatis locis dixi.

i *Quibus in Græco interpretatis.*] Quare Paſchaſinus Latine, non Græce locutus fuerit in concilio Græcorum, dicemus infra verbis, *interpretante eum Florentio*, &c.

Sine auctoritate Romani pontificis non licet œcumenicum concilium convocare.

k *Synodum auſus eſt facere ſine auctoritate apoſtolica, quod nunquam licuit.*] Confirmantur his verbis ea quæ ſupra frequenter dixi, ſoli Romano pontifici convenire œcumenica concilia ſua auctoritate indicere, iiſque per ſe vel per legatos ſuos intereſſe. Vide notas ad epiſt. Marcell. tom. I. concil.

l *Datum tertio Kal. Aprilis, Zenone & Poſtumiano viris clariſſimis conſulibus.*] Hoc reſcriptum Theodoſii pro ſynodo Epheſina cogenda ad Dioſcorum miſſum, in nota conſulari & temporis depravatum eſſe, nemo non videt. Quia ultima ſynodi Conſtantinopolitanæ II. actio in cauſa Eutycheris habita fuit 27. Aprilis, Aſterio & Protogene conſulibus, ut conſtat ſupra ex notis ejuſdem concilii. Et poſt hanc ſynodalem actionem ab imperatore hoc reſcriptum eſt promulgatum. Cum igitur Zenonem & Poſtumianum ſuperiore anno, nimirum 448. conſulatum geſſiſſe certum ſit, quid commune eſt illis cum rebus 449. anni? Reſtituendum eſt ergo, *tertio Kal. Maias, Aſterio & Protogene conſulibus*. Vide Baron. anno 449. n. 25. epiſtolæ quæ ſequuntur, ad acta pſeudoſynodi Epheſinæ ſpectant. De quibus, præter ea quæ ſupra diximus in notis ejudem conciliabuli, nihil dicam.

Error notæ conſularis.

Lectio concilii emendatur.

m *Tempore Zenonis & Poſtumiani, &c. indictione* 3.] Hæc verba depravata, atque hoc modo corrigenda eſſe, *Poſt conſulatum Zenonis & Poſtumiani, &c. indictione ſecunda*, ſupra probavimus in notis conciliabuli Epheſini.

Textus concilii emendatur.

Cur Iulianus Græce doctiſſimus in concilio Græcorum Latine locutus fuerit.

n *Interpretante eum Florentio epiſcopo Lydiæ.*] Iulianus Coenſis epiſcopus & legatus ſedis apoſtolicæ, Græcæ linguæ peritiſſimus fuit. Voluit enim ſanctus Leo epiſtolam ſuam de incarnatione Verbi ad Flavianum ſcriptam ab eo in Græcum ſermonem transferri. Accedit quod ejuſdem pontificis rogatu ac juſſu, ut patet ex epiſt. Leonis 56. acta Calchedonenſis concilii Latine tranſtulerit. Factum eſt igitur non ob inſcitiam & ignorantiam Græcæ linguæ, ſed potius ob majeſtatem Latinæ linguæ, excellentiamque Romanæ eccleſiæ, quod legati pontificii etiam apud Græcos Latine loqui conſueverint. Vide quæ hac de re notavimus in epiſtolam Leonis 56.

o *Conſulibus Flavio Zenone*, &c.] Hoc loco qui eſt p. 149. E c. 1. incipiunt enarrari acta concilii Conſtantinopolitani I. de quibus vide quæ dixi ſupra in notis ejuſdem concilii, tom. III. concil. ſub Leone.

Triſagion cur hic decantatum.

p. *Sanctus Deus, ſanctus fortis*, &c.] Magna ſane Dei providentia factum eſſe videtur, ut cum Eutyches in ſecreto cubiculo, & penetralibus monaſterii, adverſus divinitatem pugnaturus, ſuper incudem obduratæ perfidiæ fulmina blaſphemiæ fabricaret, quibus ipſa divinitas, ſi poſſet, labefactanda foret, unam naturam in Chriſto paſſam atque mortuam eſſe, &c. prædicaret; magna, inquam, Dei benignitas eſt & providentia, quod adverſus novum hunc ducem hagiomachorum non fulgur intorſerit, ſed canticum dumtaxat prævararit, quo divinitatis immortalitas ubique gentium prædicaretur, & per ipſum offenſi numinis imploratio conciliaretur. Quod qua ratione, quove tempore acciderit, ex antiquo menologio Græcorum annuatim publice in eccleſia legitur & recitatur his verbis. *Die vigeſima quarta Septembris, imperante Theodoſio*, anno imperii illius 39. qui erat Chriſti 446. *terra motus factus eſt magnus, & talis, qualis nunquam antea factus fuiſſe commemoratur. Quo factum eſt, ut totus populus una cum imperatore & patriarcha exierit extra urbem in locum qui dicitur Campus; propterea quod ſine ceſſatione aliqua erat illa terrarum commotio. Cum igitur imperator ipſe Theodoſius & Proclus patriarcha, & totus populus litaniis & ſupplicationibus divinam opem implorarent, repente puerulus quidam de media turba in aerem raptus eſt. Omnibus autem præ timore clamantibus, Kyrie eleeſon, deſcendit puer, & voce magna populum compellans, petit, ut triſagion in hunc modum decantaret: Sanctus Deus, ſanctus fortis, ſanctus & immortalis, miſerere nobis. Quæ cum dixiſſet, animam Deo reddidit, & terræ motus quievit.* Ita Deus optimus maximus, antequam inſtaret prælium, arma præparavit: antequam venenum in præcordia irreperet, medicamenta confecit, atque ante venturam famem horrea frumento replevit. Vide quæ dicturi ſumus infra in notis epiſtolarum Felicis papæ III.

Quando & qua occaſione inſtitutum.

q *Finis primæ cognitionis.*] Chronologia Chriſti & indictionis hic addita, vitioſa eſt. quomodo emendanda ſit, ex iis quæ ſupra dicta ſunt, patet.

NOTAE *actionis* II.

r *Expoſitio fidei concilii in Nicæa.*] Hanc formulam fidei, a quo & in quem finem edita fuerit tempore Nicæni concilii, dixi ſupra in notis concilii Nicæni, verbis, *contra hæreſes Arianorum*, litera g. notatis.

ſ *Conſulatu Paulini & Iuliani.*] Obſervandum eſt, quod hæc deſcriptio, qua die & conſule Alexandrino, tempus exactiſſime deſcribitur, nequaquam ipſi confeſſioni & formulæ Nicænæ fidei, ſed tantum œcumenicæ ſynodo præfixa fuerit. Nam hæreticorum tantum conſuetudo erat (teſte Athanaſio de ſynodis) edere profeſſionem fidei chronologia temporum & conſulum conſignatam. Vide notas concilii Nicæni verbis iiſdem.

t *Symbolum ſynodi Conſtantinopolitanæ.*] A quo hoc ſymbolum conſcriptum, quomodo alias nominatum fuerit, quando apud Latinos hæc particula, Filioque, addita & recepta ſit, dixi in notis concilii Conſtantinopolitani primi œcumenici, verbo *credimus*; & in notis concilii Toletani primi, verbo *regula fidei*.

NOTAE *actionis* III.

u *Vniverſali archiepiſcopo & patriarchæ magnæ Romæ Leoni.*] In omnibus his libellis Leo pontifex Romanus, univerſalis patriarcha nominatur; & in titulo eorumdem libellorum ſancto univerſali concilio anteponitur. Quibus cum patres concilii non modo non contradixerint, verum etiam in ſua epiſtola ad Leonem ſcripta, eumdem patrem ſuum & caput appellarint, dubium non eſt, quin illum univerſæ eccleſiæ primatem, omnique concilio majorem & ſuperiorem eſſe cognoverint. Verum igitur eſt quod epiſtola trigeſima ad Eulogium Alexandrinum ſcribit ſanctus Gregorius, per ſanctam Calchedonenſem ſynodum pontifici ſedis apoſtolicæ hoc univerſitatis nomen oblatum eſſe. Quod autem ſubjungit, a nullo ſuorum anteceſſorum uſurpatum fuiſſe, ita intelligi debet, quod nemo Romanus pontifex eo titulo ex ſolenni ritu ſemper & in omnibus inſcriptionibus uſus ſit. Conſtat enim quod non modo ſanctus Leo epiſtola 54. ad Marcianum, verum etiam Sixtus I. & Zephyrinus ſe univerſales epiſcoporum epiſcopos & pontifices maximos appellarint. Vide notas epiſtolæ 2. Sixti, verbo *univerſalis*, & in vitam Zephyrini, verbo *Zephyrinus*. Item notas epiſtolæ 54. ſancti Leonis, & quæ dicemus infra in notis epiſtolæ ſynodi concilii hujus, poſt actionem 16.

x *Neque terribile & incruentum ſacrificium celebratum eſt.*] Conqueritur hoc loco Iſchyrion diaconus, quod Dioſcorus triticum illud, quod imperator Libyæ eccleſiis, tritico ob nimiam provinciæ ariditatem carentibus, dare ſolebat, ad conficiendam ſacram euchariſtiam & ſolatium peregrinorum, ipſe ſuſtulerit, adeo ut eam ob cauſam in Libya diu non fuerit oblatum incruentum miſſæ ſacrificium. Ex quo cum firmiſſimum contra hæreticos noſtri temporis argumentum pro ſacrificio miſſæ, ejuſdemque ritibus colligatur, placuit hunc locum hac ſingulari nota depingere.

y *Vt neque incenſum ex oblatione illius Deo offerretur.*] Vides hic veterem uſum, quo pii defunctorum memoriam proſequebantur: quod, niſi ſancte pieque ſoleret in univerſa eccleſia catholica frequentari, nequaquam coram œcumenica ſynodo Dioſcoro id crimini datum fuiſſet.

z *Edictum ſive leges ſanctæ Marciani.*] Hujus edicti, quo ſancitur, ne cui amplius liceat de fide diſſerere, vitioſa & doloſe corrupta eſt inſcriptio. Primo enim non potuit imperator vix trium annorum, fuiſſe vigeſimæ ſeptimæ tribunitiæ poteſtatis, quæ non niſi cum imperio impertiri ſolita fuerit. Secundo non potuit, neque debuit inſcribi pontifex, cum is titulus in Gratiano defecerit. Hæc & plura ſi conſtarent ſibi, poſſent tituli ex ſubjugatis populis defendi. Accidit enim non ſemel quod heredes imperii iiſdem uterentur inſignibus titulorum, quibus prædeceſſores condecorati fuerant.

a *Actio*

a *Actio* IV.] Ante hanc actionem quartam in Græco codice ponitur actio ſynodalis de archimandritis Eutychianis, a præcedentibus & ſubſequentibus actionibus diſtincta. Verum quod ad res archimandritarum in concilio geſtas ſpectat, putarem magis Latinis exemplaribus quam Græcis in his deferendum eſſe; quia probabile non eſt, archimandritas hæreticos auditos eſſe, antequam lapſorum epiſcoporum cauſa pertractaretur. Ita verius eſſe puto, quod poſt abſolutionem epiſcoporum, archimandritarum cauſa, prout habent Latina exemplaria, in judicium deducta fuerit.

b *De clericis & monachis.*] Vide quæ diximus ſupra in notis concilii Antiocheni I. ſub Iulio, ad canonem 5.

c *Actio* V.] Verius actio ſeptima: quia Græcum exemplar amplius quam Latinum, habet ſeſſionem quintam decimo tertio Kalendas Novembris celebratam, duaſque actiones continentem. In quarum priore de Caroſo & Dorotheo quid geſtum fuerit, ſupra dixi. In poſteriore controverſia illa, quam de jure metropolis Photius Tyri & Euſtathius Beryti antiſtites moverunt, deciſa eſt eo ordine, quo ſupra dixi. Illam quintam, hanc ſextam actionem nominare poteris.

d *Definitio Calchedonenſis*, &c.] Hæc omnia, *alia definitio Calchedonenſis ſynodi, ſimiliter ſub quadruplici editione*, &c. quæ tamquam titulus & argumentum alterius cujuſdam definitionis præfiguntur definitioni fidei, deleantur & expungantur: quia una tantum definitio fidei in concilio edita fuit. Quamobrem in Latina editione, quod factum eſt in Græco codice, hæc verba, *ſufficeret quidem*, &c. uſque ad finem, cum præcedentibus ſine ulla interpoſitione tituli vel alterius argumenti continuanda ſunt. Doleo hæc a typographis in hac editione " noſtra non eſſe emendata.

e *Actio* VI.] Hæc actio ſeptima in ſeſſiones celebrata fuit. Cum igitur ex præcedentibus conſtet, duas actiones habitas fuiſſe ſeſſione quinta, neceſſario concedendum hanc actionem ordine octavam eſſe.

NOTÆ *actionis* VII.

f *Actio* VII.] Verius actio nona, ut ex præcedentibus conſtat. Celebrata eſt autem hæc actio 7. Kalend. Novemb. cum duabus aliis infra ſequentibus, ſeſſione octava, ut videre eſt in Græco codice, & apud Liberatum diaconum. Quod igitur initio hujus actionis dicitur, 4. Kalend. Nov. hanc actionem habitam fuiſſe, mendoſum eſt.

NOTAE *actionis* VIII.

g *Actio* VIII.] Verius decima. Tres enim actiones ſupradictæ celebratæ ſunt uno die, unaque ſeſſione, quæ in Græco codice octava, & apud Liberatum ſeptima eſt, ideo quod Liberatus unum illud ſecretarium, ſupra ex Græcis exemplaribus reſtitutum, prætererit. Illud igitur, quod hic principio dicitur, *Sub die* 8. *Kalend. Novemb.* mendoſum eſt, debetque pro *octavo* poni *ſeptimo Kalend. Novembris.*

h *Actio* IX] Hac actione cœpta eſt cauſa Ibæ epiſcopi Edeſſeni, quam verius undecimam quam nonam actionem nominaveris, ex cauſis ſupradictis.

i *Poſt conſulatum Flavii Zenonis*, &c] Hæc verba mendoſa eſſe, & ſic corrigenda, *Sub conſulatu Flavii Zenonis & Poſtumiani*, non tantum ex actis concilii illius, quod in cauſa Ibæ habitum eſt Tyri, verum etiam ex principio actorum Berytenſis concilii colligitur pag. 109. quo loco ſub conſulatu Zenonis & Poſtumiani dicitur habitum fuiſſe judicium Beryti in eadem cauſa, ob quam menſe Maio ejuſdem anni Tyri aliquot epiſcopi prius convenerant. Vide notas concilii Tyrii ſub Leone.

k *Actio* X.] Verius [illegible]I. ut ex prædictis manifeſte liquet. De rebus hac actione geſtis, atque de Ibæ epiſcopi abſolutione & epiſtola vide quæ diximus ſupra in notis concilii Berytenſis ſub Leone: Item ſupra, verbo *approbatum*, in prœmialibus notis hujus concilii.

l *Indictione ſecunda.*] Mendoſum eſt, corrige: *Indictione prima.* Nam ex principio actorum concilii in cauſa Ibæ, Tyri habiti, quæ extant ſupra " pag. 107. conſtat quod conſulatus Zenonis & Poſtumiani, annus domini 448. & indictio prima inciderint in eumdem annum: ſicut etiam coincidunt in annum 451. conſulatus Marciani & Adelphii, & indictio quarta. Vide quæ notavimus ſupra in notis concilii Berytenſis ſub Leone.

Quæ de actione ſecunda hujus ſeſſionis nonæ hoc loco dicenda erant, dicta ſunt ſupra in notis actionis 7.

m *Actio de Domno Antiocheno.*] Hæc actio celebrata fuit ſeſſione nona, ſexto Kalend. Novembris, poſtquam cauſa Ibæ Edeſſeni epiſcopi abſoluta fuiſſet. Hæc actio in Græco exemplari deſideratur, eamque tempore Iuſtiniani imperatoris in vulgato codice Græco non extitiſſe, ſupra diximus *ſeſſione nona*. Sub nona actione reponitur, teſte Baronio ' in quodam vetere manuſcripto codice Vaticano. Sed dicenda potius ſeſſio, quam actio nona. Actionum enim numerus ſeſſionum numerum excedit: quia, quod ſupra frequenter diximus, interdum ſub una ſeſſione plures actiones habitæ fuerunt. Poteſt nominari & inſcribi actio XIII. Quia ſept. Kalend. Novembres, nona actione de cauſa Antiocheni & Hieroſolymitani epiſcoporum actum eſt. Decima, de Theodoreto Cyri epiſcopo. Vndecima, Ibæ Edeſſeni controverſia eſt inchoata: & duodecima tandem actione, 6. Kalend. Novembres abſoluta.

n *Actio* XI.] Hæc actio habita eſt ſeſſione decima, quæ vero rerum ordine obſervato, eſt actio XIV. Quid in ea geſtum fuerit, ſupra dixi.

o *Relegit regulam nonageſimam quintam.*] De ſequentibus duobus canonibus vide quæ notavimus ſupra in concilio Antiocheno I. ſub Iulio ' canone 5. 16. & 17.

p *Actio* XIII.] Verius XV. ſi ad ea quæ ſupra dicta ſunt, attendas.

q *Actio* XIV.] Verius XVI. De rebus in hac actione geſtis conſule ea quæ ſupra dixi ſeſſione 12.

r *Actio* XV. *canones ſynodi complectens.*] Hæc actio ſynodica non eſt, utpote quæ legatis pontificiis, aliiſque orthodoxis epiſcopis abſentibus, poſt abitum judicum cognitorum, ad inſtantiam Anatolii Conſtantinopolitani, hominis ambitioſi, ab orientalibus dumtaxat doloſe & clandeſtine remanentibus celebrata fuit. Canones omnes abſentibus legatis conſtitutos fuiſſe, teſtatur Liberatus in breviario cap. 12. Eoſdem a ſancto Leone improbatos fuiſſe, ſupra dixi verbo *approbatum*. Qui a Romanis pontificibus renovati, vel in aliis approbatis conciliis editi ſunt, robur & auctoritatem habent. Bellarm. lib. 2. de Rom. pontificibus cap. 22.

De tutela dativa.

ſ *Præter pupillorum (ſi forte leges apponant) inexcuſabilem curam.*] An ſi epiſcopus dativam tutelam alicui clerico imponat, contra ſtatutum Africani concilii I. ſub Stephano celebrati, agat, diximus ſupra tom. 1. in notis prædicti concilii Africani.

Can. 4.

t *Competenter honorentur.*] Quis honor epiſcopis, quiſve presbyteris competat, diximus in notis concilii Nicæni I.

Can. 5.

u *De his qui tranſmigrant*, &c.] Vide quæ diximus ſupra in notis concilii Sardicenſis can 3.

Can. 6.

x *Nullum abſolute ordinari.*] Neminem ſine titulo ordinari debere, jam diu in eccleſia obſervatum & conſtitutum fuit, ut patet ex iis quæ ſupra in notis ad vitam Euariſti dixi, &c. Novum ergo non eſt, quod hic ea de re conſtituitur.

Can. 9.

y *Primatem diœceſeos.*] Id eſt, epiſcopum Romanum. nam Græca vox hujus canonis ἔξαρχος non proprie primatem, ſed principem ſignificat. Solus vero Romanus pontifex eſt princeps Chriſtianæ diœceſeos. His verbis igitur lex conſtituitur, ut ſi quis cum metropolitano aliquo controverſiam habeat, non alibi eum convenire poſſit aut debeat, quam apud principem diœceſeos, Romanum ſcilicet pontificem.

An Conſtantinopolitana ſedes Romanæ æquata fuerit.

z *Aut ſedem urbis Conſtantinopolitanæ*] Hæc non mandantis, ſed permittentis concilii verba ſunt, adeo ut horum auctoritate clericis vel epiſcopis prope Conſtantinopolim habitantibus conceſſum fuerit, ſuas cauſas coram antiſtite Conſtantinopolitano proponere, ibique totius controverſiæ deciſionem expectare. Ita hunc canonem Nicolaus I. in epiſtola ad Michaelem imperatorem interpretatur. Eamdem expoſitionem, rejecta ſententia Archidiaconi & Ioannis de Turrecremata, ſequitur & approbat Bellar. lib. 2. de Romanis pontificibus cap. 22. ubi contra Nilum Theſſalonicenſem quondam epiſcopum doctiſſime primatum Romanæ eccleſiæ defendens, oſtendit, nequaquam ex hoc loco probari, quod auctoritate hujus concilii Conſtantinopolitana ſedes, quoad dignitatem patriarchalem, ſedi Romanæ adæquata fuerit. Etiamſi enim (quod verum non eſt) concederemus, quod juxta hunc & can. 17. omnis clericus totius orbis injuriam a ſuo metropolitano ſibi illatam apud Conſtantinopolitanam ſedem denuntiare poſſit, quodque ipſi Conſtantinopolitano quaſlibet cauſas judicare liceat: non tamen inde recte probaretur, eumdem Romano pontifici parem eſſe. Nam ex vi horum canonum, ſolum eos judicare poteſt Conſtantinopolitanus, qui ſe a ſuo metropolitano læſos eſſe arbitrantur: at Romanus pontifex eos quoque judicare poteſt, qui vel ab ipſis patriarchis, vel ab epiſcoporum conciliis etiam maximis & frequentiſſimis læſi fuerunt. Quod Cæciliani, Athanaſii, Chryſoſtomi, Pauli, Flaviani, Theodoreti, aliorumque plurium exempla declarant. Iuxta canones Sardicenſes a ſententia cujuſvis metropolitani ad Romanam ſedem appellare licet: atque ita penes Romanum pontificem ultimum judicium ſemper remanet. Vnde etiamſi Conſtantinopolitanus quaſlibet cauſas ex toto terrarum orbe judicare poſſet,

non

ANNO CHRISTI 451.

non tamen apoſtolicæ ſedis anitſtiti exæquaretur. Vide Bellar. prædicto loco.

Can. II. Epiſtolæ pacificæ quæ.

a *Paſificis tantummodo.*] Quæ dicantur literæ pacificæ, quæ commendatitiæ, ſupra in notis ad vitam & epiſtolam Sixti I. & in notis can. 25. concilii Eliberitini, item alibi diximus.

Can. 15.

b *Diaconiſſam non ordinandam.*] De diaconiſſa ejuſve officio egimus ſupra in notis concilii II. Hieroſolymitani, & Laodiceni, &c.

Can. 20.

c *Clericos.*] Qua ratione vel occaſione tranſmutatio epiſcopatuum prohibita vel conceſſa ſit, diximus ſupra in notis conciliorum Nicæni & Sardicenſis.

Can. 27. Canon de primatu Conſtantinopolitano redarguitu.

d *Sanctorum patrum decreta.*] Hic eſt ille canon clandeſtinus & ſubreptitius, quem Anatolius cum reliquis orientalibus ad primatum ſuæ eccleſiæ comparandum, legatis abſentibus & contradicentibus, conſtitui atque decerni procuravit; quemque ſanctus Leo pontifex pluribus epiſtolis damnavit & reprobavit, non tantum ideo quod citra auctoritatem Romani pontificis editus, illegitime conſtitutus fuerit, verum etiam quod duo aliaque plura manifeſto falſa mendacia contineat. Quod in eo refertur, a patribus Nicænis Romano pontifici primatum eſſe attributum, quaſi eum ante non habuerit, falſum eſt. Nam ut alia ſcripturæ, patrum & conciliorum teſtimonia omittam, ex ipſo initio ſexti canonis Nicæni manifeſto conſtat, quod ipſa Romana eccleſia non a conciliis vel Chriſtianis imperatoribus, ſed a Chriſto domino ſalvatore noſtro primatum obtinuerit. Ita enim exorditur ſextus canon concilii Nicæni: *Eccleſia Romana ſemper habuit primatum.* Quomodo itaque cum a patribus Nicæni concilii accepiſſe potuit? Alterum quod falſo aſſeruut, ideo nimirum Romanæ eccleſiæ primatum eſſe conceſſum, quia Roma eſt ſedes imperii, ſanctus Leo epiſt 52. ad Marcian. & ſanctus Gelaſius epiſt. ad epiſcopos Dardaniæ, diſertis verbis refellunt. Inter alias hanc rationem habet ſanctus Gelaſius: Mediolanum, Ravenna, Sirmium, Treveri, & Nicomedia, multis temporibus ſedes imperii fuerunt. Quibus cum nihil plus juris, dignitatis & prærogativæ eccleſiæ ea de cauſa conceſſum fuerit, non immerito mendacii arguuntur, qui dicunt prædicta de cauſa Romanam urbem ad faſtigium apoſtolici muneris evectam eſſe. De canone concilii Conſtantinopolitani vide quæ ibi notavimus. Item quæ ſcripſi ſupra in notis ſexti canonis Nicæni. Hunc canonem cum duobus ſequentibus tamquam appendicem habet Theodorus Balſamon ex nomocanone Photii.

Can. 30. Cur electionem Alexandrini epiſc. diſtulerint.

e *Quoniam religioſiſſimi Ægypti epiſcopi.*] Cum editus canon 28. de primatu Conſtantinopolitanæ ſedis verteretur in præjudicium eccleſiæ Alexandrinæ, Alexandrini epiſcopi electionem per ſummam calliditatem poſt ſynodum diſtulerunt, ne ſi præſens eſſet, conatibus Anatolii reſtitiſſet: & ne præſentes Ægyptii epiſcopi reclamarent, abſentes eſſe voluerunt, eo prætextu, quod ipſis abſque epiſcopo Alexandrino ſynodicis decretis ſubſcribere non liceret. Et ne ſchiſmatici haberentur Ægyptii, per hunc canonem declararunt ſine præjudicio ſchiſmatis ipſorum ſubſcriptionem expectandam fore. Hæc Baron. anno 452. num. 143.

Act. 16. Lectio cōcilii emendatur.

f *Quinto Kalendas Novembris*] Hæc verba mendoſa ſunt. Nam tam in Græco, quam in Latino codice actio hæc, ut patet ex Lucentii epiſcopi verbis, celebrata eſt ipſis Kalendis Novembris. Ita enim ait Lucentius ſedis apoſtolicæ legatus: *Heſterno die, poſtquam poteſtas veſtra ſurrexit, & humilitas noſtra veſtigia veſtra ſecuta eſt, quædam geſta facta dicuntur, quæ nos & præter canones eccleſiaſticos: & diſciplinam æſtimamus effecta*, &c. Quod cum pridie Kalendas Novembris acciderit, ut videre eſt in principio actionis 14. patet hæc verba ſic eſſe emendanda. *Ipſis Kalendis Novembris in Calchedone*, &c.

g *Quod eccleſia Romana ſemper habuit primatum*, &c.] Vide notas canonis ſexti ſupra in Nicæno concilio.

h *Epiſcopatum tamen Conſtantinopolitanum.*] Vide notas can. 5, ſupra in primo Conſtantinopolitano œcumenico, ſub Damaſo pontifice.

An titulus epiſtolæ ſit corruptus.

i *Relatio ſanctæ ſynodi Calchedonenſis ad beatum papam Leonem*, &c.] Cum ſancta ſynodus hac eadem epiſtola ſanctum Leonem caput univerſalis eccleſiæ eſſe profiteatur, nominetque eumdem patrem omnium epiſcoporum, titulum Alexandrinorum libellis inditum non increparit, neque ſuſtulerit, nullumque ſtudium prætermiſerit, quo ipſum primarium Chriſtianæ religionis antiſtitem proſequeretur, admodum veriſimile eſt, quod nomen œcumenici in titulo hujus epiſtolæ præfixum quidem fuerit, ſed librarii alicujus dolo hinc ſubductum ſit: maxime propterea, quia S. "Leo lib. 7. epiſt. 30. ad Eulogium Alexandrinum ſcribens, ait: *Veſtra ſanctitas novit, quod uni per ſanctam Calchedonenſem ſynodum pontifici ſedis apoſtolicæ (cui Deo diſponente deſervio) hoc univerſitatis nomen oblatum eſt*: nuſquam fortaſſe evidentius, quam in titulo & inſcriptione hujus ſynodalis epiſtolæ. Quomodo ſit intelligendum illud S. Gregorii, quo dicit, nullum prædeceſſorum ſuorum hunc titulum uſurpaſſe, ſupra ſemel atque iterum attigimus.

"Gregorius I.

k Hæc circa finem epiſtolæ in Latinis antiquis adjecta verba, *Scripſi pridie Kalend. Aprilis, feria tertia, indictione* 13. non ſunt epiſtolæ ſynodicæ, ſed librarii illius " qui eam exſcripſit. Sicut enim ex præcedentibus certiſſime conſtat, hanc ſynodum menſe Novembri abſolutam, non perveniſſe ad ſequentis anni 452. menſem Aprilem; ita multo certius eſt, nihil pertinere decimam tertiam indictionem ad Calchedonenſe concilium, quod indictione quarta celebratum eſſe, ipſa acta concilii demonſtrant. Quid quod epiſtola referat, Marcianum imperatorem idem exoptare, quod ſacroſancta ſynodus petebat, nimirum ut primatum urbi Conſtantinopolitanæ adjudicatum Leo pontifex confirmet? Quod ſi verum eſt, nequaquam defendi poteſt, ſynodicam hanc indictione 13. ſcriptam eſſe, cum octava indictione Marcianus imperator defunctus fuerit. Vide Baron. anno 451. numer. 46.

l *Exemplar epiſtolæ ſcriptæ ab imperatore Marciano Alexandrinis.*] Cum Proterius communibus votis epiſcoporum eorum qui concilio interfuerant, in locum Dioſcori eo modo quem refert Liberatus cap. 14. ſubrogatus fuiſſet, maxima ſeditio in populo cum multorum cæde & incendio excitata fuit, ut videre eſt apud Euagrium lib. 2. cap. 5. Quam ſeditionem ut Marcianus princeps optimus & Chriſtianiſſimus coerceret, miſit ad eos Ioannem decurionem virum maxime pium atque diſertum, quem, quod laicus eſſet (catholicos enim omnes & epiſcopos averſabantur, adeo ut potius irritamentum fuiſſet ad iras, quam ad pacem conciliandam fomentum, ſi epiſcopum aliquem miſiſſet) de rebus in concilio geſtis libentius & facilius audirent. Dedit eidem epiſtolam hanc, qua eos conatus eſt ad manſuetudinem revocare, reddereque veritatis amplectendæ cupidos, atque concordiæ ſtudioſos; inſinuans illud in primis, nihil novi in concilio Calchedonenſi eſſe ſancitum, ſed omnia ſecundum Nicænæ fidei regulam, juxta Alexandrinorum epiſcoporum ſententiam, Athanaſii, Theophili atque Cyrilli, eſſe decreta: adeo quod huic ſynodo velle refragari, idem eſſet, quod ſuis ipſorum doctoribus adverſari.

Quid autem imperator hoc reſcripto effecerit, non liquet. Certum eſt illud, Alexandrinorum ſtudium in improbiſſimum & nequiſſimum Dioſcorum eo uſque invaluiſſe, ut divinos etiam honores cultumque religioſum (proh ſcelus) ei detulerint, vel ad hoc uſque tempus, quo anno 1594. ab eccleſia Alexandrina, univerſaque Ægypto ſolennis miſſa eſt legatio Romam ad Clementem VIII. Romanum pontificem, qua apoſtolicæ ſedis communionem, quam poſt damnatum Dioſcorum & emiſſam orthodoxæ fidei catholicæ profeſſionem expetebant, obtinuerunt.

m *Exemplar epiſtolæ Marciani ad archimandritas.*] Pſeudomonachi Eutychiani, in Palæſtina graviſſimis tumultibus excitatis, Iuvenalem epiſcopum Hieroſolymitanum paulo poſt Calchedonenſe concilium ejecerunt, & quemdam Theodoſium monachum (a quo teſte " Damaſo de hæreſ. Theodoſiani vocati ſunt,) hominem nefarium in epiſcopum aſciverunt, ut conſtat ex Euagrio lib. 2. c. 5. & Nicephoro lib. 15. c. 9. cujus opera cum poſt multas cædes & incendia concilii Calchedonenſis profeſſoribus illata, Eudociam Auguſtam Theodoſii imperatoris relictam viduam in ſuas pertraxiſſent, ſcriptis ad Pulcheriam literis, eam in hæreſim eamdem pellicere tentarunt; ſcientes talibus artibus, & ex præſidio feminarum Arianam aliaſve hæreſes toto orbe fecundiore germine propagatas eſſe. Ne videantur hæretici, profitentur ſe Eutychetem atque Neſtorium damnare & deteſtari. Has literas, quæ potius ſupplicem libellum præ ſe ferebant, cum accepiſſet Pulcheria, eas Marciano conjugi ſuo oſtendit. Ille vero cenſens non armis, ſed piis potius admonitionibus illos ab errore ad fidem catholicam revocandos eſſe, hanc epiſtolam manſuetudine & doctrina orthodoxa pleniſſimam ad eos ſcripſit. Adjunxit alias ejuſdem argumenti Pulcheria, quarum exordium eſt: *Preces equidem, quas ad noſtram*, &c. Verum quamdiu Theodoſius ille ſceleſtiſſimus monachus in ea regione permanſit, obdurata corda impiorum monachorum emolliri non potuerunt, ſed potius cum perditiſſimo homine in omnia mala conſpirarunt. Hiſce literis Auguſtorum laicos Hieroſolymitanos per Dei gratiam commotos, ex lapſis primum reſipuiſſe conſtat ex epiſtola ſanctæ Pulcheriæ, quam ad Baſſam abbatiſſam monaſterii quod erat Hieroſolymis, ſcripſit.

m Non

n *Non enim terrore aut violentia aliquos volumus trahere ad viam veritatis.*] Quod ait imperator se neminem invitum cogere ad fidem, intellige illo modo, quo ipsi hæretici in Palæstina faciebant, gladiis nimirum & tormentis injuste inflictis. Plura enim adversus hæreticos a Marciano data esse rescripta, patet supra ex actis concilii Calchedonensis, act. 3.

o *Opprobrium & irrisio scelestis paganis & hæreticis justissime constituti, quibus estis exemplum confusionis effecti.*] Nota & observa lector, hos pseudomonachos a paganis aliisve hæreticis derisos esse, ideo quod scelus hactenus intentatum audentes, in sanctam synodum, ipsumque sanctum Leonem Romanum pontificem anathema dixissent, aliosque ad idem agendum per tormenta impulissent. Quis non derideat novantes nostri sæculi hæresiarchas, majora, si possent, patraturos?

p *Exemplar epistolæ Leonis imperatoris.*] His omnibus epistolis sequentibus scribendis occasionem præbuerunt, partim pseudomonachi in Ægypto sacram synodum Calchedonensem respuentes, eamque de erroribus arguentes; partim plebs Alexandrina, quæ exordio imperii Leonis, anno nimirum domini 457. in cœna domini septimanæ sanctæ Proterium Dioscoro substitutum occidit, eique Timotheum Ælurum cædis auctorem, parricidam sacrilegum, hominemque, qualis depingitur in epist. Alexandrinorum ad Leonem scripta pag. 891. scelestissimum subrogarunt. Leo igitur imperator recens electus, accepta gratulatoria Leonis pontificis epistola 73. qua ad defensionem Calchedonensis concilii monebatur, nihil antiquius habuit, quam fidei orthodoxæ consulere, & quibus eam viribus confirmare atq; solidius stabilire valeret. Ad quod præstandum illud salubre concilium iniit, ut sanctionem amplissimam ederet, qua significaret se cōfirmare omnia a prædecessoribus imperatoribus adversus hæreticos promulgata decreta, atque in primis quæ pro firmitate Calchedonensis concilii haud pridem a Marciano Augusto sancita fuissent edicta. Adjecit postea, ut ad metropolitanos omnes orientales literas daret, quibus reliqui pariter admonerentur ecclesiarum minores episcopi, ut cujus essent fidei, redditis literis facerent manifestum: ex quo alterum de duobus efficeretur; ut vel in hunc modum omnium orthodoxorum calculo, iterum ipsorum confessione Calchedonense concilium firmaretur, & perinde ac præsentes in synodo, sua scriptione fidem catholicam communirent: vel saltem ex hoc, qui essent hæretici, palam fieret, detectique tum sententia episcoporum, tum etiam legibus imperatorum e gradu sedeque protinus ejicerentur. Hæc constant ex epistola Alexandrinorum, quam ad Leonem imperatorem transmiserunt, & ex illa encyclica imperatoris ad Anatolium Constantinopolitanum his de rebus scripta.

Hac occasione ipsi quoque hæretici ad Leonem imperatorem legatos literasque dederunt, quibus more hæreticorum profitentur se Nicænam fidem citra ullum additamentum credere, quibus Ephesinum conciliabulum sub Dioscoro celebratum venerantur, & Calchedonensem synodum rejiciunt.

° ** NOTAE GABR. ALBASPINEI EP. AVR.

AD CANON XI.

CONCILII CALCHEDONENSIS.

MVLTIPLEX hujusce canonis difficultas scaturit ex unico vocabulo ὑπόληψις, varii enim interpretes cum variam ei significationem assignent, utra sit verior non facile expedieris. Sustinendum ergo judicium est, nam quoquo te verteris, præsto est veterum interpretum authoritas, quæ in scriptis eorum venerabilis, in animis nostris sacra esse debet. Duæ sunt versiones Latinæ veteres quæ interpretantur τοῖς οὖσιν ἐν ὑπολήψει, personis honoratioribus. Antiquitas harum versionum magni ponderis esse debet, utpote quæ Zonaræ & Balsamonis & Mathæi Blastaris versiones longo intervallo antecedat, & si conjecturæ res sit, credendum ab hominibus linguæ Græcæ & vetustatis cognitionem callentibus proficisci, necnon concilii Calchedonensis proximis. Est & alia interpretatio ipsorum neotericorum Græcorum τοῖς οὖσιν ἐν ὑπολήψει personis suspectis ut Zonaræ, Balsamonis atque ut fertur Mathæi Blastaris. Qua in re in sustinendo judicio lectoris mira prudentia esse debet. Quis enim crederet viros tantos, natione Græcos; in politia ecclesiæ versatissimos in patria peregrinari, & vocabulum Græcum non intelligere? cum maxime ex Latinis Græca non fecerint, sed concilium ut erat Græce conscriptum, Græce sint interpretati. Zonaras in hunc canonem undecimum; *Commendatitia vero sunt quæ segregatis antea clericis, aut laicis, aut omnino ignotis hominibus in aliam urbem migrantibus duodecimi, aut trigesimi tertii canonis apostolici decreto tradi consuevere, quæ vel eos pœnis solutos, vel in numero fidelium habendos esse demonstrent: proindeque illos urbis ejus ad quem proficiscuntur episcopo commendant, atque conciliant. Accipiunt ii quoque commendatitias qui vocati in judicium; se a culpa immunes ostenderint; quibus & ei ad quem missi sunt episcopo commendentur, ex falsa delatione ipsorum innocentiam tentatam fuisse; testatum fiat.* Balsamo ibidem, *commendatoria scriptura dicuntur quæ dantur clericis, ab iis qui illos ordinarunt, dicuntur etiam & ea quæ dantur episcopis, vel clericis segregatis, & qui alioqui fuerunt in non bona existimatione.*

Cum hi duo interpretes de personis suspectis interpretati sint, occasionem dederunt consimilis interpretationis Herveto & Bernardino Ferrario qui librum scripsit de antiquo ecclesiasticarum epistolarum genere, cujus verba magnam partem ex Blastare qui nobis nunc ad manus non est, desumpta referam: *Omnino tres ob causas commendatitia tribuebantur. Primo peregrinationis quibuscumque clericis sive laicis, ut ejusmodi literis tanquam hospitalitatis tessera muniti, ubique terrarum ab æque catholicis benigne exciperentur hospitio. Deinde clericis ad eorum ordinationem comprobandam. Postremo ignotis hominibus aut suspectis, ut eos vel notos redderent, vel injuste accusatos crimineve solutos, vel pœnis tandem liberatos ostenderent.*

In hac varietate opinionum lectori fieri non potest satis, nisi aut a vera intelligentia literarum pacificarum & commendatitiarum, aut ab investigatione significationis hujus vocis ὑπόληψις, qua usi sunt authores proximiores concilio Calchedon. Ad primum quod attinet non tam facile percipi potest, quid fuerint commendatitiæ literæ; cui enim exploratus esset earum usus, nulla suboriretur difficultas in sensu hujusce canonis, nec in significatione ὑπολήψεως. Zonaras ad hunc canonem scribit tria hominum genera commendatitias accipere consuevisse. Tradebantur enim segregatis clericis, aut laicis in aliam urbem migrantibus; aut omnino ignotis hominibus, vocatis etiam in judicium si se culpa immunes probavissent: idem fere habet Balsamon.

Bernardinus Ferrarius tribus de causis dari solitas scribit, Cujacius Novel. 6. Zonaræ & Balsamoni astipulatur. Pluribus in locis commendatitiarum literarum fit mentio, non magna tamen lux affulget scire cupientibus, qua in re a pacificis, canonicis, communicatoriis, formatis, dimissoriis discreparent, aut quem usum haberent peculiarem. Plurimi siquidem canones statuunt clericos minime admittendos esse, aut peregrinari debere, sine commēdatitiis, can. 12. & 33. apost. 9. Sardic. 11. & 13. Calch. 28. Carth 3. can. 5. & 8 Agathen. can. 12 Turonico primo & 5. Anglic 2. Andegav. iisdē de causis alii canones statuunt etiam clericos accipere debere formatas, & sine illis vetant admitti, ut 28. Carth. 3 50. & 51. Meldensis, quadragesimus primus Laodicensis. Plurimi etiam canones præcipiunt clericis, ut accipiant ab episcopis suis, literas, ut quintus & septimus Carth neque addunt canonicas, formatas aut commendatitias: unde colligi posset nomine tenus differentiam constituisse: & in omnibus illis canonibus non facile deprehendes literas commendatitias datas fuisse presbyteris suspectis, aut criminum postulatis. Qui vero ita interpretantur, non tam canonum authoritate, quam ambiguitate hujus vocis ὑπόληψις, nituntur, quam forte perperam reddunt, & invita sententia: si enim hujusmodi literæ suspectis dabantur, cur nullibi earum fit mentio? Cur frequentius clericis quam laicis dabantur?

Scribit præterea Balsamon ad hunc canonem: qui volunt in aliis regionibus sacra celebrare, debent non solum commendatitias epistolas afferre; sed etiam pacificas, quod secus se habere videtur. Nam clerici numquam pacificas, aut communicatorias literas accipiebant, sed soli laici: Cum enim pacificæ, dimissoriæ non essent, sed tantum fidem facientes, qui eas reddebat, excommunicatum non esse, sed inter fideles recenseri, cui usui potuissent esse clericis? qui ut hospites exciperentur, & sacris altaribus admoverentur, qua illis transeundum esset, non solum docendum erat se esse in societate fidelium, verum etiam aliquo ordine & honore insignitos. Quapropter dimissoriis utebantur clerici, aut commendatitiis, quibus utrumque testatum foret.

Itaque qui communicatorias & pacificas a commendatitiis non discriminant, falli videntur. Pacificæ siquidem solum laicis dabantur peregrinantibus, ut ad communionem admitterentur & hospitalitatis jure gauderent.

ANNO CHRISTI 451.

Dimissoriæ autem solis dumtaxat clericis; ut facultatem haberent manendi in alia Diœcesi & ministrandi, quas si non haberent eliminabantur: de his intelligendus venit can. 17. in Trullo, 15. apostolorum.

Sed quod ad commendatitias attinet, & videntur esse, quæ in commendationem laicorum & clericorum ab episcopis & metropolitanis scribebantur, quarum fide & authoritate qua incedendum esset, non solum in negotiis ab omnibus adjuvabantur: sed etiam lautius excipiebantur. Non enim concedebantur nisi dignioribus & alicujus existimationis; unde inter has & communicatorias & dimissorias (de ceteris taceo quod ad tria ista capita omnes revocentur) id interesse videtur quod aliæ communionem, hæ gratiam & favorem conciliarent.

Ceterum ad veram & germanam hujus vocis ὑπόληψις significationem, appositius convenit prima Latinorum versio, Balsamone & Zonara licet Græcis origine repugnantibus; Princeps enim omnis eruditionis Aristoteles, ἐν τοῖς τόποις. Εἰ ὑπόληψις ἐστὶ ψευδὴς ἢ ἀληθὴς, εἴη ἂν ἡ δόξα. εἶδος γὰρ ὑπολήψεως ἡ δόξα. Si existimatio est falsa, aut vera, opinio erit hujusmodi, species enim existimationis est opinio, ἐπὶ δὲ ἀρχόντων κατεγίνωσκε ῥαθυμίαν ὡς οὐ φρονούντων τῆς αὐτῶν ὑπολήψεως. Principum autem socordiam condemnabat, quod suæ existimationis nullam rationem haberent. Quod Aristoteles, δόξαν, Polybius Aristotelem imitatus διάληψιν, pro δόξα usurpavit. Non ut voluit Casaubonus διάληψιν appellavit, quam vulgo alii authores, ὑπόληψιν, certam opinionem de aliquo conceptam. Apposite vero citat Casaubonus Iustiniani Novellam 123. ὅν πάντες οἱ μοναχοὶ ἢ οἱ κληρικοὶ ὡς ὑπολήψεως ὄντες ἐπιλέξωνται, & felicius interpretatur quam in editione Latina habetur Citat etiam ex Novella 90. testes, εὐυπολήπτους, integræ famæ. Hoc non ingenue quod Cujacium dissimulaverit scribentem ad cap. 5. de clericis non residentibus: *Non est omittendum quod Calchedonensis synodi proditum est cap. 11. a commendatitiis litteris sive systaticis, εἰρηνικὰς separari, quasi hæ dentur humilioribus, illæ honestioribus, τοῖς οὖσιν ἐν ὑπολήψει, qui sont en reputation.*

Cum hæc ita se habeant secundum primam versionem quæ interpretatur ὑπόληψιν personas honoratiores (quo verbo utitur concilium Matisconense primum canone undecimo) duas explicationes hic canon admittere potest, quia nimirum commendatitiæ duabus de causis dabantur. Docuit nos jam ante concilium Sardicense, literas commendatitias scriptas fuisse ab episcopo, aut metropolitano in gratiam clerici, aut laici negotiorum causa ad imperatorem, aut in castra proficiscentis, ut commendatione metropolitani, aut episcopi, qui in aula erant episcopi, curam sibi assumerent nomine ecclesiæ, negotiorum ejus qui commendabatur. Hoc sensu possumus literas commendatitias accipere, & hunc canonem enodare, si dixerimus consentaneum non fuisse proletario cuilibet, egeno nimirum, & accisis opibus, aut sententiam passo, in exilium vel ad metalla, aut Cæsarem appellante, commendatitias indulgere: Nam si ecclesia promiscue & indifferenter quarumcumque personarum tutelam suscepisset, hæc passivitas ecclesiæ dignitatem apud principes & quosvis magistratus non minimum imminuisset. Quod si causa pauperum, orphanorum, viduarum, aut ad triremes damnatorum æquitate nitebatur, & ea ratione patrocinium ecclesiæ desiderabat, eo casu sequendus erat nonus canon Sardicensis, qui statuit diaconum destinari ad fratres & coepiscopos; qui illo tempore in his regionibus & urbibus morabantur, in quibus felix & beatus Augustus Remp. gubernabat, & ei negotium dandum esse, ut hosce pauperes quantum posset ecclesiæ nomine adjuvaret. At commendatitias dare quibusvis pauperibus, orphanis, viduis aut sententiam passis, concilium Calchedonense, Sardicense insequendo æquum non putavit. Præterea hæ literæ sortiebantur alium effectum, secundum quem possumus hunc etiam canonem explicare. Nam qui cum his literis iter aggrediebantur, sumptibus ecclesiæ alebantur, & longe lautius ac curiosius exhibebantur cum commendatitiis literis, præ his qui tantum pacificas, aut communicatorias adferebant, (neque hic necessitas incumbit probandi hospitalitatem hanc sumptibus ecclesiarum exerceri solitam fuisse: plerique omnes canones id testantur) canone ergo hoc undecimo statuitur discrimen personarum adhibendum esse, pauperibus nimirum abunde esse, si literas pacificas & communicatorias accipiant, quibus fulti tanquam Christiani iis rebus quæ peregrinantibus ad vitam sunt necessariæ procurabantur; commendatitias autem non accipient, ut dignationis personarum habeatur ratio & sumptuum, quemadmodum cavetur canone secundo concilii Carthag. tertii *minusque sumptuosi hospitibus existant.* Nec abnuendum nonnullos repertos, qui abuterentur commendatitiis, sortem suam & dignitatem circumforaneorum more, mentientes.

Quærerem libenter ex iis qui Zonaram sequuntur, num contra jus & fas, pauperes nonnunquam inter reos deferrentur, & num juxta divites suspecti esse possent, quod nemo ut arbitror negabit. Magnum enim paupεries opprobrium jubet quodvis perficere & pati, at pauperibus priori parte canonis commendatitiæ concedi non poterant, suspectis vero secunda parte, aut in jus vocatis poterant, non congruit ergo eorum explicatio, quia pauperibus poterat concedi quod suspecti esse possent, ut omnes concedent: aliunde vero non poterant concedi, quia id in canone prohibetur. Deinde si opinioni eorum stemus, dabantur hæ literæ separatis communione, ignotis, suspectis, reis, postulatis: At tantummodo canon dicit οὖσιν ἐν ὑπολήψει, non ergo canonis sensum, nec commendatitiarum vim assequuntur, quia non solis suspectis eas volunt dari, sed multis aliis qui non possunt significari per hanc vocem ὑπολήψει. Edisserant denique quid tandem causæ fuerit, ut dixi, cur pauperibus omni misericordia dignissimis denegarentur, suspectis nihilominus concederentur.

SYNODI ALIQVOT EX LIB. SYNODICO.

** CONSTANTINOPOLITANA FLAVIANI.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ τοίνυν καὶ Πρόκλου πρὸς τὴν ἀγήρω μετελθόντων λαμπρότητα Διόσκορος τὸν μὲν, τὸν δὲ Φλαβιανὸς ὁ μακάριος διαδέχεται. ὃς παρὰ τοῦ ὁσιωτάτου Εὐσεβίου τοῦ ἀρχιεπισκόπου Δορυλαίου παρενοχλούμενος, θείαν καὶ ἱερὰν ἐν Κωνσταντινουπόλει συνεκαλέσατο σύνοδον, τὰ κατὰ τὸν Εὐτυχῆ ἐξετάζουσαν, τοῦ Βυζαντίου ἀρχιμανδρίτην ὑπάρχοντα· καὶ τοῦτον τῆς ἐκκλησίας ἐχώρισεν.

CYRILLO igitur & Proclo ad immortalem gloriam translatis: illi quidem Dioscorus, huic autem Flavianus beatus successit. Qui a sanctissimo Eusebio Dorylæi archiepiscopo interpellatus: divinam & sacram Constantinopoli convocavit synodum: quæ Eutychis archimandritæ Constantinopolitani causam cognovit, eumque ab ecclesia segregavit.

EPHESINA, DIOSCORI.

ΕΥΤΥΧΟΥΣ γε τοὺς συγκλητικοὺς, καὶ μάλιστα τὸν Χρυσάφιον, τὸν Τζερούπον ἐπιλεγόμενον, Πραιπόσιτον χρηματίζοντα, καὶ δι' αὐτοῦ, ὡς μεγάλα ἰσχύοντος, Θεοδόσιον τὸν βασιλέα θωπείαις ὑπονοθεύσαντος, λῃστρικὴ ἐν Ἐφέσῳ συναθροίζεται σύνοδος. Ἧς ἐξῆρχεν Ἀλεξανδρείας ὁ πάπας Διόσκορος. Ἐν ᾗς Εὐτυχὴς μέσου στὰς, Οὐαλεντῖνον καὶ Μάνην ἀνεθεμάτισεν ἀπροσποιήτως· καὶ θεὶς διαπόδεκτος. Φλαβιανὸς δὲ Κωνσταντινουπόλεως ὁ ἀοίδιμος καθαιρεθεὶς, λακτίσματι ἀποκτείνεται, καὶ ὁ τοῦ Δορυλαίου Εὐσέβιος ὑπὲρ Χριστοῦ ἐξορίζεται.

CUM autem Eutyches senatores, & maxime Chrysaphium, qui Tzerupus cognominabatur & præpositus, & per eum, ut qui plurimum poterat, ipsum adeo Theodosium imperatorem adulationibus corrupisset: prædatoria Ephesi coacta fuit synodus: cui Dioscorus Alexandriæ papa præfuit. In ejus medio Eutyches stans, Valentinum & Manem sine simulatione anathemate notavit: ideoque recipiendum eum esse decretum est. Flavianus vero inclytus Constantinopoli episcopus abdicatus, calcibus occiditur: Eusebius Dorylæi, Christi causa in exilium ablegatur.

ROMANA

ROMANA LEONIS.

ΛΕΩΝ οὖν πάπας ὁ μέγας τῆς τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίας, τὰ ὑπὸ Διοσκόρου μαθὼν γινόμενα, κατ' αὐτοῦ διανίσταται· καὶ σύνοδον θείαν καὶ ἱερὰν συστησάμενος, ἀναθέματι αὐτὸν σὺν Εὐτυχεῖ καθυπέβαλε· κλήρῳ τε, καὶ ἀξιωματικῷ, καὶ λαῷ Κωνσταντινουπόλεως, τύπον ἀκοινωνησίας ἐκθέμενος, ἐξαπέστειλεν.

LEO igitur magnus ecclesiæ Romanorum papa, cum quæ a Dioſcoro geſta eſſent percepiſſet, adverſus ipſum inſurgit, & ſynodum divinam & ſanctam conſtituens, anathemati eum cum Eutyche ſubjecit: & clero, ac ſenatui & populo Conſtantinopolitano, teſſeram excommunicationis publice editam tranſmiſit.

ROMANA ALIA EIVSDEM.

ΕΤΙ γε μὴν Λέων ὁ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων ὑπέρμαχος, θείαν καὶ ἱερὰν ἐν Ῥώμῃ συγκαλεσάμενος σύνοδον, παραινέσεις ἐγγράφους τῷ βασιλεῖ Μαρκιανῷ διεπέμψατο· ἐπεὶ βασιλεὺς ὁ μικρὸς Θεοδόσιος τὰ ἐπίγεια καταλέλοιπε· συνοδικῶς τὰ περὶ Φλαβιανοῦ ἐξετασθῆναι παρεγγυώμενος.

IDEM præterea Leo, apoſtolicorum dogmatum propugnator, divina & ſacra Romæ convocata ſynodo, admonitiones ſcriptas imperatori Marciano tranſmiſit: cum imperator Theodoſius minor res terrenas jam reliquiſſet: & ut convocata ſynodo Flaviani cauſa cognoſceretur, poſtulavit.

CALCHEDONENSIS, OECVMENICA QVARTA.

ΑΛΛΑ καὶ Πουλχερία ἡ εὐσεβὴς Αὐγοῦστη διεγείρειν σύνοδον οὐ κατώκνησε· σύνοδον οἰκουμενικὴν τετάρτην ἐν Καλχηδόνι, τῶν ἑξακοσίων τριάκοντα θεοφόρων πατέρων ἀθροίσασθαι. Ἡ τις ἁγία σύνοδος καθελοῦσα Εὐτυχῆ καὶ Διόσκορον, τὰς δύο φύσεις Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἀδιαιρέτως καὶ ἀσυγχύτως ἐξεφώνησέ τε, καὶ ἀνεκήρυξεν.

SED & Pulcheria pia Auguſta urgere & congregare ſynodum œcumenicam quartam Calchedone ſexcentorum & triginta divinorum patrum non eſt cunctata. Quæ quidem ſancta ſynodus, Eutyche ac Dioſcoro abdicatis, duas Ieſu Chriſti Dei noſtri naturas indiviſe & & incommixte declaravit & prædicavit.

EADEM CALCHEDONENSIS SYN. EX PHOTIO.

Ἡ δὲ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ τετάρτη σύνοδος τὸν ἐν βασιλεῦσιν εὐσεβέστατον Μαρκιανὸν συμπαρόντα καὶ συμπνέοντα ἔχουσα, τῶν ἀληθινῶν μὲν δογμάτων ἀκραιφνῆ ... ἀφιέρου τὴν Καλχηδόνα πόλιν Βιθυνίας οὖσαν ἐπίσημον. ἐν τριάκοντα δὲ καὶ ἑξακοσίοις τὸν ἀριθμὸν ἐξετείνετο· ἧς λογάδες ἐχρημάτιζον, Ἀνατόλιός τε ὁ τῆς Βασιλίδος πόλεως τοῖς ἱερατικοῖς θεσμοῖς ἐγκεχειρισμένος, καὶ Λουκίνιος [καὶ Πασχασῖνος] ἐπισκοπικῷ διαπρέποντες ἀξιώματι, σὺν Βονιφατίῳ πρεσβυτέρῳ τὸν τόπον ἐπέχοντες Λέοντος τοῦ ἁγιωτάτου πάπα Ῥώμης, οὗ κλέος μέγα, καὶ πολὺς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ζῆλος, μεθ' ὧν Μάξιμός τε ὁ Ἀντιοχείας, καὶ Ἱεροσολύμων Ἰουβενάλιος, οἵ τινες Εὐτυχῆ τε τὸν δυστυχῆ καὶ τὸν προστάτην αὐτοῦ καὶ ἀλαζόνα Διόσκορον τόν ποτε Ἀλεξανδρείας δυσσεβημάτων εἰσπράξεις ἀπῄτησαν. καὶ γὰρ καὶ οὗτοι τὴν ἐκ διαμέτρου Νεστορίῳ πλάνην οἰκειωσάμενοι εἰς τὴν ὁμοίαν ἐκείνῳ ἐξέπεσον ἀθλιότητα. τὸ γὰρ ἕνα κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐκ θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος γνωριζόμενον, καὶ ἐν ταύταις ταῖς δυσὶ προσκυνούμενον φύσεσιν εἰς μίαν τολμηρῶς καὶ ἀφρόνως ἀνεκίρνων καὶ συνέχεον φύσιν, ἐξ ὧν τῆς τε πατρικῆς οὐσίας ἑτερόφυλον, καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἑτεροφυῆ οὐ συνίεσαν οἱ δείλαιοι συμπεραίνοντες. εἰ γὰρ μία ἡ τοῦ Χριστοῦ φύσις ἢ θεία πάντως, ἢ ἀνθρωπίνη ἔσται. ἀλλ' εἰ μὲν μόνη θεία, ποῦ τὸ ἀνθρώπινον; εἰ δὲ ἀνθρωπίνη, πῶς οὐκ ἔξαρνοι τῆς θεότητος; εἰ δ' ἕτερόν τι παρὰ ταῦτα (τοῦτο γὰρ ὑπολείπεται, καὶ πρὸς τοῦτο μᾶλλον αὐτῶν νεύει τὸ φρόνημα) πῶς οὐχ ἑτεροφυὴς ὁ Χριστὸς καὶ τοῦ πατρὸς καὶ ἡμῶν ἀναπλασθήσεται; οὗ τί ἂν δυσσεβέστερον ἢ ἀφρονέστερον ἄνθρωπον γενέσθαι φάσκειν τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον καὶ Θεὸν, ἐπί τε φθορᾷ τῆς οἰκείας θεότητος, καὶ ἐπ' ἀναιρέσει τῆς προσληφθείσης ἀνθρωπότητος. τοῦτο γὰρ ἕπεται πάντως τοῖς μηδ' ἑτέρας φύσεως, ἀλλ' ἑτέρας παρὰ ταῦτα τὸν Χριστὸν εἰπεῖν τολμήσασι. διὸ καὶ τῆς τοσαύτης δυσσεβείας οἱ τῶν χριστομάχων τούτων δογμάτων εἰσηγηταὶ ἀξίαν τε δίκην δεδωκότες, ἀφῃρέθησάν τε τῆς ἱερωσύνης, καὶ ἀπὸ πάσης τῆς ἐκκλησίας γεγόνασιν ἀνάθεμα, συναπελαθείσης αὐτοῖς καὶ τῆς χριστομάχου αἱρέσεως. τὸ δὲ ὀρθὸν καὶ ἀπαράξεστον τῆς ὀρθοδοξίας φρόνημα ἔτι μᾶλλον ταῖς γραφικαῖς μαρτυρίαις ἀνεκηρύχθη, καὶ διέλαμψεν, ἕνα τὸν Χριστὸν, ἤτοι μίαν αὐτοῦ τὴν ὑπόστασιν, καὶ δύο τὰς φύσεις, θεότητά τε καὶ ἀνθρωπότητα ἀσυγχύτως καὶ ἀδιαιρέτως ἐνθεωρουμένας, τῶν τρισμακαρίστων ἀρχιερέων περιφανῶς θεολογησάντων καὶ παραδεδωκότων, ἀδιστάκτως ὁμολογεῖν καὶ κηρύσσειν εἰς πάντα τῆς οἰκουμένης τὰ πέρατα· δῆλον δὲ κἀντεῦθεν ὡς δι' ὧν μὲν χωλοῖς αἱ βάσεις ὠρθοῦντο, καὶ τυφλοῖς τὸ πάθος εἰς ὀμμάτων βλάστην ὑπερφύετο, νεκροί τε τῶν πυλῶν ἀνεσπῶντο τοῦ ᾅδου καὶ πρὸς τὸ ζῆν μετετάττοντο, αἵ τε ἄλλαι θεοσημίαι, ἃς οὐ ῥᾴδιον ἀριθμεῖν, ἐπετελοῦντο, καὶ ἐπεδείκνυντο, τῆς θείας φύσεως ἐναργῶς παρεδήλου τὸ ἀξίωμα. δι' ὧν δὲ κόποις, καὶ πόνοις, καὶ πεῖναν, καὶ δίψαν, καὶ τὰ τούτοις ὑφίστατο συγγενῆ, καὶ παραπλήσια τῆς ἀνθρωπίνης οὐσίας ἐξεφαίνετο τὸ ἰδίωμα· ὧν τὰ μὲν θεοπρεπῶς ὁ αὐτὸς Χριστὸς ὁ ἀληθινὸς Θεὸς ἡμῶν ἐπιτελέσας καὶ διαπραξάμενος μὲν αὐτοῦ καὶ ἑνιαίαν τὴν ὑπόστασιν, δύο δὲ καὶ διαφερούσας τὰς φύσεις ἐν ἀσυγχύτῳ ἑνώσει σαφῶς τε καὶ ἀναντιρρήτῳ λόγῳ παρέστησε καὶ ἐπιστώσατο. ἀλλ' ἐν τούτοις καὶ τὰ τῆς τετάρτης συνόδου.

A

SANCTVM & œcumenicum quartum concilium, quod præsentem atque faventem habuit Marcianum piissimum imperatorem, orthodoxorum dogmatum auditorium delegit sibi Chalcedonem insignem Bithyniæ civitatem; sexcenti & triginta episcopi interfuerunt. Præsides declarati sunt Anatolius, qui sacras regiæ civitatis leges administravit, & Paschasinus, ac Lucentius epicopali dignitate præstantes, cum Bonifacio presbytero, qui locum obtinebant Leonis sanctissimi papæ Romani, cujus gloria magna, magnusque pietatis ac religionis zelus fuit & studium. Et Maximus Antiochiæ episcopus, & Iuvenalis episcopus Hierosolymorum. Qui Eutychem illum infelicem, B & defensorem ipsius atque arrogantem Dioscorum ut impios ad causam dicendam in judicium vocarunt. Nam & isti, errorem ex diametro contrarium errori Nestoriano defendentes, in eamdem miseriam inciderunt. Vnum enim dominum nostrum Iesum Christum ex divinitate, atque humanitate constantem & in his duabus naturis adorandum, ad unam audacter ac stulte naturam redigebant, & confundebant. Nec animadvertebant homines infelices, se illum & divina diversum essentia ab humana alienum natura constituere. Nam si una est Christi natura, aut divina omnino est, aut humana. Si divina sola, ubi humanitas? Sin humana tantum, ubi divinitas? Sin tertium aliquid præter C hæc (id enim videtur reliquum & huc magis vergit eorum sententia) nonne natura diversus Christus & a patre & a nobis constituetur? Quo quid magis impium aut stultum fingi potest, Dei Verbum ac Deum ita hominem factum esse dicere, ut & propriæ divinitatis interitum passus sit, & humanitatis assumptæ jacturam fecerit? Hoc enim omnino sequitur incommodum, si neutram Christo, sed diversam naturam tribuant. Quamobrem sententiæ istius auctores, Christique oppugnatores, meritas tantæ impietatis pœnas dederunt. Sacerdotio enim spoliati, una cum hæresi sua Christi oppugnatrice, ab ecclesiæ totius communione fuerunt exclusi, anathemateque damnati. Rectus autem D & invictus ecclesiæ sensus, magis adhuc scripturarum patrumque testimoniis confirmatus atque illustratus est. Vnum esse Christum, personam esse, duasque naturas, nempe divinitatem & humanitatem, sine confusione distractioneque consideratas, ita beatissimis illis episcopis aperte declarantibus, & decernentibus, ut sine dissensione ab omnibus crederetur, & in omnes terrarum fines promulgaretur. Nonne perspicue Christus divinæ naturæ suæ dignitatem ostendit, dum claudis crura corrigeret & confirmaret, cæcis videndi facultatem tribueret, mortuos ab inferorum portis in vitam revocaret, & alia innumerabilia divina signa perficeret ac demonstraret? Humanitatem vero, dum E lassitudinem, labores, famem, sitim, & quæ his similia sunt, subiret atque perferret? Hæc enim partim Deo, partim homini congruentia, idem Christus verus Deus noster efficiens, unam in se atque singularem personam, & duas ac differentes naturas sine confusione conjunctas, aperte sine ulla controversia demonstravit. Atque hęc quidem in quarto concilio confecta sunt.

EADEM IV. OECVMENICA E NILI LIBELLO.

Ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ τετάρτη σύνοδος, ἡ ἐν Καλχηδόνι γέγονεν ἐπὶ τῆς βασιλείας Μαρκιανοῦ, συγκροτηθεῖσα ὑπὸ ἑξακοσίων τριάκοντα ἁγίων πατέρων κατὰ Διοσκόρου πατριάρχου Ἀλεξανδρείας, καὶ Εὐτυχοῦς ἀρχιμανδρίτου Κωνσταντινουπόλεως. ἡγοῦντο δὲ αὐτῆς Λέων Ῥώμης, Ἀνατόλιος Κωνσταντινουπόλεως, Ἰουβενάλιος Ἱεροσολύμων, Μάξιμος Ἀντιοχείας. ἦν δὲ ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἔτη ͵εϡμγʹ. ἀπὸ τετάρτης ἕως τῆς πέμπτης ἔτη ρβʹ. B ἡμεῖς παρελάβομεν καὶ πιστεύομεν ὅτι αἱ δύο φύσεις αἱ συνελθοῦσαι ἐν μιᾷ ὑποστάσει τοῦ κυρίου ἡμῶν ἀσυγχύτως, οὕτω καὶ μεμενήκασι καθ᾽ ἑαυτὰς, ἑκατέρας ἐχούσης τὰς ἰδίας ἐνεργείας. ἐδήλωσε γὰρ τοῦτο ὁ κύριος νῦν μὲν λέγων, ὅτι νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται, πάτερ σῶσόν με ἐκ τῆς ὥρας ταύτης· νῦν δὲ λέγων, ὅτι οὐδεὶς αἴρει τὴν ψυχήν μου ἀπ᾽ ἐμοῦ, ἀλλὰ ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι καὶ πάλιν λαβεῖν αὐτήν. ὡς τὸ μὲν ταράττεσθαι τῆς κτίσεως εἶναι φύσεως, τὸ δὲ ἐξουσίαν ἔχειν ἰδιάζοντος τῆς ἐνούσης αὐτῇ θεότητος. τοὺς λέγοντας οὖν ὅτι εἰς μίαν φύσιν ἀμφότεραι γεγόνασι, καὶ μίαν C ἐπὶ τοῦ κυρίου πρεσβεύοντας φύσιν τῷ ἀναθέματι ἀναπέμπομεν.

SANCTA & œcumenica quarta synodus Calchedone habita est imperante Marciano, congregata a sexcentis triginta sanctis patribus adversus Dioscorum patriarcham Alexandrinum, & Eutychem Archimandritam Constantinopolitanum. Huic præerant Leo Romæ, Anatolius Constantinopoli, Iuvenalis Hierosolymorum, Maximus Antiochiæ episcopi. Erat annus mundi 5943. A quarta usque ad quintam sunt anni 102. Nos accepimus & credimus duas naturas, quæ in unam domini D nostri hypostasim inconfuse concurrerunt, sic nunc quoque manere in seipsis, unaquaque retinente suas operationes. Docuit hoc enim dominus, nunc quidem dicens, *anima mea turbata est, Pater libera me ab hac hora*, nunc vero Ioan. dicens, *Nemo aufert animam a me, sed potestatem habeo ponendi & rursus accipiendi eam*; ut Ioan. turbari quidem sit creatæ naturæ, potestatem autem habere propre conveniat inhabitanti in ipsa divinitati. Eos igitur qui dicunt in unam naturam concurrisse ambas, ac unam in Christo naturam prædicantes, anathemate percellimus.

EADEM EX AVCTORIS INCERTI LIBELLO.

E Ἡ δὲ δʹ. ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος γέγονεν ἐν Καλχηδόνι ἐπὶ Μαρκιανοῦ τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως, καὶ Λέοντος πάπα Ῥώμης, καὶ Ἀνατολίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως καὶ χλʹ. πατέρων ὑπάρχουσα κατὰ Διοσκόρου γενομένου πατριάρχου Ἀλεξανδρείας καὶ Εὐτυχοῦς· οὗτοι γὰρ τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐνανθρώπησιν παρεκτοῦντο σχεδὸν παντελῶς, ἐν φαντασίᾳ αὐτὸν λέγοντες

λέγοντες φορέσαι τὴν σάρκα, ὅθεν καὶ ἐν μιᾷ φύσει αὐτὸν ἐμυθολόγουν, τῇ θεότητι τὰ πάθη προσνέμοντα. διὰ τοῦτο οὖν ταύτῃ μὲν ἐμμένοντας πλάνῃ ἀναθεμάτισαν ἅμα τοῖς ὁμόφροσιν αὐτοῦ. θεῖον δὲ ὅρον ἐξεφάνισαν, τέλειον Θεὸν καὶ τέλειον ἄνθρωπον ἐν δύο φύσεσιν ἀσυγχύτως καὶ ἀδιαιρέτως τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν καὶ Θεὸν κηρύξαντες. τὴν δὲ τοῦ ἁγίου Λέοντος ἐπιστολὴν τὴν πρὸς τὸν ἁγιώτατον πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως Φλαβιανὸν ὡς στήλην ὀρθοδοξίας ἀπεδείξαντο. χρὴ δὲ γινώσκειν ὅτι οἱ λεγόμενοι Θεοδοσιανοὶ οἱ ἀπὸ Θεοδοσίου τινὸς, καὶ οἱ Ἰακωβῖται οἱ ἀπὸ Ἰακώβου τινὸς, καὶ οἱ Σευηριανοὶ οἱ ἀπὸ Σευήρου τὰ ὅμοια τῶν γεγραμμένων Διοσκόρου καὶ Εὐτυχοῦς τῶν βεβήλων αἱρετικῶν, ὡς καὶ αὐτοὶ βέβηλοι τυγχάνοντες φρονοῦσι. διὸ δὲ ἀνθίστανται μετὰ ἑτέρων αἱρέσεων τῇ τοιαύτῃ ἁγίᾳ καὶ οἰκουμενικῇ δ'. συνόδῳ, ἑαυτοὺς ἀπαλλοτριοῦντες τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας.

QVARTA sancta & œcumenica synodus habita est Calchedone sub religiosissimo imperatore Martiano, & Leone papa Romæ, & Anatolio patriarcha Constantinopolis, & 630. patribus adversus Dioscorum qui fuerat Alexandriæ patriarcha, & Eutychem. Illi enim Dei ac servatoris nostri Iesu Christi incarnationem propemodum prorsus abolebant dicentes eum carnis phantasma gestasse. Quamobrem eum fabulabantur unius esse naturæ, quasi divinitati suæ passiones suas tribuisset. Propterea ergo permanentes in hoc errore anathematizaverunt cum suis sequacibus. Divinam autem definitionem promulgarunt, prædicantes dominum nostrum Iesum Christum esse perfectum Deum & perfectum hominem in duabus naturis inconfuse & indivisibiliter. Epistolam autem Leonis ad sanctissimum Constantinopolis patriarcham Flavianum tanquam orthodoxæ veritatis columnam pronunciarunt. Oportet autem nosse eos qui dicuntur Theodosiani a Theodosio quodam, & qui Iacobitæ a Iacobo quodam, & qui Severiani a Severo dicti sunt sensisse eadem cum iis quæ de profanis hæreticis Dioscoro & Eutyche scripsimus, ut qui & ipsi profani essent: quamobrem cum reliquis hæreticis huic sanctæ & œcumenicæ quartæ synodo adversantur, se ipsos abalienantes a sancta catholica ecclesia.

[a] SYNODVS ALEXANDRINA, [b] A PROTERIO ALEXANDRINO EPISCOPO in causa Eutychianorum celebrata sub Leone.

[a] *Synodus Alexandrina.*] In hac synodo congregata auctoritate Proterii illius, qui in locum Dioscori magna cum seditione Alexandrinorum, ut supra diximus, subrogatus fuit, actum est, ut illi qui a catholica communicatione hactenus ob hæresim Eutychianam separati fuerant, catholicæ fidei professione facta, ad ecclesiam redeant. Sed cum illi penitus restitissent, imperator eos exilio multavit. Mentio hujus concilii habetur in epistola catholicorum episcoporum & clericorum Ægypti ad Leonem, quæ extat supra post Calchedonense concilium. Vide quæ dixi in notis concilii Calchedonensis, verbo *exemplar.*

" ** VARIÆ SYNODI OCCASIONE TIMOTHEI ÆLVRI EX LIBELLO synodico.

ALEXANDRINA TIMOTHEI ÆLVRI.

ΑΝΑΤΟΛΙΟΥ τοίνυν τοῦ Βυζαντίων ἀρχιερέως ὑπάρξαντος, καὶ Ἀπολιναρείου τὸν Διοσκόρου θρόνον κατέχοντος, καὶ πρὸς κύριον ἐκδημήσαντος· Προτέριος ὁ μακάριος ἀρχιερεὺς Ἀλεξανδρείας ἐχρημάτισε. Καὶ Τιμόθεος μοναχὸς, προσαγορευόμενος Αἴλουρος, διεγείρας Ἀλεξανδρέων τὸ φιλοσύγχυτον, ἐν τῷ βαπτιστηρίῳ παρεσκεύασεν ἀναιρεθῆναι Προτέριον· καὶ αὐτὸς Ἀλεξανδρείας τοῦ θρόνου δραξάμενος, συνέδριον συνεκρότησεν ἀθεώτατον, καὶ τὴν ἁγίαν ἐν Καλχηδόνι ἀναθεμάτισε σύνοδον.

CVM igitur Anatolius Byzantiorum esset summus sacerdos, & Apolinarius qui Dioscori thronum obtinuerat, ad dominum emigrasset, beatus Proterius Alexandriæ episcopus est factus. Timotheus autem monachus, qui Ælurus cognominabatur, commotis Alexandrinis, ad confusiones promptis, in baptisterio " abdicandum curavit Proterium: ipseque solio Alexandriæ occupato, impiissimum corrogavit synedrium, & Calchedonensem synodum anathemate notavit. "occidendū

THESSALONICENSIS, EVDOXII.

ΟΠΕΡ Λέων, ὁ φιλόχριστος βασιλεὺς μετὰ Μαρκιανὸν τελευτήσαντα, μαθὼν, θείαν καὶ ἱερὰν ἐν Θεσσαλονίκῃ σύνοδον ἀθροισθῆναι ὑπὸ Εὐδοξίου τοῦ αὐτῆς ἐπισκόπου ἐθέσπισεν· ἣ Εὐτυχῆ καὶ Διόσκορον ἀνεθεμάτισε, καὶ Τιμόθεον· καὶ τὴν ἁγίαν ἐν Καλχηδόνι ἐκύρωσε σύνοδον.

QVOD cum Leo imperator Christi-amans, qui Marciano mortuo successerat, percepisset, divinam & sanctam Thessalonicæ ab Eudoxio, urbis illius episcopo, synodum congregari jussit: quæ Eutychem, Dioscorum, & Timotheum anathemate notavit: sacram vero Calchedonensem synodum confirmavit.

CONSTANTINOPOLITANA, ANATOLII.

ΩΣΑΥΤΩΣ καὶ Ἀνατόλιος ἐν Κωνσταντινουπόλει θεόπνευστον προσκαλεσάμενος σύνοδον, Εὐτυχῆ, καὶ Διόσκορον καὶ Τιμόθεον, τὸν ἐπιλεγόμενον Αἴλουρον, ἀνεθεμάτισε· καὶ τὴν ἐν Καλχηδόνι σύνοδον ἐκύρωσεν.

SIMILITER & Anatolius, Constantinopoli divinitus inspirata convocata synodo, Eutychem, Dioscorum & Timotheum, cui Æluro cognomen erat, anathemate, notavit: & Calchedonensem synodum confirmavit.

ANNO CHRISTI 451.

ROMANA, LEONIS.

ΑΛΛΑ καὶ Λέων πάπας Ῥώμης ὁ ἰσαπόστολος, Εὐτυχῆ τε καὶ Διόσκορον σὺν Τιμοθέῳ, συνοδικῶς καθυπέβαλεν ἀναθέματι· καὶ τὴν ἐν Καλχηδόνι ἁγίαν ἐκύρωσε σύνοδον.

SED & Leo Romæ papa, apoſtolis-æquandus, Eutychem & Dioſcorum una cum Timotheo, ſynodo convocata, anathemati ſubjecit: ſanctamque Calchedonenſem confirmavit ſynodum.

ROMANA, SIMPLICII.

ΟΜΟΙΩΣ τούτου καὶ Σιμπλίκιος, Λέοντα Ῥώμης διαδεξάμενος, θείαν καὶ ἱερὰν σύνοδον συστησάμενος, Εὐτυχῆ καὶ Διόσκορον ἀνεθεμάτισε, καὶ Τιμόθεον· καὶ τὴν ἐν Καλχηδόνι ἁγίαν σύνοδον ἐκύρωσε.

B

SIMILITER & Simplicius, qui Leoni Romæ ſucceſſerat, divina & ſancta conſtituta ſynodo, Eutychem, Dioſcorum & Timotheum anathemate notavit: & ſanctam Calchedonenſem ſynodum confirmavit.

ANTIOCHENA, LEONIS IMP.

ΤΟΥ βασιλέως οὖν Λέοντος γαμβρὸν αὐτοῦ Ζήνωνα, τὸν ἐπὶ θυγατρὶ Ἀριάδνῃ οἰκείᾳ, ἐναντία Συρίας ἐξαποστείλαντος, μοναχός τις μονῆς τῶν Ἀκοιμήτων ἐπηκολούθησεν· ὃς τῷ θρόνῳ ἐπαρωφθαλμιάσας τῆς πόλεως, πείθει τὸν Ζήνωνα συνεργεῖν αὐτῷ· καὶ τῆς λώβης Ἀπολιναρίου τινὰς μισθωσάμενος, τὸν θρόνον Ἀντιοχείας καθήρπασε· καὶ μιαρὰν ποιησάμενος σύνοδον, προσθήκην τοῦ τρισαγίου, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, καινοτομεῖ ὁ ἀνόσιος. Ὅπερ μαθὼν αὐτοκράτωρ Λέων, ὁ μέγας καὶ εὐσεβέστατος, ἐξορισθῆναι αὐτὸν διετάξατο· ὃς προφθάσας εἰς τὴν μονὴν τῶν Ἀκοιμήτων κατέφυγεν.

C

CVM autem imperator Leo generum Zenonem, Atiadnes filiæ maritum, in Syriam ablegaſſet: monachus quidam monaſterii Pervigilatorum eum comitatus eſt: qui cum ad ſolium urbis oculos adjeciſſet, Zenoni perſuaſit, ut ipſum adjuvaret: & mercede conductis quibuſdam de Apolinarii factione, ſolium Antiochiæ invaſit, & impia congregata ſynodo, ipſe impius additionem illam hymni triſagii, Qui crucifixus es pro nobis, innovavit. Quod cum comperiſſet Leo magnus & piiſſimus imperator, in exilium agi ipſum præcepit: verum ipſe prævertens, in monaſterium Pervigilatorum confugit.

ADMONITIO IACOBI SIRMONDI de concilio ſequenti.

DE concilio Arelatenſi II. quod ſequitur, duo paucis admonendus es, lector. Vnum, quod magnam in hac editione canonum acceſſionem factam vides, ſecutos in ea nos eſſe vetuſtiſſimum exemplar [a] ſanctæ Mariæ Rhemenſis, quod & titulos & canones hocce numero atque ordine continebat. nec dubium videbatur, quin hæc vera olim ac germana concilii prima editio fuiſſet. Alterum, cum exploratum hactenus de concilii hujus tempore nihil ſit, nos in eo collocando id ſpectaſſe, ut iis omnibus conciliis, quæ priora illo fuiſſe conſtaret, ſubjiceremus.

[a] S. Remigii

A

[a] CONCILIVM [b] ARELATENSE II.

SVB RAVENNIO, VT VIDETVR, epiſcopo per hæc tempora celebratum, poſt Arauſicanum videlicet, & Vaſenſe, quorum ex canonibus concilii hujus canones pro parte contexti ſunt.

ANN CIRCIT CHRIS 452 Biniu tempor Siricii celebra putat', nus rec

TITVLI CANONVM.

D E

XXXIII.

CANONES.

I.

Ordinari ad diaconatus ac sacerdotii officium neophytum non debere.

II.

Assumi aliquem ad sacerdotium non posse in conjugii vinculo constitutum, nisi fuerit ' præmissa conversio.

III.

Si quis clericus a gradu diaconatus in solatio suo mulierem, ² præter aviam, matrem, filiam, neptem, vel conversam secum uxorem, habere præsumpserit, a communione alienus habeatur. Par quoque & mulierem, si se separare noluerit, poena percellat.

IV.

Nullus diaconus, vel presbyter, vel episcopus, ad ' cellarii secretum intromittat puellam, vel ingenuam, vel ancillam.

V.

Episcopum sine metropolitano, vel epistola metropolitani, vel tribus comprovincialibus, non liceat ' ordinare: ita ut alii comprovinciales epistolis admoneantur, ut ' se suo responso consensisse significent. Quod si inter partes aliqua nata fuerit dubitatio, majori numero metropolitanus in electione consentiat.

' ordinari ' scripto *al.* proprio responso.

VI.

Illud autem ante omnia clareat, eum qui sine conscientia metropolitani constitutus fuerit episcopus, juxta magnam synodum esse episcopum non debere. (Ivo part. 5. cap. 74. Con. Nic. can. 6.)

VII.

Hos qui se carnali vitio repugnare nescientes abscidunt, ad clerum perveniri non posse. (Dist. 55 Hi qui se carnali.)

VIII

Si quis excommunicatum alterius, ' sive clericum, sive sæcularem, recipere post interdictum præsumpserit, noverit se reum fraternitatis factum, causam in concilio redditurum.

' ecclesiæ

IX.

Novatianum in communionem recipi non debere, nisi suscepta poenitentiæ credulitate præteritum damnet errorem.

X.

De his qui in persecutione prævaricati sunt, si voluntarie fidem negaverint, hoc de eis Nicæna synodus statuit, ut quinque annos inter catechumenos exigant, & duos inter communicantes: ita ut communionem inter poenitentes non præsumant. in potestate tamen vel arbitrio sit episcopi, ut si eos ex animo errorem deflere & agere poenitentiam viderit, ad communionem pro ecclesiastica humanitate suscipiat. (Conc. Nic. can. 11.)

XI.

Si qui vero dolore victi, & pondere persecutionis, negare vel sacrificare compulsi sunt, duobus annis inter catechumenos, triennio inter poenitentes habentur a communione suspensi.

XII

De his qui poenitentia positi vita excesserunt, placuit nullum communione vacuum debere dimitti; sed pro eo quod honoravit poenitentiam, oblatio illius suscipiatur.

XIII.

Nullus cujuscumque ordinis clericus, non diaconus, non presbyter, non episcopus, quacumque occasione faciente, propriam relinquat ecclesiam: sed omnimodis aut excommunicetur, aut redire cogatur. Quod si aliquo commorationis tempore, invito episcopo suo, in aliena ecclesia habitans, ab episcopo loci clericus fuerit ordinatus, hujusmodi ordinatio irrita habeatur.

XIV.

ANNO CHRISTI 452.

XIV.

Si quis clericus pecuniam dederit ad usuram, aut conductor alienæ rei voluerit esse, aut turpis lucri gratia aliquod negotiationis exercuerit, depositus a communione alienus fiat.

XV.

In secretario diacono inter presbyteros sedere non liceat, vel corpus Christi præsente presbytero tradere non præsumat. Quod si fecerit, ab officio diaconatus abscedat.

XVI.

Can. 19. Nicænus.

Photinianos, sive Paulianistas, secundum patrum statuta baptizari oportere.

XVII.

Can. 7 Constantinop.

Bonosiacos autem ex eodem errore venientes, quos sicut Arianos baptizari in Trinitate manifestum est, si interrogati fidem nostram ex toto corde confessi fuerint, cum chrismate & manus impositione in ecclesia recipi sufficit.

XVIII.

Ad Arelatensis episcopi arbitrium synodus congreganda: ad quam urbem ex omnibus mundi partibus, [4] præcipue Gallicanis, sub sancti Marini tempore legimus celebratum fuisse concilium, atque conventum. Si quis commonitus infirmitatis causa defuerit, personam vice sua dirigat.

Con. Arelatense I. anno 314. coactum sub Silvestro & Constantino.

XIX.

Dist. 18. Si quis autem.

Si quis autem adesse neglexerit, aut cœtum fratrum, antequam concilium dissolvatur, crediderit deserendum, alienatum se a fratrum communione cognoscat: nec eum recipi liceat, nisi in sequenti synodo fuerit absolutus.

XX.

De agitatoribus, sive theatricis, qui fideles sunt, placuit eos, quamdiu agunt, a communione separari.

XXI.

Ivo par. 15. cap. 72.

Pœnitens quæcumq; defuncto viro alii nubere præsumpserit, vel suspecta, vel interdicta familiaritate cum extraneo vixerit, cum eodem ab ecclesiæ liminibus arceatur. Hoc etiam de viro in pœnitentia posito placuit observari.

XXII.

33. q. 4. Pœnitentiam conjugatis.

Pœnitentiam conjugatis non nisi ex consensu dandam.

XXIII.

'Burch. x. 21. ex concil. Bracarensi II.

Si in alicujus episcopi territorio infideles aut faculas accendunt", aut arbores, fontes, vel saxa venerentur, si hoc eruere neglexerit, sacrilegii reum se esse cognoscat. Dominus 'aut ordinator rei ipsius, si admonitu emendare noluerit, communione privetur.

' autem

XXIV.

3 q. 10. Eos qui falsa.

Eos qui falso fratribus suis capitalia objecisse convicti fuerint, placuit usque ad exitum non communicare, sicut magna synodus ante constituit, nisi digna satisfactione pœnituerint.

XXV.

Dist. Hi qui sancta.

Hi qui post sanctam religionis professionem apostatant, & ad sæculū redeunt, & postmodum pœnitentiæ remedia non requirunt, sine pœnitentia communionem penitus non accipiant. quos etiam jubemus ad clericatus officium non admitti. Et quicumque ille, post pœnitentiam habitum sæcularem non præsumat. quod si præsumpserit, ab ecclesia alienus habeatur.

' Ivo 15. &

** OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. I.
In quibusdam calamo exaratis codicibus qui sequuntur canones hoc titulo a xxv. præcedentibus secernuntur: CAPITULA DE SYNODO QUAE TERRITORIO ARAUSICO CELEBRATA EST.

XXVI.

Hæreticos in mortis discrimine positos, si catholici esse desiderant, & si desit episcopus, a presbytero cum chrismatis benedictione consignari placet.

XXVII.

Con. ... I.

Nullum ministrum, qui baptizandi recepit officium, sine chrismate usquam debere progredi: quia inter nos, juxta synodi constitutionem, placuit semel chrismari.

XXVIII.

De his qui in extremis periclitantur pœnitentia accepta, placuit sine reconciliatoria manus impositione eis communicari. Quod si accepto hoc viatico supervixerint, stent in ordine pœnitentum, ut ostensis necessariis pœnitentiæ fructibus, legitime reconciliatoriam manus impositionem recipiant.

XXIX.

Pœnitentiam desiderantibus etiam clericis non negandam.

XXX.

Eos qui ad ecclesiam confugerint, tradi non oportet: sed eos domini sui promissa intercessione exire persuadeant. Quod si ab ecclesia exeuntibus pœnale aliquid intulerint, ut ecclesiæ inimici, habeantur excommunes.

XXXI.

Si quis clericorum religionis negotia, vel spiritales causas ecclesiæ ad sæcularia patrocinia, relicta synodo, transire præsumpserit, excommunicatione omnium ac detestatione dignus habeatur. Simili modo si causa inter clericos orta fuerit, ne invito episcopo ad sæculares judices deferatur, sed episcoporum judicio terminetur.

XXXII.

Ivo ... cap.

Si quis autem mancipia clericorum pro suis mancipiis ad ecclesiam confugientibus

gientibus crediderit occupanda, per omnes ecclesias districtissima damnatione feriatur.

XXXIII.

Si quis per testamentum manumissum in servitute, vel obsequio, vel in colonaria conditione impremere tentaverit, animadversione ecclesiastica coerceatur.

XXXIV.

Si quis in ecclesia manumissum crediderit ingrati titulo revocandum, non aliter liceat, nisi eum gestis apud acta municipum reum esse ante probaverit.

XXXV.

Si quis alibi consistentem clericum ordinandum putaverit, prius definiat ut cum ipso habitet. sic quoque non sine consultatione ejus episcopi, cum quo ante habitavit, eum, qui forte non sine causa diu ab illo non ordinatus est, ordinare præsumat.

XXXVI.

Si quis episcopus in alienæ civitatis territorio ecclesiam ædificare disponit, vel pro agri sui, aut ecclesiastici utilitate, vel quacumque sua opportunitate, permissa licetia, quia prohiberi hoc votum nefas est, non præsumat dedicationem, quæ illi omnimodis reservanda est, in cujus territorio ecclesia assurgit: reservata ædificatori episcopo hac gratia, ut quos desiderat clericos in re sua videre, ipsos ordinet is cujus territorium est: vel si jam ordinati sunt, ipsos habere acquiescat. & omnis ecclesiæ ipsius gubernatio ad eum, in cujus civitatis territorio ecclesia surrexit, pertinebit. Et si quid ipsi ecclesiæ fuerit ab episcopo conditore conlatum, is in cujus territorio est, auferendi exinde aliquid non habeat potestatem. Hoc solum ædificatori episcopo credidimus reservandum.

XXXVII.

Quod si etiam quicumque ecclesiam ædificaverit, & alium magis, quam eum in cujus territorio ædificat, invitandum putaverit, tam ipse qui contra constitutionem, vel districtionem, gratificari vult, quam omnes episcopi, qui ad hujusmodi dedicationem invitantur, conventu abstinebuntur. si ordinem excesserit, in reatu revocabitur.

XXXVIII.

Subito obmutescens baptizari potest: & amentibus quæcumque pietatis sunt conferenda.

XXXIX.

Energumeni baptizati, si de purgatione sua curant, & se sollicitudini ecclesiæ tradunt, monitisque obtemperant, omnimodis communicent, sacramenti ipsius virtute ab incursu dæmonii, quo infestantur, purgandi, quorum jam ostenditur vita purgatior.

XL.

Energumenis catechumenis, in quantum vel necessitas, vel opportunitas permiserit, de baptismate consulendum.

XLI.

Si qui palam aliquando arrepti sunt, non solum non assumendi sunt ad ullum ordinem clericatus; sed etsi jam aliqui ordinati, ab imposito officio repellendi.

XLII.

In provinciis nostris placuit de præsumptoribus, ut sicubi duo episcopi ausi fuerit episcopum facere, etiam si metropolitani episcopi epistolam non habuerint, & is qui ordinatus est, cum ordinatoribus excludatur.

XLIII.

Placuit præterea, ut secundum synodi instituta non ordinentur diacones conjugati nisi qui prius conversionis proposito professi fuerint castitatem. Cōc. Arausic. I. can. 22.

XLIV.

Si quis autem in posterum accepta benedictione levitica cum uxore sua incontinens invenitur, ab officio abjiciatur.

XLV.

De his quos clericatui alligari ipsa vitæ gratia suggesserit, si forte internupta & duplicata matrimonia inciderunt, non ultra subdiaconatum ecclesiasticas capiant dignitates. Quod si facti forsitan sunt, ab ecclesiastico removeantur officio.

XLVI.

Professas viduas, si conniventiam præstiterint, cum raptoribus esse damnandas.

XLVII.

Secundum constitutionem synodi Vasensis, quicumque oblationem fidelium suppresserit, aut negaverit, ab ecclesia, cui fraudem fecerit, excludatur. Conc. Vasense I. can. 4.

XLVIII.

Si quis episcopi sui sententiæ non acquiescit, synodi legibus audiendum. Ibidem c. 5.

XLIX.

Secundum instituta seniorum, si quis a communione sacerdotali fuerit auctoritate suspensus, hunc non solum a clericorum, sed etiam a totius populi conloquio atque convivio placuit excludi, donec resipiscens ad sanitatem redire festinet.

L.

Hi qui publicis inter se odiis exardescunt, ab ecclesiasticis conventibus removendi, donec ad pacem recurrant.

Anno Christi 451.

ANNO CHRISTI 452.

LI.

Dist. 87. Si expositus.

Conc. Vasense I. can. 10.

Si expoſitus ante eccleſiam cujuſcumque fuerit miſeratione collectus, conteſtationis ponat epiſtolam. & ſi is qui collectus eſt, intra decem dies quæſitus agnituſque non fuerit, ſecurus habeat qui collegit. Sane qui poſt prædictum tempus calumniator extiterit, ut homicida, eccleſiaſtica diſtrictione damnabitur, ſicut patrum ſanxit auctoritas.

LII.

De puellis quæ ſe voverunt Deo, & præclari decore nominis floruerunt, ſi poſt viginti & quinque annos ætatis ad terrenas nuptias ſponte tranſierint, id cuſtodiendum eſſe decrevimus, ut cum his, cum quibus ſe alligaverint, communione priventur: ita ut eis poſtulantibus pœnitentia non negetur; cujus pœnitentiæ communio multo tempore differatur.

LIII.

Si quis famulorum cujuſlibet conditionis aut generis, quaſi ad exacerbandam domini diſtrictionem, ſe diabolico repletus furore percuſſerit, ipſe tantum ſanguinis ſui reus erit, neque ad dominum ſceleris alieni pertinebit invidia.

LIV.

Placuit in ordinatione epiſcopi hunc ordinem cuſtodiri, ut primo loco venalitate, vel ambitione ſubmota, tres ab epiſcopis nominentur, de quibus clerici vel cives erga unum eligendi habeant poteſtatem.

LV.

Si quis ſæcularium amore religionis ſe ad quemcumque ſacerdotum crediderit conferendum, ipſe ſibi eum, quem erudiendi gratia ſuſceperit, vindicabit.

LVI.

Hoc etiam placuit cuſtodiri, ut nihil contra magnam ſynodum metropolitani ſibi æſtiment vindicandum.

NOTÆ IACOBI SIRMONDI, S. I.

1 *Concilium Arelatenſe.*] Incertis ſedibus jactatum fuit hoc concilium: quod alii nimirum Conſtantini magni, alii Conſtantii ejus filii temporibus adſcripſerunt. Verum, ut alia nunc omittam, ex canone Vaſenſis concilii, quod ante decem annos celebratum revera fuiſſe conſtat, liquido patet, concilium hoc, ut nunc quidem ſe habet, poſt Vaſenſe habitum neceſſario dici oportere: ſed quo prorſus anno, & quibus ab epiſcopis celebratum ſit, non liquet. De numero etiam canonum magna eſt, undecumque ea orta ſit, in antiquis exemplaribus diſcrepantia, quæ triplici diſcrimine continetur. Quidam enim codices in univerſum primos tantum XXV. canones habent, ut Pithœanus unus, & alter in bibliotheca Vaticana. In aliis canones ſunt ª XXXIII. ut in Corbeienſi, Lugdunenſi, Foſſatenſi, & Tiliano Engoliſmenſi: iidem ipſi videlicet, qui in editione ſunt vulgata, quæ eſt canonum XXXVII. quatuor demptis, quos prætermittunt, hoc eſt X. XI. X I. & XXVI. In Rhemenſi vero codice, quem hoc loco repræſentamus, canones numerantur cum titulis ſuis LVI. adjectis & inſertis ex ſynodo Arauſicana pleriſque, qui in aliis codicibus deſiderantur Totum enim fere concilium ex antecedentium conciliorum decretis conflatum eſt, præſertim ex Nicænæ, Arelatenſis primæ, Vaſenſis; & Arauſicanæ ſynodi canonibus.

ª nec plures apud Iſidorum in collectione conciliorũ.

2. *Præter aviam, matrem, ſororem.*] Codex Corbeienſis & Lugdunenſis Græca voce, *præter thiam, ſororem.* Synodus Nicæna can. III. μηλέρα ἢ θείαν, id eſt, *amitam vel materteram.*

3. *Ad cellarii ſecretum.*] Lugdunenſis, *ad cellarum ſecretum.* alii, *cellarii,* ut in concilio Agathenſi can. XI. *a cellario, vel a ſecreto miniſterio.* in Arvernenſi can. XV. *in cubiculum atque cellarium.*

4. *Præcipue Gallicanis.*] Ita Rhemenſis. ceteri fere omnes hæc verba non habent. Codex idem Rhemenſis poſt canonem XXV. titulum interſerit: *Capitula de ſynodo quæ in territorio Arauſico celebrata eſt.*

5. *De his quos clericatui.*] Citatur hic locus in vetuſta collectione canonum codicis Pithœani, & dicitur ſimiliter canon XLV. concilii Arelatenſis II. Ex quo apparet exemplar ſynodi, quo uſus eſt auctor illius collectionis, cum hoc noſtro conſenſiſſe, atque hos etiam canones Arauſicanos complexum eſſe.

6. *Si quis a communione.*] Editiones vulgatæ, & cum his codex Rhemenſis: *Si a communione ſacerdotali fuerit auctoritate ſuſpenſus epiſcopus, hunc* &c. ut de excommunicato tantum epiſcopo agi videatur. Ceteri omnes epiſcopi nomen habent, & univerſim enuntiant.

NOTÆ SEVERINI BINII, S. I.

a *Concilium.*] Sicut trium Vaſenſium ſynodorum canones, ita duarum Arelatenſium ſubſcriptiones & tempora confuſa fuere. Subſcriptiones quæ in editione Suriana Colonienſi & Veneta huic Arelatenſi ſecundæ præfixæ antea extabant, ſunt eorum epiſcoporum, qui Arelatenſi primæ, anno Chriſti 314. celebratæ interfuerunt. Itaque lectori non ingratum fore ſperamus, quod eas huic concilio ablatas, priori Arelatenſi, cujus erant, reſtituerimus. Rationes quibus ad id faciendum inducti ſumus, vide in notis ejuſdem concilii Arelatenſis I. De varietate temporum dicemus verbo, *Tempore Siricii.*

b *Arelatenſe.*] Arelate, quod ſupra prolixius dictum oportuerat, eſt urbs Narbonenſis Galliæ inter Salyes: Colonia Sextanorum a Plinio lib. 3. cap. 4. appellata, ideo quod e ſexta legione milites coloni eo deducti ſint. Eam juxta Rhodanum ſitam, celeberrimoque emporio inſignem ſcribit Strabo lib. 4.

c *Tempore Siricii.*] Editiones anteriores in titulo & inſcriptione habent, celebratum fuiſſe concilium tempore Silveſtri pontificis, & Conſtantini, circa annum domini 326. idque occaſione illius inſcriptionis, quæ ante huic, nunc vero ſuo loco reſtituta, Arelatenſi primo præfixa extat. In qua hæc verba: *Circa annum domini* 326. ſubreptitia eſſe probavi ſupra in notis Arelatenſis I. ex eo quod exploratum ſit, ante tempora Dionyſii Exigui acta eccleſiaſtica non niſi conſulibus conſignari conſueviſſe.

Hanc ſynodum tempore Silveſtri, quod habent vetuſtiores conciliorum editiones, coactam fuiſſe, nequaquam ſuſtineri poteſt. Primum quidem, quod Vaſenſis concilii, quod circa finem pontificatus Iulii habitum fuit, mentionem faciat. Secundo, quod prædamnatam in concilio Sirmienſi, anno Chriſti 357. ſub Liberio, Photini hæreſin, hæc ſynodus Arelatenſis iterato judicio condemnet. Tertio demum, quod canone 17. Bonoſiacorum meminerit, quorum ante pontificatum Siricii nulla uſquam memoria reperitur. Cum igitur ex notis Capuenſis concilii manifeſtum ſit, tempore Siricii pontificis, mandato ejuſdem concilii, Bonoſum hæreſiarcham ab Anyſio Theſſalonicenſi epiſcopo damnatum eſſe, ad hæc tempora Siricii hanc ſynodum Arelatenſem II. referendam eſſe putavi. Spero futurum, ut ſententia auctoritate aliorum ſcriptorum deſtituta, per rationes ſupra allegatas pondus deinceps & auctoritatem accipiat.

d *Eos qui.*] Ex hoc canone claret plures eſſe Nicænæ ſynodi conſtitutiones, quam viginti, cum iſta non ſit de illarum numero. Idem in Arelatenſi concilio canon. 14.

NOTÆ

ANNO CHRISTI 453.

A

*** NOTAE GABR. ALBASPINEI EP. AVR.

AD CANON. II. CONCILII ARELATENSIS II.

PROMISSA *converſio*, niſi ejus uxor caſtitatem quoque voviſſet, nam ni fallor converſio, converſa, convertere, hanc habent in canonibus ſignificationem, Arauſicanum concilium canone 22.

AD CANON. IX. EIVSDEM CONCILII.

NISI *ſucepta pœnitentia incredulitatis*, niſi confiteantur ſolvendorum peccatorum, quamvis atrociſſima videantur, in eccleſiam tranſmiſſam eſſe poteſtatem; quod pernegarent Novatiani: hæc eſt illa incredulitas.

AD CANON. X. EIVSDEM CONCILII.

B

ILLVD mirum eſt patres iſtius concilii in medium proferre concilium Nicænum, ſed omnino aliter eſt, affirmareque lapſos & idololatras voluntarios, de conſilio, ſententiaque ejuſdem concilii condemnandos, & tamen non ab iis condemnari juxta canonem concilii Nicæni. Canon quippe Nicænus duodecim annorum pœnitentiam imponit: hi autem patres non niſi ſeptem annorum præſcribunt, & præterquam quod rationem temporis non obſervant, non ut patres Nicæni partiuntur & dividunt, qui *tres annos inter audientes, & duos inter communicantes ſolis orationibus* deſignant: Hi autem *quinque* inter catechumenos & duos inter *diſcommunicantes*. Ad hæc quantum ego conjicio aliud opponi non poteſt, niſi quod Rufini verſionem ſequuti ſunt, nulloſque Latine ſcriptos canones concilii Nicæni in manibus habuerint, præterquam Rufini, qui exponit vertitque canonem undecimum Nicæni, quem patres Arelatenſes proferunt eodem ſenſu, ſignificatione eadem, iiſdemque verbis, *quinque annos inter catechumenos faciant, & duobus annis poſthoc fidelibus tantum in oratione jungantur.* C

Nicena ſynodus, canone duodecimo.

Inter catechumenos, audientes ſcilicet, non autem inter alios.

Inter diſcommunicantes, hoc eſt pœnitentes quarti gradus qui non niſi precum participes eſſent; diſcommunicantes vero vocantur, quod iis euchariſtiam percipere non liceret: neque oblationes offerre, neque plane jure communionis cum fidelibus uterentur.

Communionem inter pœnitentes, non vidi hujus concilii manuſcriptos codices, ſed aliqui tamen extant, in quibus, non *pœnitentes*; ſed *fideles*, legitur; quemadmodum accepimus a Iacobo Sirmondo viro omni liberali eruditione penitus imbuto, & merito certe ita legendum cenſet: alioquin canonis ſenſus non cohæreret, neque conveniret cum antiqua illa diſciplina, quæ pœnitentes a communione longe ſegregabat. Senſus igitur eſt, quamvis inter fideles & ad ſimplicem D communionem, hoc eſt ad communionem precum admittatur, non tamen præſumat ſumere euchariſtiam.

AD CANON. XII. EIVSDEM CONCILII.

HINC diſces, quamobrem tantopere oblationes efferre, & in oblationibus communicare deſiderarent, quod ſcilicet in intimam & perfectam ſocietatem & partem corporis Chriſti advocarentur, quorum oblationes acceptas haberet eccleſia, eaſque ſuo nomine Deo offerret. genus namque & ſpecies erat communionis, quam pluris facerent quam ipſam communionem, & reconciliationem ſimplicem. Vides præterea communionis jus illud mortuis reddi poſſe, quod fruſtra reddidiſſet, nihil inde ſolatii aut auxilii accepturis.

Vitam exceſſerant, abſque abſolutione.

Communione, verbum hoc, non pro euchariſtia ſumi E poteſt; de eo namque qui interiiſſet loquitur, ſed pro communione in corpore fidelium.

AD CANON. XXVII. EIVSDEM CONCILII.

SI *in cohibenda*, aut legendum *in continentia*, quemadmodum in quinto Carthaginenſi canone tertio: aut ſupplendum in cohibenda converſatione: aut denique *cohabitando* cum quibuſdam exemplaribus, reponendum.

Concil. general. Tom. IV.

AD CANON. XXXVI. EIVSDEM CONCILII.

EX aliena diœceſi quemquam ordinare leges vetabant, iiſdem legibus ordinati, a propriis epiſcopis reperi & vindicari poterant: ne igitur vi & authoritate illorum canonum religioſi revocari poſſe viderentur, ſtatuunt patres in hoc concilio, monachum & religioſum ſub cujuſlibet epiſcopi poteſtate, vitam poſſe ducere religioſam, ſi ex ejus præceptis & inſtitutis, hanc piam vivendi rationem inſtituiſſet: cujus ſtatuti ea cauſa eſſe videtur, quod religioſi tunc temporis eſſent laici, & inter laicos haberentur.

1 [a] CONCILIVM [b] ANDEGAVENSE IN ORDINATIONE TALASII EPISCOPI

celebratum IV. Nonas Octobris, Opilione V. C. conſule, [c] anno Chriſti CCCCLIII. Valentiniani III. Auguſti XXVIII. Leonis I. papæ XIII.

TITVLI CANONVM.

PRÆFATIO.

CVM ad ordinandum epiſcopum in civitate Andegavorum epiſcopi conveniſſent, & [d] Talaſius eſſet epiſcopus ordinatus, omnibus pariter reſidentibus, [e] Leone, Euſtochio, * Chariatone, Rumorido, * Viventio, [h] Victorio, & Talaſio, epiſcopis, pari conſilio atque tractatu deciſionem, quam verbis decreverant, etiam ſcripturæ mandare voluerunt: ut ab hac die, hoc eſt IV. Nonas Octobris, Opilione V.C. conſule, hæ regulæ eccleſiaſticæ ſervarentur, quæ a ſenioribus juxta auctoritatem ſcripturarum jam fuerant conſtitutæ.

* [f] Chariatone, * [g] Vincentio,

CANONES.

I.

Primum [i] ut contra epiſcopale judicium clericis non liceat * proſilire: neque inconſultis * ſacerdotibus ſuis ſæcularia judicia expetere: ſed nec de loco ad alium ſine epiſcopi permiſſione

* reſilire: * ſacerdotibus ſæcularium jud.

ANNO CHRISTI 453.

transire: nec sine commendatis sacerdotum suorum literis commeare.

II.

k Vt diaconi presbyteris noverint omni humilitate deferendum.

III.

l Vt a violentia & crimine perputationis abstineatur.

IV.

m Familiaritatem extranearum feminarum noverint esse vitandam. Sed si qui sunt cælibes, non nisi a sororibus, aut amitis suis, aut a matribus consolentur. Quia sicut bonum non est homini solum esse, ita familiares esse clericos feminis non oportet extraneis: quia frequenter plurimorum ruinas sub hac occasione deflemus. Si quis autem post hoc interdictum a prædictis familiaritatibus se revocare noluerit, nequaquam gradu altiore donabitur: & si jam ordinatus fuerit, non ministret. 2 Tum si qui tradendis civitatibus fuerint interfuisse detecti vel capiendis, non solum a communione habeantur alieni, sed nec conviviorum quidem admittantur esse participes.

n Conc. Ilerdense c. 1.

V.

Quod etiam de his qui accepta pœnitentia resilierint, debita severitate servabitur. quæ forma etiam circa eas quæ de virginitate sanctimoniali crimine proprio deciderunt, statuto rigore permaneat.

VI.

Hi quoque qui alienis uxoribus, superstitibus ipsarum maritis, nomine conjugii abutuntur, a communione habeantur extranei.

VII.

Clerici quoque, qui relicto clero se ad sæcularem militiam, & ad laicos contulerint, non injuste ab ecclesia, quam reliquerunt, amoventur.

VIII.

Monachi quoque, qui cœptam observationis viam relinquunt, & absque epistolis, & absque certis negotiis vel necessitatibus per regiones vagantur alienas, cognita districtione, si se non emendaverint, ab abbatibus suis, vel a sacerdotibus, ad communionem non recipiantur.

IX.

Aliis quoque episcopis aliorum clericis gradum augere non liceat.

X.

Quicumque autem vel de laicis, vel de clero, ministri fuerint ordinati, & observare noluerint; si laicus, communicare non liceat, nisi forte reprobaverint criminosos.

XI.

n Non nisi unius uxoris viri, iidemque virginibus copulati, diaconi vel presbyteri ordinentur.

XII.

Pœnitentiæ sane locus omnibus pateat, qui conversi errorem suum voluerint confiteri. quibus perspecta qualitate peccati, secundum episcopi æstimationem erit venia largienda.

Quod ita inter prædictos viros pari consilio & ordinatione decretum est, ut si quis ex ipsis contra hanc ordinationem ' agendum esse præsumpserit, obvius fuisse regulæ ecclesiasticæ judicetur: adversus quem ceteris fratribus suis, quasi adversus contemptorem, licebit exurgere.

NOTÆ IACOBI SIRMONDI, S. I.

1 *Concilium.*] Collatum est cum tribus exemplaribus, Engolismensi Tiliano, Fossatensi, & Pithœano: ex quibus quæ minime dubia erant, in contextum de more conjecimus. Titulos vero, ubi corrupti aut mutili videbantur, alios substituimus.

2 *Tum si qui tradendis.*] Rectius, opinor, manuscripti, qui hoc membrum hinc divellunt, & cum sequenti canone copulant.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium.*] Hoc concilio disciplina ecclesiastica, licentia quadam vivendi corrupta, in meliorem statum reformata fuit. Pater Fronto Ducæus societatis Iesu presbyter dignissimus, & professor in Galliis doctissimus, e temporum obscuritate vindicatum per annales illustrissimi cardinalis Baronii in lucem primus emisit. Apud Baronium desiderantur capitula canonum, quæ magno commodo universæ ecclesiæ idem pater Fronto ad nos transmisit, dum hoc ipsum concilium prælo committeremus. Scribit se hæc exhibere ex manuscripto codice reverendissimi domini Ioannis Tilii episcopi Meldensis. Varietatem lectionis ex eodem codice collectam, suis locis addidimus. Rogo ut si plura hujus generis ecclesiæ profutura habeantur, in appendice quadam universali ad finem quarti tomi addenda communicentur.

b *Andegavense.*] Sic dictum a civitate quadam Galliæ Lugdunensis, quæ hodie Latine Andegavum, Gallico *Angers* appellatur.

c *Anno Christi 453.*] Quarto nonas Octobris sub clarissimi viri Opilionis consulatu, qui cum anno Christi 453. Leonis 14. Marciani 4. & Valentiniani imperatoris 29. coincidit. Hæc acta concilii testantur.

d *Thalassius.*] Andegavensis episcopus, ut ex Turonensis concilii subscriptionibus constat.

e *Leone.*] Bituricensi episcopo.

f *Eustochio, Charilatone.*] In manuscripto episcopi Meldensis Chariatone, scribendum fortasse, Charitone. Hæc Fronto.

g *Vincentio.*] Manuscriptus Meldensis episcopi habet *Viventio*, ut pater Fronto notavit.

h *Victorio.*] Alias Victurio Cenomanensi antistite, qui una cum Thalassio Andegavensi in Venetico concilio scriptus habetur.

i *Vt contra episcopale judicium clericis non liceat sæcularium judicia expetere.*] Hæc pro ecclesiastica immunitate contra Valentiniani imperatoris sanctionem anno 452. Romæ promulgatam, & Christiano principe indignam, qua ecclesiasticum forum suis privilegiis spoliavit, fori exceptionem clericis abstulit, nullamque extra causas fidei & religionis juris dicendi auctoritatem illis concessit, nisi patres ex consensu apud aliquem episcoporum agere delegissent. Hæc patrum constitutio quam æqua: contra vero imperatoris Valentiniani sanctio quam fuerit iniqua & impia, non modo Caii & Marcellini pontificum constitutiones, Milevitani & Calchedonensis concilii antiquiora decreta, & Majoriani & Iustiniani novellæ constitutiones 79. 83. & 123. indicant; verum etiam ipsa denique ratio evidentissime

tissime ostendit. Omnium enim judicio absurdum est, si ovis pastorem suum judicet, si hodie prætor ad tribunal episcopi, cras episcopus ad tribunal prætoris evocari possit. Vt judex terrenus summi judicis servos hominesque sacratos capiat aut puniat, quis non absurdissimum esse dixerit? Piissimum igitur fuit Constantini magni, quo ad episcopos loquens dixit: *Vos dii estis a summo Deo constituti: conveniens non est ut homo judicet deos.* Quo sensu deos appellarit, diximus supra in notis edicti de donatione. Accedit quod magno malo totius Romani imperii Valentinianus imperator expertus fuerit, quod hanc sanctionem impiissimam ferendo, in jura ac privilegia ecclesiarum hactenus longo tempore usurpata insurrexerit. Nam dum Attila flagellum Dei nominatus, a Gothis [a] anno præcedente in Gallia victus fuisset, adeoque Romano imperio parum nocuisse potuisset, peccato imperatoris, justoque Dei vindictis permissu, viribus auctus Aquileiam aliasque nobilissimas urbes Italiæ expugnavit & diruit: ipsam quoque urbem Romam una cum imperio evertisset, nisi per Leonis papæ, cujus auctoritatem & potestatem suo edicto depresserat & humiliaverat, præsidium & auxilium munita fuisset. *Nam cum Romam quoque pararet irrumpere,* inquit Paulus diaconus lib. 15. miscel. *Leo magnus ad eum missu Valentiniani imperatoris accessit; eumque adeo mitem reddidit, ut illico promissa pace firmissima, ultra Danubium, non rediturus, abierit.* Qua ratione id effectum fuerit, hac de re quæsitus, suo, id indicavit responso, quod nimirum Leoni summo sacerdoti alium quemdam, fortasse Petrum apostolum, ut inquit diaconus, sacerdotali habitu astantem viderit, sibique gladio minantem, si non Leonis mandato obtemperaret.

k *Vt diaconi presbyteris deferendum esse.*] Hoc idem constitutum fuit ante annos plusquam centum in concilio Arelatensi primo, canone 14. his verbis. *De diaconis urbicis, ut non aliquid per se præsumant, sed honor presbyteris reservetur.* Diaconi ob bonorum administrationem sibi commissam, majore honore a populo observabantur, eaque occasione adversus presbyteros cervicem erigebant, eosque contemnebant: & cum ex antiqua lege ecclesiæ, presbyteris sedentibus, ipsi stare tenerentur, ex administratione bonorum elatiores facti, contra has leges & observationes ecclesiæ agebant. Cum ergo ille diaconorum fastus aliquoties depressus, hoc tempore in Galliis vicissim repullulasset, opus fuit, ut ecclesiasticæ censuræ securi malum alias amputatum iterum succideretur. Vide quæ de fastu Romanorum diaconorum, de contentione inter diaconos & presbyteros Romæ exorta, dixi supra tomo primo in notis ad vitam Anastasii I. verbo *Constituit, ut quoties evangelia canerentur, sacerdotes non sederent, sed curvi starent.* Item quæ de diaconis dixi in notis concilii Romani II. sub Silvestro, & Carthaginensi IV. can. 34.

l *Vt a crimine perputationis.*] Ita etiam mendose legit manuscriptus Meldensis. Sed pater Fronto in notis suis marginalibus, quas mihi transmisit, legendum putat *pervasionis*. Hoc enim sensu usurpabant illud isto sæculo: ut pervadere sit alienas res invadere, ac per vim usurpare. Sic concilio Agathensi, can. 29. *Libertos legitime a dominis suis factos ecclesia tueatur: quos si quis ante audientiam aut pervadere aut exspoliare præsumpserit, ab ecclesia repellatur.* Item Turonensi I. can. 9. *Vt aut diœceses alienas, transgrediendo terminos a patribus constitutos, pervadat.* Hæc pater Fronto Ducæus.

m *Familiaritatem.*] De habitatione mulierum cum sacerdotibus & clericis, plura dixi supra in notis canonum apostolicorum, conciliorum Eliberini, &c

n *Non nisi unius uxoris viri.*] Decernitur ne bigamus ordinetur. qua de re vide notas can. apost. 17.

CONCILIVM [a] ARELATENSE III.

A RAVENNIO EPISCOPO IN CAVSA Fausti abbatis insulæ Lirinensis & episcoporum celebratum, Leonis I. papæ temporibus, 1 circa annum Christi CCCCLV.

Exemplar epistolæ generalis, quæ ad episcopos invitandos in causa insulæ Lirinensis missa est.

QVOTIENS membrum aliquod quolibet infirmitatis genere laborat, fieri non potest, quin ejusdem corporis etiam cetera membra condoleant. Et ideo causam quæ inter sanctum episcopum Theodorum & sanctum Valerianum, vel sanctum Maximum, item epi-

A scopos, atque abbatem Faustum, nec non & reliquos fratres insulæ Lerinensis acciderat, absque dubio omnes nos, qui in Christo unum sumus, differre non possumus, nisi id agamus qualiter curetur & abstergatur. Ad hoc itaque remediandum scandalum orationibus vestris 3. Kal. Ianuarias audientiæ dies est constitutus. Rogamus ergo, ut sanctitas vestra se usque Arelate fatigare dignetur: quatinus tantum malum, quod dilatione plus crescit, beatitudinis vestræ præsentia terminetur. Talis enim causa, quæ tam grande scandalum gignit, sicut atrocitate sui multos involvit, ita plures qui in Christo medeantur, exposcit. *Ad eos qui in ipsa insula sunt.* Beatitudinem vero vestram præcipue adesse

B convenit, quos insula ipsa velut sinu quodam genitricis fovens, ad eam gratiam, quæ nunc in vobis est, domino instigante produxit. *Ad sanctum Rusticum.* Ac præcipue beatitudo vestra ut adsit, primum deprecamur; quia gravior infirmitas necessario medicos peritissimos inquirit.

ANNO CHRISTI 455.

INSTITVTIO SANCTORVM EPISCOporum Ravennii, Rustici, Nectarii, Flori, Constantii, Asclepii, Maximi, Iusti, Salonii, Ingenui, Ynanti, Zotici, Chrysanthi, in causa insulæ Lirinensis.

CVM Arelate in secretario ecclesiæ convenissemus, præmissa prece ad dominum,

C nullo extrinsecus arbitro interveniente resedimus, de remedio scandali, quod in monasterio in insula Lerinense obortum fuerat, pertractantes. Placuit ergo nobis sancto, ut credimus, Spiritu gubernante, ut omnibus quæ in querelam venerant, solicite ventilatis atque discussis, sanctus ac beatissimus frater Theodorus episcopus primum exoraretur a nobis, ut scandalum quod & ipse, sicut & nos, graviter dolebat exortum, differendo in tempora manere diutius non pateretur, sed potius ad recipienda satisfactionum remedia festinaret, & sanctum presbyterum Faustum, abbatem monasterii supradicti, indulta, si qua illa esset, culpæ venia, in pristina pace toto caritatis affectu reciperet, & ad

D insulam ac congregationem ipsi Deo dispensante commissam, cum sua gratia & caritate remitteret. Nec quidquam deinceps ex his quæ sibi fratrem Faustum arguebat fecisse, aut verbis repeteret, aut animo retineret. Quin potius conlationem, utpote antiquus abba & episcopus, ei ut piam ac necessariam perpetuo exhiberet, & solatia secutura, quæ verbis dignabatur promittere, rebus ipsis, in quo usus exigeret, plenissime exhiberet. Hoc tamen sibi tantummodo vindicaturus, quod decessor suus sanctæ memoriæ Leontius episcopus vindicaverat: id est, ut clerici, atque altaris ministri, a nullo, nisi ab ipso, vel cui ipse injunxerit, ordinentur: chrisma non

E nisi ab ipso speretur: neophyti si fuerint, ab eodem cõfirmentur: peregrini clerici absque ipsius præcepto in communionem, vel ad ministerium, non admittantur. Monasterii vero omnis laica multitudo ad curam abbatis pertineat: neque ex ea sibi episcopus quidquam vindicet, aut aliquem ex illa clericum, nisi abbate petente, præsumat. Hoc enim & rationis & religionis plenum est, ut clerici ad ordinationem episcopi debita subjectione respiciant: laica vero omnis monasterii congregatio ad solam ac liberam abbatis proprii, quem sibi ipsa elegerit, ordi-

ANNO CHRISTI 455.

ordinationem, dispositionemque pertineat; regula, quæ a fundatore ipsius monasterii dudum constituta est, in omnibus custodita. A

NOTA IACOBI SIRMONDI, S. I.

1. *Circa annum 455.*] Cum Ravennius Arelatensis episcopatum inierit, ut vidimus, anno 449. idemque Leone adhuc superstite, ante annum 461. vita functus sit, ut Hilari papæ ad Leontium Ravennii successorem epistolæ docebunt, consequens est, ut concilium hoc, cui Ravennius præfuit, uno aliquo intra hos fines anno celebratum intelligamus. Ejus vero exemplar nobis suppeditavit optimus & antiquissimus codex ecclesiæ Lugdunensis, cui & alia in hoc opere plura debemus.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. I.

ANNO CHRISTI 4..

Confessionem Tironi Prospero Aquitano a quibusdam tributam, & a Sirmondo nostro post Eugenii Dracontiique carmina anno 1619. editam, hic statueram alias collocare cum epistola quadam Rustici Narbonensis archiepiscopi alteriusve cognominis ad Eucherium Lugdunensem Antistitem ab eodem in notis ad Sidonium jampridem vulgata. Verum re diligentius perspecta, in neutra ne γρ quidem deprehendi, quod ad concilia nostra historiamve ecclesiasticam pertineat, ut insulsus sit omnino, qui hujusmodi πάρεργα aut requirat ipse, aut aliis obtrudat.

De inscriptione Narbonensi ejusdem Rustici, vide sis, lector studiose, nuperas notas Stephani Baluzii ad Salviani epistolas.

CONCILIVM CONSTANTINOPOLITANVM LXXIII. EPISCOPORVM, ANNO DOMINI CCCCLIX. celebratum sub Leone.

EPISTOLA SYNODICA & circularis Gennadii patr. CP. ad abolendas simoniacas molitiones scripta.

a Gentiano Herveto interprete.

" *Religiosissimo & sanctissimo in sacris comministro N. Gennadius, & quæ in Christi amante regia civitate Constantinopoli coacta est sancta synodus.*

Quid adversum simoniacos statutum sit.

CVM dominus & Deus salvator noster Iesus Christus suis discipulis euangelii prædicationem credidisset, eosque per universum terrarum orbem inter homines ad docendum misisset, aperte jussit, ut quod gratis accepissent, eis quoque gratis darent, non aurum vel argentum, aut alias omnino materiales & terrenas facultates pro eis acquirentes. Cælestibus enim & spiritualibus donis nulla est cum terrenis & temporalibus commutandi ratio. Hoc autem præceptum non solum illis, sed etiam nobis per illos dedit, quos in illorum gradum & locum substituere dignatus est: & oportet, sicut illi tunc, nos quoque nunc accurate & diligenter servare, nec in iis quæ technas sophisticas non admittunt, uti sophistica calliditate, nec aleam periculosam jacere. *Gratis* (inquit) *accepistis, gratis date. Non possidentes æs, neque aurum, neque argentum in zonis vestris.* Simplex est & aperta huius mandati ratio, quæ nihil habet varium, nihil quod non sit facile & explicatum, nihil quod sophistica expositione egeat. A me (inquit) accepistis dignitatem sacerdotii. Si mihi pro ipso parum quid vel magnum solvistis, & hoc a me venditum est, vos quoque ipsum aliis vendite: si autem gratis accepistis, vos quoque gratis date. Quid hoc est mandato apertius? Quid autem iis qui parent, utilius? Væ illis re vera qui Dei donum acquirere, vel illud pro pecunia dare in animum inducunt. In fel enim amaritudinis & vinculum iniquitatis ii (juxta sancti Petri sententiam) a sua malitia comprehensi sunt.

Matth. 10. Marc. 6. Act. 8.

B ΕΓΚΥΚΛΙΟΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΓΕΝΝΑΔΙΟΥ πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως καὶ τῆς σὺν αὐτῷ ἁγίας συνόδου, πρὸς ἅπαντας τοὺς ὁσιωτάτους μητροπολίτας, καὶ πρὸς τὸν πάπαν Ῥώμης.

Τῷ θεοφιλεστάτῳ συλλειτουργῷ, τῷ δε, Γεννάδιος, καὶ ἡ ἐνδημοῦσα τῇ βασιλικῇ πόλει νέᾳ Ῥώμῃ, ἁγία σύνοδος.

Ο Δεσπότης ἡμῶν καὶ Θεὸς καὶ σωτὴρ Ἰησοῦς Χριστὸς ἐγχειρίσας τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ μαθηταῖς τοῦ εὐαγγελίου τὸ κήρυγμα καὶ διδασκάλους τούτους ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἀνθρώποις ἐξαποστείλας, παρεκελεύσατο διαῤῥήδην, ἣν εἰλήφασι παρ' αὐτοῦ δωρεὰν, ταύτης καὶ αὐτοὺς τοῖς ἀνθρώποις μεταδιδόναι δωρεὰν, μὴ κτωμένους ὑπὲρ αὐτῆς χαλκὸν ἢ ἄργυρον ἢ χρυσὸν, ἤ τινα περιουσίαν, ἄλλως ὅλως ὑλικὴν ἢ γεώδη· μὴ γὰρ εἶναι τῶν ἐπουρανίων καὶ πνευματικῶν χαρισμάτων ἀμοιβὴν, τὰ γήϊνα καὶ ἐπίκηρα. ταύτην τὴν ἐντολὴν, οὐ μόνον ἐκείνοις, ἀλλὰ καὶ ἡμῖν δι' ἐκείνων ἐνετείλατο, οὓς εἰς τὸν ἐκείνων βαθμόν τε καὶ τόπον ὑπεισαγαγεῖν κατηξίωσε. καὶ δεῖ καθάπερ ἐκεῖνοι τότε, καὶ ἡμᾶς νῦν ἀκριβῶς φυλάττειν τε καὶ παρατηρεῖν, καὶ μὴ σοφίζεσθαι τὰ ἄσοφα. μηδὲ κύβον ἀναῤῥίπτειν ἐπὶ κίνδυνον. δωρεὰν, φησὶν, ἐλάβετε, δωρεὰν δότε. μὴ κτησάμενοι χαλκὸν μηδὲ ἄργυρον, μήτε χρυσὸν εἰς τὰς ζώνας ὑμῶν. ἁπλοῦς καὶ σαφὴς ὁ τῆς ἐντολῆς ταύτης λόγος ἐστὶν, οὐδὲν ποικίλον ἔχων, οὐδὲ δυσέφικτον, οὐδὲ σοφιστικῆς δεόμενον ἐξηγήσεως· παρ' ἐμοῦ φησὶν ἐδέξασθε τὸ τῆς ἱερωσύνης ἀξίωμα, εἰ μὲν ὑπὲρ αὐτοῦ μοι μικρὸν ἢ μέγα τι κατεβάλλεσθε, καὶ τοῦτο ὑμῖν πέπραται παρ' ἐμοῦ, πωλεῖτε καὶ ὑμεῖς ἑτέροις αὐτό. εἰ δὲ δωρεὰν εἰλήφατε, δότε δωρεὰν καὶ ὑμεῖς· τί τῆς ἐντολῆς ταύτης σαφέστερον; τί δὲ τοῖς πειθαρχοῦσι λυσιτελέστερον; οὐαὶ τῷ ὄντι, τοῖς κτήσασθαι τὴν τοῦ Θεοῦ δωρεὰν ἢ διδόναι ταύτην διὰ χρημάτων ὑπειληφόσιν. εἰς γὰρ χολὴν πικρίας καὶ σύνδεσμον ἀδικίας οἱ τοιοῦτοι, κατὰ τὴν ἀπόφασιν τοῦ ἁγίου Πέτρου, ὑπάρχουσι συλληφθέντες ὑπὸ τῆς ἑαυτῶν φιλαργυρίας.

C D E

Ὅθεν

ANNO CHRISTI 459.

Ὅθεν καὶ τῶν ὁσίων καὶ μακαρίων πατέρων τῶν τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης οἰκουμενικῆς τῆς ἐν Καλχηδόνι συναχθείσης, τῷ δεσποτικῷ τούτῳ νόμῳ συνείδει ὁ περὶ τούτου κανὼν, ὃς ἡμῖν σαφῶς οὑτωσὶ λέξεσιν αὐταῖς ἐκπεφώνηται.

Εἴ τις ἐπίσκοπος ἐπὶ χρήμασι χειροτονίαν ποιήσατο, καὶ εἰς πρᾶσιν καταγάγοι τὴν ἄπρατον χάριν. καὶ χειροτονήσῃ ἐπὶ χρήμασιν ἐπίσκοπον, ἢ χωρεπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον, ἢ διάκονον, ἢ ἕτερόν τινα τῶν ἐν τῷ κλήρῳ καταριθμουμένων, ἢ προβάλλοιτο ἐπὶ χρήμασιν οἰκονόμον ἢ ἔκδικον, ἢ παραμονάριον, ἢ ἄλλως τινὰ τοῦ κλήρου, δι' αἰσχροκέρδειαν οἰκείαν, ὁ τούτῳ ἐπιχειρήσας ἐλεγχθεὶς κινδυνευέτω περὶ τὸν οἰκεῖον βαθμόν. καὶ ὁ χειροτονούμενος, μηδὲν ἐκ τῆς κατ' ἐμπορείαν ὠφελείσθω χειροτονίας ἢ προβολῆς· ἀλλ' ἔστω ἀλλότριος τῆς ἀξίας ἢ τοῦ φροντίσματος, οὗπερ ἐπὶ χρήμασιν ἔτυχεν. εἰ δέ τις καὶ μεσιτεύων φανῇ τοῖς αἰσχροῖς τούτοις καὶ ἀθεμίτοις λήμμασι, καὶ οὗτος εἰ μὲν κληρικὸς εἴη, τοῦ οἰκείου ἐκπιπτέτω βαθμοῦ. εἰ δὲ λαϊκὸς ἢ μονάζων, ἀναθεματιζέσθω.

Κάλλιστα καὶ λίαν εὐσεβῆ τοῦ κανόνος τῶν ἁγίων πατέρων ὑπάρχει τὰ παραγγέλματα, πᾶσαν ἔφοδον σατανικὴν καὶ πᾶν ἐγχείρημα διαβολικὸν κατὰ τῆς πνευματικῆς φερόμενον δωρεᾶς, ἀπωθούμενά τε καὶ ἀνακόπτοντα. Οὐ βούλεται γὰρ οὐδαμῶς διὰ χρημάτων γίνεσθαι τῆς χειροτονίας τὴν προβολὴν, ἢ ὑποδέχεσθαι, οὔτε παρὰ τοῦ ταύτην ἐνεργοῦντος, οὔτε παρὰ τοῦ τῆς χειροτονίας τὴν προβολὴν ὑποδεχομένου, ἀλλ' οὐδὲ πρὸ καιροῦ τῆς χειροτονίας, οὐδὲ μετὰ τὸν καιρὸν τῆς χειροτονίας, οὐδὲ κατὰ τὸν καιρὸν αὐτὸν τῆς χειροτονίας, ὑπὲρ τῆς χειροτονίας δίδοσθαι χρήματα συγχωρεῖ. καθόλου γὰρ τὴν ἐπὶ τῷ πράγματι τούτῳ δωροδοκίαν ἀπέφηνεν.

Ὅμως ἐπειδὴ νῦν, καίτοι προδήλως τούτων οὕτω κεκωλυμένων, ἐφωράθησαν τινὲς κατὰ τῶν Γαλατῶν ὀλιγωροῦντες, καὶ παραβαίνοντες δι' αἰσχροκέρδειαν καὶ φιλαργυρίαν τὰ σωτήρια ταῦτα καὶ φιλάνθρωπα παραγγέλματα, δεῖν ἔχειν ἔδοξε καὶ ἡμῖν ταῦτα πάλιν ἀνανεώσασθαι μετὰ τῆς ἁγίας συνόδου, τῆς ἐνδημούσης ἐν ταύτῃ τῇ βασιλευούσῃ νέᾳ Ῥώμῃ, ὥστε δίχα πάσης ἐπινοίας καὶ πάσης προφάσεως καὶ παντὸς σοφισμοῦ, τὴν βδελυρὰν ταύτην καὶ ἀσεβῆ οὐκ οἶδ' ὅπως ἐπεισελθοῦσαν συνήθειαν ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις παντελῶς ἐκτεμεῖν. ἵνα ἀληθῶς ἀκαπηλεύτου καὶ καθαρᾶς παρὰ τῶν ἀρχιερέων τῆς ἐπὶ τῶν χειροτονουμένων αναῤῥήσεως γινομένης, ἄνωθεν ἡ τοῦ πνεύματος χάρις ἐπιφοιτᾷ. ὧν νῦν γε οὐκ οἶδα διὰ χρημάτων τὴν προβολὴν ποιουμένων, καὶ οὐ τῆς χειρὸς καθαρῶς ἐνεργούσης, ἐπιφοιτᾷ τῷ προχειριζομένῳ κατὰ τὴν φωνὴν τοῦ κηρύγματος, καὶ οὐχὶ συστέλλεται μᾶλλον ἡ τοῦ ἁγίου πνεύματος χάρις.

Ἴσθι τοίνυν τὰ πάντα θεοσεβέστατε, πάντα τὸν ἐντιμότατον, ἁλισκόμενον ἐπὶ τῷ τοιούτῳ τινὶ ἐπίσκοπον, ἢ χωρεπίσκοπον, ἢ περιοδευτὴν, ἢ πρεσβύτερον, ἢ διάκονον, ἢ ἄλλον τινα δήποτε τοῦ κανόνος, ἢ λαϊκὸν, κοινῷ δόγματι τῶν ἀρχιερέων καταπεκεῖσθαι, καὶ κοινῇ ψήφῳ, καθὼς περὶ τούτου καὶ ὁ τῶν ἁγίων πατέρων κανὼν φθάσας διαλαλεῖ. δεῖ γὰρ εἶναι χάριν τὴν χάριν, καὶ μηδαμοῦ μεσιτεύειν παρ' αὐτῇ ἀργύριον. ἔστω τοίνυν καὶ ἐστιν ἀποκήρυκτος, καὶ πάσης ἱερατικῆς ἀξίας τε καὶ λειτουργίας ἀλλότριος, καὶ τῇ κατάρα τοῦ ἀναθέματος

Unde & sanctorum & beatorum patrum sanctæ magnæ synodi œcumenicæ Calchedone congregatæ huic legi dominicæ convenit canon, qui sic a nobis aperte iisdem verbis editus est: *Canon concilii Calchedon. adversus simoniacos.*

Si quis episcopus pecuniis ordinationem fecerit, vel non venalem gratiam ad venditionem deduxerit, & pecuniis ordinaverit episcopum, vel coepiscopum, vel presbyterum, vel diaconum, vel aliquem eorum qui in clero connumerantur, vel pecuniis provehat œconomum, vel defensorem, vel paramonarium, vel omnino aliquem ex clero, propter suum turpe lucrum: qui hoc aggressus esse convictus fuerit, de proprio gradu veniat in periculum; & qui ordinatur, nihil ex ordinatione, vel promotione, quæ fit instar mercaturæ, juvetur, sed sit alienus a dignitate, vel curatione, quam pecuniis assecutus est. Si quis autem his turpibus ac nefariis lucris sequester intercessorve apparuerit, is quoque si sit clericus, a primo gradu excidat: si autem laicus, vel monachus, anathematizetur.

" Pulcerrima & valde pia sunt hujus canonis sanctorum patrum præcepta, qui omnem invasionem satanicam, diabolicumque conatum, qui in donum spirituale intenditur, repellit & rescindit. Nullo enim modo vult ordinationis promotionem pecuniis aut fieri, aut suscipi, nec ab eo qui illam exercet, nec ab eo qui ordinationis promotionem accipit: sed nec ante tempus ordinationis, nec post, dari pecunias concedit: omnium enim in hac quoque re esse sordes, munerumque corruptionem pronuntiat.

" Ejusdem epistolæ verba esse recte monet Binius post Baronium. Errarunt enim vero, qui in Parisiensi ultima aliisque Balsamonis editionibus ad scholia sive ἑρμηνείας illius retulerunt quæ sequuntur omnia usque ad subscriptionem.

Quoniam tamen iis ita aperte prohibitis, quidam sunt in Galatarum ecclesia deprehensi propter turpe lucrum & avaritiam hæc salutaria & humana præcepta negligere & transgredi: ea quoque ipsa nobis renovare visum est, cum hac sancta synodo, quæ in hac regnante nova Roma, nunc agit: ut sine omni penitus inventione, & omni prætextu, callidoque commento, impiam hanc & odiosam, quæ nescio quomodo in sanctissimas ecclesias subiit, consuetudinem omnino exscindamus; ut cum pura & absque ulla cauponatione eorum qui ordinantur, renuntiatio ab antistitibus facta fuerit, gratia Spiritus sancti superne veniat. Quibus nescio an per pecuniam promotionem facientibus, & manu non pure operante, ad eum qui promovetur accedit, secundum vocem euangelii, & non potius retrahitur gratia sancti Spiritus. *Galatæ simoniaci.*

Scias ergo, o vir religiosissime & omni ex parte sanctissime, quod quicumque hujus convictus fuerit episcopus, vel coepiscopus, vel viator, vel presbyter, vel diaconus, vel quivis alius ex canone, vel ex laicis, communi antistitum decreto, communique sententia condemnatus est, sicut de hoc quoque sanctorum patrum præcedens canon loquitur. Oportet enim gratiam semper esse gratiam, & argentum apud eam nequaquam intercedere. Sit ergo & ab omni sacerdotali dignitate & ministerio alienus, & anathematis

loco

ANNO CHRISTI 459.

loco ſubjectus, qui & ſe per pecunias acquirere exiſtimat, & qui eam pecuniis habere pollicetur, ſive ſit clericus, ſive laicus, ſive hoc facere convincatus, ſive non: quia fieri non poteſt, ut conveniant quæ convenire nequeunt, nec ut mammona Deo conſentiat; vel ut qui ei ſerviunt, Deo ſerviant. Domini eſt ſententia, cui contradici non poteſt: *Non poteſtis Deo ſervire & mammonæ.*

Matth. 6.

Nos in his pro viribus conſulentes, & eis credentes*, cum eo qui hæc dixit, adverſus eos qui in iis peccant, ſententiam protulimus. Tua ſanctitas curam gerat, omni adhibita diligentia, ut hæc per tranſcripta exemplaria innoteſcant & ſanctiſſimis epiſcopis qui tibi ſubſunt, & περιοδευταῖς & aliis omnibus: ut in uno ſpiritu & una anima omnes ſimul conſtipati Chriſtiani adverſus communem inimicum, Dei auxilio, poſſimus avaritiæ radicem, quæ ab illo in nobis inſita eſt, cum omnibus eorum malorum germinibus exſcindere. Omnem quæ tecum eſt in Chriſto fraternitatem ſalutamus. Fortis exiſtens in Chriſto, ora pro nobis, ſanctiſſime frater.

* credentes.

A ὑποκείμενος, ὅ, τε ταύτην κτᾶσθαι διὰ χρημάτων οἰόμενος, καὶ ὁ ταύτην παρέχειν ἐπὶ χρήμασιν ὑπισχνούμενος, εἴτε κληρικὸς εἴτε λαϊκὸς εἴη, κἂν ἐλέγχοιτο, κἂν μὴ ἐλέγχοιτο ποιεῖν, ὅτι οὐδὲ οἷόν τε συμβιβασθῆναι ποτὲ τὰ ἀσύμβολα, οὐδὲ Θεῷ συμφωνῆσαι τὸν μαμμωνᾶν, ἢ τοὺς τούτῳ δουλεύοντας δουλεῦσαι Θεῷ. δεσποτικὴ καὶ αὕτη ἐστὶν ἀπόφασις ἀναμφίβολος. οὐ δύνασθε Θεῷ δουλεύειν καὶ μαμμωνᾷ.

Τούτοις ἐπιθαῤῥοῦντες ἡμεῖς κατὰ δύναμιν, καὶ τούτοις ὑπήκοντες, μετὰ τοῦ ταῦτα φήσαντος, κατὰ τῶν ταῦτα παρανομούντων τὴν ἀπόφασιν πεποιήμεθα. φροντισάτω δὲ καὶ ἡ σὴ ὁσιότης B διὰ πάσης περιφυλακῆς ποιουμένη, δῆλα καταστῆσαι διὰ ἀντιγράφων καὶ τοῖς ὑπό σε θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις καὶ περιοδευταῖς καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν. ἵνα ἐν ἑνὶ πνεύματι καὶ μιᾷ ψυχῇ πάντες ὁμοῦ χριστιανοὶ συμφραξάμενοι κατὰ τοῦ κοινοῦ δυσμενοῦς ἰσχύσωμεν σὺν Θεῷ, τὴν ὑπ' ἐκείνου φυτευθεῖσαν ἐν ἡμῖν τῆς φιλαργυρίας ῥίζαν, ἅμα πᾶσιν αὐτοῖς τῶν κακῶν τοῖς βλαστήμασιν ἐκτεμεῖν. πᾶσαν τὴν σὺν σοὶ ἐν Χριστῷ ἀδελφότητα προσαγορεύω. ἐῤῥωμένος ἐν κυρίῳ ὑπερεύχου ἡμῶν θεοφιλέστατε ἀδελφέ.

" Hæc forte poſtrema verba Balſamon addidit epiſtolæ ſynodali.

" *Huic epiſtolæ cum ipſo Gennadio ſubſcripſerunt etiam ſeptuaginta tres.*

Τούτῳ τῷ ἐπιστολιμαίῳ λόγῳ σὺν αὐτῷ δὴ τῷ Γενναδίῳ ὑπέγραψαν καὶ οἱ ἑβδομήκοντα τρεῖς.

"**: Gennadius epiſcopus Conſtantinopolis novæ Romæ. C

Ioannes epiſcopus metropolis Heracleæ.

Anaſtaſius epiſcopus metropolis Ancyræ.

Eunomius epiſcopus metropolis Nicomediæ.

Petrus epiſcopus metropolis Nicææ. " *Et alii quorum nomina exciderunt injuria temporum.*

NOTA SEVERINI BINII.

Cauſa concilii.

a *Concilium Conſtantinopolitanum.*] Cum Leo imperator apud Leonem pontificem de indicenda univerſali ſynodo diu fruſtra egiſſet, rogavit tandem ut a latere ſuo legatos mitteret Conſtantinopolim, qui una cum Gennadio ejuſdem ſedis antiſtite vigilantiſſimo, eccleſias ab Eutychiana hæreſi, & a labe ſimoniaca expurgarent. Præſentibus igitur Domitiano atque Geminiano D epiſcopis, apoſtolicæ ſedis a latere legatis, Gennadius e proximioribus provinciis epiſcopos 73. convocavit. Inchoato concilio, ex more, primo omnium actum eſt de firmando fidei decreto in Calchedonenſi concilio edito; quod hæretici frequentibus ictibus concutere, atque penitus dejicere conabantur. Deinde recitatæ fuerunt ibidem omnes illæ epiſtolæ, quas & epiſcopi orientis, & ſanctiſſimi anachoretæ conſcripſerant. Ad tollendam ſimoniacam labem, quæ Conſtantinopolitanam eccleſiam deturpabat, canonem illum ediderunt, qui in epiſtola encyclica hujus concilii ſupra extante continetur. Reliqua acta omnia præter fragmentum ſupra poſitum interierunt. Vide Baronium anno 459. num. 1. 2. 3.

Numerus epiſcoporum.

Acta concilii q æ.

nem & principatum ſanctæ ſedis catholicæ & apoſtolicæ. Hic c fecit conſtitutum de eccleſia in baſilica ad ſanctam Mariam, conſulatu Baſiliſci & Hermenerici, 16. Calendas Decembres. Hic fecit oratoria tria in baſilicæ Conſtantinianæ baptiſterio, ſancti Ioannis Baptiſtæ, & ſancti Ioannis euangeliſtæ, & ſanctæ crucis, omnia ex argento & lapidibus pretioſis. Confeſſionem autem ſancti Ioannis Baptiſtæ fecit ex argento, penſantem libras 100. & crucem auream. Et confeſſionem ſancti Ioannis euangeliſtæ fecit ex argento, penſantem libras 100. & crucem auream. Et in ambobus oratoriis januas æreas argento cluſas. In oratorio vero ſanctæ crucis fecit confeſſionem, ubi lignum poſuit dominicū, & crucem auream cum gemmis, penſantem pondo librarum 20 In confeſſione fecit januas ex argento, penſantes lib. 50. Supra confeſſionem arcum aureum, qui penſat libras 4. quem portant columnæ onychinæ: & eo loci ſtat agnus aureus, qui penſat libras duas. Coronam auream ante confeſſionem. Pharum cum delphinis, penſantem libras quinque. Lampades aureas 4. penſantes libras duas. Nympheum & triporticum ante oratorium ſanctæ crucis, ubi ſunt columnæ miræ magnitudinis, quæ dicuntur Hecatonpenta. Lacus E & conchas cithariacas duas, cum columnis porphyreticis † foraitis, aquam fundentes. Et in medio lacum porphyreticum cum concha † raita in medio, aquam fundente, circumdata & a dextris & a ſiniſtris in medio cancellis æreis & columnis, cum faſtigiis & epiſtyliis, undique ornatis ex muſivo, & columnis Aquitanicis, & tripolitis & porphyreticis. Ante confeſſionem beati Ioannis poſuit coronam argenteam, penſantem libras 20. Pharum cantharum, penſantem libras 25. Item ad ſanctum Ioannem intra ſanctum fontem lucernam auream cum † nixis luminum 10. penſantem libr. 5. Cervos argenteos tres fundentes aquam, pen-

† pe tis, † ci ca.

† ly m

ANNO CHRISTI 461.

VITA EPISTOLÆ ET DECRETA HILARI PAPÆ.

Ex libro pontificali.

a HILARVS natione Sardus, ex patre ' Criſpino, b ſedit annos ſex, menſes tres, dies 10. Hic fecit decretalem, & per univerſum orientem ' ſparſit, & epiſtolas de fide catholica, confirmans tres ſynodos, Nicænam, Epheſinam, & Calchedonenſem, & tomum ſancti archiepiſcopi Leonis. Et damnavit Eutychem & Neſtorium, & omnes eorum ſequaces, & omnes hæreſes, confirmans " damnatio-

' Criſpiniano

' direxit

" dominationem

pensantes singulos libras 50. Turrim argenteam cum delphinis, pensantem libr. 60. Columbam auream, pensantem libras duas. In basilica Constantiniana cantharos argenteos, pendentes ante altare, 10. pensantes singulos libras 20. Scyphum aureum, pensantem lib. 6. Alium scyphum aureum, pensantem lib. 5. Calices aureos 5. pensantes singulos libras † singulas. Scyphos argenteos 5. pensantes singulos libras 10. calices ministeriales 20. pensantes singulos libras 2. Amas argenteas 5. pensantes singulas libras 10. Ad beatum Petrum apostolum scyphum aureum, pensantem libras 5. Alium scyphum aureum cum gemmis prasinis & hyacinthinis, pensantem libras 4. calices argenteos ministeriales 10. pensantes singulos libras 2. Amas argenteas 2. pensantes singulas libras 8. Pharos cantharos argenteos 14. pensantes singulos libras 5. Ad beatum apostolum scyphum aureum, pensantem libras 5. Scyphos argenteos 4. pensantes singulos libras 6. calices ministeriales 10. pensantes singulos libras duas. Amas argenteas duas, pensantes singulas libras 10. ad beatum Laurentium martyrem scyphum aureum cum gemmis prasinis & hyacinthinis, pensantem lib. 4. Lucernam auream † nixorum 10. pensantem libr. 5. Scyphum aureum purissimum, pensantem lib. 5. Lampades aureas 2. pensantes libras singulas. Pharum cantharum aureum, pensantem libras duas. Turrim argenteam cum delphinis, pensantem libras 25. Scyphos argenteos tres, pensantes libras 24. calices ministeriales 12. pensantes libras 2. Altare argenteum, pensans l. 40. Lampades argenteas 10. pensantes libras 20. Amas argenteas duas, pensantes singulas libras 10. In basilica beati Laurentii martyris, pharos cantharos argenteos decem, pensantes libras 10. Cantharos æreos vigintisex. Ministeria ad baptismum sive ad pœnitentem argentea, pensantia libras decem. Pharos æreos 50. In urbe Roma constituit ministeriales qui circuirent constitutas stationes. Scyphum aureum ansatum vel stationarium, pensantem libras octo. Scyphos per titulos vigintiquinque, pensantes libras 10. Amas argenteas 25. pensantes libras 10. calices ministeriales 50. pensantes singulos lib. 2. Hæc omnia in basilica Constantiniana, vel ad sanctam Mariam constituta recondidit. Hic fecit monasteria ad sanctum Laurentium, & balneum, & prætorium sancto Laurentio. Fecit autem oratorium sancti Stephani in baptisterio Lateranensi. Fecit autem & bibliothecas duas in eodem loco. Ad Lunam vero monasterium in urbe construxit. Hic fecit ordinationem unam in urbe Roma per mensem Decembrem, presbyteros vigintiquinque, diacones quinque, episcopos per diversa loca vigintiduos. Qui etiam sepultus est ad sanctum Laurentium in crypta, juxta corpus beati Sixti. Et cessavit episcopatus dies decem.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Hilarus.*] Post interregnum septem fere mensium, pridie Idus Novembris anni 461. qui est Leonis imperatoris quintus, Hilarus natione Sardus, olim diaconus, & in conciliabulo Ephesino legatione functus, in locum sancti Leonis subrogatus fuit. Initio pontificatus ea quæ tribus œcumenicis conciliis contra Arianam, Nestorianam & Eutychianam hæresim decreta fuerunt confirmavit, novum paschalem cyclum annorum quingentorum quadraginta duorum per Victorium Aquitanum ejus facultatis tum facile principem, Gennadio & Mariano Scoto auctoribus, fieri curavit. *Anthemium imperatorem occidentis*, inquit Gelasius epist. 11. ad Dardan. *tum Philotheus Macedonianus, ejus familiaritate suffultus, nova conciliabula divisarum sectarum in urbem inducere vellet, apud beatum Petrum apostolum palam ne id fieret; clara voce constrinxit, in tantum, ut non ea facienda cum interpositione juramenti idem imperator promitteret.* Hujus temporibus Constantinopoli, cuidam pictori Christum forma Iovis pingere conanti, manus exaruit: post facinoris & delicti confessionem, Gennadius episcopus Constantinopolitanus eum sanavit. *Cedrenus in compen. d.* Daniel Stylita sanctitate & miraculis celeberrimus claruit, qui precibus suis, ut referunt acta ejusdem, Leoni imperatori ex Verina conjuge prolem masculam obtinuit & urbis Constantinopolitanæ incendium quatriduanum, extinxit. Qua fortuna Hilarus insidiis Dioscori Alexandrini e latrocinio Ephesino elapsus, post legationem peractam Romam venerit, quidve egerit, diximus supra in notis epistolæ illius, quam Hilarus adhuc diaconus ad Pulcheriam Augustam hac de re conscripsit. Vltio divina in pictorem.

b *Sedit annos sex, menses tres, dies decem.*] Quarto Idus Septembris anni Christi nati 467. qui est Leonis 11. imperii, Hilarus vita ac pontificatu defunctus, sedit annis sex, mensibus decem, minus duobus diebus. Constabit verum esse quod dixi, si initium & finem pontificatus consideres. Quamdiu sedem pontificiam obtinuerit.

c *Fecit constitutum.*] Id est decretum synodale, ut dixi supra in notis ad vitam Innocentii. Hoc autem decretum, de quo loquitur auctor pontificalis Anastasius, latum fuit in concilio Romano sub Hilaro celebrato anno domini 465. qui pontificatus Hilari quintus annus est. Constitutum quid.

EPISTOLA HILARI DIACONI SACRÆ ROMANÆ ECCLESIÆ, ET SANCTI LEONIS papæ Legati, ad Pulcheriam Augustam.

De Ephesino conciliabulo; factionibus Dioscori, & fuga sua.

Gloriosissimæ & piissimæ Pulcheriæ Augustæ Hilarus diaconus.

STUDIUM mihi fuisse, &c. *Excusa est cum quibusdam annotationibus supra" in præambularibus concilii Calchedonensis.* " pag. 51. B.

" ** NOTÆ IACOBI SIRMONDI, S. I.

Epistolæ Hilari papæ collatæ sunt cum tribus exemplaribus, quæ epistolas omnes continebant Pithœano, Arelatensi & Lirinensi postrema etiam cum aliis duobus, quorum alterum Corbejensis monasterii, alterum S Remigii Remensis. Et supersunt tamen non pauca quæ emendatiorum codicum opem desiderant.

Tum ad verba hæc epistolæ 8. *Et retro ante positum.* Ita & Lirinensis: sed magis arridet, quod ex alterius libri vestigiis eruitur, *& retro omne propositum. Hæc vir ille diligentissimus omissa cum aliis nonnullis in editione regia.*

EPISTOLA I. HILARI PAPÆ ad episcopos Tarraconenses.

De synodali decreto.

Flavio Basilisco & Herminerico viris clarissimis consulibus.

QUONIAM religiosus, &c. *Extat infra in concilio Romano sub Hilaro.*

a EPISTOLA I. TARRACONENSIUM EPISCOPORUM AD HILARUM papam.

De ordinatione episcopi per Silvanum Calaguritanum episcopum contra patrum regulas & Nicænos canones facta apud Romanum pontificem conqueruntur, eumque consulunt, quid in hoc casu facere, aut qua ratione abusibus ejusmodi occurrere debeant.

Domino beatissimo, & apostolica reverentia a nobis in Christo colendo papæ Hilaro, Ascanius episcopus, & universi episcopi Tarraconensis provinciæ.

* dictaret Hispani episcopi quantum colant Rom pont.

ETSI * extaret necessitas ecclesiasticæ disciplinæ, expetendum re vera nobis fuerat illud privilegium sedis vestræ, quo susceptis regni clavibus post resurrectionem salvatoris, per totum orbem beatissimi Petri singularis prædicatio universorum illuminationi prospexit: cujus vicarii principatus sicut eminet, ita metuendus est ab omnibus, & amandus. Proinde nos Deum in vobis penitus adorantes, cui sine querela servitis, ad fidem recurrimus apostolico ore laudatam, inde responsa quærentes, unde nihil errore, nihil præsumptione, sed pontificali totum deliberatione præcipitur.

* ordinationes Silvani causa.

Cum hæc ita se habeant, est tamen inter nos falsus frater, cujus præsumptionem sicut diutius tacere non licuit, ita & loqui futuri judicii necessitas imperavit. Silvanus quidem episcopus Calaguræ in ultima parte nostræ provinciæ constitutus, * divinationes sibi indebitas usurpando, humilitatem nostram ad hoc usque perduxit, ut contra ejus vanissimam superstitionem sedis vestræ unicum remedium flagitemus, Hic namque jam ante septem aut octo amplius annos, postponens patrum regulas, & vestra instituta despiciens, nullis petentibus populis episcopum ordinavit: cujus præproperum factum existimantes fraterna & pacifica posse admonitione sanari, profecit in pejus. Denique contra vetustatem canonum, contra synodi constituta, alterius fratris nostri presbyterum, spiritu tantum præsumptionis accensus, in eodem loco, qui illi fuerat destinatus, cui invito & repugnanti imposuerat manus, & qui nostro jam cœtui fuerat aggregatus, episcopum fecit. Hinc factum est, ut de ejus miserrima temeritate ad nos Cæsaraugustanæ urbis episcopus frater noster universa referret, cujus diligentia & solicitudo admodum prospexerat, si in aliquo profuisset. Siquidem cunctis in vicinia positis episcopis, ne se schismatico adjungerent, frequentissime contradixit: sed obstinatione damnabili totum, quod erat illicitum, & quod nobis pudor est dicere, non erubuit solus ille committere.

Causas episcoporum ad Rom. pont. deferri.

Proinde, quia his præsumptionibus, quæ unitatem dividunt, quæ schisma faciunt, velociter debet occurri: quæsumus sedem vestram, ut quid super hac parte observare velitis, apostolicis affatibus instruamur: quatenus fraternitate collecta: prolatis in medium venerandæ synodi constitutis, contra rebellionis spiritum vestra auctoritate subnixi, quid oporteat de ordinatore & de ordinato fieri, intelligere, Deo adjuvante, possimus. Erit profecto vester triumphus, si apostolatus vestri temporibus, quod sancti Petri cathedra obtinet, catholica audiat ecclesia, si novella zizaniorum semina fuerint extirpata. *Et subscriptio.* Orantem pro nobis sanctum apostolatum vestrum jugi ævo divina conservet æternitas.

NOTA SEVERINI BINII.

Hæc epistola lecta est in conc. Rom.

a *Epist.*] Hæc epistola lecta est in concilio Romano anno domini 465. Romæ celebrato, de quo infra. Dum legeretur, patres suas sententias acclamando & interloquendo addiderunt. Hoc igitur loco placuit eam ex Cresconio & manuscripto Vaticano ad verbum collocare, sicut a Tarraconensibus ad sedem apostolicam scripta & directa fuerat. In synodo Romana cum oppositis acclamationibus, interlocutionibus, & sententiis patrum excusa habetur. Utrobique itaque ponenda fuit: ut quas illa ex patrum sententiis interpositis additiones accepisset, facile constare posset. Et quamquam barbaricus furor Gothorum Hispaniarum ecclesias prope omnes devastantium, vigorem ecclesiasticæ disciplinæ in Hispaniarum relaxasset, Tarraconensem tamen provinciam custodem legum & canonum permansisse, Romanum pontificem observasse, omnes controversias ad eumdem velut ad supremum judicem & pastorem ecclesiæ detulisse, hæc epistola manifesto satis indicat.

EPISTOLA II. TARRACONENSIUM EPISCOPORUM AD HILARUM PAPAM.

Beatissimo, & apostolica reverentia a nobis in Christo colendo papæ Hilaro, Ascanius & universi episcopi Tarraconensis provinciæ.

QUAM curam apostolatus vester de provinciatum suarum sacerdotibus gerat, filio nostro illustri Vincentio provinciæ nostræ, referente cognovimus: cujus impulsu votum nostrum in ausum scribendi prona devotione surrexit. Ergo provinciali literario sermone debita coronæ vestræ obsequia deferentes, his quæsumus, ut dignatione, qua ceteros, etiam humilitatem nostram in orationibus vestris in mente habere dignemini, beatissime & apostolica reverentia in Christo a nobis colende pater: illud specialius deprecantes, ut factum nostrum, quod tam voto pene omnis provinciæ, quam exemplo vetustatis in notitiam vestram defertur, perpensis assertionibus nostris, roborare dignemini. Episcopus Barcinonensium civitatis sanctus Nundinarius sortem explevit conditionis humanæ. Hic episcopo venerabili fratri nostro Irenæo, quem ipse antea in diœcesi sua nobis volentibus constituerat, derelinquens ei, quod potuit habere paupertas, supremæ voluntatis arbitrio, in locum suum ut substitueretur, optavit: sed defuncti judicium in ejus meritum non vacillat. Siquidem omnis clerus & plebs ejusdem civitatis, & optimi & plurimi provinciales, ut idem ejus locum observaret, a nobis speraverunt, dato consensu. Nos cogitantes defuncti judicium, & probantes ejus vitam, & eorum nobilitatem atque multitudinem, qui petebant, simul & utilitatem ecclesiæ memoratæ, optimum duximus, ut tanto sacerdoti, qui ad divina migraverat, non minoris meriti substitueretur antistes, præsertim cum ecclesia illius municipii, in qua ante fuerat ordinatus, semper hujus civitatis ecclesiæ fuisse diœcesis constet. Ergo suppliciter precamur apostolatum vestrum, ut humilitatis nostræ decretum, quod juste a nobis videtur factum, vestra auctoritate firmetis. Iamdudum sane questi fueramus literis nostris de præsumptione Silvani episcopi: & miramur, quod nulla apostolatus vestri responsa suscepimus. Nunc hæc eadem suggerentes, petimus, ut quid super his rebus observandum sit, apostolicis sermonibus nos dignemini informare. Et ne forsitan per negligentiam portitoris, aut per longinqui itineris difficultatem, humilitatis nostræ ad vos scripta non potuerint ex hoc negotio pervenire, etiam suggestionem nostram maluimus iterare. *Et subscriptio*: Orantem pro nobis sanctum apostolatum vestrum jugi ævo divina conservet æternitas nobis omnibus & ecclesiæ suæ, domine † vere noster & apostolice papa.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Epistola.*] Hanc epistolam, (quæ prioris jam dudum scriptæ mentionem facit, adeoque tempore posterior est) priori illi Tarraconensium postposui hoc loco: putavi enim gratius fore ad veritatem rei gestæ facilius perspiciendam, si, quæ prius acta sunt, priore loco enarrentur & collocentur. In concilio Romano hæc primo loco recitata, primo ordine merito collocata fuit. Acclamationes episcoporum lectioni hujus epistolæ interpositas infra designabimus in prædicto concilio Romano. Memoratu digna duo continet. Vnum, quod ad Romanam sedem tantum pertineat dispensare in iis, quæ contra canones præsumpta sunt: alterum, quod nullius concilii provincialis tanta est auctoritas, ut inconsulta sede apostolica id præstare potuerit.

a EPISTOLA II. HILARI PAPÆ AD ASCANIUM ET RELIQUOS TARRACONENSIS provinciæ episcopos.

I. *Vt nullus sine consensu episcopi metropolitani episcopus ordinetur.*
II. *Vt nullus episcoporum, relicta propria ecclesia, ad aliam transeat.*
III. *Vt Irenæus remotus a Barcinonensi ecclesia, ad propriam revertatur.*
IV. *De removendis episcopis qui illicite ordinati sunt, & ne in una ecclesia duo episcopi habeantur.*
V. *De damnatione Irenæi, si ad suam ecclesiam non revertatur.*

Hilarus episcopus Ascanio & universis episcopis Tarraconensis provinciæ.

POSTQUAM literas vestræ dilectionis accepimus, quibus præsumptiones Silvani episcopi Calagurensium ecclesiæ retundi petistis, & rursum Barcinonensium quæritis nimis illicita vota firmari: honoratorum & possessorum Turiassonensium, Cascantensium, Calaguritanorum, ' Virgiliensium, Triciensium, Legionensium & Civitatensium, cum subscriptionibus diversorum, literas nobis constat ingestas: per quas id quod de Silvano querela vestra deprompserat, excusabant. Sed reprehensione justissima eorum pariter justa allegatio non carebat; quia præter conscientiam metropolitani, fratris & coepiscopi nostri Ascanii, nonnullis civitatibus ordinatos claruit sacerdotes. Vnde, quoniam quidquid ab alterutra parte est indicatum, omni videmus perversitate confusum, temporum necessitate perspecta, hac ratione decernimus ad veniam pertinere quod gestum est, ut nihil deinceps contra præcepta beati apostoli, nihil contra Nicænorum canonum constitutum tentetur.

I.

Hoc autem primum, juxta eorumdem patrum regulas, volumus custodiri, ut nullus præter notitiam atque consensum fratris Ascanii metropolitani aliquatenus consecretur antistes: quia hoc vetus ordo tenuit, hoc trecentorum decem & octo sanctorum patrum definivit auctoritas; cui quisquis obvias tetenderit manus, eorum se consortio fatetur indignum, quorum præceptionibus resultarit.

II.

In quorum contumeliam a superbo spiritu etiam pars illa contemnitur, qua ' vetatur, ne quis, relicta ecclesia sua, ad alteram transire præsumat. Quod nimis improbe conniventibus, & (ut doleatur gravius) vobis asserentibus, Irenæus episcopus conatur admittere,* qui nostra auctoritate roborari cupitis, quos maxime de rebus illicitis magna indignatione probatis accendi. Lectis ergo in conventu fratrum, quos natalis mei festivitas congregarat, literis vestris, quæ de ordinandis episcopis secundum statuta canonum vel prædecessorum meorum decreta sunt, prolata sententia, gestorum, quæ pariter direximus, tenore discetis. * quod

III.

Vnde remoto ab ecclesia Barcinonensi, atque ad sua remisso Irenæo episcopo, sedatis per sacerdotalem modestiam voluntatibus, quæ per ignorantiam ecclesiasticarum legum desiderant, quod non licet, obtinere; talis protinus de clero proprio Barcinonensibus episcopus ordinetur, qualem te præcipue, frater Ascani, oporteat eligere, & deceat consecrare: ne si* similiter forte factum fuerit, non sine objurgatione tui maxime nominis * retundat nostra præceptio, quod in injuriam Dei, a quo specialiter sacerdotalium est gratia dignitatum, didicerimus admissum. Nec episcopalis honor hereditarium jus putetur, quod nobis sola Dei nostri benignitate ' Christi confertur. 7. qu. 1. c. Remoto. ' suam * aliter * retundatur ' qui * ab est à c. Iust.

IV.

Ordinatos ergo nunc episcopos (' qui, licet te ignorante provecti sunt, cum suis auctoribus ' meruerunt submoveri) hac ratione firmamus, si nec ' viduarum maritus fuerit quisquam, * & in unius virginis nuptias ac vota convenerit; sicut & legalia constituta præcipiunt, dicendo: *Sacerdos virginem uxorem accipiat, non viduam, non repudiatam*: secundum quod etiam beatus apostolus Paulus, magister gentium, de his qui fieri desiderant sacerdotes, propria institutione non tacuit, dicens: *Vnius uxoris virum*. Cujus sane tenore sententiæ ita informati esse debetis, fratres carissimi, ut inter cetera quæ cavenda sunt, hæc studeatis præcipue custodire, quæ cognoscitis ante universa mandari. In quibus etiam * prospiciendum est, ne duo simul sint in una ecclesia sacerdotes: nec literarum ignarus, aut carens aliqua parte membrorum, vel etiam ' ex pœnitentibus aliquis ad sacrum ministerium prorsus sinatur accedere. Nec tantum puteris petitiones valere populorum, ut cum his parere cupitis, voluntatem Dei nostri, qui nos peccare prohibet, deseratis. Cujus indignatio ex hoc gravius commovetur, quia benignitas ejus, dum fiunt illicita per eos qui sunt interpretes placationis, offenditur. ' licet dum te ' meruerint ' viduæ * nec in secundæ conjugis Levit. 21. Ezech. 44. 1. Tim. 3. * perspiciendum ' expœnitens

V.

Vt autem omnia secundum hæc quæ scripsimus, corrigantur, præsentes literas, Trajano subdiacono nostro veniente, direximus. Quod si Irenæus episcopus ad ecclesiam suam, deposito improbitatis ambitu, redire neglexerit, quod ei non judicio, sed humanitate præstabitur, removendum se ab episcopali consortio esse cognoscat. Deus incolumes vos custodiat, fratres carissimi. Data tertio Kalendas Ianuarii, Basilico & Herminerico viris clarissimis consulibus. An. dom. 465.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Quos natalis mei festivitas congregat.*] Per natalem diem pontificis Hilari intellige diem ordinationis sive electionis, quo in summum pontificem electus & assumptus fuit. Solennis enim hoc tempore consuetudo erat, ut plures episcopi singulis annis Romam convenirent, magna cum solennitate celebraturi illum diem, quo episco- Natalis dies pontificis quis.

pus Romanæ eccleſiæ ad ſummi pontificatus culmen aſſumptus fuit. Sanctus Leo aliquos ſermones de ſua ordinatione, ſive anniverſario die aſſumptionis ſuæ ad faſtigium & culmen ſummi pontificatus habuit. Huc faciunt ea quæ ſanctus Auguſtinus habet de die natali Aurelii epiſcopi Carthaginenſis, ſermone trigeſimo ſecundo de verbis domini in fine, deque anniverſario die ordinationis ſuæ, homilia 24. & 25. Quomodo hoc idem nonnulli auctoritate Paulini epiſtola decima ſexta ad Delphinum confirment, non video. Loquitur enim de ſolenni illa & antiquiſſima conſuetudine, qua ſolebant fideles, nulla habita ratione calorum æſtivorum, ad natalem diem ſanctorum apoſtolorum Petri & Pauli concurrere: de qua egimus ſupra in notis epiſtolæ illius præambularis concilii Calchedonenſis, quam Galla Placidia ſcripſit ad Pulcheriam Auguſtam. Vide Baronium anno 465. num. 17.

[a] EPISTOLA III. HILARI PAPÆ AD ASCANIUM TARRACONENSEM epiſcopum privatim ſcripta: eſtque ejuſdem argumenti cum epiſtola præcedente.

Dilectiſſimo fratri Aſcanio Hilarus epiſcopus.

DIVINÆ circa nos gratiæ memores eſſe debemus, qui nos per dignationis ſuæ ' miſericordiam ob hoc ad faſtigium ſacerdotale provexit, ut mandatis ipſius inhærentes, & in quadam * ſacerdotii ejus ſpecula conſtituti, prohibeamus illicita, & ſequenda doceamus. Vnde directis per Traianum ſubdiaconum noſtrum literis admonemus, ut quæ male ſunt facta, corrigantur. Et miramur admodum dilectionem tuam Barcinonenſium petitiones non ſolum nulla auctoritate retudiſſe, verum etiam, directis ad nos literis, * conſummationem pravi deſiderii poſtulaſſe, adhibendo in epiſtolarum prooemio concilii mentionem: tamquam culpæ minuerentur exceſſus per multitudinem * imperitorum, cum ſi etiam ' ſub ſignificatione unuſquiſque ſui nominis tecum pariter retuliſſet, & ſubſcriptiones proprias ' factas ſinguli ' commodaſſent, dilectionem tamen tuam rei, ' de qua diſplicet, ſumma tangebat: quia pro loco & honore tibi debito, ceteri ſacerdotes docendi fuerant, non ſequendi. Vnde ſicut in generalibus literis indicavi, Irenæus ad propriam revertatur eccleſiam, & Barcinonenſibus de ſuo clero protinus conſecretur antiſtes, cui tamen ſtatuta canonum & apoſtolica præcepta concordent. Et licet hi qui præter notitiam atque conſenſum tuæ dilectionis ordinati ſunt ſacerdotes, cum ſuis debuerint auctoribus ſubmoveri: ne quid tamen in tanta neceſſitate decernamus auſterum, eos qui epiſcopi facti ſunt, ita volumus permanere, ut in apoſtolicis præceptionibus & ſtatutis ſanctorum patrum non reperiantur obnoxii, ac deinceps nihil, quod contra diſciplinam eccleſiaſticam veniat, ſicut hactenus factum eſt, perpetretur. Tuæ ſolicitudinis eſt, frater cariſſime, omnia debita tibi auctoritate tueri, & illicitis non modo non præbere aſſenſum, ſed etiam cuncta, quæ contra regulam facta repereris, coercere: atque ante omnia, quæ ſola ' unitate decernimus, Irenæum ad eccleſiam ſuam redire compelle. Ad quam ſponte potius ' redire debebit, ſi a ſacerdotali conſortio ' non meruit ſeparari. Nec unius eccleſiæ duo eſſe permittantur antiſtites, quod opportunius ſupradicti ſubdiaconi fieri delegamus inſtantia, quem etiam pro conſervanda eccleſiæ diſciplina, commeare ad Hiſpanias, diſpoſitionis noſtræ fecit auctoritas. Deus autem incolumem te cuſtodiat, frater cariſſime.

' gratiam
* ſacerdotum
* conſenſionem: ita & c. Iuſt.
* impetitorum,
' ſubſignationem
' fratres
' commendaſſent
' quæ
' humanitate
' remeare
' deeſt negatio in c. Iuſt. eadēque ſuperflua.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Epiſtola.*] Hujus pluriumque aliarum epiſtolarum pontificiarum idem & commune eſſe exordium, patebit facile, ſi prima " Zephyrini, & tertia Fabiani, cum hac tertia Hilari: item ſi tertia ſancti Leonis cum ſecunda Pelagii, conferantur.

[a] EPISTOLA IV. HILARI PAPÆ AD [b] LEONTIUM, VERANUM ET Victurum epiſcopos.

Delegat illis Ingenui & Auxanii epiſcoporum controverſiam, ſtatuitque, ut Cemelenenſis civitas & Nicaenſe caſtellum ad unius epiſcopi regimen revertantur.

Dilectiſſimis fratribus, Leontio, Verano & Victuro epiſcopis, Hilarus papa.

MOVEMVR ratione juſtitiæ, quæ licet ab omnibus qui recta ſapiunt, debeat cuſtodiri, tum præcipue domini ſacerdotibus non eſt temere negligenda, quorum ceteros informari convenit inſtitutis. Frater igitur & coepiſcopus noſter Ingenuus Ebredunenſis, Alpium maritimarum provinciæ metropolitani ſemper honore ſubnixus, in præjudicium ſuum, ſicut annexa declarant, quædam nos, petente fratre & coepiſcopo noſtro Auxanio, ſtatuiſſe commemorat, quæ univerſis in hac eadem cauſa defenſionibus contrairent. Siquidem relationibus in noſtro judicio recenſitis, quas frater & coepiſcopus noſter Veranus ad ſanctæ memoriæ deceſſorem meum cum ceteris provinciæ ſacerdotibus miſit, & apoſtolicæ ſedis, quæ tunc directa fuerat, reſponſione patefacta manifeſtum eſt, nihil poſtea debuiſſe tentari, nec ad injuriam ſynodalium regularum [c] quidquam per obreptionem, quæ proxime facta eſt, oportere conſtitui. Nam licet & hoc etiam quod a nobis eſt elicitum cenſeatur infirmum, quia & ipſum inſinuatum eſt exeqni noluiſſe qui meruit; tamen ne odio vel gratia moveamur, quæ in cauſarum diſceptationibus eſſe non debet, ita veſtræ caritati cognitionem adnexæ querimoniæ delegamus, ut nihil adverſum venerandos canones, nihil contra ſanctæ memoriæ deceſſoris mei judicium valeat, quidquid obreptum nobis eſſe conſtiterit. Nolumus namque, fratres cariſſimi, eccleſiarum privilegia, quæ ſemper ſunt ſervanda, confundi; nec in alterius provincia ſacerdotis alterum jus habere permittimus: quia per hoc non minus in ſanctarum traditionum delinquitur ſanctiones, quam in injuriam ipſius domini proſilitur, cujus expectatio fructus noſtri miniſterii non in latitudine regionum, ſed in acquiſitione ponitur animarum. Habeat itaque pontificium frater & coepiſcopus noſter Ingenuus provinciæ ſuæ, de cujus dudum ab apoſtolica ſede eſt illicita ceſſione culpatus: & cuſtoditis omnibus, quæ ſuper eccleſiis Cemelenenſis civitatis, vel caſtelli Nicaenſis, ſicut diximus, ſanctæ memoriæ deceſſoris mei definivit auctoritas, nihil eccleſiarum juri noceat, quod in altera memoratarum a prædicto fratre, ad excludendam cupiditatem, quemadmodum perhibuit, ambitionis alienæ, proxime eſt epiſcopus conſecratus: ſed ſtatutæ correctionis forma permaneat, ut ad unius antiſtitis regimen prædicta loca revertantur, quæ in duos dividi non decuit ſacerdotes. Deus vos incolumes cuſtodiat, fratres cariſſimi.

NOTÆ

Notæ Severini Binii.

a *Epistola.*] Epistola hæc scripta fuit ea occasione, Auxanius episcopus per obreptionem impetraverat, ut Ebredunensis provincia suo episcopatui quoad jurisdictionem ecclesiasticam subjiceretur. Quod cum in præjudicium Ingenui Ebredunensis episcopi, Alpium maritimarum metropolitani, auctoritate apostolica concessum esset, ad instantiam & querelam ejusdem Ingenui, Leontio, Verano & Victuro causæ inquisitionem & instaurationem jurium Ebredunensis metropolitani delegavit. Adversus illos qui insana cupiditate laborant, ut suæ diœcesis fines dilatent, auream & notatu dignissimam sententiam addidit hanc: *Expectatio fructus nostri ministerii non in latitudine regionum, sed in acquisitione ponitur animarum.* Baron. anno 465. num. 27.

b *Leontium.*] Etiamsi hic nulla mentio fiat, cujus ecclesiæ Leontius episcopus fuerit, dubium tamen nullum est Forojuliensem episcopum fuisse, quem Hilarus Arelatensis in funebri oratione de sancto Honorato episcopo prædecessore summis laudibus extulit, & ad quem Sidonii Apollinaris literæ scriptæ reperiuntur, cujusque sanctus Leo meminit in epistola 89. ad episcopos Galliæ Viennensis. Baronius prædicto loco.

c *Quidquam per obreptionem, quæ proxime facta est.*] Hoc exemplo constat, aures summorum pontificum falsis ac sinistris accusationibus & relationibus persæpe oppleri, adeo ut bonos atque innocentes quandoque ex malis informationibus condemnent ac opprimant. Nemo ergo miretur, quod sanctus Leo Hilarum Arelatensem, Hilarus pontifex Mamertum Viennensem, episcopos sanctitate celeberrimos acerbe exagitarint: cum & in his quæ contentiosiora sunt, facillimum fit sub specie recti unumquemque decipere.

d *Nolumus ecclesiarum privilegia confundi.*] De privilegiis ecclesiarum antiquitus concessis nihil innovandum esse, non tantum decretis constitutum fuit. *Privilegia,* inquit lib. 12. cap. de sacrosancta ecclesia, *quæ generalibus constitutionibus universis ecclesiis orthodoxæ religionis retro principes præstiterunt, firma & illibata in perpetuum decernimus custodiri. Omnes sanctiones, quæ contra canones ecclesiasticos interventu gratiæ vel ambitionis elicitæ sunt, suo robore & firmitate vacuatas esse præcipimus,* &c. Quid de privilegiis inviolabiliter custodiendis senserit sanctus Leo, ex ejusdem epistolis 53. 54. 55. 89. 109. cognoscere licet.

EPISTOLA V. HILARI PAPÆ AD LEONTIUM EPISCOPUM Arelatensem.

De episcopatus sui primordiis.

Dilectissimo fratri Leontio, Hilarus papa.

QUANTUM reverentiæ in spiritu Dei, qui subditos sibi inhabitat sacerdotes, beato Petro apostolo & sedi ipsius deferatur, omnibus arbitror esse compertum; quibus paternarum traditionum incorrupta custodia est. Quos cum volumus de nostræ ordinationis primordiis gratulari, opera quæ in nos divinæ pietatis dignatio ostendit, sanctitati tuæ duximus indicanda: ut ipse primum pro eo quem nobis invicem semper impendimus, præstante domino, læteris affectu: deinde ut dispositione tuæ fraternitatis omnibus per universam provinciam fratribus & consacerdotibus innotescat, quod humilitatem meam dextera domini visitare dignata sit, & mihi apostolicæ sedis regimen non pro merito, sed pro suæ gratiæ abundantissima largitate commiserit. Proinde, frater carissime, quod sanctitati tuæ præsenti sermone patefecimus, in omnium fratrum, quemadmodum diximus, notitiam deferre dignaberis: ut supplicaturi domino nostro Iesu Christo, sicut exultationis gaudia, ita profutura universali ecclesiæ orationum suarum nobis vota conjungant. Deus te incolumem custodiat, frater carissime. Data VIII. Kalendas Februarias, D. N. Severo Augusto consule."

Nota Severini Binii.

a *Epistola.*] Hæc epistola circularis est & encyclica, ex more & consuetudine de novi pontificis creatione ad omnes ecclesias transmissa. Hæc ejusdem argumenti, eorumdemque verborum ad Leontium scripta, extat in vetere codice Arelatensis ecclesiæ, unde cum sequentibus omnibus acceptæ, ab illustrissimo cardinale Baronio primum in lucem emissæ inveniuntur.

EPISTOLA VI. HILARI PAPÆ AD LEONTIUM.

Respondet ad literas Leontii, quas scripserat cum præcedentem Hilari epistolam nondum accepisset.

Dilectissimo fratri Leontio Hilarus papa.

DILECTIONI meæ, quæ circa ecclesias Gallicanas, omnesque in eis domini sacerdotes, etiam in inferiori gradu positos, abundat, multum accedit augmenti, quod per virum spectabilem Pappolum filium nostrum sermonis tui ad me sunt delata principia. Ex quo tamen conjicio, paginam meam, quam dudum de episcopatus mei primordiis misi, nec dum traditam tibi fuisse cum scriberes; de qua utique non siluisses, nisi perlatorem aliqua causa tardasset. Unde quod & consuetudo poscebat, & caritas, jampridem me executum fuisse significo, & hoc ipsis literarum exemplaribus, quæ direxi, plenius nosse vos cupio; ut officio fraterno in nullo intelligaris fuisse me desidem, & ita vicissim frequentandis studeamus alloquiis, ut vicem nobis communis præsentiæ scribendi cura compenset, frater carissime. Affectus itaque tui gratiam perire non passus es, quod ei solicitudini intentum te esse cognosco, ut custodiendis paternorum canonum regulis studere me cupias. Quo desiderio nihil concipi salubrius potest, quam ut in una ecclesia, cui oportet nec maculæ aliquid inesse, nec rugæ, una sit in omnibus observatio disciplinæ. Cui si aliquid eruditionis aut correptionis addendum est, rectissime per vestram diligentiam consuletur, si quemadmodum es dignatus scribere, tam instructa ad nos fuerit persona directa, quæ inquisitionem nostram plene ex omnibus possit instruere. Spondeo enim, quantum gratia Dei donat ut spondeam, hoc me ad universalem sacerdotum domini concordiam provisurum, ut omnes non sua audeant quærere, sed quæ sunt Christi studeant obtinere. Deus te incolumem custodiat, frater carissime.

EPISTOLA VII. HILARI PAPÆ AD LEONTIUM.

Monet ut relationem mittat de Herme, qui ecclesiæ Narbonensis episcopatum temere usurpasse dicebatur.

Dilectissimo fratri Leontio Hilarus papa.

MIRAMUR fraternitatem tuam ita legis catholicæ immemorem esse, ut quæque iniqua, & contra patrum nostrorum statuta, in provincia quæ ad monarchiam tuam pertinet, si ipse aut non vis, aut non potes, etiam nec nos silentii tui taciturnitate permittas corrigere. Siquidem quod & rumore cognovimus, & quantum diligenter a diacono Ioanne,

 qui

qui a magnifico viro filio nostro ' Friderico A literis suis nobis insinuatus est, requisivimus, quod iniquissima usurpatione quidam Hermes episcopatum civitatis Narbonensis execrabili temeritate præsumpserit. Quam rem decuerat sanctitatem tuam ut nobis in vestigio indicaret. Qua de re, frater carissime, monemus, ut si fides adhibeatur assertis, seposita excusatione, ad nos tam tuæ dilectionis, quam fratrum nostrorum, aut per portitorem literarum, aut per quem ipsi elegeritis, subscriptam manuum vestrarum relationem transmittatis; ut quod definire possimus, recurrenti pagina possitis agnoscere. Deus te incolumem custodiat, frater carissime. Data III. Nonas Novembris. "

' Fritherico

" Anno Christi circ. 462.

EPISTOLA VIII. HILARI PAPÆ AD EPISCOPOS DIVERSARUM provinciarum Galliæ.

I. *Hermen Narbonensi ecclesiæ præsidere ita permittit, ut ordinandorum episcoporum careat potestate.*

II. *Ut concilia quotannis fiant ex quibus provinciis poterunt, & a Leontio convocentur.*

III. *Ut sine metropolitani literis episcopi in aliam provinciam non proficiscantur. Quod si eas impetrare non poterunt, causam discutiet episcopus Arelatensis.*

IV. *De parochiis ecclesiæ Arelatensis, quas repetebat Leontius, judicium ad episcopos remittit.*

V. *Ut prædia ecclesiastica non alienentur, nisi apud concilium alienationis causa prius doceatur.*

Dilectissimis fratribus episcopis provinciæ Viennensis, Lugdunensis, Narbonensis primæ & secundæ, & Alpium ' Pœninarum, Hilarus episcopus.

' Penninarum

QUAMQUAM notitiam dilectionis vestræ quanta vel qualia in Narbonensi ac Biterrensi ecclesia dudum sint admissa non lateant, & præsumptionis improbitas ad nos usque perveniens procul dubio regionibus manifesta sit Gallicanis: apostolicæ tamen solicitudinis interest, culpas in nostro deprehensas examine non tacere; ne per incongruum silentium cum iniqua agentibus habere videamur conniventiæ portionem. Olim igitur urbium præsides prædictarum sanctæ memoriæ decessori meo non minus quam nobis, etiam tunc attulerunt doloris, illicitis petitionibus audendo prosequi, quod vix apud patientiam nostram sola necessitatum potuit deploratione leniri. Quibus enim, sicut etiam vos probatis, factum constat exemplis, & qua non objurgatione dignissimum est, quod sanctorum patrum decretis, & ipsis repugnat canonum institutis? cum ideo se frater jam & coepiscopus noster Hermes a Narbonensi ecclesia credidit jure suscipi, quia indigne a Biterrensibus, quibus ordinatus est, dicebat excludi. Qui si vere hoc in se factum doleret, & legitimo remedio subvenire propriæ scisset injuriæ, vindictam magis debuit sperare perpessis, quam veniam perpetratis. Denique si nunc saltem communi omnium domini sacerdotum utatur animo, si imitetur exemplum, si ad hæc quæ ecclesiasticæ quietis contemplatione utcumque sopita sunt, oculis cordis intendat, & pro totius ecclesiæ pace, vel fide, quæ sunt multipliciter errata consideret: nihil est profecto, quod non etiam ipse reprehendat, & erubescat sibi annui, quod in altero laudabiliter improbarit. Scimus enim, & jam diu de memorati fratris conversatione nihil habemus ambiguum, cum anteactæ vitæ ipsius cursum, & retro * antepositum nostro revolventes animo, hos illum, quos in eo arguimus, incurrisse potius, quam fecisse, æstimamus excessus. De quibus præsidente fratrum numeroso concilio, & ex diversis provinciis ad diem natalis nostri in honorem beati Petri apostoli per Dei gratiam congregato, præsidentibus fratribus & coepiscopis nostris Fausto & Auxanio, atque agentibus plurimis, quæ vigorem respiciunt auctoritatemque judicii, id a nobis pacis est B amore constitutum, ut in sententia, quam sub adversione utriusque legationis inde directæ, Christo domino nostro inspirante, protulimus, neque caritas euangelicæ indulgentiæ, neque apostolicæ virga defuerit disciplinæ. Namque in totum nec remittere nos fecit indulgentia, nec affectio coercere.

* omn propo " Vid pra.

I.

Ei qui nunc ecclesiæ Narbonensi præsidere permittitur, ordinandorum episcoporum, ob hæc quæ prave facta sunt, sustulimus potestatem. quam ita ad fratrem & coepiscopum nostrum Constantium Vceticæ ecclesiæ antistitem, quia ævo honoris primas esse dicitur, pertinere censuimus, ut si superstite Her- C me episcopo defunctus fuerit, illum hæc cura respiciat, quem repererit episcopalis ordo primatem. Herme autem episcopo deficiente, faciendorum mos antistitum Narbonensi mox reddatur ecclesiæ, quem non civitas, sed causa præsumptionis amisit. Vnde vestræ fraternitatis in domino sincera dilectio, solicitudinem pastoralis curæ in suis sedibus partita nobiscum, commissarum sibi ecclesiarum diligentiam vigilanter exerceat, & eorum taliter quæ in Narbonensi provincia emersere, meminerit, ut detestetur factum potius, quam sumat exemplum. Quod ita deinceps esse nolumus, sicut novimus non fuisse. Itaque, fratres carissimi, necessariis studiis est agendum, ne error, quem juvante Christo do- D mino nostro nuper abolevimus, aut in similes, aut in novos unquam prodire possit excessus. Quod utique non aliter poterit præcaveri, nisi statuta venerandorum canonum in faciendis conventibus, quos hactenus omitti fecit certa necessitas, exequamur: in quibus possint, pro emergentium necessitate causarum, ad ecclesiasticæ observantiam disciplinæ, & quæ secus facta fuerint, corrigi, & sequenda constitui.

II.

Per annos itaque singulos, ex provinciis quibus potuerit congregari, habeatur episcopale concilium: ita ut opportunis locis atque temporibus, secundum dispositionem fratris & coepiscopi nostri Leontii, cui solicitudinem in congregandis fratribus delegavimus, me- E tropolitanis per literas ejus admonitis, celebretur: ut si quid usquam vel in ordinandis episcopis, vel presbyteris, aut cujuslibet loci clericis faciendis, contra præcepta apostolica reperitur admissum, aut in eorum conversatione quippiam reprobatur, communi omnium auctoritate resecetur. In ea præcipue celebritate conveniatur, quæ præsidente Christo domino nostro, & veneranda sit sanctis, & formidanda perversis. Nec cuiquam licebit a regulis

reguliš evagari, quas sibi juxta canonum definitiones unita fraternitas in commune præfixerit: cum imminente quotannis examine ita singuli actus suos dirigent, ut his discussio judicii optari magis debeat, quam timeri. In dirimendis sane gravioribus causis, & quæ illic non potuerint terminari, apostolicæ sedis sententia consulatur.

III.

Illud etiam non possumus præterire, quod solicitudine diligentiore curandum sit, ne præter metropolitanorum suorum literas aliqui ad quamlibet provinciam audeant proficisci. quod etiam in omni genere officii clericalis per singulas debet ecclesias custodiri. Quibus e contrario hac ratione prospicimus, ut si hoc impetrare per aliquam non meruerint simultatem, cum duobus metropolitanis provinciarum, quæ congruæ sunt, Arelatensis episcopus cuncta discutiens, pro causæ qualitate observanda constituat: nec in injuriam alterius alienum clericum suscipi præter testimonium proprii antistitis secundum canonum statuta præcipiet. Singuli autem fratres, universique cognoscant parendum esse præsentibus constitutis. quibus etiam commonitio nostra denuntiat in eos Christi domini nostri judicium minime defuturum, qui declinando superba rebellione conventus, conscientiæ suæ testimonio confutantur sacerdotalis innocentiæ fiduciam non habere.

IV.

Præterea ejusdem fratris libellus oblatus est nobis, quo perhibet parochias Arelatensis ecclesiæ a prædecessore suo Hilario in alios (quod non licuit) fuisse translatas, petens illas pristino juri nostra auctoritate restitui. Sed moderaminis apostolici memores, fraternitati vestræ querelam ipsius remisimus audiendam, ut in vestro conventu ea quæ a nobis sperata sunt, allegentur, & quæ ecclesiasticis regulis congruunt, decernantur.

V.

Simul etiam super hoc universam fraternitatem volumus esse commonitam, ne prædia, quæ neque deserta, neque damnosa sunt, & ad ecclesiam pertinent, ex quibus plurimorum consuevit necessitatibus subveniri, aliquo jure in alterum transferantur, nisi prius apud concilium alienationis ipsius causa doceatur, ut quid fieri debeat, communi omnium deliberatione tractetur. Deus vos incolumes custodiat, fratres carissimi. Data III. Nonas Decembris, GL. P. Severo Augusto consule."

EPISTOLA IX. HILARI PAPÆ AD LEONTIVM

De Mamerto episcopo, qui extra suos fines Deensibus episcopum ordinarat, ut illius causam in synodo examinet.

Dilectissimo fratri Leontio Hilarus.

QVALITER contra sedis apostolicæ veniens constituta, sacerdotalem modestiam Mamertus episcopus Viennensis excesserit, dilectionis tuæ debuimus relatione cognoscere, ut ausibus talibus maturum & juxta ecclesiasticarum ordinem regularum congruum judicium proferremus. Quantum enim filii nostri, viri illustris, magistri militum Gunduici sermone est indicatum, prædictus episcopus invitis Deensibus, & qui ad ecclesiarum ejus numerum, quem

A ei apostolicæ sedis deputavit auctoritas, sicut in scriniis nostris legimus, minime pertinebant, hostili more, ut dicitur, occupans civitatem, episcopum consecrare præsumpsit. In quo, frater carissime, si ita est, quam multiplex culpa sit, pronuntiare possimus, ut diximus, & moderatio nobis esset, & ordo servandus. Atque ideo memor solicitudinis, quam dilectioni tuæ scis esse commissam, quidquid nunc ad notitiam nostram brevi insinuatione delatum est, in conventu synodali, qui secundum statuta nostra annis singulis te sibi præsidente est congregandus, discutere quæ sunt acta debebis, & a prædicto rationem facti sui sub universo cœtu fraternitatis exigere, ac deinde omnium literis

B nostræ intimare notitiæ; ut quod sancto Spiritu dictante est faciendum, ad comprimendos conatus illicitos ordinemus. Deus te incolumem custodiat, frater carissime. Data VI. Idus Octobris Basilio viro clarissimo consule." " Anno Christi 463

EPISTOLA X. HILARI PAPÆ AD EPISCOPOS DIVERSARVM provinciarum Galliæ.

Ne quisquam suos terminos transcendat, & ut concilia quotannis Leontii episcopi opera convocentur.

Dilectissimis fratribus episcopis provinciæ Viennensis, Lugdunensis, Narbonensis primæ & secundæ Alpinæ, Hilarus episcopus.

C ETSI meminerimus fraternitatem vestram ea quæ sunt a nobis statuta retinere, nec aliquid ex his dissimulare quæ scripsimus: ut scilicet pro disciplina ecclesiastica, & pro causis quas inter domini sacerdotes oboriri plerumque non dubium est, synodalia quotanis concilia, quorum maxime in fratre & coepiscopo nostro Leontio Arelatensis ecclesiæ sacerdote summam placuit esse, celebrentur: nec aliud fieri posse credamus, quam quod pro communis domini domo nostra ordinatio vobis placitura constituit: tamen repetitis literis eadem nunc quoque observanda decernimus;

D præcipue cum gravissima Viennensis civitatis episcopus involvatur offensa, in injuriam fratris & coepiscopi nostri Leontii Deensibus antistitem consecrando. De cujus facto vindictæ congruæ sententiam differentes, relationi fratrum quæ interim fuerant visa respondimus. Sed quoniam tanti excessus majorem nobis solicitudinis materiam detulerunt, hæc ad universam caritatem etiam per fratrem & coepiscopum nostrum Antonium scripta direximus, quibus admonita communis omnium solicitudo procuret, ne quisquam fratrum in alterius proruptus injuriam, transcendat terminos a venerandis patribus constitutos. Vnde omnia quæ a nobis sunt per fratres & coe- Hincmarus epist. 6. c. 9.

E piscopos nostros Faustum & Auxanium definita roborantes, congregationes annuas, ordinante fratre & coepiscopo nostro Leontio, admonitis metropolitanis, quod sæpe dicendum est, iis locis celebrare dignemini, ad quæ conveniendi nulla sit cuiquam commeantium difficultas. Cui diligentiæ etiam provisio adhibenda est, ut opportunitas quemadmodum locorum, ita constituatur & temporum: ut inexcusabilior, quisquis tam necessarium & salubre constitutum nostrum negligendum putaret, appareat, fratres carissimi. Illius autem con-

confirmationem, quem Viennensis episcopus alienum, & ad se minime pertinentem, graviter ordinare præsumpsit, fratris & coepiscopi nostri Leontii reliquimus voluntati; quem confidimus non præter humanitatem pensare quæ justa sunt. Deus vos incolumes custodiat, fratres carissimi.

EPISTOLA XI. HILARI PAPÆ AD EPISCOPOS QUI DE MAMERTI causa in synodo cognorant.

Præceptum Hilari papæ de ecclesia Deense, ubi episcopus indebite a Viennensi episcopo ordinatus est.

I. *Vt per Veranum episcopum moneatur Mamertus, ut ab ordinationibus indebitis, ordinis sui & privilegiorum periculo, in posterum abstineat.*

II. *Vt qui Deensibus a Mamerto consecratus est, Leontii Arelatensis episcopi, a quo consecrari debuit, arbitrio confirmetur.*

Dilectissimis fratribus, Victuro, Ingenuo, Ydatio, Eustasio, Fonteio, Viventio, Eulalio, Verano, Fausto, Auxanio, Proculo, Ausonio, Paulo, Memoriali, Cælestio, Projecto, Eutropio, Avitiano, Vrso, & Leontio, Hilarus.

SOLICITIS admodum nobis, & ex his quæ proxima ad nos relatio certa detulerat, multa expectatione suspensis, literæ dilectionis vestræ, fratre & coepiscopo nostro Antonio, quem dignum tanta legatione probamus interpretem, deferente, sunt traditæ, quæ nos ipsis contextus sui contristavere principiis. Nam qui requiescere solicitudinem nostram, & magna ex parte relevari in his quæ a sanctæ memoriæ decessore meo de Viennensi episcopo præfixa sunt, credebamus, evidenti assertione cognovimus, & non sine dolore miramur, definitiones illas [a] a Mamerto episcopo nunc potuisse transcendi, per quas ecclesiæ privilegium probarat acquiri; cum præcipue fratris & coepiscopi nostri Leontii moderatio formam continentiæ præbere debuerit ambienti: aut si spiritu æmulationis inflatus, eum (quod non oportuit) arbitratus est negligendum; decessoris sui saltem instructus exemplo, illius imitaretur temperantiam, cujus honore perfungitur, nec transgrediendo violaret, quod jam nunc, nisi patientiæ moderamina teneremus, posset amittere. Cui unquam profuit mens rebellis? aut quem superbiæ non inclinavit elatio? Altior est humilitatis gratia, cui paupertate spiritus ad præmium promissæ beatitudinis iter regni cælestis aperitur. Nec perfunctorium prævaricator existimet esse quod fecit, si eruditus doctrinis ecclesiasticis, quid uterque mereatur agnoscit: cum alter secundum propheticam vocem in medio dominicæ domus, habitare prohibetur; (*Psal. 100.*) alter respiciente se Deo semper junctus asseritur, cujus consolatione salvatur. Possent venerabilium veterum multa replicari, quæ juxta veritatem dicta demonstrantur: sed ab eadem causa, quæ se ut loqueremur, ingessit, recentiora sunt exempla sumenda. Nam dignitatem Viennensis ecclesiæ Mamertus episcopus Arelatensis antistitis quondam transgressione crevisse, & pro corrigendis quæ perperam gerebantur, inviolabili postea definitione compositum, ne alter inglorius, alter in totum veteri honore per vitium præcessoris reperiretur exutus. Sicut ergo & vestræ dilectionis relatio, & fratris & coepiscopi nostri Antonii insinuatio reseravit, claret prædictum privilegia certis conclusa terminis velle perdere plus volendo, qui abusus fratris & consacerdotis Leontii moderantia, Deensibus contra fas episcopum, etiamsi est meritus, non timuit consecrare. In quo factum ejus convenerat sic resolvi, ut juxta eorum quæ perpetrata sunt qualitatem, non sine jactura proprii ordinis, etiam illum a sacerdotali consortio submoveri cerneret, quem creavit indebite, quemque indignissime fecisse convincitur, correptum justa ultione sentiret, ne conceptæ audaciæ incastigata temeritas licentiæ se pepe isse putaret exemplum. Verum ad ecclesiarum quietem tantæ transgressionis vulnera, memores apostolicæ sapientiæ, curari volumus ante fomentis, ut corporis nostri membrum forte sanandum in integritatem pristinam per mitiora medicamenta revocetur; nec credatur negligi, quod interim non monetur abscindi. Prævia medendi semper austeritatis est lenitas, nec omnis ferro statim culpa compescitur, aut inexplorato vel quod facile prodesse possit, offertur. Nunc enim temporis opportunitas, nunc languentis necessitas, nunc medicinæ ipsius & modus est quærendus & qualitas; ut omnis per sapientiam facta in vitiis reprimendis solicitudo curantis gaudeat reparatione quod salvat, nec careat moderatione quod resecat. His igitur vestra fraternitas graviter prudenterque perpensis, talia apud nos dissimulari posse non æstimet, in quorum se maxime contumeliam, qui non immerito pulsatur, erexit. Fratri enim nostro Leontio nihil constituti a sanctæ memoriæ decessore meo juris potuit abrogari, nihil valuit, quod honori ejus debetur, auferri: quia Christianorum quoque principum lege decretum est, ut quidquid ecclesiis earumque rectoribus, (*Ivo p. c. 32.*) pro quiete omnium domini sacerdotum, atque ipsius observantia disciplinæ, in auferendis confusionibus apostolicæ sedis antistes suo pronuntiasset examine, veneranter accipi, tenaciterque servari, cum suis plebibus caritas vestra cognosceret: nec unquam possent convelli, quæ & sacerdotali ecclesiastica præceptione fulcirentur & regia. Vnde, fratres carissimi, præsumptionem prædicti, quæ in fratris & coepiscopi nostri Leontii processit injuriam, ita convenit tolerari, dignæ nunc interim ultionis immunem, ut si transgressor remediis abutitur satisfactionis & veniæ, nec culpam præsentis excessus curandam futuræ observantiæ sedulitate promittit, redeunte querimonia, eo privilegia Viennensis ecclesiæ ad Arelatensem antistitem transferantur exemplo, quo migravere principio.

I.

Vnde nostræ moderationis nomen tenentes, ad Veranum fratrem & coepiscopum nostrum scripta direximus, ut prædictum ex nostra delegatione conveniat, quatenus quid de eo retuleritis agnoscat: quia onerosum esse non debet, delinquentem fratrem de propriis excessibus increpare, quibus præceptum constat frequenter ignoscere. Necesse est autem, si nullum correctionis ejus indicium sumpserimus, (quod illa

illa eſt profeſſione retinendum, qua definitionem ſedis apoſtolicæ periculo ordinis ſui ſemper conſervandam ſine ulla deinceps tranſgreſſione teſtetur) ad Arelatenſem eccleſiam eaſdem quatuor civitates, quarum non fuit, aut non fuerit Mamertus epiſcopus ordinatione contentus, eſſe revocandas. Quod etiam tunc oportebit fieri, ſi ullus unquam poſt eum, quem nunc caritate corripimus, & ulterius ab illicitis confidimus abſtinere, præſumptionis hujus imitator extiterit.

II.

De hoc ſane, qui, licet indebite, Deenſibus cognoſcitur ordinatus, juſtitiæ ratione cenſuimus, ut ſacerdotium ejus fratris & coepiſcopi noſtri Leontii confirmetur arbitrio, a quo rite debuit conſecrari. Deus vos cuſtodiat, fratres cariſſimi, ævo longiore. Data ſexto Kalendas Martias P. C. Baſilii viri clariſſimi conſulis. "

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *A Mamerto.*] Mamertus, alias Mamercus, ſanctiſſimæ vitæ & beatiſſimi obitus Viennenſis epiſcopus, qui uſum ſacrum litaniarum antiquitus editum, diſciplinæ ſolutione, cultu remiſſiore neglectum in Galliis tempore Valentiniani tertii imperatoris, anno Chriſti 452. ut ſcribit Ado Viennenſis, reſtituit, triduoque ante aſcenſionem ſuo exemplo & experimento utiliſſimo, eas quæ rogationes appellatæ ſunt, & nunc ab univerſa eccleſia receptæ, celebravit. Has a Mamerto non primum in Galliis fuiſſe inſtitutas, ſed tantum magno cum fervore ad terræ motus, incendii, aliarumque cladium pericula avertenda reformatas, poſt Adonem, teſtatur Sidonius libro quinto, epiſtola quarta ad Aprum his verbis: *Harum rogationum ſolennitatem primus Mamertus pater & pontifex reverendiſſimo exemplo, utiliſſimo experimento invexit. Erant quidem prius (quod ſalva fidei pace ſit dictum) vagæ, tepentes, infrequenteſque, atque (ſic dixeris) oſcitabundæ ſupplicationes, quæ ſemper interpellantium prandiorum obicibus hebetabantur: ad quas, ut nihil amplius dicam, figulo pariter & hortulano non oportuit convenire. In his autem, quas ſupra fatus ſummus ſacerdos & protulit pariter & contulit, jejunatur, oratur, pſallitur & fletur,* &c.

Vnde patet ſanctum Mamertum epiſcopum non tam inſtituiſſe, quam reſtituiſſe ſacras rogationes, eaſque in meliorem formam reduxiſſe. Harum enim rogationum triduanarum ante aſcenſionem domini celebrari ſolitarum ſanctus Auguſtinus multis annis Mamerto anterior meminit ſermone 173. de tempore", in vigilia aſcenſionis: *Scire debemus*, inquit, *& intelligere, fratres cariſſimi, quia dies compunctionis & pœnitentiæ celebramus*, &c. Et circa finem: *Nullus ſibi de induſtria aliquas occupationes inquirat, per quas ſe de eccleſiæ conventu ſubducet. Sine dubio peccatorum ſuorum vulnera diligit, qui in iſtis tribus diebus jejunando, orando & pſallendo medicamenta ſibi ſpiritualia non inquirit.* Litanias vero & proceſſiones temporibus ſancti Gregorii Thaumaturgi & Tertulliani tertio ſæculo in eccleſia uſurpatas fuiſſe, patet ex epiſtola Baſilii ſexageſima tertia ad Neocæſarienſes, & Tertulliani libro ſecundo ad uxorem. Item ex iis quæ dixi ſupra in notis canonis decimi ſeptimi concilii Laodiceni. Vide quæ hac de re prolixe ſcribit Baronius anno 475. num. 12. & ſequentibus. Et in notis martyrologii 25. Aprilis, verbo *litanias*.

Hunc Mamertum Viennenſes anniverſaria feſtivitate colunt undecimo Maii. Qualis quantuſque fuerit, Sidonii Apollinaris, qui eum novit, eoque familiariſſime uſus fuit, epiſtola undecima lib. 4. & prima lib. 7. indicat: Alcimus Avitus, ſecundus poſt eum Viennenſis epiſcopus, in homilia quam de rogationibus habuit. Gregorius Turonenſis hiſt. Franc. lib. 2. cap 34. &c. Quod itaque adverſus hunc Mamertum ſanctitate inſignem Hilarus pontifex hac epiſtola, quaſi alienam juriſdictionem illicite uſurpavit, adeo vehementer inſurrexit, non eſt mirum. Quis neſciat ſæpe accidere, ut falſis accuſationibus & ſubreptionibus aures pontificum repleantur, & cum putant agere quod juſtum appareat, innocentem exagitent?

Quod accidit Leoni pontifici ſanctiſſimo in cauſa Hilarii Arelatenſis, qui epiſtola 89. acerrime innocentem perſtrinxit, idem ex obreptione Hilaro pontifici in cauſa Mamerti accidiſſe potuit.

DECRETVM HILARI PAPÆ juxta Gratianum, quod in prioribus non ponitur.

Corpus Chriſti in ſingulis portionibus ſinguli totum accipiunt.

Vbi pars eſt corporis, eſt & totum. Eadem ratio eſt in corpore domini, quæ in manna, quod in ejus figura præceſſit. De quo dicitur: *Qui plus collegerat, non habuit amplius: neque qui minus paraverat, habuit minus.* Non enim eſt quantitas viſibilis in hoc æſtimanda myſterio, ſed virtus ſacramenti ſpiritualis.

De conſ. diſtinct. 2. Vbi pars eſt. *Exod. 16.*

ALIVD DECRETVM EIVSDEM, ex codice librorum ſexdecim, cap. XIX.

De contentioſis.

Si quis videtur contentioſus eſſe, dicente apoſtolo, *nos talem conſuetudinem non habemus, ſed neque eccleſia Dei:* ſi quis facit, notetur, uſquequo ſe corrigat.

1. Cor. 11.

[i]EPISTOLA SANCTORVM EPISCOPORVM LVPI TRICASSINI, ET EVPHRONII AVGVSTODVNENSIS, ad Talaſium epiſcopum Andegavenſem.

De ſolennitatibus, & de bigamis clericis, & iis qui conjugati aſſumuntur.

Domino ſancto, & in Chriſto cultu atque honore venerando, beatiſſimo fratri Talaſio epiſcopo, Lupus & Euphronius epiſcopi pariter poſiti.

COMMONITORIVM quod per ſubdiaconum Archontium miſſum fuerat, inſpeximus: ad quod ſanctitati tuæ, ſicut popoſciſti, reſpondere curavimus. Vigilia natalis domini longe alio more, quam paſchæ vigilia, celebranda: quia hic nativitatis lectiones legendæ ſunt, illic autem paſſionis. Epiphaniæ quoque ſolennitas habet ſuum ſpecialem cultum. Quæ vigiliæ vel maxime, aut perpete nocte, aut certe in matutinum vergente, curandæ ſunt: paſchalis autem vigilia a veſpere raro in matutinum uſque perducitur. Deinde in vigilia paſchæ diverſorum librorum lectiones ſunt recenſendæ, quæ totæ habeant aliquid de præfiguratione, aut vaticinio paſſionis: antedicta autem vigilia, prout viſum fuerit, inter pſallendum, & legendum, ſive de prophetis, ſive de novo teſtamento, quod quiſque voluerit, non legali, ſed voluntaria lectione præſumet. De clericis vero bigamis, uſque ad oſtiarios eccleſia permittit & patitur; & quam quis ſacerdotum regulam pro diſtrictione ſua aſſumpſerit, jure cuſtodiet. Exorciſtas vero, aut ſubdiaconos, a ſecundis nuptiis penitus excludit. Generationem vero filiorum ab his, quos conjugatos aſſumimus, melius eſſet, ſi fieri poſſit, arceri: quos melius eſt non aſſumi, quam de his poſtea ſub diverſa ſenſuum varietate certari: cum melius ſit omnes diſceptationum cauſas excludi, ut qui non vult in clericatu generari, non conſtituat in altario conjugatos. Hæc pro conſuetudine eccleſiarum noſtrarum, quarum una eſt regula, paginæ hujus ſermone texuimus. Si quid vero pro honore domini poteſt diſtrictionis accreſcere,

 &

& si imitari non possumus, pro domini honore laudabimus. Nam jam ecclesiæ obsequiis aggregatos ad secundas nuptias transire non patimur: quos, postquam assumpti fuerint, etiam a primis penitus arcemus; exorcistas dumtaxat, atque subdiaconos. In Augustodunensi autem ecclesia, vel ostiarius in imo officio constitutus, si uxorem aliam acceperit, ab officio penitus abdicatur. Subdiaconos autem ad pacem inter se in sacrario oportet accedere: in altario autem, non nisi dum porrigunt pallas diacono, aut suscipiunt quod refertur; ad pacem autem nequaquam eis permissum est. Si autem illius amentiæ fuerit vel exorcista, vel subdiaconus vel etiam, sicut supra memoratum est, ostiarius, ut secundis se nuptiis illigarit, non solum ab officio, sed etiam a communione penitus arceatur.

NOTA IACOBI SIRMONDI, S. I.

1 *Epistola.*] Hujus etiam epistolæ tempus incertum est, nisi quod Talasii novi, ut apparet, episcopi admonere nomen videtur, ut non multo post Andegavense concilium, in quo episcopus ordinatus est, ad eum missam credamus. Præter varia ejus exemplaria, quæ in manus nostras venerunt, animadvertimus ejusdem fieri mentionem in antiqua collectione canonum, quæ est in bibliotheca sancti Germani Parisiensis.

ADMONITIO EIUSDEM IACOBI SIRMONDI AD LECTOREM

De conciliis Turonico & Venetico.

Concilium Veneticum, quod præponi hactenus solebat, Turonico subjecimus, non solum quia in codice Rhemensi, & in aliis postponitur, sed hoc præcipue ducti argumento, quod Nunechius episcopus, qui concilio Venetico subscribit, successor Eusebii Nannetensis fuerit, qui Turonico subscripserat. Simili etiam modo, Turonicum ipsum anno Christi 461. quo consulatum Dagalaifo collega gessit Severinus, restituendum deprehendimus. Nam qui ad Severini alterius tempora, qui consul fuit anno 482. referendum in postremis conciliorum editionibus censuerunt, non animadverterunt Leonem Bituricensem episcopum, qui concilio Turonico interfuit & subscripsit, ad illius, quem volunt, Severini consulatum minime pervenisse, sed multis ante annis vita excessisse: quod quidem ex iis quæ de Simplicii, quarti a Leone Biturigum episcopi, electione postmodum ex Sidonio proferentur, liquido patefiet.

ANNO CHRISTI 461.

[a] CONCILIUM [b] TURONICUM I.

PERPETUI EPISCOPI TEMPORE celebratum, 1 [c] Severino v. c. consule, sub die XIV. Kalendas Decembris, anno Christi CCCCLXI. " Severi Augusti & Hilari papæ primo.

" Vacante aula post Majoriani obitum, Severus enim dumtaxat levatus est IV. Kal. Dec.

TITULI CANONUM.

PRÆFATIO.

Severino viro clarissimo consule, sub die ' decimaquarta Kalendas Decembris, cum [d] ad sacratissimam festivitatem, qua domni Martini receptio celebratur, in civitate Turonorum beatissimi sacerdotes, quorum subscriptio subter adjecta est, convenissent, necessario crediderunt, ut quia per longam incuriam in aliquo de rebus ecclesiasticæ disciplinæ regula fuisset vitiata, definitionem suam, quæ cum patrum auctoritate concordat, præsentis scripturæ emissione firmarent: non quæ prius illicite admissa sunt revolventes, sed in posterum universorum utilitati prospicientes: ut secundum euangelica præcepta, & apostolicam doctrinam, patrum statuta servantes, ecclesia domini pura & immaculata permaneat.

' al.

CANONES.

I.

Primo ergo in loco sacerdotes vel ministri ecclesiæ, de quibus dictum est, *Vos estis lux mundi*, ita in omni sancta conversatione a Dei timore actus suos dirigant, ut & divinæ possint placere clementiæ, & bonum fidelibus præbeant exemplum: quia sicut væ eis, per quos nomen Dei blasphematur, ita illi immortalitatis gloriam consequentur, per quorum actus nomen Dei benedicitur. Si enim universis fidelibus secundum apostolicam doctrinam castitas custodienda indicitur, ut qui habent uxores, ita sint quasi non habentes; quanto magis sacerdotes Dei ac levitæ divino mancipati altario, custodire debent, ut non solum cordis, verum etiam corporis puritatem servantes, pro plebe supplicaturi preces suas ad divinum introire mereantur auditum? quia secundum auctoritatem apostoli, *qui in carne sunt, Deo placere non possunt: vos autem non estis in carne, sed in spiritu.* & iterum: *Omnia munda mundis: coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundum, sed polluta est eorum & mens & conscientia.* Cum ergo laico abstinentia imperetur, ut possit orationi vacans & Deum deprecans exaudiri; quanto magis sacerdotibus, vel levitis, qui omni momento parati Deo esse debent in omni munditia & puritate, securi, ne aut sacrificium offerre, aut baptizare, si id temporis necessitas poposcerit, cogantur? Qui si contaminati fuerint carnali concupiscentia, qua mente excusabunt, quo pudore usurpabunt, qua conscientia, quo merito exaudiri se credent?

Matth. 5.
1. Cor. 7.
Rom. 8.
Tit. 1.

II.

ANNO CHRISTI 461.

II.

Et licet a patribus nostris emissa auctoritate id fuerit constitutum, ut quicumque sacerdos vel levita filiorum procreationi operam dare fuisset convictus, a communione dominica abstineretur: nos tamen huic districtioni moderationem adhibentes, & justam constitutionem molientes, id decrevimus, ut sacerdos vel levita conjugali concupiscentiæ inhærens, vel a filiorum procreatione non desinens; ad altiorem gradum non ascendat, neque sacrificium Deo offerre, vel plebi ministrare præsumat. Sufficiat his tantum, ut a communione non efficiantur alieni. Sed ut hæc valeant observari, fomitem omnium vitiorum oportet abscidi, apostolo præcipiente: *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.* Et quam gravi ebrietas supplicio expietur, idem apostolica manifestat doctrina, inter cetera dicens, neque fornicatores, neque idolis servientes, neque ebriosos regnum Dei possessuros. Si quis vero in omni officio clericali Deo militans ab ebrietate se non abstinuerit, secundum status sui ordinem competens in eum vindicta tribuatur.

III.

Et quia nullum diabolo locum dari oportet, hoc præcipue custodiendum decrevimus, ut nullam clerici cum extraneis feminis habeant familiaritatem, ne ullum male loquendi vel sentiendi hominibus aditum tribuant: quia frequenter per hanc indecentem occasionem contigit, ut diabolus, qui insidiatur sicut leo in cubili suo, de ruina servorum Dei insultet. Si quis vero clericus, post interdictum episcopi sui, illicitis familiaritatibus extranearum feminarum voluerit inhærere, a communione habeatur alienus.

IV.

Ut clericus, cui nubendi datur licentia, internuptam non accipiat uxorem. quod si fecerit, ultimum in officio clericali teneat locum.

V.

Si quis vero clericus, relicto officii sui ordine, laicam voluerit agere vitam, vel se militiæ tradiderit, excommunicationis pœna feriatur.

VI.

Qui vero se sacratis virginibus per conjunctionem nefandam miscuerint, vel propositum professæ religionis dereliquerint, utrique a communione habeantur alieni; quia si quis templum Dei violaverit, disperdet illum Deus: donec resipiscentes a laqueo diaboli, a quo capti tenentur ad ipsius voluntatem, ad auxilium pœnitentiæ revertantur.

VII.

Homicidis penitus non communicandum; donec per confessionem pœnitentiæ ipsorum crimina diluantur.

VIII.

Si quis vero post acceptam pœnitentiam, sicut canis ad vomitum suum", ita ad sæculares illecebras; derelicta quam professus est pœnitentia, fuerit reversus, a communione ecclesiæ, vel a convivio fidelium extraneus habeatur, quo facilius & ipse compunctionem per hanc confusionem "accipiat, & alii ejus terreantur exemplo.

" iterum

" capiat

IX.

De præsumptoribus etiam placuit observari, ut si quis episcopus in jus fratris sui suam conatus fuerit inserere potestatem, ut aut diœceses alienas, transgrediendo terminos a patribus constitutos, pervadat; aut clericos ab aliis * ordinatos promovere præsumat, ab universorum fratrum & consacerdotum suorum communione se alienum efficiendum non dubitet, quia apostolo dicente cognoscimus, nullam nos cum fratribus inordinate ambulantibus, & non secundum traditionem a patribus constitutam; posse habere participationem.

* ordinatos vel sanctimoniales promovere præsumat.

2. Thess. 3.

X.

Ordinationes vero illicitas in irritum devocamus, nisi satisfactione quæ ad pacem pertinent, componantur.

XI.

Si quis vero clericus, absque episcopi sui permissu, derelicta ecclesia sua, ad alium se transferre voluerit locum, alienus a communione habeatur.

XII.

Et ut clerici non absque sacerdotum suorum commendatione ad alias provincias, sive civitates, ambulare disponant.

XIII.

Illud etiam secundum scripturarum auctoritatem, vel patrum constitutionem, addendum credidimus, ut ne quis clericus, qui negotiandi studium habere voluerit, usuras accipiat, quia scriptum est: *Qui pecuniam suam non dedit ad usuram.* & alio loco: *In plateis ejus usura & dolus.* Manifestum est enim, beatitudinis non posse consequi gloriam; qui a præceptis divinis deviaverit.

Psal. 14.

Psal. 54.

Et ut humilitatis nostræ constitutio, adjuvante domini misericordia, valeat custodiri, sancti ac beatissimi sacerdotis domni Martini, quæ Deo accepta est, obtinebit intercessio. Confidimus enim sacerdotum domini consensu definitionem nostram firmandam, quæ cum patrum nostrorum auctoritate concordat.

ANNO CHRISTI 461.

SVBSCRIPTIONES.

[e] Perpetuus Turonicæ civitatis episcopus interfui & subscripsi.

[f] Victorius episcopus Cenomannicæ civitatis huic definitioni interfui & subscripsi.

[g] Leo episcopus Bituricæ civitatis interfui & subscripsi.

Eusebius episcopus Namneticæ civitatis interfui & subscripsi.

Amandinus episcopus Catalaunicæ civitatis interfui & subscripsi.

Germanus episcopus Rothomagensis civitatis interfui & subscripsi.

Athenius episcopus Redonicæ civitatis interfui & subscripsi.

Mansuetus episcopus Britannorum interfui & subscripsi.

Iocundinus presbyter jussu domni mei Venerandi episcopi, quia ipse non cerneret, subscripsi.

alias Thalassius — Talasius peccator hanc definitionem dominorum meorum episcoporum, ab ipsis ad me transmissam, in civitatula mea relegi, subscripsi, & consensi.

NOTA IACOBI SIRMONDI, S. I.

1 *Severino viro clarissimo consule.*] Qui cum Dagalaifo consul fuit anno Christi CCCCLXI. Cur huic anno restituendum censuerimus concilium Turonense, quod alii post Baronium ad alterius Severini consulatum rejecerant, qui Trocondum collegam habuit anno CCCCXXCII. causas exposuimus in iis quæ præfati sumus ad concilium Veneticum. De anno igitur constat de die rem incertam facit veterum librorum varietas. Multi enim XIV. Kalendas Decembris legunt: alii, ut Rhemensis & Bellovacensis, XVIII.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Causa & acta concilii. — a *Concilium.*] In hoc concilio disciplina ecclesiastica barbarorum incursionibus in Galliis laxata, tredecim canonibus est reformata. Causam conveniendi dedisse sacratissimam illam festivitatem, qua sancti Martini receptio celebratur, acta referunt.

b *Turonicum.*] Sic dictum ab oppido Galliæ; cujus incolæ apud Tacitum & Cæsarem Turones appellantur: Sidonius nominat eam Turonem, Gregorius Turonicam. Martinopolim a sancto Martino hujus urbis episcopo nominat Matthæus Vindocinensis in sua historia Tobiæ.

Locus concilii. — c *Severino viro clarissimo.*] anno domini 482. qui est Simplicii pontificis 15. & Zenonis imperii 9. ut ex emendatioribus fastis constat.

Tempus concilii. — d *Ad sacratissimam festivitatem receptionis sancti Martini, &c.*] De hac festivitate Baronius in notis martyrologii, die 11. Novembris hæc scribit. *Existimamus autem hanc illam esse diem, qua post altercationes Pictaviensium conantium sibi vendicare corpus ejusdem sancti (Martini) a Turonensibus ipsum clam ablatum, atque navigio impositum, magna omnium alacritate in Turonensem civitatem receptum est, ut scribit Gregorius Turonensis hist. Franc lib.1 cap. ultimo.* Vnde patet hanc receptionem sancti Martini eamdem esse cum translatione; cum videlicet e pristino loco perangusto in ampliorem basilicam ejus venerandum corpus receptum fuit. Hoc tempore basilicam ipsam absolutam fuisse, Sidonius, qui de ea carmen scripsit, satis admonet.

Festum receptionis S. Martini quod.

Perpetuus quis. — e *Perpetuus*] Perpetuus sextus Turonensis sedis episcopus, is qui basilicam sancto Martino confessori dicatam, multo ampliorem reddidit. De quo Sidonius Apollinaris lib 4. epist.18 hæc scribit *Basilicam sancti pontificis confessorisque Martini Perpetuus episcopus, dignissimus tanto prædecessore successor, multo priore qua fuit hactenus, capaciorem novavit. Magnum est (ut ferunt) opus nominandumque, quod in honorem talis viri factum talis vir fecisse debuerit. Hujus me parietibus inscribere supra dictus sacerdos hoc epigramma compellit.* &c. De jejuniis & vigiliis sacris ab eo institutis, hæc Gregorius Turon. lib.10 hist. Franc. cap.30. *Hic instituit jejunia vigiliasque, qualiter per circulum anni observarentur:*

Quid instituerit. — *quod hodie quoque apud nos retinetur scriptum.*] Postea subsequitur ordo & temporum & locorum, quibus singula jejunia & vigilias haberi volebat. Sedit (teste Gregorio prædictis locis) annis triginta. Hujus natalis dies anniversaria celebratione in toto orbe occidentali recurrit sexto Id. April. Baron in martyr. & annalibus an. 482. nu.48. & sequentibus.

Victorius quis. — f *Victorius.*] His temporibus Victorium quemdam episcopum Cenomannorum ecclesiæ præsedisse, non hinc tantum, sed etiam supra ex concilio Andegavensi constat. Sitne ille idem, qui secundum tabulas Demochar. lib. de sacrificio missæ, sancto Liborio ejusdem sedis episcopo, quinto ordine subrogatur, quique annis 24. mensibus 7. & diebus 13. sedisse, ibidem describitur; dubium fit & incertum ex eo quod Beda in martyrologio scribit, hunc sancto Martino notissimum fuisse, adeoque Theodosii imperatoris temporibus claruisse. De Victorio Cenomannorum episcopo agit Gregorius Turonensis lib. de gloria confess. cap. 56. Ejus acta manuscripta extare tradit Molanus. Victorium interfuisse concilio Andegavensi diximus supra in notis ejusdem concilii sub Leone.

g *Leo, Thalassius*] De Leone & Thalassio, vide quæ supra notavi in notis concilii Andegavensis.

ANNO CHRISTI 465.

[a] CONCILIVM [b] VENETICVM, IN PATERNI VENETENSIS EPISCOPI ordinatione a Perpetuo metropolitano celebratum, 1 circa annum Christi CCCCLXV. Severi Augusti & Hilari papæ IV.

TITVLI CANONVM.

I. *De homicidis & falsis testibus.*
II. *De iis qui relictis uxoribus alias ducunt.*
III. *De iis qui susceptam pœnitentiam deserunt.*
IV. *De virginibus professis quæ mœchantur.*
V. *Vt clerici sine commendatitiis non vagentur.*
VI. *Vt monachi sine commendatitiis non vagentur.*
VII. *Vt monachi solitarias cellas sine abbatis sui licentia non petant.*
VIII. *Vni abbati plura monasteria habere non liceat.*
IX. *Vt clerici sæcularia judicia non adeant.*
X. *Episcopi alienos clericos ne promoveant.*
XI. *Vt clerici nuptiarum convivia devitent.*
XII. *Vt clerici Iudæorum convivia declinent.*
XIII. *Vt clerici ebrietatem evitent.*
XIV. *Vt clerici qui in civitate fuerint, matutinis hymnis intersint.*
XV. *Vt idem ordo sacrorum & psallendi observetur intra provinciam.*
XVI. *De auguriis & sortibus sanctorum.*

EPISTOLA SYNODI AD EPISCOPOS EIVSDEM PROVINCIÆ QVI CONCILIO non interfuerant.

2 *Dominis beatissimis, & nobis in Christo omni caritatis honore venerandis fratribus, Victorio & Talasio episcopis, Perpetuus, Paternus, Albinus, Athenius, [l] Nunechius, & Liberalis, episcopi.*

[l] Nonichius.

CVM semper a nobis cura religionis haberi debeat in promptu, nec aliunde debeat esse meditatio; eo præcipue tempore, quo nos aut voluntas, aut occasio congregarit: ut communis ex multorum collatione tractatus, consentiente in Christo spiritu, multarum sententiarum auctoritate firmetur: ne singulorum pro arbitrii sui qualitate definitio aut imperitiæ decipiatur errore, aut tumore præsumptionis vel iracundiæ depravetur: & dum unusquisque, sine fratrum collatione, suo tantum credit arbitrio, statuat quod merito possit omnibus displicere. Itaque quoniam nos in ecclesia Venetica causa ordinandi episcopi congregavit, rectum

rectum esse credidimus, de regula ecclesiastica, A quæ nobis donante domino credita est, & de districtione, cujus cura non sine culpa nostra omittetur, habita consultatione, ut quæ in prioribus patrum statutis videmus omissa, & procedente tempore licentia ex nimia prolabentis sæculi libertate præsumpta, statutis saluberrimis sanciremus. Quod in notitiam beatitudinis vestræ, quia præsentia vestra nobis necessitate faciente fraudata est, credidimus deferendum: ut si probabile duxeritis, id quoque & vestra auctoritate firmetur, & districtione servetur.

CANONES.

I.

[c] Itaque censuimus homicidas & falsos testes a communione ecclesiastica submovendos, nisi pœnitentiæ satisfactione crimina admissa diluerint.

II.

[d] Eos quoque, qui relictis uxoribus suis, sicut in euangelio dicitur, excepta causa fornicationis, sine adulterii probatione alias duxerint, statuimus a communione similiter arcendos: ne per indulgentiam nostram prætermissa peccata alios ad licentiam erroris invitent.

III.

Pœnitentes quoque, qui susceptam publice pœnitentiam intermiserint, & ad prioris erroris consuetudinem revoluti, vitæ se sæculari conversationique reddiderint, non solum a communione dominicorum sacramentorum, sed etiam a conviviis fidelium submovendos.

IV.

Eas etiam quæ virginitatem professæ, & benedictionem fuerint per manus impositionem sub contestatione hujus propositi consecutæ, si fuerint in adulterio deprehensæ, cum adulteris ipsarum arcendas a communione censemus.

V.

[e] Clericis sine commendatitiis epistolis episcopi sui licentia non pateat evagandi; & in omni loco, ad quem sine epistolis episcopi sui, ut dictum est, venerint, a communione habeantur alieni.

VI.

[f] In monachis quoque par sententiæ forma servetur: quos si verborum increpatio non emendaverit, etiam verberibus statuimus coerceri.

VII.

Servandum quoque de monachis, ne eis ad solitarias cellulas liceat a congregatione discedere, nisi forte probatis post emeritos labores, aut propter infirmitatis necessitatem [g] asperior ab abbatibus regula remittatur. Quod ita demum fiet, ut intra eadem monasterii septa manentes, tamen sub abbatis potestate separatas habere cellulas permittantur.

VIII.

[h] Abbatibus quoque singulis diversas cellas, aut plura monasteria habere non liceat; nisi tantum propter incursum hostilitatis intra muros receptacula collocare. Agath. can. 38.

IX.

Clericis, nisi ex permissu episcoporum suorum, sæcularia judicia adire non liceat. Sed si quis fortasse episcopi sui judicium cœperit habere suspectum, aut ipsi de proprietate aliqua adversus ipsum B episcopum fuerit nata contentio, aliorum episcoporum audientiam, non sæcularium potestatum, debebit ambire. Aliter a communione habeatur alienus.

X.

Episcopi quoque ab aliis episcopis ordinatos clericos, sine permissu eorum a quibus fuerint ordinati promovere ad superiorem ordinem non præsumant, ne concordiam fraternam injuria illata contaminet.

XI.

Presbyteri, diaconi, atque subdiaconi, vel deinceps quibus ducendi uxores C licentia non est, etiam alienarum nuptiarum evitent convivia, nec iis cœtibus admisceantur, ubi amatoria cantantur, & turpia, aut obscœni motus corporum choris & saltibus efferuntur: ne auditus & obtutus sacris mysteriis deputatus, turpium spectaculorum atque verborum contagio polluatur. Concil. Agath. can. 39. Dist. xxxiv c. Presb.

XII.

Omnes deinceps clerici Iudæorum convivia evitent, nec eos ad convivium quisquam excipiat, quia cum apud Christianos cibis communibus non utantur, D indignum est atque sacrilegum eorum cibos a Christianis sumi: cum ea quæ apostolo permittente nos sumimus, ab illis judicentur immunda, ac sic inferiores incipiant esse clerici quam Iudæi, si nos quæ ab illis apponuntur, utamur, illi a nobis oblata contemnant. Concil. Agath. can. 40. 28 q. 1. 1. Cor. 10.

XIII.

Ante omnia a clericis vitetur ebrietas, quæ omnium vitiorum fomes ac nutrix est; nec quis potest liberum corporis sui ac mentis habere judicium, cum captus E vino a sensu probetur alienus, & proclivis ad vitium mente labefacta ducatur, ac plerumque possit peccatum aut crimen, dum nescit, incurrere. Sed ignorantia talis non potest non subjacere pœnæ, quam ex voluntaria amentia manasse constiterit. Itaque eum, quem ebrium fuisse constiterit, ut ordo patitur, aut triginta dierum spatio a communione statuimus submovendum, aut corporali subdendum esse supplicio. Concil. Agath. can. 41. Dist. xxxv. Ante om.

ANNO CHRISTI 461

Ivo part. 6. c. 244. Burc II. 153.

XIV.

Clericus quem intra muros civitatis ſuæ manere conſtiterit, & a matutinis hymnis ſine probabili excuſatione ægritudinis inventus fuerit defuiſſe, ſeptem diebus a communione habeatur extraneus: quia miniſtrum ſacrorum eo tempore, quo non poteſt ab officio ſuo ulla honeſta neceſſitas occupare, fas non eſt a ſalubri devotione ceſſare.

XV.

Rectum quoque duximus, ut vel intra provinciam noſtram ſacrorum ordo & pſallendi una ſit conſuetudo: & ſicut unam cum Trinitatis confeſſione fidem tenemus, unam & officiorum regulam teneamus: ne variata obſervatione in aliquo devotio noſtra diſcrepare credatur.

XVI.

Concil. Agath. can. 42. Diſt. XXVI. q. 5. c. Aliquanti.

Ac ne id fortaſſe videatur omiſſum, quod maxime fidem catholicæ religionis infeſtat, quod aliquanti clerici ſtudent auguriis, & ſub nomine fictæ religionis, quas ſanctorum ſortes vocant, divinationis ſcientiam profitentur, aut quarumcumque ſcripturarum inſpectione futura promittunt: hoc quicumque clericus detectus fuerit vel conſulere, vel docere, ab eccleſia habeatur extraneus: Incolumem coronam veſtram eccleſiæ ſuæ Deus protegat, domini fratres.

SVBSCRIPTIONES.

Perpetuus epiſcopus hanc definitionem noſtram relegi & ſubſcripſi, & ea quæ a patribus noſtris, vel a nobis prius ſtatuta ſunt, cenſeo obſervanda.
Paternus epiſcopus ſubſcripſi.
Albinus epiſcopus ſubſcripſi.
Athenius epiſcopus ſubſcripſi.
Nunechius epiſcopus ſubſcripſi.
Liberalis epiſcopus ſubſcripſi.

NOTÆ IACOBI SIRMONDI, S. I.

1 *Circa annum* 465.] Quo anno celebratum ſit, nihil eſt explorati. Vt certa videtur conjectura, quam ex Namnetenſium epiſcoporum ſerie duximus, ut Turonenſi poſterius fuiſſe doceremus. Euſebii enim epiſcopi, ut antiqui omnes indices teſtantur, ſucceſſor fuit Nunechius, quem Nonnechium alii vocitant, is haud dubie, cujus nomen hoc loco inter eos qui Venetico concilio ſubſcribunt. Antea jam ergo præceſſerat Turonenſe, cui Euſebius interfuit. Accedit quod non ſolum in codice Rhemenſi, ut monuimus, verum etiam in antiquis collectionibus obſervatum eſt, cum utriuſque concilii canones proferuntur, Turonenſes Veneticis præponi. Quare videant quam nihil cauſæ habuerint, qui contra, ut præpoſtero in vulgatis editionibus conciliorum ordini ſuffragarentur, legitimum epiſcoporum Namnetenſium ordinem, Euſebium Nunechio poſtponentes, in ſuis catalogis perverterunt.

2 *Dominis beatiſſimus.*] In codice Pithœano inſcribitur, *Epiſtola epiſcoporum Armoricanæ provinciæ:* in aliis, *Canones eccleſiæ Veneticæ.* Subſcriptiones adjectæ ſunt ex codicibus Corbeienſi & Rhemenſi: ſed in Corbeienſi Perpetuus his verbis utitur: *Perpetuus epiſcopus huic definitioni acquieſcens ſubſcripſi, & ea quæ a patribus noſtris, vel a nobis prius ſtatuta ſunt,* &c. In Rhemenſi vero poſt Perpetuum reliqui alio ſubſcribunt ordine, Nunechius, Paternus, Albinus, Liberalis & Athenius.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium.*] Hoc concilium licet nulla conſulum nota perſpicuum ſit, conſtat tamen circa tempora Andegavenſis & Turonenſis concilii celebratum eſſe. Qui enim huic concilio interfuerunt, ſynodicam ad Victorium Cenomanenſem & Thalaſſium Andegavenſem epiſcopos dederunt, qui & Turonenſi concilio interfuerunt. Cauſam habiti concilii prædicta ſynodica indicat his verbis: *Itaque quoniam nos in eccleſia Venetica cauſa ordinandi epiſcopatus congregavit,* &c. ut ſcilicet diſciplinam eccleſiaſticam, barbarorum incurſionibus in Gallia plurimum laxatam, emendent & corrigant.

b *Veneticum.*] Duplex eſt Venetia. Vna Lugdunenſis Galliæ, quæ a Britonibus incolitur juxta Oceani Gallici litora, ut auctor eſt Plin. lib. 4. cap. 18. Strabo lib 4. Hujus epiſcopatus Venetenſis appellatur, Turonenſi metropolitano ſubjectus. Altera eſt urbs Italiæ Hadriatico mari appoſita, multis nominibus longe clariſſima, cujus incolæ Veneti appellantur. Hos ſuam origenem duxiſſe a Troianis ſcribunt, Plin. lib 3. cap. 19. Strabo lib. 4. Baron. tomo ſexto annalium, anno 452. num. 63. de Venetorum origine hæc ait. *Tradunt ex invaſione Attilæ Venetiæ occaſionem manaſſe, ut Veneti in inſulas tranſmigrarint atque Patavini occupaverint altum Rivum: iidemque neceſſitate primum impellente, poſtea vero & ratione ſuadente, ad evitandos barbarorum incurſus ibi habitare delegerint: ut paulatim creſcentibus ædificiis ampliſſima fundamenta jacta fuerint: ut divino plane nutu acciderit, ne Italia relinqueretur ſine republica, quæ olim florentiſſima, dominantium vi oppreſſa, jam cum imperio collabente prorſus extincta videretur.*

Hanc ſynodum Venetiis in Gallia celebratam fuiſſe non tantum epiſcoporum nomina, verum etiam ipſarum Venetiarum in Italia origo ea, quam ex Baronio deſcripſimus, evidentiſſime teſtatur. Quid quod neque ipſi Veneti ſuam rempublicam ultra annos mille & centum floruiſſe profiteantur, adeoque ſynodi alicujus ibidem habitæ locus eſſe non potuerit?

c *Itaque cenſuimus,* &c.] Hic canon cum ſequentibus aliquot canonibus ad verbum recitatur infra concilio Agathenſi, canone 37. 38. & dubium non eſt, quin hinc deſumpti fuerint. Extat apud Burch. lib. 6. cap. 29. Ivonem part. 10 cap. 38. & 158.

d *Eos quoque qui relictis.*] Quid ſi adulteram ſontem dimiſerit, licebitne innocenti marito impune ad ſecundas nuptias tranſire? Nequaquam; ſed potius, qui poſt dimiſſam adulteram, ipſa adhuc vivente aliam duxerit, mœchus eſt & adulter; non quod fornicariam dimiſerit, ſed quia aliam uxorem duxit. Si dicas, Chriſtus ait Matth. 19. *Qui dimiſerit uxorem, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur.* Ergo qui ob fornicationem dimiſerit, & aliam duxerit, non mœchatur. Reſpondeo vere id inferri non poſſe; quia dimiſſa legitime, adhuc uxor manet. nam qui dimiſſam duxerit, adulterium committit. Si dicas, eum dumtaxat mœchari qui inſontem dimiſſam ducit, non vero ſi quis ream adulterii duxerit dimiſſam: Reſpondeo id plane abſurdum eſſe, omnique rationi contrarium. Ita enim ſequeretur ſontem inſonte melioris eſſe conditionis. Innocenti innocenter dimiſſæ non licebit nubere; adeoque punietur ubi nullum eſt delictum: contra vero adulteræ, quæ merito propter fidem conjugii ſemel violatam conſortio mariti carere debeat, ad ſecunda vota tranſire licebit. Quod quam ſit abſurdum, nemo non videt.

Dices ſecundo: Ad quid ergo cauſa fornicationis, ſicut Matthæi 5. & 19. ita etiam hoc canone excipitur; Reſpondeo, ut oſtendat nullo alio quam adulterii caſu licere conjugem indiſſolubili vinculo ſibi conjunctam, quoad torum & cohabitationem dimittere. nam qui uxorem non fornicariam quoad torum dimittit, facit eam mœchari.

Sed numquid multæ ſunt cauſæ, quibus juſtius quam ob adulterium uxor dimittitur? Sunt utique. Pejus enim eſt hæreticam aut parricidam, quam adulteram eſſe. Id etiam ex divo Paulo non obſcure colligitur, qui 1. Corinth. cap. 7. vult, ut mulier infidelis, ſi cum marito fideli habitare non conſentit, ejiciatur: non conſentit autem quæ non vult cum marito ſalva religione habitare. Tali igitur caſu eruendus eſt oculus, manuſque dextera eſt reſecanda & procul abjicienda, ut Pacianus interpretatur. Sed ne liberum eſſet unicuique cauſas dimiſſionis effingere, poſt cauſam fornicationis, eccleſia quaſdam alias definivit. Quarum prima eſt, ſi uxor ſodomitica ſit, C. maritus de adulteriis. Secunda eſt, ſi hæretica, C. quæ ſunt de divortiis. Tertia, ſi maritũ ad aliquod grave peccatũ trahere, vel grave damnũ corporis illi inferre conata fuerit.

Plures

Plures referuntur a theologis & summistis; sed ad has omnes aliæ revocari possunt. Cur ego Christus solam excepit fornicationem? Tribus, ut opinor, de causis. Prima, quod propter solam fornicationem absolute & in perpetuum uxor dimittatur; ita etiam ut si dimissa sese emendarit, maritus eam resumere non cogatur. Non enim dimittitur, ne injuriam faciat, sed quia injuriam intulit, ob quam toto vitæ tempore pœnam culpæ luere debeat. Ob alias causas ad tempus, & quidem ordinarie tamdiu dimittitur, quamdiu causæ dimissionis durant. Nam post sublatum periculum corporis aut animæ, quod ex cohabitatione alteri conjugi imminet, dimittens dimissam recipere tenetur, nisi ecclesia in pœnam criminis semel admissi aliud statuerit. Secunda causa est, quia maritus innocens dimittere potest adulteram uxorem, etiam invitam & manere volentem: quia non ob correctionem, sed potius in pœnam violatæ fidei conjugalis dimittitur: aliis vero vitiis corporis aut animi obnoxiam, non diutius quam durat periculum imminens, dimittere licet. Tertia & potissima causa est, quod adulterium sit causa dimittendæ uxoris propria matrimonii, reliquæ autem causæ sint communes cujuslibet consortii relaxandi & dimittendi: Nam jure divino dimittendus est omnis vitæ consors, cujus conversatio corporis animæque saluti obest. Ad dimittendam adulteram maritus innocens extra periculum scandali nulla lege obligatur. Est enim matrimonium contractus, in quo hoc maxime naturale est, juxta regulam juris, ut qui pacta & conditiones illius, fidemque semel datam ac promissam violavit, jure suo cadat. Quod supra dixi, dimissionem conjugis adulteri esse quamdam pœnam ad vindicandam injuriam innocenti illatam, verissimum est. Nam ex instituto Christi domini factum est, Matthæi cap. 5. ut adultera, quæ in antiqua lege propter adulterium comburebatur, vel lapidibus aliisve modis e medio tollebatur, tempore legis gratiæ non moreretur, sed abrogata lege vetere dumtaxat dimitteretur.

e *Clericis aut monachis.*] Additæ videntur voces *aut monachis*, quæ in concilio Agathensi can. 38. item 20. quæst. 4. can. 3. non habentur. Et quidem ideo maxime, quod sequente canone hic, & utroque loco supradicto, ad monachos eadem constitutio extendatur.

f *In monachis quoque par sententia.*] In concilio Agathensi & in decreto Gratiani 20. quæst. 3. can. 3. legitur: *In monachis quoque præsentis sententiæ forma servetur.*

g *Asperior ab abbatibus regula permittatur.*] In decreto Gratiani canone supra allegato, sicut etiam novella 123. num. 53. apud Iulianum, *abbatis licentia*, legitur & requiritur. Sed hæc vox *licentia* non tantum a duabus vetustioribus conciliorum editionibus, & duobus Vaticanis codicibus, sed etiam a duobus Gratiani exemplaribus abest. Vide notas jussu Gregorii XIII. ad can. 3. quæst. 3. caus. 20. editas.

h *Abbatibus quoque singulis.*] In aliquot conciliorum editionibus legitur *abbati*. Hæc omnia intelligenda esse de monachis religiose viventibus, prædicto loco annotatum est.

i *Licentia non est.*] In impressis codicibus Gratiani legebatur, *licentia modo non est*: quæ dictio cum neque in originali, neque in vetustis exemplaribus Gratiani, neque in Burchardo & Ivone habeatur, merito in Gratiani decreto ab ejusdem censoribus & animadversoribus expuncta est. Nam presbyteris ne quidem apud Græcos unquam uxores ducere permissum fuit.

a CONCILIVM CAMBRICVM, SIVE CIRCA MONTES ERIR, APVD ORDOVICES IN CARNARVONIA, sive alibi ibidem celebratum.

a *Concilium.*] Matthæus Vuestmonasteriensis, anno 465. postquam recitasset prophetias Merlini, quibus Vortigerno regi exitum denuntiat, & Aurelium Ambrosium fore regem auguratur, conventus cujusdam meminit. *Nec (inquit) cum crastina dies illuxisset, applicuit Aurelius Ambrosius (e Britannia minori) cum fratre suo Vterpendragon, cum innumera manu armatorum. Convenerunt itaque Britones undique dispersi, & convocato regni clero, Aurelium in regem erexerunt. Sublimatus autem ecclesias ad solum usque destructas, ut potuit, reparare vacuavit. Erat larguis in muneribus dandis, sedulus in divinis obsequis*, &c.

A

a CONCILIVM ROMANVM XLVIII. EPISCOPORVM, SVB HILARO PAPA celebratum anno domini CCCCLXV.

ANNO CHRISTI 465.

TITVLI CANONVM.

I. *Canones Nicæni; vel apostolicæ sedis decreta custodiantur.*

II. *Vt bigami, aut viduæ, aut corruptæ mariti, ad ecclesiasticos gradus non accedant.*

III. *Vt pœnitentes, aut inscii literarum, sive defectu membrorum, aut decisione aliquid minus habentes, ad superiorem ordinem non accedant.*

B IV. *Vt ea quæ illicite episcopus, vel decessor ejus ordinavit, ab eo qui superest, emendentur.*

V. *Vt nullus episcopus sibi eligat successorem.*

PRÆFATIO.

b FLAVIO * Basilico & Herminerico viris clarissimis consulibus, sub die decimoquinto Kalendarum Decembrium, residente viro venerabili Hilaro papa in basilica sanctæ Mariæ, & c Maximo Taurinæ civitate provinciæ Gallicarum, d Ingenuo Ebredunensi, provinciæ * SS. Mediolanensis provinciæ * SS. Saturnio Avinionensis provinciæ * SS. Petro Portuensis, * Paulino Aquævivensi, Primo Atel-C lano, Palladio Salpinati, Gaudentio Albingensi, Sotere Neapolitano, Tiburtio Capuano, Gaudentio Scyllateno, Felice Lucensi, Eubodio Tifernensi, Eusebio Senensi, Majoriano Astensi, Iusto Faventino, Felice Sipontino, Concordio Barino, Verano, * Caprario Cassitano, Ianuario Prænestino, Constantino Aquinati, Adeodato Cumano, Prætextato Interamnino, Tiberio Curium Sabinorum, Claudio Puteolano, Gerontio Camerino, Adeodato Veliterno, Lucifero Trium tabernarum, Crispiano Subaugustano, Romano Albanensi, Servodei Nomentano, Florentio Clusino, Hilaro Amerino, Candido Tiburtino, Paulo Foronovano, Eusebio Sutrino, Apuleio Tarqui-D niensi, Gaudentio Antiatino, Asterio Gabinati, Projectitio Nepesino, Asterio Forojuliensi, Philippo Numanati, Gudentio * Vecconensi, Restituto & Octavio Afris: Residentibus etiam universis presbyteris, adstantibus quoque diaconibus, Hilarus episcopus ecclesiæ catholicæ urbis Romæ, synodo præsidens, dixit.

* Basilisco

* Paulo

* Volsin. vel Vulsinien.

CANONES.

I.

Quoniam religiosus, sancto Spiritu congregante, conventus hortatur, ut E quæcumque pro disciplina ecclesiastica necessaria sunt, cura diligentiore tractemus: si placet, fratres, ea quæ ad ordinationum tenorem pertinent, juxta divinæ legis præcepta & Nicænorum canonum constituta, ita adjuvante domino in omne * ævum mansura solidemus, ut nulli fas sit sine status sui periculo, vel divinas constitutiones, vel apostolicæ sedis decreta temerare: quia nos, qui * potissimi sacerdotis admi-

* 25. quæst. 1. c. Nulli fas sit.

ANNO CHRISTI 465.

administramus officia, talium transgressionum culpa respiciet, si in causis Dei desides fuerimus inventi: quia meminimus, quod timere debemus, qualiter comminetur dominus negligentiæ sacerdotum. siquidem reatu majore delinquit, qui potiori honore perfruitur: & graviora facit vitia peccatorum, sublimitas dignitatum.

Ezech. 3. & 23.

II.

Cavendum ergo imprimis est, ne ad * sacratos gradus, sicut gestis prioribus ante præscriptum est, quisquam, qui uxorem non virginem duxit, aspiret. Repellendus est etiam quisque, qui in secundæ uxoris nuptias contra apostolica præcepta convenit.

Dist. 34. Curandum est.

III.

' Inscii quoque literarum, nec non & aliqua membrorum damna perpessi, & hi qui ' ex pœnitentibus sunt, ad sacros ordines aspirare non audeant. Quisquis talium consecrator extiterit, factum suum dissolvet.

' Pœnitentes præmittuntur in c. Iustelli quemadmodum & in decr. Gratiani. Dist. 55. cap. pœnitentes vel inscii.
' expœnitentes sunt

IV.

Sed & quod quis commisit illicite, aut a decessoribus suis invenit admissum, si proprium periculum vult vitare, damnabit: nos enim in nullo volumus severitatem ultionis exercere. Sed qui in causis Dei vel contumacia, vel in aliquo excessu deliquerit, aut ipse quod perperam fecit, abolere noluerit: in se, quidquid in * alium non ' resecarit, inveniet. Quod ut deinceps possit tenacius custodiri, si placet, sententias, causas & subscriptiones proprias omnes ' commendate, ut synodali judicio ' auditus claudatur * illicitis.

* alio
' resecuerit
' commodate
' aditus
* illicitus.

Ab universis episcopis & presbyteris acclamatum est: Exaudi Christe, Hilaro vita: dictum est sexies. Hæc & confirmamus, & hæc docemus: dictum est octies. Hæc tenenda sunt, hæc servanda sunt: dictum est quinquies. Doctrinæ vestræ gratias agimus: dictum est decies. Ista ut in perpetuum serventur, rogamus: dictum est quindecies. Ista per sanctum Petrum, ut in perpetuum serventur, optamus: dictum est octies. Hæc præsumptio nunquam fiat: dictum est decies. Qui hæc violaverit, in se inveniet: dictum est septies. Et facto silentio, Hilarus episcopus dixit.

V.

Præterea fratres, nova & inaudita (sicut ad nos missis de Hispaniis epistolis, sub certa relatione pervenit) in quibusdam locis perversitatum semina subinde nascuntur. Denique nonnulli episcopatum, qui non nisi meritis præcedentibus datur, non divinum munus, sed hereditarium putant esse compendium: & credunt, sicut res caducas atque mortales, ita sacerdotium, velut * legali aut testamentario jure, posse dimitti. Nam plerique sacerdotes in mortis confinio constituti, in locum suum feruntur alios designatis nominibus subrogare: ut scilicet non legitima expectetur electio, sed defuncti gratificatio pro populi ' habeatur assensu. Quod quam grave sit, æstimate. Atque ideo, si placet, etiam hanc licentiam generaliter de ecclesiis auferamus, ne (quod turpe dictu est) homini quisquam putet deberi, quod Dei est.

Vt autem, quod ad nos ' prolatum est, ad vestram etiam possit pervenire notitiam, Hispanorum fratrum & coepiscoporum nostrorum scripta legantur. Paulus notarius recitavit.

" ***. Additur in mf. Iustelli: Et statutum est ne quid ultra hujusmodi a sacerdotibus præsumatur.

EPISTOLA I. TARRACONENSIUM EPISCOPORUM AD HILARUM, in concilio Rom. lecta.

Rogant ut Hilarus papa Irenæum episcopum, quem Nundinarius episcopus de ecclesia bene meritus testamento suo in " Tarraconensi ecclesia successorem designavit, confirmet, deque Silvani episcopi facto sententiam suam rescribat.

Beatissimo, & apostolica reverentia a nobis in Christo colendo papæ Hilaro, Ascanius & universi episcopi Taraconensis provinciæ.

QUAM curam " apostolatus vester de provinciarum suarum sacerdotibus gerat, filio nostro illustri Vincentio, duce provinciæ nostræ, referente, cognovimus: cujus impulsu votum nostrum in ausum scribendi prona devotione surrexit. Ergo provinciali literario sermone debita coronæ vestræ obsequia deferentes, his quæsumus, ut dignatione quæ ceteros, etiam humilitatem nostram in orationibus vestris in mente habere dignemini, beatissime & apostolica reverentia in Christo a nobis colende pater, illud specialius deprecantes, ut factum nostrum, quod tam voto pene omnis provinciæ, quam exemplo vetustatis in notitiam vestram defertur, perpensis assertionibus roborare dignemini.

*Et cum * legeret, ab universis episcopis & presbyteris acclamatum est: Exaudi Christe, Hilaro vita: dictum est decies. Hæc præsumptio nunquam fiat: dictum est sexies. Quæ Dei sunt, ab homine dari non possunt: dictum est sexies. Per dominum Petrum rogamus, ut in perpetuum serventur: dictum est sexies. Hæc ut reserventur, rogamus. Hilarus episcopus dixit: Lege. Paulus notarius recitavit:* Episcopus Barcinonensium civitatis sanctus Nundinarius sortem explevit conditionis humanæ. Hic episcopo venerabili fratri nostro Irenæo, quem ipse antea in diœcesi sua nobis volentibus constituerat, derelinquens ei quod potuit habere paupertas, supremæ voluntatis arbitrio, in locum suum

ut substitueretur, optavit: sed defuncti judicium in ejus meritum non vacillat. *Et cum * legeret, Probus episcopus e consessu surgens, dixit: Illud licuit, hoc non licuit. Successores Deus dat. Auctoritate vestra resistite huic rei per apostolatum vestrum. Hilarus episcopus dixit: Percurre quæ cœperas. Paulus notarius recitavit:* Siquidem omnis clerus & plebs ejusdem civitatis, & optimi & plurimi provinciales, ut idem ejus locum observaret, a nobis speraverunt, dato consensu. Nos cogitantes defuncti judicium, & probantes ejus vitam, & eorum nobilitatem atque multitudinem, qui petebant, simul & utilitatem ecclesiæ memoratæ, optimum duximus, ut tanto sacerdoti, qui ad divina migraverat, non minoris meriti substitueretur antistes, præsertim cum ecclesia illius municipii, in qua ante fuerat ordinatus, semper hujus civitatis ecclesiæ fuisse diœcesis constet. Ergo suppliciter precamur apostolatum vestrum, ut humilitatis nostræ decretum, quod juste a nobis videtur factum, vestra auctoritate firmetis. Iamdudum sane questi fueramus literis nostris de præsumptione Silvani episcopi: & miramur, quod nulla apostolatus vestri responsa suscepimus. Nunc hæc eadem suggerentes, petimus, ut quid super his rebus observandum sit, apostolicis sermonibus nos dignemini informare. Et ne forsitan per negligentiam portitoris, aut per longinqui itineris difficultatem, humilitatis nostræ ad vos scripta non potuerint ex hoc negotio pervenire, etiam suggestionem nostram maluimus iterare. *Et subscriptio* : Orantem pro nobis sanctum apostolatum vestrum jugi ævo divina conservet æternitas nobis omnibus & ecclesiæ suæ, domine * vere noster & apostolice papa. *Hilarus episcopus dixit: Alia epistola recitetur. Paulus notarius recitavit.*

EPISTOLA II. TARRACONENSIUM EPISCOPORUM AD HILARUM PAPAM, in concilio recitata.

Domino beatissimo, & apostolica reverentia a nobis in Christo colendo papæ Hilaro, Ascanius episcopus & universi episcopi Tarraconensis provinciæ.

ESTI nulla * extaret necessitas ecclesiasticæ disciplinæ, expetendum revera nobis fuerat: *&c. usque ad finem, ut supra inter epistolas Hilari.*

Ab universis episcopis & presbyteris acclamatum est: Ut hæc * emendentur, rogamus: dictum est sexies. Ut hæc * recidantur, rogamus: dictum est septies. Ut disciplina servetur, rogamus: dictum est octies. Ut antiquitas servetur rogamus: dictum est quinquies. Ut canones custodiantur, rogamus: dictum est septies. Ut in præsumptoribus vindicetur, rogamus: dictum est septies. Ordinatio apostolica illibata servetur: dictum est octies. Exaudi Christe, Hilaro vita: dictum est quinquies. Dignus papa, dignus doctor: dictum est octies. Hilarus episcopus dixit: Acceptis quæ recitata sunt, de omnibus nunc fratres speciales sententias, Deo vobis inspirante, depromite. Maximus episcopus ecclesiæ Tauritanæ dixit: In custodiendis omnibus quæ ad * sacras ordinationes pertinent, disciplinis, melius sententiæ meæ professione * denuntio, nihil a me unquam eorum quæ prohibita sunt, esse faciendum. A De reliquis censeo, ut quisquis talia fecerit, aut detecta in ecclesiis resecare noluerit, se graves causas in apostolicæ sedis judicio redditurum, in quo illi necesse erit subire sententiam. Ingenuus episcopus Ebredunensis dixit: Mihi quoque eadem de omnibus partibus sententia est, qua me * ipse constringo, ne quid a me unquam de his quæ sunt interdicta tentetur: quia novi statum & professionem meam. De ceteris etiam censeo, ut quisquis statutorum transgressor extiterit, sciat se ecclesiasticæ regulæ laqueis innodari, & reatum apostolicæ sedis incurrere. * Paulus episcopus Aquævivæ dixit: Ego quoque simili me lege constringo, B & de ceteris qui transgressiones fuerint pariter censeo, ne eis sine periculo sui quidquam tale tentare liceat, quod merito debeat vindicari. Primus episcopus ecclesiæ Atellanæ dixit: Hoc & ego censeo observandum. Palladius episcopus ecclesiæ Salpiniatis dixit: Nihil me contra disciplinam ecclesiasticam, vel statuta sanctorum canonum facturum esse polliceor. Tiberius episcopus ecclesiæ Sabinensis dixit: Profiteor me statuta sedis apostolicę in omnibus custodire: & si in ecclesia mea clericorum aliquem contra pręcepta sanctorum canonum deprehendero aut mulierem duxisse, aut duas [a] habere uxores, ab ecclesiastico officio separari. C Ab universis episcopis dictum est: Sententias fratrum omnes sequimur, omnes confirmamus, & observandas esse decernimus. Exaudi Christe, Hilaro vita: dictum est sexies. Quæ male admissa sunt, per te corrigantur: dictum est octies. Quod non licet, non fiat: dictum est octies. Hilarus episcopus ecclesiæ urbis Romæ, synodo pręsidens, dixit: Quoniam præsentis definitionis formam, quæ secundum sanctorum est statuta sententiam, in omnium ecclesiarum notitiam pervenire decernimus, ne cuiquam pro sui possit ignoratione licere, quod non licet, edere gesta notariorum solicitudo curabit.

Marginal notes: * ipsum; * Paulinus; [a] habuisse

EPISTOLA SYNODALIS HILARI PAPÆ D AD ASCANIUM ET RELIQUOS Tarraconensis provinciæ episcopos.

POSTQUAM literas vestræ dilectionis accepimus, *&c. Excusa est supra inter epistolas Hilari.*

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium.*] Qua occasione, quave de causa hoc concilium Romæ celebratum sit, indicat Hilarus papa epistola octava his verbis. *Præsidente fratrum numeroso concilio, ex diversis provinciis ad diem natalis nostri in honorem beati Petri apostoli per Dei gratiam congregato,* &c. & epist. 1. *Lectis in conventu fratrum, quos natalis mei festivitas congregarat, literis vestris, quæ de ordinandis episcopis secundum statuta canonum vel prædecessorum meorum decreta sunt, discetis.* Unde patet, quod E cum ad celebrandum diem creati pontificis Hilari 48. episcopi Romam convenissent, ex Hispania diversæ epistolæ Tarraconensium episcoporum allatæ sunt: quarum prima Silvanum de ordinatione perperam facta denuntiavit: altera Irenæum, quem sibi Nundinarius jam moriturus successorem designaverat, confirmari petivit. Itaque postquam in nomine sancti Spiritus congregati tria decreta ad rectam ordinandorum clericorum dispositionem spectantia, constituta, omniumque acclamationibus approbata edidissent, consultationes duæ, quas per duas literas episcopus Tarraconensis ex Hispania miserat, in medium allatæ sunt. Recitata est utraque epistola. Priore loco illa quæ posterius scripta fuerat, Nundinarii Barcinonensis episcopi, & ejus successoris Irenæi, causam continebat.

Marginal notes: Causa concilii. Acta concilii.

Posteriore loco illa quæ de Silvano Calagurritano episcopo querelam injustæ ordinationis habebat. Quid in utroque negotio definitum sit, acta declarant. In hac eadem synodo ab Hilaro papa ad ædificationem universalis ecclesiæ constitutionem editam fuisse refert Anastasius in vita Hilari his verbis. *Fecit constitutum de ecclesia in basilica ad sanctam Mariam, consulatu Basilisci & "Hunnerici, decimo sexto Kalendas Decembris.* Hilarus papa epistola 1. synodica fatetur, pro Silvano episcopo quædam producta fuisse, quæ ad evitandum schisma ecclesiæ Hispanicæ, pontificem ad dispensandum cum eodem Silvano commoverent. Quæ cum in actis hujus concilii desiderentur, ea mutila & non integra esse, evidentissimo argumento convincitur. Hæc synodus uno mense & duodecim diebus durasse videtur. Constat enim in principio actorum eam 15. Kalendas Decembris inchoatam, tertio Kalendas Ianuarias, quando synodica ad Tarraconenses reddita est, absolutam fuisse.

" Hermenerici,

Acta concilii mutila sunt.

b *Flavio Basilisco*, &c.] Anno nimirum Christi 465. qui est Hilari pontificis quintus, & Leonis imperatoris nonus.

Tempus concilii.

c *Maximo Taurinensi.*] Moris erat antiquissimi, ut post patriarchas in synodali consessu, inter simplices episcopos primum locum sibi vendicaret is qui in episcopatu plures annos egerat, quantumvis dignitate inferior fuisset. Eodem jure accidit hic, ut Maximus Taurinensis episcopus, Mediolanensi prærogativa sedis inferior, post Romanum pontificem primo loco ponatur. Hunc plurimos annos in episcopatu egisse, ex eo poteris intelligere, quod de illo agens Gennadius de viris illustribus cap. 40. tradit eum vixisse sub Honorio & Theodosio juniore; quodque concilio Mediolanensi anno 451. sub Leone habito interfuerit & subscripserit.

Consessus quis.

Maximus Taurinẽsis episcopus.

d *Ingenuo.*] Hic est ille Ebredunensis episcopus, Alpium maritimarum metropolitanus, qui de invasis suæ diœceseos juribus apud Hilarum pontificem conquestus, causæ illius cognitionem Leontio delegari impetravit. Vide quæ supra dixi in notis epist. 4. Hilari ad Leontium, verbo *epistola.*

Ingenuus episcopus quis.

e *Epistola Tarraconensium*] Hæ sunt illæ epistolæ duæ, quas Tarraconenses ad Hilarum pontificem transmiserunt, quibus dum legerentur in concilio, patres suas sententias & acclamationes majoribus typis excusas interposuerunt. Notas harum epistolarum cum notis synodicæ require supra.

ANNO CHRISTI 467.

VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA SIMPLICII PAPÆ.

Ex libro pontificali.

a SIMPLICIUS natione Tiburtinus, ex patre Castino b sedit annos quindecim, mensem unum, dies septem. Hic dedicavit basilicam S. Stephani in Cælio monte in urbe Roma, & c basilicam beati apostoli Andreæ juxta basilicam sanctæ Mariæ, & aliam basilicam S. Stephani juxta basilicam sancti Laurentii, & aliam basilicam intra urbem Romam juxta palatium Licinianum, beatæ martyris Bibianæ, ubi corpus ejus requiescit. Hic d constituit ad sanctum Petrum apostolum, & ad sanctum Paulum apostolum, & ad sanctum Laurentium martyrem, hebdomadas, ut presbyteri manerent ibi propter ' pœnitentes & baptismum, e ' regionem tertiam ad sanctum Laurentium, regionem primam ad sanctum Paulum, regionem sextam vel septimam ad sanctum Petrum. f Sub hujus episcopatu venit relatio de Græcia ab Acacio Constantinopolitano episcopo, & affirmavit Petrum Alexandrinæ urbis Eutychianistam hæreticum, facta petitione ab Acacio episcopo, chirographo ejus constructa. Eodem tempore fuit ecclesia prima, hoc est, sedis apostolicæ executrix. Tunc Simplicius præsul hoc audiens, damnavit Petrum Alexandrinum, de quo Acacius innumerabilia crimina affirmabat: ita tamen, ut pœnitentiæ reservaret tempus. Eodem tempore rescripsit Timotheus catholicus, & Acacius, dicentes, quod etiam in morte Proterii catholici Petrus esset permixtus. Tunc archiepiscopus Simplicius dissimulans, nunquam rescripsit Acacio, sed damnavit Petrum, expectans tempus pœnitentiæ. Hic fecit in ecclesia Romana scyphum aureum, pensantem libras 5. canthatos argenteos ad beatum Petrum 16. pensantes singulos lib. 12. Hic fecit ordinationes in urbe Roma tres per mensem Decembrem & Februarium, presbyteros quinquaginta octo, diacones undecim, episcopos per diversa loca numero ' triginta sex. Hic sepultus est in basilica beati Petri apostoli, VI. Nonas Martii, & g cessavit episcopatus dies 6.

' de regione prima

' 82.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Simplicius.*] Cum post obitum Hilari decem diebus sedes vacasset, anno Christi 467. qui est Leonis imperatoris orientalis 11. vigesimo die Septembris creatus est pontifex Simplicius Tiburtinus Castini filius. Hujus temporibus totus ferme Christianus orbis sub hæreticorum principum dominio constitutus fuit, nullusque penitus rex catholicus alicui saltem exiguæ provinciæ dominabatur. Etenim post Anthemium, Olybrium, Glycerium & Augustulum occidentis imperatores occisos vel relegatos, Odoacer Erulorum rex Arianus juxta vaticinium sancti Severini, Noricorum & vicinarum gentium apostoli miraculis clarissimi, Italiam totumque occidentale imperium suo dominio subjecit, tituloque imperatoris, purpura & regalibus indumentis abjectis, regio tantum nomine usurpato, deinceps tenuit. Gallias cum Hispania Ariani Gothi obtinuerunt. Dirus catholicorum persecutor Arianus & tyrannus Gensericus universæ Africæ imperavit. In oriente post obitum Leonis, Zeno imperator Eutychianus simulata perfidia acerbissimum se ecclesiæ impugnatorem præbuit. Petrum Fullonem Acœmetarum monachum, & Timotheum Ælurum sacrilegum Alexandrinæ ecclesiæ invasorem, quos ob hæresim & seditionem Leo imperator justissimo judicio in exilium relegarat, Zeno imperator impius non tantum ab exilio revocavit, verum etiam Martyrio Antiocheno, & Timotheo Alexandrino, præsulibus sanctissimis & catholicis inde ejectis, monachos sacrilegos & apostatas iisdem, non sine magno totius ecclesiæ periculo ac dispendio, subrogavit. Ad hæc non parum perturbationis addidit Acacii Constantinopolitani violenta ambitio, qua conatus est diu desideratam sedis Constantinopolitanæ prærogativam per imperatorem a Simplicio extorquere, quam sub prædecessoribus pontificibus duobus aliquoties frustra expetiverat. Inter has maris procellas ventorumque turbulentas agitationes, barbaricos inter furores & Arianorum procaciam cum potentia conjunctam, deploratissimis hisce temporibus, Simplicius pontifex, omnium Christianorum principum præsidio destitutus, eadem auctoritate & libertate, qua semper antea prædecessores, in cathedra Petri consedit. Ambitionis præsulis Acacii, teste Gelasio epistola undecima ad episcopos Dardaniæ, restitit: Timotheum Ælurum sede Alexandrina ejecit: imperatori Zenoni concilium universale exigenti contradixit, eumque post editam fidei confessionem in communionem ecclesiæ recepit, ea lege, ut se catholicæ fidei defensorem præberet, Fullonemque impiissimum Antiochenæ sedis detentorem urbe & episcopatu ejiceret. De rebus Alexandrinis, prout ipse pro sua universorum solicitudine petierat, ab Acacio per literas certior redditur: nimirum, quod Timotheus Ælurus Alexandrinæ ecclesiæ invasor sibiipsi mortem hausto veneno intulisset, & Timotheus catholicus in sedem, unde ejectus fuerat, restitutus esset. Cum ex Alexandrinæ ecclesiæ legatis (quos Timotheus episcopus Romam miserat ad postulandam veniam, ob id quod Eutychianorum timore perterritus Dioscorum ad altare nominasset) Simplicius pontifex intellexisset, Petrum Moggum Alexandrinæ sedis quondam invasorem, postquam inde ejectus fuisset, in civitate latere, ibique multos seducere, mandavit Acacio, ut ejusdem Moggi relegationem apud imperatorem urgeat. Missum ad se libellum pœnitentiæ eorum qui a fide catholica per Eutychianos principes & antistites seducti fuerant, approbat, iisque absolutionem ab hæresi soli apostolicæ sedi reservatam paterno affectu impendit. Vnde

Vnde quid aliud colligas, nisi quod Simplicius pontifex eam cathedram occuparit, quæ auctore Deo altissimo supra firmam petram ita est ædificata, ut adversus eam nulla hominum inferorumque potentia prævalere possit? Quas turbas invasores duarum sedium patriarchalium Petrus Cnapheus, Timotheus Ælurus & Petrus Moggus in ecclesia concitarint, ex notis epistolarum Simplicii patebit. Zeno imperator qua ratione imperium adeptus, postque Basilisci tyrannidem restitutus, qualisve in Deum & religionem fuerit, ibidem dicetur. Memorabile est, quod hoc tempore accidisse refert Nicephorus lib. 15. cap. 12. nimirum duobus episcopis concertantibus, uno Ariano, altero catholico, Arianum a catholico provocatum esse ad testimonium per ignem; recusante Ariano, catholicum per ignem illæsum transisse, & ex igne disputasse.

b *Sedit annos quindecim, mensem unum & diem septem.*] Annis quindecim, mensibus quinque & diebus decem sedisse, initium pontificatus & obitus Simplicii ostendunt. Principio enim mensis Martii, anno domini 483. defunctum esse, constat ex epistola Felicis successoris ejusdem.

c *Basilicam beati apostoli Andreæ.*] Hæc basilica in monte Esquilino olim erecta, hoc tempore penitus diruta jacet. Apud Platinam unum ejusdem monumentum conservatum extat his verbis: *Hoc autem in templo hæc carmina legisse memini musivo opere descripta:*

Hæc tibi mens valide decrevit prædia Christe.
Cui testator opes detulit ille suas.
Simpliciusque papa sacris cælestibus aptans,
Effecit vere muneris esse tui.
Ne quod apostolici deessent limina nobis;
Martyris Andreæ nomina composuit.
Vtitur hæc heres titulis ecclesia justis,
Succedensque domo mystica jura locat.
Plebs devota veni, perque hæc commercia disce,
Terreno censu regna superna peti. Hæc ex Platina.

d *Constituit hebdomadas, ut presbyteri manerent ibi propter pœnitentes & baptismum*, &c.] Constituit, ut propter ingruentem populum, presbyteri per vices hebdomadales in designatis ecclesiis præstolentur, semperque ad confessiones peccatorum audiendas, & ad reliqua sacramenta pro necessitate fidelium dispensanda parati adsint. Qui hoc munus peragebant, dicti sunt hebdomadarii, ideo quod alii aliis per vices succederent. Vnde manifestum est, sacramentalem peccatorum confessionem a Christo domino institutam, anterioribus sæculis huc usque frequentatam fuisse. Quod novantes nostri temporis aiunt, Nectarium Constantinopolitanum episcopum cum presbytero pœnitentiario, ejusve munere & officio, sacramentalem peccatorum confessionem sustulisse, ridiculum est. Nihil enim ad substantialem usum hujus sacramenti pertinens Nectarius sustulit, sed tantum vel abstulit, vel moderatus est illum ritum, quo publica peccata per libellum confessionis pœnitentiario presbytero oblaturi recensebantur, atque ab eodem illa quæ majus scandalum generabant, publice recitabantur, prout ille pro sua prudentia necessarium esse judicabat. Quoniam igitur hujus occasione scandalum illud, quod de diacono & muliere quadam referunt Socrates & Sozomenus, obortum fuerat, hanc consuetudinem & ritum publicæ pœnitentiæ Nectarius sustulit. Et quoad hoc, eum multi alii episcopi fortasse imitati sunt: quamvis non defuerint, qui graviter tulerunt, antiquam illam & honestam consuetudinem, & ad frenandos peccatores utilissimam, abrogatam esse. Poterat enim hac in re pro diversitate locorum & temporum esse diversitas judiciorum absque errore. Quocirca cum Socrates libro quinto, cap. decimonono, & Sozomenus libro sexto, capite decimosexto, referunt, *unumquemque relictum esse consilio animi sui*, &c. si illud Socrates Novatianus hostisque pœnitentiæ, & Sozomenus, teste Gregorio libro sexto, epistola 195. frequenter mentiri solitus, malitiose non addiderunt, exponendum est id factum fuisse, non ad excludendam confessionem, sed publicam illam satisfactionem & consultationem presbyteri pœnitentiarii: atque hoc modo uniuscujusque libertati relictum fuisse, ut confiteretur cui vellet sacerdoti jurisdictionem habenti, & juxta illius præscriptum peracta pœnitentia ad sacra mysteria accederet. Ita Bellarminus lib. 3. de pœnitentia cap. 14. Suarez tom. 4. disp. 17. sect. 2. num. 30. & sequentibus. Illustrissimus cardinalis Baronius tom. 1. anno domini 56 totam hanc historiam, quasi a Socrate Novatiano, & Sozomeno mendace conficta sit, omnino fere rejicere videtur. Quod cum citra difficultates graviores sustineri non possit, placet magis id quod supra dixi. Vide notas concilii Laodiceni.

A e *Regionem.*] Ex septem regionibus urbis, Eruli qui ecclesiæ catholicæ non communicabant, utpote quod Ariani essent, tres occupabant. Vnde factum est, quod Simplicius pontifex quatuor tantum regionibus pœnitentiarios, eosque hebdomadarios presbyteros posuerit. Ita Romanæ ecclesiæ auctoritas atque majestas effulsit, quantumvis occidentalis orbis Roma imperatores defecissent, barbarumque Ariani in Italia principatum obtinerent. — Cur quatuor tantum pœnitentiarii constituti.

f *Sub hujus episcopatu.*] Harum rerum enarrationem prolixiorem vide in notis epistolarum.

g *Cessavit episcopatus.*] Hoc tempore Basilium præfectum Romæ quædam præsumpsisse, enarratur infra in actione tertia synodi.

[a] EPISTOLA I. SIMPLICII PAPÆ AD ZENONEM * SPALENSEM EPISCOPUM,

B de commissa illa vice apostolicæ sedis in omnibus Hispaniarum ecclesiis. Hispalensem episcopum virum optimum sedis apostolicæ vicarium constituit. — * HISPALENSEM rectius.

Dilectissimo fratri Zenoni Simplicius.

PLURIMORUM relatu comperimus, dilectionem tuam fervore Spiritus sancti ita te ecclesiæ gubernatorem existere, ut naufragii detrimenta, Deo auctore, non sentiat. Talibus idcirco gloriantes indiciis, congruum duximus, vicaria sedis nostræ te auctoritate fulciri, cujus vigore munitus, apostolicæ institutionis decreta, vel sanctorum terminos patrum, nullo modo transcendi permittas: C quoniam digna honoris remuneratione cumulandus est, per quem in his regionibus divinus crescere innotuit cultus. Deus te incolumem custodiat, frater carissime.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Epistola.*] Hæc epistola magnum & vigilantissimum Simplicii papæ studium ostendit, quod sub gladio Erulorum existens, non prætermiserit solicitudinem externarum ecclesiarum, quæ longius positæ, sub Gothica servitute gemebant. Observandum, quod sicut hoc loco Zenonem Hispalensem ecclesiarum Hispanicarum vicarium constituit; ita alibi Acacio Constantinopolitano in orientalibus ecclesiis moderandis vices suas delegaverit. Idque factum ideo, ut is cui totius ecclesiæ cura a Deo commissa fuit, nulla in re officio suo defuisse videretur. Vide quæ diximus supra in notis canonis vigesimi concilii Sardicensis.

D EPISTOLA II. SIMPLICII PAPÆ AD IOANNEM RAVENNATEM episcopum.

Reprehendit Ioannem, quod Gregorium adhibita vi episcopum ordinasset; cui ut Mutinensem ecclesiam, nullam causam cum Ioanne habiturus, gubernet, præcipit.

Simplicius episcopus Ioanni episcopo Ravennati.

E SI quis esset invitus ecclesiasticæ disciplinæ, vel si quid apud te sacerdotalis modestiæ teneretur, nunquam plectibiles perpetrarentur excessus: a quibus si nullo te paternarum regularum poteras continere præcepto, saltem sanctæ memoriæ prædecessoris tui fueras revocandus exemplo. Qui cum minus deliquisset faciendo presbyterum invitum, senserat tamen dignum pro tali usurpatione judicium. Vbi ista didicisti, quæ in fratrem & coepiscopum nostrum Gregorium non electione, sed invidia perpetrasti, quem inexcusabili violentia pertrahi ad te passus es, atque vexari,

ut ei honorem tantum non per animi tranquillitatem, sed per amentiam (sicut dicendum est) irrogares? Neque enim talia potuissent fieri sanitate consilii. Nolumus exaggerare quod gestum est, ne cogamur judicare quod dignum est. Nam privilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate. Sed una nos ratio facit esse sententiæ mollioris, quam maluimus te, fratre & coepiscopo nostro Projecto referente, cognoscere, non nostris literis propter opprobrium publicare. Nam scandalum, cujus auctor cognosceris, ita moderatio nostra compescuit, ut frater & coepiscopus meus Gregorius (quem non provectum constat esse, sed pulsum) nullam causam (sicut petiit) tecum habiturus, Mutinensem gubernet ecclesiam, & contubernium * spiritale, quod sortiri non oportebat invitum, non recuset amplecti. Cui si quid negotii forsitan emerserit, nostrum * ex eo vel contra eum petatur examen. Necessitatibus etiam, quas (faciente te) compellitur sustinere, hac definitione consulemus, ut refuso prædio, quod ante annum * sibi datum esse commemorat, atque ad ecclesiam Ravennatem reverso, possessio in Bononiensi triginta solidorum * redditaum liberorum sine dubitatione tradatur, in diem scilicet vitæ ejus, salvo proprietatis jure Ravennatis ecclesiæ, ad quam post prædicti obitum revertetur. Quod si non fuerit nostris paritum constitutis, quid post transgressionem maneat contumacem, ipse perpendis. Denuntiamus autem, quod si posthac quidquam tale præsumpseris, & aliquem seu episcopum seu presbyterum, seu diaconum, invitum facere forte credideris, ordinationes tibi Ravennatis ecclesiæ vel Æmiliensis noveris auferendas. Data tertio Kalendas Iunii, Severino viro clarissimo consule.

[Margin: 11. q. 3. Privilegium omnino. Et est verbum Gregorii in registro. — * speciale, — * ab — * ibi — * reditus — 25. q. 2. Denuntiamus autem. — Anno domini 482.]

EPISTOLA III. SIMPLICII PAPÆ AD FLORENTIUM, EQUITIUM ET SEVERUM episcopos.

Gaudentius Aufiniensis episcopus, ob illicitas ordinationes factas, munere sacerdotali & triplici parte reddituum ecclesiæ privatur.

Simplicius episcopus, Florentio, Equitio & Severo episcopis.

RELATIO nos vestræ dilectionis instruxit, & gestorum series plenius intimavit, Gaudentium Aufiniensis ecclesiæ sacerdotem, contra statuta canonum ac nostra præcepta, ordinationes illicitas perpetrasse, quarum illi totam penitus auferri præcipimus potestatem. Scripsimus enim ad Severum fratrem & coepiscopum nostrum, ut (si necesse fuerit) ipse in supradicta ecclesia, consideratis patrum regulis, hoc fungatur officio, quo ille abusus esse convictus est: ita ut hi qui illicite ab eodem sunt provecti, ab ecclesiasticis ministeriis sint remoti. Simul etiam de redditibus ecclesiæ vel oblatione fidelium, quid deceat nescienti, nihil licere permittat, sed sola ei ex his * quarta portio remittatur. Duæ ecclesiasticis fabricis, & erogationi peregrinorum & pauperum profuturæ, * ab Onagro presbytero sub periculo sui ordinis ministrentur: ultima inter se clericis pro singulorum meritis dividatur. At vero ministeria ecclesiæ, quæ alienata comperimus, reparare præsumptor, prædicti

[Margin: 12. q. 2. De redditibus ecclesiæ. — * una — * a Bonagro]

A fratris compellatur instantia, cui etiam hoc specialiter præcipimus imminere, ut tres illas portiones, quas per triennium dicitur sibi tantummodo vindicasse, restituat. Data decimotertio Kalendarum Decembrium, post consulatum Leonis Augusti.

[Margin: * xiv — Anno mini]

NOTA SEVERINI BINII.

De " disputatione bonorum ecclesiæ plura supra dixi in notis canonis apostolorum 39. & concilio Gangrensi, canone 7. &c.

[Margin: " disp tione]

EPISTOLA IV. SIMPLICII PAPÆ AD ZENONEM.

B Rogat ut Timotheum Ælurum, qui Alexandrinam sedem iterum occupare, & clam Constantinopoli suas hæreses disseminare conabatur, regia potestate cohibeat.

Zenoni " Augusto Simplicius episcopus.

[Margin: " Ba habe c. Vir nensi.]

CUPEREM quidem, quantum ad meæ spectat devotionis arbitrium, qua principes Christianos jugi veneratione suspicio, debita pietati vestræ continuis officia deferre colloquiis. Sed cum ad hujus intentionis augmentum etiam sacræ cura religionis accedat, ratio mihi negotii potioris incumbit, ut simul honorificentiam vobis prona mente persolvam, C & causas fideliter insinuem: quia me ad utramque vel dicata trahit clementiæ vestræ semper affectio, vel respectus ordinis mei & apostolici moderaminis solicitudo compellit.

Functus igitur, gloriosissime ac clementissime fili imperator Auguste, munere salutandi, quæ in ecclesiis orientis per hæreticorum latrocinia recidiva rursus dicuntur scandala concitari, nec debeo silere, nec possum. Nam sicut in meam notitiam ferventium pro fide catholica detulerunt scripta monachorum, comperi Timotheum parricidam, qui Ægyptiacæ pridem vastator ecclesiæ in morem Cain (ut lectio divina testatur) ejectus a facie Dei, hoc est, ab ecclesiæ dignitate seclusus, & jam per deserta vagus, sceleratæ conscientiæ diu tormenta passurus, D in exilium proprii erroris abductus est, resumptis pristini furoris incendiis, conflasse nihilo minus agmina perditorum, & Alexandrinæ urbis ecclesiam, quam sacerdotali prius sanguine cruentavit, ipsum denuo nunc cruentum depulsione legitimi pervasisse pontificis: ut cui illa relegationis humilitas injicere debuerit ex iis quæ impie gesserat, aculeum pœnitendi, nutriendi potius otia tribuisse videatur atrocioris insaniæ: quo procul dubio Cain ipso longe detestabilior approbatur. Ille siquidem a perpetrato semel facinore damnatus abstinuit, hic profecit ad crimina majora post pœnam.

[Margin: De T thei i sis s bus. — Gene]

E Nec eo tamen scelerum fine contentus, Constantinopolitanam insuper urbem, recti semper dogmatis amore flagrantem (ne quid intemeratum populator humanæ salutis omitteret) fertur audacter ingressus, & a suæ consortibus pravitatis libenter audisse soli Christo debitam vocem, qua plane non in nomine domini venire benedictus, sed divini culminis usurpator evidenter est monstratus antichristus: qui cum etiam a communione catholica tam laudabiliter esset exclusus, per quorumdam privatas domos, respersis humano

mano sanguine manibus, non divina sacrificia, sed sacrilegia celebrasse memoratur: in quo utique non est ejus firmata susceptio, sed consciorum divulgata proditio, cum eodem de illa iniquitatis sede; nisi resipiscant, omnimode casuros, quam sicut diabolus pater ejus, altissimo similem se faciens, æternam sibi perfidus construere non desinit ad ruinam.

Hæc venerabilis imperator, cum horreat animus vel a tanto gladiatore fuisse tentata, maximo tamen (fateor) stupore detineor, sub vestræ pietatis aspectibus potuisse committi. Quis enim devotam semper Deo clementiæ vestræ mentem, & orthodoxis deditam regulis, aut ignoret, aut ambigat? quippe qui supernæ dispositione providentiæ, sicut pro utilitate publica augustæ memoriæ Marciani pariter & Leonis eruditi virtutibus, sic eorum sitis etiam ad catholicam veritatem sensibus instituti: nec cuiquam omnino sit dubium, pietatem tuam illorum esse fidei sequacem, quorum es successor imperii. Quæ cum de vestræ tranquillitatis animo certa ab omnibus teneantur & fixa, absit ut temporibus vestris divini cultus integritas, & antiquitus roborata fidei catholicæ putetur interpellanda sinceritas.

Respicite, quæso, ad divina beneficia; & quæ sint vobis collata, perpendite: atque ut hæc prospera valeant permanere, propitiandum esse censete auctorem muneris, non lædendum. Inter quaslibet enim occupationes publicas a religioso principe magnopere procurandum est, quod ejus protegit principatum: & præferenda cunctis rebus est cælestis observantiæ rectitudo, sine qua recte nulla consistunt. Suppetunt affatim clementiæ tuæ (si in palatii sui requiri mandet archivis) cum nostrorum coeuntia definitione majorum documenta copiosa. Neque enim conscientiam vestram latere credendum est, quæ per cunctas provincias orientis ex imperii vestri arce diffusa sunt; illa scilicet, quæ vel ad augustæ memoriæ Marciani, nihilo minus & Leonis, vel ad Calchedonensis concilii beatæ recordationis prædecessor meus Leo consulta direxit: quibus ita plene atque dilucide sacramentum dominicæ incarnationis exposuit, ut non modo catholicus, sed ne Christianus quidem valeat nuncupari, quisquis illic redemptionis suę causas non evidenter agnoscat.

Certe ut facilis vobis necessaria non desit instructio, eatumdem exemplaria literarum ad fratrem & coepiscopum nostrum Acacium misi vestris sensibus offerenda. Hæc igitur pietas tua si recensere dignetur, vel quæ totius orientis episcopi de hujus prędicationis consensione rescripserint; aspiciet profecto examinata diligenter, & veraciter promulgata, atque ideo pestiferæ falsitatis ambagibus nequaquam debere pulsari. Quia re vera quæ de scripturarum fonte purissimo sincera perspicuaque manarunt, nullis agitari nebulosæ versutiæ poterunt argumentis. Perstat enim in successoribus suis hæc & eadem apostolicæ norma doctrinæ, cui dominus totius curam ovilis injunxit, cui se usque ad finem sęculi minime defuturum, cui portas inferi nunquam
. 16. prevalituras esse promisit; cujus sententia quæ ligarentur in terris, solvi testatus est non posse nec in cælo.

A Quapropter clementiam vestram, cui mea vice propensius frater & coepiscopus meus Acacius supplicabit, precor atque obsecro, ut imitatores facti tantorum & talium prędecessorum, nefandę pręsumptionis operarios catholico pectore respuentes, regia censeatis potestate cohiberi. *Quisquis aliud* (sicut prędixit apostolus) *præterquam quod accepimus, seminare molitur, anathema sit.* Nullus ad aures vestras perniciosis mentibus * subrependi pandatur accessus: nulla retractandi quippiam de veteribus constitutis fiducia concedatur. Quia (sicut sæpius iterandum est) quod apostolicis manibus cum ecclesiæ universalis assensu acie meruit euangelicæ falcis abscindi, vigorem sumere non potest renascendi: nec in dominicæ vitis * fructivam valet redire propaginem, quod igni deputatum constat æterno.

Galat. 1.

* al. subripiendi

* fructiferam

Si hæresum denique machinamenta cunctarum ecclesiasticis prostrata decretis nunquam sinuntur oppugnatione elisa reparari certamina: * ante omnia autem quæso, ut beati Marci euangelistæ sedes (Alexandrinam loquor ecclesiam) a cruentissimi prædonis incubatione liberata, catholico reformetur antistiti, libertatemque suam pariter recipiat & quietem. At vero impius parricida, qui divinis simul est reus legibus & humanis, reductus eodem quo jure fuerat ante detrusus, ab innocentium nece retrahatur animarum: procul à regno pietatis vestræ funesti capitis venena discedant: quæ quoniam salutiferæ prædicationis auribus obturatis, medicantia verba capere nequiverunt, ab humani conventus abducta pernicie, in virulentiæ suæ congrua solitudine contabescant: quo magis B. Petri apostoli voce, qualiscumque sedis ejus minister, obtestor, ut inimicos antiquæ fidei non sinas impune grassari, qui vestros optatis habere subjectos; ut veræ confessionis pacem, cunctas domini servare decernatis ecclesias, qui orbem vestri imperii desideratis tenere pacatum; & unicam spem salutis, quæ genus hominum ad regna cęlestia vitamque perducit æternam, nulla patiamini parte violari, qui placatum Deum vel regno vestro cupitis, vel saluti. Data quarto Idus Ianuarias, Basilisco * Augusto consule. "

De restituenda in pristinum ecclesia Alexand.

* & Armato coss.

" Anno Christi 476.

Nota Severini Binii.

a *Epistola.*] Cum Simplicius ex fidelissima relatione monachorum Constantinopolitanæ ecclesiæ accepisset, Timotheum Ælurum, scelestissimum Alexandrinæ ecclesiæ invasorem, non solum ab exilio solutum fuisse, sed etiam libere Constantinopoli morari, ibique vires omnes pro hæresi propaganda insumere, hanc epistolam ad Zenonem Augustum, cujus patrocinio ipse clanculò fovebatur, scripsit: adjungit patentem ad Acacium episcopum scriptam hac de re epistolam, eidem Zenoni offerendam, ea quidem intentione, ne in transversum ab hæreticis penitus ageretur. Et quamquam uni imperatori omnis mali origo tribui deberet, utpote qui sacrilegum invasorem ecclesiæ ab exilio cum honore revocasset; tamen ipsi culpam adscribere prudentissime dissimulat, ut ad pœnitentiam agendam commotum, faciat patrati sceleris destructorem.

Occasio epistolæ scriptæ.

In consularem notam mendum irrepsit. nam loco *Armati*, qui hoc anno, prout emendatiores fasti testantur, cum Basilisco consulatum agebat, positum est nomen Augusti.

Nota consularis mendosa.

a EPISTOLA V. SIMPLICII PAPÆ AD ACACIUM.

Scribit Acacio, ut omni conatu obſiſtat Timotheo, ne concilium univerſale, quod ille apud imperatorem agebat, habeatur.

Simplicius papa Acacio epiſcopo Conſtantinopolitano.

QUANTUM preſbyterorum & ex diverſis monaſteriis domino ſervientium monachorum relatione patefactum eſt, eccleſias domini rurſus diabolus inquietat; ita ut excluſo Alexandrino ſacerdote, hæreticus, atque ab univerſitate damnatus, eumdem locum, de quo B pulſus fuerat, occupaſſe dicatur: inſuper quibuſdam faventibus, Conſtantinopolim auſum fuiſſe contendere, ut civitas Chriſtianorum principum circa fidei catholicæ veritatem devotione præcellens, & Chriſtiana plebs in defenſione religionis attenta, hæreticorum pravitate, quæ jam fuerat ſopita, turbetur. Sed miſericordia Dei, cujus eſt cauſa, non defuit, ut Timotheus, qui ab univerſali eccleſia ſacerdotalibus ſententiis & imperialibus conſtitutis * juſte fuerat ſegregatus, ad eccleſiam tuæ dilectionis, vel ad fidelium domorum limina non permitteretur accedere. Quem conventus novos pro ſe didicimus comminari, reſolvi exiſtimantem quod de ſe univerſalis decrevit auctoritas. Unde quia ſanctæ memoriæ prædeceſſorum noſtrorum extante doctrina, contra quam nefas eſt diſputare, quiſquis recte ſapere videtur, novis aſſertionibus non indiget edoceri, ſed plana atque perfecta ſunt omnia, quibus poteſt vel deceptus ab hæreticis erudiri, vel in vinea domini plantandus inſtitui, implorata fide clementiſſimi principis vocem faciendæ ſynodi fac reſpui, nec ſit apud aures imperatoris Chriſtiani pigra ſuggeſtio; quia ſalus ejus, & regni ipſius Chriſtus eſt fortitudo.

al. jure eſt ſeg.

Ergo cum prædictis preſbyteris ac monachis opportune pietati ejus noſtro quoque nomine ſupplica, & legationem hanc pro nobis quoque D clementiæ ipſius, ne quid * ſubrepatur, inſinua: omnium pariter precibus inſtruatur, ne per occupationes publicas quieti eccleſiaſticæ aliquas inimicus moliatur inſidias: integritati ſuæ Alexandrinam reddi præſtet eccleſiam, & beati Marci euangeliſtæ ſede hoſtem parricidamque propellat; & qualiter catholicæ fidei teneatur integritas, in penetralibus aulæ ſuæ dignanter inquirat. quæ ne aliqua forſitan fidei æmulorum fraude vitientur, licet in eccleſiæ tuæ poſſint ſcriniis inveniri, tamen exemplaria miſimus, quæ pietati ipſius * præparabis offerre.

al. ſubripiatur,

al. properabis

Nota namque & omnibus illic poteſtatibus celebrata, quæ ſanctæ memoriæ prædeceſſor E meus Leo ad conſultationem auguſtæ recordationis Leonis ſcripſerit, & quam veneranter accepta ſint, recognoſcant; appareat ſic (ut confidimus) ejus imitator fidei, cujus, propitiante Deo, dignior eſt ſucceſſor imperii: ſibique ſcriptum æſtimet, quidquid ante ſe principibus pia eſt traditum lectione. Illa eſt namque perennitas, regnique per ſeriem propaganda poſteritas, ſic in ſucceſſore reperitur, quod a prædeceſſore deſcendit.

Oecumenica concilia

Hortor ergo, frater cariſſime, ut modis omnibus faciendæ ſynodi perverſorum conatibus A reſiſtatur; quæ non alias ſemper indicta eſt, niſi cum aliquid in pravis ſenſibus novum, aut in aſſertione dogmatum emerſit ambiguum: ut in commune tractantibus, ſi quæ eſſet obſcuritas, ſacerdotalis deliberationis illuminaret auctoritas; ſicut primum Arii, ac deinde Neſtorii, poſtremum Dioſcori atque Eutychetis fieri coegit impietas. Et (quod miſericordia Chriſti Dei noſtri ſalvatoris avertat) intimandum eſt, abominabile eſſe, contra ſententias totius orbis domini ſacerdotum & principum utriuſque rectorum, damnatos reos reſtituere, reduci exules, relegatos in cauſa nefariæ conjurationis abſolvi. Itaque (quod ſæpe repetendum eſt) hæc omnia clementiſſimis auribus ſuppliciter intimato. Veniet procul dubio Deus in adjutorium veſtrum, in cujus manu cor regis eſſe retinens conſtitutum poteſtatis ſuæ * neſciat aliunde principium. Data quinto " Idus Ianuarii.

qua oc... ſione c... genda...

al. ... " aliis Kal. F... bruar...

NOTA SEVERINI BINII.

a *Epiſtola*] Hæc eſt illa epiſtola ad Acacium ſcripta, quam pontifex patentem & nondum obſignatam cum præcedente epiſtola miſit ad imperatorem illo fine & argumento, quo ſupra dixi.

a EPISTOLA VI. SIMPLICII PAPÆ AD ACACIUM.

Commendat Acacium, quod Timotheo Æluro C nulla eccleſia Conſtantinopoli patuerit, hortaturque eumdem ut imperatorem moneat, ne Calchedonenſis concilii ſtatuta violari permittat.

Simplicius epiſcopus, Acacio epiſcopo Conſtantinopolitano.

CUM filii noſtri illuſtris vir Latinus patricius, & ſpectabilis Maduſius pro legatione publica mitterentur, negligere non potuimus, quod omni intentione curamus. Proxime namque cum preſbyterorum & monachorum de Timotheo olim ab univerſali eccleſia ſeparato querela veniſſet, tam Chriſtianiſſimo principi, quam dilectioni tuæ ſcripſimus, ut modis omnibus reſiſtatur, ne quid hæreticorum contra Calchedonenſe concilium moliatur audacia, frater cariſſime: & dilectionis tuæ laudando conſtantiam, multum nobis, imo ipſi domino placere memoravimus, quod damnatum hominem non ſolum fidei, ſed etiam parricidii cauſa, nullam Conſtantinopoli eccleſiam introire permiſeris. Quod nunc iterum commonemus, ut cum ad dilectionem tuam eadem ſcripta pervenerint, imo etiam donec veniant, apud Chriſtianiſſimum principem etiam noſtro nomine agere ſuppliciter atque inſinuare non deſinas, ut quæ totiens & bene ſtatuta ſunt, nulla obreptione violentur: quia regni ejus certum & ſingulare eſt firmamentum, vero atque æterno regi congregatorum in cauſa fidei divino ſpiritu ſacerdotum illæſum conſervare concilium.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Epiſtola*] Hanc epiſtolam, aliaſque nonnullas ejuſdem argumenti, occaſione publicæ legationis, quam miſit Odoacer ad Zenonem, Acacio ſcripſit. Ex Vaticano codice acceptam; primumque tomo 1 epiſtolarum Romanorum pontificum excuſam, huc tranſtulimus cum ſequentibus.

Qua ... ſione ... pta.

EPISTOLA

EPISTOLA VII. SIMPLICII PAPÆ AD PRESBYTEROS ET ARCHIMANDRITAS Constantinopolitanos.

Clericorum ac monachorum Constantinopoli degentium fidei constantiam commendat, cum Timotheum ad communionem non admiserint: illumque, ut sæpe damnatum, ostendit non audiendum.

Simplicius episcopus, presbyteris & archimandritis apud Constantinopolim constitutis.

PER filium nostrum laudabilem virum "Epiphanium literis vestræ dilectionis serius quam voluistis acceptis, magno sumus dolore permoti, quod illic intra ecclesiam B Dei scandalorum recidiva nascuntur incendia, ubi* totius auctoritate apostolicæ sedis, & sententia synodi universalis extincta sunt. Cui namque in toto terrarum orbe cum perversitate dogmatum nefandorum Nestorii, Eutychetis Dioscorique damnatio; cui Timothei rursus Alexandrinæ ecclesiæ pervasoris non est nota dejectio? Testis est anterius Ephesinum, testis est recens Calchedonense concilium, quod quisquis desiderat retractari, in numero fidelium pronuntiat se non haberi; cum prædictorum talis impietas auctoribus & principibus Christianis, non solum ab ecclesiæ corpore, verum a cœtu omnium exiliis segregata diversis, unitæ sententiæ damnatione percussa est. De C quorum nihil est nunc errore dicendum; quia post traditionem tantorum domini sacerdotum, qui longe ante nos in universa mundi parte has quoque hæreses evicerunt, beatæ recordationis prædecessor noster Leo multiplici sermone doctrinæ, quid catholicæ veritatis sequatur integritas, quid detestetur, asseruit. Hac eruditione fundata, non contentione opus est, ut adhuc tamquam de dubiis judicetur. Sed sicut dilectionem vestram gaudemus facere, firmis contra dejectos state vestigiis: nec vos adversarius terreat, aut tardam putetis desuper venire victoriam. Cadere didicit, qui resultat. Breviter hæc ad consultationem, imo etiam consolationem vestræ scripsimus caritati, volentes aliquos, quemadmodum cupitis, pro D causæ necessitate dirigere, nisi ad omnem plenitudinem, non jam defendendæ, quæ* solidæ jacta est, fidei, sed repellendis hæreticis atque damnatis illa sufficerent; quæ etiam ad sanctæ memoriæ Flavianum, atque ad sanctam Calchedonensem synodum, vel ad augustæ recordationis Marcianum ac Leonem, beatæ memoriæ antecessorem meum scripsisse retinetis, atq; totius orientis episcopi rescriptis ad principem tunc Leonem propriis intimarunt. Unde insolubile esse non dubium est, quod velante decreverunt in unum convenientes tot domini sacerdotes, vel quod singuli per suas ecclesias constituti, eadem nihilo minus sentientes, diversis E quidem vocibus, sed una mente dixerunt, damnantes eorum execrabilium auctores pariter & sequaces. Quapropter inter tot formas, quæ erectæ sunt, prædicandi, non assertione nova, sed constantia nitedum est. Iam probatum est, quid (domino vos juvante) profecerint labores vestri, Deo placitus fructus ostendit, quando ejus domum vobis obsistentibus latroni introire non licuit, qui nonnullis occurrentibus sibi, latentes adhuc forsitan sui similes publicavit.

[Margin, left, cropped: fis / n / t / a- / - / in- / ex- / ni. / ies … xide]

A non enim junguntur bona pessimis, recta perversis; nec possunt salutaria coire cum noxiis: quia luci communio nulla cum tenebris: nec infideli portio cum fideli. Unde necessario damnatorum comitabuntur exitum, qui talium delegere consortium; nisi forte resipiscentibus animis, & maxime qui nuper decepti sunt, videntes in quæ abrupta sunt ducti, ad splendorem veræ fidei discussa conferant se nube mendacii. Quod apostolicæ sedis pietate ut provenire possit, optamus, quia vitam in domini voluntate cognoscimus, ad Christianissimum quoque principem, vel ad fratrem & coepiscopum nostrum Acacium competentia simul scripta direximus, cujus accusandum silentium non putamus, quia scientes fidem probatissimi sacerdotis, certum tenemus, suum non esse quod tacuit. Ut autem plenius dilectio vestra cognoscat nostrarum, quas ad Christianissimum principem misimus, seriem literarum, exemplaria, internuntio quem misistis, redeunte, direximus. Data III. Idus Ianuarii, consule suprascripto. *2. Cor. 6.*

EPISTOLA a. VIII. SIMPLICII AD ZENONEM IMPERATOREM.

Gratulatur ei de recuperato imperio, hortaturque ut Alexandrinum episcopum sedi suæ restituat, & Leonis, & Calchedonensis concilii decreta servari faciat.

Simplicius episcopus Zenoni Augusto.

INTER opera divinæ providentiæ, quæ pia semper & justa sunt, nostris quoque temporibus eloqui potentias domini vix quælibet humana lingua sufficiet. Quis etenim valeat vel cogitatione complecti, vel voce depromere, quod in ipso utriusque rei laborantis articulo & votis publicis religionis sanctæ reddidit vos quieti, nisi quod tanti consideratione miraculi clamandum est cum propheta: *Hæc est mutatio dexteræ excelsi*, quæ exaltantes semetipsos potenter humiliat, & humiliantes se clementer exaltat? in quibus etiam si dispensationis supernæ sagacius mensura libretur, profecto evidenter apparet, ideo perfidorum irrepsisse perniciem; ut fides clementiæ tuæ etiam inter adversa probaretur; quantoque magis rebus urgeri crederetur infestis, tanto clarius vestra magnanimitas immineret: atque ob hoc mansuetudinis vestræ de Constantinopolitana urbe provenisse discessum, ut universorum desideriis expetiti, gloria majore rediretis; ut ex contrariorum periculis, quod in vobis esset cunctis utile nosceretur. Davidicæ nimirum illius virtutis exemplo, qua singulari patientia cedens paululum furoribus parricidæ, continuo victoriam populorum precibus imploratus præstantiore fastigio est reversus in regnum. Lætare igitur venerabilis imperator, eos fuisse tuos hostes, qui extiterunt divinitatis inimici: atque gaude cum ecclesia laborasse, & cum fidei catholicæ libertate imperium restitutum, atque ut in omnibus doceas causam tibi cum Deo esse communem, cujus ope viriliter fretus insiste; ut per quem publicos incubatores subegit, ecclesiæ quoque depellat tyrannos. Sicut enim pietas vestra merito recteque confidit, illo nos tempore nihil aliud Deum nostrum suppliciter implorasse, quam ut nobis Romani imperii præsules quales nunc loquimur, redderentur;

Psalm. 76.

Unde imperatoris laus, ut ejus causa sit cum Deo communis.

rentur; ita expectari cernis, ut hujusmodi vos A esse ipsorum actuum qualitate monstretis. Respicite, quæso, augustæ memoriæ Marciani atque Leonis omni mundo conspicuam catholicâ devotione constantiam; & salubri consideratione perpendite, cum in eodem loco stare nequiverint qui ab eorum rectitudine deviarunt, successorem regiæ potestatis legitimum, ac divinitus attributum eum fore sine dubio, qui illorum fidei perstiterit imitator. Debes, gloriosissime & clementissime fili imperator, augustæ memoriæ tantorum virorum taliumque reverentiam, debes vices muneribus Dei. Ille te ad istorum reduxit imperium: tu Deo istis similem redde famulatum. Et quia hæc beato apostolo docente nos Petro, mea nuper humilitate B prædicante, refutata sunt, a casuris, Deo fautore, proficiant in regni soliditate mansuris. Ego quidem literis, quas vestra clementia destinavit, pignus immensum venerandæ religiositatis accipiens, & ingenti gratulatione respiro, & omnino non ambigo mentem vestram in rebus divinis gesturam longe potiora quam cupio: sed mei memor officii, in hanc partem clementiam tuam ideo prolixiore hortor alloquio, quia imperii tui pariter & salutis affectu, illis te causis inhærere semper exopto, quibus solis & præsentis regni stabilitas custoditur, & æterni gloria comparatur. Unde ante omnia precor, ut Alexandrinam ecclesiam non minus a funesto, quam ab hæretico pervasore clemen- C tiæ vestræ dispositionibus liberatam, catholico ac legitimo restitui censeatis antistiti; eisque etiam, quos temeritate diabolica diversis ordinasse perhibetur, ejectis, rectæ fidei subrogari constituatis episcopos: ut sicut rempublicam vestram a tyrannica dominatione purgastis, ita ubique ecclesiam Dei ab hæreticorum latrociniis atque contagiis exuatis; nec id potius prævalere patiamini, quod iniquitas temporum, & eos quos non solum vestro imperio, sed & in Deum quoque rebellis spiritus concitavit; quam quod tot tantique pontifices, & cum egregiis orthodoxisque pontificibus universalis ecclesiæ decrevit assensus. Calchedonensis synodi constituta, vel ea quæ beatæ memoriæ prædecessor meus Leo apostolica eruditione perdocuit, in- D temerata vigere jubeatis: quia nec ullo modo retractari potest, quod illorum definitione sopitum est, nec ullatenus recipi totiens uno undique ore damnatus. Ipsa est quippe, sicut experti estis, catholica fides, quæ potentes de sede læsa deposuit, & exaltandos humiles custodita servavit. Quare satis agendum est pietati tuæ, ut qui hujus tibi auctor est doni, sit ipse etiam propagator. Data* octavo Idus Octobris post consulatum Basilisci & " Armati.

* al. septimo
" Anno Christi 477.

Nota Severini Binii.

Qua occasione hæc epistola ad Zenonem imperio restitutum scripta sit.

a *Epistola.*] Cum Zeno imperator scelestissimum Timotheum ab exilio, quo illum Leo imperator mulctaverat, posthabitis omnium catholicorum votis, spretisque sanctissimi pontificis Leonis piis admonitionibus, revocasset, & contra ipsum Christum dominum in urbem introduxisset, accidit justo Dei judicio, ut Basiliscus flagellum Dei & virga furoris domini ad Zenonem puniendum imperium invaserit, eoque in exilium, unde execrandum hæreticum revocaverat, fugato, illud anno uno & sex mensibus tenuerit. Quibus evolutis, Zeno per hujusmodi vexationem nonnihil melior redditus, precibus & intercessione sanctæ protomartyris Theclæ, devicto tyranno ad fasces imperii rediit, scriptaque statim ad pontificem Simplicium epistola, orthodoxæ fidei catholicæ professionem integerrimam edidit. Quam cum pontifex magno cum gaudio A accepisset, hanc illi gratulatoriam epistolam reddidit, qua de recuperato per Dei gratiam imperio ei congratulatur, & ut amoto violento invasore Timotheo, verum Alexandrinæ ecclesiæ antistitem exulantem sedi suæ restituat, hortatur. Invasor sedis cognito zelo imperatoris, non expectans sententiam judicis, *optavit sibi mortem*, inquit Liberatus capite decimo sexto, *& istud perseveranter orans, ab humana vita hausto veneno solutus est*. Ita in semetipsum justo Deo judicio vindex scelerum suorum insurrexit, cui imperatores qui præcesserunt, inique admodum ignoverant.

EPISTOLA ACACII AD SIMPLICIUM PAPAM.

Simplicium de Alexandrinæ ecclesiæ statu certiorem facit, scribens ob Timothei hæretici mortem, Petri Moggi ejusdem ecclesiæ perturbatoris fugam, pacem ecclesiæ redditam esse, ac Timotheum suæ sedi restitutum.

Domino beatissimo, sancto ' patri archiepiscopo ' Simplicio Acacius.

SOLICITUDINEM omnium ecclesiarum, secundum apostolum, circumferentes, nos indesinenter hortamini, quamvis sponte vigilantes ac præcurrentes: sed vos ' divinum zelum ' solito demonstratis, statum Alexandrinæ ecclesiæ certius requirentes, ut pro paternis canonibus suscipiatis laborem, pissimo stillantes sudore pro his, sicut semper est approbatum. Sed Christus dominus noster, qui diligentibus se in bonum cooperatur, nostris cogitationibus insidens, & unam nobis in his mentem atque eamdem pro gloria sua esse cognoscens, omnem victoriam ipse perfecit, consortes nos cum tranquillissimo principe faciens, & Timotheum quidem decessorem, spirantem procellas, & ecclesiasticam tranquillitatem (sicut apparuit) conturbantem, vitæ subduxit humanæ, dicens ei: *Tace, & obmutesce.* Petrum quoque qui ab Alexandria more ' similiter procellæ surrexerat, dissipavit, atque in æternam fugam (sancto Spiritu flante) convertit, unum & ipsum de his qui olim fuerant damnati. Sicut enim in nostris ' archivis inventum est, & de vestris ' scriniis, si dignamini requirere, poteritis agnoscere, quæ in tempore de eodem subsecuta, ab Alexandrino episcopo Romam ad alterutrum sint relata. Qui Petrus noctis existens filius, & operum diei lucentium alienus apparens, omnino tenebras ad latrocinium peragendum congruas, earum cooperator inveniens media nocte, adhuc jacente cadavere illius qui paternos canones subverterat, insepulto, ' subrepsit in sedem, sicut ipse arbitratus est, uno & solo præsente, & eo qui consors illius insistebat insaniæ, ita ut propter hoc majoribus suppliciis subderetur: nec quod sperabat effectum est. Sed ille quidem de se ex parte vel minima judicans, nusquam penitus omnino comparuit. Timotheus autem paternorum canonum custos, qui Davidicæ mansuetudinis exemplo subditur, & usque in finem patiens, atque potestati propriæ restitutus a Christo, propriæ sedis honore lætatur: & spiritualium filiorum voces accipiens, gratiam curationis expectat, multiplicato in se honore a Christo principe sacerdotum: propter quem & tolerantiæ coronam sibimet religavit. Attentius igitur oret vestra beatitudo & pro Christianissimo imperatore, & pro nobisipsis. Nihil enim prætermittitur eorum quæ ad custodiam ecclesiasticæ respiciunt disciplinæ. Universam fraternitatem quæ vobiscum est in Christo, & ego & qui mecum sunt, salutamus. *Et alia manu:* In domino ' conservis sanctissime & beatissime pater.

EPISTOLA

EPISTOLA IX. SIMPLICII PAPÆ AD ACACIUM.

Gratulatur Timotheum Alexandriæ episcopum catholicum suæ ecclesiæ fuisse restitutum.

Simplicius episcopus Acacio episcopo Constantinopolitano.

QUAM sit efficax supplicantium domino perseverantia sacerdotum, & quam jucundo gratuletur affectu, studium quod defensioni fidei sinceris mentibus exhibetur, literis tuæ dilectionis agnoscitur, quando post tanta certamina, quibus Dei misericordia in causa propriæ religionis famulos & ministros B suæ constituens potestati, probatissimos sibi fecit esse victores: si quidem Alexandrina ecclesia divino tandem judicio liberata, in consortium communium nos advocans gaudiorum, eum qui ab hæretico fugatus fuerat, ad ejus sedem rediisse testaris. Unde animis exultantibus ad universalis ecclesiæ quietem, Christo Deo nostro pro salute primum fidelissimi principis supplicamus, cui pro devotione, qua cunctos antevenit sacerdotes, pietas hæc divina concedit, quæ nos liberos pro populis Christianis apud omnipotentiam cælestem præstat interpretes. Sicut ergo in reditu fratris & coepiscopi nostri Timothei gratulamur, ita eum commonente dilectione tua cupimus irreprehensibilem reperiri: quia meministi hoc, C eum jamdudum fidelis præsulis non habuisse constantiam, quando ei, ut damnati Dioscori nomen inter altaria recitaretur, extortum est. Data tertio Idus Martii, Illo viro clarissimo consule."

EPISTOLA X. SIMPLICII PAPÆ AD ZENONEM IMPERATOREM.

Gratias agit, Timotheum Alexandrinæ ecclesiæ restitutum, eumque rogat, ut Petrum ejusdem ecclesiæ perturbatorem expelli jubeat.

Simplicius episcopus, Zenoni Augusto.

PER Petrum virum spectabilem comitem D Placidiæ nobilissimæ feminæ olim divinorum exultatione munerum, triumphalis in domino regni vestri gloria dilatatur, cum universalis ecclesiæ gaudio mediocritatis meæ literas obtulisse meminerim; nec inter universos catholicæ fidei sacerdotes opera domini nostri vel solus potui tacere, vel primus: quia secundum beatum Paulum apostolum, ecclesiarum omnium curam sustinens, mihi summam gaudii de reddita pro clementia vestra earum quiete specialiter vindicavi, quod vos divinitatis auxilio, dejectis religionis & regni hostibus, meruerimus habere victores, & in E uno eodemque proventu, Christo in nobis ubique vincente, & cultus veræ fidei, & status est reparatus imperii: quod utrumque ideo fuerat (diabolo se ad tempus interserente) turbatum, ut alterutrius adversariis dissipatis, præconia fierent majora vincentis; unde tam præclaræ fructum virtutis adeptus cum lætitia universalis ecclesiæ nunc quoque sine cessatione facio; tacere non possum gratias sine dubio perennes, quod antiquæ veræque fidei A in fratre & coepiscopo meo Timotheo Alexandrinam ecclesiam reddidistis, cujus ad me nuper literæ commeantes, expulsa profanitate Eutychetis atque Dioscori damnatorum, ad regendos orthodoxos beati Petri & euangelistæ Marci sedem (quod ante compertum est) se recepisse commemoravit; incitans nos volentes, ut hæc ipsa pietatis vestræ sensibus referremus. Ut ergo tranquillitas vestri perpetua & fixa sit regni, quietem quam cunctis in memorata ecclesia præstitistis, pervigili protectione custodite: & quod juvante vos domino pro innocentium fecistis salute animarum, religiosiore studio & diligentia attentiore protegite: quia non minoris est gloriæ, quod condideris servare, quam " concedere; & omnibus est probatum, tantum vobis divini favoris impensum, quantum Christianæ religioni a vestra pietate est sedulitatis exhibitum. Et quamvis in omni parte regni sui profutura divina cultui providentia vestra non desisteret curis publicis tranquillitatem ecclesiæ præferre; precor tamen, ut quod per nos serio postulat, imo quod ipsi specialius supplicamus, Petrum Alexandrinæ ecclesiæ pervasorem, & ob hoc jure damnatum, quia moliri quædam latens in Alexandrina (sicut ad nos scriptum est) civitate contra hæc quæ a vobis sunt statuta, memoratur; ad exteriora transferri piissima præceptione jubeatis, ne aliquos modicæ fidei (quod facere perhibetur) inficiat, & ad perversitatis suæ instrumenta traducat. Longe sint ab innocentibus perniciosa contagia, ut per vos intra dominici gregis ovile sit sinceritas, quam sola tenere potest imperialis auctoritas.

" condere

EPISTOLA XI. SIMPLICII PAPÆ AD ACACIUM.

Scribit Timotheum Alexandriæ catholicum episcopum a se veniam petiisse, quod Dioscori nomen inter altaria timore ductus recitasset, & se ad imperatorem literas dedisse, ut Petrum dictæ ecclesiæ perturbatorem procul arceat.

Simplicius episcopus, Acacio Constantinopolitano episcopo.

QUANTOS & quam uberes fructus constantiæ fidei, & devotarum circa religionem catholicam mentium semper habeat fortitudo, labor tuæ dilectionis & eorum qui pariter repente diabolo jamdudum turbantur, ostendit. Nam cum Christi inimicus & regni Christiani semper aulam mox casurus invaderet, atque impia persecutione fideles domini plebemque concuteret, oratione atque vigiliis sacrilega tentamenta superavit; & se victoria cælestis eo usque porrexit, ut regressu religiosissimi principis, ecclesię quoque Alexandrinę catholicus redderetur antistes, de quo mox cum exultatione divinę gratię gaudia nostra contulimus, & mutuis nos literis fecimus gratulari. Et licet lętitiæ ipsius nunquam sui defuerit plenitudo, tamen frater & coepiscopus noster Timotheus persecutione probabilior factus, pristini non immemor instituti, per fratrem & coepiscopum Isaiam, & filios nostros Nilum presbyterum, & Martyrium diaconum Alexandrinæ

ecclesię solennia scripta direxit, quibus & illud quod ante perterritus de Dioscori nomine fecerat, se destruxisse memoravit, & remissionem ipsius erroris expetiit, nosque de quiete fecit ecclesiæ gratulari, expertus erga se quantum nobiscum tua caritas videt, quod in eo tunc reprehendimus non inultum & reconciliatum sibi, nunc divinę miserationis affectum, frater carissime, memoratis in urbe, quæ mox venerant, constitutis occasionem filii nostri Petri, viri spectabilis comitis, quasi ex sententia proficiscentis amplexi, tam nostro proposito, quam petitione fratris & coepiscopi nostri Timothei, legatorumque ipsius precibus, idipsum ad tuam voluimus pervenire notitiam, ut etiam nunc communium fieres particeps gaudiorum, & in prædictę ecclesiæ tranquillitate (quemadmodum diximus) laboris tui nobis cum carperes fructum, & Christinianissimo & eminentissimo principi nostras literas offerens, super hac etiam re, ut & ipse quoque devotionis & fidei propriæ donis, se Deo protegente, lætetur, atque insistente caritate tua acrioribus studiis catholicæ religionis salutaria scripta mittendo munire dignetur ecclesias, ne (sicut experti sumus) in aliqua * religione antiquus ille serpens totiens excisi capitis virus effundat, & inficiendi aliquos occasionem (quod absit) rursus inveniat, provida præceptorum suæ pietatis ordinatione disponat religiosis, & sicut evidentius approbavit Deo, se commendantibus legibus sanciat, ne vel in tenebris delitescant, & improvisi ambulantes in luce percutiant, & his quos in fide pauperes esse repererint (quod propheta testatur) insidietur ut rapiat. Petrum maxime, qui nonnullarum domorum, suique similium latebris confovetur; & quem zelo fidei ab episcopatu constituit submoveri, in exteriores terras abjici, sicut & nos pietati ejus scripsimus, ad ecclesiasticam pacem speciali præceptione decernat: quia rursus asseritur aliqua contra dispositionem fidei ipsius fine cessatione moliri. Quia igitur hæc opportunitate perlatoris fidissimi nos oportuit indicare, & specialius admonere, hortamur, ut cum internuntius remeare cœperit, vel si qua forsitan altera occasio reperietur, quamprimum nos facias certiores, & curam nostram sublevare deproperes. Ut autem perfecto gaudio gauderemus, idem frater & coepiscopus noster Timotheus exemplum libelli satisfactionis eorum, quos a catholicæ fidei veritate Timotheus & Petrus utrique damnati, damnationis terrore traduxerant, veniam postulantes, ad nos pariter destinavit, sacerdotali pietate lapsis subvenire desiderans: quod divinæ miserationis intuitu, quæ neminem vult perire, refutabile non putamus. "

* f. regione

Psalm. 10.

EPISTOLA XII. SIMPLICII PAPÆ AD ZENONEM IMPERATOREM.

Hortatur ut Timotheum Alexandrinæ ecclesiæ sua opera restitutum protegat, & ut Petrum ejusdem ecclesiæ perturbatorem longius expelli jubeat.

Simplicius episcopus Zenoni Augusto.

PROXIME quidem cum ad urbem frater & coepiscopus mediocritatis meæ Timotheus Alexandrinæ urbis antistes novato more misisset, victoriam vestræ fidei in ejus restitutione cognovi. Pietate enim vestra fulta divinitatis auxilio, & imperii tranquillitas, & catholicæ religionis splendorem suum, scandalorum nube discussa, recepit integritas: de quo me gratias post Deum clementiæ vestræ egisse reminiscor, & nunc quoque cultum vestro regno debitum silere non potui, ne quodammodo viderer ingratus, si vobis qualibet opportunitate vel imperii vel ecclesiarum laudare desisterem tot triumphos. Exhibens ergo debitæ venerationis officium, precor ut studiosius circa universos rectæ fidei sacerdotes, & maxime circa Alexandrinum episcopum, cujus certaminis & testes fuistis & judices, protectionis impendatis auxilium, & decernatis piissimis constitutis Petrum sedis ipsius pervasorem (cui nec in diaconatu suus potuit ordo constare) longius a tam præclara civitate relegari, ne * infirmiores fidei aliquos forte seducat, & in eadem ecclesia, (quod absit) quæ sopitis scandala rursus exagitet. Probastis in corpore illum vobis dexteræ suæ dedisse pręsidium, qui ad totius orbis gaudium, & in ecclesiæ universalis exultationem in vestra clementia Romanum servat imperium. Data x. Kalendas Novembris, Illo viro clarissimo consule. "

* f. infirmioris

" Anno Christi 478.

[a] EPISTOLA XIII. SIMPLICII PAPÆ AD ACACIUM.

Eadem quæ in superiori epistola.

Simplicius episcopus, " Acacio episcopo Constantinopolitano.

PROXIME quidem dilectioni tuæ, petentibus his qui ad nos a fratre & coepiscopo nostro Timotheo Alexandrinæ ecclesiæ antistite directi fuerant, commune gaudium literis indicavi, & de fructu piissimi operis, quod catholicus memoratæ ecclesiæ sacerdos est restitutus, pariter nos gaudere memoravi: quod nunc quoque significare properavimus, ut agnosceres gaudia silentium non amare. Unde semper exultans, & orationum communium cupiens vota sociari, hortor, frater carissime, ut rebus per clementissimum & Christianissimum principem Deo auctore compositis, diligentiæ solicitudo non desit: sed Petrus ab indebito sibi honore dejectus, in Alexandrina regione non sinatur habitare, sed procul extra terminos patriæ, sicut etiam nos poposcimus, frequenti eum postules *suggestione relegari; ne quos imperitorum pravitatis suæ persuasione seducat, & a catholicæ tramite veritatis avertat. Quidquid autem de religiosissimo impetrabis imperio, cura tuæ dilectionis ad meam notitiam faciat pervenire, & nos actuum ad custodiam evangelicæ doctrinæ pertinentium det esse consortes. Data 16. Kalendas Novembris, Illo viro clarissimo consule. "

" Anno Christi 478.

NOTA SEVERINI BINII.

[a] *Epistola.*] Timotheus Alexandrinus episcopus in sedem restitutus, tres hosce legatos, Isaiam episcopum, Nilum presbyterum & Martyrium diaconum ex more antiquo ad Romanum pontificem ablegavit, veniam rogans delicti sui illius, quo gladiis Eutychianorum coactus, contra constitutiones Leonis papæ, nomen

Timoth Alexand nus se suę rest. tus, oc. sioné d

Dioscori

Dioſcori apud altare recitavit. Et quamquam id monitus feciſſet, non leve tamen facinus illud in tanto pontifice videri poterat. Inſuper eadem legatione notum fecit, Petrum Moggum Alexandrinæ ſedis invaſorem, qui fugam captaſſe videbatur, in civitate latitare, & ſecreto rem agere ſeducentem multos, & cladem illius eccleſiæ gnaviter procurare: adeoque neceſſarium videri, ut ad hæc pericula tollenda, longius in exilium pelleretur. His acceptis ſcribit imperatori & Acacio epiſcopo Simplicius papa, petens hoc ſedulo curari, ut quamprimum homo ſcelestus longius in exilium detrudatur: ideo in primis, quod epiſcopum Alexandriæ ageret, quem necdum diaconum ordinatum eſſe conſtaret. Vide Baronium anno 478. num. 9. & ſequentibus.

EPISTOLA XIV. SIMPLICII PAPÆ AD ZENONEM IMPERATOREM.

Laudat imperatoris ſolicitudinem in his puniendis, qui Antiochiæ in epiſcoporum cædes conſpiraverant. Dolet ſuas ad Acacium literas executioni non fuiſſe mandatas, & Antiochenæ eccleſiæ antiſtitis electionem, Nicæni concilii non obſervato decreto factam approbat.

Simplicius epiſcopus, Zenoni Auguſto.

De eccleſia Antiochena venerandos mihi ſemper veſtræ pietatis apices gaviſus accepi, quibus ingenito vobis ſtudio catholicæ religionis poſt defenſionem fidei, quæ vos ſervat ac cuſtodit, impietatis audaciam, & facinora apud Antiochiam perpetrata coercita reperimus. Exultantes vobis ineſſe animum fideliſſimi ſacerdotis & principis, ut imperialis auctoritas & juncta Chriſtianæ devotioni acceptabilior Deo fieret, & appareret integritas, cum hi qui in epiſcoporum neces ſacrilega cæde verſati ſunt, dignis jubentur perire ſuppliciis: in quo & quieti eccleſiæ & veſtro conſuletis imperio, quia vindicata Dei contumelia ulciſcentis eſt gratia, & conciliatur his divini favoris auxilium, quorum cura ſacrilegium non reliquerit impunitum. Sed ut loquar fiducialiter principi Chriſtiano, ſi præteritarum literarum, quas de Petri aliorumque nomine jamdudum ad fratrem & coepiſcopum meum Acacium ſcripſiſſe memini, ordo teneretur, ad hoc non potuit pervenire, quod jure nunc meruit vindicare. Mandaveram namque ut facta ſuggeſtione pietati veſtræ, prædictus, ut & ceteri qui per occaſionem tyrannicæ dominationis invaſerant eccleſias Dei, extra metas veſtri pellerentur imperii, ne peſtiferis ſenſibus quibuſque ſimplicioribus ore ſacrilego virus infunderent, & verbis impiis contra fidem orthodoxam innocentiores animas ſauciarent; quod tum apparet, cum minus iſta curantur, & levia eſſe creduntur; actum eſt, ut (quemadmodum perhibetis) inter altaria, non jam plebs perſuaſionibus eorum, ſed ipſi quoque præſules & prædicatores fidei perirent funeſtis gladiis ſacerdotes. Unde ſi quæ aliæ reliquiæ ſub veſtro reperiuntur imperio, eas vel nunc in exteriores terras jubete propelli, ne qua deinceps in eo ſit neceſſitas & cauſa ſupplicii; quia melius eſt aditum obſtruxiſſe, quam pœnam exegiſſe peccati. Et quoniam ſeditiones Antiochenas religioſiſſimo propoſito ſedandas non aliter exiſtimaſtis, niſi præter præjudicium venerandi illius concilii Nicæni apud Conſtantinopolim iiſdem petentibus ordinaretur antiſtes, quod in ejus tantummodo perſona ſic memoraſtis aſſumptum, ut deinceps ſecundum definitiones patrum orientali ſynodo creatio Antiocheni pontificis reſervetur; nec haberi loco vultis injuriæ, quod diſſenſionis gratia factum eſt auferendæ. Tenet hanc pietatis veſtræ beatus Petrus apoſtolus ſponſionem, & Chriſtianiſſimi fideliſſimique principis mentem in hæc verba juraſſe, quod poſthac in Antiochena urbe veteri more ſervato a comprovincialibus ſuis epiſcopis ordinetur, ne quod nunc frater & coepiſcopus meus Acacius vobis eſt jubentibus executus, in uſum poſteritatis veniat, & ſtatuta patrum, quæ præcipue præſtaſtis illæſa, confundat. Unde quæ a vobis amore quietis ſancte & religioſe ſunt ordinata, reprobare non poſſumus, ne ſtatus Antiochenæ eccleſiæ ſub noſtra dubitatione videatur ambiguus, præcipue cum is qui legitur ordinatus, teſtimonio clementiæ veſtræ, & tanta ſit prædicatione ſubnixus, ut in eo præter horum vulnerum dolorem poſito poſſimus & eccleſiæ quæ illum meruit, gloriari. Hæc repenſis ſermonibus & venerationis officio reſpondere curavi, ut tantas hæreticorum fraudes & facinora divinis & ſecularibus legibus perſequenda, quæ ſæpius probatis eſſe tam noxia, de memoria & converſatione hominum jubeatis auferri, quorum impietas nulla, quantum videtis, poteſt auctoritate compeſci. Data x. Kalendas Iulias poſt conſulatum Illi viri clariſſimi.*

Papa diſpenſat contra canonē concilii Nicæni, ut ſervetur pax.

Diſpenſat papa in gratiā imperatoris.

* Anno Christi 479.

*EPISTOLA XV. SIMPLICII PAPÆ AD ACACIUM.

Eadem quæ & in ſuperiori.

Simplicius epiſcopus Acacio epiſcopo Conſtantinopolitano.

Clementissimi principis literis, tuæque dilectionis, de ſacrilega & funeſtiſſima cæde, quæ apud Antiochiam facta eſt, ſauciatus, & nimium affectus mœrore, reſpondeo, aſtruens, ſi quæ jamdudum de Petro & aliis complicibus eorum ſcripſeram, & ut pietati ejus cum ceteris, qui aderant, fratribus ſuggerere poſtularam, ut optaverat ordinatum fuiſſet, hæreticorum temeritas ad tantum facinus non veniret; * ne aliquid neceſſitatis exiſteret, ut non aliter prædictæ ſubveniretur eccleſiæ, niſi ut aliquid de jure ejus curatio ipſa minueret. Quamvis enim profecerit ad quietem, quod Chriſtianiſſimi principis juſſione, vel ſine præjudicio canonum a tua caritate fuerit Antiochenus epiſcopus ordinatus; tamen non eſt ſine invidia factum, cujus cavendum deinceps etiam ille teſtatur, qui præcepit, exemplum. In quo pietati ejus gratias dignum eſt nos referre: quoniam ita gloriæ ſuæ moderatus eſt poteſtatem, ut fideliſſima devotione patrum regulis ſubmittere quæ juberet, nec in auctoritatem recipi quod ſequenti conſtituit ætate prohiberi: ut ſcilicet in hac tantummodo perſona, quam juſſu ejus & ſtudio quietis Antiochenſibus, non tua uſurpatione, antiſtitem conſecraſti, quod factum eſt neceſſitate ſufficeret. In quo tuæ dilectionis non irrationabilem cognoſcimus fuiſſe famulatum: quia eccleſiarum jura reſpiciens, diu te non immerito ſuſpendiſſe teſtaris, ne videreris ambire quod tanto principi, & in tam gravi cauſa non

* f. nec

non poteras abnegare. Quapropter, frater carissime, institutorum veterum, quæ in te sunt probata, non immemor, sicut veniale judicare non pervides quod tibi certum est imperatum, ita ipse dans honorem patribus, labora ne necessitas sit ulla faciendi quod optas nunc satisfactione purgari.

NOTA SEVERINI BINII.

Eutychiani quas turbas auctore Petro Fullone Antiochiæ concitarint.

a *Epistola.*] Auctore & impulsore Petro Cnapheo, quem Zeno imperator ab ipso throno dejectum, in Antiochena ecclesia nimis inconsulte degere versarique permisit, Eutychiani ibidem novas turbationes cruentasque seditiones vicissim concitarunt. Nam cum Stephanus orthodoxus episcopus, una cum suis in magna ecclesia sacram synaxim solenniter celebraret, Petri Cnaphei omnium hominum perditissimi soboles Eutychiani, confecto agmine, exertis gladiis furentes ingressi, in Dei sacerdotes sævientes, eosdem sævissime trucidarunt, sanctissimumque ipsum antistitem Stephanum, in quem potissimum majore odio æstuabant, & ira incensi corripiebant, ad necem usque atrocissimis tormentis confecerunt. De quo ex Ioanne Rhetore suorum temporum accuratissimo scriptore Euagrius lib. 3. cap. 10. hæc scribit. *Petro ecclesia Antiochena exturbato, Stephanus illius sedem capessit, quam triennio in hunc usque annum tenuit. Hunc*, subdit, *Antiocheni calamis ad similitudinem hastarum præacutis, uti scribit Ioannes Rhetor, confecerunt.*

Stephanus Antiochiæ occisus.

Corpus ejusdem in Orontem amnem projectum fuisse, ex eodem Ioanne scribit Nicephorus lib. 15. cap 18 Postquam vero Zeno imperator missis Antiochiam militibus ultoribus, de sacrilegis homicidis debitas pœnas sumpsisset, jussit, ut Antiochenus futurus episcopus Constantinopoli eligeretur: idque ideo, ut paci & quieti ejus civitatis prospiceret, timebatur enim obducta cicatrix in ulcus vicissim eruptura, si de antistite deligendo Antiochiæ comitia haberentur. Electus est Constantinopoli Stephanus junior. Sed cum id præter regulas ecclesiasticas & antiquam Antiochenæ ecclesiæ consuetudinem accidisset, utpote quæ non nisi in concilio omnium Syriæ episcoporum Antiochenum episcopum ordinare soleret, Zeno imperator literas ad pontificem scripsit, quibus ea quæ gesta erant, a Romano pontifice rata haberentur. Pontifex respondit, se factam ordinationem libenter ratam habiturum, modo exemplum hoc extraordinarium posteris nihil præjudicii adferat, idque imperator juramento promittat. Ita novo & prorsus inaudito exemplo contigit, ut qui a totius Syriæ episcopis ordinari soleret antistes Antiochenus, agente imperatore, & ratum habente pontifice Romano, Stephanus junior ab Acacio Constantinopolitano episcopo ordinatus fuerit. Accidit etiam hac occasione, quod sicut latens humor malus, cum a natura in cutem transmittitur, levi confricatione pruritus mordacior excitatur: ita plane ambitio primatus quæ in Acacio hactenus latuit, hoc facto magis magisque incensa, appetitum primatus illi vehementiorem ingessit, usque adeo, ut famis, seu potius explendæ rabiei causa, custodita canonum claustra ruperit, & vincula catholicæ communionis fregerit, & se suosque posteros præcipites dederit, ut infra suo loco dicemus. Vide Baronium anno 479. num. 1. & 2.

Stephanus junior Constantinopoli cur electus.

Qua occasione Simplicius ad Zenonem scripserit.

a EPISTOLA XVI. SIMPLICII PAPÆ AD EUMDEM.

Calendionis Antiocheni episcopi electionem confirmat.

Simplicius episcopus, Acacio episcopo Constantinopolitano.

ANTIOCHENI exordium sacerdotis qua ratione fuerit serius indicatum, quamvis minime nos latere potuerit, tamen & ipse vel synodus ipsius indicavit. Quod sicut non optavimus fieri, ita faciles excusationi, quam necessitas fecit, extitimus: quia quod voluntarium non est, vocari non potest in reatum. Et ideo per fratrem & coepiscopum nostrum Anastasium, qui ex prædicta regione directus est, literis quoque tuæ dilectionis acceptis, alterni vicissitudinem sermonis tuæ reddidimus caritati, necessario fratris & coepiscopi nostri Calendionis sacerdotium gremio apostolicæ sedis amplexi; in consortium nostrum per gratiam Christi Dei nostri tantæ urbis antistitem collegii unione numeramus. Miramur autem nihil nos de statu Antiochenæ ecclesiæ te instruente didicisse, quem nunc ita habere se comperimus, ut improbi per occasionem obitus b sanctæ memoriæ Timothei eamdem ecclesiam conentur habere captivam. Unde agendum est dilectioni tuæ cum clementissimo principe, ne convellatur sub ejus imperio, quod tyranni temporibus potuit obtineri. Data Idibus Iuliis, Severino viro clarissimo consule. a

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Epistola.*] Anno redemptoris nostri 482. sub consulatu Severini, Stephanus junior Antiochenus episcopus tertio anno sedis suæ ex hac vita migravit: collectaque ibidem synodo vicinorum episcoporum, electus est in ejus locum Calendion episcopus, qui, ut testatur Euagrius lib. 3. capite 10. omnes se convenientes induxit, ut tum hæretico Timotheo, tum literis Basilisci generatim ad omnes scriptis, anathema dicerent: quique Zenonis permissu, magni illius Eustathii Antiocheni episcopi, de quo in notis Nicæni concilii supra egimus, sacras reliquias Antiochiam transtulit. Ad hunc in sede Antiochena confirmandum esse missum Anastasium episcopum, eumque Calendionis electi confirmationem ab apostolica sede impetrasse Simplicius papa Acacio Constantinopolitano renuntiat. Quid post hæc Acacius? Calendionem criminis læsæ majestatis reum, adeoque episcopatu indignum esse denuntiat; tum quod factiosis quibusdam, ut ait Euagrius, contra Zenonem adhæsisset; tum etiam quod nomen ejusdem Zenonis e diptychis abstulisset. Gelasius epist. 11. ad Dardanos. Ita qui confessorem Eustathium in nomine confessoris recepit, sustinendo exilium confessionis gloriam est consecutus. *Post amotum Calendionem*, subdit Euagrius c. 16. prædicti libri, *Petrus Fullo cognomento Cnapheus, qui ante Calendionem & Stephanum episcopus fuit Antiochiæ, perperam sedem recuperavit:* eaque per vim & dolum vicissim occupata, Theopaschitarum hæresim sæpe damnatam palam non tantum promulgavit, sed ipsi etiam sanctissimæ Trinitati in trisagio hymno crucem adscripsit, verbo & opere docens, non unam tantum personam, sed totam sacrosanctam Trinitatem passam esse. Unde quam vehementer orientalis ecclesia turbata fuerit, infra dicetur. Vide Baronium anno 482. num. 2. 3.

b *Sanctæ memoriæ Timothei.*] Timotheus Alexandrinus episcopus catholicus anno 492. diem obiit, cum sedisset annos 23. Liberatus cap. 16. Ab episcopis Ægypti in unum coeuntibus communi consensu Ioannes homo orthodoxus in locum ejusdem subrogatus fuit. Missa est legatio, quæ electionis confirmationem peteret. Hujus legationis relatu cum statum Antiochenæ ecclesiæ pontifex cognovisset, eumque Acacius subdole & malitiose subticuisset, sequentem illi epistolam 17. scripsit, qua eum non immerito redarguit, quod de rebus tanti momenti nihil scripsisset, cum ex credito sibi vicariæ præfecturæ sedis apostolicæ officio illud facere debuisset.

EPISTOLA XVII. SIMPLICII PAPÆ AD EUMDEM.

Conqueritur una cum imperatoris literis ab eo literas non accepisse, & imperatorem, Petrum hæreticum in Alexandriæ episcopum petere, dum ipse paratus esset Ioannem confirmare: demum precatur ut imperatorem moneat, ne hæretico jam damnato favere velit.

Simplicius episcopus, Acacio episcopo Constantinopolitano.

MIRAMUR pariter & dolemus, ita in tuæ dilectionis animo dissimulatam a lacerare curam caritatis & fidei, ut cum Christianissimus imperator pietatis & religionis instinctu affandi me, & de causis ecclesiasticis consu-

consulendi, fideles atque solertes internuntios destinaret, & ipse & alternæ gratiæ & vigilantiæ pastoralis oblitus, nec alloqui nos volueris, nec de his quæ ad catholicæ veritatis custodiam pertinebant, duxeris instruendos: atque ideo, frater carissime, quæ non immerito cernis libera affectione culpari, potiore diligentia repensando, cognosce proinde delegatum tibi munus impendens, sensus tuos prudenter attolle, & pro tuendis Calchedonensis synodi constitutis vehementer invigila, ne per negligentiam desidiamque nostram subrepatur gregibus domini lethale * dispendium. Nuper ab Ægyptia synodo, quæ & numero plurima, & fidei catholicæ esset communione suffulta, atque ab ipso omni propemodum clero Alexandrinæ sedis ad nos ex more relatio missa patefecit, sanctæ memoriæ fratrem * quemdam & coepiscopum nostrum obiisse Timotheum, inque ejus vicem consona fidelium voluntate Ioannem, cui ad sacerdotium constare crederentur omnia, subrogatum, ut nihil omnino restare videbatur, nisi ut Deo nostro gratias agentibus nobis, atque gaudentibus, ut sine strepitu, quod catholicus in defuncti ministerium successisset antistes, apostolicæ quoque moderationis assensu votivam sumeret firmitatem: cum ecce secundum consuetudinem mihi talia disponenti tranquillissimi principis scripta sunt reddita, quibus memoratum tamquam perjurii reum, quod fraternitati quoque tuæ non esse diceretur incognitum, sacerdotio perhiberet indignum. Illico retraxi pedem, & meam revocavi super ejus confirmatione sententiam, ne quid contra tantum ac tale testimonium præpropere fecisse judicarer. Sed illud me non mediocriter fecit attonitum, quod iisdem literis suis Petrum, qui hæreticorum socius dudum extitisse probetur & princeps, quod conscientiam dilectionis tuæ minimus non latere, instructionesque ipsas; quibus fuerit confutatus, nosse confidimus, quemque etiam dubium non sit adhuc extra communionem durare catholicam, sæpeque nos de eodem ex illa urbe pellendo scripsisse sit certum, ad præfatæ ecclesiæ regimen existimet provehendum: cumque promittat rectæ fidei definitionibus convenire; a cujus utique (sicut superius dixi) consortio tam degit extraneus, quam ab ejus communione discretus est, ad quam si nunc redire contendit, nisi per satisfactionem Christianis regulis competentem non potest introire, ac " perinde non ad fastigium sacerdotalis dignitatis accedere; sed medelæ, quæ post pœnitudinem præstanda est, consequenter aptari animæ suæ cupiens reconciliatus auxilium, non gradum summi honoris affectans, qui diu convincitur fuisse perversus, ne per speciem remeantis non remedium sinceræ salvationis inquirat, sed facultatem propagandæ pravitatis inveniat. Quo facto non hunc magis ab errore detrahimus, quam perniciem fidelibus irrogamus: eoque modo Calchedonensis synodi statuta violantes, aditum sæva copulatione grassandi in ecclesiam lupis rapacibus aperimus. Denique ab eisdem ipsis, cum quibus olim a catholica participatione divisus est, pontifex dicitur postulari: ut satis evidenter appareat, non eos rectam fidem velle, sed in præsule proprio nefandi dogmatis quærere potestatem; neque inter ipsos & veraciter sentientes pax inde possit fœda generari, unde hæreticarum mentium crescit funesta damnatio, & catholicorum succedit miseranda captivitas. Tantis igitur malis atque periculis pro sacerdotii qualitate, & catholicæ prædicationis intuitu, ut qua potes ratione sapienter obsistas, maximis undique rebus astringeris: nec dilectioni tuæ fas est id segnius operari, quod ad animæ tuæ causam, honoris æstimationisque respectum non dubitas pertinere. Opportunitatibus ergo repertis, clementissimi principis voluntatem incessabiliter pro fide catholica supplicando, & ab his sedulo revocare quæ nociva sunt dogmati Christiano, & secundum hæc quæ mandamus, informare crebro, inque eam partem quæ amica sit veritati, potius instare non desinas, & (ut sanctum Timotheum venerandus apostolus Paulus instituit) opportune, importune, obsecrando, insinuando, exponendoque nullatenus allegare cessabis, & nobis subinde quæ gerantur, quæve gerenda sint, veraciter indicare, ut creditorum tibimet dispensatione dominica talentorum in hac multiplicatione fidelis servus ostendaris, si non tantum in ecclesia cui præsides, sed ubicumque potueris, pro unitate catholica & pro paternis definitionibus suadere non renuas. Data Idibus Iuliis, Severino viro clarissimo consule."

2. Tim. 4.

" Anno Christi 482.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Epistola.*] Qua occasione hæc epistola scripta sit, dixi supra in notis epistolæ decimæ quintæ verbis *sanctæ memoriæ Timothei.* Subrogatum in locum Timothei Ioannem Zeno imperator impulsu Acacii episcopum amovit, eique nefandum illum Petrum Moggum ante dejectum hæreticum substituit, eo prætextu quod perjurus esset Ioannes: utpote qui jurasset non futurum, ut pateretur se aliquando in Alexandrinum episcopum eligi. Vide Baronnium anno 482. num. 11. & 12.

Ioannem orthodoxum Alexandriæ episcopum Zeno amovit, eique Moggum substituit.

a EPISTOLA XVIII. SIMPLICII AD EUMDEM.

Mirari se ait, Acacium de Alexandrinæ ecclesiæ vexationibus nequaquam se monuisse: hortatur autem ut imperatori insinuet, ut eidem ecclesiæ pax optata reddatur.

Dilectissimo fratri Acacio, Simplicius

COGITATIONUM ferias non habemus: nec enim quiescere nos causa permittit, quam si relinquamus, apud Christum dominum nostrum, cujus interest, * excusabiles sumus. Et mirum est, dilectionem tuam tot emensis temporibus, & tot opportunitatibus inde venientibus, nihil nos de Alexandrina ecclesia, quæ tam graviter quatitur, instruere voluisse; cum monere te nec increpatio nostra destiterit, ut, participata solicitudine, literas meas apud Christianissimum & clementissimum principem præsentibus tuæ dilectionis prosequereris alloquis, & instituti veteris memor, in orthodoxorum defensionem nobiscum sic semper incumberes, ne quisquam nostrum, Christiana plebe pereunte, reatum deditionis incurrat, & mercenarius potius videatur esse quam pastor. Unde hortamur dilectionem tuam, ut opportune atque importune piis auribus insinuare non desinat, quatenus remotis scandalis quæ in Alexandrinam ecclesiam recidi-

* f. inexcusabiles

vis auſibus irruerunt, pax optata reddatur, & celeriter vigilantiæ tuæ profectus, poſthabitis difficultatibus, inducatur. Data octavo Idus Novembris, Severino conſule. *directa per Reſtitutum.*

Nota Severini Binii.

Quare & quando ad Acacium ſcripta.

[a] *Epiſtola.*] Perbreves haſce & aculeatas literas poſtremas ad Acacium dedit Simplicius, quibus illum adverſus hæreticos ad prælium evocare conatur; ſed fruſtra, utpote qui transfuga factus in caſtris adverſariorum militet, ſoliciteque apud imperatorem agat, ut duo venenati colubri, truculentæ beſtiæ & faces hæreticorum, Cnapheus & Moggus Antiochenæ & Alexandrinæ ſedi obtrudantur, legitimique poſſeſſores Calendion & Ioannes epiſcopi inde expellantur.

* ** SIMPLICII EPISTOLA AD EVMDEM.

A Luca Holſteinio Romæ edita.

Dilectiſſimo fratri Acacio Simplicius.

Literis tuæ dilectionis, quas per filium noſtrum Epiphanium diaconum probatæ fidei direxiſti, ea quæ ſtrictim religioſiſſimi viri filii noſtri preſbyteri, archimandritæ cum monachis vel ante ſcripſerant, latius indicaſti, & prolixo quidem volumine, ſed ſermone neceſſario retuliſti; ut quid vel Conſtantinopoli, vel in aliis regionibus ab hæreticis geſtum diſceremus: ac ſingula quæ contra eccleſiaſticas regulas, & contra ipſam catholicam fidem ubicumque commiſſa ſunt, ante noſtros oculos collocaſti; quatenus videatur quo etiam remedio ſubveniretur eccleſiis, quibus vim ſub occaſione tyrannicæ dominationis, & per abſentiam Chriſtianiſſimi principis pernicioſus latro & recidivus invaſor Alexandrinæ eccleſiæ lapſus exiliis inrogavit. Vnde unicum poſt Deum, qui eccleſiam & rempublicam conſolatione mirabili viſitavit, etiamſi hoc fieri minime poſtulaſſes, clementiſſimi imperatoris auxilium duximus implorandum; ut pro omnibus quæ regno ejus dominus tribuit, ne ulterius in orbe terrarum, quas ſubditas ſuo cognoſcit imperio, eccleſiæ Dei ab hæreticorum contagione & pravitate violentur, ſed doctrinæ diabolicæ præceptione pietatis ipſius præſtentur immunes. Vt ii qui ſibi crediderint ſacerdotale miniſterium damnati hominis præſumptione conferri, promulgata imperiali conſtitutione etiam a conventu hominum ſegregandi jubeantur excludi: quatenus his ſubmotis, atque in ſolitudinis perpetua relegatione damnatis, antiſtites catholici decepti vel reddantur eccleſiis, vel creentur. In quo nec noſtræ preces apud religioſiſſimum principem, nec dilectionis tuæ ſuggeſtio, aut tantorum fratrum noſtrorum, quos adveniſſe Conſtantinopolim reperimus, imploratio ſacerdotum, aut ſupplicatio monachorum laborare poterit. Quin quicquid ad integritatem catholicæ fidei pertinet, in qua eccleſiarum eſt conſtituta ſecuritas, regreſſu pietatis ſuæ, domino ſe ubique proſequente omnium præveniens vota reſtituit. Et apud mentem Chriſtianiſſimam facilis eſt impetrandi gratia, ubi religionis eſt cauſa. Sicut ergo literis noſtris, ita tuæ dilectionis, vel omnium fratrum, qui ſe ad documenta fidei ſuæ Chriſtianiſſimi principis præſentavere conſpectui, ſuggeſtione repetendum eſt, ut Timotheus cum ſequacibus ſuis ad irremeabile dirigatur exilium. Cum quo Paulus ab Epheſina eccleſia, & Petrus ab Antiochena civitate depulſus, atque omnes qui ab eo ſe, vel ab his quos illicite fecerat, æſtimant epiſcopos ordinatos, eadem debent lege percelli. De Antonio autem, qui eorum, quos contra eccleſiam tyrannos miſerat, anteſignanus exiſtens, ſicut ſcriptum eſt, inimicus & defenſor apparuit. De Ioanne quondam Conſtantinopolitano, qui ab hæreticis Apamenum ſacerdotium, quod ei, qui preſbyter aliunde fuerat, vel a catholicis ſumere non licebat, ſe hæreticum publicavit, & quod in ſe perperam factum eſt improperium retorſit in auctorem; expellens ab Antiochia Petrum pervaſorem ipſius, eamdem eccleſiam ipſe pervaſit, ſub anathemate a Chriſtianorum conſortio, vel ipſa appellatione removemus: nec unquam his ſatisfactionis patefaciendus eſt locus. Quia ſicut Iudas inter apoſtolos, ita iſti inter miniſtros dei ſubdola & diabolici ſpiritus fraude latuerunt. De Chriſtiani quoque populi fide & devotione gaudentes, profectum ejus & multiplicationem Deo jugiter ſupplicantes expetimus: ut in timore atque amore domini perſeverans, & numero augeri, & cæleſti mereatur protectione muniri. In quo maxime gloriamur, & Deo noſtro gratulabimur complacere: quia paſtoralem reſpicit fructum, religioſi ovilis augmentum. Diu autem fratres & coepiſcopos noſtros apud Conſtantinopolim non convenit demorari: nunc præcipue, cum propter concuſſionem perſecutionis, quæ mota fuerat, ſollicitæ atque attonitæ ſunt in ſupraſcriptis eccleſiis civitates: ne aliquis dubius rationis & trepidus mentis expectet novi aliquid poſt Calchedonenſe concilium contra definitiones ipſius retractari: quia per univerſum mundum inſolubili obſervatione retinetur, quod a ſacerdotum univerſitate et conſtitutum; & ſicut apparuit cæleſtis totiens ultionis aſſertione firmatum. Vnde divino judicio reluctatur quiſquis ejuſdem venerabilis definita concilii poſt tot divinæ indignationis exempla non ſequitur.

[a] CONCILIVM VIENNENSE, IN CAVSA ROGATIONVM TRIDVANARVM ante aſcenſionem domini celebrandarum, a beato Mamerto Viennenſi epiſcopo ſub Simplicio papa, [b] circa annum Chriſti CCCCLXXIV. habitum.

[a] *Concilium.*] De rebus in hac ſynodo geſtis chronicon Cameracenſe a reverendo & eximio viro ac domino Georgio Colvenerio ſacræ theologiæ academiæ Duacenſis doctore ac profeſſore abſolutiſſimo, collegiatæ eccleſiæ ad ſanctum Petrum canonico & ſcholaſtico, antiquitatis amantiſſimo, paucos ante annos editum, ac notis illuſtratum, libro primo, capite octavo, iſta: *Hujus temporibus habita ſynodus Vienna urbe deſcribitur, ad quam Galliarum epiſcopi a beato Mamerto convocati pene omnes convenerunt: ubi & ipſi beatum Remigium, utpote divinis eloquiis eruditiſſimum & præſtantioris gratiæ privilegio facundiſſimum, venire petierunt. At vir ſanctus, ſenio gravis,* ", *cum corporis imbecillitate detineretur, beatum ille Vedaſtum vicaria ſolicitudinis cooperarium direxit. In ea namque urbe, ut beatus G egorius Turonenſis urbis epiſcopus ſcribit in geſtis Francorum,* tunc

Pſal.

An. Chr. 4…

" Hæc omnia vicim… falſita… jam al… no 16… in ſy… ut plu… dicem… notis. Lib.2. Franc.

tunc temporis inaudita cives prodigia terruerant. A *Hinc enim motu terræ maximo, multarum ecclesiarum subita eversione, & ruentium palatiorum concussione, gravis animis dejectio incubuerat, instantibus prodigiis mundi terminum & extremum judicii diem superventurum spectantibus. Porro ibi bestiæ multæ oberrantes, lupi, ursi ac cervi ingressi per portam civitatis, homines plurimos devorantes, hoc per totum annum faciebant. Superveniente solenni die paschæ, sanctus Mamertus ejusdem urbis episcopus cum in ipsa vigilia sacrum mysterium celebraret, palatium quoque regale, quod editiore urbis loco eminebat, divino igne succensum est. Hanc divinæ indignationis animadversionem ex offensa hominum accidisse advertentes episcopi,* B *communi consilio decreverunt servari jejunium, quod triduo ante ascensionem domini usque nunc per omnes Galliarum ecclesias agitur: sicque ipsa tribulatio atque subversio quievit.* Hæc chronicon prædicto loco.

[b] *Circa annum Christi 474.*] Ado Viennensis in chronico hanc synodum anno domini 452. tempore Leonis papæ celebratam, eodemque tempore rogationes triduanas institutas esse scribens, errat: cum sanctus Remigius hujus synodi tempore episcopus extitisse referatur, quem anno 471. qui est annus quartus Simplicii papæ in Rhemensem episcopum ordinatum esse constet. Post annum Christi 475. habitam non esse, arguunt epistola quarta libri quinti, & prima libri septimi, Sidonii Arvernensis episcopi. Anno igitur 474. adscripsi hanc synodum, quam ex ordinatione sancti Remigii episcopi ante 471. & ex epistolis Sidonii, ante 475. celebratam fuisse probavi. De rogationibus vide quæ notavimus ad epistolam ultimam Hilari papæ supra.

I CONCILIUM ARELATENSE, QUOD A LEONTIO ARELATENSI episcopo ad condemnandum prædestinationis errorem congregatum est circa annum Christi CCCCLXXV. Simplicii papæ, & Eurici Vesogothorum in Gallia regis temporibus.

QUO *consilio coacta fuerit hæc synodus, & quæ in ea tractata sint, declarant Fausti episcopi Reiensis libri* [c] *duo de gratia Dei, & humanæ mentis libero arbitrio, quos ex synodi Arelatensis sensu ac sententia scriptos a se, & a synodo ipsa subscriptos testatur in prologo ad Leontium Arelatensem, qui synodo præsederat. Sic enim illum affatur.* Domino beatissimo & reverentissimo Leontio papæ Faustus. Quod pro solicitudine pastorali, beate papa Leonti, in condemnando prædestinationis errore, concilium summorum antistitum congregastis, universis Galliarum ecclesiis præstitistis. Quod vero ad ordinanda ea quæ conlatione publica doctissime protulistis, operam infirmis, curamque mandastis, parum ut reor tanto negotio, parum sanctæ existimationi vestræ consuluistis, & me judicio caritatis, vos E periculo electionis onerastis. Quia ergo vestram laborare personam, sub imposito nobis fasce cognoscitis, communem causam hoc loco agitis, si ei quem opinioni vestræ imparem cernitis, manum suffragii porrigatis *Et in fine prologi.* In quo quidem opusculo, post Arelatensis concilii subscriptionem, novis erroribus deprehensis, adjici aliqua synodus Lugdunensis exegit. *Prædestinationis porro errorem, ad quem expugnandum hæc synodus congregata est, prædestinatorum hæresim illam interpretor, quæ, ut Prosper & Sigebertus in chronicis tradunt, Honorii orta principatu, ex libris sancti Augustini male intellectis initium sumpsisse ferebatur. Hi de prædestinatione ita disserebant, quasi fatalem quamdam necessitatem afferret, quæ bonorum operum studium omne præcideret: quippe qui nec mala opera obesse hominibus posse dicerent, si essent prædestinati, nec bona prodesse, si non essent. Cui absurdo quia nonnullis quorumdam librorum suorum sententiis viam munire, aut vim addere sanctus Augustinus quorumdam in Gallia episcoporum, aliorumque judicio videbatur, ab illo propterea, cum in ceteris maximi facerent, vehementer hac in parte diffidebant. At contra qui pro sancti Augustini placitis cum Prospero dimicabant, ejus adversarios, quod naturæ humanæ plus æquo tribuere viderentur, ut Semipelagianos insimulabant. Qua nota in his etiam libris suis Faustus non caruit. Nam & a Gelasio papa hoc nomine inter apocryphos relati sunt, & ab Avito Viennensi, atque a Fulgentio & aliis pluribus oppugnati. Ceterum gravi ac diuturnæ contentioni, quæ sanctissimos & doctissimos utrimque viros in Gallia centum amplius annos exercuit, finem postea tandem attulit synodus Arausicana II. quæ totam de gratia & libero arbitrio controversiam ex sancti Augustini sententia composuit.*

C EPISTOLA FAUSTI REIENSIS EPISCOPI, AD LUCIDUM PRESBYTERUM e secta Prædestinatorum.

In qua illi sententias proponit, quas rejicere, quasque amplecti ac profiteri debeat; synodi Arelatensis tempore scripta, & a multis episcopis atque a Lucido ipso subscripta.

Domino devinctissimo, & mihi speciali affectu venerando ac suspiciendo fratri, Lucido presbytero Faustus.

GRANDIS caritas est, parum cauti fratris errorem per Dei adjutorium & gratiam magis velle curare, quam sicut summi antistites meditantur, a bonitate suspendere. Quid possum de hoc sensu sicut vis cum unanimitate D tua per literas loqui, cum te præsens multa & blanda & humili conlocutione nunquam poterim ad viam veritatis attrahere? Loquentes ergo de gratia Dei & obedientia hominis, id omnino statuere debemus, ut neque proni in sinistram, neque importuni in dexteram, regiam magis gradiamur viam. Illud autem venerationem tuam dixisse miratus sum, quod nullus unquam sub religiosa professione contra catholicam fidem vel scripserit, vel prædicaverit: cum plurimi multiplices & profanos errores suos etiam scriptorum monumentis crediderint inserendos, qui tamen Christiano nomine gloriabantur. Breviter ergo dicam, quantum cum absente loqui possum, quid sentire cum catholica ecclesia debeas. Id est, ut cum gratia domini operationem baptizati famuli semper adjungas, & eum qui prædestinationem excluso labore hominis asserit, cum Pelagii dogmate detesteris.

I. Anathema ergo illi, qui inter reliquas Pelagii impietates hominem sine peccato nasci, & per solum laborem posse salvari damnanda præsumptione contenderit; & qui cum sine gratia Dei liberari posse crediderit.

II.

ANNO CHRISTI 475.

II. Item anathema illi, qui hominem cum fideli confessione solenniter baptizatum, & asserentem catholicam fidem, & postmodum per diversa hujus mundi oblectamenta prolapsum, in Adam & originale peccatum periisse asseruerit.

III. Item anathema illi, qui per Dei præscientiam in mortem deprimi hominem dixerit.

IV. Item anathema illi qui dixerit, illum qui periit, non accepisse ut saluus esse posset: id est, de baptizato, vel de illius ætatis pagano, qui credere potuit & noluit.

V. Item anathema illi qui dixerit, quod vas contumeliæ non possit assurgere, ut sit vas in honorem.

VI. Item anathema illi qui dixerit, quod Christus non pro omnibus mortuus sit, nec omnes homines salvos esse velit.

Cum autem ad nos in Christi nomine veneris, aut cum a sanctis sacerdotibus evocatus fueris, tunc opportune, si dominus jusserit, locis suis testimonia proferemus, quibus & quæ catholica sunt manifestentur, & quæ catholicis sunt contraria destruantur.

Nos autem per illuminationem Christi veraciter & confidenter asserimus, & eum qui periit per culpam, saluum esse potuisse per gratiam, si gratiæ ipsi famuli laboris obedientiam non negasset: & eum qui per gratiam ad bonæ consummationis metas servitio obsequente pervenit, cadere per desidiam, & perire potuisse per culpam. Nos ergo per medium Christo duce gradientes, post gratiam, sine qua nihil sumus, laborem officiosæ servitutis asserimus. Sed omni modo arrogantiam & præsumptionem laboris excludimus, ut totis viribus desudantes, ne gratia in nobis evacuetur, quidquid de manu domini susceperimus, donum pronuntiemus esse, non precium: scientes laboris ipsius fructum officii rem esse, non meriti, cum euangelista dicentes: *Servi inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus.*

Hæc quæ strictim pro epistolæ brevitate memorata sunt, aut recipere se, aut respuere unanimitas tua recurrente sermone respondeat. Ceterum qui hanc veritatis mensuram, gratia præcedente, & conatu assurgente, non sequitur, dignus erit qui a sacris liminibus arceatur. Ego tamen individuam mihi bonitatem tuam toto sinceræ benignitatis amplexu in via retinens, in matris ecclesiæ gremio permanere repudiato hoc errore desidero. Qui si cito respuatur, ignorantiæ fuisse videbitur: blasphemia vero reputabitur, si pertinaciter defendatur. Gravem namque in auctorem retorquemus invidiam, si dicamus quod ei possibilitatem capessendæ saluti noluerit dare qui periit, ei dumtaxat, qui capere jam possit arbitrii libertatem: cum minime negare possimus, quod mandati prævaricatorem in judicii sui examinatione damnabit. Qui enim non est obnoxius de suscepto, nescio quo modo ejus possit esse de perdito. Ac sic peccantes in Deum, cujus in primis incautius asseruimus gratiam, in postremis ejus videbimur impugnare justitiam. Hujus autem epistolæ exemplar mecum retineo, in conventu sanctorum antistitum, si ita necesse fuerit, proferendum. ' Quod si eam subscriptam, ut dixi, transmittere nolueris, aperte adhuc te in errore persistere ipso silentio comprobabis: ac proinde jam necessitatem mihi facies ad personam tuam publicis conventibus exponendam. Et ideo secundum hæc quæ a me sunt directa rescribe, utrum ea remotis circuitionibus aut agnoscas, aut respuas.

' Quam si subscipiendã putaverit fraternitas tua,

SUBSCRIPTIONES.

Auxanius in Christi nomine episcopus, relegi & subscripsi.

Faustus exemplar epistolæ meæ relegi & subscripsi.

Paulus episcopus in Christi nomine, relegi & subscripsi.

Eutropius in nomine Christi episcopus, relegi & subscripsi.

Pragmatius in Christi signo episcopus, relegi & subscripsi.

Patiens in Christo episcopus, relegi & subscripsi.

Euphronius relegi, & admiratus sum plenitudinem sanctam.

Megethius episcopus, relegi & subscripsi.

Claudius in nomine Christi episcopus, relegi & subscripsi.

Leucadius in nomine Christi episcopus, relegi & subscripsi.

Iulianus in nomine Christi episcopus, subscripsi.

Lucidus presbyter, relegi & subscipsi.

LUCIDI PRESBYTERI ERROREM EMENDANTIS LIBELLUS AD EPISCOPOS.

In quo fidei suæ professionem, juxta synodi Arelatensis statuta, & superiorem Fausti epistolam depromit.

Dominis beatissimis & in Christo reverentissimis patribus Leontio, Euphrenio, Fonteio, Viventio, Mamerto, Patienti, " Veriano, Auxanio, Fausto, Paulo, Megethio, Græco, Eutropio, Leontio, Claudio, Marcello, Croco, Basilio, Claudio, Vrsicino, Prætextato, Pragmatio, Theoplasto, Leocadio, Viventio, Iuliano, Amicali, Ioanni, Opilioni & Licinio episcopis, Lucidus presbyter.

" Vi

CORREPTIO vestra salus publica, & sententia vestra medicina est. Vnde & ego summum remedium duco, ut præteritos errores accusando excusem, & salutifera confessione me diluam. Proinde juxta prædicandi recentia statuta concilii, damno vobiscum sensum illum, qui dicit humanæ obedientiæ laborem divinæ gratiæ non esse jungendum. Qui dicit post primi hominis lapsum ex toto arbitrium voluntatis extinctum. Qui dicit quod Christus & salvator noster mortem non pro omnium salute susceperit. Qui dicit quod præscientia Dei hominem violenter compellat ad mortem, vel quod cum Dei pereant voluntate qui pereunt. Qui dicit quod post acceptum legitime baptismum in Adam moriatur quicumque deliquerit. Qui dicit alios deputatos ad mortem, alios ad vitam prædestinatos. Qui dicit ab Adam usque ad Christum nullos ex gentibus per primam Dei gratiam, id est per legem naturæ, in adventum Christi fuisse salvatos, eo quod liberum arbitriũ in primo parente perdiderint. Qui dicit patriarchas ac prophetas, vel summos quosque sanctorum, etiam ante redemptionis tempora, intra paradisum deguisse. Hæc omnia quasi impia, & sacrilegiis repleta condemno. Ita

Ita autem aſſero gratiam Dei, ut annisum hominis & conatum gratiæ ſemper adjungam, & libertatem voluntatis humanæ non extinctam, ſed attenuatam & infirmatam eſſe pronuntiem: & periclitari eum qui ſalvus eſt, & eum qui periit potuiſſe ſalvari. Christum etiam Deum & ſalvatorem noſtrum, quantum pertinet ad divitias bonitatis ſuæ, precium mortis pro omnibus obtuliſſe: & quia nullum perire velit, qui eſt ſalvator omnium, maxime fidelium, dives in omnibus qui invocant illum. Et quia in tantis rebus conſcientiæ ſatisfaciendum, memini me ante dixiſſe, quod Chriſtus pro his tantum, quos credituros præſcivit, adveniſſet, ſententias dominicas ſequens, quibus ait ſic: *Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & animam ſuam redemptionem dare pro multis.* & illud: *Hic eſt calix ſanguinis mei novi teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.* vel illud apoſtoli: *Sicut ſemel ſtatutum eſt hominibus mori, ita & Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata.* Nunc vero ſacrorum teſtimoniorum auctoritate, quæ abunde per ſpatia divinarum inveniuntur ſcripturarum, ex ſeniorum doctrina ratione patefacta, libens fateor Chriſtum etiam pro perditis adveniſſe; quia eodem nolente perierunt. Neque enim fas eſt circa eos ſolum qui videntur eſſe ſalvati, immenſæ divitias bonitatis ac beneficia divina concludi. Nam ſi Chriſtum his tantum remedia attuliſſe dicimus, qui redempti ſunt, videbimur abſolvere non redemptos, quos pro redemptione contempta conſtat eſſe puniendos. Aſſero etiam, per rationem & ordinem ſæculorum alios lege gratiæ, alios lege Moyſi, alios lege naturæ, quam Deus in omnium cordibus ſcripſit, in ſpe adventus Chriſti fuiſſe ſalvatos: tamen ex initio mundi ab originali nexu, niſi interceſſione ſacri ſanguinis, non abſolutos. Profiteor etiam æternos ignes, & infernales flammas factis capitalibus præparatas: quia perſeverantes humanas culpas merito ſequitur divina ſententia, quam juſte incurrunt, qui hæc non toto corde crediderint. Orate pro me, domini ſancti & apoſtolici patres.

Lucidus preſbyter hanc epiſtolam manu propria ſubſcripſi; & quæ in ea adſtruuntur aſſero, & quæ ſunt damnata damno.

NOTÆ IACOBI SIRMONDI, S. I.

1 *Concilium Arelatenſe.*] Biniana editio poſtrema Colonienſis concilium hoc, in quo Fauſti & Lucidi epiſtolæ approbatæ dicuntur, Arelatenſe illud concilium vult fuiſſe, quod a nobis quartum numeratur, & poſt annos fere quinquaginta Opilione conſule celebratum eſt anno Chriſti 524. Quod quidem mirum eſt viro docto perſuaderi potuiſſe. Nam ut omittam, quod exploratum eſt, Fauſtum Reienſem ad ea uſque tempora non perveniſſe, ex Fauſti præfatione, atque ex Lucidi epiſtola conſtat, concilio Arelatenſi, de quo agimus, præſediſſe Leontium Arelatenſem, cum eoque adfuiſſe inter alios Mamertum Viennenſem, & Patientem Lugdunenſem: cum Arelatenſi IV. præfuerit Cæſarius, tertius a Leontio; & Epaonenſi ſeptem ante annis ſubſcripſerint Avitus Viennenſis, tertius itidem a Mamerto; & Viventiolus Lugdunenſis, quintus a Patiente. Quare longe diverſum ac multo ante celebratum fuiſſe hoc concilium neceſſe eſt. Baronius, aliique eum ſecuti, conjiciunt in annum 490. Quod etſi propius abeſt a vero, ſatius tamen in re dubia duximus ad Sidonii ætatem id referre: tum quod Sidonius ad pleroſque ex iis ſcribat, qui huic concilio adfuerunt: tum quod ita potius ſentire oportuerit Baronium, qui Fauſti libros de gratia & libero arbitrio, quos ſynodi hujus auctoritate compoſitos tradunt, eos ipſos eſſe contendit, de quibus ad Fauſtum eumdem ſcribit Sidonius lib. 9. epiſt. 9.

2 *Et quia in tantis rebus.*] Totum hoc membrum uſque ad illa verba, *conſtat eſſe puniendos*, quod neque in vulgatis exemplaribus legitur, neque in Puteanorum fratrum manuſcripto, quo hic uſi ſumus, extat in vetuſto codice ſancti Galli, ut admonuit Henricus Caniſius tomo 4. antiquæ lectionis.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. I.

Iacobus Vſſerius Armacanus in Hibernia Calviniſtarum antiſtes cap. 15. libri quem anno 1639. de Britannicarum eccleſiarum antiquitatibus vulgavit, ejuſque ſeduli exſcriptores Ianſeniani noſtri Pariſienſes in apologia Ianſenianarum hæreſeon anno 1643. vulgata concilium hoc Arelatenſe geminaſque Fauſti Reienſis ep. ac Lucidi preſbyteri epiſtolas criminari ſunt aggreſſi. Verum infelici plane ſucceſſu, ut per otium diſces ex libris de hæreſi Ianſeniana ab apoſtolica ſede merito proſcripta, quos R. P. Stephanus Dechamps Bituricus cum maxima catholicorum omnium approbatione anno 1654. publici juris fecit. Conſule ſis cum libri I. diſputationis VII. cap. 7. tum libri II. diſputationis itidem VII. caput primum, ubi omnia heterodoxorum illorum adverſus orthodoxos tractatores argumenta fracta prorſus ac contrita deprehendes.

CONCILIVM LVGDVNENSE,

PAVLO POST SYNODVM ARELATENSEM ſupraſcriptam, ſub Patiente eccleſiæ Lugdunenſis epiſcopo celebratum.

De hac ſynodo unicum extat Fauſti Reienſis teſtimonium, quod paulo ante citavimus ex ejus epiſtola ad Leontium epiſcopum, ubi ſignificat ſe poſt Arelatenſis concilii ſubſcriptionem, novis erroribus deprehenſis, aliqua libris ſuis adjeciſſe juſſu ſynodi Lugdunenſis. Quid præterea in hoc conventu actum ſit, ignoramus. Niſi forte ad hanc ſynodum referri placeat, quod in vetuſto codice conciliorum adnotatum legitur his verbis: De libro eccleſiaſticorum dogmatum, quem S. Patiens protulit: *ut quemadmodum in ſynodo Arelatenſi approbati fuerant libri Fauſti epiſcopi Reienſis, ſic in Lugdunenſi prolatum a Patiente intelligamus, receptumque a ſynodo librum de eccleſiaſticis dogmatibus; cujus auctor vulgo creditur Gennadius preſbyter Maſſilienſis. Qua de re quia non liquet, haud facile pronuntiarim.*

VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA FELICIS PAPÆ III.

Ex libro pontificali.

FELIX [a] natione Romanus, ex patre Felice, preſbtero, de titulo Faſciola, [b] ſedit annos octo, menſes undecim, dies octodecim. Hic [c] fuit temporibus Odoacris regis, uſque ad tempora Theodorici regis. Hic fecit baſilicam ſancti Agapeti juxta baſilicam ſancti Laurentii martyris. Sub hujus epiſcopatu iterum venit relatio ' de Græcia, Petrum Alexandrinum revocatum ' ab Acacio Conſtantinopolitano. Tunc venerabilis Felix archiepiſcopus ſedis apoſtolicæ urbis Romæ, mittens defenſorem ' cum concilio ſedis ſuæ, facto concilio, damnavit Acacium cum Petro. [d] Poſt annos tres iterum venit relatio ab imperatore Zenone, ut pœnitens rediret Acacius. Tunc papa Felix ' miſit duos epiſcopos, Miſenum & Vitalem, ut ſi invenirent complicem Petri Acacium, iterum damnarent eos, ſi non offerrent libellum pœnitentiæ. Qui dum introiſſent in civitatem ' Heracleam, corrupti ſunt pecunia data ſupraſcripti epiſcopi, & non fecerunt ſecundum præceptum apoſtolicæ ſedis.

' a parte Græciarii.
' ad communionem
' ex conſtituto ſynodi ſedis ſuæ.
' fecit concilium & ex conſenſu
' Conſtantinopolim

A Venientes vero Romam ad ſedem apoſtolicam, venerabilis Felix papa fecit ' ſynodum: & facta diſcuſſione invenit ambos epiſcopos (id eſt, Miſenum & Vitalem) reos, & ejecit eos a communione. Tunc Miſenus epiſcopus non ſe tacuit corruptum pecunia, cui concilium conceſſit tempus pœnitentiæ. Hoc factum eſt tempore ' Odoacris regis. Hic fecit ordinationes duas in urbe Roma per menſem Decembrem, preſbyteros viginti octo, diaconos quinque, epiſcopos per diverſa loca triginta unum. Hic ſepultus eſt in baſilica beati Pauli apoſtoli. Et ceſſavit epiſcopatus dies quinque. Et poſt tranſitum ejus factum eſt a preſbyteris & diaconibus conſtitutum de omni eccleſia.

' concilium & examinatione facta in concilio.
' Odouagri

NOTÆ SEVERINI BINII.

Felix quando pontifex factus.

a *Felix.*] Poſt interregnum ſex dierum (quibus Baſilius præfectus prætorio, Romæ Odoacris regis vices agens, electioni Romani pontificis, prout acta quartæ ſynodi Romanæ ſub Symmacho referunt, ſæculares poteſtates ingerere conatus fuerat) anno domini 483. octavo die Martii creatus eſt pontifex Felix, patria Romanus, atavus Gregorii magni, prout ipſe teſtatur homilia 38. in euangelia, & 4. dialog. cap. 16. Initio pontificatus ſui rejecit, proſcripſit & execratus eſt impiiſſimi Zenonis Henoticon, id eſt pacis & reconciliationis unitivum edictum, quo homo laicus in concilium Calchedonenſe, in epiſcopos alioſque orthodoxos anathema intulit, fidei nova decreta ſancivit, leges eccleſiæ præſcripſit, doctores eccleſiæ docere, novumque fidei ſymbolum ipſis proponere ſtuduit, quo demum claves poteſtatis eccleſiaſticæ ſuffurans, in non obtemperantes anathema (proh ſcelus) intorſit. Hoc impiiſſimum ſacrilegi imperatoris edictum, impietatis ſeminarium, quod recitat ad verbum Euagrius lib. 3. cap. 14. non tantum pontifex proſcripſit, verum etiam ſubſcribentes anathematis ſententia condemnavit. Theod. lector lib. 2. Henoticon, id eſt, unitivum nominavit, ut per hujus profeſſionem & ſubſcriptionem hæretici cum catholicis aliqua

Zenonis Henoticon damnavit.

C ſaltem ſpecie unirentur. Hujus temporibus Vandalica perſecutio, biennio antequam oriretur multis ſignis præfigurata, auctore Hunerico excitata eſt in Africa, qua præter alias crudelitates quater mille nongenti ſexaginta ſex epiſcopi, preſbyteri, diaconi & alii eccleſiæ clerici in exilium eremi ablegati fuerunt. Victor lib. 2. de perſecutione Vandal. Idem Hunericus omnes leges a catholicis imperatoribus contra hæreticos latas, per edictum ſæviſſimum in catholicos convertit. Quibuſdam catholicis perſecutor ſupra nominatus præcepit linguas & manus dexteras præſcindi, qui nihilominus Spiritu ſancto præſtante, ita locuti ſunt & loquuntur,

Perſecutio Vandalica.

D quomodo antea loquebantur. *Sed ſi quis incredulus eſſe voluerit.* inquit Victor, *pergat nunc Conſtantinopolim, & ibi reperiet unum de illis ſubdiaconum Reparatum, ſermones politos ſine ulla offenſione loquentem: ob quam cauſam venerabilis nimium in palatio Zenonis habetur, & præcipue regina mira eum reverentia veneratur.* Ad cujus rei conteſtationem omni exceptione majorem, Iuſtinianus imperator in conſtitutione a ſe edita, de officio præfecti prætorii Africæ, ita ait: *Vidimus venerabiles viros qui abſciſſis radicitus linguis, pœnas ſuas miſerabiles loquebantur.* Ne vero tyrannus Arianorum princeps, crudelitatem hanc impune ferret, juſto Dei vindicis judicio accidit, ut cum amens ſibi de fide catholica proſtrata triumphum agendum eſſe putaret, ebullientibus toto corpore vermibus extinctus, divinam vindictam expertus fuerit. Victor

Martyr aliquis præciſa lingua locutus.

Hunerici qualis exitus.

E prædicto loco. Gregorius Turonenſis hiſtoriæ lib. 2 c. 3.

Cum Eutychiana hæreſis, Alexandriæ & Antiochiæ per ipſarum eccleſiarum pſeudoepiſcopos & violentos invaſores, Fullonem & Moggum, invaleſceret, una cum ſancti Matthæi euangelio (quod ſua manu deſcripſerat, quo potiſſimum vera humanitas Chriſti comprobatur, in opprobrium hæreſis tunc invaleſcentis) corpus ſancti Barnabæ apoſtoli, miraculoſe inventum fuit. Theod. Lect. libro ſecundo coll. Nicephorus, Cedrenus, Sigebertus, &c. Xenaias quidam genere Perſa, fortuna ſervus, necdum baptizatus ſe clericum fingens, primus Iconoclaſtarum auctor, docuit temporibus hiſce, venerandas Chriſti ſanctorumque imagines non eſſe venerandas. Nicephorus lib 16. cap 27. Cyrola epiſcopus Arianorum ad ſuam perfidiam miraculo confirmandam cuidam ſuorum perſuaſerat, ut ſe cæcum eſſe ſimularet, & ad inclinationem Cyrolæ reſpiceret: ſed accidit, Deo cooperan-

Corpus S. Barnabæ inventum.

Xenaias Iconoclaſtarum auctor. Arianus epiſcopus homi-

A te, ad confuſionem perfidiæ, ut vere cæcum reddiderit, quem illuminare fingebat.

Hujus pontificatu Petrus Fullo Antiochena ſede ob hæreſim & blaſphemias ſynodali judicio condemnatus moritur, Deique optimi maximi ſententia iterato judicio perſtringitur. Anno pontificatus Felicis VI. Acacius Conſtantinopolitanus epiſcopus, in anathemate perſeverans, homo ambitioſiſſimus & arrogantiſſimus, qui ſuas ipſius viventis imagines in eccleſia dedicari paſſus eſt (ut eſt apud Suidam) a judicio eccleſiæ ad tribunal Dei Max. vocatus eſt: in locum ejus per ſummam improbitatem & fraudem ſuccedit Flavius vel Flavianus hæreticus, atq; hæreticorum communione pollutus, qui cum non accepiſſet litteras communicatorias, quas ſimulata fide catholica a Romano pontifice expetierat, morte repentina poſt quatuor menſes ſublatus eſt. Huic Euphemius ſubrogatur, qui quamprimum in ſede Conſtantinopolitana collocatus fuit, ſynodum Calchedo-
B nenſem approbavit; Petri Alexandrini communioni renuntiavit, ejuſque nomen e diptychis expunxit; Felicis papæ ab Acacio extinctum nomen reſtituit. Et quia necdum nomen Acacii e diptychis abſtuliſſet, non quas per ſynodicam expetierat literas pacificas & communicatorias, ſed tantum commonitorias impetravit. Liberatus diaconus cap. 18. Euagrius lib. 3. c. 23. Niceph. lib. 16. c. 19.

Petrus Moggus vaſtator & prædo eccleſiæ Alexandrinæ moritur anno decimotertio occupati epiſcopatus, qui eſt Felicis papæ 9. Chriſti Redempt. 491. Sufficitur ei Athanaſius Herniosus in perfidia & moribus ſucceſſor, tanta ſede, tantoque nomine plane indignus. Euagrius, Nicephorus, Liberatus prædictis locis. De his plura in notis epiſt. & conciliorum infra.

Hunc Felicem tertium atavum ſancti Gregorii papæ fuiſſe, ſanctæque Tarſillæ nepti ſuæ apparuiſſe, eamque ad cæleſtia regna vocaſſe; martyrologium Romanum a mendis, quæ in illud irrepſerant, emendatum, teſtatur his verbis. *Romæ* (die vigeſima quinta Februarii)
C *natalis ſancti Felicis papæ tertii, qui ſancti Gregorii papæ atavus fuit: de quo is refert, quod ſanctæ Tarſillæ nepti apparens, illam ad cæleſtia regna vocavit.* Verba Gregorii illud referentis hom. in euang. 3. & dialog. lib. 4. c. 16. hæc ſunt, *Tres pater meus ſorores habuit, quæ cunctæ tres ſacræ virgines fuerunt; quarum una Tarſilla, alia Gordiana, alia Æmiliana dicebatur.* Et paulo infra. *Quadam vero nocte huic Tarſillæ, quæ inter ſorores ſuas virtute continuæ orationis, afflictionis ſtudioſa, abſtinentiæ ſingularis, gravitate vitæ venerabilis, & honore & culmine ſanctitatis excreverat (ſicut ipſa narravit) per viſionem atavus meus Felix hujus Romanæ eccleſiæ antiſtes apparuit, eique manſionem perpetuæ claritatis oſtendit, dicens: Veni, quia in hac te lucis manſione ſuſcipio: Quæ ſubſequente mox febri correpta, ad diem pervenit extremum*, &c.

b *Sedit annis octo, menſibus undecim, diebus octodecim.*] annis nimirum novem, minus 12. diebus. Obiit enim 5. Kalend. Martii, anno redemptoris noſtri 492. Quare ſi ad initium & hunc finem pontifica-
D tus advertatur, prædictus annorum numerus reperietur.

c *Fuit temporibus Odoacris.*] Odoacer rex Herulorum a Nepotianis in odium Oreſtis, qui Auguſtulum filium ſuum imperatorem appellaverat, in Italiam vocatus, occiſis Oreſte & fratre ejus Paulo, relegato in Campaniam Auguſtulo, ſublatoque occidentali imperio, factus eſt rex Italiæ anno domini 476. ſicut illi ſanctus Severinus Noricorum apoſtolus, ſanctitate & miraculis clariſſimus, futurum prædixerat, dum ab Odoacre viliſſimis pellibus induto viſitaretur. Regnavit in Italia juxta ejuſdem ſancti Severini vaticinium annis tredecim integris & abſolutis, atque a purpura, regalibus indumentis, & a nomine imperatoris abſtinuit:
E ita ut Romanum imperium in Auguſto inchoatum, in Auguſto, qui per contemptum Auguſtulus dicebatur, in occidente defecerit. Hic Odoacer, quantumlibet Arianus eſſet, nullum, quod dignum eſt memoria, rebus ſacris negotium fecit: conanti vero illi poſtea Arianiſmum in urbem inferre, Gelaſius papa magno animo reſtitit, ut infra dicemus. *Ceterum iſte*, inquit Euagrius in vita ſancti Severini, *potitus jam Italia, ſancto Severino familiares literas direxit, rogans ut quidquid ab eo vellet, peteret: memor illius præſagii, quo eum quondam prædixerat regnaturum. Quibus ſanctis alloquiis invitatus, Ambroſium quemdam exilio damnatum* (illum qui Britanniam a barbaris oppreſſam liberavit) *juſſit abſolvi.* Teſtatur Ennodius diaconus Ticinenſis in vita ſancti Epiphanii epiſcopi Ticinenſis, eumdem Epiphanium petiiſſe pro ſuis civibus quinquennium indulgentiæ tributorum, quæ Oreſtes tyrannica poteſtate impoſuerat; ipſumque quæ ab eodem Odoacre petierat, impetraſſe. A Theodorico

Oſtro-

Ostrogothorum rege anno regni sui Italici 14. fugatus, & Veronæ victus est. Tertio certamine superatus Ravennæ, proditorie ibidem occisus est, anno domini 493. Post hæc tempora Italia Ostrogothorum regibus paruit, ut infra dicemus

De Zenonis obitu infra dicemus in notis ad vitam Gelasii.

d *Post annos tres.*] Constat infra ex epistola VI. Felicis, qua continetur sententia in Acacium lata, & ex notis concilii Romani primi & secundi sub Felice infra, hos ante damnationem Acacii deputatos & ablegatos esse. Falsum est igitur, quod scribitur hic; eos triennio post damnatum Acacium Constantinopolim missos fuisse.

[a] EPISTOLA I. [b] FELICIS PAPÆ III. AD ACACIUM CONSTANTINOPOLITANUM.

Optat sancta synodus Romana, ut Zenonem imperatorem inducat ad emendandum sedulo studio ea, quæ adversus catholicam fidem hactenus perperam egisset.

Felicis ad Acacium episcopum [c] per Vitalem & Misenum episcopos.

POSTQUAM sanctæ memoriæ decessore meo papa Simplicio de vitæ cursu superna præceptione migrante, ministerii quod regebat, ad meæ humilitatis officium gubernacula pervenerunt; in diversas generalis ecclesiæ curas, quas ubique terrarum cunctis populis Christianis, summi pastoris voce delegante, beatissimus Petrus apostolus pervigili moderatione dispensat; continuo me solicitudo maxima, quæ & prædecessorem meum incessanter urgebat, tam Alexandrinæ urbis, quam status fidei totius orientalis regionis excepit. Hæc nos diebus noctibusque perstringens, ad dominum filium nostrum Christianissimum principem per Vitalem & Misenum fratres & coepiscopos nostros legationem compulit destinare: quæ vice mea pietati ejus & debita præsentaret officia, & pro fide catholica, majorumque nostrorum servandis constitutionibus supplicaret.

Hac igitur illo pergente, par fuit dilectionem tuam dilectis pariter salutare colloquiis, & consequenter hortari, ut aliquando tandem patrocinium causæ domini communis impendas, nec despiciendum putes, Christi confessione veridica, & universalis ejus ecclesiæ definitione .... vel de pace concorditer .... si illius & honore cupis esse clarus & nomine. Fatemur enim secundum apostolicam vocem, *magnam nobis inesse tristitiam & dolorem cordis nostris continuum* cogitationibus, quas in die * procedentibus negotiis sustinemus. In primis illud, quod dudum ante oculos fere omnium vertebatur, occurrit: cujusnam rei causa videlicet intercessit, indica nobis; quod dilectio tua non modo tantis opportunitatibus indesinenter exortis, verum etiam sæpenumero a decessoribus meis literis * invitata, velut obstinato silentio, nunquam super hanc partem aut consulere quidquam volueris, aut referre. Cumque nos aliquid temere sinistrum (quod absit) de tua mente conveniat opinari: tamen quia venerabilium virorum, qui ecclesiam, cui præsides, ante rexerunt, morem formamque destituas, ullo modo possis non esse suspectus.

Certe si (quod non credimus) dedignaris B. apostoli victoriis reverentiam tuis deferre fastuosis affectibus, memor saltem officii pro

A fidei integritate catholicæ, pro paternarum custodia sanctionum, pro synodi Calchedonensis constitutione servanda, quæ Nicæni conventus penitus probat articulos; atque pro eis ubique hostibus comprimendis, sicut orthodoxorum urbis illius imitator antistitum; constanter exurgere debuisses: quoniam te aliter inter membra corporis Christi monstrare non possis, nisi nullatenus providere desisteres illis, quæ per totum mundum dicuntur obrepsisse, contagiis.

Proinde adire debes sæpius Christianæ mentis Augustum, & causas eidem salutis suæ atque etiam imperii redditurus, & conservandi
B ejus auxilium frequenter ingerere, unde inimici illius corruerint, & qua via idem surrexerit, nihilominus intimare ei; scripta illa sensibus pietatis ejus offerre, quibus decessorem meum eximia laude extulit, eo quod hæreticam catholicæ tyrannidem veritatis assertione confoderit: Item illa quoque, quibus Petrum Alexandrinum ab Alexandrinæ cervicibus excussit ecclesiæ, & sanctæ memoriæ Timotheum revocavit orthodoxum: Nec illa præterire, quibus episcopis & clericis, laicisque per omnem Ægyptum constitutis, quod a divina Christiana professione deviassent, sicut catholicus imperator obtestans, nisi intra duos menses ad communionem Timothei redirent, hono-
C ribus, ecclesiis, omnibusque in illa regione denuntiavit esse privandos: Simul etiam quibus Petri, quem illicite se Alexandrinæ ecclesiæ injecisse perhibuit, ac Timothei hæretici jam defuncti ordinationes, vel ea quæ secreto per modos dicebant, ita recassavit: Necnon etiam illud adnectere, quod cum Timotheus sanctæ memoriæ catholicus fungeretur extremis, divinæ inspirationis instinctu, tam ad ejus pontificis consulta rescribens, quam ad urbis Alexandrinæ clerum, omni providentia mandaverit præcavendum, ut si præfatum dominus sacerdotem transire jusserit, non nisi de catholicorum corpore clericorum, & qui orthodoxæ fidei probaretur esse disci-
D pulus, omnibusque communicaret ecclesiis; atque a catholicis ordinatus succederet defuncto pontifici: nimirum sapienter intendens, Petrum, qui aut a nullis, aut ab hæreticis falsi nominis hujus honore jactaretur, super * petram catholicæ ecclesiæ, e qua ejus temeraria fuerat præsumptione depulsus, nunquam posse penitus præsidere. * unde Petrum

Hæc hujusmodi quæ gesta sunt; & dilectionis tuæ conscientiam non latent, convenerat sæpius impertiri: præcipue cum in his Christianissimo principi promulgandis, quando ad regiam potestatem Deo comitante remeavit, operam tuam missis huc literis non tacueris
E vehementer impensam esse, dignam catholico pontifice; gloriareris omnes qui contra sedem * vestram, contraque Calchedonensem synodum, & contra prædicationem sedis apostolicæ venire tentaverint, fuisse prostratos: quo magis te pro tua salute & professione ferventius apud clementiæ ejus aures oportuerat talia incessabiliter allegare, ac magnopere deprecari, quo nec suam, quam catholica mente deprompserat, violari ullatenus pateretur cujuslibet subreptione sententiam: nec adversus universalis ecclesiæ sanctionem per hæreticorum furias, quas, Deo inspirante, pietas ejus eli- * nostram } Felix papa redarguit Acacium

tacitæ conspirationis cum hæreticis.

eliſerat, ſineret denuo pullulare, quam manifeſtiſſime pervideres; ac tua modis omnibus prædicatione rurſum in ea quæ extiterant ei adverſa conſurgeres, atque eadem ſine dubitatione firmares: quando huic reluctantia, ſicut dudum fuerant ſubverſa, jacuiſſent; ne vel tuæ (quod abſit) fidei deſtitutor, vel perfidiæ diceeris fautor alienæ. Error enim, cui non reſiſtitur, approbatur; & veritas, quæ minime defenſatur, opprimitur. Deinde cum tibi, domino præſtante, apud dominum filium noſtrum religioſum principem familiaritatem eſſe noverimus: nullus unquam potuit ſuaderi, dilectionem tuam nequiviſſe gerere, quin potius noluiſſe. Et ideo quia non impoſſibilitatis eſſet, quod taceretur: ipſe quoque non ambigis, quid hinc univerſalis judicare poſſit eccleſia.

Vbi eſt, frater Acaci, labor tuus, quo tyrannidis hæreticæ tempore deſudaſti? Patieris hoc damno conſcientiæ tuæ ejuſmodi perire mercedem? Reſpice apoſtoli verba, quæ teſtantur: *Currebatis bene: quis vos confaſcinavit?* (Galat. 5.) Cur eorum, frater, quærere ſemitas veteres nunc relinquis? Cur irruentibus in ovile dominicum lupis, nulla vigilantia miniſterii paſtoralis obſiſtis, ſed æquanimiter atque ſecurus commiſſum gregem aut laniari perſpicis, aut necari? Non dicentem recolis dominum, & animam ſuam quidem pro ovibus ponere pios pro devotione paſtores; mercenarium autem de his curam penitus non habentem, mox ut beſtiam forte conſpexerit, ſine ulla diffugere conſideratione teſtantem? Verum cum tibi fugiendi nulla ſi cauſa (nam nulla formido eſt) metuo, ne ſepta dominica non tam pavore deſerere, quam (quod eſt deteſtabilius) ſponte videaris ſævis dentibus * objeciſſe.

* dejeciſſe.

Auſculta vocem ejuſdem domini præmonentis: *Qui mecum non eſt, contra me eſt: Et qui mecum non colligit, diſpergit.* (Luc. 11.) Et diligenter attende, nihil aliud eſſe, non procurare quæ Chriſti ſunt, niſi ſe palam profiteri ejus inimicum. Non deſperemus facere, frater, veram ſalvatoris noſtri ſententiam, qua ſe uſque ad finem ſæculi eccleſiæ ſuæ non defuturum eſſe pollicitus eſt: nec ab inferi portis eam dixit eſſe ſuperandam; & quæ omnia per apoſtolicæ ſcita doctrinæ ligarentur in terris, nec in cæleſtibus memoravit abſolvi. (Matth. 28. Matth. 16. Matt. 16. 18.) Neque putemus, quod quibuſlibet ſit vallata periculis, unquam pondus vigoris ſui, vel cenſura beatiſſimi Petri, vel auctoritas univerſalis amittat eccleſiæ: quæ quanto magis cavet ne mundi proſperitatibus intepeſcat, tanto non frangitur, ſed potius erudita divinitus, creſcit adverſus. * Vnde perſpiciendum eſt, ne eam, quæ nullis poteſt obrui * motibus procellarum: quicumque eam ſubmergere nititur in ipſo ſæculi pelago fluctuantis, ipſe potius a gubernatione ſalutari in profunda dejectus, illa prævalente, mergatur.

* ubi.
* molibus.

Perſtringitur Acacius a Felice papa.

Atque ideo, cum ita ſit, moneo, hortor, & ſuadeo, ut quæ commiſſa ſunt corrigas, & ſequentibus ſtudiis de te facias meliora ſentiri: *Negligere quippe, cum poſſis deturbare perverſos, nihil eſt aliud quam fovere. Non " caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui evidenter " facinori deſinit obviare.* Vnde ſi contra ſynodi inſtituta Calchedonenſis tendere hoſtilia corda perſpicis, quieſcis: mihi crede, neſcio quemadmodum te eccleſiæ totius aſſeris eſſe principem. Ad te oculos præterea non reducis; quia non ſolum in hac cauſa adverſus omnem catholici dogmatis tendatur unitatem, ſed etiam cunctis hæreſibus, quæ vel ſe nobis melius ſentire prætendunt, reſumendi vires, atque inter uſus priſtinos reſurgendi, latus campus aperitur, ſi ſemel quod a noſtris majoribus eſt depoſitum, qualibet occaſione pulſetur.

Veriſſima veritatis norma
" Nec
" evidenti

Vnde iterum atque iterum proteſtamur, ne in abruptum totius eccleſiæ ſtatus per audaciam contra ſynodum catholicam inſurgere molientium ſinatur abduci. In quo quidem certamine firmum fundamentum Deus ſtatuet, ſicut de eo nobis licet ſperare; & novit dominus qui ſunt ejus. Verumtamen, ſalvo eo, quod in die judicii talem a nobis eccleſiam, certum eſt, qualem a patribus accipimus, exigendam; etiam in hac vita ſe ad eam non pertinere cognoſcat, qui non ſolum plenitudini ejus noxia conatur inferre, ſed etiam qui ea quæ eidem congruentia ſunt, diſſimulat providere. Abſit, ut de tua dilectione taliter nos credamus, quem & dudum pro catholica fide viriliter ſtetiſſe reminiſcimur, & a totius eccleſiæ corpore nolumus diſcrepare. Quapropter inſtantius (qui te ſincero diligimus caritatis intuitu) crebro repetitis hortationibus incitamus, ut ipſe viciſſim ea poſt hæc devites, quæ te ab omni domo Chriſti oſtendant eſſe disjunctum; nec magis illa ſecteris, quæ ab eadem te faciant eſſe diviſum. Multa vero (quia non opus fuit literis univerſa congerere) quæque utilitas negotii præſentis efflagitat, fratribus & coepiſcopis apoſtolicæ ſedis legatione fungentibus, vel cum domno filio noſtro clementiſſimo principe, vel cum tua dilectione colloquenda mandavimus: * quod æquum eſt & pro catholicæ fidei obſervatione prompta mente ſuſcipere, & pro tuæ æſtimationis intuitu neceſſariam apud auguſtæ mentis benevolentiam ſuggeſtionibus adjuvari.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Epiſtola*] Hæc epiſtola eſt illa ſynodica, quam patres concilii Romani a Felice pontifice ad Acacium tranſmittendam eſſe cenſuerunt. Qua de re infra in notis ejuſdem concilii. Hactenus nuſquam edita, nunc primum e penetralibus bibliothecæ Baronianæ ejuſque annalibus in lucem emittitur. Extat in pervetuſto codice Creſconianæ collectionis. Hujus & ſequentium epiſtolarum a Felice ſcriptarum meminit Euagrius lib. 3. cap. 18. 19. & 25. Item Liberatus in breviario cap. 18. (Epiſtola ſynodica.)

b *Felicis ad Acacium.*] In allegato codice hæc inſcriptio his literis præfigitur.

c *Per Vitalem & Miſenum.*] Quarum civitatum epiſcopi hi legati fuerint, nuſquam apud aliquem hiſtoricum expreſſum invenitur. *De Miſeno tantum*, inquit Baronius, *in conſtituto Vigilii Romani pontificis de tribus capitulis reperimus eum nominatum eſſe Cumanum epiſcopum: ſed in ſcripto perantiquo codice noſtræ bibliothecæ, cui eſt titulus,* Concordantiæ canonũ, *inter alia ineſt breve compendium hiſtoriæ, complectens tempora ab ortu Neſtorii hæreſis uſque ad concilium Romanum ſub Felice papa, in quo damnatus eſt Acacius: quod licet ſine auctoris nomine editum reperiatur, alicujus qui hoc ſæculo vixit, & veritatis ſtudioſus fuit, eſſe videtur: in hoc inquam opere, inter alia habentur hæc de his legatis miſſis Conſtantinopolim.* Poſtquam ergo Felix papa literas prædeceſſoris ſui nihil proficere cognovit, & ludibria quædam in everſionem fidei ab Acacio fieri: tunc Vitalem epiſcopum Droentinum ex regione Picena, & Miſenum Cumanæ eccleſiæ epiſcopum ex regione Campaniæ direxit, &c. *Sed pro Droentinum legendum eſt Truentinum. Erat enim tunc ea civitas apud fluvium eo nomine nuncupatum Truentum, hodie vulgo, Tronto dictum: meminerunt ejuſdem civitatis Plinius, Ptolemæus, & alii.* Hæc de legatis Conſtantinopolim miſſis Bar. anno 483. num. 19. (Vitali[s] Miſen[us] qui.)

EPISTOLA

II. [a] AD ZENONEM IMPERATOREM.

Pro ecclesia Alexandrina supplicat: quidquid antehac pro defensione ejusdem ecclesiæ dixit aut fecit, commemorat, ut posteriorem Ioannis Alexandrini episcopi ejectionem, & Petri Moggi restitutionem reprehendat.

Incipit epistolæ exemplum beatissimi papæ Felicis urbis Romæ ad Zenonem Augustum per Vitalem & Misenum episcopos.

DECEBAT profecto, venerabilis imperator, post sanctæ memoriæ decessoris mei transitum, meque in ejus locum divina gratia subrogatum, clementiæ tuæ literarum munus offerre: quod vel ea, sicut rerum poscebat ratio, nuntiarem, vel officiositatis meæ primitias exhiberem: quibus tamen rite depensis, etiam illa pariter necterentur, quæ ad vestri munimen imperii, prosperitatisque ejus suffragia pertinerent; quantoque essent studio majore curanda, tanto dignioribus internuntiis explerentur. Itaque conveniens fuit, ut Vitalis & Miseni fratrum & coepiscoporum meorum, & famuli vestri Felicis ecclesiæ defensoris ad vos necessariam legationem mitterem, qui non tam bajuli specie ista deferrent, quam meam vicem peragentes, me quodammodo vobis facerent esse præsentem. Per hanc igitur, velut cominus honorificentiæ tuæ junctus colloquiis, precor ut supplicationem meam benignis auribus, sicut princeps Christianus, accipias. Nec existimet pietas tua, quod quisquam magis sincera mente te diligat, quam qui te pacem in Deo vult habere perpetuam: quando fidei mente non ambigas, & temporalis culminis potestatem & æternæ vitæ commercia de superna propitiatione pendere.

Ecce jamdiu est, quod beati apostoli sedes, datis per beatæ memoriæ decessorem meum ad serenitatem tuam literis, expectans, & nullum recepit pro catholica fide, pro * occidentalium tranquillitate responsum; præsertim cum tuam conscientiam, gloriosissime princeps, metuendis obstrinxerit illa sacramentis, ne sedes beati evangelistæ Marci a doctrina magistri sui, vel communione permitteres separari. Sed quoniam præfati decessoris mei studium, longa incommoditate faciente, hæc eadem crebrius iterare non potuit; per meæ nunc humilitatis officium solicitius repetere non quiescit. Rursus ergo apostoli Petri veneranda confessio materne instat vocibus, & suorum præcipue filiorum compellare non desinens confidentiam tuæ pietatis, exclamat: CHRISTIANE princeps, cur me a curriculo caritatis, quo ecclesia universalis astringitur, permittis incidi? cur in me rumpis totius orbis assensum?

Quæso te, fili piissime, ne tunica domini desuper contexta per totum, qua in unum corpus sancto Spiritu ubique regente, individuam fore Christi figuravit ecclesiam, ulla patiaris sorte violari: neve cujus inter ipsos qui crucifixerunt salvatorem, mansit integritas, tuis videatur temporibus esse divisa. Nonne mea fides est, quam solam esse unam, & nulla adversitate superandam dominus ipse monstravit, qui ecclesiæ suæ in mea confessione fundatæ portas inferi nunquam prævalituras esse promisit? Hæc te renatum ad regiam sustu-

A lit dignitatem, atque ab ejus impugnatoribus potestate extrusa, prævalendi tibi denuo viam in ipsius defensione patefecit.

Verum quæso propone etiam exempla gestorum, & hanc vicem meis repende beneficiis, ut quæ per rerum examina comprobasti, & periculosa præcaveas, & subsidia recuperatæ a te dignitatis affectes. Hæc rogo, quæ dicta Deus esse voluit per dictæ sedis antistitem, vel per mei ordinis parvitatem, qui tuæ securitatis intuitu, hujuscemodi ideo promenda judicavit, ut non tam per ejus qualemcumque vicarium, sed præsentis apostoli velut auctoritate commonitus, altius vias & divinæ reverentiæ & humanæ conditionis aspiciens (quod B absit) non ingratus existere videaris collatæ felicitatis auctori. Redeat, obsecro, in animi tui integra deliberatione conspectum, quæ inimicos tuos facta dejecerunt; quæ te ad imperiale fastigium Deo comitante revexerint; qualiter illi cum nefanda dogmatis receptione conciderunt; & quemadmodum gloria tua in hæreticorum fuerit depulsione reparata: ut illi contra Calchedonensis synodi venerabilia constituta, & beatissimi papæ Leonis scripta venientes, ipsa sui molitione collapsi sunt; & quibus modis eorum reformationes ad pristinum * remearunt tuarum reverentiam principatum. [* repararunt]

Liceat, oro, apud te fidenter * exponere, quem convenit non tacere. Vnicum in te su- [* exercere] C perest prisci nomen imperatoris. Ne, quæso, nobis salutem tuam, pie imperator, invideas: ne fiduciam pro te minuas supplicandi. Causæ, quibus dominus sit propitius, inquirendæ sunt, non quibus ejus indignatio provocetur. Convenio, contestor, obtestor; quoniam metuo, horresco, formido, ne mutatione causarum (quod absit) mutetur eventus. Respice propitius ad decessores tuos augustæ memoriæ Marcianum scilicet & Leonem, & tantorum principum fidem, legitimus eorum successor: amplecti debes illorum in religione consensum, quorum debes memoriæ reverentiam. Absit a tua devotione, D absit a tua potestate, ut talium credaris respuisse judicium.

Postremo professionem tuam, conscientiamque recolendam sensibus tuæ pietatis insinuo. Palatii tui facito scrinia recenseri, & scripta illa diligenter investigari, quæ ad apicem summæ regrediens potestatis ad decessorem meum pietas tua pro communi gratulatione direxit: his cum semper magna laude prosequeris, quod hæreticam tyrannidem prædicationis catholicæ vigore contriveris, qua utique istius veritatis prædicatione nihil aliud quam de Eutychiano labores errore prorsus abolendo, ejusque sequacibus excludendis. Hæc pro synodi Calchedonensis definitione E servanda, reducendoque sanctæ memoriæ Timotheo rectæ fidei sacerdote, tota sua textus serie pie locuta est. Hæc certe tua mansuetudo cognovit: hec res incognitas tua clementia, proferre potuisset, & palam aperteque professa, quod laudum tuarum testificatione firmasti.

Requirantur illa quoque, quæ ad sanctæ memoriæ Timotheum orthodoxum Alexandrinum episcopum serenitatis tuæ paginæ sunt locutæ, atque ex ipsis actibus intuere, nisi Pe-

[Ex prioribus posteriora redarguit.]

Petro ex ea memorata urbe secluso, qui ei ecclesiæ tunc temporis incubabat, supradictum Timotheum non fuisse revocatum. Vos ad eumdem venerandæ recordationis pontificem jam reductum sacras venerabiles mox dedistis, quibus fideli pectore gloriabamini, quod sanctæ ecclesiæ magnæ civitatis Alexandrinæ providens orthodoxæ fidei, dominus noster ac salvator verum restituerit sacerdotem. Ubi manifestum est, quia cum verum dicitis, illum fuisse falsum qui pulsus est, ostenditis: & cum in venerando Timotheo orthodoxo fidem dominum testamini reduxisse, perversam in omnibus in Petro perhibetis refutasse doctrinam, non ob aliud, nisi quia & ille qui orthodoxus pronuntiatur & verus, Calchedonensi B synodo (sicut ejus tunc missa tenet professio) consentiebat; & iste qui falsus & perversus ejicitur, ab ejusdem synodi tramite discrepabat.

Denique cunctos episcopos Ægypti, universosque * cleros increpastis, vestris generaliter apicibus sancientes, ut nisi intra duos menses ab his quæ a principio contra canones, contra ecclesias Dei, contra orthodoxam fidem cogitaverunt, abstinerent, atque beati Timothei communione, quam impie reliquerunt, dignæ pœnitentiæ satisfactione remearent; non solum despoliandos honoribus, verum etiam & Alexandrina urbe & omni Ægyptiaca regione carituros: injuC stum enim videri, sicut Christianus imperator affirmans, ut qui se ad ecclesiam, quæ ubique terrarum est, segregarent, haberent sacerdotes, aut ullo sacro ministerii nomine censerentur. Vos indigne ferentes ab Alexandrinis seditiones concitatas, eos qui propter ordinem clericalem simili deceptione tenebantur, nisi salutaribus monitis obedirent, tali pœna dignos arbitrabamini.

Quæ in Petrum pro Timotheo.

Vos Petrum speciali notantes elogio, quod illicite se Alexandrinæ injecisset ecclesiæ, omnes qui tam ab eo quam hæretico Timotheo jam defuncto fuerant ordinati, si infra finita tempora resipiscerent, ad communionem catholicis Timothei mandastis recipi, (non D etiam ad male præsumpti gradus privilegia decreveratis admitti) consequenter addentes ceteros deteriora subituros, si eligere meliora noluissent. Vos cujuslibet post has varias satisfactionis causas cunctis penitus abstulistis, quibus ipsos ab unitatis consortio discedentes, recensuistis tulisse judicium. Vos de ipsius persona Petri quidquam denuo defricandi, sapienti consideratione tacuistis: quippe quem ecclesiæ arce dejectum, simul pervasi pontificii videretis honore nudatum; nec ullo modo fieri posse, ut unquam vel orthodoxis præsideret, qui aut a nullis, aut ab hæreticis fuerat institutus, vel recidiva toties te- E meritate violentus ovile dominicum subdolus & invidiosus intraret.

Atque ideo quod corrigendis ejus prætendebatis sectatoribus irrogandum, huic jam quasi magistro sceleris rationabiliter deputabatis inflictum: ut quibus fratres merserat ad ruinam, fieret ipse metuendæ damnationis exemplum: quodque adeo verum est, ut superstare venerando Timotheo legionem solicite jusseritis, si eidem humanitus aliquid evenisset. Vos non nisi de catholicorum colle-

A gio clericorum & a catholicis consecratum subiistis videre pastorem: quia ubique nullo ritu sub vestræ serenitatis obtutibus hæresis ipse præcipuus Eutychianæ dementiæ potuit esse vel dici orthodoxi successor antistitis. Quo igitur animo bestiam, quam a gregibus Christi duxistis abigendam, in eorum denuo patimini sævire perniciem? Certe legibus, quas universis imponitis, magis vultis vinci, quam promulgare contraria; quanto satius fuerit, intemerata persistere quæ heri pro integritate retinenda totius ecclesiæ protulistis, quo & tui catholici imperii auctoritas inconvulsa permaneat, & nihil accedat quod actibus apud dominum uestræ felicitati obsistat.

Cernis enim, venerabilis imperator, quia ut Calchedonensis synodi indubitata defensio, inimicorum ejus elisio est, sic vicissim manifesta illius impugnatione comprobatur hostium venerandæ ipsius * cognitionis evectio. Meministis quemadmodum verba divina nos instruant, *neque in dextrum neque in sinistrum limitem recta dispositionis excedere, sed via* (ut scriptum est) *regia mediaque gradiendo*, hinc atque inde Nestorii Eutychetisque sacrilegia condemnata detestans, ita magnæ pietatis prædicans sacramentum, ut omnipotentis Dei patris consubstantiale sempiternumque Verbum, quod incommutabili deitate & incarnatum est, & ab ipso ineffabilis conceptionis exordio, quam sibi in utero virginis matris potenter instruxit, unum eumdemque Iesum Christum dominum nostrum, unum eumdemque & Dei & hominis Filium, unum eumdemque inconfuse, indivise Deum hominemque veraciter permanentem intemerata Patris lege prolatum, in hoc mundo fuisse * conspicuum, divina simul humanaque gessisse; mortuum, atque ex mortuis exurgentem, in Patris dextera residere: itemque inde venturum, ut est visus ire in cælos, eatenus profiterentur, quatenus librorum memorat traditio divinorum, & Nicæni concilii forma, sicuti cuncti retro prædicavere pontifices: sic eorum tam Ephesino primo competenter inserta conventui, quo beati papæ Cælestini temporibus Nestoriana pestis extincta est, quam datis augustæ memoriæ Leoni sanctæ memoriæ Leonis papæ epistolis capitula subjecta testantur: quibus vir ille consulens etiam totius orientis episcopis, eorumque responsa, subscriptionesque super synodi Calchedonensis approbatione suscipiens, ea nullatenus passus est mutari; quo magis Christiana mente perpendit, & hoc esse verum, quod cum divinis assertionibus catholicorum de toto orbe doctorum longe antequam hujusmodi quæstio nasceretur, consonantia ubique dicta concinuerant; & ideo nulla iteratione refodienda, quæ constarent jure damnata: ne non solum causa præsens in omne catholici nominis extendat exitium, sed etiam cunctis residuis publica bella resumendi pandatur occasio, si quolibet modo, quod semel a veteribus universaliter decisum est, retractetur: uti esse jam pervidetis Alexandrinæ ecclesiæ perversorem, funesta diu impunitate grassantem, vestris præceptionibus, quibus merito dudum probatur ejectus, esse nihilominus abigendum.

* prote-ctionis

Deut.

Veræ doctri-

* persp-cuum.

An

An non ipse est per triginta annos catholicæ desertor ecclesiæ, inimicorumque ejus sectator & doctor, & ad fundendum sanguinem semper velox fuit & promptus? Numquid ad hanc istam dissimulationem sumus quadam ex * conviventia præceptoris? In quo revera non est opus discussione subtili; quia ejus aperta sunt crimina. Dolet certe pietas tua, quod per diuturnos partis alternæ gravesque conflictus multi ex hoc sæculo videantur ablati aut baptismatis aut communionis expertes. Sub hoc ergo præsule ne sint baptizati, & efficiantur hæretici, & sine communione transeant, ne in perditorum pravitate deficiant: ut quemadmodum scriptum est, *Cæcus cæco ducatum præbens, cum eodem mergatur in foveam.*

B Non est hoc, oro te, acerrimum decrevisse periculum, quando nec sauciis adhibetur firma curatio, & sanis ingeritur miseranda contagio? Nam quomodo aiunt sedari posse, si in futuro furores suos patiantur? Quid est illud dicere jam causam nullam superesse certaminis, nisi hæreticis victoria tribuatur? Proinde quibus inferri castigationis aliquid etiam corporalis, ut pater benignus, horrescis; multo clementius eorum animas non patiaris intercipi, sed pia depositione compressos tandem subdi facias catholice sacerdoti: ut veræ generationis effectum, & securum sibimet profuturæ communionis auxilium consequantur. Subjecit vobis divina providentia facultatem, qua itidem effringatis opera perfidorum. Depulit ille nostræ religionis vastatorem: vos ab ejus ecclesiæ cervicibus irruptionem deturbate prædonum. Pacavit ille rempublicam (sicut vester quoque sermo testatur) a tyrannide hæretica: libertatem vos, ab ipsis hæreseos præceptoribus populos eruentes, Christianis restituite. Ille vos aulæ legitimæ restituit, imperatoris jure suffultos: reddite vos magistro discipulum; sedem beati Marei evangelistæ ad communionem beatissimi Petri, de vitæ eorum meritis devotione reducite: ut ipso in vobis opus bonum perficiente, qui cœperit, secure audire mereamini: *Qui perseveraverit usq; in finem, hic salvus erit:* & ad tuæ gloriæ cumulum, ita vice Dei præsideas, verendus veraciter existens divinitatis imitator, atque adhuc in rebus temporalibus constitutus, jam experiaris & munus in æternam tibi beatitudinem præparatum. Matt. c. 10. v. 24.

Quod vero cuncta literis non potuerunt comprehendi, quæ negotii qualitas non finit præteriri: quædam venerabilibus nostris fratribus & coepiscopis meis, quibus cura legationis injuncta est, proprio apud vos agenda sermone commissa sunt. Precor ut ea quæque & audire benignus, & indifficulter annuere, tum pro catholicæ observantia veritatis, tum etiam pro regni vestri incolumitate, dignemini.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Epistola.*] Hæc est illa synodica Felicis papæ epistola, quam consilio synodi Romanæ dedit ad Zenonem imperatorem: qua occasione, in notis illius synodi dicemus infra. Ex codice Cresconianæ collectionis supradicto in hanc editionem conciliorum nunc recens translata est.

III. AD a PETRUM FULLONEM EX SYNODO ROMANA.

Ostendit Petrum Fullonem, alias Cnapheum, non solum in Valentini, Manichæi, Arii, Sabellii, Apollinaris & Eutycheris hæreses, verum etiam in errores gentilitatis plures deos asserentis incidisse. Deinde monet ut resipiscat, & " quod in Trisagio, *Crucifixus propter nos*, addere non oporteat.

Felix episcopus a, *Petro episcopo Antiochiæ.*

a Edidit Gr. Binius cum seqq. epistolis sub finem conc. CP. sub Menna Gr. vero & Lat. R. P. Fronto Ducæus in appendice ad Zonaram.

C ΤΙΣ δώσει τῇ κεφαλῇ μου ὕδωρ, καὶ τοῖς βλεφάροις μου πηγὴν δακρύων; Ποῖον δὲ καὶ ἄξιον ὀδυρμὸν προσοίσω τῇ ἐμαυτοῦ ψυχῇ, συναλγῶν τῇ τοῦ δεσπότου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ ἁγίᾳ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ; Κλαίουσα ἔκλαυσεν αὕτη ἐπὶ υἱοῖς καὶ θυγατράσιν αὐτῆς, καὶ οὐχ ὑπάρχει ὁ παρακαλῶν αὐτὴν, ἀπὸ πάντων τῶν ἀγαπώντων αὐτήν. ἅπαντες οἱ καταδιώκοντες αὐτὴν τύραννοί τε καὶ αἱρεσιάρχαι, κατέλαβον αὐτὴν διὰ σοῦ, ἀδελφὲ τιμιώτατε· καὶ οἱ θλίβοντες αὐτὴν, ἐγένοντο εἰς κεφαλὴν αὐτῆς. πᾶσα ἡ εὐπρέπεια αὐτῆς, τὸ ὅσον ἐπὶ σοὶ, ἐγένετο εἰς οὐδέν. Ἰδόντες οἱ ἐχθροὶ αὐτῆς, ἐχάρησαν ἐπὶ τῇ ἀπωλείᾳ τῶν τέκνων αὐτῆς. οὓς γὰρ ἐξέθρεψεν, ἐπιθλιψήσατο, οὓς D εἰς μέτρον ἡλικίας ἀνήγαγε, γαλακτοτροφήσασα προφητικοῖς καὶ ἀποστολικοῖς δόγμασι, τούτους ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ διὰ δηλητηρίου ἐφόνευσας. καθ' ὃν γὰρ τρόπον οἱ τὴν ἁλιευτικὴν μετερχόμενοι, βρώμασι τὸ ἄγκιστρον καλύπτουσι, καὶ ἀπροόπτως τοὺς ἰχθύας ἀγρεύουσιν· οὕτως καὶ σὺ τῇ τῶν ἀγγέλων ὑμνολογίᾳ προσθήκην ἐπήγαγες, καὶ τρισαγίᾳ λιτῇ, ὡς ἐκ προσώπου εὐσεβείας, ἀσέβειαν ἐπενόησας δεινήν. ἐκ πολλῶν γὰρ ἐπαρχιῶν τῶν κατὰ τὴν ἀνατολὴν γράμματα ἐδεξάμεθα, τὰ σημαίνοντα ἡμῖν, ὡς ὅτι ἡ σὴ θεοφιλία τὸ πάλαι σιωπηθὲν

C QUIS *dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum?* qualem autem & dignum fletum adducam animæ meæ, codolens domini salvatoris nostri Christi sanctæ catholicæ & apostolicæ ecclesiæ? *Ipsa enim plorans ploravit super filios & filias suas, & non est qui consoletur eam, ex omnibus qui diligunt eam.* Universi tyranni & hæresiarchæ persequentes ipsam, *apprehenderunt eam* per te, frater honoratissime, & affligentes ipsam, *facti sunt in caput ejus.* Omnis decor ipsius, quantum in te est, factus est ad nihilum. Videntes inimici ejus, gavisi sunt super perditione filiorum ejus. D Quos enim foverat, quos enutrierat, quos ad mensuram ætatis produxerat, lacteque paverat, propheticis & apostolicis doctrinis, hos tu uno temporis momento veneno necasti. Quemadmodum enim qui piscationem sectantur, hamum esca contegunt, & ex improviso capiunt pisces: sic & tu angelicæ laudationi additionem induxisti, & trisagiæ deprecationi, quasi pietatis obtentu, diram impietatem excogitasti. Ex pluribus enim orientalibus provinciis literas suscepimus, significantes nobis, quomodo veneratio tua dudum sopitum

Iere. 9.

Thre. 1.

Valen-

Valentiniani dogma resumpsit, & irritatur a vobis salvatoris incarnatio; quodque in Manichæorum dogma & Arii, & Apollinaris, Paulique Samosateni incidistis. Dicere enim unigenitum filium & dominum nostrum Christum Iesum perfectum non esse in deitate, atque in humanitate perfectum, nec ipsum subiisse passionem crucis, sed unam verbi Dei naturam incarnatam, corpusque domini sine anima & mente, Apollinaris hæresim roborat. Ille enim ignoravit, quod ab ipsis mundi nascentis exordiis primum anima primi parentis nostri mortua est, vel in mortem præcipitata est, atque ita demum corpus. Dictum quippe illi est a Deo: *In quacumque die comederitis de ligno scientiæ boni & mali, morte moriemini.* Itaque juxta latam in illum a Deo sententiam, in ipsa secundum animam mortuus est. Nam ipsius corporis mors post nongentos & triginta annos contigit. Itaque donum non dimidiatum fecit, sed totum simul Adam ex utero virginis sumpsit, ut etiam perditum, totum salvum faceret. Idcirco & dominus ipse dicebat: *Ego animam meam pro ovibus pono.* Valentini item & Marcionis, Manichæorumque ac " gentilium innovare vis dogmata. Si enim Deus est, qui divisibiliter atque substantialiter est mortuus, similiter sanctus Spiritus Deus, & ipse divisibiliter ac substantialiter invenietur: sicque juxta tuam & illorum rationem, tres dii erunt, ac per hoc plurium deorum invalescet error: quantumque in te est, evacuabitur illud: *Audi Israel, dominus Deus tuus, dominus unus est.* Item quod ait Ieremias: *Hic Deus noster, non reputabitur alius ad eum.* Similiter & dominus: *Ut cognoscant te solum verum Deum.* Cumque scriptura dividuam Trinitatem prædicet, tu & hi, qui ante te fuerunt hæresiarchæ, tres Deos dogmatizare ausi estis, alium quidem dicentes Deum patrem præter filium, & alium Deum filium præter patrem: rursusque alium Deum Spiritum sanctum præter patrem & filium. Atque alium quidem mortalem & noviter genitum, alium vero æternum atque immortalem. In his autem noxiis verbis tuis, contraria sentire vis patribus, qui in Nicæa, & qui in Constantinopoli, atque Calchedone convenerunt, qui & consubstantialem roborarunt, & unam deitatem patris & filii sanctique Spiritus prædicarunt, atque Arii amentiam confuderunt. At vero tu in ecclesia ausus es dicere, quod unus increatæ atque individuæ Trinitatis, passionem subiit: & per hoc consubstantialem quoque solvere niteris, ac Deum subjicere numero. Si enim unus sanctæ Trinitatis & coæternus, qui crucifixus est Deus, * hoc est filius: sunt autem duo S. Trinitatis, pater & spiritus sanctus: dicuntur autem dii, & non (ut habet vera ratio) Deus, sicut tradiderunt nobis, *qui ipsi inspexerunt, & ministri fuerunt verbi,* inveniris quoque consubstantialem solvere.

Margin notes: A; B — Genes. 2.; Ioan. 10.; " Basilidianos addit Græca versio.; C; Deut. 4.; Baruch. 3.; Ioan. 17.; D; E; * hic; Actor. 1.

Οὐαλεντίνου δόγμα κατέλαβε, καὶ ἀθετεῖται παρ' ὑμῶν ἡ σωτήριος ἐνανθρώπησις, καὶ ὅτι εἰς τὸ Μανιχαϊκὸν δόγμα, Ἀρείου τε, καὶ Ἀπολιναρίου, καὶ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως περιηνέχθητε. Τὸ γὰρ μὴ λέγειν τὸν μονογενῆ υἱὸν καὶ κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν εἶναι τέλειον ἐν θεότητι, καὶ τέλειον ἐν ἀνθρωπότητι, αὐτόν τε τὸ πάθος τοῦ σταυροῦ ὑπομεμενηκέναι, ἀλλὰ μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ λόγου σεσαρκωμένην, ἄψυχόν τε καὶ ἄνοιαν τὸ τοῦ κυρίου σῶμα, τὴν Ἀπολιναρίου αἵρεσιν κρατύνει: ἐκεῖνος γὰρ μὴ ἐγνωκὼς, ὅτι κατ' αὐτὴν τὴν ἔναρξιν τῆς κοσμοποιΐας πρῶτον ἡ ψυχὴ τοῦ πρωτοπλάστου καὶ προπάτορος ἐθανατώθη, καὶ εἶθ' οὕτως τὸ σῶμα. ἐλέχθη γὰρ πρὸς αὐτὸν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ· ᾗ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπὸ τοῦ ξύλου, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε. Κατὰ οὖν τὴν ἀπόφασιν τὴν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ κατ' αὐτοῦ ἐπενεχθεῖσαν, ἐν ᾗ ἡμέρᾳ ἔφαγεν ἀπὸ τοῦ ξύλου τοῦ γινώσκοντος καλὸν καὶ πονηρὸν, ἐν αὐτῇ ἐθανατώθη ψυχικῶς. ὁ γὰρ τοῦ σώματος αὐτοῦ θάνατος γέγονε μετὰ ἐννεακόσια καὶ τριάκοντα ἔτη. Ὁ τοίνυν Θεὸς οὐχ ἡμιτελὲς τὸ δῶρον αὐτοῦ ἐποίησεν, ἀλλ' ὅλον ὁμοῦ τὸν Ἀδὰμ ἐκ μήτρας παρθενικῆς ἀνέλαβεν, ἵνα καὶ ὅλον τὸν ἀπολωλότα διασώσῃ. διὸ καὶ ἔλεγεν ὁ κύριος· ἐγὼ τὴν ψυχήν μου τίθημι ὑπὲρ τῶν προβάτων· κρατύνειν δὲ βούλει καὶ Οὐαλεντίνου καὶ Μαρκίωνος, Μανιχαίων τε καὶ Βασιλιδιανῶν, ἔτι μὴν καὶ Ἑλλήνων τὰ θρησκεύματα. Εἰ γὰρ Θεὸς ὁ ἀποθανὼν διαιρετῶς καὶ οὐσιωδῶς, ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα Θεὸς, καὶ αὐτὸ διαιρετῶς καὶ οὐσιωδῶς· εὑρεθήσονται ὡς κατὰ τὸν σὸν καὶ τὸν ἐκείνων λόγον, τρεῖς Θεοί. καὶ διὰ τοῦτο κρατυνθήσεται τῆς πολυθεΐας ἡ πλάνη. καὶ ὅσον ἐπὶ σοὶ, διεσκέδασται τό· Ἄκουε Ἰσραήλ· κύριος ὁ Θεός σου, κύριος εἷς ἐστι. καὶ ὅπερ ἔλεγεν ὁ Ἱερεμίας· Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν· οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. ὁμοίως δὲ ὁ κύριος· ἵνα γινώσκωσί σε, τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν. καὶ τῆς θείας γραφῆς, ἕνα Θεόν, τὴν ἁγίαν τριάδα καὶ ἀδιαίρετον, κηρυττούσης, σὺ, καὶ οἱ πρὸ σοῦ αἱρεσιάρχαι, τρεῖς Θεοὺς ἐδογματίσατε· ἄλλον μὲν λέγοντες Θεὸν τὸν πατέρα, παρὰ τὸν υἱόν· καὶ ἕτερον Θεὸν τὸν υἱὸν, παρὰ τὸν πατέρα· καὶ πάλιν ἄλλον Θεὸν, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, παρὰ τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱόν· καὶ τὸν μὲν θνητὸν καὶ νεογενῆ, τὸν δὲ ἄναρχον καὶ ἀθάνατον: ἐπὶ τούτοις δὲ τοῖς βλαβεροῖς σου φρονεῖν, τῶν τε ἐν Νικαίᾳ ἀθροισθέντων, καὶ ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει, καὶ ἐν Καλχηδόνι, ἁγίων πατέρων, τῶν καὶ ὁμοούσιον κρατυνάντων, καὶ μίαν τὴν θεότητα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος κεκραγότων· κατὰ τὴν Ἀρείου φρενοβλάβειαν, καὶ σὺ ἐτόλμησας εἰπεῖν ἐπ' ἐκκλησίᾳ, ὅτι ὁ εἷς τῆς ἀκτίστου καὶ ἀδιαιρέτου τριάδος τὸ πάθος ὑπέμεινε· καὶ διὰ τοῦτο ἐδοκίμασας λύειν καὶ τὸ ὁμοούσιον, καὶ ἀριθμῷ ὑποβάλλειν τὸ θεῖον. Εἰ γὰρ εἷς τῆς ἁγίας τριάδος τῆς ἀκτίστου, καὶ συναΐδιος, ὁ σταυρωθεὶς Θεὸς λόγος, τοῦτ' ἔστιν ὁ υἱός· δύο δὲ τῆς τριάδος, ὁ πατὴρ καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα· λέγονται δὲ Θεοὶ, καὶ οὐχὶ κατὰ τὸν εὐθῆ λόγον Θεὸς, καθὼς παραδεδώκασιν ἡμῖν οἱ αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου, εὑρεθή-

εὑρεθήσεται καὶ οὕτως λυόμενον μὲν τὸ ὁμοούσιον, A (θνητὸν γὰρ καὶ ἀθάνατον ὁμοούσια εἶναι ἔτι οὐ δύνανται) κρατυνθήσεται δὲ οὕτως ὁ τῆς πολυθεΐας λόγος, ἐν τῷ τρεῖς Θεοὺς χριστιανισμῷ καταγγέλλειν. ὁπότε οὖν γέγραπται, ὅτι ὁ λόγος σὰρξ γέγονε, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος· οὐχ ἕτερος Θεὸς ὁ λόγος παρὰ τὸν πατέρα εὑρεθήσεται· λόγος οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ λόγος ἐνυπόστατος. καὶ ὁ υἱὸς εἴρηται, ἵνα ἐκ τῆς ἡμῶν εὐτελείας γνῶμεν τὸ ταυτὸν τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ λόγου καὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου. καὶ γὰρ ἡμεῖς οὐχ ἕτεροι παρὰ τὸν ἡμέτερον λόγον εὑρεθησόμεθα. ἐπεὶ οὖν καθὸ λόγος ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ υἱὸς οὐκ ἠδύνατο εἰς ἰδίαν οὐσίαν παθεῖν, ἵνα μὴ B εἰς τὴν τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ καὶ πατρὸς τὸ πάθος λογισθῇ· μία γὰρ θεότης πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος· πάσχει τὸ γεγονὸς ἴδιον τοῦ λόγου ἔμψυχον σῶμα, ὅπερ αὐτὸς ὁ τοῦ Θεοῦ ἐνυπόστατος λόγος ἐξ αὐτῆς τῆς μήτρας τῆς ἁγίας καὶ ἀπειρογάμου ἑνώσας ἑαυτῷ, προῆλθεν ἐκ γυναικός· περὶ ἧς προμηνυθούμενοι οἱ θεηγόροι ἄνδρες, ἔλεγον· ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, ἐπίστρεψον δὴ, καὶ ἐπίβλεψον ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἴδε· καὶ ἐπίσκεψαι τὴν ἄμπελον ταύτην, καὶ κατάρτισαι αὐτὴν, ἣν ἐφύτευσεν ἡ δεξιά σου· καὶ ἐπὶ υἱὸν ἀνθρώπου, ὃν ἐκραταίωσας ἑαυτῷ. ἄμπελον καὶ υἱὸν ἀνθρώπου, ὃν ὁ λόγος ἐκραταίωσε, συντρίψαι τὰ τοῦ ᾅδου κλεῖθρα, καὶ ζωοποιῆσαι τοὺς ἀπὸ τῶν αἰώνων θανόντας, τὴν σωτήριον τοῦ λόγου C ἐνανθρώπησιν καλῶν. Διὸ καὶ ὁ Θεὸς ἔλεγε τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς· ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος, ὑμεῖς τὰ κλήματα, καὶ ὁ πατήρ μου ὁ γεωργός ἐστι. καί· μέλλει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοσθαι εἰς χεῖρας ἁμαρτωλῶν. ὁ γὰρ τοῦ πατρὸς ἐνυπόστατος καὶ Θεὸς λόγος, δι' ἀκοῆς εἰσπηδήσας τῆς ἁγίας παρθένου, μυστικῶς τὴν κυοφορίαν εἰργάσατο. καθὸ τοίνυν ὁ μονογενὴς υἱός ἐστι τοῦ πατρὸς ὁμοούσιος, καὶ εἷς τῆς ἀδιαιρέτου τριάδος, ἄκτιστος καὶ ἀθέατος, ἐμμεμένηκεν ἀπαθὴς καὶ ἀθάνατος: Τὸ οὖν ἄκτιστον καὶ ἀθάνατον τῇ κτίσει μὴ συντάττε, καὶ τὸν τῆς πολυθεΐας λόγον μὴ κράτυνε, διὰ τοῦ λέγειν τεθνάναι τὸν ἕνα τῆς τριάδος. καθὸ δὲ πάλιν ἐκ γυναικὸς ἐγεννήθη, καὶ ἔστιν ἡμῖν ὁμογενὴς καὶ ὁμόφυλος καὶ ὁμοούσιος, ἄνευ ἁμαρτίας, τὸ πάθος D ὑπέμεινεν. ὅτι δὲ οὐ μόνον ὁμοούσιος ἡμῖν ὁ υἱὸς τὸ κατὰ σάρκα, ἀλλὰ καὶ συγγενὴς, διδάσκει αὐτὸς ὁ κύριος, ἐν τῷ λέγειν, ποτὲ μὲν ἐν εὐαγγελίοις, τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσιν· ἐγὼ ἡ ἄμπελος, ὑμεῖς τὰ κλήματα· ποτὲ δὲ καὶ ἐν ψαλμοῖς· ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου. πόθεν δὲ καὶ ἡ τοσαύτη κακίστη ἔννοια ὑπεισῆλθεν, ὥστε σεαυτὸν καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων εὐσυνετώτερον καὶ σοφώτερον λογίσασθαι; ἐν τούτοις κλαίω, ἐν τούτοις ὀδύρομαι τοὺς ἐχθροὺς τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ, ὧν τὸ τέλος ἀπώλεια, ὧν ὁ Θεὸς ἡ κοιλία, καὶ ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν. οὐκ ἐνενόησας, ὅτι τὸ σκανδαλίσαι E καὶ μόνον ἕνα τῶν πιστευόντων εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ἀφόρητον ἔχει τὴν ἀγανάκτησιν. ἀλλ' οὕτως ἀπαραφυλάκτως, καθάπερ ὁ ὄφις τῇ Εὔᾳ, καὶ αὐτὸς τὸν ἰὸν τῆς ἀπάτης τῷ πλήθει τῶν πιστῶν τῆς ἀκοῆς ἐπέχεας, καὶ τὸν παραδοθέντα ἡμῖν ὑπ' ἀγγέλων τρισάγιον ὕμνον ἐνόθευσας, ἐνθέμενος ἐν αὐτῷ, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς. ἆρα οὐκ ἐνενόησας ἀσεβέστερον σαυτὸν ὁριζόμενος Παύλου τοῦ Σαμοσατέως.

A Quippe mortale & immortale consubstantialia jam esse non possunt: roborabitur autem sic pluralitas deorum, dum tres dii Christianis auribus ingeruntur. Cum itaque scriptum sit, *Verbum caro factum est*, & *Deus erat verbum*: non alius Deus Verbum, præter patrem, invenietur: verbum non simpliciter, sed verbum substantiale. & Deus filius invenietur, ut ex vilitate nostra, identitatem substantiæ patris & verbi & sancti spiritus agnoscamus. Non enim nos alii, præter verbum nostrum, inveniemur. Quoniam igitur unigenitus Dei filius, qua ratione verbum est, in propria substantia B non poterit pati, ne ad omnipotentis Dei patris substantiam passio referatur: (est enim una patris & filii & sancti spiritus deitas) patitur autem proprium animatum corpus, quod ipsum substantiale Dei verbum ex ipsa sanctæ & intemeratæ virginis vulva sibi conjungens, ex muliere processit, de qua sancto spiritu afflati prophetæ cecinerunt: *Deus virtutum convertere, respice de cælo, & vide, & visita vitem istam: & perfice eam, quam plantavit dextera tua: & super filium hominis, quem confirmasti tibi*: vitem & filium hominis, quem confirmavit verbum, ut inferni claustra contereret, & vivificaret eos qui a sæculo mortui sunt, salutarem verbi incarnationem vocans. Id- C circo & dominus dicebat discipulis suis: *Ego sum vitis, vos autem palmites, & pater meus agricola est*: &; *tradetur filius hominis in manibus peccatorum*. Patris enim intimum substantiale verbum ac Deus, per sanctæ virginis aures illapsum, conceptionem ineffabiliter operatum est. Qua igitur parte unigenitus filius est consubstantialis patri, & unus individuæ Trinitatis, increatus atque invisibilis, impassibilis & immortalis permansit. Quod ergo increatum atque immortale est, creaturæ ne applices, neque deorum pluralitatem confirmare pergas, dicens unum S. Trinitatis mortuum esse. Rursus, qua parte ex muliere natum est, & substantiæ nostræ ac generatio- D nis est particeps, absque peccato, sustinuit passionem. Porro, quod non modo consubstantialis, verum etiam cognatus secundum carnem sit nobis filius Dei, docet ipse dominus, nunc quidem in euangelio his qui in se crediderant, dicens: *Ego sum vitis, vos palmites*: nunc autem in psalmis: *Annuntiabo nomen tuum fratribus meis*. Vnde autem tibi tam pessima superbia subrepere potuit, ut te ipsis quoque sanctis angelis intelligentiorem sapientioremque putares? Super his ingemisco, *in his plango inimicos crucis Christi, quorum finis perditio, & quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum*. Non cogitasti, quod scan- E dalizare vel unum solum ex his qui credunt in dominum nostrum Iesum Christum, quam gravi cruciatui facit obnoxium? Sed incaute, ut serpens Euæ, tu ipse quoque erroris venena multitudini fidelium atque auribus infudisti, traditamque ab angelis sanctissimam laudationis formam corrupisti, inserens illi: Qui crucifixus es pro nobis. Ergone non advertisti, quod Paulum Samosatenum, Photinumque &

Ioan. 1.
Psal. 79.
Ioan. 15.
Matth. 26.
Ioan. 15.
Psalm. 21.
Philip. 3.

& Artemium impietate transcendis, qui duos Dei filios posuerunt, unum quidem ante sæcula, alterum vero noviter natum; cum ipse quoque Trinitati invexeris pluralitatem, duos Dei filios dicens, unum fortem, alterum crucifixum? Adhæc fidelissimum Christi gregem in Manichæi opinionem præcipitare contendis, qui Spiritum sanctum asserit crucifixum. Nam quod post illud, sanctus immortalis, quod est spiritus sanctus, tunc infers, Qui pro nobis crucifixus es, miserere nobis: quaternitatemque, non Trinitatem, populo insinuare videris. Nempe si ex humana traditione manasset hæc laus, non ita incaute crucem insereres laudi, in qua filii appellatio, fortis scilicet, ponitur. Quoniam vero ab angelis nobis laus ista profluxit, qui ante crucem dicebant, Sanctus, sanctus, sanctus; sicut respicere Isaias meruit; post crucem vero cum laude clamabant: *Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis.* [Isai. 6.] [b] Denique cum terræmotu Constantinopolis quateretur, populusque in campo oraret, infantulus, toto populo spectante cum Proclo civitatis episcopo, in cælum per unam horam raptus est, ibique hujusmodi didicit hymnum. Rursumque descendens, nuntiavit quæ in æthere audierat, dicens de cælo quasi de multitudine psallentium, hujusmodi laudes insonuisse auribus suis, dictumque sibi ut eam laudationem populo indicaret. Quam ubi populi inceperant, civitatem receperunt; Deoque per hujusmodi laudem propitio facto, ab imminenti ira liberati sunt. At tu quam temere, ut scripturas divinas reliquas, ita & angelorum laudem pervertere præsumpsisti? Quis igitur in hujusmodi non ingemiscat? quis non lamentetur? quis dolor similis invenietur, sicut dolor ecclesiæ domini & salvatoris nostri Christi? conspice te constitutum, *ut sis lumen his qui in tenebris sunt, & eruditor insipientium*: [Rom. c. 2. v. 5.] imo insipientiæ præceptor es, lucem in tenebras transferens. Vide a te populos semel illuminatos, qui bona gustaverunt Dei verba, Dei mandata, Dei prophetias, prædicationes Dei, apostolicas euangelicasque doctrinas, abs te perverti magis, ac doceri non solum crucifigere filium Dei & ostentui habere, verum & contraria sentire scripturis divinis, & pacta abnegare quæ accedentes ad sanctum baptisma fecerunt. Nam cum coram cælestibus virtutibus omnibus, coram apostolicis euangelicisque ordinibus, sancti baptismatis tempore promiserint credere in unum Deum omnipotentem, nunc illos in tres deos credere docuisti. Rursum, cum polliciti sint credere in unum dominum Iesum Christum filium Dei incarnatum, & hominem factum de Spiritu sancto & Maria virgine; tu eos doces ne dicant dominum Iesum Christum filium Dei crucem perpessum esse, qui Deus est secundum sempiternam & impassibilem ex parte generationem, & idem homo secundum eam qua in novissimis diebus ex matre prodiit, secundum quam etiam sustinuit passionem; sed unum Trinitatis mortuum esse, qui est ipsum Dei verbum.

καὶ Φωτεινοῦ, καὶ Ἀρτεμᾶ, τῶν δύο υἱοὺς τοῦ Θεοῦ ὁρισαμένων, ἕνα προαιώνιον, καὶ ἕνα νεογενῆ· ὅτι καὶ σὺ πλεονασμὸν τῇ τριάδι ἐνέθου, δύο υἱοὺς τοῦ Θεοῦ εἰπὼν, ἕνα ἰσχυρὸν, καὶ ἕνα σταυρωθέντα. ἐπὶ τούτοις δὲ καὶ εἰς ἔννοιαν οἴεσαι ἄγειν τὸ πιστότατον Χριστοῦ ποίμνιον, ὡς ὅτι κατὰ τὸν τοῦ Μάνεντος λόγον, τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐσταυρώθη. μετὰ γὰρ τὸ εἰπεῖν, ἅγιος ἀθάνατος, ὅπερ ἐστὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τότε ἐπάγεις, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, ἐλέησον ἡμᾶς· καὶ τετράδα οὐ τριάδα εἰσοίσῃ τὸν λαὸν ἐκδιδάσκων. καὶ εἰ μὲν ἐξ ἀνθρωπίνης παραδόσεως ὑπῆρχεν ὁ αἶνος, καὶ οὕτως μετὰ παραφυλακῆς ἂν ἐν τῷ τρισαγίῳ τὸν σταυρὸν ἔθηκας, ἔνθα ἡ τοῦ υἱοῦ προσηγορία. ἥτις ἐν τῷ τρισαγίῳ, ἰσχυρὸς, εἴρηται. ὁπότε δὲ ὑπὸ ἀγγέλων ὁ τρισάγιος οὗτος αἶνος ἡμῖν ἐξεδόθη, οἵτινες πρὸ μὲν τοῦ σταυροῦ ἔλεγον, ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, ὡς ἠξιώθη Ἠσαΐας θεάσασθαι· μετὰ δὲ τὸν σταυρὸν ὑμνολόγουν, ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος· ὥστε ὁ κομιδῇ νήπιος παῖς, σειομένης τῆς Κωνσταντινουπόλεως, καὶ τοῦ λαοῦ ἐν τῷ κάμπῳ ἱκετεύοντος, ἡρπάγη εἰς τὸν αἰθέρα ὡς ἐπὶ ὥραν μίαν, τοῦ ὁμοῦ πλήθους θεωροῦντος, καὶ Πρόκλου τοῦ τῆς πόλεως ἐπισκόπου· κἀκεῖ μεμαθηκὼς τὸν αἶνον, καὶ πάλιν κατενεχθεὶς, ἀπήγγελεν ἅπερ ἐδιδάχθη ἐν τῷ αἰθέρι· εἰπὼν, ἐξ οὐρανῶν, ὡς ὑπὸ πλήθους πολλῶν, φέρεσθαι εἰς τὰ ὦτα αὐτοῦ ταύτην τὴν ὑμνῳδίαν, καὶ ὅτι ἐρρήθη αὐτῷ ἐξειπεῖν τῷ λαῷ ταύτην τὴν ὑμνολογίαν. ἧς ἐναρξάμενοι οἱ λαοὶ τὴν πόλιν κατέλαβον, καὶ τὸν Θεὸν διὰ τῆς τοιαύτης ὑμνῳδίας ἐξευμενισάμενοι, ἐλυτρώθησαν τῆς ἐπικειμένης ὀργῆς. σὺ δὲ ἀφειδῶς κατετόλμησας, ὡς τὰς λοιπὰς θείας γραφὰς, καὶ τὴν τῶν ἀγγέλων ὑμνῳδίαν διαστρέψαι. τίς οὖν οὐ μὴ θρηνήσῃ ἐν τούτοις; τίς οὐ μὴ στενάξῃ; ὁποῖον δὲ ἄλγος κατὰ τὸ ἄλγος τῆς τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ ἐκκλησίας εὑρεθήσεται, θεωρῆσαι τὸν ταχθέντα φῶς εἶναι τῶν ἐν σκότει, καὶ παιδευτὴν τῶν ἀφρόνων, μᾶλλον δὲ ἀφροσύνης διδάσκαλον, καὶ τὸ φῶς εἰς σκότος μεταποιοῦντα; θεωρῆσαι τοὺς λαοὺς τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας, καὶ καλὸν γευσαμένους Θεοῦ ῥῆμα, Θεοῦ ἐντάλματα, Θεοῦ προφητικὰ προῤῥήματα, Θεοῦ ἀποστολικὰ καὶ εὐαγγελικὰ διδάγματα, μᾶλλον ὑπὸ σοῦ διαστρεφομένους, καὶ ἐκδιδασκομένους, μὴ μόνον ἀνασταυροῦν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ παραδειγματίζειν, ἀλλὰ καὶ ἐναντία φρονεῖν τῶν θείων γραφῶν· ἀπαρνήσασθαι δὲ καὶ τὰς συνθήκας, ἃς συνέθεντο αὐτοὶ προσιόντες τῷ ἁγίῳ βαπτίσματι. συνθέμενοι γὰρ ἐπὶ πάντων τῶν χερουβικῶν δυνάμεων, καὶ τῶν προφητικῶν καὶ ἀποστολικῶν ταγμάτων, ἐν τῷ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος καιρῷ, πιστεύειν εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, νῦν εἰς Θεοὺς τρεῖς πιστεύειν αὐτοὺς ἐξεπαίδευσας. πάλιν συνθεμένων πιστεύειν εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς παρθένου, σὺ ἐκδιδάσκεις αὐτοὺς μὴ λέγειν, τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν σταυρὸν ὑπομεμενηκέναι· ὅς ἐστι Θεὸς κατὰ τὴν ἐκ Θεοῦ καὶ πατρὸς προαιώνιον καὶ ἀπαθῆ γέννησιν, καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτὸς κατὰ τὴν ἐπ' ἐσχάτων γέννησιν, καθ' ἣν καὶ τὸ πάθος ὑπέμεινεν· ἀλλ' ὅτι ὁ εἷς τῆς τριάδος ἀπέθανεν, ὅς ἐστιν αὐτὸς ὁ Θεὸς λόγος. ὁμολό-

ὡμολόγησαν πάλιν τὸ ἅγιον πνεῦμα ζωοποιὸν καὶ ἀθάνατον, εἰπόντες πιστεύειν εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ κύριον καὶ ζωοποιόν· καὶ σὺ θνητὸν ὑποτίθεσαι εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, διὰ τοῦ λέγειν· ἅγιος ἀθάνατος, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς. ἀπόφυγε, παρακαλῶ, ταύτην τὴν πλάνην. ἔπεσας, μὴ ἐπιμείνῃς τῷ πτώματι· ἥμαρτες, μηκέτι ἁμάρτανε. ἀναμένει σε ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία, περιπτύξασθαί σε μετανοοῦντα ἐπὶ τοῖς ματαίοις σου προβλήμασι, καὶ σὺν αὐτῇ θεολογοῦντα τὸν Χριστὸν, καὶ μὴ ἀπαρνούμενον τὴν αὐτοῦ ἔμψυχον ἐνανθρώπησιν, καθ' ἣν καὶ τὸ πάθος ὑπομεῖναι λέγεται· καὶ βοᾷ σοι δι' ἡμῶν· δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες, καὶ τὰ ἑξῆς. οὐ βούλεται ὁ Θεὸς, ἀδελφὲ τιμιώτατε, τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν· μνημόνευε Ἰησοῦν Χριστὸν ἐγηγερμένον ἐκ νεκρῶν, κατὰ τὸ εὐαγγέλιον. μνημόνευε τοῦ μακαρίου Ματθαίου γράφοντος· Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ, υἱοῦ Δαβὶδ, υἱοῦ Ἀβραάμ. μνημόνευε Παύλου ἐπιστέλλοντος· ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον Θεοῦ, ὃ προεπηγγείλατο αὐτὸς ὁ Θεὸς ἐν γραφαῖς ἁγίαις, λέγων περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα, τοῦ ὁρισθέντος υἱοῦ Θεοῦ. μνημόνευε καὶ Ἰωάννου βοῶντος· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, (ὥς καὶ ἐστι) καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος· καὶ ὅτι σὰρξ γέγονεν ἐνανθρωπήσας· καὶ ὅτι Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε· ταῦτά σοι γεγράφηκα ἅμα τῇ συνούσῃ μοι ἁγίᾳ συνόδῳ, παρεγγυώμενός σε ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων, ἵνα ταῦτα διδάσκῃς, καὶ ταῦτα φρονῇς μεθ' ἡμῶν· ἵνα ἀνόθευτος ἡ πίστις ἡμῶν διαμείνῃ εἰς δόξαν Θεοῦ.

A Confessi sunt rursus Spiritum sanctum vivificum & immortalem, dicentes credere in Spiritum sanctum, dominum & vivificantem; & mortalem esse ponis Spiritum sanctum, cum dicis: Sanctus immortalis, qui crucifixus es pro nobis. Fuge, obsecro, hujusmodi errorem. Corruisti, noli in ruina persistere. Peccasti, jam peccare noli. Expectat te sancta Dei ecclesia, cupit amplecti pœnitentem in vanis propositionibus tuis, & secum de Christo divina prædicantem, neque negantem ipsius animatam incarnationem, secundum quam etiam passus esse memoratur, clamat- B que tibi per nos: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & ego reficiam vos.* (Matth. 11.) *Non vult Deus*, frater carissime, *mortem peccatoris: sed ut convertatur, & vivat.* (Ezech. 18.) *Memor esto, Iesum Christum resurrexisse a mortuis*, secundum euangelium. (2. Tim. 2.) Memento beati Matthæi scribentis: *Liber generationis Iesu Christi filii David, filii Abraham.* (Matth. 1.) Recordare, quid Paulus scribat: *Segregatus in euangelium Dei, quod promiserat ipse Deus in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem, qui prædestinatus est filius Dei.* (Rom. 1.) Memento etiam Ioannis C clamantis: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum*, sicut etiam est, *& Deus erat Verbum*; quodque *caro factu est*, homine assumpto, & quod *Deu nemo vidit unquam.* Hæc tibi scripsi una cum præsente synodo, conveniens te coram Deo & sanctis angelis, ut ea doceas, ea nobiscum sentias; ut illibata fides nostra permaneat in gloriam Dei.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Epistola.*] Hæc est illa synodica epistola, quæ missa est e concilio Romano ad Petrum Fullonem, qua post refutatos ejus errores blasphemos prima actione ad resipiscendum admonitus fuit. Vide quæ diximus ibidem in notis ejusdem concilii.

b *Denique cum terræmotu Constantinopolis quateretur.*] Hæc de terræmotu & trisagii miraculosa institutione historia contigit anno Christi 446. Meminerunt illius Marcell. in chronic. Niceph. lib. 14. cap. 46. Omnes fere episcopi in epistolis suis, quas e synodo Constantinopolitana sub pontificatu Felicis III. habita ad Petrum Fullonem miserunt, hanc rem adeo ingentem omnemque captum humanum penitus superantem, magnificentissimis testimoniis confirmarunt. Hoc D trisagion in fine actionis primæ decantatum est in concilio Calchedonensi. Græci totam historiam ex antiquo suo menologio, die quo anniversariam hujus facti memoriam recolunt, in ecclesia publice legunt. Verba menologii recensita extant supra in notis concilii Calchedonensis in fine act. 1. verbo *Trisagion.*

IV. AD EVMDEM, QVA DEPONITVR ET ANATHEMATIZATVR.

ἘΠΕΙΔΗ δυστυχῶς ἐξεμαγεύθης ἐν ἀσεβείᾳ λόγων, καὶ οὐκ ἔκρινας εἶξαι τοῖς προτεταγμένοις ἁγίοις ἀνδράσι, τοῖς κατακοσμήσασι τὸν θρόνον τοῦ τῆς μακαρίας μνήμης καὶ πολυάθλου Ἰγνατίου τοῦ μάρτυρος, οὗ καὶ ἀνάξιος ὢν, οὐκ οἶδα ὅπως ἐμπεπήδηκας ἄρξαι, καὶ νόμοις σου βεβήλοις, καὶ ἀσεβέσι δόγμασι καινοτομίαν τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ ἐνέκρινας, τοῦ μὴ Χριστὸν σταυρωθέντα δι' ἡμᾶς δεῖν εἰπεῖν, ἀλλὰ πάθος τῷ ἀπαθεῖ Θεῷ ἀνόμως ἐπισάξαι, καὶ τῷ ἀθανάτῳ πνεύματι θάνατον ἐπιθεῖναι. καὶ οὐκ ἐφρικίασας, ἃ οὐ παρεδέξω ἔκ τε τῶν θείων εὐαγγελίων, καὶ ἀποστόλων, καὶ τῶν ἀνδραγαθησάντων εὐφήμων πατέρων, κακίστως ἐπισοφισάμενος, ταῦτα ἐπιστρεβῆσαι, καὶ οἰκείας φρονήσεως λύμην ἐμπαραθέσθαι τοῖς ἁπλουστέροις, καὶ σκάνδαλον τοιαύτης αἱρέσεως, ὡς οὐδὲ ἴσα ταῖς προτέραις αἱρέσεσιν ἀνθεῖν, ὑπεράγειν δὲ μᾶλλον πολλαχῶς· καὶ οὐχ ὥρμησας τῇ ἀληθείᾳ, ἐν τοῖς ἐπὶ δὶς γράμμασιν ἡμῶν ἐνωτίσασθαι. νῦν ἠρξάμην ἀποφήνασθαι κατὰ σοῦ, μᾶλλον δὲ ὁ κορυφαιότατος τῶν ποιμαντικῶν θρόνων, ὁ ἐν ἁγίαις εὐφημίαις

QVONIAM importabilibus verbis impie garrulasti, & non judicasti cedere prædictis sanctis patribus; qui ornarunt sedem beatæ memoriæ multum triumphantis Ignatii martyris, cujus tu indignus existens; nescio quomodo insiluisti inchoare novitatem in catholica ecclesia tuis prophanis legibus & impiis dogmatibus, & judicasti non oportere dicere Christum crucifixum propter nos: sed passionem ideo impassibili impie induxisti, & immortali patri mortem imponere, & non horruisti ea, quæ non suscepisti ex divinis E euangeliis & apostolis, probatissimisque & gloriosis patribus, pessime sophisticatus ipsa intorquere, & propriam pestem sensus imponere simplicioribus, scandalum hujuscemodi hæresis, non ut æqualiter prioribus hæresibus vigeat, sed magis multipliciter excella * & non statuisti credere veritati, & " literis nostris ad te scriptis, nũc incepi sententiare contra te: imo ille, qui vertex est omnium pastoralium sedium, in sanctis laudibus

Tom. 1. epist. Rom. pontif. 1. extat ex cod. Vaticano alterius translationis.

" binis

florens, apoſtolorum vere optimus Petrus, A cujus tu nomine æqualis es, ſed non opinione neque fide, quoniam ab iſtius recta intentione, & immaculata fide valde declinaſti. Et non ſolum contra te' ſententio, ſed & contra eos, qui non erubuerunt characteres venerabilium euangeliſtarum, & apoſtolorum eos ſequentium, ac perfectorum doctorum ſermones: & inſtabili ſententia ex tua iniqua expoſitione firmati ſunt: tamquam dulciſſima circumſequendi in mala opinione, quod vere amariſſimum eſt, & non averterunt hujuſmodi impietatem. Dicemus ergo tibi, ſicut & contra illos, *quoniam dilexiſti iniquitatem magis loqui quam juſtitiam, dilexiſti* **ſuper omnia præcipitationis linguam doloſam: propter hoc Deus deſtruet te in finem*. B Et non ſolum ab Antiochena eccleſia, ſed ab omni civitate deponet: & firma ſit hæc tua depoſitio a me, & ab his qui una mecum apoſtolicum thronum regunt, & ab Acacio Conſtantinopolitanæ eccleſiæ paſtore, & a venerabilibus epiſcopis ſibi ſubjectis, quoniam ipſorum monimenta non ſuſtinuiſti. Quandoque enim dicis Trinitatem propter nos crucifixam, non Chriſtum; quandoque autem immortalem ſpiritum, Manichaizans: quandoque ab iſtis diffugiens, meis argumentis reprehenſus & ſermonibus, dixiſti Chriſtum, poſt immortalem ſpiritum, paſſionem ſuſtinuiſſe, ſicut Samoſatenus & Neſtorius, unum filium dividentes in dualitatem filiorum. C Quandoque autem & his ceſſiſti non detrectando, & veniſti ad pejus, non glorificando cherubicum hymnum, ad filium referre præſtolanti tremore *ἀνενδοιάστως* venerabiliter ſimiliter Trinitatem, ſed totum hymnum ad filium referre, volens firmare morbum cancri rodentis, quem innocentibus intuliſti; & inde omnis generis hæreſium laqueis circumpræcipitatus, a veritate exiens, non prædicas Chriſtum pro nobis crucifixum, nec unigenitum filium Dei, qui in medio Patris & Spiritus ſancti eſt, pie glorificas. D Quid enim iſto magis interdictum, Patre a vobis & ſancto Spiritu non glorificato? Nam calumniam ſeraphim vos infertis, qui Trinitatem non dicitis glorificandam, Sanctus, ſanctus, ſanctus, ſed ſolum perſonaliter filium. Et quæ præcipitatio hæreſium ita confudit, id eſt, impudenter egit, ſicut vos? Verumtamen & in iſto percurrens adhuc* novius aſcendiſtis, & ſtrangulandas infamias a Deo adjicitis, Filium videlicet, Patrem, & ſanctum Spiritum, Sabellianizantes, ſimul conjungere judicantes. Trinitatem confiteri negatis, in qua baptizamur, & credimus, & confitemur. E Quis ergo non defleret ſic dicentes de intemerato triſagio, quod mihi valde convenit refutare, & fletum merito dare in hos animarum ſimplicium cavillatores, ac impium facinus fingentes: quos & alienos putavimus ab orthodoxa fide & catholica eccleſia, & a communione ducis noſtri glorioſi præceſſoris Petri, qui claves regni a ſalvatore noſtro recepit? Qui autem participes apoſtoli eſſe volunt, ducuntur & doctrina ipſius, qui Chriſtum dicit & credit

' ſententio

Pſal. 51.

* omnia verba præcipitationis lingua doloſa.

* nocentibus

A κοσμῶν, ὁ ἄριστος τῶν ἀποστόλων ἀληθῶς Πέτρος· οὗ μόνον δὲ κατὰ σοῦ, οὗ τὸ ὄνομα ἐπίσος εἶ, ἀλλ' οὐ τῇ γνώμῃ, οὐδὲ τῇ πίστει· ὅτι ὑπερήγαγεν ἐκ τούτου ἐκκεκλικὼς εἶ τοῦ ὀρθοῦ σκοποῦ, καὶ τῆς ἀμωμήτου πίστεως· ἀλλὰ μὴν καὶ κατὰ τῶν οὐκ ἐρυθριασάντων τοὺς τῶν σεπτῶν εὐαγγελιστῶν χαρακτῆρας, καὶ τῶν τούτοις ἑπομένων ἀποστόλων καὶ τελείων ἀνδρῶν διδασκάλων τοὺς λόγους, ἀστάτῳ γνώμῃ ἐπερειδομένων τῇ ἐκ σοῦ * παραμιμουμένῃ ἐκθέσει· ὡς ἡδύτατα περιέποντας ἐπὶ τὸ τῆς κακοδοξίας ὄντως πικρότατον, καὶ οὐκ ἀποστραφέντων τὴν τοιάνδε δυσσέβειαν. λεξόμεθα οὖν σοι, ὡς καὶ κατ' ἐκείνων· ἐπειδὴ ἠγάπησας κακίαν ὑπὲρ τὸ λαλῆσαι δικαιοσύνην· B ἠγάπησας πάντα τὰ ῥήματα καταποντισμοῦ, γλῶσσαν δολίαν. διὰ τοῦτο ὁ Θεὸς καθελεῖ σε εἰς τέλος ἀπὸ τῆς οὐ μόνον Ἀντιοχέων ἐκκλησίας, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ πάσης πόλεως· καίγε πεπαγιωμένη ἔστω ἡ καθαίρεσις αὕτη ὑπ' ἐμοῦ, καὶ τῶν διεπόντων μετ' ἐμοῦ τὸν ἀποστολικὸν θρόνον, καὶ Ἀκακίου τοῦ τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίας ποιμένος, καὶ τῶν αὐτῷ τιμίων ὑποκειμένων περιορίων ἐπισκόπων, καὶ τῶν αὐτῶν μὴ ἀνασχόμενος ὑπομνημάτων. ὁτὲ μὲν γὰρ ἔφης τριάδα δι' ἡμᾶς σταυρωθῆναι, καὶ οὐχὶ Χριστόν· ὁτὲ δὲ τὸ ἀθάνατον πνεῦμα, μανιχαΐζων· ὁτὲ δὲ ἐκ τούτων φυγών, διακατελεγχόμενος ὑπὸ τῶν ἐμῶν ὑποθηκῶν καὶ λόγων, Χριστὸν μετὰ τὸ ἀθάνατον πνεῦ- C μα ἔλεξας ὑπομεμενηκέναι, ὡς ὁ Σαμοσατεὺς καὶ Νεστόριος, τὸ πάθος, τὸν ἕνα υἱὸν διχάζοντες εἰς δυάδα υἱῶν. ὁτὲ καὶ ἐπὶ τοῦτο εἶξας μὴ διασύρεσθαι, ἥκεις ἐπὶ τὸ κάκιον, τὸν χερουβικὸν ὕμνον εὐπαρέδρῳ θρόνῳ ἀνενδοιάστως, ὡσαύτως τὴν τριάδα, μὴ δοξολογεῖν, ἀλλὰ τὸν πάντα ὕμνον εἰς τὸν υἱὸν ἄγειν, ἐθέλων ἐνστήσασθαι τὴν κατὰ τῶν ἀκάκων ἐξ ἧς εἴληχας νομῆς γάγγραιναν· καὶ παντοίαις ἐντεῦθεν ἀγχόναις αἱρέσεων μεγίστων περικρημνιζόμενος, ἐκδύων τῆς ἀληθείας τοῦ τὸν Χριστὸν μὴ κηρύττειν δι' ἡμᾶς σταυρωθέντα, τὸν μονογενῆ Θεοῦ υἱόν, τὸν ἐν μέσῳ πατρὸς καὶ ἁγίου πνεύματος εὐσεβῶς δοξολογούμενον. Τί γὰρ τούτου ἀπαγορευτικώτερον, πατρὸς D παρ' ὑμῶν καὶ ἁγίου πνεύματος ἀδοξουμένου; καὶ συκοφαντίαν τοῖς σεραφεὶμ ὑμῶν παρεισφερόντων, ὅτι οὐ τὴν τριάδα φάσκουσι δοξολογεῖν, ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, ἀλλὰ μονοπροσώπως τὸν υἱόν. καὶ ποία φαραγγώδης αἱρέσεων οὕτως ἀπηναισχύντησεν, ὡς ὑμεῖς; πλὴν καὶ ἐν τούτῳ διατρέχοντες, ἔτι καινοτέρως ἐπέβητε ταῖς στραγγαλιώδεσι τῶν ὑπὸ Θεοῦ ἀπειπαμένων δυσφημιῶν, τὸν υἱόν, πατέρα καὶ ἅγιον πνεῦμα λέγοντες, σαβελλιανίζοντες, καὶ συναλείφειν κρίνοντες, τὴν τριάδα ὁμολόγως ἀπηρνήσασθε, εἰς ἣν ἐβαπτίσθημεν καὶ πιστεύομεν, καὶ ὁμολογοῦμεν. τίς οὖν οὐκ ἀποδύρεται τοὺς οὕτω E φάσκοντας περὶ τοῦ τρισαγίου τοῦ ἀχράντου; ὃ ἐμοὶ λίαν πρέπει ἀπείπασθαι, καὶ κλαυθμὸν δοῦναι ἐπαξίως τῶν ἐπὶ τοῦτο διασυλωμένων ἀπλουστέρων ψυχῶν, τῶν τὸ ἀσεβές, ὡς εὐσεβὲς δραματουργησάντων. οὓς καὶ ἀλλοτρίους ἡγούμεθα τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, καὶ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, καὶ τῆς κοινωνίας τοῦ ἡμῶν ἡγουμένου ἐνδόξου προέδρου Πέτρου, τοῦ τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας παρὰ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν εἰληφότος. οἱ δὲ τοῦ ἀποστόλου θέλοντες εἶναι κοινωνοί, ἄγονται καὶ τῇ διδαχῇ τούτου, τὸν Χριστὸν φάσκειν καὶ πιστεύειν

δὲ

* ἰσ.

δι' ἡμᾶς σταυρωθέντα, καὶ μὴ τοῦτο ἀπαρνήσασθαι, ὡς καὶ ὁ ἀρτίως καθῃρημένος Πέτρος, διὰ τὸ ἀλλοκότως καὶ δυσμενῶς ἐν τῷ τρισαγίῳ προσεκκαινοτομηκέναι τὸ, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς· εἰδότες ὅτι οὐ τριάδα τῶν ἀποστόλων σταυρωθεῖσαν παρεδέξασθε, οὐ πατέρα, οὐ πνεῦμα ἅγιον, εἰ μὴ σαρκὶ τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ μονώτατον. φεύγετε τοίνυν ἀπὸ τῆς δυσμενοῦς τούτου κοινωνίας, καὶ ἔσομαι ὑμῶν κοινωνὸς, καθότι καὶ ὑμεῖς ἐμοῦ· τοῦ δολεροῦ φάσματος πόῤῥω ὑμῶν τῆς ὀρθοδοξίας ἐκπεπηδηκότος. φυλάξατε Χριστοῦ μαθηταὶ, ἐμοῦ δὲ υἱοὶ, τὰς παραδόσεις, ἃς παρελάβετε ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν.

A propter nos crucifixum, & hoc non negat, sicut & modo depositus Petrus, ex eo quod non legitime & inclementer in trisagio adinnovavit. Qui crucifixus est propter nos: scientes quia non Trinitatem crucifixam ab apostolis suscepistis, non Patrem, non Spiritum sanctum, nisi carne filium Dei unigenitum solum. Fugite ergo ab hac inclementi communione, & ero vobis communicans, in quantum & vos mihi, dolosa fallacia longe a nostra orthodoxia expulsa. Custodite Christi discipuli, mei autem filii, traditiones, quas a divinis scripturis accepistis.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Epistola.*] Hæc est tertia epistola Felicis papæ, quam e synodo Romana ad Petrum Fullonem transmisit, quaque eum post binas salutares admonitiones, sententia anathematis & depositionis jure meritoque condemnavit. Hanc ordine tertiam ad eum scriptam esse, indicant hujus epistolæ verba hæc ex editione quæ habetur tom. I. epist. Rom. pontif. *Nec ambulare in veritate, nec nostris duabus epistolis aurem voluisti accommodare. nunc igitur sum exorsus adversus te proferre sententiam*, &c. Unde patet quod secunda illa monitoria Felicis papæ ad Petrum transmissa interierit.

V. AD ZENONEM IMPERATOREM.

Nuntiat imperatori Petrum Fullonem synodali judicio sententia anathematis condemnatum, ideoque ab ejus communione abstinendum esse. Hortatur eumdem imperatorem, ut Petrum depositum ex Antiochena ecclesia expellat.

Gloriosissimo ac serenissimo filio Zenoni Augusto, Felix episcopus in domino salutem.

ΠΡΕΠΕΙ τῇ σῇ φιλανθρωπίᾳ ταῦτα ἃ πρέπει τῶν πραγμάτων ἀπαγγεῖλαι τάξει, ἅπερ καὶ ἀφῆκεν ἀπαγγεῖλαι εἰς ὠφέλειαν τοῦ τῆς σῆς γαληνότητος κράτους. καὶ καθάπερ ὡς ἐγγὺς τυγχάνων, παρακαλῶ τὴν ἐμὴν ἱκετείαν δέξασθαι ταῖς φιλαγάθοις ὑμῶν ἀκοαῖς, ὡς Χριστιανικώτατος ὢν βασιλεύς. μηδαμῶς τε ἡ σὴ εὐσέβεια διανοηθείη ἕτερόν τινα μετὰ καθαρᾶς τῆς διανοίας ἡμᾶς ἀγαπᾷν, πλὴν ἐκείνου τοῦ βουλομένου σε μετὰ τοῦ Θεοῦ τὴν εἰρήνην ἔχειν. ἐπειδήπερ ἐκ πιστῆς ὡρμημένος τῆς διανοίας, οὐκ ἀμφισβητεῖς τοῦ προσκαίρου θρόνου τὴν ἐξουσίαν, καὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς τὴν ἀντίδοσιν ἐκ τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς ἠρτῆσθαι· διά τε τῆς ἡμῶν βραχύτητος δέξασθαι καταξίωσον τὴν σεπτὴν καὶ θεόφραστον ὁμολογίαν τοῦ μακαριωτάτου Πέτρου, τοῦ πρωτοστάτου τῶν ἀποστόλων, ὃς καὶ τὰς τῆς βασιλείας κλεῖς ὑπὸ τοῦ σωτῆρος πιστευθεὶς, προευτρεπίσει τῇ φιλοχρίστῳ ὑμῶν βασιλείᾳ τὴν ἐν ὑψίστοις μετὰ ἀγγέλων διαγωγήν· ὃς καὶ τὴν ἀπαράλλακτον καὶ ἀμώμητον πίστιν εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ μονογενῆ τοῦ Θεοῦ υἱὸν, πρῶτος ἐκθέμενος, ἐμακαρίσθη ὑπ' αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος. εἰπόντος γὰρ αὐτοῦ πρὸς τὸν κύριον· ὅτι σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος· ἀκήκοε παρ' αὐτοῦ· μακάριος εἶ Σίμων Βαρ Ἰωνᾶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· καὶ ἐπὶ ταύτῃ σου τῇ ὁμολογίᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. τοῦ οὖν σωτῆρος φήσαντος, ὅτι πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσι τῆς αὐτοῦ ἐκκλησίας, τοῦ ἐξᾶραι ἀπ' αὐτῆς τὴν αὐτοῦ ἐπωνυμίαν, ἥτις εἴρηται, Χριστὸς Ἰησοῦς, καὶ Θεοῦ παντοκράτορος υἱός· Πέτρος ὁ πρωτότοκος υἱὸς τοῦ διαβόλου, ὁ ἀναξίως εἰσπηδήσας τῇ Ἀντιοχέων ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ, καὶ μιάνας τὸν τῆς ἀρχιερωσύνης θρόνον Ἰγνατίου τοῦ μάρτυρος, ὃς τῇ δεξιᾷ Πέτρου τὴν ἀρχιερωσύνην ἐδέξατο, καὶ Εὐσταθίου τοῦ ὁμολογητοῦ καὶ προέδρου τῶν τιη' ἁγίων πατέρων, τῶν ἐν Νικαίᾳ ἀθροισθέντων,

B CONVENIT clementiæ tuæ, rerum ordinem nuntiare gestarum pro tranquillitate imperii serenitatis tuæ, & oro suscipias precem meam, ac si ipse præsens essem, benignis auribus tuis, ut Christianissimus imperator: & nequaquam arbitretur pietas tua, illum puro nos corde diligere, quicumque te pacem cum Deo habere non vult. Quoniam vero fideli mente credidisti, nec ambigis & temporalis solii potestatem, & æternæ vitæ retributionem superno ex momento pendere, per nostram etiam parvitatem dignare suscipere C venerabilem ac divinam beatissimi Petri confessionem, apostolorum scilicet principis, cui & regni claves a salvatore traditæ sunt, qui etiam præparabit Christianissimo imperio vestro locum in cælo cum sanctis angelis; quique immutabilem & immaculatam fidem in dominum nostrum Iesum Christum, Dei filium unigenitum, primus exponens, a salvatore ipso beatus est dictus. Nam cum ipse D dixisset ad dominum, *Tu es Christus filius Dei vivi*; ab ipso audire meruit, *Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed pater meus qui in cælis est: & super ista confessione ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam.* Cum ergo salvator dixerit, quod portæ inferi non prævalebunt adversus ipsius ecclesiam, ut ab ea ipsius denominationem tollant, quæ dicitur Christus Iesus, & Dei omnipotentis filius; Petrus E primogenitus diaboli filius, & qui sanctæ Antiochenæ ecclesiæ indignissime se ingessit, sanctamque sedem pontificatus Ignatii martyris polluit, qui Petri dextra episcopus ordinatus est, Eustathiique confessoris ac præsidentis trecentorum decem & octo patrum, qui in Nicæa convenerunt,

Matth. 16. Ibidem. Ibidem.

A ausus est dicere non oportere Christum
etiam Dei filium nominare secundum di-
vinam salvatoris sanctionem & tradi-
tionem divinarum scripturarum, patrum-
que expositionem: sed unum de Trinita-
te passionem pro nobis pertulisse in sub-
stantia deitatis, juxta Arii, Apollinaris, Eu-
nomiique blasphemiam, volens hac voce
evacuare salutarem domini incarnatio-
nem, secundum quam Christus & pas-
sionem subiit. Dicitur autem & unus ex
Hebr. 2. nobis, ut *qui Abrahæ semen apprehen-
dit*. Augere quoque deorum pluralitatem
nititur. Quippe sensus ejus tres introdu-
cit deos, unum mortuum, & duos vi-
ventes. Solvit etiam consubstantialis no-
men, sacrasque abjicit synodos, Nicænam
B Constantinopolitanam, & Calchedonen-
sem: sanctam quoque Mariam viginem ne-
quaquam admittere deprehenditur. Si enim
non ex ea incarnatum verbum homo fa-
ctum est, quæ necessitas virginis? & qua-
re ad eam dixisset Gabriel: *Quod ex te
Luc. 1. nascetur sanctum, vocabitur filius Dei: &
dabit illi dominus Deus sedem David patris
ejus*? Post hæc autem omnia impia & bla-
sphemiæ suæ præsumpta; & depravatio-
nem trisagiæ deprecationis. cum illi ad-
dere voluit: Qui crucifixus est pro nobis:
multa inconvenientia effecit. Multum-
que a nobis & in Christo dilectis fratri-
bus nostris qui in oriente sunt, & a vene-
D rabili Acacio vestræ regalis & a Deo ama-
tæ civitatis archiepiscopo admonitus, con-
verti noluit. Quapropter nunc sancta
Dei ecclesia maternis te vocibus, utpote
excellentem ipsius filium, alloqui non ces-
sat: O a Christo amate imperator, meæ
venerabilitatis vinculum, in quo multitudi-
nes fidelium circumstringuntur, dissolvi
non permittas: domini autem Christi &
unigeniti filii Dei laudationem transgredi
non permittas, & quæ vestram civitatem
periclitantem salvavit; sed tamquam an-
gelorem traditionem indepravatam con-
serva. Petrum Arianæ superstitionis sequa-
cem, ab ecclesia Antiochena expelle. Qua
Matth. 16. C ex causa Petrus *scindit vestem meam de su-
per contextam?* Deus & pater mandavit
1. Cor. 2. principi apostolorum quid vocarent fi-
lium. Ejus unigenitus filius in confessione
primi apostolorum fundavit me, san-
ctus Spiritus quotidie testatur mihi, di-
Ioan. 19. cens: *Non judica te scire aliquid, nisi
Iesum Christum, & hunc crucifixum.* Si au-
tem inimici, increduli, insidiatores, qui
extra vitem sunt, & qui unigenitum fi-
lium Dei mactaverunt, lapidaverunt, ve-
stem illius non diviserunt, & Petrus fidei
Matth. 19. meæ vestem dirupit? *Portæ inferi non præ-
valuerunt adversus me*, & Petrus tentat
muros meos demoliri? Ego, piissime im-
E perator, te de imperio expulsum rursus
introduxi, & malignos ac inobedientes
meis divinis dogmatibus dedi pro sepul-
tura tua, viamque potentiæ aperui ante
te, inimicos tuos percussi una cum ini-
quo eorum dogmate, antiquam poten-
Isa. 35. tiam exquisivi tibi a Deo in altis regnante,

λέγειν ἐτόλμησεν, ὅτι οὐ δεῖ τὸν Χριστὸν καὶ υἱὸν τοῦ Θεοῦ ὀνομάζειν, κατὰ τὴν θείαν τοῦ σωτῆρος νομοθεσίαν, καὶ τὴν τῶν θείων γραφῶν παράδοσιν, καὶ ἔκθεσιν τῶν πατέρων· ἀλλὰ τὸν ἕνα τῆς τριάδος τὸ πάθος τὸ ὑπὲρ ἡμῶν ὑπομεῖναι, εἰς τὴν τῆς θεότητος οὐσίαν, κατὰ τὴν τοῦ Αρείου, καὶ Απολλιναρίου, καὶ Εὐνομίου παράδοσιν· βουλόμενος διὰ τῆς τοιαύτης φωνῆς ἀθετῆσαι μὲν τὴν σωτήριον ἐνανθρώπησιν, καθ' ἣν ὁ Χριστὸς καὶ τὸ πάθος ὑπέμεινε, λέγεται δὲ καὶ εἷς ἐξ ἡμῶν, ὡς τοῦ σπέρματος Αβραὰμ ἐπιλαβόμενος· ἐπαυξῆσαι δὲ καὶ τὴν πολυθεΐαν. ὁ γὰρ νοῦς τοῦ λόγου τρεῖς Θεοὺς παρεισάγει, ἕνα τεθνεῶτα, καὶ δύο ζῶντας. λύει δὲ καὶ τὸ ὁμοούσιον, καὶ τὰς ἁγίας συνόδους ἐξωθεῖται, τήν τε ἐν Νικαίᾳ, καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ ἐν Καλχηδόνι· ἀλλὰ καὶ τὴν ἁγίαν παρθένον Μαρίαν μὴ προσδεχόμενος εὑρεθήσεται. εἰ γὰρ μὴ ἐξ αὐτῆς ὁ λόγος σαρκωθεὶς ἐνηνθρώπησε, τίς χρεία τῆς παρθένου; διὰ τί δὲ ὁ Γαβριὴλ ἔλεγε πρὸς αὐτήν· τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἅγιον, κληθήσεται υἱὸς Θεοῦ· καὶ δώσει αὐτῷ ὁ κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ; ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις τοῖς ἀσεβέσι καὶ βλασφήμοις αὐτοῦ τολμήμασι, καὶ τὴν τρισάγιον λιτὴν νοθεῦσαι βουληθεὶς, διὰ τοῦ ἐνθέσθαι ἐν αὐτῇ· ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς· μυρία ἄτοπα εἰργάσατο. καὶ πολλὰ παρ' ἡμῶν καὶ τῆς ἐν Χριστῷ ἀδελφότητος ἡμῶν τε καὶ τῶν ἐν τῇ ἀνατολῇ, καὶ τοῦ θεοσεβεστάτου ἀρχιεπισκόπου Ακακίου τῆς παρ' ὑμῶν βασιλευομένης καὶ φιλοχρίστου πόλεως, παραινεθεὶς, ἐπιστρέψαι οὐκ ἠβουλήθη. καὶ διὰ τοῦτο νῦν ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία, ταῖς μητρικαῖς αὐτῆς φωναῖς, ὡς πρὸς τὸν ἔξοχον αὐτῆς υἱὸν φθεγγομένη οὐ παύεται· ὦ φιλόχριστε βασιλεῦ, τῆς ἐμῆς τιμιότητος τὸν δεσμὸν, ἐν ᾧ περισφίγγονται τὰ πλήθη τῶν πιστῶν, μὴ συγχωρήσῃς διαλυθῆναι· τὴν τοῦ δεσπότου Χριστοῦ καὶ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ἐπωνυμίαν μὴ συγχωρήσῃς παραβιασθῆναι· τὴν τρισάγιον ὑμνῳδίαν, ἥτις καὶ τὴν ὑμετέραν πόλιν διέσωσε κινδυνεύουσαν, ὡς ἀγγέλων παράδοσιν, ἀνόθευτον διαφύλαξον. Πέτρον τὸν τῇ Αρειανικῇ θρησκείᾳ ἐπακολουθήσαντα, τῆς τῶν Αντιοχέων ἐκκλησίας ἀπέλασον. τίνος ἕνεκα Πέτρος τὴν ἐμὴν πίστιν ἀθετήσας, ῥηγνύει τοῦ κόσμου τὴν σύνεσιν; τίνος ἕνεκα Πέτρος ῥηγνύει τὸν χιτῶνά μου τὸν ἄνωθεν ὑφαντόν; ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ ἐνετείλατο τῷ κορυφαίῳ, τί δέοι καλεῖσθαι τὸν αὐτοῦ υἱόν. ὁ μονογενὴς υἱὸς ἐν τῇ ὁμολογίᾳ τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων ἐθεμελίωσέ με. τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐφ' ἑκάστης διαμαρτύρεταί μοι, λέγον· μὴ κρίνῃς εἰδέναι τι, εἰ μὴ Ιησοῦν Χριστὸν, καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον. οἱ ἐχθροὶ ἀπειθεῖς, οἱ ἐπίβουλοι, οἱ ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος, τὸν μονογενῆ Θεοῦ υἱὸν σφαγιάσαντες καὶ λιθοβολήσαντες, καὶ τῷ ξύλῳ τοῦ σταυροῦ προσπήξαντες, οὐ διεῖλον τὸν αὐτοῦ χιτῶνα· καὶ Πέτρος τῆς πίστεώς μου τὸν χιτῶνα διαρρήξει; αἱ τοῦ ᾅδου πύλαι οὐκ ἴσχυσαν κατ' ἐμοῦ· καὶ Πέτρος πειρᾶται τὸ τεῖχός μου καταβαλεῖν. ἐγὼ, εὐσεβέστατε βασιλεῦ, ὠθηθέντα σε τῆς βασιλείας ταύτης ἐπανήγαγον, καὶ τοὺς πονηροὺς καὶ ἀπειθεῖς τῶν ἐν ἐμοὶ θείων δογμάτων δέδωκα ἀντὶ ταφῆς σου, δυνάμεώς τε ὁδὸν ἀνέῳξα ἔμπροσθέν σου· τοὺς σοὺς ἐχθροὺς καταβέβληκα μετὰ τοῦ ἀθεμίτου αὐτῶν δόγματος. τὸ ἀρχαῖον κράτος ἐξητησάμην σοι παρὰ τοῦ ἐν ὑψίστοις βασιλεύοντος Θεοῦ,

ἐξ

ἐξ οὗ καὶ τὸ βασιλεύειν εἴληφας. ἀπόβλεψον εἰς τὸν προηγησάμενόν σου εὐσεβέστατον βασιλέα Μαρκιανὸν, καὶ τὴν ἐκείνου πίστιν ἀσμένως ἀσπάζου. τὴν αἱρετικὴν Πέτρου τυραννίδα διὰ τάχους ἐκρίζωσον· τοῦ Οὐαλεντίνου καὶ Εὐτυχέως μαθητὴν ἀποδίωξον τῆς ἀκροπόλεως, καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς διοικήσεως; ἅμα τοῦ ἱερατικοῦ ἀξιώματος κατενεχθῆναι θεσπίσατε. θεώρησον, ὦ γνησιώτατε υἱὲ καὶ ἀήττητε βασιλεῦ; ὁποία τῇ ἐν Καλχηδόνι συνόδῳ ἀναμφισβήτητος ἐκδίκησις γέγονε, καὶ τοῦ σοῦ πολεμίου ἐκδίκησις· καὶ τῆς αἱρετικῆς διδασκαλίας Πέτρου τοὺς δήμους ἐκλύτρωσον. ταῦτα πρεσβεύει ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία; ἵνα τὸν ὑπ' αὐτῆς καθαιρεθέντα διὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας, εἰς κοινωνίαν τοῦ λοιποῦ μὴ προσδέξησθε, ἀλλὰ διὰ θείων ὑμῶν συλλαβῶν τῆς Αντιοχέων πόλεως μεθόριον γενέσθαι παρασκευάσητε, ἀντ' αὐτοῦ δὲ καταστῆσαι ἄνδρα ἔργοις τὴν ἱερωσύνην κοσμοῦντα, φύλακά τε ἀκριβῆ τῆς ἐν Καλχηδόνι ἁγίας συνόδου καὶ τῶν ἐν αὐτῇ βεβαιωθέντων. ὁ παντοκράτωρ Θεὸς διαφυλάξει τὸ ὑμέτερον κράτος ἐν εἰρήνῃ διαπαντός.

A ex quo & regnante sumpsisti. Respice ad prædecessorem tuum piissimum imperatorem Marcianum, & illius fidem libenter amplectere: hæreticam tyrannidem Petri quam citissime eradica, Valentini & Eutychetis discipulum expelle a civitate simul & ecclesiastico regimine, & a dignitate hierarchica dejectũ esse sancito. Conspice, sanctissime fili & imperator invictissime, qualis in Calchedonensi synodo indubitabilis defensio facta fuit, & quibus expugnavit " Æschinum; & divulgationes hæreticæ doctrinæ Petri expedias. Hæc legat sancta Dei apostolica & catholica ecclesia, ut ab ipsa propter prædictas causas depositum; ad communionem non suscipias: sed per divinos apices B vestræ serenitatis ab Antiochiæ confinio propellite. Pro ipso autem constituite virum operibus sacerdotium ornantem, custodemque diligentem sanctæ Calchedonensis synodi, & eorum quæ in ea firmata sunt. Omnipotens Deus custodiat vestram potentiam in pace semper.

" quæ vindicta in hostem tuũ: *Basiliscum intelligit hostem Calchedonensis synodi*

VI. AD ACACIUM.

Acacium munere sacerdotali; & fidelium communione privat.

Felix episcopus sanctæ ecclesiæ catholicæ urbis Romæ, Acacio.

MULTARUM transgressionum reperiris obnoxius, & in venerabilis concilii Nicæni contumelia sæpe versatus, alienarum tibi provinciarum jura temerarie vindicasti. Hæreticos ' pervasores, atque ab hæreticis ordinatos, & quos ipse damnaveras, atque ab apostolica ' instititi sede damnari, non modo communioni tuæ recipiendos putasti, verum etiam aliis ecclesiis, quod nec de catholicis fieri poterat, præsidere fecisti; ' aut etiam honoribus, quos non merebantur, auxisti. D Testatur hoc Ioannes, quem a catholicis Apameæ non receptum, pulsumque de Antiochia, Tyriis præfecisti: & Humerius, tunc de diaconio dejectus, atque Christiani nominis appellatione privatus, a te etiam in presbyterii provectus officium. Et quasi hæc minora tibi viderentur, in ipsam doctrinæ apostolicæ veritatem ' ausu superbiæ tuæ tetendisti, ut Petrus, quem damnatum a sanctæ memoriæ decessore meo ipse retuleras, sicut testantur annexa, beati euangelistæ Marci sedem te ' connivente, rursus invaderet; & fugatis orthodoxis episcopis & clericis, sui procul dubio similes ordinaret; pulsoque eo qui illic fuerat regulariter constitutus, captivam teneret ecclesiam. Cujus tibi adeo grata persona est, & ' ministri ejus accepti, ut episcopos & clericos plurimos orthodoxos, ' nunc Constantinopolim venientes, detegaris affligere, & apocrisarios ejus confovere, atque anathematizantem eumdem Petrum Calchedonensis decreta concilii, & violantem sanctæ memoriæ Timothei sepulturam, sicut ad nos certiores nunc quoque nuntii detulerunt, per Misenum & Vitalem ' credideris excusandum: nec eum laudare ' desieris, & multis efferre præconiis, ita ut damnationem ipsius, quam ante retuleras, veram non fuisse ' jactaris. Tantum autem perseveras in hominis defensione perversi, ut quondam episcopos, nunc vero honore & communione C privatos, Vitalem atque Misenum, quos ad ejus expulsionem specialiter miseramus, sublatis chartis, custodiæ passus fueris mancipari; & ad processionem, quæ tibi cum hæreticis habetur, exinde productos, sicut eorum ' professione patefactum est; ad hæreticorum tuamque communionem, contempta, quæ vel gentium jure servari debuit, legatione, pertraxeris, præmissque corruperis, & in læsionem beati Petri apostoli, a cujus sede profecti fuerant, non solum inefficaces redire feceris, sed etiam impugnatores omnium quæ fuerant mandata, monstraris. In quorum deceptione tuam nequitiam prodidisti, & ' ad libellum fratris & coepiscopi mei Ioannis, qui te gravissimis objectionibus impetivit, in apostolica sede secundum canones respondere diffidens, objecta firmasti. Felicem quoque defensorem fidelissimum nobis, necessitate faciente serius subsecutum, indignum tuis censuisti oculis. Eos quoque tecum literis tuis communicare testatus es, quos constat hæreticos. Quid enim sunt aliud, qui post obitum sanctæ memoriæ Timothei ad ecclesiam sub Petro redeunt, vel qui se ex catholicis eidem tradiderunt, nisi quod Petrus ab universa ecclesia, atque a te fuerat judicatus? Habe ergo cum his, quos libenter amplecteris, portionem ex sententia E præsenti, quam per tuæ tibi direximus ecclesiæ defensorem: sacerdotali honore, & communione catholica, necnon etiam a fidelium numero segregatus, sublatum tibi nomen & munus ministerii sacerdotalis agnosce, sancti Spiritus judicio & apostolica ' auctoritate damnatus, ' nunquamque anathematis vinculis exuendus. Cælius Felix episcopus sanctæ ecclesiæ catholicæ urbis Romæ, subscripsi. Data v. Kalend. Augusti, Venantio viro clarissimo consule. *Simul 67. episcopi absque papa subscripserunt.*

' jactares

' professionibus

' a libello

' per nos

' nec jam unquam

NOTA SEVERINI BINII.

Epistola synodica concilii Roman. II.

a *Epistola.*] Hæc epistola synodica est, scripta ex concilio Romano II. continetque eam anathematis & depositionis sententiam, quæ post causæ diligentem inquisitionem, omnium decreto lata est in Acacium Constantinopolitanum, quæque ad eumdem Constantinopolim transmissa, & ab illo recusata, monachi cujusdam opera suspensa est ad pallium Acacii, dum ad sacra peragenda pergeret. Quo facto eo insaniæ prorupit, ut Dioscorum Alexandrinum imitatus, nomen Felicis papæ e sacris diptychis tolleret, atque catholicos episcopos, subrogatis hæreticis & infamibus, sedibus suis exterminaret. Verum non super regnum & imperium inniti sedem apostolicam, sed super Christum regem regum & dominum dominantium, ipse suo tandem expertus est damno, quando nomen hominis ambitiosissimi & arrogantissimi, qui suas ipsius viventis imagines in ecclesia dedicari passus est, e sacris tabulis plane abolitum fuit, ut infra dicemus. Vide Liberat. infr. cap. 18. Niceph. lib. 7. c. 17. Baron. an. 484.

VII. AD UNIVERSOS EPISCOPOS.

Statuit quomodo qui rebaptizati sunt, ad ecclesiam catholicam admitti debeant.

Dilectissimis in Christo Iesu fratribus, universis episcopis [a] *per diversas provincias constitutis.*

[a] in c. Iustelli, *per Siciliam* duntaxat

QUALITER in Africanis regionibus astutia diaboli sævierit in populum Christianum, atque id in multiplici deceptione proruperit, ut non modo vulgus incautum, sed ipsos quoque in mortis profunda demerserit sacerdotes, nullus non orbis gemuit, nulla terra nescivit. Unde in ' gravi mœrore positi, dissimulare non possumus pereuntium atque a nobis exigendarum discrimen animarum. Quapropter competens adhibenda est talibus ' medicina vulneribus, ne immatura curandi facilitas mortifera captis peste nihil prosit, sed segnius tracta pernicies, reatu non legitimæ curationis involvat pariter saucios & medentes.

' grandi
' medela

Rebaptizatis non nisi per pœnitentiã ad ecclesiã catholicam patet regressus.

In primis itaque venientis ad vos & remedium postulantis, solicite discutienda est professio & persona decepti, ut medela possit congruens exhiberi. Et qui satisfacturus Deo per pœnitentiam, se rebaptizatum legitime doluerit; utrum ad hoc facinus * concurrerit, an impulsus accesserit, requiratur: sciens *quod se decipiat ipse, qui fallit*; nihilque per nostram facilitatem tribunalis excelsi judicio derogari, cui illa sunt ' rata, quæ pia, quæ vera, quæ justa sunt: & aliter necessitatis, aliter tractanda est ratio voluntatis. Deterior est autem causa illius, qui forte precio solicitatus est ut periret. Nihil enim intentatum relinquit inimicus, cui ne de sua liceat gaudere captura, succurrendum est irretitis, & ' contendendus est venantis laqueus, infucatum lamentantibus tam justitiæ moderatione, quam compunctione pietatis ad aulam; quam reliquerant, sit regressus. Nec pudeat forsitan, aut pigeat indictis jejuniorum gemituumque temporibus obedire, aut aliis observantiæ salubrioris obtemperare præceptis: quia humilibus datur gratia, non superbis. Sit ergo ruinæ suæ dolore prostratus quisquis in Christo fieri quærit erectus, & per dispositionis nostræ ministerium, quod vestram sequi convenit caritatem, nec alicui fas est velle vel posse transcendere causas ejus, qui contra apostolicam doctrinam, ad iterationem se baptismatis nimis infaustam dedidit: vel ejus, qui aliquibus

* cucurrerit, *vel* occurrerit.
1. *Petr.* 5.
' recta
' contendendus

A argumentis excusandum callide proprium putaverit esse consensum, sacerdotali vigore & humanitate tractemus, ut in eis fides, quæ nisi est una, jam nulla est, adjutorio domini judicis, ad salutem sine nostræ operationis offensione reparetur: quia cum peccatoris a nobis satisfactio protrahitur, non præter laudem nostram atque lætitiam, mens ejus ad veniam purgatior invenitur. Et ideo memineritis, hanc super his nos habere sententiam, ut servata discretione peccantium, non eadem cuncti qui lapsi sunt, lance pensentur: quoniam majoris castigationis exigendus est " usura, cui domus domini commissa fuerit disciplina,

B Ut ergo ab ecclesiæ summitatibus inchoemus, eos, quos episcopos, presbyteros, vel diaconos fuisse constiterit, & seu optantes forsitan, seu coactos lavacri illius unici salutarisque claruerit fecisse jacturam, & Christum, quem non solum dono regenerationis, verum etiam gratia percepti honoris induerant, exuisse, cum constet neminem ad secundam tinctionem venire potuisse, nisi se palam Christianum negaverit, & professus fuerit se esse paganum. Quod cum generaliter sit in omnibus execrandum, multo magis in episcopis, presbyteris, diaconibus auditu saltem dictuque probatur horrendum. Sed quia idem dominus atque salvator clementissimus est, & neminem vult perire, usque ad exi-

C tus sui diem, in pœnitentia (si resipiscunt) jacere conveniet: nec orationi non modo fidelium, sed ne catechumenorum omnimodis interesse, quibus communio laica tantum in morte reddenda est. Quam rem diligentius explorare vel facere probatissimi sacerdotis cura debebit.

De clericis autem & monachis, aut puellis Dei, aut sæcularibus, servari præcipimus hunc tenorem, quem Nicæna synodus circa eos qui lapsi sunt, vel fuerint, servandum esse constituit; ut scilicet, qui nulla necessitate, nullius rei timore, aut periculo, se, ut rebaptizentur, hæreticis impie dediderunt; si tamen eos ex corde pœniteat, tribus annis inter audientes sint: septem autem annis subjaceant inter pœniten-

D tes manibus sacerdotum: duobus autem annis oblationes modis omnibus non sinantur offerre, sed tantummodo ' sæcularibus in oratione socientur. Nec confundatur Deo colla submittere, qui non eum timuit abnegare. Quod si, utpote mortales, intra metas præscripti temporis cœperit vitæ finis urgere, subveniendum est imploranti, & seu ab episcopo qui pœnitentiam dederit, seu ab alio, qui tamen datam esse probaverit, aut similiter a presbytero viaticum abeunti de sæculo non negetur.

' popubus

Pueris autem, quibus, quod adhuc ' impuberes, a pubertate vocabulum est, seu clericis, sive laicis, aut etiam similibus puellis, quibus ignorantia suffragatur ætatis, aliquamdiu sub

E manus impositione detentis, reddenda communio est: nec eorum expectanda pœnitentia, quos excipit a coercitione censura. Quod est a nobis provide constitutum, ne hi, quibus in terreni labe contagii plus minusve restat ad vitam, dum adhuc in pœnitentia sunt, pœnitenda ' committant. Quod si ante præfinitum pœnitentiæ tempus ' desperatus a medicis, aut evidentibus mortis pressus indiciis, recepta quisquam communionis gratia convalescit; servemus in eo, quod Nicæni canones ordinaverunt,

runt, ut habeatur inter eos, qui in oratione A ſola communicant, donec impleatur ſpatium temporis eidem præſtitutum. Nec catechumenos noſtros, qui ſub tali profeſſione baptizati ſunt, prætermittimus: quia non eſt cauſa diſſimilis (ſicut iidem ſancti canones ordinaverunt) ejus, qui quolibet modo Chriſtum, quem ſemel confeſſus, abjurarit; tribus annis inter audientes ſint, & poſtea cum catechumenis per manus impoſitionem communionis catholicæ gratiam percepturi, exceptis ſane tantummodo epiſcopis, preſbyteris & diaconibus, quos ſolo mortis ſuæ tempore reconciliandos eſſe jam diximus. Ceteros, id eſt, ſeu clericos, ſive monachos, ſeu laicos, utriuſque ſexus perſonas, B quos violentiæ periculis coactos iterationem baptiſmatis ſubiiſſe conſtiterit, vel qui aliquo commento, hujus ſe facinoris piaculo dixerint non teneri, his pœnitentiam per triennium durare decrevimus, & per manus impoſitionem ad ſocietatem recipi eos ſacramenti.

Illo per omnia cuſtodito, ne ex eis unquam qui in qualibet ætate alibi quam in eccleſia catholica aut baptizati, aut rebaptizati ſunt, ad eccleſiaſticam militiam prorſus non permittantur accedere. Quibus ſatis eſſe debeat, quod in catholicorum numero ſunt recepti: quoniam de ſuo ordine & communione videbitur ferre judicium quiſquis hoc violaverit inſtitutum, vel qui non removerit eum, quem C ex eis ad miniſterium clericale obrepſiſſe cognoverit.

Curandum vero maxime, & omni cautela eſt providendum, ne quis fratrum coepiſcoporumque noſtrorum, aut etiam preſbyterorum, in alterius civitate vel diœceſi pœnitentem, vel ſub manu poſitum ſacerdotis, aut eum qui reconciliatum ſe eſſe dixerit, ſine epiſcopi vel preſbyteri teſtimonio & literis, ' ad cujus pertinet parochiam, preſbyter aut epiſcopus in civitate ſuſcipiat. Quod ſi aliqua diſſimulatione negligitur, culpa tangit etiam ' clerum, qui in locis, in quibus hoc minus curatum fuerit, commoratur. His itaque rite diſpoſitis, & ad eccleſiarum veſtrarum notitiam noſtra deliberatione perlatis, patere vos ' con- D venit: quibus, licet ad animarum reparationem nihil deeſſe videatur, tamen ſi cui novi aliquid, & quod præterire nos potuit, fuerit revelatum, ſecundum beatum apoſtolum Paulum, *tacente priore*, ' fideliter inſinuet: quia *Spiritus ſanctus, ubi vult, ſpirat*, maxime cum ſua cauſa tractatur: nec nos pigebit audire, & ſi quæ ſunt omiſſa, non arroganter abnuere, ſed rationabiliter ordinare. Deus cuſtodiat vos, dilectiſſimi fratres. Data Idibus Martii, Dynamio & Siphidio viris clariſſimis conſulibus."

Nota Severini Binii.

a *Epiſtola.*] Hæc eſt illa ſynodica, quæ ex concilio Romano III. ſub Felice miſſa eſt ad univerſos epiſcopos; quæque diutius Romæ detenta, conſignata eſt nota conſulari anni 488. quo in Africam tranſmiſſa fuit Lecta in conſeſſum patrum, ſententia eorumdem approbata fuit: quas conſtitutiones ſynodales contineat, ſummatim infra in notis prællegati concilii recenſui.

VIII. AD ZENONEM ' EPISCOPUM.

' Spalenſem in c. Inſt.

Terentianum commendat.

Dilectiſſimo fratri Zenoni, Felix epiſcopus.

FELIX meus vir clariſſimus Terentianus ad Italiam dudum veniens, dilectionis tuæ ſingularis extitit prædicator, talemque te eſſe vulgavit, qui ita Chriſti gratia redundares, ut inter mundi turbines gubernator eccleſiæ præcipuus appareres. Quapropter, frater cariſſime, cum ad provinciam commearet, ſeduloque depoſceret noſtras ad dilectionem tuam literas deſtinari, gratanter annuimus, qui & dignum Deo ſermone complecti cuperemus antiſtitem, & per eum maxime vellemus id fieri, cujus nobis fuerat laudibus intimatus. Quamvis ergo ſanctis operibus ex omni parte prædictam fraternitatem tuam vir præfatus adſtruxerit, multumque fiduciæ de tua benevolentia jam teneret, tamen æquum eſt, ut quod deſiderabat magnopere, conſequatur: quatenus, qui tuis olim gratus eſt animis, contemplatione noſtri reddatur acceptior, ſimulque materna & ſacerdotali conſolatione foveatur; peregrinationiſque præſidium paſtorali pietate reperiat, ut veſtræ dignitatis affectu appareat apud ſinceritatem tuam, noſtrum quoque non minimum ſalutantis valuiſſe colloquium. Deus te incolumem cuſtodiat, frater cariſſime.

Admonitio Severini Binii.

EPISTOLA quædam Felicis ad Cæſarium Arelatenſem extat apud Baron. anno domini 488. num. 7. ſub Felice III. Hanc a Felice IV. ſcriptam fuiſſe, Baronius in appendice tomi decimi recognovit, eo ipſo, quod Arauſicanum II. aliaque plura concilia, quibus Cæſarius Arelatenſis præſedit vel interfuit, longe poſt hæc tempora, habita fuiſſe recognoverit: quodque idem Cæſarius annum domini 554. attigerit; quem, ſi tempore Felicis III. Arelatenſis epiſcopus fuiſſet, attingere non potuiſſet. Obſtat huic ſententiæ, quod Gennadius de ſcriptoribus eccleſiaſticis, cap. 86. hujus Cæſarii, datæque ad eum epiſtolæ librum ejus de gratia approbantis meminerit. Quod fieri non potuiſſet, ſi ad Felicis quarti tempora epiſcopatum Arelatenſem tenuiſſet. Ea enim, quæ Gennadius de ſcriptoribus eccleſiaſticis ſcripſit, Gelaſii pontificis cenſuræ ſubjecit, ut conſtat ex ejuſdem libri cap. 99. & 110. adeoque Felicis IV. eſſe non poteſt ea epiſtola, cujus prædicto libro ad Gelaſium miſſo mentionem facit. Nodus iſte difficilis eſt, niſi dicamus, quod ait Suffridus Petri, Cæſarium Gennadiano codici inſertum fuiſſe eadem ratione, qua Avitus, Pomerius, & Honoratus Maſſilienſis, eidem operi faudulenter, vel ſaltem ignoranter inſerti fuiſſe ſcribuntur ab Honorio, in catalogo de viris illuſtribus. Vide Poſſevinum in apparatu ſacro, verbo *Gennadius.*

Observatio Philippi Labbe, S.I.

Anno 1631. opera & ſtudio R. P. Iacobi Sirmondi τῆς ἁγίας μνήμης prodiit in lucem appendix codicis E Theodoſiani novis conſtitutionibus cumulatior cum epiſtolis aliquot veterum conciliorum, quas Tomo II. a pag. 998. ad 1008 exhibuimus, necnon trium pontificum Romanorum Felicis III. (cui præmiſit breviculum Eutychianiſtarum ſive geſta de nomine Acacii cum edicto ſententiæ ejuſdem papæ) Gelaſii atque Vigilii. Nos ne quid deſit ampliſſimæ huic collectioni noſtræ eadem omnia in Luparea editione prætermiſſa, felicibus auſpiciis, ſuis quæque locis inſerta, pro more collocabimus.

*** BREVICULUS HISTORIÆ EUTYCHIANISTARUM.

Sive, ut vetus habet inscriptio;

GESTA DE NOMINE ACACII.

A IN causa fidei Christianæ, cui ab exordio sui nunquam defuisse probantur inimici, nostro quidem sæculo, sed intervallo temporum, Nestorius & Eutyches non nova dogmata suæ perversitatis, sed nomina prodiderunt. Nam Nestorius ante quinquaginta & octo fere annos, Photini & Pauli Samosateni secutus errorem, Oasitano " exilio meruit relegari, dicendo, sicut ab auctoribus suis didicit, Christum dominum nostrum hominem tantummodum de virgine Maria esse progenitum. Contra quem Eutyches, post annos non plurimos, æstimans disputandum, rectum tramitem tenere nesciens offendit, & in Apollinaris est raptus insaniam, in hæc verba prorumpens, quibus assereret Christum verum hominem non fuisse, nec in eo duas naturas esse credendas, sed unam tantummodo Dei verbi, verumtamen incarnatam. Quam quidem non esse hominis perhibuit, sed humanam, ut similitudo magis humani corporis, quam ipsa veritas suaderetur. Cum catholica fides verum Deum, verumque hominem, Christum Dei filium esse fateatur, non unius naturæ, sed unius essentiæ atque personæ. Cum ergo Eutychem istum, presbyterum & abbatem Constantinopolitanæ civitatis, Eusebius Dorylitanus episcopus suadere talia reperisset, zelo fidei, quam etiam cum Agens in rebus esset ostendit, (ipse enim Nestorium quoque in tempore reprehendit in ecclesia res sacrilegas prædicantem) detulit ad Flavianum episcopum, & ad judicium provocavit. Dicta causa est. Cum partes suas Eutyches videret urgeri, per Chrysaphium spatarium Theodosii præsidium principis expetivit. Cujus præcepto Florentius vir illustris, ex consule, discussioni Eutychis abesse non potuit. & jam in præsentia ipsius convincitur Eutyches, atque damnatur. Offenditur imperator, & in Ephesina civitate mandat synodum congregari. Ad sunt fere " CCCLX. episcopi, principibus Dioscoro Alexandrino episcopo, Iuvenali Hierosolymitano, Thalassio Cæsariensi, Eustathio Berytensi, Eusebio Ancyritano, Basilio Isauriæ. Interfuerunt etiam Vicarii ab apostolica sede directi, Iulius Puteolanus episcopus, Hilarus archidiaconus, quia presbyter " Renatus in Delo insula morte præventus est. Adfuit etiam Dulcitius Notarius. In quo conventu " repudiata est epistola papæ Leonis dogmatica ad synodum Flavianumque directa, & penitus non permittitur recenseri. Tota die, id est VI. Idus Augusti, nihil aliud nisi quondam Nestorii damnati, id est prioris Ephesinæ synodi gesta relegun- tur. Simul etiam discutitur, lectis omnibus chartis, judicium de Eutyche sanctæ memoriæ Flaviani. Interea cum Eutychis " blasphemiæ relegerentur, ab omnibus adclamatum est, hanc esse veram fidem, hanc orthodoxam. Dejicitur contradicentibus Vicariis Romanis Flavianus," & recipitur Eutyches. Damnatur etiã Eusebius episcopus accusator ejusdem presbyteri, tanquã Nestorianus, qui ante, dum adhuc esset laicus, Nestorii fuerat accusator. Ita enim nihil volunt isti Eutychianistæ inter se esse atque Nestorium, ut quicumque apud eos Eutychianista non fuerit, Nestorianus prorsus habeatur. cum doctrina catholica uniat duas naturas in Christo, non dividat sicut Nestorius fecit. Et isti quidem reperiuntur deteriora garrire. Nam fidentissime dicunt rem ineptam, rem etiam stolidis execrandam, ante unitionem, id est incarnationem, duas dici debere naturas; post vero unam Dei verbi tantum incarnatam: ut si dicamus aliquid ceratum, aut picatum, aut " stagnatum, aut quolibet alio genere coloratum. Iam vero post diem tertium synodi, qua dejectus est sanctæ memoriæ Flavianus, dejicitur etiam & Domnus Antiochenus. Dioscorus repente discessit, solutusque conventus est. Ducitur in exilium " Flavianus, & apud Epipam, quæ est civitas Lydiæ, seu superveniente, seu ingesta morte defunctus " est. Tunc temporis Anatolius quidam presbyter Alexandrinus apud Constantinopolim morabatur. Hæc enim consuetudo prædictis est, ut ad comitatum vicibus clerici dirigantur; ne quid forte causæ vel necessitatis emergat. Fit ergo iste Anatolius Constantinopoli episcopus, homo partium Dioscori. Exempto anno moritur Theodosius " imperator, Chrysaphius punitur, " Marcianus factus est princeps. " Læsam fidem graviter ferens indicit synodum apud Nicæam, in qua & ipse " & Pulcheria " resedit, & omnis cum eo senatus & potestates. Quam synodum postea transtulit Calchedona propter palatii vicinitatem. Conveniunt " quingenti & ultra episcopi totius orientis & Ægypti, Dioscorus exhibetur, ut facti sui causas in concilio possit adserere. Interfuit etiam imperator ipse conventui. interfuit & senatus, & omnes Iudices, & omnes aulicæ potestates. Eusebius ille Dorylitanus episcopus, qui ante annum de exilio fugiens Roma venerat, etiam & Calchedonensi synodo interesse properavit. Accusat ipse Dioscorum, & alii Alexandrini. Quid multa? Damnatur Dioscorus, sanctæ memoriæ Flaviani " corpus officiosissime Constantinopolim reportatur, apud Alexandriam Proterius catholicus fit sacerdos. Quidam Timotheus, " cui cognomen erat Ælurus, presbyter, & Petrus " diaconus, qui episcopatum nunc Alexandrinæ occupavit ecclesiæ, Dioscori sectatores, se ab ecclesia Alexandrina separarunt. Quos cum Proterius episcopus suis monitis ad ministeria sua revocare non posset, utrumque damnavit. Mortuo principe Marciano, " collectis turbis hæreticorum Timotheus & Petrus veniunt Alexandriam, & ordinatur ab hæreticis " Timotheus episcopus. Duo igitur apud Alexandriam episcopi esse cœperunt. Ante triduum paschæ, quo cœna domini celebratur, collecta multitudine perditorum occupatur ecclesia, ad quam se sanctæ memoriæ Proterius de more contulerat. Ibi supradicto die " in baptisterio occiditur, laniatur, ejicitur, & funus ejus incenditur, cineresque ipsius sparguntur in ventos. Leo sumit " imperium. ad quem tanti facinoris catholicorum querela pervenit. Contra quos hæretici supplicarunt, petentes ut Calchedonensis synodus aboleretur. illi autem vindictam tanti sceleris spectabant. Considerans imperator nimis esse grave, vexari tantos iterũ sacerdotes, quorũ plurimos aut ætas, aut infirmitas, aut etiam paupertas hunc laborem subire prohibebat, dirigit Ma-

" Pertas in Oasitana solitudine deportatus anno 436.

" CXL.

" Ad eum itaque non dedit epistolã Theodoretus post synodum, sed ad Hilarum.

" suscepta quidem a Dioscoro, sed non lecta.

" Subdola enim fuit ejus professio & hæresim tacendo tegebat.

" ann. 449. die 2. Augusti.

" stanna[tum]

" Vide chron. Marcellini comitis.

" 18. Feb. 450.

" Iulii an. 450

" ad P[ul]tam Me[l]thiadis.

" die Augusti te 14. ejusdem mensis.

" falsum ex actis quer.

" 630. constat

" Act. Oct. 2.

" Augu[sti] mense 450. damna[tio]nem D[io]scori, tantũ a sequen[ti] cum Pr[ote]rii ord[ina]tione.

" Hæc I[...] ratus c[...]

" Mon[achus] seu [...] gus, i[...] blæsus.

" 26. Ia[nua]rii an.

" Duo[bus] tantum [epi]scopis Evagr.

" Martii anni 4[57]

" die 7 br. ejusd[em] anni.

Magistrianos per totum orientem. dirigit etiam Anatolius episcopus Constantinopolitanus Asclepiadem diaconum suum. Per quos & omnes illi episcopi, qui Calchedona fuerant congregati, quid Alexandriæ factum fuisset agnoscunt: interrogatique cum suis provincialibus episcopis rescribunt, Calchedonensem synodum usque ad sanguinem esse defendendam, quia non alteram fidem statuit quam synodus Nicæna. Timotheum non solum episcopum non haberi, sed etiam Christiani appellatione privari." Quo deposito, fit alter Timotheus" catholicus episcopus Alexandriæ. Vix Timotheus "hæreticus depellitur, fugit Petrus. mittitur in exilium Timotheus Chersona, qui locus est in Ponto abditus. Quamdiu vixit imperator " Leo, vixit Timotheus episcopus Alexandriæ cum quiete. Sed cum Basiliscus occupasset imperium," damnare cœpit Calchedonensem synodum, & catholicos persequi. Tunc denique Timotheus ille damnatus accepta libertate venit Constantinopolim, & damnatos hæreticos locis suis reddidit. Vadit Alexandriam, fugit " Timotheus catholicus, & in monasterio latet. Petrus ille iterum se junxit Timotheo, cum quo fuerat ante damnatus. Redit Zeno imperator ad regnum, Basiliscus opprimitur. Mittitur Alexandriam, ut pulso pervasore Timotheus catholicus redderetur ecclesiæ. Sed Timotheo damnato morte prævento, Petrus" consors ipsius ab uno hæretico Alexandrinis episcopus ordinatur. Quem nihilominus dejici jussit Christianissimus imperator, & reduci Timotheum catholicum, sicut Acacii Constantinopolitani literis continetur. Cum plurimi, seu clerici, seu monachi, seu sæcularis vitæ homines, ad communionem catholici episcopi Timothei nollent penitus convenire, diversis sacris terruit universos clementissimus imperator. Scripsit ad papam Simplicium Timotheus [dicens Petrum olim in diaconio esse damnatum, nunc etiam Christiana societate semotum: mandans per Esaiam episcopum"] rogans ut scriberetur imperatori de Petro, qui latebat in Alexandrina civitate, & insidiabatur ecclesiæ, ut ad longinquum deportaretur exilium. Per ferme triennium sanctæ memoriæ papa Simplicius non desiit scribendo ad Acacium episcopum, ut ageret cum imperatore, & fieret de Petro quod Timotheus episcopus postulabat. Scriptum est etiam principi, sed nunquam inde rescriptum est. Post omnia, Ioannem " presbyterum œconomum suum Timotheus ad principem misit, rogans ut si quid humanitus sibi forte contingeret, juberet pietas ejus catholicum a catholicis ordinari. Ad cujus petita responsum est, & tam ipsi quam clericis scriptum. atque in iisdem sacris Ioannes œconomus multis laudibus prædicatur, ut jam pene omnibus Alexandrinis episcopalis putaretur officii candidatus. Defuncto isto Timotheo episcopo "Ioannes œconomus catholicus a catholicis ordinatur episcopus. Qui cum de consuetudine majorum ad apostolicam sedem synodica [per Isidorum presbyterum, & Petrum diaconum] scripta misisset, superveniente Vranio subadjuva, & contra Ioannem jam episcopum sacra principis deferente, ab episcopatus illius confirmatione papa suspensus est. Et quia in iisdem sacris de restituendo Petro, quem ipse damnavit, fecerat mentionem, hæc pars omnino est abnegata. Vnde videtur clementissimus

A imperator offensus. Cum ergo sanctæ memoriæ papæ Simplicii nihil totiens ad Acacium directa, propter Alexandrinæ ecclesiæ quietem, & catholicæ fidei integritatem, scripta proficerent, supervenit idem sanctus Ioannes episcopus, qui sicut decebat, ab apostolica sede susceptus est. Nam & priores ejus similiter Romanæ ecclesiæ tempore persecutionis suffugium poposcerunt. Hujus adventus plenius universa patefecit. Cui dum Acacii scripta legeremus, quæ de Petro " & Ioanne " Antiochenis miserat, excessus Acacii etiam in hac causa gravissimos deprehendit. Illo enim tempore, quo de Petro Alexandrino damnato retulerat, non longe post etiam de Petro & Ioanne scripserat. Petrum

B apud Constantinopolim monasterium " gubernasse: sed hoc propter crimina derelicto; Antiochiam fugisse. Ibi pulso [Martyrio] catholico episcopo, per hæreticos sedem ipsius occupasse. continuoque damnatum a Leone tunc principe ad Oasitanum exilium esse directum. De quo lapsum Constantinopolim rediisse, ac dedisse fidem, quod nullas ulterius turbas facere prorsus auderet. Sed sicut superius dictum est, Basilisci temporibus à Timotheo " illo damnato, qui Constantinopolim venerat, ad Antiochiam remissum fuisse, ut iterum illic episcopatum teneret. Quo facto, idem Petrus Ioannem quemdam presbyterum, de quo Acacium diximus retulisse, ordinat Apamenis episcopum, a quibus

C non receptus venit Antiochiam, & Petrum episcopatus sui pellit auctorem; & invadit ejus ecclesiam. Quos iterum damnatos dicit Acacius, petens ab apostolica sede, ut si forte ad eam confugerent, nec visu dignos haberet: & si jam aliquam indulgentiam forsitan impetrassent, irritam esse debere, nec eorum pœnitentiam recipiendam esse. Quod cum præfatus Ioannes Alexandrinus episcopus relegisset, tacere non potuit, quod illum Ioannem, quem Acacius damnaverat cum Petro, & sine remedio pœnitentiæ fecit ab apostolica sede damnari, post tot damnationes Tyriorum miseriæ ecclesiæ præsidere. Postquam ergo non solum nihil profecisse literas decessoris sui sanctus Felix papa

D cognovit, & ludibria quædam Acacio fieri in eversionem totius ecclesiasticæ disciplinæ, electis Vitale episcopo Troentinate ex Picena regione, & Miseno Cumanæ ecclesiæ episcopo ex regione Campaniæ, sub hac instructione direxit, ut Petrus de Alexandrina pelleretur ecclesia, & ut libello sancti Ioannis episcopi Alexandrini responderet Acacius, atque ipsi denuntiaretur Acacio, ut anathema diceret Petro. Qui quamvis hostili more detrusi in custodiam chartas amiserint, tamen perfidis hæreticis atque damnatis accommodare non debuerant, quæ sola negari potuit, voluntatem. Non solum ergo non egerunt quæ jussa sunt,

E aut quæ expedire poterant; sed etiam hæreticis communicaverunt, confirmationem Petri episcopatus, ad quem pellendum missi fuerant, deferentes, atque contumelias in episcopum Ioannem Acacio dirigente portantes. Quibus rebus habita synodo commotus beatissimus papa, Vitalem & Misenum ab officio & communione suspendit", Acaciumque damnavit. Cujus audacia deteriora committens, etiam Petrum " Antiochenum, ejecto catholico" Calendione, quem ipse ordinaverat, ad Antiochenam misit ecclesiam.

" Cnapheo seu Fullone.
" al. Apamenis non recepto, de quo Paulo post plura
" Liber. 18.
" Æ'urd anno 476.
" anno 484.
" die Iulii 28. anni 484.
" Cnapheum
" qui cum Illo Patricio, aliisq; anno 483. cõspirarat.

Edictum sententiæ Felicis papæ propter Acacii episcopi CP. damnationem.

Acacius, qui secundo a nobis admonitus statutorum salubrium non destitit esse contemptor, meque in meis credidit carcerizandum, hunc Deus, cœlitus prolata sententia, de sacerdotio fecit extorrem. Ergo si quis episcopus, clericus, monachus, laicus, post hanc denuntiationem eidem communicaverit, anathema sit, sancto Spiritu exequente.

EPISTOLA IX. FELICIS III. PAPÆ AD ZENONEM IMPERATOREM.

Conqueritur de violatis ab eo legatis, suadetque ut acquiescat damnationi Petri Alexandrini, & Acacii.

FELIX ZENONI AVGVSTO.

QVONIAM pietas tua, licet profusiore pagina ad mea scripta responderit, suis auribus diligentius intimatam fastidio dignam credidit veritatem: curandum mihi fuit, ut breviter quæ non vultis latius publicari definita concluderem. Itaque officiositate præmissa timere me fateor regno vestro pariter & saluti. Siquidem contra divinam reverentiam probabitur, ut beati apostoli Petri directa Legatio, sicut ejus confessio patefecit, tanquam in captivitate redacta teneretur, & chartis quas bajulabat violenter ablatis, ad communicandum hæreticis, hoc est apocrisiariis Alexandrini Petri, adversum quem ierat, de custodia sit producta. Quapropter * Vitalem quidem & Misenum, cur vel impulsi ad ista consenserint, honore simul & communione apostolica censura privavit. Sed * cum apud barbaras etiam nationes, atque ipsius deitatis ignaras, pro exequendis negotii vel humanis, jure gentium legationis cujuslibet habeatur sacrosancta libertas; notum est omnibus, quanto magis ab imperatore Romano & Christiano principe, in rebus præsertim divinis, oportuerit intemeratam servari. Deinde legatione summota, quæ apud vos, ut dictum est, nec beati Petri apostoli inviolata esse jam potuit, tranquillitas tua literarum saltim tenore cognoscat sedem beati apostoli Petri Alexandrino Petro, olim justeque damnato, ac nihilominus per sententiam synodalem nuper eliso, communionis nunquam vel præbuisse, vel præbituram esse consensum. Quia, ut cetera nunc omittam, ab hæreticis institutus, contra fas omne catholicæ præsidere non possit ecclesiæ. Vnde quoniam adhortationem meam duxistis onerosam, in vestro relinquo deliberationis arbitrio, utrum beati apostoli Petri, an Alexandrini Petri, cuiquam sit eligenda communio. Qualis autem Alexandrinus extiterit, vel quemadmodum falsi nominis sacerdotium per unum vix suæ complicem pravitatis temerarius usurparit, atque in damnatorum fuerit etiam apud vos dudum sorte numeratus, suffragatoris ejus Acacii literis ad sanctæ memoriæ decessorem meum datis, quarum exemplaria subdita cernitis, approbate. Vtrum vel episcopus dici valeat, quod nomen etiamsi a pluribus episcopis accepisset, habere non posset, vel orthodoxis plebibus contra Nicænam synodum; contra observantiam singularem, me-

* Nicolaus I. papa ep. 9.

Ibid. post pauca.

A reatur imponi, prompta in Deum pietate perpendite. Vbi etiam apparet evidenter, Acacium, qui excessus suos sub vestro potius nomine celare voluit, quam vobis profutura suggerere, tam saluti vestræ devotionem deferre sinceram, quam fidelem conscientiam circa patrum regulas, atque ipsum dogma gestaret catholicum. Propterea hunc eumdem, ut pote qui multa, contra scita veterum nefaria perpetrarit, & ejus laudator emerserit, quem adseruit & ipse damnatum, & ab apostolica fecit sede damnari, ac rursus ædificans quæ ante destruxerat, prævaricatorem se ipse constituit; eorum quos sequi maluit portioni di- Galat.
B strictionis apostolicæ, per Tutum Romanæ ecclesiæ defensorem, justa deputavit auctoritas, atque a communione & dignitate apostolica, qua se ipse ejus externis sociando monstravit indignum, legitima severitate discrevit. Puto autem quod pietas tua, quæ etiam suis mavult vinci legibus, quam reniti, cælestibus debeat parere decretis: atque ita humanarum sibi rerum fastigium noverit esse commissum, ut tamen ea quæ divina sunt per dispensatores divinitus attributos percipienda non ambigat. Puto quod vobis sine ulla dubitatione sit utile, si ecclesiam catholicam vestri tempore principatus sinatis uti legibus suis: nec libertati ejus quemquam permittatis obsistere, quæ regni
C vobis restituit potestatem. * Certum est enim hoc rebus vestris esse salutare, ut cum de causis Dei agitur, & juxta ipsius constitutum, regiam voluntatem sacerdotibus Christi studeatis subdere, non præferre: & sacrosancta per eorum præsules discere potius, quam docere: Ecclesiæ formam sequi, non huic humanitus sequenda jura præfigere. Neque ejus sanctionibus velle dominari, cui Deus voluit clementiam tuam piæ devotionis colla submittere: ne dum mensura cælestis dispositionis exceditur, eatur in contumeliam disponentis. Et ex hoc quidem de his omnibus conscientiam meam ante tribunal Christi causam dicturus absolvo. Vestræ mentis in-
D tererit, magis ac magis cogitare, & in rerum præsentium statu sub divina nos examinatione subsistere, ac post hujus vitæ cursum ad divinum consequenter venturos esse judicium. *Et alia manu.* Data Kalendis Augusti. Venantio v. c. consule "

* D. Certum hoc.

" anno 484.

EPISTOLA X. FELICIS III. PAPÆ AD CLERVM ET PLEBEM Constantinopolitanam.

Ne turbentur ob prævaricationem legatorum, atque ut Acacii a sede apostolica damnati communionem devitent.

FELIX CLERO ET PLEBI ORTHODOXIS
E Constantinopoli constitutis dilectissimis filiis salutem.

PROBATAM cunctis vestræ fidei firmitatem Vitalis atque Miseni non inrationabiliter opinamur prævaricatione turbatam: qui universa, quæ illis mandata sunt, non tantum negligendo, verum etiam impugnando, fecerunt, ut ecclesia Romana consentire damnatis hæreticis crederetur: quando contra vetitum his qui a Petro illo " hæretico, patricidarum " Mongo socio, olim justeque dejecto, & totiens anathematizato, directi, atque ab Acacio susce-

pti

pti sunt, nostrorum immemores mandatorum, A communicare convicti sunt, nulla contestatione præmissa, quam tamen, sicut his præceptum fuerat, religio vestræ sanctitatis audiret. actumque est ut, sicuti prædiximus, excessus illorum noster crederetur assensus. Quos & ordinibus suis, & veneranda divini mysterii perceptione privavimus. Nullus ergo vestrum per tale commissum sit immemor sui, nec nos æstimet in apostolicæ traditionis defensione deficere, quos videt fidei contumeliam in proditores & perditos vindicasse. Scire vos quoque decuit, Acacii quondam " episcopi varietatem inconstantiamque detectam. Qui cum de Petro isto, sicut probatur adnexis, non ferenda retulerit, atque olim dixerit fuisse damnatum, per legatos nostros multis laudibus prosecutus, cōtra conscientiam fecit, utrum ei quicquam credendum sit, omnes qui timorem Dei ante oculos constituunt judicabunt. Alienarum quoque provinciarum sibi jura defendens, sanctorum trecentorum decem & octo patrum canones illicitarum sibi ordinationum præsumptor est conatus evertere. Quorum etiam ob hoc subjacet ultioni: nec Romanæ, id est apostolicæ sedis, qua se ipse privavit, communione jam gaudet: quando Petri Eutychianistæ socius & susceptor apparens, damnationis ejus se participem indicavit. Quem nostra quoque sententia ministerii episcopalis officio, & sancta communione, vestroq; numero, id est Christiano, judicavit alienum, sicut reperitur in adnexis. Filio autem nostro Salomoni presbytero, quem Acacius, ut placeret hæreticis, suo privare putavit gradu, gradum proprium sententia vestra conservet, vel omnes qui forte a memorato propulsi, in locis suis & in nostra communione manere pronuntiet. Quamvis autem zelum vestræ fidei noverimus, monemus tamen, ut omnes qui catholicæ fidei volunt esse participes, ab illius se communione abstineant, ne quod absit simili subjaceant ultioni.

EPISTOLA XI. FELICIS PAPÆ III. AD MONACHOS URBIS Constantinop. & Bithyniæ.

Tutum ecclesiæ defensorem prævaricationis causa fuisse damnatum & quomodo ipsi in suos, qui Acacio adhæserint, animadvertere debeant.

FELIX RUFINO, THALASIO, PRESBYTERIS & archimandritis, & ceteris monachis circa Constantinopolim & Bithyniam constitutis.

DIABOLICÆ artis astutias frequentius experimur, sed malignitati ejus, Deo juvante, non cedimus. Nam cum ea quæ totiens pro constantia fidei disponuntur fraus ejus va- E cuare molitur, necesse est ut & viribus, quas divina gratia subministrat, conatus ipsius exstirpemus. Acceptis itaque literis dilectionis vestræ, quarum Basilius fuit lator, inter cetera " Tutus, quem ob hoc feceramus defensorem ecclesiæ de provectioribus intra ecclesiam clericis, ut quam dirigi non licebat, in Acacium sententiam ipse portaret, se quadam dementia, immo ardore pecuniæ, postquam nostris satisfactum est constitutis, inimicis fidei vendidisse convictus est atque confessus. Lectæ sunt enim literæ ipsius in conventu fratrum, qualiter pacta interposita persona, Marone condemnato, ei cui sententiam portarat inhæsisse creditur: quas proprias esse cognoscens, non potuit diffiteri. Unde eum fidei & sedis apostolicæ proditorem, officio defensoris quod ei ad tempus dederamus exuimus, eumque sacrosancti mysterii communione privatum præcipitarique cognitione præcepimus; monentes dilectionem vestram, ut sicut semper fecistis, pro custodia veritatis jugi observatione vigiletis. Et quia non est dubium, nonnullos ex monasteriis vestris esse deceptos, atque ad inimicos Dei, seu sponte, seu necessitate transisse, observandum vobis de talibus hoc esse B mandamus, ut quisquis cujuslibet loci apud vos, vel sponte se dedit, vel mercede corruptus, collegii vestri sit prorsus alienus. Quia nisi a fidelibus perfidi sint remoti, rerum discretione sublata, laborabunt suspicionibus innocentes, ut ad vitia facilis hominibus est prolapsus. A probatorum consortio contagia repellenda sunt perditorum: quoniam mores bonos colloquia, sicut scriptum est, perversa corrumpunt. 1. Cor. 15. 33. Illorum vero aliter causa tractanda est, quos constiterit pœnis gravibus ut traducerentur afflictos. Circa quos humaniores vos esse convenit, ut ad cellulas sub districtione penitentiæ revertantur, & fidelioribus lacrymis eorum quod lapsi sunt expietur, donec ex- C clusis inimicis, & perversoribus suis catholica purgetur ecclesia.

EPISTOLA XII. FELICIS III. PAPÆ AD ZENONEM IMPERATOREM.

" Anno 490. post mortem Acacii. p. C P. ejusque successoris Flavitæ.

Laudato ejus studio in ordinatione novi episcopi, hortatur ut in Acacii Petrique nominum damnatione, de qua cleri legati nihil sibi mandatum responderant, cum ecclesia Romana consentiat.

FELIX ZENONI IMPERATORI.

D DIGNAS referre Deo nostro gratias fateor mens humana non sufficit, quod tantam religionis curam in vestræ pietatis sensibus miseratio divina constituit, ut eam & universis negotiis anteponi, & soliditate reipublicæ contineri, quam veraciter Christiano, tam augusto judicio censeretis. quia revera propitiatione cælesti rerum subsistit universitas. Ex qua mirabili devotione vestræ clementiæ processisse cognosco quicquid pro divini cultus reverētia celebratus tranquillitatis vestræ sermo deprompsit. Ut scilicet firmare catholicæ fidei cupientes unitatem, ecclesiarumque pacem magnopere roborari, talem studeretis præfici Constantinopolitanis " antistitem, qui superno munere prosequente, & morum probitate fulgeret, & præ omnibus orthodoxæ veritatis polleret affectu. (" Euphemius is fuit) Magnam igitur, egregie princeps, capio de utroque lætitiam: cum & in tuæ serenitatis animo, sicut in sæculi fastigio constitutum, ita præcipuum ecclesia filium Deo factore suscepit: & eum ipsum, de cujus pontificio gloriamini, dum ad beati Petri apostoli sedem suæ refert dignitatis exordium, jam suæ dedisse gaudeo moderationis indicium. Ubi simul & magnanimitas vestra resplendet, quando ecclesiæ causam, sicut divinitus institutum est, pontificum desiderat ordinatione componi, & qui in sacerdotii perhibetur provectus offi-

officium, optat inde fulciri, unde Christo cupiente profluit cunctorum gratia plena pontificum. Cujus etiam literarum me refovet intentio, qua sicut decet Christo placere nitentem; & summum apostolorum beatum Petrum, & petram fidei esse non tacuit, & eidem mysteriorum claves creditas fuisse cælestium prudenter struxit, utque nobiscum circa orthodoxam fidem consentientem haberet assensum, quo amplius unanimis redderetur, expetiit. Gratissimis igitur professionibus hujus, & votis copiosa lectione patefactis, mox ut etiam filios meos sancti propositi monachos pariter venisse conspexi, difficultates omnes, quæ primitus obstrepebant, hac credidi dispositione summotas: atque ideo venientibus clericis eas præter consuetudinem sociatas esse personas, quæ Petro vel Acacio non communicasse viderentur. ut illorum nominibus sequestratis, per quos scandalum contigisset ecclesiis, sincera deinceps caritas proveniret. Quibus rite perpensis, nihil aliud mihi supererat gratulanti, nisi ut his qui fuerant destinati apostolicæ sedis communio traderetur. Sed cum pro catholica fide cautius admonerem, ut suscipientes eam se a consortio retraherent damnatorum, non sibi hoc mandatum omnino dixerunt. Qua rerum diversitate permotum anxium me hæsisse profiteor; cum aliud literæ, & ipsa rerum ratio demonstraret, & aliud memoratorum contineret assertio. Puramque volens cum eo qui pontifex creatus asseritur inire concordiam, gloriæ vestræ suggerere properavi, ut nihil residere patiamini, quo denuo quicquam valeat dissensionis oboriri. Quia dum per synodum Calchedonensem, quam se dudum literis designavit tua clementia venerari, Eutychem atque Dioscorum constet esse damnatos, & eorum sectatores plurimis illarum partium documentis Timotheus & Petrus extitisse monstrentur, atque eorum communionem, etiam si prohibitam, secutus Acacius, quos ipse epistolis suis hæreticos dixerat esse damnatos: sententia illius concilii convincuntur adstringi, & in ipsorum pœnam merito recidisse, quorum elegere consortium. sicut in ceteris hæresibus facta semel synodus abjecti cujuslibet erroris cunctos sequaces consequenter involvit. Quæso igitur, gloriosissime, nec in successoribus refovere judicemur quod manifestum est in auctoribus fuisse damnatum: nec Petri putetur legitima provenisse purgatio, quem non secundum morem veterum apostolica sedes, quæ ligavit, absolvit. Scit enim Christiana mens tua, venerabilis imperator, quoniam delicta mortalium secundum conscientiam relaxandi non nisi pontificibus suis ordine competenti superna dederit dispensatio facultatem. Qui Petrus tamen, si vere receptus esset, veniam mereri debuit, non honorem. qui a damnatis atque hæreticis falsum sacerdotii nomen accipiens catholicæ non poterat ecclesiæ præsidere. Hæc ego, reverentissime princeps, beati Petri qualiscumque vicarius, non auctoritate velut apostolicæ potestatis extorqueo, sed tanquam sollicitus pater, salutem prosperitatemque clementissimi filii manere cupiens diuturnam, fideliter imploro. Ecce desideramus, optamus, ambimus ecclesiam Constantinopolitanam, sicut semper, habere connexam. Exuantur obsecro ab his qui nostri non sunt, & nos quoque volumus esse nobiscum. Postulationes certe gentium barbararum, venerabilis imperator, pro quiete mundani regni publice benignus exaudis. Quanto præstantius quæso te, preces apostolicæ sedis pro sacrarum tranquillitate rerum placatus admittis? Hoc enim hoc expedit, ut si utraque Roma pro mutuo pignore nuncupatur, fiat utraque una fides illa Romanorum, quam per universum mundum prædicari beatus Paulus testatur apostolus, sicut apud nostros floruit indiscreta majores: & quæ genere concordat, ac nomine, non sit religione divisa, per quam etiam discrepantia copulantur. Putasne me, venerabilis imperator, non cum lacrymis ista profundere, & velut præsentem ad tuæ pietatis vestigia? Nec enim piget, in tali maxime causa, imperialibus officiis inclinari, cum se apostolus omnium factum dicat esse peripsema. Hæc diutius tacui, ne aliis contraria suggerentibus irreverentiam meis potius literis commoverem. Verum nunc facultate percepta, qualiter vigeat in meo corde vestræ pietatis affectus insinuo: quia successus traditæ vobis divinitus potestatis cupio propitiatione consistere. Neque, venerande fili, respuas supplicantem, neve meam velis dissimulare personam. In me enim qualicumque vicario beatus Petrus apostolus, & hæc in illo, qui ecclesiam suam discerpi non patitur, ipse etiam Christus exposcit. Absit ut huic quemquam Christiana mens tua vel possit, vel debeat anteferre, quem pro te votis omnibus desideras exorari. Præsertim cum tanta sint illa, vel talia, quæ tyrannide deleta pro fide catholica gessisti & geris, ut plena a Deo vestræ conscientiæ experimenta teneamus. De quibus etsi quid fortassis omissum est, non respicit nisi perfidi virus Acacii: qui dum inlicitis crescere tendit augmentis, ea quæ rectæ religioni congruerent, vobis inter curas publicas occupatis destitit intimare. Nam pietas tua quomodo non sequendum potius existimaret, quod fecisse conspiceret sacerdotem? Unde divino judicio nullatenus potuit, etiam cum id mallemus, absolvi. Quapropter magis magisque supplicare non desino, ut cum suis nominibus atque personis feralis illa causa transierit: quo nos, annuente domino nostro, certa perfectaque lætitia necti valeamus cum præsule nunc creato, beati apostoli voce dicentis, *Si qua igitur in Christo nova creatura, vetera transierunt, omnia facta sunt nova.* Literæ certe vestræ catholicæ fidei prædicant unitatem, pacemque ecclesiarum regia pietate pronuntiant. Quæ cum debito honore legerentur, qualiter mecum totus ordo Romani presbyterii vitam vobis prosperitatemque continuam promptus exorans, repetitis assidue vocibus acclamarit, & hi qui directi sunt audierunt, & ubique velox tam præclari nuntii legatio putabatur obviare. Necessitati populi Alexandrinæ civitatis magis in ea parte prospiciendum est, ut a pestiferi rectoris retrahatur insidiis. Concurrant omnia, rogamus omnes, ut quemadmodum docet apostolus, auferatur de medio qui nos conturbat: & ea quam augustæ memoriæ Leo, pater eruditorque vester, jugiter custodivit, vel vos magnanimiter servare decernitis, ecclesiarum fida pax, vera sit unitas. quo-

Marginal notes: Matth. 16. — Rom. 1. — 1. Cor. — 1. Cor. — Galat.

quoniam cuicumque personæ paterna fides, & beati Petri communio debet præferri. Atque ad vestram gloriam, sicut imperii vestri felicitas, ita post Deum pertinere doceatur regni cælestis integritas. ut de conservatis ecclesiæ suæ legibus tranquillitatis tuæ benevolentiam Christus adsumens, & temporalia tibi dona multiplicet, & præstet æterna.

EPISTOLA XIII. FELICIS III. PAPÆ AD FLAVITAM EPISCOPUM Constantinopolitanum.

Quod legatos ejus a communione propterea suspenderit, quia de Acacii, Petrique nominibus nihil sibi mandatum responderint. Hortatur ut & ipse ab his recitandis abstineat, & Zenoni id ipsum persuadeat.

FELIX FLAVITÆ EPISCOPO Constantinopolitano.

MULTA sunt quæ nobis præbeant de tuæ dilectionis ordinatione lætitiam, & sperare divino beneficio cohortentur ecclesiasticæ pacis effectum. Primum quidem, quod talem te gratia cælestis elegerit, cujus a puero vita probabilis adseratur, & catholicæ fidei, quod ante omnia cupimus, prædicetur intentio. Deinde quia inter hæc munera tuæ dominus caritati domini quoque filii nostri gloriosissimi principis votum contulit & favorem. quatenus potestatis fultus, Deo præstante, subsidio, facilius valeas expetere, quæ secundum veritatem sapienter intenderis. Postremo quod omnia propemodum, quæ tui sequuntur honoris exordium, tam benevolentiam nobis clementiæ principalis ostendunt, quam tuæ produnt speciem voluntatis. Dum scilicet ad apostolicam sedem regulariter destinatur, per quam largiente Christo omnium solidatur dignitas sacerdotum. Quod ipsæ dilectionis tuæ literæ apostolorum summum, petramque fidei, & cælestis dispensatorem mysterii creditis sibi clavibus, beatum Petrum apostolum confitentur. Quod denique, ut amplius esse unanimes valeamus, nobiscum dilectionem tuam orthodoxæ fidei habere velle testantur assensum. Quæ cum non mediocria videantur indicia, quibus de tua mente nobis procedere votiva credamus, ad testimonium majus accessit, ut filii nostri religiosi monachi, rectæ fidei confessione pollentes, pariter huc venirent. Quibus utique visis æstimamus non aliter destinatos, nisi nominibus damnatorum, a quorum isti communione distabant, de Constantinopolitana ecclesia jam repulsis. Itaque nihil superesse perspeximus, nisi ut hi qui dilectionis tuæ synodica bajulabant, communionis apostolicæ participatione fruerentur. Sed dum cum ipsis sollicitius ageretur, ut si mallent B. Petri apostoli communionem fideli corde suscipere, responderent vel se, vel dilectionem tuam ab Alexandrini Petri, Acaciique deinceps recitatione futuram modis omnibus alienam: illi nihil sibi tale mandatum fuisse perhibentes, oblatæ salubriter gratiæ nostræ consentire noluerunt. Qua eorum cunctatione permoti, cum literæ venientes, vel ipsa rerum dispositio aliud promittere videretur, & relatio prædictorum longe aliter quam sperabatur efferret, communionem quidem nostram

A contristati distulimus. quam remotis dubietatibus optabamus plenam catholicæ fidei, & hoc, quod circa orthodoxam fidem consensum nobiscum se habere promisit, arbitramur esse venturam. Alioqui nihil nobis poterit imputari, si, complectentibus fœdera caritatis beati apostoli Petri consortio Alexandrini Petri societas præferatur. Erit enim apud Deum hominesque manifestum, talia perpetrantes non nostro vitio, sed suo prorsus arbitrio separari, idemque ante tribunal Christi modis omnibus terribiliter judicandum. Non sumus pertinaces, sed dogmata paterna defendimus: quemadmodum etiam tuæ dilectionis pagina

B designavit, zelum pro orthodoxis ostendere nos debere. Calchedonensi concilio, quod universalis sanxit & custodit ecclesia, Eutyches & Dioscorus non probantur esse damnati? An eorum complices Timotheus atque Petrus instructionibus plurimis convenientibus non docentur, sicut hi quoque quos misit tua dilectio perviderunt? An eorum communionem, frequenter & regulariter interdicentibus nobis, non est secutus Acacius, quos ipse suis epistolis hæreticos dixerat, olimque damnatos, & male rursus ædificans, quod bene ante ipse destruxerat, secundum apostolum prævaricator apparuit? Ideoque juxta præfatæ synodi tramitem, merito illic damnatæ perfidiæ Gal. 2, 18.

C parem cuncti subiere vindictam, qui hujus maluerunt esse participes. quemadmodum contra unamquamque hæresim synodus constituta, cunctos etiam dejectæ similes pravitatis adstringit: ne in successoribus omnino reparandum esset, quod in auctoribus juste monstratur esse prostratum. Absolvi autem Petrus nulla ratione potuit sine apostolicæ sedis assensu, qua fuerat mandante seclusus, sicut de recipiendis talibus forma veterum testatur antistitum. Qui etiam Petrus, si de legitima fuisset curatione sanatus, ad indulgentiam suscipi deberet, non ad sacerdotii dignitatem. qui a damnatis atque hæreticis institutus, catholicis plebibus nulla posset ratione præponi. Perspexisti & ipse nobiscum

D salutaria esse quæ dicimus. Unde etiam in tuis literis, cum de beati Petri fide loqueris, quod cum tota gratulatione legimus, catholica mente posuisti: Et qui cum eo sicut vos credunt « consona voce gloriantes dispersa colligere « valeamus. Quæro igitur quænam illa sint, « vel qua rerum perturbatione dispersa. Nec alia nunc prorsus occurrunt, nisi quæ per Eutychianæ pestis ejusdem sequacium sunt excogitata vesaniam. Dilectio vero tua operam det nobiscum, quatenus possit quę te quoque fatente dispersa sunt colligi. Voce utor apostoli, *Obsecro vos, nihil me læsistis.* Non Gal. 4. 12. hoc velut imperiosus impono, sed ut conscientiam meam convenienter expediam. Ne

E commissæ vobis divinitus rationabiles oves, non sine vestro discrimine, quod absit, perire sinantur, exhortor. Cogitate simul omnes, qui dignitate pastorali censemini, pro Christiana fide, quæ tunc est Christi si vera est, & vivendum nobis, & si oportuerit sacrosanctæ religionis amore moriendum. Perpendite igitur ipsius vitæ semper tempus incertum: ne repente rapti ad cognitionis illius formidandæ trahamur examen. Unde propensius tanquam præsentem dilectionem tuam jure caritatis

ritatis vehementer adstringimus, ut sortem A infelicis Acacii perhorrescens, qui sicut scriptum est, ut iret in locum suum, etiam nobis conantibus, non est permissus absolvi; quo vales tenore contendas, ut catholicorum illius urbis antistitum magis monstreris esse imitator, & domnum filium nostrum gloriosissimum principem, conjugemque ejus, adjuncta tecum mea prece, non desinas suppliciter exorare, ut sicut devoti ecclesiæ filii, & obsecrationes nostras clementer admittant, & pro sui regni salutisque perpetuæ perfici consideratione decernant. Nec dilatæ communionis apostolicæ tua causetur dilectio tarditatem. Nollemus qualicumque difficultate suspendi, nisi respectus catholicæ veritatis obsisteret, cui dilectionem quoque tuam summis viribus inhærere vel opto, vel moneo. Nomen igitur Petri & Acacii tollatur e medio: nec apocrisiariis damnati Petri misceamur, aut literis. Et sicut ait apostolus, *Abscindantur qui nos conturbant.* Iterumque ut ipse pronuntiat, *Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio*, cum nominibus personisque suis præterita causa deleatur. Nobis Deo inspirante provisuris rationabiliter, ut scripsimus, si cuncta convenerint, ut eorum quos ordinavit vel baptizavit Acacius, salva confessione catholica, pro caritatis ecclesiæ redintegratione nihil pereat. quatenus pax illa proveniat, quæ fecit utraque unum: non illa C quam propheta condemnat, *Pax, pax, & non erat pax.* & caritas, quam tua dilectio suis sæpe literis postulavit, pura succedat, de qua dicitur, *Caritas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.* Nihil sit commune luci cum tenebris: quia non possumus, nec debemus mensæ domini participare, & mensæ dæmoniorum. ut tibi creditis ovibus præteritorum congregatione mundatis, fiat unus grex, & unus pastor. Scriptum esse meministi, *Si recte offeras, & recte non dividas; peccasti.* & propheta clamat, *Inter mundum & immundum non discernebatis.* Quæ universa summatim illa circumspectione perstringimus, ut cordibus salubriter expiatis, tam firmam D sine dubitatione, quam veram, tam perpetuam, quam unitam possimus tenere concordiam. Quantocius ergo super his tua nos reddat dilectio certiores: ut Deo nostro perficiente quod cœpit, in compage corporis Christi plena valeamus reconciliatione consentire.

Act. 123. Galat. 5. 12. 1. Cor. 5. 7. Ephes 2. Ezech. 13. 10. 1. Tim. 1. 5. 1. Cor. 6. 1. Cor. 10. Joan. 10. Gen. 4. 7. Ezech. 22. 26.

Nota Iacobi Sirmondi, S. I.

Codex Virdunensis hanc tribuit Gelasio. at Gelasius hoc tempore pontifex non erat, sed Felix. Liberatus breviarii cap. 18. Moritur. *inquit*, Acacius, & ordinatur post eum Flavitas presbyter, qui fuit a sancta Thecla. qui non consensit sine Romano pontifice inthronizari, sed transmisit synodicam papæ Romano Felici. Qui modico vivens tempore moritur non accipiens epistolam ipsius. Vide Nicephorum lib. 16. cap. 19.

EPISTOLA XIV. FELICIS III. PAPÆ AD "THALASIUM archimandritam CP.

" data vacante post Acacii mortem sede CP.

Ne cum ecclesia Constantinopolitana, vel illius episcopo, ipse aut monachi ejus ante communicent, quam a sede apostolica jussum fuerit.

Felix 'Thalasio.

' Thalassio.

POST factas literas, quas per filios nostros religiosi propositi viros dilectioni tuæ misimus contradendas, ne quid minus pro catholicæ fidei custodia diligentior cura prospiceret, caritatem tuam duximus admonendam, ut etiamsi, præstante Deo nostro, nomina damnatorum; id est Alexandrini Petri & infelicis Acacii, fuerint de ecclesiastica recitatione sublata, ut similes perditionis eorum, sacerdotii non permittantur præsumere dignitatem, non prius tua dilectio, vel congregatio quam gubernas, Constantinopolitanæ ecclesiæ, vel quicumque ejus futurus est pontifex, communicandum esse decernat, quam ad notitiam sedis apostolicæ cuncta referantur, vel ipsius literis qui fuerit creatus episcopus, vel tuæ dilectionis alloquiis. Quia sicut per professionem catholicam sedis apostolicæ formam secutus es, ut te a damnata communione suspenderes: ita beati Petri sequi debetis exemplum, ut quando ejus auctoritate fuerit relata communio, tunc eis etiam tuum noveris miscendum esse consortium. Nec quisquam dilectioni tuæ omnino persuadeat jam nostram communionem illis partibus fuisse commissam, cum videas adhuc res in dubio constitutas, & apud nos de illic creato pontifice omnia haberi prorsus incerta. Neque posset cum eo sociari communio, cujus adhuc a nobis nec honor probatur esse susceptus, nec fides atque intentio comprobata. Expectet ergo dilectio tua sedis apostolica jussionem, & sic ecclesiæ Constantinopolitanæ sacra se communione conjungat, si in participatione beati Petri & catholicæ veritatis desiderat permanere. Data Kalendas Maias. " Probo & Fausto vv. cc. Indictione XIII.

" scri[...] dum [...] no & [...] sto [...] 490.

Nota Iacobi Sirmondi, S. I.

Superiori epistolæ titulus in veteri codice præfixus est hujusmodi. Exemplum epistolæ, quam pertulerunt in legationem directi monachi, ad Rufinum, Hilarum, & Thalasium, archimandritas Constantinopoli.

EPISTOLA XV. FELICIS III. PAPÆ AD VETRANIONEM EPISCOPUM.

Discidii ecclesiæ Constantinopolitanæ causas exponens, hortatur ut Zenonem ad unionem cum Romana instaurandam permoveat.

Felix Vetranioni episcopo.

E QUOD unitatis ecclesiæ plena cupimus redintegratione firmari, multorum relatione comperimus, dilectionem tuam, & egregiis moribus divina gratia tribuente pollere, & domni filii nostri Christianissimi principis familiaritate subnixam: paratamque fraternitatem tuam catholicæ fidei causam, si manifestius panderetur, libere & prudenter adstruere. Quibus de tua mente sumptis indiciis, talem te veritatis ' auctorem esse perpendimus, qualem illic desideravimus invenire. Gratamur igitur, quod hereditatem suam non usquequaque dominus repulisset, sed in eorum cordibus flammam rectæ confessionis servaret absconditam, qui sive se a com-

' acto[...] Psalm.

communione confusa penitus abstinerent, A sive in eam per ignorantiam recidissent, mallent tamen & declarari quæ recta sunt, & secundum traditionem veterum comprobata sectari. Atque ideo adloqui caritatem tuam nostro modis omnibus sermone curavimus, & de his quæ ecclesiam Christi fecerint diffidere competenter instruere. In Calchedonensi itaque synodo, quæ de concilii Nicæni tenore procedens, pro Christianæ confessionis integritate servanda, tam auctoritate sedis apostolicæ, quam universalis ecclesiæ est celebrata consensu, Eutychem atque Dioscorum constat fuisse damnatos. Quorum Timotheus & Petrus extitisse docentur B proculdubio sectatores, eorumque se communioni nefariæ miscuisse, etiam cum a nobis prohibitus est," Acacius: atque ob hoc, ex forma synodi memoratæ, similem cunctos, quæ præfixa fuerat pravitati, damnationis incidisse sententiam, cujus se elegerunt esse consortes. Vnde merito prædictus Acacius " apostolicæ sedis, quæ nunc exsecutrix utique sæpedicti Calchedonensis concilii pro fide catholica tunc probati non defuit, iterata " excommunicatione depulsus est, ne per eum quod absit nos quoque reddamus complices perditorum. Neque Petrum quisquam legitime credat esse purgatum, qui non a beati Petri apostoli sede receptus est, qua fuit mandan- C te dejectus. Bene enim dilectionem tuam nosse non ambigo, quod personam hujusmodi, cum ita ratio postularet, non nisi ecclesiasticæ legis ordine competenti, sicut divinitus constitutum est, vel possint, vel debeant convenienter absolvere. Quod cum factum non sit, manifestum est Petrum in ea qua pridem fuerat perversitate ac damnatione detineri. Qui etiamsi legitime corrigi voluisset, indulgentiam consequi debuit, non ecclesiasticam dignitatem: quia ab hæreticis damnatisque falsi sacerdotii nomen assumens, ecclesiæ catholicæ nullis regulis potuit præsidere. Hæc autem, quæ de prædictis gesta narravimus, D documentis inde venientibus approbantur, sicut Constantinopolitani clerici, qui directi sunt, agnoverunt. palamque monstratum est, Acacium se eorum fecisse participem, quos suis literis hæreticos, & retulerat ipse damnatos. Perceptis ergo summatim dilectio tua, quæ videntur ecclesiarum fecisse discidium, nosque perpendens non immerito pro fide catholica extitisse sollicitos, non solum deinceps se a communione damnatorum studeat custodire: sed Christi gregem qua valet industria retrahere non quiescat, & domno filio nostro Christianæ mentis Augusto incessabiliter suggerere non omittat, ut operis sui memor, quod fide catholica, inspirante do- E mino nostro, clementer dicitur exsecutus, plenam temporibus suis pacem, & Christi veritatem sinceram, ut præcipuus sacræ religionis filius, & pia devotione conspicuus, tranquilla dispositione restauret, & de ecclesia Constantinopolitana Petri Alexandrini nomine Acaciique sublato, pro quo tempestas omnis exorta est, intemeratam paternæ traditionis fidei post dominum benignus efficiat unitatem. Quæ nunquam fuisset utique temerata, si hanc imperatori Christianissimo fideliter Acacius insinuare voluisset. Sed dum patrum terminos transferre molitur, & ambitionibus suis prævaricationis aditum impudenter exquirit, nec venerabilia dubitavit decreta calcare, & inter curas publicas occupato principi venerando dissimulavit quæ noverat vera suggerere: talem se conscientiam circa salutem regiam potestatemque gestare demonstrans, qualem in negotio ipsius religionis exhibuit. Vnde, quod non sine divini judicii terrore dicendum est, etiam nobis si requisisset optantibus, non est permissus absolvi. Quomodo autem domnus filius noster venerabilis imperator non hoc sibi judicare posset faciendum, quod cerneret sacerdotem vel facere vel docere? Quapropter adjuncta secum mea prece, dilectio tua sæpedictum dominum filium nostrum supplicatione qua potest, & lacrymarum professione deprecetur, ut patienter permittat abscidi qui nos conturbant: ne in successoribus hæreticorum reparasse videamur, quod in auctoribus eorum certum est fuisse damnatum. Priorumque consimiles opprimere non sinat ecclesiasticam dignitatem: quatenus apostolica voce dicamus, *Si qua igitur in Christo nova creatura, vetera transierunt, ecce facta sunt omnia nova.* Ecclesiam Constantinopolitanam nobis, sicut semper, unitam sua post Deum placiditate concedat. Quoniam & hoc præsentis felicitatis ejus incrementa desiderant, & consequendæ fructus æternitatis exposcit. Dilectionem vero tuam specialiter commoneo atque contestor in illo nostri salvatoris examine formidando rationem mihi modis omnibus reddituram, si quæ pro integritate salutis humanæ, pro orthodoxa atque regulari constitutione majorum, & veraci atque sincera totius ecclesiæ pace reparanda delegavi, quod de tua mente non credimus, segnius exequaris.

Margin: Iulii 484. — *Galat.* 5. — 1. *Cor.* 5. 17.

" ** Ex eodem codice Virdunensi.

Felix Andreæ episcopo Thessalonicensi.

Quod plene catholicæ fidei cupimus redintegratione firmari, sollicitudinem dilectionis tuæ, qua ad sedis beati Petri communionem venire desideras, libenter amplectimur; sed eam vellemus, sicut orthodoxæ veritatis cautela deposcit, ex omni fieri parte constantem.

FELICIS PAPÆ III. DECRETVM unum desumptum ex Gratiano, quod non habetur in præmissis.

In ecclesiasticis causis regia voluntas sacerdotibus est postponenda.

Certum est hoc rebus vestris esse salutare, ut cum de causis Dei agitur, juxta ipsius constitutionem, regiam voluntatem sacerdotibus Christi studeatis subdere, non præferre; & sacrosancta per eorum præsules potius discere, quam docere: ecclesiasticam formam sequi, non huic, humanitus obsequendo, jura præfigere: neque in ejus sanctionibus velle dominari, " cujus clementiæ Deus voluit tuæ piæ devotionis colla submittere: ne, dum mensura cælestis dispensationis exceditur, eatur in contumeliam disponentis.

Margin: Distin. 10. Certum est hoc. — " cui Deus voluit clementiam tuam. p. d. c. f. *Vide supra epistolam ix. pag 1083. unde hoc decretum a Gratiano aliove decerptum.*

ANNO CHRISTI 483.

a CONCILIVM ROMANVM PRIMVM SVB FELICE III. CONTRA ACACIVM Constantinopolitanum & Petrum Fullonem.

Causa concilii.

a *Concilium.*] Cum in locum defuncti Timothei, Alexandrinæ ecclesiæ episcopi orthodoxi, communi consensu episcoporum, Ioannem virum optimum, hominemque orthodoxum, Timotheo in sede Alexandrina suffectum, Zeno imperator impulsu Acacii episcopatu amovisset, eique, ut supra in notis epist. 17. Simplicii papæ diximus, Petrum Moggum hæreticum, antea semel inde fugatum, substituisset, Ioannes de vi & injuria sibi illata protestatus, ad sedem apostolicam appellavit. Anno domini 483. Romam veniens, suam quam interposuerat appellationem introducturus, & debito modo prosecuturus, Felici papæ (Simplicium enim defunctum invenerat) libellum injuriarum obtulit. Quo suscepto Felix ob causam, qua non unius tantum, sed trium, præcipuarum sedium orientis ecclesiarum vertebatur periculum, concilium ex episcopis Italiæ more majorum celebrandum esse putavit. Convocatis itaque sanctissimis patribus habita est sacra synodus, qua post gravissimas sententias plurimorum interpositas, omnium consensu illud constitutum fuit, ut ad Zenonem imperatorem Constantinopoli degentem legatio decerneretur, scriberenturque robustissimæ ad eum literæ, quibus de proditione catholicæ fidei, ejusque proditoribus querelæ ingererentur: adderet suas ad Acacium Constantinopolitanum, quibus cum eo ob fidem non defensam & conniventiam cum hæreticis expostularet. Præterea visum fuit esse convenientissimum, ut transmissa copia illius libelli, quem Ioannes Alexandrinus pontifici obtulerat, Acacius ad sui defensionem in scripto citaretur, scriptoque libello rogaretur imperator, ut Acacium ad respondendum querelis adversum se objectis impelleret. Hæc omnia debito modo peracta fuisse, epistolæ Felicis ad Acacium & Zenonem, quæ nunc primum cum prædictis libellis quibusdam, opera illustriss. Card. Baronii in lucem prodierunt, aperte demonstrant. Hac eadem synodo damnatus est Petrus Fullo, alias Cnapheus nominatus, intrusus post Calendionem ejectum episcopus Antiochenus. Qui dum sacro Trisagio, in omnibus orientis ecclesiis ex revelatione Dei cantari consueto, quo dicitur: *Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis;* hanc blasphemiam addidit: *Qui passus es pro nobis;* quasi scilicet tota sanctissima Trinitas mortem ac passionem subiisset, se non tantum Eutychianum, sed etiam Apollinaristam atque Sabellianum esse detexit. Cum enim diceret unam in Christo esse naturam, Eutychianum se prodidit. Cum diceret carnem de cælo allatam in Verbum esse conversam, se Apollinaris sectatorem professus est. Cum vero Patri, Filio, ac Spiritui sancto passionem conjungeret, Sabellianum se esse aperuit; quoniam eo ipso unam tantum totius Trinitatis personam esse asseruit, sicque nefandum Theopaschitarum errorem, jamdiu ante proscriptum, majori cumulo reddidit. In hoc judicio Fullonis tres actiones habitæ videntur; quarum prima directa est ad eum epistola synodica, qua pontifex confutatis singulis illius blasphemis erroribus,

Decretum concilii.

Petrus Fullo damnatus.

Quid ad Trisagium addiderit.

In judicio Fullonis tres actiones habitæ. Prima actione quid.

A in fine sic eum alloquitur: *Hæc tibi scripsi una cum præsente synodo, conveniens te coram Deo & sanctis angelis, ut ea doceas & nobiscum sentias, ut illibata fides nostra permaneat ad gloriam Dei.* Extat hæc epistola supra inter epistolas Felicis ordine 3. Incipit sic: *Quis dabit capiti meo aquam?* Secunda actione visum fuit secundas literas commonitorias ipsi transmittere, minis adhibitis, ut nisi bene monentibus acquiescat, excommunicationis & depositionis sententiam sibi infligendam præcognoscat. Hæc constant ex epistola quarta Felicis, qua laturus in eum depositionis sententiam, sic eum alloquitur: *Nec ambulare in veritate, nec nostris duabus epistolis aurem voluisti accommodare. Nunc igitur sum* B *exorsus adversus te proferre sententiam,* &c.

Secundæ literæ Felicis ad Petrum interierunt. Cum duabus hisce admonitionibus maxime paternis homo sceleftissimus necdum acquiesceret, consilio & hortatu patrum quadraginta duorum Romæ hac de causa diutius commorantium, Felix pontifex excommunicationis & depositionis sententiam in eum comceptam promulgavit, scriptaque ad eum epistola synodica, latam sententiam eidem intimavit. Adjecit his Felix papa literas ad Zenonem, monens eum, ut caveat a communione Petri ecclesiastico judicio jam condemnati.

At non Felix tantum, sed etiam Quintianus magni nominis Asculanus; Iustinus Siciliæ & Flavianus Rhodopensis episcopi ex occidente, C ad Petrum Fullonem blasphemum literas dederunt, quibus post refutatas illius horrendas blasphemias, eumdem ad pœnitentiam & meliorem mentem exhortati fuerunt. Horum epistolas hactenus confuse editas, huic loco inserendas esse putavi.

ACTA ET PRODVCTA IN CAVSA Acacii.

Epistola Felicis ad Acacium Constantinopolitanum.

Optat sancta synodus, &c. *Extat supra inter epistolas Felicis, estque ordine* 1.

Decebat profecto, &c. *Extat supra ordine & tempore secunda.*

D *Libellus citationis ad Acacium per Vitalem & Misenum transmissus.*

EPISCOPALI diligentia commonente, debuerat dilectio tua ecclesiasticum morem secuta, quid responsio sanctæ memoriæ prædecessoris mei per virum devotum Vranium " subdiaconum apud clementissimum principem, quid apud te quoque literæ ipsius in causa Alexandrinæ ecclesiæ profecerint, indicare; & curam, cujus te non immerito voluit esse participem, cuncto studio prosperorum significatione moliri: ut catholica fides apud Calchedonensem synodum roborata, & iterum firmata responsis omnium qui in eadem resederant domini sacerdotum, quam inopinato E rursus hæreticorum pravitas inquietat, communi opere inimicis propriis subjacere non permitteretur oppressa. Quod cum diu omittitur, superveniens " & coepiscopus noster Ioannes fugatus ab hæreticis pervasoribus sedis Alexandrinæ, libellum nobis, quem sanctæ memoriæ decessori meo paraverat porrigendum (quantum ex subjectis agnosces) ingessit. Quem morem, majoris sui beatæ memoriæ Athanasii exemplo & priorum nostrorum, non potuimus refutare.

Tertia actione damnatus est Petrus Fullo.

" subdiaconum

" frater

Et

Et ideo lectis subditis, * frater carissime, ad A hæc quæ proposita esse cognoscis, apud B Petrum apostolum, cui preces in nobis oblatas pervides., & quem ligandi atque solvendi a domino potestatem sumpsisse, non potes diffiteri; in conventu fratrum & coepiscoporum nostrorum respondere festina: ut in alterutram partem quod justitia paraverit, ordinantes, amotis scandalis ecclesiarum, quas scindi videmus; reparata concordia, & servata integritate fidei, puris mentibus acceptissimas faciamus placationis hostias quas pro omni populo Christiano & salute gloriosissimi imperatoris offerimus. Ad quam rem de collegio nostro fratres & coepiscopos nostros Vitalem & Misenum, cum quibus illum a latere nostro fidelissimum nostrum Felicem defensorem, sanctæ ecclesiæ Romanæ ordinatione direximus: quibus moram fieri non oportet, ne ad indignationem domini provocandam, quæ corrigenda sunt, procrastinationibus convalescant.

Libellus a Felice papa decreto concilii ad Zenonem imperatorem transmissus.

CVM sibi redditam pacem, compressis per vos hæreticis, qui sentiebantur attolli, universalis gauderet ecclesia, & vestræ pietatis imperium etiam de inimicis suis victoriam reportasset, & per universum orbem pro salute vestræ serenitatis oratio cunctorum oraret ad dominum sacerdotum; & vestra pietas fidei custos & defensor orthodoxiæ, sub C æterni regis propitiatione regnaret: quando venerandi apices vestri, & Deo proxima currens de sacro pectore frequenter auctoritas, inter gaudia recepti imperii, Petrum conversatum cum hæreticis, & parricidæ illi Timotheo cohærentem, a profanis (quia nec ab aliis fieri poterat) Alexandrinæ ecclesiæ episcopum, quantum sibi existimaverat, ordinatum, acceptissima Deo præceptione dejecerat; & tyranni literas, quas in eversionem contra fas & sacro-sancti Calchedonensis concilii definitiones mens insana dictaverat, pro regni sui commendatione, evacuavit. Ita deinde illicitas ordinationes ejus, vel etiam Timothei, utpote hæreticorum, irritas fecit; atque eos quantum extra ecclesiam fuerint, * judicavit. (* indicavit;)

Sed nunc eum, mutatis omnium gaudiis in mœrorem, ecclesiæ Alexandrinæ cognovimus præsidere. Quod si verum est (ut Christianissimo principi coram Deo fiducialiter est faciendum) divino judicio suggerimus, non leviter esse pensandum; nisi certis remediis, quod in contumeliam Dei factum dicitur, fuerit expiatum. Et quia (sicut scriptum est) *unius membri totum corpus patitur passiones*, in persona ejus orientis concutiuntur ecclesiæ. (1. Cor. 12.) Quod fratrem & coepiscopum meum Constantinopolitanum respicit sacerdotem, adversus quem in conventu mihi ab eo, cujus se- B dem præfatus fertur tenere, libellus oblatus est, quem deplorationibus meæ humilitatis annexui; ut idem frater & coepiscopus meus Acacius (sicut ecclesiasticis necesse est, & vestris legibus fieri decet) ad hæc quæ de se pervidet intimari, apud beatissimum Petrum apostolum diluere obedienter procuret, nec ullo modo existimet differendum. Qui si (quemadmodum confidimus) bene conscius est; apostolicum non debet judicium cum consacerdotibus suis & moderationem abjicere; ut sacerdotalibus actibus & comprobatione fideli comprobatus primum Christi domini nostri, atque omnium sacerdotum, ac deinde pietatis vestræ gratia gloriosius perfruatur.

C ACTA ET PRODVCTA IN CAVSA Petri Fullonis, alias Cnaphei.

Epistola monitoria Felicis papæ ad Petrum Fullonem.

Quis dabit capiti, &c. *Extat supra ordine 3.* * (* Pag 1058. C.)

Epistola Felicis papæ ad Petrum Fullonem, continens sententiam excommunicationis & depositionis, hæc est:

Quoniam * pestiferis doctrinis, &c. *Extat supra ordine 4* (* Importabilibus verbis &c p. 1066. D.)

Epistola Felicis papæ ad Zenonem.

Convenit tuæ clementiæ, * &c. *Extat supra ordine 5.* (* Pag. 1070. B.)

EPISTOLA QVINTIANI EPISCOPI AD PETRVM FVLLONEM EPISCOPVM ANTIOCHIÆ.

(dit G. P. Frö- cæus post ten- Io. ræS I. 1618. quo- Græce vit s eo- anno, n fu- nnui-)

" ΠΟΛΥΤΡΟΠΩΣ καὶ πολυμερῶς ἐξένευσας, ἀγαπητὲ, τῆς ἀληθείας, τἀναντία πράττων τοῦ δεσποτικοῦ μυστηρίου, μὴ ἑπόμενος τοῖς εὐαγγελίοις, ἤτοι τοῖς ἀποστόλοις, ἤτοι τοῖς ἁγίοις πατράσι. καὶ γὰρ βαρεῖαν φέρει κατ' αὐτῶν καινοτομίαν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἡ ἔκθεσίς σου. καὶ μὲν τοίγε οὐκ ἀπεῖπω ταύτην, πολλῶν ἐπισκόπων ὑπομεμνηκότων σε, μάλιστα τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Φήλικος, τοῦ ταύτην ἀποστραφῆναί σε, καὶ δειχθῆ καὶ ὀρθότομον εἶναι τοῦ σωτηρίου κηρύγματος. ἀλλ' οὖν γε ἀντιποιούμενος αἱρέσεων, τὸ τῆς θείας διδασκαλίας τάλαντον ἀπέκρυψας εἰς τὴν γῆν, καὶ οὐ μᾶλλον τοῦτο προσβάλλεσθαι ἐπὶ τράπεζαν ἔδοξας, οἷον ἐν ταῖς τῶν ἀνθρώπων καρδίαις τὴν ὑγιῆ διδασκαλίαν. ἀλλὰ τοὐναντίον ζιζάνια ἔσπειρας· (καὶ τίς ἔτι ἀνέξεταί σου διαστρέφοντος τὸ τοῦ Χριστοῦ εὐαγγέλιον;) οὐ τὸν ἐν δύο φύσεσιν ἕνα υἱὸν, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τοῦτον κηρύσσων ἐσταυρωμένον,

D MVLTIFARIAM multisque modis, carissime, a veritate deviasti, contraria herilis mysterii, non sequendo euangelia, vel apostolos, vel sanctos patres. Etenim expositio tua gravem fert contra ipsos novitatem catholicæ ecclesiæ. Et quidem non abjecisti ipsam, multis episcopis præmonentibus te (maxime sanctissimo archiepiscopo Felice) ab ipsa divertere, & esse rectum & orthodoxum salubris prædicationis sectatorem: sed certe contra hæresium affectator fuisti, & talentum divinæ doctrinæ in terram abscondisti, & E non potius ipsum supra mensam projicere censuisti, videlicet sanam doctrinam in cordibus hominum inserere; sed e contra seminasti. Et quis adhuc sustinebit te, pervertentem Christi euangelium? Non prædicando unum filium in duabus naturis dominum nostrum Jesum Christum, & hunc crucifixum; sed

ANNO CHRISTI 483.

A sed Deum fortem, immortalem, videlicet unam Trinitatis substantiam dicens crucifixam: & non solum, sed & unam naturam Dei verbi & carnis dicis. Et si una natura Dei verbi & carnis est, una autem natura Dei Patris & verbi, quomodo non una & ipsa natura Patris & corporis & verbi? Si autem non una natura Dei Patris, & carnis humanæ, & verbi: dic quomodo una natura verbi & carnis? Quomodo creata, & increatum, una natura est? Si autem hoc impossibile est, quomodo caro & increatum verbum una natura, & non duæ commutatæ: Si autem unius naturæ est Christus, & non duarum: quarum dicis Christum, creatum, sicut Arius, * vel increatum, sicut Manichæus? B Vbi autem est temporalis Christi generationis natura, & divinitatis ipsius æterna generatio? Vbi & illud, *Hodie genui te?* & illud, *Iesus Christus heri & hodie, ipse est & in sæcula?* Quomodo autem & dicis, ante unionem verbi Dei & carnis, * duæ, vel ante fuit secundum subsistentiam ex virgine unio? Etenim si est Christi caro ante Mariam, secundum Valentini impium sermonem, quomodo duæ ante fuerunt naturæ ante Mariam? Cujus autem est ipsa expressio? non Eutychis, magis Atychis, ex duabus dicere unam naturam factam fuisse. Si ista autem cum illo sapis, quomodo ipsum abjicis, qui ipsius D recipis pessimas innovationes? Quod si in veritate hoc factum est, sanctos patres in Calchedone contra ipsum habuisses certe acceptos. Dic verumtamen mihi, quomodo unite Pater & Filius & Spiritus sanctus dicitur Trinitas, solus existens Deus, si non suscipis dicere in uno filio duas naturas? Et si Trinitas unus Deus est, quomodo Deus, & corpus nostrum ipsi unitum, non debet dici unus Filius in duabus naturis? Si autem una natura, Deus verbum & caro; vel mutatum est verbum, vel caro. Et si caro mutata, facta fuit verbum, non erit amplius caro. C Si autem istis non facta est mutatio, quomodo in Christo non sunt duæ naturæ? Caro enim caro est, quamquam sit Dei caro: & verbum, verbum est, licet assumpsit nostrum assumptum. Si autem mutata est, quomodo non est consubstantialis caro & coæterna Patri, sicut & verbum? Si autem alterius substantiæ est caro Patri, inquantum recentior est, Pater autem sine tempore est, quomodo non recens & verbum? sicut enim unam esse naturam carnis & verbi Dei dicis, & Filium alterius substantiæ Patri dicis. Si autem non est eadem natura verbi Dei & carnis, quomodo non sunt duæ, caro & verbum? E Si autem omnino deitas caro facta est, quomodo mansit verbum quod fuit? Quomodo autem incommutabiliter incarnatum est, si non est Christus in duabus naturis? Quomodo incarnatus Deus verbum mansit quod fuit? Et si est Deus verbum passibilis, impassibilis autem Pater, quomodo unus & solus est Deus? Quomodo autem & istorum una est natura? Si autem & impassibilis est Trinitas, quomodo Deus verbum passus est pro nobis? Si autem non passus

* an

Psalm. 2.

Hebr. 13.

* *for.* naturæ duæ, vel antequam

Eutyches sonat faustum, Atyches infaustum.

A ἀλλὰ τὸν Θεὸν τὸν ἰσχυρὸν, τὸν ἀθάνατον, οἷον τὴν μίαν τῆς τριάδος οὐσίαν, φάσκων ἐσταυρωμένην· καὶ οὐ μόνον, ἀλλά γε καὶ τοῦ Θεοῦ λόγου φύσιν μίαν καὶ τῆς σαρκὸς φῄς. καὶ εἰ μία φύσις τοῦ Θεοῦ λόγου τῆς σαρκὸς, μία δὲ φύσις τοῦ Θεοῦ πατρὸς καὶ τοῦ λόγου, πῶς οὐ μία καὶ ἡ αὐτὴ φύσις τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ σώματος καὶ τοῦ λόγου; εἰ δὲ οὐ μία φύσις Θεοῦ καὶ πατρὸς, καὶ σαρκὸς ἀνθρωπίας, καὶ τοῦ λόγου, φράσον πῶς μία φύσις τοῦ λόγου καὶ τῆς σαρκός; πῶς γὰρ κτιστὴ καὶ ἄκτιστος μία φύσις; εἰ δὲ τοῦτο ἀδύνατον, πῶς ἡ κτιστὴ σὰρξ, καὶ ὁ ἄκτιστος λόγος, μία φύσις, καὶ οὐ δύο ἐνηλλαγμέναι; εἰ δὲ φύσεως μιᾶς ἐστὶν ὁ Χριστὸς, καὶ οὐ δύο, τί οὐ λέγεις τὸν Χριστὸν κτιστὸν, ὡς ὁ Ἄρειος, ἢ ἄκτιστον, ὡς ὁ Μανιχαῖος; ποῦ δὲ καὶ ἡ χρονικὴ Χριστοῦ B γεννήσεως φύσις, καὶ ἡ τῆς θεότητος αὐτοῦ προαιώνιος γέννησις; ποῦ τὸ, Σήμερον γεγέννηκά σε; καὶ τὸ, ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου γεγέννηκά σε; καὶ τὸ, Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας; πῶς δὲ καὶ λέγεις, πρὸ τῆς ἑνώσεως τοῦ Θεοῦ λόγου καὶ τῆς σαρκὸς, δύο, ἢ προϋπῆρχεν ἡ κατ᾽ οὐσίαν ἐκ παρθένου ἕνωσις; καὶ γὰρ εἰ προϋπάρχει ἡ τοῦ Χριστοῦ σὰρξ πρὸ Μαρίας, κατὰ τὸν Οὐαλεντίνου ἀσεβῆ λόγον, πῶς δύο προϋπῆρχον φύσεις πρὸ Μαρίας; τίνος δὲ καὶ αὕτη ἡ ἔκφρασις; οὐχὶ Εὐτυχοῦς, τοῦ μᾶλλον ἀτυχοῦς, τὸ ἐκ δύο λέγειν φύσεων μίαν γεγενῆσθαι φύσιν; εἰ δὲ ταὐτὰ ἐκείνῳ φρονεῖς, πῶς τοῦτον ἀποβάλλῃ, ὁ τὰ αὐτοῦ παραδεχόμενος κάκιστα καινίσματα; ὅπερ ἐπ᾽ D ἀληθείας σοι τοῦτο πέπρακται ἄν, εἰ τοὺς κατ᾽ αὐτοῦ ἁγίους πατέρας, τοὺς ἐν Καλχηδόνι, εἶχες δεκτούς. πλὴν φράσον μοι, πῶς * ἡνωμένος ὁ πατὴρ, καὶ ὁ υἱὸς, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, λέγεται τριὰς, μόνος ὢν Θεός; ἢ εἰ οὐ παραδέχῃ λέγειν ἐν ἑνὶ υἱῷ δύο φύσεις· καὶ εἰ ἡ τριὰς εἷς Θεὸς, πῶς ὁ Θεὸς, καὶ τὸ ἡμέτερον σῶμα αὐτῷ ἑνωθὲν, οὐκ ὀφείλει λέγεσθαι εἷς υἱὸς ἐν δυσὶ φύσεσιν; εἰ δὲ μία φύσις ὁ Θεὸς λόγος καὶ ἡ σὰρξ, δῆλον ὅτι τραπεὶς ὁ λόγος οὐκ ἔτι εἴη λόγος, ἀλλὰ σάρξ. καὶ εἰ ἡ σὰρξ τραπεῖσα γέγονε λόγος, οὐκ ἔτι εἴη σάρξ. εἰ δὲ ἐν τούτοις οὐ γέγονε τροπὴ, πῶς οὐκ εἰσὶν ἐν Χριστῷ δύο φύσεις; ἡ γὰρ σὰρξ, σάρξ ἐστι, καὶ εἰ ἔστι Θεοῦ σάρξ· καὶ ὁ λόγος ἐστὶν, C εἰ καὶ ἀνέλαβε τὴν ἡμετέραν πρόσληψιν. εἰ δὲ ἐτράπη, πῶς οὐχ ὁμοούσιος ἡ σὰρξ καὶ συναΐδιος τῷ πατρὶ, καθ᾽ ὃ καὶ ὁ λόγος. εἰ δὲ ἑτεροούσιός ἐστιν ἡ σὰρξ τῷ πατρὶ, καθότι αὕτη μὲν πρόσφατος, ὁ δὲ πατὴρ ἄχρονος, πῶς οὐχὶ πρόσφατος καὶ ὁ λόγος; καθὸ γὰρ μίαν εἶναι φύσιν τῆς σαρκὸς καὶ τοῦ Θεοῦ λόγου λέγεις, καὶ τῷ πατρὶ ἑτεροούσιον αὐτὸν λέγεις. εἰ δὲ οὐχ ἡ αὐτὴ φύσις τοῦ Θεοῦ λόγου καὶ τῆς σαρκὸς, πῶς οὐκ εἰσὶ δύο, ἡ σὰρξ καὶ ὁ λόγος; εἰ δὲ πᾶσα ἡ θεότης σὰρξ γεγένηται, πῶς ἔμεινεν ὁ λόγος ὃ ἦν; πῶς δὲ καὶ ἄτρεπτος σαρκωθείς; καὶ εἰ οὐκ ἔστι Χριστὸς ἐν δύο φύσεσι, πῶς σαρκωθεὶς ὁ Θεὸς λόγος ἔμεινεν ὃ ἦν; καὶ εἰ ἔστιν ὁ Θεὸς λόγος παθητὸς, ἀπαθὴς δὲ ὁ πατὴρ, πῶς εἷς E καὶ μόνος ἐστὶν ὁ Θεός; πῶς δὲ καὶ τούτων μία ἐστὶν ἡ φύσις; εἰ δὲ καὶ ἀπαθὴς ἡ τριὰς, πῶς ὁ Θεὸς λόγος ἔπαθεν ὑπὲρ ἡμῶν; εἰ δὲ οὐκ ἔπαθε, πῶς ἡ ἑτέρα φύσις τῆς σαρκὸς οὐκ ἔπαθε; καὶ εἰ πᾶν τὸ πάσχον κτιστὸν, πῶς ὁ Θεὸς λόγος οὐ κτιστὸς, πάσχων σαρκί; εἰ δὲ πάσχει σαρκὶ ὁ Θεὸς, πῶς οὐ πάσχει θεότητι; εἰ δὲ οὐ

* ἴσ. ἡνωμένως.

πάσχει

πάσχει θεότητι, τίνι πάσχει σαρκί; εἰ δὲ σαρκὶ πάσχει, πῶς οὐ πάσχει καὶ ἑαυτῷ ὁ Θεός; εἰ δὲ ταυτὸν τὸ εἰπεῖν, Θεοῦ παθόντος σαρκὶ, τῷ εἰπεῖν, Χριστοῦ παθόντος σαρκὶ, πῶς οὐκ ἔσται ταυτὸν τὸ εἰπεῖν, πνεῦμα θεῖον πάσχει σαρκὶ, ἐπειδὴ πνεῦμα ὁ Θεός; εἰ δὲ οὐχ ὅμοιον τὸ εἰπεῖν, Θεοῦ παθόντος σαρκὶ, τῷ εἰπεῖν, Χριστοῦ παθόντος σαρκὶ, πῶς δυνατὸν, πλέον οἰκειοῦσθαι τὸν Θεὸν λόγον τῆς σαρκὸς, οὗ οἰκειοῦται τὰ τοῦ Θεοῦ λόγου ὁ πατήρ; πῶς δὲ καὶ, εἰ οἰκειώσει ὁ Θεὸς λόγος πάσχει σαρκὶ, οὐκ ἔσται οἰκειώσει ὁ πατὴρ τῷ Θεῷ λόγῳ πάσχων; καὶ εἰ ἀπέθανεν ὁ Θεὸς λόγος σαρκὶ, πῶς ἐστιν ὁμοούσιος τῷ πατρὶ τῇ ἀθανασίᾳ; ὁ γὰρ θανὼν ὑπὲρ ἡμῶν, οὐκ ἔστιν ἀθάνατος· ἀπέθανε γὰρ κατὰ τὰς γραφάς. καὶ εἰ εἷς τῆς τριάδος ἀπέθανε, ποτὲ δυὰς ἡ τριάς. καὶ εἰ δυὰς ἡ τριὰς οὐ γέγονέ ποτε, πῶς εἷς τῆς τριάδος ἀπέθανεν; εἴ γε ἡ ἑτέρα φύσις τοῦ Θεοῦ λόγου, οἷον ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις, οὐκ ἔθανεν. εἰ δὲ ἡ τρισαγία φωνὴ, τριὰς, οὐχ ὑφίσταται, δῆλον ὅτι μιᾶς ὑποστάσεως εἶναι λέγεις τὴν τριάδα. καὶ πῶς οὐ δείκνυσαι εἶναι Σαβελλιανός; εἰ δὲ ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι μία φύσις ὑφίσταται τῆς τρισαγίας φωνῆς, πῶς οὐχὶ τὴν τριάδα σταυρωθεῖσαν λέγεις, καὶ ἄθεον ἑαυτὸν, ὡς οἱ Μαρκιωνισταὶ, εἶναι οὐ λέγεις;

A est, quomodo altera natura carnis non est paſſa? Et ſi omne patiens creatum eſt; quomodo Deus verbum non eſt creatus, patiens carne? Si autem carne patitur Deus, quomodo non patitur ſibiipſi Deus? Si autem idem eſt dicere, Deum paſſum carne, & dicere, Chriſtum paſſum carne: quomodo non erit idem dicere, Spiritum divinum carne pati, cum Spiritus Deus ſit? Si autem non ſimile, Deum paſſum carne dicere, & Chriſtum pati carne: quomodo poſſibile erit, plus appropriari Deum verbum carnis, cujus appropriat Pater ea quæ ſunt Dei verbi? Quomodo autem & ſi appropriatione Deus verbum patitur carne, non erit * appropriatione & Pater Deo verbo patiens? Et ſi mortuus eſt B Deus verbum carne, quomodo eſt conſubſtantialis Patri immortalitate? Mortuus enim pro nobis non eſt immortalis: mortuus certe eſt ſecundum ſcripturas. Et ſi unus de Trinitate mortuus eſt, quandoque Trinitas dualitas facta eſt. Et ſi Trinitas nunquam dualitas facta eſt, quomodo unus de Trinitate mortuus eſt? Et ſi altera natura verbi Dei, ſcilicet hominum natura, non eſt mortua: & ſi triſagia vox, Trinitas, non ſubſiſtit; manifeſtum eſt, quod unius ſubſtantiæ eſſe dicis Trinitatem. Et quomodo non oſtendis * eſſe Sabellianum? Et ſi in tribus hypoſtaſibus una natura ſubſiſtit traſigiæ vocis, quomodo non dicis Trinitatem eſſe crucifixam, & ſine Deo teipſum, ſicut Marcioniſtæ, eſſe non dicis?

* f. appropriativo.

* f. eſſe te

S. QVINTIANI XII. ANATHEMATISMI.

Πᾶς τοίνυν, ὅστις λέγει μίαν φύσιν Θεοῦ λόγου καὶ σαρκὸς, καὶ οὐ δύο ἡνωμένας, καθαιρείσθω.

C I. OMNIS ergo qui dicit unam naturam Dei verbi & carnis, non duas unitas indiviſaſque; damnetur.

Καὶ εἴ τις * φύρει τὰς δύο τοῦ Χριστοῦ φύσεις, λέγων Θεὸν παθόντα σαρκὶ, καὶ οὐ παθόντα Χριστὸν σαρκὶ, κατὰ τὸν ἀπόστολον, καθαιρείσθω.

II. Si quis confundit duas Chriſti naturas, dicens Deum paſſum carne & non paſſum Chriſtum carne, ſecundum apoſtolum; damnetur.

Καὶ εἴ τις τὸν ἀπαθῆ καὶ ἀθάνατον Θεὸν λόγον τετράφθαι εἰς πάθος καὶ εἰς θνῆσιν φησὶ, καὶ οὐκ ἀποδιδῷ τὸ πάθος τῇ αὐτοῦ σαρκὶ, καθαιρείσθω.

III. Si quis impaſſibilem & immortalem Deum verbum dicit converſum in paſſionem & mortem, & non hoc reddit ejus carni; damnetur.

Καὶ εἴ τις τὴν τρισαγίαν λέγει δι' ἡμᾶς σταυρωθεῖσαν θεότητα, καὶ οὐχὶ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καθαιρείσθω.

IV. Si quis nomen triſagion, hoc eſt, ter ſanctum, dicit propter nos crucifixum, & non dominum Ieſum Chriſtum filium Dei unigenitum; damnetur.

Καὶ εἴ τις μετὰ τὴν τρισαγίαν φωνὴν, Χριστὸν λέγει σταυρωθέντα, καὶ οὐχὶ μᾶλλον τὸν ἕνα υἱὸν, τὸν ἐν μέσῳ τῆς τρισαγίας φωνῆς ὑμνούμενον, καθαιρείσθω.

D V. Si quis poſt vocem ter ſanctam, Deum dicit crucifixum propter nos, & non potius unum Filium, cui in medio ter ſanctæ vocis hymnus dicitur; damnetur.

Καὶ εἴ τις ἄνθρωπον λέγει τὸν δι' ἡμᾶς σταυρωθέντα, ἤτοι τὸν Θεὸν, χωρίζων τὰς φύσεις, καὶ οὐ συνάπτων ἐν τῷ σταυροῦσθαι αὐτὸν, καθαιρείσθω.

VI. Si quis hominem dicit qui pro nobis crucifixus eſt, ſive Deum, dividendo naturas, & non eas copulando in crucifixione ejus; damnetur.

Καὶ εἴ τις ψιλὸν ἄνθρωπον λέγει, ὡς Παῦλος ὁ Σαμοσατέων, ἢ ὥσπερ Φωτεινὸς, ἀναθεματιζέσθω.

VII. Si quis nudum hominem dicit, ſicut Paulus Samoſatenus, aut ſicut Photinus; damnetur.

E VIII. Si quis dicit duas perſonas, ſeu ſubſiſtentias, & non potius duas naturas in unam perſonam & unam ſubſiſtentiam concurrentes; damnetur.

Καὶ εἴ τις ἑτεροούσιον λέγει τῆς ἡμετέρας σαρκὸς τὴν σάρκα τοῦ Χριστοῦ, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ἡμῖν ὁμοούσιον, χωρὶς ἁμαρτίας, καθαιρείσθω.

IX. Si quis alterius ſubſtantiæ dixerit carnem domini a carne noſtra; & non potius nobis conſubſtantialem abſque peccato; damnetur.

ANNO CHRISTI 483.

X. Si quis Deum hominem, & non magis Deum & hominem dicit; damnetur.

XI. Si quis dicit creatum Patris verbum, & non magis ejus carnem; & si quis dicit consubstantialem carnem domini Deo & patri, & non potius Deum verbum; damnetur.

XII. Si quis dicit sine mente & sine anima dominum nostrum Iesum Christum, & pro ea habuisse divinitatem, & ex hoc dicendum passum carne Deum, & non magis mentem cum anima rationali humanatum Deum verbum, & impassibilem dicendum eumdem divinitate, humanitate vero passibilem, damnetur.

[a] Has duodecim depositiones misi tibi, ut terrefactus istorum judiciis, removearis ab omni tua iniqua novitate; sciens, quod oportet sequi revelationem sanctissimi Procli Constantinopolitanæ ecclesiæ episcopi, quando in campum cum toto populo cucurrit, fluctuante ipsa civitate sub terræmotu, & omnibus fletum emittentibus, repente puerum in aera levari a quadam virtute, & huic imponi trisagium litaniæ, & dicere: Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis; & hæc annuntiare episcopo jussus est: sicque per tres horas in tribunali stans secus pedes ipsius episcopi, hæc narravit. Et sic postquam litanias fecerunt, stetit terræmotus. Sic ergo & tu litanias fac, & pausabit ira quæ contra te proferenda est. Si autem non, veniat super te proferenda est. Si autem non, veniat super te depositio a patre nostro Felice. Custodiet autem Deus mundum a scandalis. Cui gloria nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

A Καὶ εἴ τις θεανθρωπίαν λέγει, καὶ οὐχὶ Θεὸν καὶ ἄνθρωπον μᾶλλον λέγει, ἀναθεματιζέσθω.

Καὶ εἴ τις λέγει * ἄνθρωπον καὶ ἄψυχον τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ ἀντὶ ψυχῆς ἔχειν τὴν θεότητα, καὶ ὡς ἐκ τούτου πάσχειν σαρκὶ τὸν Θεὸν λόγον λέγει, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον νοῦν ἔχειν, τὴν ψυχὴν τὴν λογικὴν ἀνειληφέναι τὸν Θεὸν λόγον, καὶ ἀπαθῆ λέγει αὐτὸν τῇ θεότητι, παθητὸν δὲ τῇ ἀνθρωπότητι, καθαιρείσθω.

* ἴσ. ἄνουν

B Ταύτας τὰς δώδεκα καθαιρέσεις ἀπέστειλά σοι, ὅπως φοβηθεὶς τούτων τὰς κρίσεις, ἀπεστηκὼς ἔσῃ τῆς πανδεινοτάτης σου καινοτομίας· εἰδὼς ὅτι χρὴ ἐξακολουθεῖν τῇ ἀποκαλύψει τοῦ ὁσιωτάτου τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐκκλησίας ἐπισκόπου Πρόκλου· πῶς ἐν τῷ κάμπῳ καταδραμὼν σὺν παντὶ τῷ λαῷ, κυματιζομένης ὑπὸ σεισμοῦ τῆς αὐτῆς πόλεως, καὶ θρήνου ὑπὸ πάντων ἀναπεμπομένου, ἄφνω παῖδα εἰς τὸν οὐρανὸν ἀρθῆναι ὑπό τινος δυνάμεως, καὶ τούτῳ ἐνθέσθαι τοῦ λιτανεύειν τὸ τρισάγιον, καὶ λέγειν· ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς· καὶ ταῦτα τοῦ ἀγγεῖλαι τῷ ἐπισκόπῳ προσετάχθη. ὃς καὶ μέχρι τριῶν C ὡρῶν ἔστη ἐν τῷ τριβουναλίῳ παρὰ τοὺς πόδας τοῦ αὐτοῦ ἐπισκόπου, καὶ ταῦτα διηγήσατο. καὶ οὕτως λιτανευσάντων, ἔστησαν οἱ σεισμοί. οὕτως οὖν καὶ σὺ λιτάνευε, καὶ παύσεται ἡ κατὰ σοῦ μελετωμένη ἐξενεχθῆναι ὀργή. εἰ δὲ μὴ, ἥξει ἐπὶ σὲ καθαίρεσις ὑπὸ τοῦ πάπα ἡμῶν Φήλικος. Φυλάξει δὲ ὁ Θεὸς τὸν κόσμον ἀπὸ τῶν σκανδάλων. ᾧ ἡ δόξα νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

NOTA SEVERINI BINII.

Duodecim anathematismi.

a *Has duodecim damnationes vel depositiones,* &c.] Vides hoc loco non plures quam duodecim fuisse Quintiani anathematismos. Reliqui igitur octo alii, qui tom. 2 concil. editionibus anterioribus post hos duodecim sequuntur, non sunt Quintiani episcopi Asculani, sed Asclepiadis Trallensis antistitis, ut ex codice Vaticano apparet.

φαμὲν δὴ τὰ Φωτεινοῦ, καὶ τὰ τοῦ Σαμοσατέως, συναθροισθέντες δι᾽ αὐτὸν οἱ περὶ Κελεστῖνον καὶ Κύριλλον, ἔπαυσαν τὰς τοιαύτας δυσσεβείας, οὐκ ἀποθέντες ἐν τῷ τρισαγίῳ σταυρόν. ἢ σὺ δοκεῖς πάντων τούτων σοφώτερος εἶναι, ἢ ἔχειν πλεῖον παρ᾽ αὐτοὺς πνεύματος ἁγίου, οἷς ἦν γνῶσις; ἡ σὴ τοίνυν ἀποτεθεῖσα ἐν τῷ τρισαγίῳ προσθήκη, δυσφημὴς βλασφημία ἐστί. πλὴν καὶ κατὰ τούτους τοὺς ἁγίους πατέρας, δυσφόρων καταλαβόντων τὴν Κωνσταντινούπολιν σεισμῶν; μικρὸς καὶ μέγας, πλούσιος καὶ πένης, δοῦλος καὶ ἐλεύθερος, ἐκ τῆσδε ἀναχωρήσαντες, ἐν τῷ κάμπῳ ἅμα συνέδραμον, κρυμοῖς καὶ χειμῶνι ἐκεῖσε ὀλέσθαι, καὶ μὴ συμπεπλέχθαι τῇ αὐτῇ πόλει. οἷς φειδοῖ ὁ Θεὸς ἀξιώσας φιλανθρωπεύσασθαι, ἀπεκάλυψε τῷ μακαρίῳ Πρόκλῳ τὸ τρισάγιον εἰς παῦσιν ὀργῆς λιτανεύοντας αὐτοὺς φωνεῖν. καὶ τοῦτο ἐμφανῶς οὐχ ἑνὶ ἢ δευτέρῳ γνωσθὲν, ἀλλὰ παντὶ τῷ κόσμῳ. μὴ ἀπέθετο ὁ Θεὸς ἐν αὐτῷ λέγεσθαι σταυρὸν, ὅτι οὐδὲν ὁρᾷ εἰς ὕβριν αὐτοῦ; ἔφη γὰρ φάσκειν· ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς. πῶς οὖν σὺ τετόλμηκας προστίθεσθαι σταυρὸν, παρὰ τὸν Θεὸν, ἢ καὶ παρὰ τοὺς πατέρας, τὸν πατέρα συγχέων τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, ἐν τῷ τρισαγίῳ φωνῶν τὸν σταυρόν; ὡς παρὰ σοὶ μὴ εἶναι πατέρα τὸν πατέρα μόνον, ἀλλὰ υἱόν· καὶ τὸν υἱὸν μὴ εἶναι υἱὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ πατέρα· καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον μὴ εἶναι μόνον πνεῦμα, ἀλλὰ καὶ υἱόν. διὰ τοῦτο,

videlicet Photini & Samosateni; congregati propter ipsum, qui circa Cælestinum & Cyrillum erant, hujusmodi impietates propulsaverunt, & non apposuerunt in trisagio crucem. * Vel tu videris omnibus istis sapientior esse; vel habere plus Spiritus sancti quam ipsi, quibus scientia fuit? Tua ergo additio crucis in trisagio apposita, impia blasphemia est. Veruntamen, & post hos sanctos patres, cum graves terræmotus civitatem Constantinopolitanam occupassent, magnus & parvus, dives & pauper, servus & liber, extra civitatem in campo secedentes, simul concurrerent, frigoribus & hieme ibidem perdi malentes, quam civitati ipsi "conjungi. Quibus ubi Deus parcere clementer dignatus est, revelavit beato Proclo trisagium acclamare, cum ipsi ad propulsandam iram litanias facerent. Et hoc clare non uni vel duobus notum fuit, sed toti mundo. Si ergo introducit Deus in eo dicere crucem, quomodo non respicit ad injuriam suam? Dixit enim * dicere; Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nostri. Quomodo ergo tu ausus fuisti apponere crucem, præter Deum & sanctos patres, Patrem confundens Filio & Spiritui sancto, in trisagio vocans crucem; tamquam apud te Pater non esset Pater solum, sed & Filius: & Filius non esset Filius solum, sed & Pater: & Spiritus sanctus non esset Spiritus solum, sed & Filius? Propter hoc;

* for. An

" cum ipsa civitate obrui.

* dici;

Εἴτις ἀνατιθεῖ ἐν τῷ τρισαγίῳ σταυρὸν παρὰ τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ἀνάθεμα ἔστω.

I. Si quis apponit in trisagio crucem præter Filium Dei, anathema sit.

Sequuntur anathematismi, duplicis editionis.

Εἴτις τετράδα παρεισφέρει, ἐν τῷ τρισαγίῳ προστιθεὶς μετὰ τὴν τριάδα Χριστὸν ἐσταυρωμένον, ἀνάθεμα ἔστω.

II. Si quis quaternitatem introducit, in trisagio apponens post Trinitatem Christum crucifixum, anathema sit.

Εἴτις συγχέει τὴν τριάδα, αὐτὸν λέγων εἶναι πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα, ἀνάθεμα ἔστω.

III. Si quis confundit Trinitatem, eumdem dicens esse Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, anathema sit.

Εἴτις διίστησι τὴν μίαν οὐσίαν τῆς τριάδος εἰς δύο, ἀνάθεμα ἔστω.

IV. Si quis distinguit unam essentiam Trinitatis in duas, anathema sit.

Εἴτις τὸν ἕνα υἱὸν διχάζει εἰς δυάδα υἱῶν, ἀνάθεμα ἔστω.

V. Si quis unum Filium secat in dualitatem filiorum, anathema sit.

Εἴτις τὸν Θεὸν λόγον, καὶ τὴν σάρκα, μίαν φύσιν λέγει, ἀγνοῶν τῶν φύσεων τὸ διάφορον, ἀνάθεμα ἔστω.

VI. Si quis Dei Verbum & carnem dicit unam naturam, ignorans naturarum differentiam, anathema sit.

VII. Si quis divinam naturam Filii confundit passionibus carnis ejus, & non confitetur eum spiritu impassibilem, carne vero passum, anathema sit.

VIII. Si quis dicit Deum passibilitatem aut mortem gustasse, tamquam ad hæc eum bona voluntate venisse, cum conversus esset; & non confitetur eam tamquam Deum non fuisse sub damnatione mortis, mortem vero mortificasse per carnem suam mortalem quam assumpsit, anathema sit.

Καὶ γὰρ πιστεύομεν ὅτι ἡ ζωὴ, ζωή ἐστι, καὶ οὐ μετέπεσεν εἰς θάνατον. σὺ δὲ γνώσῃ, καὶ ἀποκόψῃ, ἐφ᾽ οἷς ἀνόμως εἴρηκας. ἔστω δὲ, καὶ ἔστι, τοῦ Θεοῦ ἡ χάρις μετὰ τῶν ὀρθοτομούντων τὸν λόγον τῆς ἀληθείας.

IX. Credimus enim quia vita, vita est & non recidit in mortem. Tu autem cognosce & abscide, in quibus inique locutus es. Tamen sit & est Dei gratia cum his qui recte prædicant verbum veritatis.

Propter " hoc, si quis apponat in trisaglo crucem, præterquam Filio Dei, anathema sit. Si quis confundat Trinitatem, dicens eumdem esse Patrem & Filium & Spiritum sanctum, anathema sit. Si quis distinguit unam substantiam Trinitatis in duas, anathema sit. Si quis unum Filium dividit in dualitatem filiorum, anathema sit. Si quis Deum Verbum & carnem unam dicit naturam, ignorans naturarum differentiam, anathema sit. Etenim credimus, quod vita, vita est, & non coincidit in mortem. Tu autem cognoscas & præcidas quæ inique dixisti. Sit autem (ut est) Dei gratia cum his qui rectum faciunt verbum veritatis.

" Altera editio.

CONCILIVM

ANNO CHRISTI 484.

a CONCILIUM ROMANUM II. IN QUO EPISCOPI LXXVII.

Damnatis Vitale & Miseno sedis apostolicæ legatis, in Acacium Constantinopolitanum, & Petrum Moggum Alexandrinæ sedis invasorem, synodali judicio anathematis & depositionis sententiam pronuntiarunt, Petrique Fullonis damnationem repetiverunt.

Causa concilii.

a *Concilium.*] Huic synodo celebrandæ occasionem præbuerunt Vitalis & Misenus duo episcopi, sedis apostolicæ legati. Destinarat eos Romana synodus prima, ut ad instantiam Ioannis Antiocheni, Acacio & Zenoni synodicas illas supra memoratas epistolas porrigerent; B quibus si nihil impetraretur, Acacium citarent, oblatoque imperatori scripto alio, peteret eumdem ad parendum compelli. Cum itaque his literis instructi Constantinopolim venissent, contra jus gentium omnemque pietatem a Zenone tractati fuerunt: ereptis literis in carcerem conjecti sunt, & ab Acacio blanditiis mellitisque sermonibus inducti, ipsi Acacio non tantum communicarunt, verum etiam nefandissimi Petri Moggi Alexandrinæ sedis invasoris hæretici nomen in diptychis publice recitari audiverunt, & sine ulla contradictione sustinuerunt. Prævaricatio legatorum per monachos orthodoxos Romam nuntiata fuit. Quibus auditis, Felix papa in tanto rerum discrimine, licet ecclesia sub Herulis Arianis quasi captiva videretur, majoresque tumultus ab Eutychianis in oriente concitatos esse sciret, fideique catholicæ imperatorem adversari conspiceret, indicit synodum 77. episcoporum, ut tantum nefas ex proditione legatorum admissum, omnium sententia damnaretur, & tam ipsos proditores, quam ad scelus impulsores per damnationis sententiam percelleret. Episcopi ex Italia vocati properarunt ad synodum. Qui dum simul in unum congregati essent apud S. Petrum apostolum, solennibus ex more rite peractis, præsidente Felice papa Romano, jusserunt Misenum atque Vitalem episcopos jam Constantinopoli reversos, de credita sibi legatione rationem D reddere. De transgressione & prævaricatione suorum mandatorum, deque inita cum hæreticis communicatione, ex literis Acacii quas secum attulerunt, & quorumdam præsentium testimonio convicti, una omnium sententia, quantumvis vim, fraudes & injurias sibi illatas pro defensione prætexerent, apostolica communione indigni habiti, sunt condemnati, & & episcopatus honore dejecti. *Gelasius in epistola ad episcopos Dardaniæ.* His peractis, alia sessione cognita est causa Acacii, allatisque in medium cunctis manifestis ab eo perpetratis criminibus, hæreticorum participatione pollutus, omnium episcoporum judicio de hæresi est E condemnatus: sub pœna excommunicationis infligendæ admonitus ut resipisceret, non modo non resipuit, verum amplius perverse agere, & contra Romanũ pontificem niti constituit: Ioannem illum Apameæ episcopum, quem nuper ad instantiam ipsius Acacii, cum Petro Felix papa excommunicarat, Tyri episcopum creavit: Petrum Fullonem synodali decreto depositum, etiam in sede Antiochena confirmavit, superbe nimis existimans, præsulem amplissimæ Constantinopolitanæ civitatis, in qua sola Roma-

Primæ sessionis acta.

Secundæ sessionis acta.

Acacius cōdemnatus factus est pertinacior.

A ni imperii sceptra vigebant, cedere non debere Romanæ ecclesiæ, quæ cum Romano imperio in occidente humi depressa esset. Cum igitur ipsi Romano pontifici, & sanctæ huic synodo simul innotuisset, Acacium more suo novissimam admonitionem contempsisse, adeo ut nulla plane spes emendationis reliqua foret, collatis calculis una omnium sententia eum condemnarunt, & catholica communicatione indignum, episcopatus honore privarunt, ipsam damnationis, & excommunicationis sententiam scripto conceptam, teste Liberato cap. 18. Constantinopolim miserunt. Quam cum Acacius præsidio imperatoris fultus acceptare nollet, ignotus quidam monachus Acœmetensis ad pallium Acacii, dum ad sacra peragenda procederet, sententiam suspendit. Formula sententiæ hæc est: *Habe ergo cum his, quos libenter amplecteris, portionem ex sententia præsenti, quam per tua tibi direximus ecclesia defensorem, sacerdotali honore & communione catholica, nec non etiam a fidelium numero segregatus: sublatum tibi nomen & munus ministerii sacerdotalis agnosce, sancti Spiritus judicio & apostolica auctoritate damnatus, nunquamque anathematis vinculis exuendus.* Extat in fine synodicæ epistolæ Felicis supra ordine sextæ, quæ sic incipit: *Multarum transgressionum,*

Form... sent... in A... latæ.

His literis a Felice papa & synodo datis, mox ad omnes orientales episcopos aliæ scriptæ fuerunt, quibus admoniti sunt, ut Acacii commu- C nionem vitarent, quem ecclesia sua communione indignum judicasset. Scripsit etiam sancta synodus, post latam sententiam, ad clericos & monachos, tum Constantinopoli, tum in omni provincia Bithyniæ existentes; quibus eos de rebus in synodo gestis admonuit.

Epistola synodalis mutila extat, desideratur enim in ea rectæ fidei instructio, & sententia Felicis papæ; quæ corpori epistolæ inserta fuisse videntur. Sicut nunc extat, hic eam tibi subjicimus.

Epis... syno... muti...

EPISTOLA SYNODI ROMANÆ AD CLERICOS ET MONACHOS orientales.

Sancta synodus apud beatum Petrum apostolum congregata universis presbyteris & archimandritis orthodoxis Constantinopoli & Bithyniæ consistentibus dilectissimis filiis in domino salutem.

OLIM nobis, atque ab initio sedi apostolicæ omnium nostrorum principi fides vestræ probata est sanctitatis: nec dubitari potest, ita vos veræ in Deum pietatis tenere constantiam, ut etiam discernendi justos ab impiis, fideles ab infidelibus, catholicos ab hæreticis, dono divini Spiritus habeatis industriam. De quo gloriantes in domino, etsi nihil esset quod in causa fidei latere noverimus; tamen ne quis pusillæ forte sit mentis, pro solicitudine ministerii per Ezechielem prophetam a domino specialiter verba dicta proferimus: *Quod si* (inquit) *speculator gladium viderit venientem, & non insonuerit buccina, & populi se non custodierint, veneritque gladius, & tulerit de eis animam: ille quidem in iniquitate sua captus est, sanguinem vero de manu speculatoris requiram.* Videtis ecce quæ nos cura constringat, quæ mandata perterreant; & quod cavendum est potius, ne ipsis tacea-

Ezech.

taceamus adversis, quam magis venerandum divinis subjacere suppliciis; & cum possit cælestis vocis auditu, quisquis se custodierit, sine dubitatione salvari: speculatoris sit gravior reatus, si quemquam taciturnitas ejus amiserit.

Vnde quæ sint acta, memoramus. Cum Vitalis atque Misenus nostro judicio constituti causas mandatæ sibi pro fide legationis exponerent, quoniam astutiores sunt filiis lucis filii tenebrarum, prævaricatores mandatæ sibi legationis, circumveniente magisque opprimente Acacio, sunt reperti: ita ut (quantum famæ mobilitate præcognitum est) constiterit eos, prædicti contra formam præcepti, prohibitum sui exhibuisse famulatum, cum ob hoc specialiter directi fuissent. Vtinam ecclesia vobis audientibus eum corriperet, & Petro Alexandrina urbe secluso (quem S. Simplicius papa sæpius popoſcerat longinquo exilio relegandum, ut catholicis episcopis subveniretur & populis) isti coram vobis inter altaria veneranda non solum Acacio, quod vetitum fuit contraria perpetranti, sed iisdem ipsis, ad quos directi fuerant evitandos, se nescientes communicasse dixerunt; nec catholicis episcopis & clericis, quos persequebatur Acacius, callida seductione translatis, subvenire voluerunt. Et cum se universa sicut illis mandata sunt mentirentur egisse; lectis Acacii literis, quas ipsi detulerant, manifestum est eos sine excusatione vidisse, unum atque idem Petrum Acaciumque sentire, qui Petrum a sancto Simplicio & ante episcopatum fuisse damnatum, & ab episcopatu ipsius retulerat honore propulsum.

Adjectum etiam tunc, cum ista in examinatione tractantur, quod Acacius Ioannem illum Tyriorum ecclesiæ fecerit præsidere, qui Apamenis a Petro Antiochenæ ecclesiæ tyranno fuerat episcopus ordinatus; sed minime receptus, proprio ordinatore depulso, eamdem sedem non timuit occupare: quos tunc hypocrita Acacius ita fecit ab apostolica sede damnari, ut his etiam Christianorum vocabulum tolleretur, quod gesta apud eum habita manifestant.

His ergo deterioribus compertis, Vitalem atque Misenum a sacerdotali collegio & sacrosancta communione suspendimus. Acacium quoque membris Christi perniciosius inhiantem, & per civitates atque provincias unam de fide catholica ecclesiam dissipantem, inter episcopos sanctos atque inter Christianos judicavimus non haberi. Qualiter enim fieri poterat, ut scindens tunicam Christi, quam nec crucifigentes eum dividere ausi sunt, in numero fidelium censeretur? Igitur omnia quæ nobis in timore Dei competunt cogitantes & prævidentes, ne totiens extinctæ Eutychianæ pestis hæreseos, cujus Acacius defensor est & patronus, serpens ut cancer, Christi membra disperderet, cum jam nunc e corpore ecclesiastico, ut partem putridam, anathematizamus, sententia memorata abscissum; dominicis eloquiis obsequentes: *Si oculus tuus, aut pes tuus scandalizaverit te, abscinde eum, & projice abs te.* Et ut caritas vestra possit agnoscere, venerandas synodos Nicænam & Ephesinam priorem, atque Calchedonensem contra Nestorium & Eutychetem impiissimum nos tenere, *&c.*

Post illam sententiam, quæ in Acacium per-

A turbatorem totius orientis ecclesiæ dicta est; his quoque nunc congregatis addicimus * literis, memoratam subdendo sententiam, quam placuit per Tutum defensorem ecclesiæ Acacio dirigi; ne volentes aliqui circumscribere veritatem, malignissimis blandimentis simpliciores quoque seducant. Nam si terra marique orthodoxis non ponerentur insidiæ, plurimi ex nobiscum eadem Acacii sententia venire potuissent. Vnde nunc causa Antiochenæ ecclesiæ apud beatum Petrum apostolum collecti, rursum dilectioni vestræ, more qui apud nos semper obtinuit, properavimus indicare.

ANNO CHRISTI 484

* dei instructio ejusdem epistolæ. * adducimus

Quotiens intra Italiam propter ecclesiasticas causas, præcipue fidei, colliguntur domini sacerdotes, consuetudo retinetur, ut successor B præsulum sedis apostolicæ ex persona cunctorum totius Italiæ sacerdotum, juxta sollicitudinem sibi ecclesiarum omnibus * competentem cuncta constituat, qui caput est omnium; domino ad beatum Petrum apostolum dicente: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam.* Quam vocem sequentes trecenti decem & octo sancti patres apud Nicæam congregati, confirmationem rerum atque auctoritatem sanctæ Romanæ ecclesiæ detulerunt: quam utramque usque ad ætatem nostram successiones omnes, Christi gratia præstante, custodiunt. Quod ergo placuit sanctæ synodo apud beatum Petrum apo- C stolum (sicut diximus) per Tutum ecclesiæ defensorem, & beatissimus vir Felix, caput nostrum, papa & archiepiscopus judicavit, in subditis continetur.

Mos vetus Romanæ ecclesiæ.

* omnium

Matth. 16.

Auctoritas apostolicæ sedis.

Sic * autem Acacius impietatem pestiferæ damnationis tetendit, ut etiam dejectus insultet, ut scissus sævire non desinat; & cum omnino extra corpus habeatur, ejus tamen membra dilaceret, & de se scriptum esse testetur: *Impius cum venerit in profundum malorum, contemnit*: adjiciens deteriora prioribus, persequendo jam mortuos, ejus anima graviter delinquendo, condemnationem secundæ mortis incurrit: qui, Calendione episcopo sancto (quemadmodum cognovimus) D nuper ejecto, Petrum totiens & a se ante damnatum in ejus immisit ecclesiam; ita ut plurimi (si verum est) catholici cesserint, relictis suis sedibus, sacerdotes, & nostræ projectæ sint porcis & canibus margaritæ.

Sententia in Acacium lata.

* Sicut

Prov. 18.

Verumtamen neminem terreat, quod damnatus Acacius non quiescat. Elisus est satanas, & tamen operatur. Vicit Christus & vincit, nec adhuc hostis absistit. Et quia certum est nobis, meminisse vos etiam propheticæ lectionis, nec aliquid habere contra consistentia castra formidinis, opportunissime cohortamur expectantes dominum, ut (sicut & nos) perseveretis in finem, & sententiam, quam re- E peritis in subditis, animo constanti retineatis.

Ne quid autem maligni in literis nostris mutari apud pravissimas mentes, aut aliter interpretari possit: primum clementissimo principi (sicut oportuit) supplicantes, has easdem literas nostras ad dilectionem vestram, clerum, plebemque, & amplissimum senatum direximus, quibus singuli universique subscripsimus, divinum petentes auxilium, ut vitatis insidiis, hæc ad vos scripta faciat pervenire.

ANNO CHRISTI 484.

" Et alia manu: Deus vos incolumes custodiat, filii dilectissimi:

" III. Nonas Octobris Symmacho V. C. cons. ex vet. c. ms. hoc est anno Christi 485

SVBSCRIPTIONES EPISCOPORVM.

Candidus Tiburtinæ civitatis episcopus Petro Alexandrinæ ecclesiæ pervasori, & Acacio quondam ecclesiæ Constantinopolitanæ, nec non etiam Petro Antiocheno ab episcopatus & Christianorum numero olim jure & merito segregatis, omnibusque sequacibus eorum, sequens auctoritatem sedis apostolicæ secundum nostrum juxta ecclesiæ statum catholica deliberatione prolatam, anathema dicens subscripsi.

Quadraginta duo episcopi similiter subscripserunt.

CONVENTVS GENERALIS

EPISCOPORVM CATHOLICORVM diversarum provinciarum Africæ, qui Carthaginem ex præcepto regali venerunt pro reddenda ratione fidei, die Kalend. Februarias anno VIII. regis Hunerici, sive anno Christi CCCCLXXXIV.

Præceptum Hunerici Vandalorum regis directum Eugenio Carthaginensi, & ceteris catholicis episcopis per universam Africam constitutis, ut ad fidei suæ rationem reddendam Carthaginem veniant.

Rex Hunericus Vandalorum, & Alanorum universis episcopis Homousianis.

Non semel, sed sæpius constat esse prohibitum, ut in sortibus Vandalorum sacerdotes vestri conventus minime celebrarent, ne sua seductione animas subverterent Christianas. Quam rem spernentes plurimi reperti sunt contra interdictum missas in sortibus Vandalorum egisse, asserentes se integram regulam Christianæ fidei tenere: & quia in provinciis a Deo nobis concessis scandalum esse nolumus, ideo Dei providentia cum consensu sanctorum episcoporum nostrorum hoc nos statuisse cognoscite, ut ad diem Kalendarum Februariarum proxime futurarum, omissa omni excusatione formidinis, omnes Carthaginem veniatis, ut de ratione fidei cum nostris venerabilibus episcopis possitis inire conflictum, & de fide omousianorum quam defenditis, de divinis scripturis proprie approbetis, quo possit agnosci, si integram fidem teneatis. Hujus autem edicti tenorem universis episcopis tuis per universam Africam constitutis direximus. Data sub die XIII. Kalend. Iunias anno VII. Hunerici.

Suggerenda Hunerico regi data ab Eugenio episcopo Carthaginis.

Vt ad collationem de communis fidei causa habendam etiam transmarini episcopi vocentur.

Quoties animæ, vel vitæ, ac fidei Christianæ causa tractatur intrepide, sicut regalis providentia compromisit, necesse est quod competat, suggeratur. Nuper potestas regia per Vitaritum notarium parvitatem meam admonere dignata est, qui nobis de merito, ac religione fidei præceptum ejus in ecclesia præsente clero, & plebe recensuit. Ex cujus tenore cognovimus ad omnes episcopos meos præceptum regium similiter emanasse, ut die constituta pro disputatione fidei veniatur. Quod nos venerabiliter accepisse suggessimus, cui præfato notario humilitas mea suggessit debere etiam transmarinarum omnium partium, qui nobiscum sunt in una religione vel communione consortes agnoscere, quia ubique regno ejus obtemperant universi, maxime quod totius mundi causa, non specialis provinciarum Africanarum tantummodo. Et quia secundo responso suggerendam me promisi oblaturum, merito suppliciter peto, magnificentiam tuam, ut ad domini, & clementissimi regis aures memoratam suggestionem meam perferre digneris, quo ejus clementia dignanter agnoscat nos disputationem legis cum adjutorio Dei nullatenus declinare, vel fugere, sed sine universitatis assensu nos non debere asserendæ fidei nostræ causas assumere. Quod petimus ut benignitate quantus est, & justitia sapientiæ suæ, dignetur annuere. Data ab Eugenio episcopo ecclesiæ catholicæ Carthaginis.

B. Eugenii " episcopi Carthaginensis fidei catholicæ ratio, exigente Hunerico rege Vandalorum.

" Gennadius docet... positam fuisse... consensu omnium Africæ, Mauritaniæ & ...diniæ, Corsicæ episcoporum... confessorum qui catholici permanserant &c.

Regali imperio fidei catholicæ quam tenemus, præcipimur reddere rationem: ideoque aggredimur pro nostrarum virium mediocritate divino fulti adjutorio, quod credimus, & prædicamus, breviter intimare. Primum igitur de unitate substantiæ patris, & filii, quod Græci ὁμοούσιον dicunt, exponendum nobis esse cognoscimus. Patrem ergo, & Filium, & Spiritum sanctum ita in unitate deitatis profitemur, ut & patrem in sua proprietatis persona subsistere, & filium nihilominus in propria extare persona, atque spiritum sanctum personæ suæ proprietatem retinere fideli confessione fateamur: non eumdem asserentes patrem, quem filium, neque filium confitentes, qui pater sit, aut spiritus sanctus: neque ita spiritum sanctum accipimus, ut aut pater sit, aut filius: sed ingenitum patrem, & de patre genitum filium, & de patre procedentem spiritum sanctum, unius credimus esse substantiæ, vel essentiæ: quia ingeniti patris, & geniti filii, & procedentis spiritus sancti una est deitas, tres vero personarum proprietates. Et quia contra hanc catholicam, vel apostolicam fidem exorta hæresis novitatem quamdam induxerat, asserens filium non de patris substantia genitum, sed ex nullis extantibus, id est, ex nihilo substitisse; ad hanc impietatis professionem quæ contra fidem emerserat refellendam, & penitus abolendam ὁμοουσίου sermo Græcus positus est quod interpretatur unius substantiæ, vel essentiæ, significans filium non ex nullis extantibus, nec ex alia substantia, sed de patre natum esse. Qui ergo putat omousion auferendum, ex nihilo vult asserere filium extitisse. Sed si ex nihilo non est, ex patre sine dubio est, & recte omousios, id est unius cum patre substantiæ: his testimoniis approbatur, apostolo dicente: Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ ejus gerens quoque omnia verbo virtutis suæ. Et

Et ipse iterum Deus Pater incredulorum perfidiam objurgans, qui prædicantis per prophetas Filii vocem in sua substantia manentem audire noluerunt, dixit. Non audierunt vocem substantiæ. Quam vocem substantiæ cum tam terribili intestatione increpans ad eumdem prophetam loquitur, dicens: super montes accipe planctum, & super semitas deserti luctum, quia defecerunt, eo quod non sint homines, non audierunt vocem substantiæ a volatilibus cæli usque ad pecora. Et rursum eos qui a professione substantiæ declinantes, in eadem fidei substantia stare noluerunt, increpat dicens: si stetissent in substantia mea, avertissem utique eos a via sua mala, & a pessimis cogitationibus suis. Et iterum non extra substantiam Patris Filium confitendum, sed in eadem fideliter mentis oculis contuendum, apertissime declaratur, dum dicit propheta. Quis stetit in substantia domini, & vidit verbum ejus? Patris ergo substantiam Filium esse propheticis jam olim designatum est oraculis; dicente Salomone: Substantiam enim, & dulcedinem tuam, quam in Filios habes, ostendebas. Quam in figura, & imagine panis cælestis populo Israel cælitus apparet profluxisse: quod ipse dominus in euangelio exposuit dicens. Non Moyses dedit vobis panem de cælo. Sed Pater meus dat vobis panem de cælo: se utique panem esse designans, cum dicit: Ego sum panis vivus, qui de cælo descendi. De quo etiam propheta David dicit. Panem angelorum manducavit homo. Namque ut adhuc evidentius Patris & Filii substantiæ unitas, & divinitatis æqualitas ostendatur, ipse in euangelio dicit. Ego, & Pater unum sumus. Quod non ad unitatem tantummodo voluntatis; sed ad unam refertur, eamdemque substantiam: quia non dixit ego, & Pater unum volumus, sed unum sumus. Ex eo enim quod sunt, non ex eo tantum quod volunt, paternæ unitatis declaratur assertio. Item Ioannes euangelista dicit. Propterea quærebant eum Iudæi interficere, qui non solum solvebat sabbatum, sed & Patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo. Quod utique non ad Iudæos est penitus referendum, quia euangelista veraciter dixit de Filio, quia æqualem se faciebat Deo. Item in euangelio scriptum est. Quæcumque Pater facit, eadem & Filius facit. Similiter & sicut Pater suscitat mortuos, & vivificat, ita, & Filius quos vult vivificat. Item ut omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem. Æqualis enim honor, nonnisi æqualibus exhibetur. Item ibi Filius ad Patrem dicit: omnia mea tua sunt, & tua mea. Item Philippe qui videt me, videt & Patrem. Quomodo tu dicis ostende nobis Patrem? Hoc non dixisset, nisi Patri per omnia fuisset æqualis. Item ipse dominus dixit: Credite in Deum, & in me credite Et adhuc ut unitatem æqualitatis demonstraret, ait: Nemo novit Filium, nisi Pater, neque quis novit nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare: & sicut Filius cui vult revelat Patrem, ita & Pater revelat Filium: sicut ipse Petro ait confitenti eum Christum Filium Dei vivi: Beatus es, inquit, Simon Barjona, quia, caro, & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in cælis est. Et iterum Filius dicit: Nemo venit ad Patrem nisi per me, & nemo venit ad me, nisi Pater qui misit me attraxerit eum. Vnde claret æqualitatem Patris, & Filii ad se invicem credentes adducere. Item dicit: si cognovissetis me, & Patrem meum utique cognovissetis, & amodo nostis eum, & vidistis eum. Verum quia duas in Filio profitemur esse naturas, id est, Deum verum, & hominem verum corpus, & animam habentem, quicquid ergo excellenti sublimitatis potentia de eo referunt scripturæ, admirandæ ejus divinitati tribuendum sentimus: & quicquid infra honorem cælestis potentiæ de eodem humilius enarratur, non verbo Dei, sed homini reputamus assumpto. Secundum divinitatem ergo est, quod superius diximus, ubi ait: Ego, & Pater unum sumus, & qui videt me, videt & Patrem. Et omnia quæcumque Pater facit, eadem, & Filius facit similiter, vel cetera quæ superius continentur. Illa vero quæ de eo referuntur, ista sunt: Pater major me est. Et non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me. Et: Pater si fieri potest, transeat a me calix iste, vel cum de cruce dicit. Deus, Deus meus, quare me dereliquisti? Et iterum ex persona Filii propheta dicit: De ventre matris meæ Deus meus es tu: vel cum minor angelis indicatur, & quam plura his similia, quæ studio brevitatis non inseruimus. Filius ergo Dei nullis conditionum necessitatibus obstrictus, sed libera divinitatis potentia, ita quæ nostra sunt mirabili pietate assumpsit, ut a suis quæ divina sunt, omnino non destiterit: quia divinitas nec augmentum admittit, nec patitur detrimentum. Vnde gratias agimus domino nostro Iesu Christo, qui propter nos, & propter nostram salutem de cælo descendit, sua passione nos redemit, sua morte vivificavit, sua ascensione glorificavit. Qui sedens ad dexteram Patris venturus est judicare vivos & mortuos: justis æternæ vitæ præmium largiturus, impiis atque incredulis merita supplicia redditurus.

Profitemur itaque Patrem de se ipso, hoc est de eo, quod ipse est, sempiterne, atque ineffabiliter Filium genuisse, non extrinsecus, non ex alia genuisse materia, sed ex Deo natum esse: Et qui de Deo natus est, non aliud est, quam id quod pater est, & idcirco unius substantiæ est, quia veritas nativitatis, diuersitatem non admittit generis. Nam si alterius a Patre substantiæ est, aut verus filius non est, aut quod nefas est dicere, degener natus est. Est enim verus filius, sicut Ioannes est: Vt simus in vero filio ejus. Non est etiam degener, quia Deus verus de Deo natus est vero. Sicut idem Ioannes euangelista exequitur, dicens: Hic est verus Deus, & vita. Et ipse dominus in euangelio: Ego sum inquit via, veritas, & vita. Ergo si aliunde substantiam non habet, de Patre habet. Si de Patre habet, unius substantiæ cum Patre est: sed si unius substantiæ non est; ergo non de Patre, sed aliunde est: quoniam unde est, inde substantiam habeat necesse est. Omnia enim ex nihilo, filius vero de Patre. De duobus eligat quis quod velit, aut det & substantiam de patre, aut fateatur ex nihilo substitisse. Sed propheticum forsitan objiciunt testimonium: Generationem ejus quis enarrabit? Cum ego non dixerim, enarra mihi modum, vel qualitatem divinæ generationis, & tanti secreti arcanum humanis verbis enuntia, quoniam unde natus sit requisivi. Divina enim generatio inenarrabilis est, non ignorabilis.

ANNO CHRISTI 484.

Nam usque adeo non est ignorabilis, id est, non ignoratur unde sit, ut & pater de se ipso genuisse, & filius de patre se natum sæpissime protestetur. Quod nullus omnino ambigit Christianus: sicut in euangelio demonstratur, ipso filio dicente. Qui autem non credit jam judicatus est, quia non credidit in nomine unigeniti filii Dei. Item Ioannes euangelista dicit: & vidimus gloriam quasi unigeniti a patre. Ergo professionem nostram brevi sermone concludimus. Si vere de patre natus est, unius substantiæ est, & verus filius est. Sed si unius substantiæ non est, nec verus Deus est: aut si verus Deus est, & tamen de patris substantia non est, ingenitus ergo & ipse est: sed quia ingenitus non est, factura ergo est, ut putatur aliunde subsistens, si de patris substantia non est. Sed absit hoc ita credere. Non enim unius substantiæ cum patre filium profitemur, detestantes Sabellianam hæresim, quæ ita Trinitatem confudit, ut eumdem dicat esse patrem, quem Filium, eumdemque credat esse Spiritum sanctum, non servans tres in unitate personas. Sed forsitan objicitur, cum ingenitus pater sit, filius genitus, non fieri posse unam, eamdemque esse substantiam geniti, atque ingeniti, cum utique si sicut ingenitus pater est, ingenitus est & filius, tunc magis diversa possit esse substantia, quia unusquisque a se ipso subsistens, communem substantiam cum altero non haberet. Cum vero ingenitus Pater de se ipso, id est, de eo quod ipse est, si quid illud est aut dici potest, imo quia ut est dici omnino non potest; Filium generavit, apparet unam esse gignentis, genitique substantiam: quia Deum de Deo, lumen de lumine, Filium esse veraciter profitemur. Nam lucem esse Patrem, Ioannes apostolus testis est, dicens quia Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ. Item de Filio ait. Et vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Et infra, erat lumen verum quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Vnde apparet Patrem, & Filium unius esse substantiæ, ejus scilicet quæ de se gignit, & quæ de gignente existit. Denique ne aliquis inter Patrem, & Filium diversitatem naturalis hominis introducat, ideo apostolus de eodem Filio dicit: qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ ejus. In quo evidentius & coæternus Patri, & inseparabilis a Patre, & unius cum eo esse substantiæ perdocetur: dum luci splendor est semper coæternus, dum splendor a luce nunquam separatus est, dum splendor a luce natura substantiæ nunquam potest esse diversus. Qui enim splendor lucis est, idem & Dei Patris virtus est. Sempiternus ergo propter virtutis æternitatem, inseparabilis propter claritudinis unitatem. Et hoc est quod nos fideliter profitemur Filium de Patris substantia natum. Sicut ipse Pater Deus apertissimum perhibet testimonium. Qui ut de sua ineffabilis naturæ substantia proprium Filium genuisse monstraret, ad instruendam fragilitatis nostræ imperitiam, ut nos ex visibilibus ad invisibilia erigeret, terrenæ nativitatis vocabulum ad divinæ generationis traxit exemplum, dicens: Ex utero ante luciferum genui te. Quid clarius, quid luculentius effari divinitas dignaretur? Quibus indiciis, quibus existentium rerum exemplis proprietatem generationis ostenderet? Non quia corporeis compositus est membris, aut aliquibus artuum lineamentis distinctus: sed quia nos aliter veritatem divinæ generationis auditu mentis percipere non possemus, nisi humani uteri provocaremur vocabulo, ut ambigi ultra non possit de Dei substantia natum esse, quem constat ex Patris utero extitisse.

Credentes ergo Deum Patrem de sua substantia impassibiliter Filium generasse, non dicimus ipsam substantiam aut divisam esse in Filio, aut diminutionem pertulisse in Patre, & per hoc passionis potuisse vitio subjacere. Absit enim a nobis ut talia vel opinemur, vel cogitemus de Deo, quia nos perfectum Patrem, perfectum Filium sine sui diminutione, sine aliqua dirivatione, sine omni omnino passionis infirmitate genuisse fideliter profitemur. Nam qui objicit Deo, qui de ipso genuit divisionis vitium pertulit: potest dicere quia & laborem sensit, quando universa condidit, & ob hoc die septima ab omni suo opere requieverit. Sed nec in generando de se ipso passionem, vel diminutionem aliquam sensit, nec in condendo universa fatigationem aliquam pertulit. Namque ut evidentius nobis divinæ generationis impassibilitas insinuaretur, Deum ex Deo; lumen ex lumine Filium profitendum accepimus. Si ergo in efficientia visibilis, ac mundani luminis tale aliquid non invenitur, ut lumine ex lumine sumpto, & per quamdam generationis nativitatem exorto, ipsam luminis originem, quæ ex se lumen aliud dedit, nec minui, nec ullum omnino detrimentum ministrati ex se luminis perpeti potuit: quanto rectius, & melius de divini, & ineffabilis luminis natura credendum est: quæ ex se ipsa lumen generans, minui omnino non potuit. Vnde æqualis est Patri Filius, non natus ex tempore, sed gignenti coæternus: sicut splendor ab igne genitus gignenti manifestatur æqualis.

Hæc de Patris, & Filii æqualitate, vel de substantiæ unitate quantum brevitatis ratio finit dixisse sufficiat. Superest ut de Spiritu sancto, quem Patri ac Filio consubstantivum credimus, coæqualem & coæternum dicamus, & testimoniis approbemus. Licet enim hæc veneranda Trinitas personis, ac nominibus distincta sit, non tamen ob hoc a se atque a sua æternitate discrepare credenda est, sed manens ante sæcula divinitas in Patre, & Filio, & Spiritu sancto vere, ac proprie creditur, nec dividi nostris interpretationibus potest; nec rursus versa in unam personam Trinitas ipsa confundi. Hæc fides plena, hæc nostra credulitas est. Idcirco Deos nec æstimare patimur, nec vocari, sed unum Deum in prædictis personis, ac nominibus confitemur. Inenarrabilis enim divinitas non ut concludi, aut apprehendi velut vocabulis posset, intra nomina, personasque se præstitit: sed ut id, quod erat esse nosceretur, intelligentiam sui ex parte, quam capere humanæ mentis angustiæ prævalebant, credentibus dedit, propheta dicente: nisi credideritis, non intelligetis. Vna est ergo Trinitatis deitas, & inhujus vocabuli appellatione, significatio est unius substantiæ, non unius personæ. Adquam rem fidelibus comprobandam in testimonium sui divinitas ipsa multis, & creberrimis contesta-

testationibus semper affuit. Liceat ergo ob brevitatis compendia ex multis pauca proferre, quoniam veræ probatio majestatis, tametsi habet pluralitatem testimoniorum, pluralitate tamen non indiget, quoniam credenti pauca sufficiunt. Primum igitur de veteris testamenti libris, post etiam novi, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum unius docebimus esse substantiæ, libro Genesis sic inchoante. In principio fecit Deus cœlum, & Terram. Terra autem erat invisibilis, & incomposita, & tenebræ erant super abyssum, & spiritus Dei ferebatur super aquas. Ille Iudæis, quis esset? interrogantibus dixit: Principium qui & loquor vobis. Superferebatur spiritus Dei super aquas, utpote creator virtute potentiæ suæ continens creaturam, ut ex his viva omnia producturus, ipse rudibus elementis ignis proprii fomenta præstaret; etiam tunc mysterio emicante baptismatis virtutem sanctificationis liquoris natura perciperet, primaque ad vitam corpora animata produceret. David proinde aspirante. Verbo domini cæli firmati sunt, & spiritu oris ejus omnis virtus eorum. Vide quam plena sit brevitas, & quam clare in sacramentum unitatis recurrit. Patrem in domino, verbi significatione Filium ponens; Spiritum sanctum altissimi ex ore nuncupavit. Et ne vocis editio acciperetur in verbo, cælos per eum asserit esse firmatos: Ne autem flatus in Spiritu reputetur, cælestis in eo virtutis plenitudinem demonstravit. Nam ubi virtus, ibi necesse est persona subsistens. Vbi omnis non ablata a Patre, & Filio, sed consummata significatur in Spiritu sancto; non ut solus habeat, quod in Patre, & Filio est, sed ut totum habeat cum utroque. Et iterum cum de vocatione gentium dominus loqueretur intra unum divinitatis nomen Spiritum sanctum prędicans, ait. Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Et iterum cælestia Corinthiis prædicans apostolus hæc subdidit. Gratia domini nostri Iesu Christi, & caritas Dei, & communicatio sancti Spiritus cum omnibus vobis. Et ut apertius in hac Trinitate unitatem substantiæ fateamur, illud etiam nobis est intuendum, quomodo Deus, cum de mundi, & hominis creatione disponeret, sacramentum Trinitatis ostenderet, dicens: Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Cum dicit nostram, ostendit utique non unius. Cum vero imaginem, & similitudinem profert, æqualitatem distinctionis personarum insinuat, ut in eodem opere sit aperta cognitio, in quo nec pluralitas cassa est, nec similitudo dissentiens, dum & consequentia sic loquuntur: & dixit Deus, & fecit, & benedixit Deus. Et necesse est, ut creationis totius auctor Deus unus sit. Quam fidei rationem antiqua denique per Mosen benedictio pandit, & comprobat, qua benedicere populum sacramento trinæ invocationis jubetur: ait enim Deus ad Mosen. Sic benedices populum meum, & ego benedicam illos. Benedicat te dominus, & custodiat te. Illuminet dominus faciem tuam super te, & misereatur tui. Attollat dominus faciem tuam super te, & det tibi pacem. Quod hoc ipsum propheta David affirmat, [illegible]ns. Benedicat nos Deus Deus noster, benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines terræ. Quam Trinitatis unitatem supernæ angelorum virtutes hymno venerantur, & ter numero sanctus, sanctus, sanctus dominus Deus Sabaoth; indesinenti canentes ore in unius fastigium dominationis gloriam ejus exaltant. Quod ut adhuc apertius fidelium sensibus inculcetur, cælestium mysteriorum conscium producimus Paulum, ait enim: Divisiones autem donationum sunt, idem autem spiritus, & divisiones ministrationum sunt, idem autem dominus: & divisiones operationum sunt, idem vero Deus qui operatur omnia in nobis. Et certe has divisionum differentias pro qualitate, ac merito participantium, Spiritum sanctum docuit operari. Cum ipsarum gratiarum differentias partiretur, in ultimis intulit, dicens: Hæc autem omnia operatur unus atque idem spiritus, dividens propria unicuique pro ut vult. Vnde nullus ambiguitatis relinquitur locus, quin clareat Spiritum sanctum, & Deum esse, & suæ voluntatis auctorem, qui cuncta operari, & secundum propriæ voluntatis arbitrium divinæ dispensationis dona largiri apertissime demonstratur. Quia ubi voluntaria distributio prædicatur, non potest videri conditio servitutis. In creatura enim servitus intelligenda, in Trinitate vero dominatio, ac libertas. Et ut adhuc luce clarius unius divinitatis esse cum Patre, & Filio Spiritum sanctum doceamus, Ioannis euangelistæ testimonio comprobatur, ait namque: Tres sunt qui testimonium dant in cælo Pater, Verbum, & Spiritus, sanctus, & hi tres unum sunt. Numquid ait tres indifferenti æqualitate sejuncti, aut quibuslibet diversitatum gradibus longo separationis intervallo divisi? Sed tres, inquit, unum sunt. Vt autem magis, magisque sancti Spiritus cum Patre, & Filio una divinitas in creandis rebus omnibus demonstraretur, habes creatorem Spiritum sanctum in libro Iob primo: Spiritus, inquit, divinus est, qui fecit me, & Spiritus omnipotentis, qui docet me. Et David dicit. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur, & renovabis faciem terræ. Si renovatio, & creatio per Spiritum erit, sine dubio & principium creationis sine Spiritu non fuit.

Post creationem igitur ostendamus quia vivificat etiam Spiritus sanctus sicut Pater, & Filius. Equidem de persona Patris refert apostolus: Testor in conspectu qui vivificat omnia Vitam vero dat Christus. Oves inquit meæ vocem meam audient; & ego vitam æternam do illis. Vivificamur vero a Spiritu sancto, ipso dicente domino: Spiritus est qui vivificat. Ecce una vivificatio Patris, & Filii, & Spiritus sancti aperte monstrata est. Præscientiam rerum omnium in domino esse, & occultorum cognitionem licet nemo Christianus ignoret, tamen ex Danielis libro monstrandum est. Deus, inquit, qui occultorum cognitor es, qui præscius es omnium antequam nascantur Hæc eadem præscientia in Christo est, sicut refert euangelista. Ab initio autem sciebat Iesus qui esset eum traditurus, vel qui essent non credentes in eum. Quod sit autem occultorum cognitor ex hoc manifestum est, cum obscura consilia Iudæorum traducens, dicebat: Quid cogitatis nequam in cordibus vestris? Similiter præscire omnia Spiritum sanctum ipse manifestavit dicens ad apostolos,

ANNO CHRISTI 484.

Cum venerit Spiritus veritatis docebit vos omnia, & ventura annunciabit vobis. Qui ventura nuntiare perhibetur, præscire omnia non dubitatur, quia ipse scrutatur altitudines Dei, & novit omnia, quæ in Deo sunt: sicut memorat Paulus dicens: Spiritus enim omnia scrutatur, etiam altitudines Dei: item in eodem loco: sicut nemo scit hominum quæ sunt hominis, nisi spiritus ejus, qui in ipso est; ita nemo scit quæ sunt Dei, nisi Spiritus Dei. Ad intelligendam vero potentiam Spiritus sancti pauca de terribilibus proferamus. Vendiderat possessionem ut scriptum est in actibus apostolorum, suppressa parte pecuniæ dolosus discipulus, reliquum pro toto ante pedes ponens apostolorum. Offendit Spiritum sanctum, quem putabat latere. Sed quid ad eum dixit continuo beatus Petrus: Anania, quare satanas replevit cor tuum, ut mentireris Spiritui sancto? & infra: non es mentitus hominibus, sed Deo. Atque ita percussus virtute ejus, cui mentiri voluerat, expiravit. Quid hic vult beatus Petrus intelligi Spiritum sanctum? Vtique clarum est, cum dicit: non es mentitus hominibus, sed Deo. Manifestum est ergo quoniam qui mentitur Spiritui sancto, Deo mentitur, & qui credit in Spiritum sanctum, credit in Deum. Tale aliquid imo fortius quiddam dominus in euangelio ostendit. Omne peccatum, & blasphemia remittitur hominibus. Qui autem blasphemat in Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc sæculo, neque in futuro. Ecce terribili sententia irremissibile dicit esse peccatum ei, qui in Spiritum blasphemaverit. Compara huic sententiæ illud, quod scriptum est in libro regnorum: Si peccando peccaverit vir in virum, orabunt pro eo: si autem in dominum peccaverit, quis orabit? Si ergo blasphemare in Spiritum sanctum, & peccare in Deum simile, id est inexpiabile crimen est, jam quantus sit Spiritus sanctus, unusquisque cognoscit. Deus quod ubique sit præsens, & impleat omnia, ore discimus Esaiæ. Ego inquit, Deus appoximans, & non de longinquo. Si absconditus fuerit homo in absconditis; ergo ego non videbo eum? nonne cælum, & terram ego impleo? Quod autem Deus sit ubique, salvator in euangelio: Vbicumque, ait, fuerint duo, vel tres collecti in nomine meo, ibi & ego sum in medio eorum. De Spiritu itaque sancto quod adsit ubique, dicit propheta ex persona Dei. Ego in vobis, & Spiritus meus stat in medio vestrum. Et Salomon ait: Spiritus domini replevit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia scientiam habet vocis. Item David: Quo ibo a Spiritu tuo, & a facie tua quo fugiam? Si ascendero in cælum tu illic es, si descendero in infernum ades. Si sumpsero pennas meas in directum, & habitavero in extremis maris. Etenim illic manus tua deducet me, & continebit me dextera tua. Habitat Deus in sanctis suis secundum promissionem, qua dixerat: Habitabo in illis. Quod vero dominus Iesus dicit in euangelio: Manete in me, & ego in vobis: probat hoc Paulus dicens. An nescitis quia Iesus Christus est in vobis? Hoc autem totum in Spiritus habitatione adimpletur, sicut memorat Ioannes: Ex hoc, inquit, scimus quia in nobis est, quia de spiritu suo dedit nobis. Similiter & Paulus: Nescitis quia templum Dei estis; & Spiritus Dei habitat in vobis? Et iterum dicit: Glorificate, & portate Deum in corpore vestro. Quem Deum? Vtique Spiritum sanctum, cujus templum esse videmur. Nam quod arguat Pater, arguat Spiritus sanctus; ita probandum est. In psalmo quadragesimo nono legitur: Peccatori autem dicit Deus, & infra: Arguam te, & statuam contra faciem tuam. David similiter orans dicit ad Christum. Domine ne in ira tua arguas me, quia ipse venturus est arguere omnem carnem. Quod vero de Spiritu sancto salvator in euangelio: Cum venerit, inquit, Paraclitus, ille arguet mundum de peccato, & de justitia, & de judicio. Hoc providens David clamabat ad dominum. Quo ibo a spiritu tuo; & a facie tua quo fugiam? Nam & quod bonus sit Pater, bonus Filius, bonus Spiritus sanctus, sic probatur. Dicit propheta: Bonus es tu domine, & in bonitate tua doce me justificationes tuas. De se autem ipse unigenitus. Ego sum pastor bonus. De Spiritu æque sancto David in psalmo dicit: Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Quis autem illam dignitatem Spiritus sancti possit tacere? Antiqui enim prophetæ clamabant: Hæc dicit dominus. Hanc vocem Christus adveniens in suam personam revocavit dicens. Ego autem dico vobis. Novi autem prophetæ quid clamabant? Sic Agabus propheta in actibus apostolorum: Hæc dicit Spiritus sanctus. Et Paulus ad Timotheum. Spiritus inquit, manifeste dicit. Quæ vox omnino demonstrat indifferentiam Trinitatis. Dicit se Paulus a Deo Patre, & Christo vocatum fuisse, & missum. Paulus inquit apostolus, non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum, & dominum Patrem. In actibus autem apostolorum, quod ab Spiritu sancto sit segregatus, & missus. Sic enim Spiritus sanctus; Segregate mihi Barnabam, & Saulum in opus quo vocavi eos. Et paulo post: Ipsi, inquit, missi ab Spiritu sancto descenderunt Seleuciam. Item in eodem loco. Attendite vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus constituit episcopos. Ne qui autem Spiritum sanctum, quia paraclitus dictus est, contemptibile aliquid æstimet. Paraclitus enim advocatus est, vel positus consolator secundum Latinam. Quæ appellatio etiam Filio Dei communis est, sicut dicit Ioannes: Hæc, inquit, scribo vobis, ne peccetis. Sed si quis peccaverit, paraclitum habemus apud patrem Iesum Christum. Nam & ipse dominus cum dicit ad apostolos; alterum paraclitum mittet vobis Pater: sine dubio cum dicit alterum paraclitum, se quoque paraclitum manifestat. Sed neque a Patre hoc nomen paracliti alienum est. Beneficentiæ enim & non naturæ. Denique ad Corinthios Paulus ita scribit. Benedictus Deus, & Pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur. Et cum consolator dicitur Pater, consolatur dicitur Filius, consolator etiam Spiritus sanctus, una tamen nobis consolatio a Trinitate præstatur, sicut & una remissio peccatorum, apostolo affirmante. Abluti, inquit, estis, & justificati, & sanctificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & Spiritu Dei nostri.

Possemus

Possemus plura adhuc de divinis scripturis proferre testimonia, quæ juxta baptismi sacramentum, trinitatem unius gloriæ, operationis, ac potentiæ manifestant. Sed quia ex his plenus est sapientibus intellectus, multa præterivimus studio brevitatis. Faciamus ergo recapitulationem dictorum nostrorum. Si de Patre procedit Spiritus sanctus, si liberat, si dominus & sanctificat, si creat cum Patre & Filio, ubique est, & implet omnia, si habitat in electis, si arguit mundum, si judicat, si bonus, & rectus est, si de eo clamatur; Hæc dicit Spiritus sanctus, si prophetas constituit, si apostolos mittit, si episcopos præficit, si consolator est, si cuncta dispensat prout vult, si abluit, & justificat, si tentatores suos interficit, si is, qui eum blasphemaverit non habet remissionem neque in hoc sæculo, neque in futuro, quod utique Deo proprium est: Hæc cum ita sint, cur de eo dubitatur quod Deus non sit, cum operum magnitudine, quod ipse est, manifestet? Non utique alienum esse a Patris & Filii, majestate, qui non est ab opere virtutum alienus. Frustra illi nomen divinitatis negatur, cujus potestas non potest abnegari. Frustra prohibeor eum cum Patre & Filio venerari, quem exigor cum Patre & Filio confiteri. Si ille mihi cum Patre & Filio confert remissionem peccatorum; confert sanctificationem, & vitam perpetuam, ingratus sum nimis, & impius, si ei cum Patre & Filio non refero gloriam. Aut si non est cum Patre & Filio colendus; ergo nec confitendus in baptismo est. Si autem omnimodo confitendus secundum dictum domini, & traditionem apostolorum, ne semiplena sit fides, quis me poterit ab ejus cultu prohibere? In quem enim credere jubeor; ei etiam deinde supplicabo. Adorabo ergo Patrem, adorabo & Spiritum sanctum una eademque veneratione. Quod si quis durum hoc putat, audiat quomodo David ad culturam Dei fideles hortatur. Adorate, inquit, scabellum pedum ejus. Si religionis est adorare scabellum pedum ejus, quanto magis religiosum si ejus spiritus adoretur? Ille utique Spiritus, quem beatus Petrus in tanta sublimitate prædicavit, dicens: Spiritu sancto misso de cælis, in quem concupiscunt angeli prospicere. Si angeli eum cupiunt aspicere, quanto magis nos homines mortales despicere non debemus? ne forte & nobis dicatur sicut dictum est ad Iudæos. Vos semper Spiritui sancto resistitis, sicut & patres vestri. Quod si hæc tanta, & talia non inclinant animum ad venerandum Spiritum sanctum, accipe adhuc aliquid fortius. Si enim Paulus instruit prophetas ecclesiæ, in quibus utique, & per quos Spiritus sanctus loquebatur. Si, inquit, omnes prophetaverint, intret autem aliquis infidelis, aut idiota, convincitur ab omnibus, examinatur ab omnibus, occulta quoque cordis ejus manifesta sunt, & tunc cadens in faciem adorabit Deum, pronuncians quia vere Deus in vobis est, & utique in eis Spiritus sanctus est, qui prophetant. Si ergo infideles cadunt in faciem, & adorant Spiritum sanctum perterriti, & confitentur invicti, quanto magis fidelibus expedit, ut voluntarie, & ex effectu adorent Spiritum sanctum? Adoratur autem Spiritus sanctus non quasi separatim more gentilium, sicut

A nec Filius separatim adoratur quia in dextera Patris est: Sed cum adoramus Patrem, credimus nos & Filium, & Spiritum adorare; quia & cum Filium invocamus, Patrem nos credimus invocare; & cum Patrem rogamus, a Filio nos exaudiri confidemus, sicut & ipse dominus dixit. Quidquid petieritis Patrem in nomine meo, ego faciam, ut honorificetur pater Filio. Et si Spiritus sanctus adoratur, ille utique adoratur, cujus est spiritus. Illud autem nullus ignorat, quia divinæ majestati nec addi quicquam nec minui humanis supplicationibus potest, sed unusquisque secundum propositum voluntatis suæ, aut gloriam sibi acquirit fideliter venerando; aut confusionem perpe- B tuam pertinaciter resistendo. Certum est enim, quia contentio, & superbia damnat; honorificentia vero fructum devotionis expectat. Quare autem fideles non honorificent integre Trinitatem ad quam se pertinere confidunt, cujus nomine se renatos, cujus servos se nominari gloriantur? Nam sicut ad nomen Dei Patris homines Dei appellantur, ut Helias homo Dei dictus est; ut Moyses homo Dei appellatus est; sic a Christo Christiani nuncupamur; sic etiam ab spiritu Spirituales appellamur. Si igitur vocetur quis homo Dei, & non sit Christianus, nihil est. Qui si Christianus vocetur, & non fuerit spirituales, nec sibi satis de salute confidat. Sit ergo nobis secundum salutaris baptismi confessionem fides C integra Trinitatis, sit una devotio pietatis; nec more gentilium, potestatum diversitates opinemur, aut creaturam quantum ad deitatem in trinitate suspicemur: sed nec Iudæorum scandalo moveamur, qui filium Dei negant, qui Spiritum sanctum non adorant, sed potius perfectam Trinitatem adorantes, & magnificantes, sicut in mysteriis ore nostro dicimus, ita conscientia teneamus. Sanctus, sanctus, sanctus dominus Deus Sabaoth. Ter dicentes sanctus, unam omnipotentiam confitemur, quia una est religio, una glorificatio Trinitatis. Vt audiamus ab apostolo, sicut audierunt Corinthii. Gratia domini nostri Iesu Christi, & D dilectio Dei, & communicatio Spiritus sancti cum omnibus vobis.

Hæc est fides nostra, euangelicis, & apostolicis traditionibus, & omnium quæ in hoc mundo sunt catholicarum ecclesiarum societe fundata, in qua nos per gratiam Dei omnipotentis permanere utque ad finem hujus confidimus, & speramus. Directa XII. Kalendarum Maiarum, per Ianuarium Zattarensem, Villaticum a casis Medianis, episcopos Numidiæ, Bonifacio Foratianensi, & Bonifacio Gatianensi episcopis Byzacenis.

DECRETVM HVNERICI VANDALORVM REGIS, QVO OMNES Africanarum provinciarum episcopi, qui Carthaginem convenerant, ecclesiis suis spoliati, & in exilium missi sunt.

Rex Hunericus Vandalorum & Alanorum universis populis regno nostro subjectis.

TRIVMPHALIS majestatis, & Regiæ probatur esse virtutis, male in authores consilia retorquere. Quisquis enim aliquid pravitatis invenerit, sibi imputet quod incur-

ANNO CHRISTI 484.

rit. In qua re nutum divini judicii clementia nostra secuta est, quod quibusque personis, prout eorum facta meruerint, seu bona, seu forte talibus contraria dum facit expendi, simul etiam provenit compensari. Itaque his provocantibus qui præceptionem inclytæ recordationis patris nostri, vel mansuetudinis nostræ crediderint esse temnendam, censuram severitatis assuminus. Authoritatibus enim cunctis populis fecimus innotesci, ut in sortibus Vandalorum nullos conventus Homousiani sacerdotes assumerent, nec aliquid mysteriorum, quæ magis polluunt, sibimet vindicarent. Quod cum videremus esse neglectum, & plurimos esse repertos dicentes se integram regulam fidei retinere, postmodum universos constat fuisse commonitos, spacia temporis prorogata mensium novem. Quæ contentionis si quid ab eorum proposito posset aptari, ut ad Kalendas Februarias anni octavi regni nostri, sine metu aliquo convenirent.

Qui dum huc ad Carthaginem confluerent civitatem, post moram temporis præstituti, aliam quoque dilationem aliquantorum dierum dedisse cognoscimur. Et dum se conflictui paratos astruerent, primo die a venerabilibus episcopis nostris eis videtur esse propositum, ut Homousion sicut admoniti erant ex divinis scripturis proprie approbarent, aut certe quod a mille, & quod excurrunt, pontificibus de toto orbe in Ariminensi concilio, vel apud Seleuciam, amputatum est, prædamnarent. Quod nequaquam facere voluerunt universa ad seditionem per se concitati populi revocantes. Quinimo & secunda die dum eis mandaremus, ut de eadem fide, sicuti propositum fuerat, responderent, hoc evidenter assumpsere temeritate transacta, ut seditione & clamoribus omnia perturbantes, ad conflictum facerent minime perveniri.

Quibus hoc provocantes, statuimus, ut eorum ecclesiæ clauderentur, hac illis conditione præscripta, ut tamdiu essent clausæ, quandiu mallent propositum pervenire, quod ea obstinatione facere noluerunt, quæ pravis videntur assumpsisse conciliis Adeo in nos est necessarium, ac justissimum retorquere, quod ipsarum legum continentia demonstratur, quas inductis secum in errorem imperatoribus, diversas tunc contigit promulgari. Quarum illud videtur tenere conceptio, ut nulla super exceptis institutionis suæ antistitibus ecclesiæ paruisset: nulli liceret alios aut convictus agere, aut exercere conventus, nec ecclesias aut in urbibus, aut in quibusdam parvissimis locis penitus obtinere, neque construere; sed præsumpta fisci juribus jungerentur: sed etiam ut eorum patrimonia ecclesiis suæ fidei sociata, suis antistitibus provenissent, nec commemorare quæcumque loca talibus licentia patuisset. Sed extorres omnibus urbibus redderentur & locis, nec baptismatis haberent omnino aliquam facultatem, aut forte de religione disputarent, & nullam haberent ordinandi licentiam, sive episcopos, sive presbyteros, vel alios quos ad cleros pertinere contingeret; proposita severitate vindictæ, ut tam hi qui se paterentur hujusmodi honores accipere, quàm etiam ipsi ordinatores denis libris auri singuli multarentur, eo adjecto, ut nullus eis locus esset, vel aditus supplicandi, sed etiam si qua specialia meruissent, minime prævalerent: & si in hac pernicie perdurarent, & de proprio ablati in exilium sub prosecutione idonea mitterentur.

In populos quoque præfati imperatores similiter sævientes, quod eis nec donandi libertas, nec testandi, aut capiendi, vel ab aliis derelictum, penitus subjaceret, non fidei commissæ nomine, non legati, non donationibus, aut derelictione quæ mortis causa appellatur, vel quolibet codicillo, aliisque forsitan scripturis: ita ut etiam qui sub palatiis militarent condemnationi gravissimæ pro dignitatis merito facerent subjectos, ut omni honoris privilegio expoliati, infamiam incurrerent, & publico crimini hujusmodi personæ se cognoscerent esse subjectos, officialibus etiam judicum diversorum triginta argenti pondo pœna proposita: quam si quinque vicibus in errore perdurantibus contigisset inferre, tum demum tales convicti, atque subjugati verberibus in exilium mitterentur.

Deinde codices universos sacerdotum, quos persequebātur, præceperant ignibus tradi. Quod de libris hujusmodi, quibus sibi nominis illius errorem persuasit iniquitas, præcipimus faciendum. Hæc enim, ut pro singulis quibusque personis illi observanda præceperant, ut illustres sigillatim auri pondo quinquagena, senatores auri pondo tricena, populares auri pondo vicena, sacerdotales auri pondo tricena, decuriones auri pondo quina, negotiatores auri pondo quina, plebeii auri pondo quina, circumcelliones auri pondo dena. Et si qui forte in hac pernicie permanerent, confiscatis omnibus rebus suis exilio multarentur. Ordines autem civitatum, sed & procuratores, & conductores possessionum tali pœna videbantur affligere, ut si forte tales celare diligerent, & minime publicassent, & retentos judicio non facerent præsentari, ipsi tenerentur ad pœnam; conductoribus etiam regalium prædiorum hac mulcta proposita, ut quantum domui regiæ inferrent, tantum etiam fisco pœnæ nomine cogerentur exolvere. Id generaliter in omnibus conductoribus, vel possessoribus, qui in eadem superstitione crediderint perdurandum, constituerunt observari: judicibus etiam qui huic rei instantissime non imminebant pœna proscriptionis, & sanguinis supplicium poneretur. Sed & de primatibus officiorum tres numero punirentur, aliis viginti librarum auri condemnatione multandis.

Quare his necesse est constitutionibus obligari Homousianos omnes, quos hujusmodi malæ persuasionis constat tenuisse & tenere materiam. Quos ab hominibus supradictis abstinere decernimus in prosecutione venturis per ordines cunctarum urbium. Sed etiam judices qui superioribus neglectis dira supplicia diversis non intulisse monstrantur, omnes supradictæ fidei Homousion erroribus implicatos, quæ cuncto prædamnata est concilio tantorum numero sacerdotum, universis rebus prædictis, & contractibus præcipimus abstineri, quod nihil sibi noverint esse permissum, sed universos similis pœna maneat, & astringat, si ad veram religionem, quam veneramur, & colimus intra diem Kalendarum Iuniarum anni octavi regni nostri conversi non fuerint. Ad diem autem præstitutum adeo pietas nostra constituit, ut prædamnatis errorem indulgentia

ANNO CHRISTI 484.

gentia non negetur, & obstinatos animos supplicia digna coerceant. Qui autem in eodem errore permanserint; seu domus nostræ occupati militia, seu forsitan diversis titulis, necessitatibusque præpositi, pro gradibus suis dictarum superius mulctarum illationes cogantur excipere, nihil valituris quæ forsitan per surreptionem quemquam talium contigit promereri. In privatos etiam, vel cujuscumque gradus & loci personas hoc nostra promulgatio præcepit observandum, quod circa tales supradictis legibus videbatur expressum, ut pœnæ congruæ subderentur. Iudices autem provinciarum quod statutum est negligentes exequi, superiori pœna, quæ talibus præscripta est, constituimus obligandos.

Veris autem maiestatis divinæ cultoribus, id est sacerdotibus nostris, ecclesias universas, vel totius cleri nominis supradicti quibuscumque terris, & regionibus constitutas; quæ propitia divinitate imperii nostri regimine possidentur, una cum rebus, quæ ad easdem pertinent, hoc decreto statuimus debere proficere, non dubitantes plus alimoniæ inopum proficere, quod sacrosanctis pontificibus juste collatum est. Hanc ergo legem e fonte justitiæ profluentem, cunctis præcipimus innotescere, quatenus nullus sibi ignotum esse, quod præceptum est, possit obtendere. Optamus vos bene valere. Data sub die VI. Kalend. Martias Carthagine.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S.I.

Cetera, qui voluerit, adeat Victorem Vitensem libro tertio de persecutione Vandalica omnia fusius enarrantem. Nos iis prætermissis noticiam provinciarum & civitatum ecclesiæ Africanæ subjiciemus a R. P. Sirmondo editam anno 1630. sive

NOMINA EPISCOPORVM

CATHOLICORVM DIVERSARVM provinciarum, qui Carthaginem ex præcepto regali venerunt pro reddenda ratione fidei die Kalend. Februarias anno VI. regis Hunerici.

Nomina provinciæ Proconsularis, vel qui in exilium missi sunt.

EVGENIVS Carthaginiensis, Tamalleni.
Felix Abritanus, exilium.
Paulus Sinuarensis, exilium.
Felix Piensis, Corsica exilium.
Marianus Hippozaritensis, ut supra.
Pascasius Gunelensis, ut supra.
Sacconius Vzalensis, ut supra.
Bonifacius Membrositanus, fug.
Gulosus Beneuentensis, Corsica.
Reparatus Vtimmirensis, ut supra.
Pastinatus Puppitanus, ut supra.
Reparatus Puppianensis.
Fortunatianus Araditanus, Corsica.
Deum habet Thelensis, Corsica.
Liberatus Mullitanus, ut supra.
Mannucius Duassedemsai.
Hirundinus Missuensis, Corsica,
Iona Lapdensis, ut supra.
Peregrinus Assuritanus, exilium hic.
Quintianus Vrcitanus.
Cresconius Tennonensis, per.
Florentinus Vticensis Corsica.
Pascasius Migirpensis, ut supra.
Carissimus Gisipensis, in exilium.
Gaius Vzitensis, per.
Exitiosus Verensis, Corsica.
Crescens Cicsitanus, in exilium.
Bonifatius Bolitanus, Corsica.
Felix Carpitanus, ut supra.
Carcadius Maxulitanus, ut supra.
Cyprianus Bonustensis.
Dalmatius Tinnisensis, Corsica.
Æmilianus Culsitanus, Corsica.
Felix Bullensis, per.
Clementinus Neapolitanus, Corsica.
Felix Curbitanus, ut supra.
Deuterius Simminensis, ut supra.
Aurelius Clipiensis, ut supra.
Coronius Meglapolitanus, ut supra.
Benenatus Timidensis, ut supra.
Vincentius Ziggensis, in exilium.
Florentius Seminensis, Corsica.
Honoratus Tagaratensis, per.
Vindemius Altaburitanus, exilium.
Cyprianus Cellensis, in exilium.
Augentius Vzipparitanus, in exilium.
Cassosus Ausanensis hic.
Maximinus Maraggaritanus hic,
Felix Muzuensis.
Ioannes Bullensium regio.
Cresciturus Titulitanus.
Benenatus Tuburbitensis.
Victor Eudalensis.
Pascasius Tulanensis.

SVNT NVMERO LIV.

Nomina episcoporum Provinciæ Numidiæ.

FELIX Berceritanus.
Augentius Gazaufulensis, per.
Quodvultdeus Calamensis.
Honoratus Castellanus.
Leontius Burcensis.
Firmianus Centurionensis, per.
Rufinianus Vadensis.
Paulus Nibensis, per.
Martialis Girensis
Victor Cuiculitanus.
Cresconius Amporensis.
Adeodatus Fesseitanus, per.
Vitalianus Bocconiensis.
Dumvirialis Damatcorensis, per.
Donatus Ausuccurensis.
Palladius Idicrensis, per.
Gaudentius Putiensis.
Victor Suggitanus.
Benenatus Lambiritanus,
Timotheus Tagurensis.
Melior Fussalensis, Nam.
Frumentius Tubursicensis,
Felix Lamsortensis.
Abundius Tididitanus, per.
Valentianus Montesis, per.
Adeodatus Nobabarbarensis.
Adeodatus Idassensis.
Florentius Nobagermaniensis.
Villaticus De casis medianensis.
Eusebius Susicaziensis.
Victorinus De nobacæsaris.
Vitalianus Vazaritanus.
Iunior Tigillabensis.
Vigilius Ressanensis, per.
Leporius Augurensis.
Pascentius Octabensis.
Petrus Madensis.

ANNO CHRISTI 484.

Felix Matharensis, per.
Florentius Centenariensis.
Felix Gilbensis, per.
Florentianus Midilensis.
Fluminius Tabudensis.
Optantius Casensi calanensis.
Peregrinus Punentianensis, per.
Felix Nobasparsensis, per.
Felicianus Merensis.
Domnicus Cæsariensis, per.
Candidus Nobasinensis, per.
Quodvultdeus Cælianensis Nam.
Ianuarius Zattarensis.
Victorinus de Castello Tituliano.
Fructuosus de Giru Marcelli.
Cresconius Tharasensis.
Maximus Sillitanus, per.
Vigilius Hizirzadensis, per.
Victor Municipensis.
Servus Arsicaritanus.
Felix Casennigrensis.
Donatianus Veselitanus.
Pudentius Madaurensis.
Donatus Rusticianensis.
Donatus Vlladegensis.
Crescens Buffadensis, per.
Adeodatus Sistronianensis, per.
Rusticus Tipasensis.
Simplicius Tibilitanus.
Stephanus Sinitensis.
Pascentius Cethaquensusca.
Donatianus Teglatensis.
Cresconius Zabensis.
Antonianus Mustitanus.
Reparatus Tubuniensis.
Anastasius Aquenobensis.
Victorinus Babrensis, per.
Felix Tebestinus.
Domninus Moxoritanus, metallo.
Secundus Tamogaziensis, per.
Victorinus Legiensis.
Quodvultdeus Respectensis.
Ianuarius Velesitanus.
Benenatus Mazacensis, per.
Donatus Lugurensis, per.
Victor Cirtensis, per.
Pardalius Macomadiensis.
Ianuarius Legensis, per.
Quodvultdeus Ad turres concordi.
Maximus Lamfuensis, per.
Marcellinus Vagrautensis.
Domnicosus Tigisitanus.
Donatus Gilbensis.
Fortunius Regianensis.
Donatus Silensis.
Victor Gaudiabensis.
Ianuarianus Marculitanus.
Ianuarius Centuriensis.
Felix Suabensis.
Crescentianus Germaniensis.
Annibonius Vadesitanus.
Ianuarius Gaurianensis, per.
Fortunatianus Naratcatensis.
Maximus Lamiggizensis.
Felix Garbensis, per.
Iulius Vagarmelitanus.
Ponticanus Fromensis, per.
Victor De turres ammeniarum.
Seruus Belesasensis.
Honoratus Fatensis.
Mensor Formensis.

A Peregrinus Muliensis.
Gedalius Ospitensis.
Fulgentius Vagadensis, per.
Secundinus Lamasuensis.
Crescentius Tacaratensis.
Benenatus Milevitanus.
Quodvultdeus Vllitanus.
Proficius Seleucianensis, per.
Proficius Vadensis, per.
Ianuarius Tagastensis, per.
Donatus Maximianensis.
Adeodatus Zaradtensis, per.
Felicianus De giru tarasi.
Cardelus Lamiggigensis.
Flavianus Vicopacensis.

B SVNT NVMERO CXXV.

Nomina episcoporum provinciæ Byzacenæ.

..... Vassinassensis.
..... & aquis.
Liberatus Amudarsensis, per.
Mansuetus Afufeniensis.
Pascasius Septimuniciensis.
Hortulanus Benefensis.
Victorinus Ancusensis.
Eubodius Mididitanus.
Terentianus Tubulbacensis.
Rogatianus Vadentinianensis.
Bonifacius Masclianensis.
Victorinus Seberianensis.
C Victor Narensis.
Leontius Decorianensis.
Servus Dei Tambeitanus.
Lætus Neptitanus.
Felix Castrensis, per.
Flavianus Bubelianensis.
Decimus Theuzitanus.
Servandus Putiensis.
Restitutus Thagamutensis.
Præsidius Sufetulensis, in exilium.
Eustratius Sufetanus.
Secundinus Garrianensis, per.
Præfectianus Abaradirensis, per.
Sabinianus Octabiensis.
Adelfius Mactaritanus.
D Restitutus Aquiabensis.
Autacius Medianensis.
Mensius Turrensis.
Filtiosus Aggaritanus.
Fastidiosus Egnatiensis.
Germanus Peradamiensis.
Donatus Ermianensis.
Pascasius Tenitanus.
Domninus Tarazensis.
Hilarinus Trofinianensis.
Fortunatianus Leptiminensis.
Honoratus Tegariatenus.
Albinus Octabensis.
Aurelius Feradimaiensis.
E Felix Crepedulensis.
Cyprianus Vnizibirensis.
Innocentius Muzucensis.
Possidius Massimanensis, non occurrit.
Victor Vitensis, non occurrit.
Victorinus Serbatianensis.
Adeodatus Pederodianensis.
Athenius Circinitanus.
Florentius Tuziritanus.
Vindicianus Marazianensis.
Adelfius Mattaritanus.
Adeodatus Præcausensis.

ANNO CHRISTI 484.

Restitutus Aquis albensium.
Felix Irpinianensis.
Victorinus Vsulensis.
Habetdeum Tamallumensis.
Concordius Culultanus.
Servus Menefessitanus.
Quintianus Casulis carianensis.
Restitutus Acolitanus.
Vindemialis Capsensis.
Quodvultdeus Durensis, per.
Heliodorus Cufrutensis.
Marcellinus Tasbaltensis.
Fortunatianus Cilitanus.
Honoratus Tiziensis.
Bonifacius Foratiananensis.
Servus Arsuritanus.
Felix Forontoniensis.
Succensianus Febianensis.
Iulianus Vararitanus.
Bonifacius Frontonianensis.
Secundianus Mimianensis, in exil.
Donatus Boanensis.
Bonifacius Maraguiensis.
Pirasius Nationensis.
Faustus Præsidiensis.
Rusticus Tetcitanus.
Primianus Gurgaitensis.
Bonifacius Filacensis.
Honoratus Macrianensis, per.
Frumentius Teleptensis.
Honorius Oppenuensis.
Fortunatianus Tagarbalensis.
Simplicius Carcabianensis.
Donatus Rufinianensis.
Liberatus Aquarum regiarum, per.
Victorianus Quæstorianensis.
Rufinianus Victorianensis.
Maximus Gummitanus.
Peregrinus Materianensis.
Fortunatus Moroteoritanus.
Pacatus Vicoateriensis.
Proficius Sublectinus.
Saturus Irensis.
Mangentius Ticnaltensis.
Villaticus Auzegerensis.
Cresconius Temoniarensis, per.
Paulus Turreblandinus, per.
Restitutus Segermitanus, in exil.
Victor Gauuaritanus.
Donatianus Eliensis.
Stephanus Ruspensis.
Vinitor Talaptulensis.
Hortensius Autentensis.
Tertullus Iuncensis.
Eusebius Iubaltianensis, per.
Servilius Vnurteopolitanus.
Donatus Aggaritanus.
Vigilius Tapsitanus.

SVNT NVMERO CVII.

Et cathedræ quæ episcopos non habuerunt.

Madassuma.	Horrea cælia.
Dionysiana.	Cunculiana.
Sulianis.	Ticibus.

SVNT NVMERO VI.

Nomina episcoporum Mauritaniæ Cæsariensis.

GLORINVS Iuncensis.
Tiberianus Quindiensis.
Victor Sufaritanus.
Syrus Corniculanensis.
A Lucius Itensis.
Honoratus Timicitanus.
Donatus Nobicensis, per.
Patera Milianensis.
Reparatus Girumontensis.
Avus Altabensis.
Donatus Panatoriensis.
Martialis Columpnatensis.
Subdatius Sucardensis.
Subitanus Idensis, per.
Donatus Tifiltensis.
Felicianus Idensis.
Onesimus Fidolomensis.
Victor Taborentensis.
Verecundus Nobensis.
B Stephanus Zucabiaritanus.
Apocorius Cæsariensis.
Felix Rusubiritanus.
Donatus Subbaritanus.
Ianuarius Aquensis.
Martianus Murustagensis, per.
Claudius Vagalitanus.
Passitanus Tigisitanus.
Salo Fallabensis.
Donatianus Vsinadensis.
Paulus Flumenzeritanus.
Nicetius Castellominoritanus.
Restitutus Florianensis.
Mensius Alamiliarensis.
Maxentius Tigamibenensis, per.
C Vrbanus Amaurensis, per.
Cresces Sestensis, per.
Donatus Ternamunensis.
Fortis Caputcillensis.
Ianuarius Nasbincensis, per.
Palladius Bacanariensis.
Valens Villenobensis.
Passinatus Masuccabensis, per.
Longinus Pamariensis.
Honorius Benepotensis.
Burco Vardimissensis, per.
Felix Ambiensis.
Æmilius Mediensis.
Arator Catulensis.
D Cæcilius Minnensis.
Lucidus Cartennitanus.
Victor Regiensis.
Rogatianus Vaunidensis, per.
Primus Caprensis.
Metcur Rusuccuritanus.
Rufus Sfasferiensis.
Eusebius Obbitanus.
Securus Timidanensis.
Donatus Frontensis.
Victor Leositanus.
Quodvultdeus Tablensis, per.
Restitutus Lapidiensis, per.
Donatus Voncariensis.
E Bonifacius Rusguniensis.
Venantius Oppidonebensis, per.
Mattasius Castelliiabaritanus.
Felix Aquisirensis.
Victor Caltadriensis, per.
Cresces Tigabitanus.
Idonius Rusaditanus.
Gelianus Repetitanus.
Ingenuus Vbabensis.
Petrus Oboritanus.
Faustus Castraseberianensis.
Vitalis Castranobensis.
Petrus Castellanus, per.

Anno Christi 484.

Quintasius Mutecitanus.
Paulinus Rubicariensis.
Pascasius Mammillensis.
Tacanus Albulensis.
Emptacius Siccesitanus.
Talasius Gratinopolitanus.
Victor Manaccenseritanus, per.
Pannonius Bitensis.
Felix Flenucletensis, per.
Campanus Bidensis.
Valentinus Castelli mediani.
Romanus Sufaritanus.
Secundus Maurianensis.
Reparatus Bulturiensis.
Lucius Maturbensis, per.
Cæcilius Balianensis.
Rogatus Sereddelitanus.
Mingin Nobensis, per.
Reparatus Castelli tatroportensis.
Philo Arsinuaritanus.
Vassivus Elfantariensis, per.
Patera Catabitanus.
Vincemalus Bapatensis.
Reparatus Tipasitanus, per.
Romanus Tamadempsis, per.
Victor Voncarianensis.
Maddanius Murconensis.
Crispinus Tabadcarensis.
Quod vult deus Summulensis, per.
David Tadamatensis.
Candidianus Catrensis, per.
Reparatus Cissitanus.
Pœquarius Tasaccurensis, per.
Quintus Tabuniensis, per.
Maximus Tuscamiensis.
Auxilius Gunagitanus, per.
Reparatus Sitensis.
Saturninus Vissalensis, per.
Felix Maxitensis, per.
Gaius Adsinuadensis, per.
Cresces Satafensis, per.
Saturninus Sertensis, per.
Victor Numidensis, per.
Cerealis Castelloripensis.
Lucius Tamazucensis.

SVNT NVMERO CXX.

Et Cathedræ quæ episcopos non habuerunt.

Maiucensis.	Maurensis.
Nabalensis.	Tingariensis.
Tubunensis.	Oboritanus.

Nomina episcoporum provinciæ Mauritaniæ Sitifensis.

RVFINVS Tamallumensis.
Donatus Sitifensis.
Maximus Coviensis.
Domitianus Igilgitanus.
Honorius Aquæalbensis.
Festus Satafensis.
Victor Horrensis.
Maximus Thugusubditanus.
Victor Ierasitanus.
Vadius Lesuitanus.
Pacatus Equizotensis.
Felix Castellanus.
Constantius Gegitanus.
Victor Eminentianensis.
Saturnius Sociensis, per.
Iacobus Lemelefensis.

A Crescitutus Cellensis, per.
Emeritus Macrensis, per.
Redux Nobalicianensis.
Argentius Zallatensis.
Vindemius Lemfactensis.
Abus Ficensis.
Restitutus Macrianensis, per.
Vitalis Assafensis.
Victor Flumenpiscensis.
Iuventinus Marouanensis.
Romanus Melicbuzensis.
Victorinus Sertcitanus, per.
Montanus Cardamusensis.
Clemens Thamagristensis.
B Adeodatus Privatensis.
Rogatus Partenienensis.
Villaticus Mozotensis.
Honoratus Tamascaniensis, per.
Iustus Acufidensis, per.
Æmilius Asuoremitensis.
Vzulus Thuccensis.
Aufidius Suristensis.
Victorinus Perdicensis.
Possessor Zabensis.
Pascasius Salditanus.
Flavianus Vamallensis.

SVNT NVMERO XLIV.

C *Nomina episcoporum Provinciæ Tripolitanæ.*

CALIPIDES Leptimagnensis.
Leo Sabratensis.
Faustinus Girbitanus.
Cresconius Oensis.
Servilius Tacapitanus.

SVNT NVMERO V.

Nomina episcoporum Insulæ Sardiniæ.

LVCIFER Calaritanus.
Martinianus de Foro Traiani.
Bonifacius de Sanafer.
Macarius de Minorica.
Vitalis Sulcitanus.
D Felix de Turribus.
Helias de Maiorica.
Opilio de Euuso.

SVNT NVMERO VIII.

ET SIC *fiunt omnes episcopi diversarum provinciarum numero* CCCCLXVI.

Ex quibus perierunt numero LXXXVIII. id est,

De proconsulari numero IV.
De provincia Numidiæ numero XXXIV.
De provincia Byzacena numero X.
De provincia Mauritaniæ Cæsar. num. XXXII.
E De provincia Maurit. Sitifensis num. VIII.

Permanserunt numero CCCLXXVIII.

Corsica relegati XLVI.
Hic relegati numero CCCII.
Fugerunt numero XXVIII.
Passus numero I.
Confessor numero I.

a CONCILIVM

ANNO CHRISTI 487.

[a] CONCILIVM ROMANVM III.

TRIGINTA OCTO EPISCOPORVM, de lapsis Africanæ ecclesiæ recipiendis, celebratum anno domini 487. sub Felice III.

TITVLI CAPITVLORVM.

I. *De his qui rebaptizati doluerunt, & postea pœnitere noluerunt.*

II. *De presbyteris vel diaconibus, qui in lapsu, hæreticorum sese baptismati dederunt.*

III. *De his qui se rebaptizandos impie dederunt.*

IV. *De his qui per ignorantiam ætatis rebaptizati sunt.*

V. *De his qui ab hæreticis baptizati aut rebaptizati sunt, ut ad ecclesiasticam militiam non perveniant.*

VI. *De pœnitentibus, ut ab aliis episcopis non suscipiantur.*

EXEMPLAR GESTORVM CONCILII Romani, quibus alligatum est præceptum papæ Felicis.

FLAVIO Boetio v. c. consule sub die III. Iduum Martiarum, in basilica Constantiniana, residente venerabili viro papa Felice, una cum Candido Tiburtino, Paschasino Centumcellensi,* Constantio Aquinate, Equitio Martellicatensi, Philippo Numanate, Epiphanio Spoletino, Bono Ostiensi, Herennio Portuensi, Constantino Trebiati, Agnello Torcelino, Constantino Capuano, Vrbano Fulginati, Severo * Cassinati, Martiniano Formiano, Martiano Amerino, Cresconio Tudertino, Herculio Otriculano, Basilico Tolentinati, Maximo Blerano, Projectitio Tarquiniensi, Petro Subaugustano, Maximino * Ferentanensi, Basso Ferentinati, Felice Antiatino, Innocentio Mevanatensi, Felice Anagnino, Benigno Aquævivensi, Andrea Gabinate, Decio Triumtabernensi, Cypriano Nomentano, Athanasio Albanensi, Vitale Fundano, Petro Lorensi, Constantio Sutrino, Felicissimo Sabinensi, Gaudentio Foroclodiensi, Bonifacio Veliterno, Asterio Foronovano, Romulo Prænestino, Victore, Donato, Rustico & Pardalio Afris episcopis: & presbyteris, Rustico, Firmino, Castino, Simplicio, Laurentio, * Vnicomalo, Laurentio, Canusio, Cassio, Petro, Leone, Eugenio, Ianuario, Martiano, Gordiano, Petro, Lepido, Maxentio, Epiphanio, Epiphanio, Asterio, Petro, Iustino, Felice, Alexandro, Redempto, Projectitio, Bonifacio, Laurentio, Iovino, Epiphanio, Bono, Servodei, Petro, Servando, Marcellino, Petro, Iuliano, Vrbico, Paulino, Petro, Valente, Petro, Asterio, Sorano, Valentino, Paschasio, Asterio, Asterio, Asello, Bonifacio, Petro, Smaragdo, Bonifacio, Sixto, Petro, Paschasio, Felice, Petronio, Laurentio, Fulgentio, Callisto, Romano, Ioanne, Valentino, Sebastiano, Martiniano, Epiphanio, Andrea, Petro, Opilione, Sebastiano, Romano, Domnino, Agapeto, & Abundantio, adstantibus quoque diaconibus, Felix episcopus ecclesiæ urbis Romanæ, præsidens synodo, dixit: Communis dolor, & generalis est gemitus, quod intra Africam rebaptizatos etiam episcopos, presbyteros, diaconosque cognovimus: quæ res sine dubio ad vestræ quoque pervenit notitiam sanctitatis: de quo quid observari debeat, ordinare nos convenit, Proinde, ut manifesta sit super hoc nostra sententia, quæ nobis sunt visa, recitentur.

Anastasius diaconus recitavit.

Dilectissimis in Christo Iesu fratribus, universis episcopis per diversas provincias constitutis.

QVALITER in Africanis regionibus astutia diaboli sævierit in populum Christianum, atque in id multiplici deceptione B proruperit, ut non modo vulgus incautum, sed ipsos quoque in mortis profunda demerserit sacerdotes, nullus non orbis ingemuit, nulla terra nescivit. Vnde in grandi mœrore positi, dissimulare non possumus pereuntium, atque a nobis exigendarum discrimen animarum. Quapropter competens adhibenda est talibus medicina vulneribus, ne immatura curandi facilitas mortifera captis peste nihil prosit, sed segnius * tracta pernicies, reatu non legitimæ curationis involvat pariter saucios & medentes. * tractata

CAPITVLA.

I.

C IN primis itaque venientis ad vos, & remedium postulantis, solicite discutienda est professio & persona decepti, ut medela possit congruens exhiberi. Et qui satisfacturus Deo per pœnitentiam se rebaptizatum legitime doluerit, utrum ad hoc facinus * concurrerit, *&c. Extant supra in epistola Felicis 7. quæ incipit sic:* Qualiter in Africanis, *&c.* [a]

* concurrerit, *vel* occurrerit.

* Pag. 1075. B.

NOTÆ SEVERINI BINII.

[a] *Concilium Romanum.*] Cum post obitum Hunerici, Gundabundus rex Vandalorum, teste Isidoro, pacem ecclesiis donasset, & catholicos primus ab exilio revocasset, illi qui lapsi fuerant, a confessoribus D postliminio redditis vitabantur. Sed cum resipiscentes vulneribus inflictis medicinam quærerent, Romanamque ecclesiam, velut quamdam pharmaciam, ex qua congruum & præsentaneum antidotum ægrotantibus pararetur, adirent, Felix Romanus pontifex, cujus muneris est lapsos sacerdotes potissimum erigere, collecto triginta octo episcoporum concilio, pro qualitate vulnerum opportuna pharmaca composuit, eaque aliquot diversis capitibus distinxit. Causa concilii

De episcopis, presbyteris & diaconis constitutum est, ut quantumvis pœnis coacti misere lapsi fuerint, exclusi ab omni cœtu fidelium, atque catechumenorum, usque ad finem vitæ laica tantum communicatione impertirentur. Reliqui inferioris ordinis clerici, monachi vel laici triennio inter audientes perseverarent; inter pœnitentes peregrinæ tantum communicationis participes effecti, dum cum sæcularibus sine perceptione eucharistiæ orare permitterentur. Additum, neque E pueros aut puellas, quas ætas excusat, sine pœnitentia ad ecclesiam admittendos, sed inter pœnitentes sub manus impositione retineri debere, ut tandem communicationis participes esse possint. Denique constitutum fuit, ut ejusmodi lapsis ad clericatum nullus unquam aditus pateret; sed inter laicos catholicos tantummodo usque ad exitum vitæ connumerari deberent. Cōstitutio concilii.

[b] *Flavio Boetio*, &c.] Anno nimirum domini 487. qui est Felicis papæ V. & Zenonis imperatoris 14.

VARIÆ SYNODI FELICIS ET ALIORUM.

Ex libello synodico.

ALEXANDRINA, TIMOTHEI ÆLURI.

ΖΗΝΩΝΑ τοίνυν τὴν βασιλείαν τοῦ μεγάλου καὶ μικροῦ διαδεξάμενον Λέοντος, Βασιλίσκος καὶ Αρμάτιος, αὐτῆς ἀντάραντες, ἐξεδίωξαν· καὶ τὴν ἐν Καλχηδόνι σύνοδον παντελῶς ἐξοστρακίσαι προθέμενοι, τύπῳ ἐγκυκλίῳ Τιμόθεον ἐκ Χερσῶνος ἀνεκαλέσαντο. ὅστις Αἴλουρος καταλαβὼν Αλεξάνδρειαν, Τιμόθεον τὸν Σαλοφακιόλιον μεταστήσας, καὶ τοῦ θρόνου δραξάμενος, ἄθεον ποιησάμενος σύνοδον, πολλοῖς ἀναθέμασι τὴν ἐν Καλχηδόνι ἁγίαν καθυπέβαλε σύνοδον. Ταῦτα δὲ Ανατολίου καὶ Γενναδίου ἱεραρχῶν τοῦ Βυζαντίου τῶν ἀειμνήστων χρησαμένων τέλει τοῦ βίου, καὶ Ακακίου κρατοῦντος ἐγένετο.

CUM autem Zeno Leoni utrique & magno & parvo, in imperio successisset, Basiliscus & Harmatius id invadentes eum expulerunt : & cum proposuissent synodum Calchedonensem plane evertere, generali decreto Timotheum, cui Æluro cognomen erat, ex Chersone evocarunt : qui cum Alexandriam venisset, & Timotheo Salofaciolio amoto, solium invasisset, impia congregata synodo multis anathematismis sanctam Calchedonensem synodum subjecit. Hæc autem facta sunt, cum Anatolius & Gennadius Byzantii episcopi vivendi finem jam fecissent, & Acacius solio potiretur.

CYRENSIS, IOANNIS.

ΙΩΑΝΝΗΣ δὲ Κύρου ἐπίσκοπος ὁ μακάριος, τὸν Κναφέα Πέτρον, καὶ πάλιν ἐν Αντιοχείᾳ ὁρῶν ἀθέως πολιτευόμενον, καὶ Βασιλίσκου τὸ κράτος ἐχόμενον πρὸς ἀσθένειαν, σύνοδον θείαν καὶ ἱερὰν ἐν τῇ πόλει αὐτοῦ συνεκρότησε· καὶ τὸν Κναφέα Πέτρον ἀναθεμάτισε.

IOANNES vero Cyri episcopus beatus, cum Petrum Fullonem iterum Antiochiæ videret impie administrantem ecclesiam, & Basilisci potentia suam fulcientem infirmitatem: divinam & sanctam sua in urbe congregavit synodum, & Petrum Fullonem anathemate notavit.

ANTIOCHENA, ZENONIS IMP.

ΚΑΙ Βασιλίσκον Ζήνων τὸν τύραννον χειρωσάμενος, ἐν Αντιοχείᾳ σύνοδον ἁγίαν συναθροισθῆναι προσέταξεν· ἣ τὴν ἁγίαν ἐν Καλχηδόνι σύνοδον κυρώσασα, τὸν Κναφέα Πέτρον ἐξορίᾳ καὶ ἀναθέματι καθυπέβαλεν· ἀντ' αὐτοῦ προχειρισαμένη Στέφανον τὸν μακάριον· ὃν τάχιστα πρὸς Χριστὸν ἐκδημήσαντα, Στέφανος ἕτερος διαδέχεται.

ZENON autem tyranno Basilisco capto, Antiochiæ sanctam synodum congregari A jussit: quæ sanctam Calchedonensem synodum confirmavit, Petrum Fullonem exilio & anathemati subjecit, eique beatum Stephanum substituit : cui mox ad Christum emigranti, Stephanus alius successit.

LAODICENSIS, PRO STEPHANO ANTIOCHENO.

ΟΙ γοῦν Πέτρου σπουδασταὶ, ὡς Νεστοριανὸν αὐτὸν διασύραντες, πείθουσι τὸν αὐτοκράτορα Ζήνωνα, θείαν καὶ ἱερὰν ἐν Λαοδικείᾳ συστήσασθαι σύνοδον. Ἥτις κατηγορούμενον ὑπὸ τῶν ἀθέων διερευνῶσα τὸν Στέφανον, B τῷ θρόνῳ Αντιοχείας ἀποκατέστησεν. Οἱ δὲ τῆς κιβδήλου δόξης θεραπευταὶ χρόνον μικρὸν ἀναμείναντες, θυμῷ ἐκ φθόνου μεγίστῳ πυρούμενοι, συρμῷ τὸν ἱερομάρτυρα Στέφανον ὑποκλείναντες, εἰς τὸν παραῤῥέοντα Ορόντην ποταμὸν κατεπόντισαν.

QUI vero Petri studiosi erant, tamquam Nestorianum illum (Stephanum) insimulabant: & imperatori Zenoni persuadebant, ut divinam & sanctam Laodiceæ synodum cogeret. Quæ cum falso accusatum ab impiis Stephanum comperisset, solio eum Antiochiæ restituit. Qui vero falsum dogma profitebantur, non longo tempore interposito, ita maxima ex C invidia accensi, beatum martyrem Stephanum arundinibus acutis instar hastarum confixum interemerunt, & in profluentem Orontem fluvium demerserunt.

ALEXANDRINA, PETRI MONGI.

ΤΙΜΟΘΕΟΥ γοῦν τοῦ Αἰλούρου ἐν Αλεξανδρείᾳ πρὸς ᾅδην χωρήσαντος, τὸν Μογγὸν Πέτρον οἱ φιλοσύγχυτοι διάδοχον τοῦ θρόνου κατέστησαν. Κληρικοὶ δὲ καὶ μοναχοὶ, τῆς ἀληθείας ὑπέρμαχοι, αὐτὸν ἐξώσαντες, τὸν μακάριον Ιωάννην τὸν Ταβεννησιώτην καθίδρυσαν. Ὅνπερ Ζήνων, ὡς παρὰ γνώμην αὐτοῦ χειροτονηθέντα ἐξέωσε, καὶ τὸν D δυσσεβῆ Μογγὸν, δοὺς τὸ Ενωτικὸν αὐτοῦ, εἰς Αλεξάνδρειαν ἐξαπέστειλεν· ὃς αἱρετικὴν συστησάμενος σύνοδον, τὴν ἐν Καλχηδόνι ἁγίαν ἀνεθεμάτισε σύνοδον· τὸν Κωνσταντινουπόλεως Ακάκιον ἔχων συμπράκτορα.

POSTEAQUAM vero Timotheus Ælurus Alexandriæ ad infernum migravit : qui confusionis cupidi erant, Petrum Mongum successorem solii constituerunt. Clerici autem & Monachi veritatis propugnatores, ipso ejecto, E beatum Ioannem Tabeusioten consecrarunt. Quem Zenon, utpote præter suam voluntatem electum expulit, & impium Mongum, dato ei suo Henotico, Alexandriam remisit : qui hæretica convocata synodo, Calchedonensem sanctam synodum anathemate notavit, Acacium Constantinopolitanum adjutorem habens.

ROMANA, FELICIS III.

ΑΛΛ' οἱ Κωνσταντινουπόλεως καὶ τῆς πάσης ἑῴας ὀρθόδοξοι, Φίληκι τῷ πάπᾳ Ρώμης ταῦτα διασαφήσαντες, θείαν καὶ ἱερὰν παρεσκεύασαν ποιήσασθαι σύνοδον· ἣ τὸν

Μογγὸν

Μογγὸν Πέτρον ἀνεθεμάτισε, καὶ Ἀκάκιον, καὶ A τὴν ἐν Καλχηδόνι ἁγίαν σύνοδον ἀνεκύρωσε.

CONSTANTINOPOLITANI autem, & qui per totum orientem erant orthodoxi, Felici papæ Romano hæc significantes perfecerunt, ut divinam ille & sanctam synodum convocaret: quæ Petrum Mongum & Acacium anathemate notavit, & sanctam Calchedonensem synodum confirmavit.

ALEXANDRINA ALIA, PETRI MONGI.

ΖΗΝΩΝ τοίνυν ὁ βασιλεὺς, χειρωσάμενος Ἰλλοῦν τε καὶ Λεόντιον, κατὰ τῶν τῆς ἀνατολῆς ἐπισκόπων ἐχώρησε· καὶ Ἀντιοχείας τὸν Καλανδίωνα ἐξορίσας εἰς Ὄασιν, τὸν Κναφέα Πέτρον πάλιν ἀποκατέστησεν, ὃς αἱρετικὴν συστησάμενος σύνοδον, τὴν ἐν Καλχηδόνι ἁγίαν ἀνεθεμάτισε σύνοδον, καὶ σὺν πολλοῖς ἀτοπήμασιν Ἱεραπόλεως χειροτονεῖ Ξεναίαν ἐπίσκοπον, τῷ γένει Πέρσην, ἀβάπτιστον, καὶ τῆς δουλικῆς τύχης δραπέτην γενόμενον, καὶ τῆς Χριστιανοκατηγορικῆς αἱρέσεως ἀρχηγέτην διάπυρον. Πρῶτον γὰρ πάντων Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, τῆς παναγίας μητρὸς, καὶ πάντων τῶν ἁγίων τὰς σεβασμίας εἰκόνας, τῆς ἐκκλησίας ἐξέβαλεν.

ZENON igitur imperator, Illo & Leontio captis, adversus episcopos orientis se convertit, & "Claudione Antiocheno in exilium acto in Oasin, Petrum Fullonem denuo restituit: qui hæretica convocata synodo sacram Calchedonensem synodum anathemate notavit, & multis cum sceleribus Xenaiam Hierapolis episcopum designavit: genere Persam, baptismi expertem, conditionis servilis fugitivum, & hæreseos Christianos accusantis ducem acerrimum. Primus enim omnium Christi Dei nostri, tum sanctissimæ matris, & omnium sanctorum venerandas imagines ex ecclesia ejecit.

ALEXANDRINA, PROXIMÆ D OPPOSITA.

Ὁ γοῦν μακάριος Φίληξ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἐπίσκοπος, μαθὼν περὶ τῶν ὀρθοδόξων τῆς ἀνατολῆς ἱεραρχῶν τὴν Πέτρου δυσσέβειαν, διὰ Κυντιανοῦ ἐπισκόπου Ἀρκουλιανῶν, θείαν καὶ ἱερὰν ποιησάμενος σύνοδον, γραφῇ καθαίρεσιν τῷ Κναφεῖ παρεσκεύασεν.

BEATUS igitur Felix Romæ veteris episcopus, cum ab orthodoxis orientis episcopis, Petri impietatem cognovisset, per " Quintinianum Arculianorum episcopum, divinam & sanctam convocans synodum, Fullonem deponendum curavit.

ROMANA ALIA, FELICIS III.

ἈΛΛΑ καὶ αὐτὸς Φίληξ ἐν Ῥώμῃ θείαν καὶ ἱερὰν συγκαλεσάμενος σύνοδον, Πέτρῳ καθαίρεσιν τῷ Κναφεῖ ἀπέστειλεν.

QUIN & ipse Felix Romæ divina & sancta convocata synodo, depositionis libellum Fulloni misit.

CONSTANTINOPOLITANA, EUPHEMII.

Τῷ δὲ θανάτῳ Ἀκακίου καὶ Φραβίτα προσχωρήσαντος, Εὐφήμιος ὁ πανσέβαστος ἐπὶ τὸν θρόνον ἀνάγεται Κωνσταντινουπόλεως· ὅστις θείαν καὶ ἱερὰν σύνοδον συγκαλεσάμενος, τὴν ἐν Καλχηδόνι σύνοδον ἐβεβαίωσε, καὶ τὰ συνοδικὰ αὐτῆς τῷ πάπᾳ ἀπέστειλεν. Ὅνπερ Φίληξ καὶ οἱ ἑσπέριοι ἀρχιεπίσκοποι, ὡς μὲν ὀρθόδοξον ἄνδρα ἐδέξαντο, οὐ μὴν δὲ καὶ ὡς ἐπίσκοπον· διὰ τὸ μὴ ἐξαλεῖψαι τῶν ἱερῶν διπτύχων τὸ ὑπὸ Φίληκος ἀναθεματισθέντος Ἀκακίου τὸ ὄνομα.

ACACIO autem, & qui ei successerat " Phrarita morte sublatis, Euphemius sanctissimus in solium Constantinopolitanum inducitur: qui divinam & sanctam convocans synodum, Calchedonensem synodum confirmavit, & acta synodi papæ transmisit: quem Felix & occidentales archiepiscopi, ut orthodoxum quidem virum receperunt: non tamen ut episcopum: propterea quod Acacii a Felice anathemate notati nomen e sacris tabulis non delevisset.

" Flavita

ANNO CHRISTI 492.

VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA GELASII PAPÆ I.

Ex libro pontificali.

[a] GELASIUS natione Afer, ex patre Valerio, [b] sedit annos 4. menses 8. dies 18. Fuit temporibus [c] Theodorici regis, & [d] Zenonis Augusti. [e] Hujus temporibus inventi sunt Manichæi in urbe Roma, quos in exilio deportari præcepit, quorum quoque codices ante fores basilicæ sanctæ Mariæ incendio concremavit. [f] Hic sub gesta synodica, cum fletu, & sub satisfactione libelli, purgatum Misenum episcopum revocavit, quem & ecclesiæ suæ restituit, qui peccaverat in causa Acacii & Petri. Hic fuit amator cleri & pauperum, & clerum ampliavit. Hic liberavit a periculo famis civitatem Romanam. Hic fecit constitutum de omni ecclesia. [g] Hujus temporibus iterum venit relatio de Græcia, eo quod multa mala & homicidia fierent a Petro & Acacio Constantinopolitano. Eodem tempore fugiens Ioannes Alexandrinus episcopus catholicus venit Romam ad sedem apostolicam. Quem B. Gelasius suscepit cum gloria, cui etiam & secundam sedem præbuit. Ipsis temporibus fecit synodum, & misit per tractum orientis, & iterum damnavit in perpetuum Acacium & Petrum, si non pœnitentes, sub satisfactione libelli, postularent pœnitentiam, secundum humanitatem primæ sedis ecclesiæ. Hic dedicavit basilicam sanctæ Euphemiæ martyris in civitate Tiburtina, milliario 20. ab urbe. Dedicavit autem basilicas alias sanctorum Nicandri & Eleutherii & Andreæ, via Lavicana in fundum in villa pertusa. Fecit autem & basilicam sanctæ Mariæ via Laurentina in fundo Crispini, milliario ab urbe * 20 [h] Hic fecit quinque libros adversus Nesto-

Alii tamen eum mortuum produnt anno antequam crearetur pontifex Gelasius.

De quo in Felicis epist. ad Acacium.

Nestorium & Eutychem, qui hodie in bibliotheca & archivo ecclesiæ continentur. Fecit & hymnos in modum beati Ambrosii episcopi. Item duos libros adversus Atium. Fecit etiam & sacramentorum præfationes & orationes cauto sermone, & epistolas fidei elimato sermone. Mulum sub hujus episcopatu clerus crevit. Hic fecit ordinationes duas in urbe Roma per menses Februarium & Decembrem, presbyteros triginta duos, diaconos duos, episcopos per diversa loca numero sexagintaseptem. Qui etiam sepultus est in basilica beati Petri apostoli, undecimo Kalendas Decembris. Et post obitum ejus cessavit episcopatus dies septem.

Notæ Severini Binii.

[Marg.: Quando Gelasius pontificatum adeptus fuerit.]

a *Gelasius.*] Secunda die Martii, anno Redemptoris nostri 492 post interregnum quinque dierum, Gelasius natione Africanus subrogatus est Felici tertio. Sub hujus enim anni consulibus plures epistolæ ab eo datæ reperiuntur infra. Vnde corrigendus est Marcellinus, qui ejus ingressum post annum 493. ponit. Initio pontificatus Anastasio imperatori, orthodoxam fidem professo, communicavit literas pacificas, quas Euphemio Constantinopolitano petenti denegarat, donec Acacii nomen e diptychis expunxisset. Hujus temporibus magnus ille monachorum patriarcha, decus occidentalis ecclesiæ, Benedictus patria Nursinus, ab urbe Roma, ubi literis operam dederat, in solitudinem recedens, sublimioris vitæ monasticæ prima fundamenta jecit.

[Marg.: S. Benedictus monasticæ vitæ fundator floruit.]

b *Sedit annos quatuor, menses octo, dies decem & octo.*] Indices Vaticani idem attestantur.

[Marg.: Theodoricus rex quis & qualis?]

c *Theodorici regis.*] Hic post Odoacrum regem Herulorum ter quaterve devictum, ac tandem contra datam fidem, anno Christi 493. interemptum, annis triginta tribus Ostrogothis & Italis regio titulo & ornatu asservatis imperavit, missaque deinceps legatione, pacem ab Anastasio omnibusque regibus petivit & impetravit. Clodovæi filiam in uxorem duxit: filiarumque ex concubina alteram Alarico Vestgothorum, alteram Burgundionum regi elocavit. Cassiodorus in chronico, item epistola prima Hic quantumvis Arianus esset, catholicos tamen gratos habebat, & non tantum de episcopis catholicis, verum etiam de ipsa sede apostolica bene meritus fuit. Scribunt de eo Theodoretus, Nicephorus, Zonaras, & Cedrenus, & alii, quod cuidam catholico sui gratia ad Arianos transeunti, caput resecuerit dicens: *Si Deo fidem sinceram non servasti, quomodo mihi, qui homo sum, conscientiam sanam præstabis?* Epiphanium Ticinensem & Cæsarium Arelatensem veneratus est, & munificentissimis muneribus donavit. Qualis fuerit in Symmachum, sedemque apostolicam, infra patebit in notis concilii Romani quarti, sub Symmacho.

[Marg.: Theodoricus apostatam a fide occidi jussit.]

[Marg.: Auctor libri pontificalis errat.]

d *Zenonis Augusti.*] Errat Anastasius auctor libri pontificalis. Constat enim Marcellini & Cassiodori in chronico, Euagrii, Cedreni, aliorumque scriptorum auctoritate, Zenonem imperatorem sub consulatu Olybrii, anno domini 491. qui fuit Felicis papæ nonus, morbo comitiali arreptum, adeo ut videretur mortuus, viventemque adhuc sepultum fuisse, atque simulatæ pietatis & religionis mercedem, suo merito, justa Dei vindicta retulisse.

[Marg.: Zeno ex albo imperatorum expunctus.]

Hormisda pontifex hujus nomen, jam plurimis annis defuncti, ex albo catholicorum imperatorum per Iustinum imperatorem expungi curavit ac demandavit; non ut mortuum damnaret, sed ut declararet hæreticum sine pœnitentia defunctum alienum esse & indignum illo consortio communicationis catholicæ, qua certis quibusdam ritibus præscriptis, ecclesia catholica cum mortuis communicare solet. Baronius anno domini 491. num. 2. & sequentibus.

[Marg.: Quo signo Manichæi a catholicis discreti fuerint.]

e *Hujus temporibus inventi sunt Manichæi in urbe Roma.*] Sicut tempore Leonis, ita etiamnum Manichæi latitabant in urbe: qui ne detegerentur, simulantes fidem orthodoxam, una cum catholicis communicabant, a sumptione calicis autem superstitiose abstinebant; quia Cerinthum aliosque hæresiarchas sectati vinum creaturam diaboli esse docebant.

Verba Leonis sermone quarto de tempore quadragesimali hæc sunt: *Cumque ad tegendam infidelitatem suam nostris audeant interesse steriis: ita in sacramen-*

A *torum communione se temperant, ut interdum tutius lateant, ore indigno Christi corpus accipiunt, sanguinem vero redemptionis nostræ haurire declinant. Quod ideo vestram volumus scire sanctitatem, ut vobis hujuscemodi homines ex his manifestentur indiciis, & quorum deprehensa fuerit sacrilega simulatio, notati & proditi, a sanctorum societate sacerdotali auctoritate pellantur.* Vt ergo certo aliquo & manifestissimo indicio, evidentique nota Manichæi, clanculo in urbe latitantes, & fidem orthodoxam simulantes; a catholicis discernerentur; pro necessitate temporis ac loci, edito decreto constituit pontifex, ne aliter quam sub utraque specie panis & vini sacra euchatistia pro tempore distribueretur. Verba canonis distinct. 2. de consecrat. extantis hæc sunt: *Comperimus autem quod quidam sumpta tantummodo corporis sacri portione, a calice sacri cruoris abstineant. Qui procul dubio, quoniam nescio qua superstitione docentur astringi, aut integra sacramenta percipiant, aut ab integris arceantur; quia divisio*
B *unius ejusdemque mysterii sine grandi sacrilegio non potest provenire.* Vnde quam inepte inferant nostri temporis novatores hæretici, necessario sub utraque specie communicandum esse, nemo non videt, cum ex hoc loco potius contrarium colligatur; licuisse nimirum fidelibus hoc tempore sub altera tantum specie communionem eucharisticam sumere: ad discernendos vero & ab urbe expellendos Manichæos illud ad aliquod dumtaxat tempus prohibitum fuisse. Vide Baronium anno 496. numer. 19. & sequentibus, item quæ diximus supra in notis concilii Romani sub Leone, item quæ dicemus infra in notis concilii Constantinopolitani.

f *Hic sub gesta synodica,* &c.] De his fusius in notis concilii Romani secundi sub Gelasio, infra.

g *Hujus temporibus,* &c.] Quæ de Acacio & Petro, tanquam viventibus a Gelasio damnatis auctor adjungit, procul a vero abhorrent: jam enim ante damnatos & vita functos esse diximus supra in notis ad vitam &
C epistolam sextam Felicis. Item in notis ad concilium Romanum sub Felice II. Posset dici, quod horum jam damnatorum & mortuorum occasione multa Constantinopoli gesta fuerint.

h *Hic fecit quinque libros adversus Nestorium & Eutychetem.*] Hoc grande & præclarum volumen fuisse testatur Gennadius de script. ecclesiast. cap. 14. his verbis: *Gelasius urbis Romæ episcopus scripsit adversus Eutychetem & Nestorium grande & præclarum volumen, & tractatus diversarum scripturarum & sacramentorum limato sermone,* &c. Vnde patet quod libellus iste de duabus naturis contra Eutychetem & Nestorium in bibliotheca sanctorum patrum extans; sicque incipiens: *Necessarium quoque fuit,* &c. Gelasio Romano pontifici attribui non possit: siquidem parvum dumtaxat opusculum sit, unius libri periodo terminatum. Hæc communis doctiorum virorum " nostri sæculi sententia, confirmatur primum ex eo quod auctor allegati opusculi Eusebii Cæsariensis scripta plurimum com-
D mendat, quæ Gelasius pontifex in actis concilii Romani infra inter apocrypha recensuit. Secundo, quod plurima Græcorum patrum, Latinorum pauca vel nulla testimonia producat, adeoque Græcus potius quam Latinus scriptor esse videatur. Cum enim adduxisset quindecim patres Græcos, duos tantum Latinos, Ambrosium & Damasum profert, Cypriano, Hilario, Hieronymo, Augustino, Innocentio, Leone, Prospero, similibusque aliis omissis: quos sibi notissimos Gelasius pontifex nunquam omisisset Gennadio adscribi nequit, quia tradit se illos sex libros non adversus Eutychetem, sed Nestorium scripsisse. Posset sustineri, quod ex recentioribus aiunt plurimi, hujus libelli auctorem esse Gelasium Cæsariensem episcopum, cujus meminit sanctus Hieronymus de script. ecclesiast. cap. 130. unde quoque Theodoretus in dialogis plura citavit. Illustrissimus cardinalis Baronius post longam hujus rei
E indagationem, solertissime inter omnes alios concludit hujus libelli de duabus naturis contra Eutychetem, & actorum Nicæni concilii, quæ supra 2. tom. extant, unum eumdemque esse auctorem: tum quod utrobique fateatur se utrumque opus conscripsisse, ut contra Eutychianos hæreticos, tempore Basilisci imperatoris circa annum domini 476. invalescentes, fidem orthodoxam defenderet; tum etiam quod Eusebium Cæsariensem episcopum utrobique plurimum laudet, eumque titulis magno alicui orthodoxo convenientibus exornet, & a suspicione hæreseos Arianæ plane eximat, quod utriusque præfationem intuenti prima fronte apparebit. Ipsa vera acta Nicæni concilii tribus tomis comprehensa auctore Gelasio conscripta esse fatetur

Photius

Photius in bibliotheca, verbis illis quæ supra tomo secundo conciliorum ejusdem historiæ præfixa sunt. Eumdem ergo Gelasium Cyzicenum hujus libelli auctorem esse, de quo diu multumque hactenus dubitatum fuit, cum cardinali Baronio libenter concludimus. Verum quicumque tandem auctor hujus libelli fuerit, in doctrina de transubstantiatione panis & vini in sacramento eucharistiæ ab aliis catholicis scriptoribus non discrepat. Quod enim ait: *Non desinit substantia vel natura panis & vini*, intelligendum est de natura & essentia accidentium. Frequens enim est ut communi usu dicendi substantia pro natura & essentia accipiatur. Ita explicat hunc locum Bellarminus lib. 2. de sacramento eucharistiæ cap. 27. Baronius anno Christi 436. num. 10. & sequent. Ante victoriam ergo triumphant Lutherani hæretici, qui ex hoc loco doctrinam orthodoxam de transubstantiatione panis & vini in sacramento eucharistiæ eversam esse jactitant. Reliqua quæ per calumniam objiciunt Gelasio pontifici, partim refutavimus supra verbis: *Hujus temporibus inventi*: partim infra diluemus in tomo Gelasii de anathematis vinculo. De scriptis Gelasii, vide Possevinum in apparatu sacro, verbo *Gelasius*. Extat apologia Gelasii adversus Andromachum senatorem, ceterosque Romanos, qui Lupercalia secundum morem pristinum colenda constituebant. Quam, ex Baronii annalibus acceptam, lectori infra exhibendam esse putavimus.

GELASII PAPÆ I. EPISTOLA I, AD EUPHEMIANUM.

Scribit neminem ad sedis apostolicæ communionem se posse admittere, qui Acacii nomen non damnaverit. Quare eum hortatur, ut quemadmodum Eutychetem, reliquosque hæreticos, sic quoque Acacium anathematizet.

Dilectissimo [b] *fratri Euphemiano, Gelasius.*

Quod plene cupimus, atque sinceræ fidei communionisque catholicæ redintegratione firmari, asserit tua dilectio, quod alteri solus non sufficiat auditus, nisi per literas spectaverit significantiam provocantem de his quæ circa nos dispensatio divina perfecit, ut sic in secundis vicem salutationis impenderem. Non arbitramur vel dilectionem tuam, vel aliquem sic hoc sperare potuisse, ut putaret nos, vel aliquempiam potiorem, quæ sunt gesta referentes, debuisse responsa promereri: quia nimis judicaretur arrogans, si de prima sede taliter existimasset. Quod si, ut magis opinamur, quasi sociis, quibus præesse Christi munere delegatum est, apostolicam sedem institutum sibi noviter sacerdotem præeuntibus oportuisse dixisti literis indicare: fuit quondam ecclesiastica vetus hæc regula apud patres nostros, quibus una catholica apostolicaque communio ab omni prævaricatorum libera pollutione constabat. Nunc autem cum societatem præferre malitis extraneam, quam ad beati Petri purum redire illibatumque consortium; *Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena.* Quomodo dispositionis apostolicæ antiqua fœdera præbeamus hominibus communionis extraneæ? Quemadmodum vobis ordinationem renuntiatura est, cui vestro etiam testimonio hæreticos damnatos præponitis? Dicet forsitan tua dilectio, hæreticos damnatos dici Acacium & Petrum. * Cur si fas non est, præsentibus saltem literis colloquamur?

A Quia aliter appellamus dominicæ mensæ participes, aliter qui in ejus nobiscum societate dissentiunt: quia ipse dominus alio modo verba faciebat, a sua prædicatione discretis: alio discipulis regni cælestis secreta pandebat. Consequenter quoque apostoli non ita a suo collegio separatis, quemadmodum fidei domesticis, consortibusque loquebantur. Sed ait dilectio tua, tantum circa me sese caritatis habuisse, ut non solum ad scribendum fueris contentus, sed affatus audire. Legisti sententiam: *Fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei*: illud scilicet verbum, quod confessioni beati apostoli Petri portas inferni nunquam prævalituras B esse promisit. Atque ideo rationabiliter existimasti, quia fidelis Deus in verbis suis, non nisi aliquid tale promisisset instituere, veram sponsionis suæ promissionem impleret. Ait denique tua dilectio, nos divinæ providentiæ gratia, quod ille monstraverit, sanctarum ecclesiarum non deserere caritatem, quia me in pontificali sede locaverit non indigentem, sicut ait, doceri; sed intendentem omnia necessaria ad ecclesiastici corporis unitatem. Ego quidem sum omnium hominum minimus, satis immeritus ad tantæ sedis officium, nisi quod superna gratia semper operatur magna de parvis. Quid enim de me sentiam, cum hoc ipse de se C magister gentium testetur, qui se ultimum, & non dignum vocari apostolum, profitetur? Verumtamen, ut ad dilectionis tuæ verba redeamus, si veraciter assecutus es hæc divinitus mihi fuisse collata, quæ & profecto quæcumque sunt bona, dona sunt Dei: sequere ergo hortamenta non indigentis doceri, & secundum supernam dispositionem universa cunctaque inspicientis quæ ad ecclesiarum pertinent unitatem, & adversus diabolum conturbatorem veræ pacis atque compagis, ut asseris, fortiter resistentis. Si ergo de me ista pronuntias, aut sectanda tibi sunt, quæ a Christo, ut perhibes, constituta sunt; aut palam te, quod ab- D sit, Christi dispositionibus obviare depromis; aut ad * veniam luxuriæ de me cognosceris ista jactare. Sed consequenter annectis, condescendibilem me & optima dispositione revocare posse concordiam. Proinde, quoniam isto verbo frequenter utimini, quid sibi velit, explorem. Optima enim illa est ecclesiæ catholicæ atque apostolicæ dispositio, ad meliora proficiendo condescendere, non ad inferiora descendendo deficere. Cum autem dicis, condescendere nos debere vobiscum, interim jam vos aut descendere, aut descendisse monstratis. Unde, quæso, vel quo ista descensio est? Utique ex E superiori quodam loco ad inferiora quæque " deposito, a catholica apostolicaque communione ad hæreticam damnatamque prolapsos vos videtis, cognoscitis, non negatis: & non solum vos in infimis jacere delectat, sed etiam in superiore manentes sede, vultis impelli. Condescendere nos vobiscum invitatis ad ima de summis, nos coascendere vos nobiscum rogamus ad summa de imis. Nunc igitur sub conspectu illius excelsæ justitiæ judicet genus humanum, quis nostrum debeat alteri obedire.

Rom. 10.

Matth. 16.

1 Cor. 15.

* venam

" deposito. A catholica &c.

An dicis, ut cetera nunc omittam, descendit dominus ipse de cælo? Descendit plane, sed ut hominem ab errore liberaret, non ut ejus misceretur errori. Nonne ipse præmonuit, ut qui in tecto consisterent, non descenderent, nec ad ea, quæ in domo videntur esse, tollenda? Nonne pro omnibus apostolus clamat unus, qui plus omnibus laboravit, cum de custodia veritatis ageretur, quibus nec ad horam cessimus subjectionis gratia, ut veritas evangelii permaneret apud vos? Videtis cælestem magistrum condescendere noxiis recusantem? Postremo faciamus aliquem corruisse, ad quem benignissime sublevãdum paululum quispiam velit inflecti. Ergo, ut erigatur jacens, miserantem convenit inclinari, non ut cum eodem præcipitetur in foveam. Igitur per literas, quas per Sinclitium diaconem destinastis, de his quos baptizavit, quos ordinavit Acacius, majorum traditione confectam & veram, præcipue religiosæ solicitudini congruam, præbemus sine difficultate medicinam. Quo nos vultis ultra descendere? Quid tacetis? Quid verecundamini verbis exprimere quod corde gestatis? Ipsa vos saltem verecundia, quod nonnunquam fit, debuit commonere. An forsitan, ut hæreticorum damnatorumque & his vel eorum successoribus communicantium nomina consentiamus admitti? Hoc non est condescendere ad subveniendum, sed evidenter in inferna demergi. Parcite, quæso, & nobis & vobis. Quod si curam vestri adeo non habetis, date veniam nobis. Dolere & flere possumus & debemus: in hæc abrupta deduci nec possumus, nec debemus, qui, præstante Deo nostro, sinceram puramque paternæ traditionis fidem communionemque retinere, & ab omni prævaricatorum contagione discretam, etiam intentato periculo mortis, optamus, eligentes, (si velit Deus) quælibet illa perpeti, quam causas incidere damnationis æternæ. Date, inquam, veniam, si tamen cum vos propter amorem cujuslibet hominis vel timorem hæc libenter incurritis; nos propter amorem Dei, & timorem gehennæ, talia refutamus. Nec vos credatis, dissimulando causas atque personas, cujuslibet amicitiis posse subrepere; quia neque vos ita subtiles estis, qui non possitis intelligi: & nos, præstante Deo nostro, non reperitis incautos. Nonne missis huc sæpe literis indicastis, cum ceteris hæreticis vos Eutychen quoque respuere? Hoc si verum est, aut eos, qui communicaverunt Eutychetis successoribus, pariter abdicate: aut aliorum quoque hæreticorum successoribus communicantes, admittite. Sed Acacius, inquis, nihil contra fidem, sicut Eutyches & successor ejus, legitur ubicumque dixisse; quasi non sit deterius, & non ignorasse veritatem, & tamen communicasse veritatis inimicis. Si enim, cum aliquis recte sapiens de fide catholica communicet illis hæreticis, inter quos Eutychetem posuistis, vel successoribus eorum, non est fas eos inter catholicorum altaria nominare: ita ergone illius Eutychetis successoribus communicando, simili sorte tenetur obnoxius? De talibus quippe convenienter dicitur: *Descendant in infernum viventes*: qui dum illa vita, *qua justus vivit*, vera atque catholica putantur vivere, repente aut in prona pravitatis, aut in hæreticæ communionis inferna vergunt. Ecce quales Christo dicitis esse præponendos, cum ille nec animas nostras sibimet præcipiat anteponi. Imo & adhuc quæritis, quando fuerit damnatus Acacius: quasi re vera, etiamsi eum nullus ante damnasset, non debuerit orthodoxæ & apostolicæ communionis, cujus prævaricator extitit & desertor, participatione secludi: sicut etiam quilibet, qui fuerit ante catholicus, cuicumque hæresi communicans, merito judicatur a nostra societate removendus: aut in tali sorte defunctus, inter catholicorum nomina nullatenus computari. Miramur tamen, quomodo ista profertis, hoc est, ut & synodum Calchedonensem vos suscipere pro fide catholica profiteamini: & eos, quos damnavit, sectantium communicatores, non particulariter generaliterque putetis fuisse damnatos. Ostendite ergo quæ synodus in unaquaque hæresi cum erroribus successores eorum his communicantes simulque omnes non damnet & complices. Itaque ille vester Acacius, qui Eutychianis hæreticis detestabili communione factus est particeps, ab eadem synodo sine dubitatione damnatus est, quæ & Eutychen Dioscorumque cum successoribus eorum hisque communicantes synodico tenore prostravit.

Sic sequaces quoque eorum, Timotheum, Petrumque simili definitione dejecit. Proinde si ea quæ in synodo Calchedonensi pro fide & communione catholica lege apostolica definita sunt, vere certeque sectamini, sicut vestra professione multiplici continetur; aut successores ab illa synodo damnatorum hisque communicantes abjicite; aut, si istos admittitis, ea quæ in illa synodo pro fide & communione catholica & apostolica sunt peracta, non solum falso vos retinere perpenditis, sed insuper labefactare conamini, & in Eutychianam hæresim sine retractatione reciditis, meritoque a catholicis probamini esse vitandi: quia ut talem pestilentiam perpetuo possemus evadere, ea quæ contra ipsam ab ea congregatione sanctorum patrum salubriter decreta leguntur, nullatenus mutilanda, non solum sedis apostolicæ præsules, sed etiam orientalium regionum catholici censuere pontifices. An Petrum dicitis fuisse purgatum, cui communicavit Acacius? Veris assertionibus edocete, hoc ostendite, hoc probate, quibus ille modis, quibus ille regulis ab Eutychiana fuerit professione vel communione mundatus: ut cum id nihilominus evidenti rerum claruerit demonstratione convictum, palam aperteque possitis advertere, aut vos debere cedere veritati, aut adversus hanc manifesta dimicatione confligere Nec vobis blandiamini, quia fidem catholicam profitemini vos tenere, quia Eutychetis nomen ademistis, quia ea veluti prædicare videamini, quæ orthodoxa prædicavit antiquitas. Clamat enim nobis illa evangelica sententia: *Aut facite arborem bonam, & fructus ejus bonos: aut facite arborem malam & fructus ejus malos: a fructibus enim arbor cognoscitur*: id est, si voce, si fide, si professione catholica & apostolica fideliter veraciterque gloriamini: hujus & com-

Marginal notes: Matth. 24. — 1. Cor. 1. 5. — Gal. 2. — Psal. 54. — Rom. 1. — Matth.

communionem recipite. Si vero hæreticorum, scilicet damnatorum, vel his, aut successoribus eorum communicantium, communio vobis placet, quid statis? quid circumspicitis? simul & eorum aperte manifesteque, remotis obstaculis, dogma defendite. Quid enim juvat? imo & satis gravat, dictis polliceri, quod factis negatur, ut non solum ipsa per se hæresis Eutychiana, quam sit funesta Christiano sacramento, possitis agnoscere, sed quanta & quam gravia hæresis ista in sui diffinitione contineat. Ecce ad quæ nos præcipitia condescendere provocatis, atque ad quæ nos vitæ æternæ pericula cupitis inclinare. Hoc descensu salvare est ægrotantem, an cum languente consumi? Hæc erit optima dispositio illius, quam memoras, reparandæ concordiæ, an illa potius, ut rejectis contagiis perfidorum, integra fide, sincera sui communione potiatur communio catholica atque apostolica, ne hæreticorum tabe depulsa, intemeratam suę fidei confessionem nitatur adstruere, atq; invicem sibimet congruentis orthodoxæ professionis communionisque sit unitas? Hanc (sicut dilectionis tuæ literæ cohortantur) meis quoque temporibus custodiri, qua valeo prece deposco, quæ per tot annos ab illis patribus gloriosis illibata intactaq; servata est. Hæc enim est, sicut ipse dicis, quam Deus noster de omnibus bene futuram, & secundum suam veritatem & regulam gubernandam, & præscius ante constituit, & singulis quibusque temporibus sua dispositione convenienter aptavit. Hæc est voluntas Dei, cujus tu ingeris mentionē, quam ego quoque pro meo modulo, quem dominus donare dignatur, cupio prorsus implere, ut non reus de hujus talenti cælestis diminutione reperiar: sed in hoc talento (sicut ipse quoque nos admonet) incrementum Christi gratia postulo consequi, & nullum prorsus incidere detrimentum. Hinc est quod prioribus dilectionis tuæ literis, sicut tua quoque pagina designavit, pro vestra sumpsi salute tristitiam, ubi comperi quod erat vobis noxium, & quod veræ paci
7. contrarium reperi. Contristatur enim apostolus de errore deviantium, & lætitiam recipit de eisdem sua prædicatione correctis. Si autem tua caritas, ut dixit, nescio quorum necessitate constringitur, quod (pace tua dixerim) sacerdos pro veritate promenda nec facere deberet omnino, nec dicere, ignoscat nobis hominibus timidissimis, si coarctante nos terribili & divini judicii grandi necessitate constringimur, sicut qualescumque ministros Christi decet, nos animas nostras ponere pro veritate salvandas, quam eas lucrari velle veritatis diminutione perdendas ut non dicam, contra fidem libitis cujuslibet abdicandas. Istæ mihi sunt (quas dilectio tua commendat) certæ fidei perpetuæ cum eo, quicumque voluerit, in Christi visceribus amicitiæ. Hic non tam optamus præponi aliis, sicut prædicas,
7. quam cum fidelibus cunctis sanctum & Deo placitum habere consortium. Hæc mihi (quam mandat dilectio tua) pax solida, inconvulsa, & perennis: hoc unum vinculum (sicut etiam ipse desideras) salutare, quo cuncta uniri possit ecclesia. Hoc quibus est creditum, (sicut & ipse deprecaris) protectio divina perficiat. Hæc est,
4. *qua Deus est, caritas,* quam poscis *de corde puro,*
1. *& conscientia bona, & fide non ficta.* Quomodo ergo *de corde puro,* si hæreticorum fuerit participatione polluta? Quomodo *conscientia bona,* si

A malorum fuerit confusione permixta? Quomodo *fide non ficta,* si fuerit mixta cum perfidis? Quæ si prudentia tua (sicut eam precamur) diligenter advertat, perspicit apostolicam sedem non vitare pacem, sed hæreticorum damnatorumque vitare * vestigia. Quæ etiam vos rationabiliter intuentes, creditis commonendum populum Constantinopolitanum, non permittere submoveri nomine perfidorum. Quisnam hoc in ecclesia Dei, quæso te, possit audire, cum utique pastorem sequi grex debeat ad pascua salutaria revocantem, non per devia gregem pastor errantem? Dic mihi, rogo te, grex pro te, an tu pro grege redditurus es rationem? Certe si vobis hoc placet, multo magis causa est nobis
B justior, qui populum Romanum a fide illa sua, laudabili majorum traditione percepta, declinare non sinentem nos penitus libenter audivimus, si vos Constantinopolitanam plebem, ab hæretica communione discedere recusantem, non vultis offendere.

* contagia.

Sed nos dicitis debere dirigere qui eam valeant mitigare. Quomodo me auditura est, quem videtur habere suspectum, si prępsules suos despicit admonentes? Nonne ipsis apostolis est præceptum in aliquibus regionibus verbi prædicatione non uti: his quippe, in quibus non fuerant audiendi? Veniemus, frater Euphemiane, sine dubitatione, veniemus ad illud pavendum tribunal Christi (ut taceam, quæ ex hoc sit
C metuenda vindicta) circumstantibus illis, a quibus fides ipsa est. Non illic inficiationibus, non dilationibus, non inclusionibus est agendum: sed manifestissime comprobandum, utrum beati Petri gloriosa confessio cuiquam eorum, quos regendos accepit, quidquam subtraxerit ad salutem; an eam auscultare nolens, etiam cum suo periculo rebellis extiterit obstinata pernicies? Ibi certe dilucidabitur, utrum ego (sicut putatis) acerbus, asper, & nimis durus, difficilisque sim vobis, qui cum ratione vestram salutem parturio, qui clamo: Etiamsi austerum videtur antidotum, accipite, quæso, bibite, vivite, nolo moriamini: an vos, qui a noxiis prohibiti,
D medicos ducitis execrandos, imo qui vultis vobiscum medicos ægrotare, quam vos recipere sanitatem. Et alia manu: Dominus te incolumem custodiat.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Epistola.*] Hæc est secunda epistola Gelasii, responsoria illius qua Euphemius Constantinopolitanus episcopus communionem catholicam sibi negatam extorquere frustra conatus est Euphemius orthodoxam quidem fidem profitebatur: sed quia nomen Acacii prędecessoris sui ab ecclesia Romana damnati e diptychis, prout Felix papa monuerat, necdum expunxerat, catholicæ ecclesiæ communione indignus erat. Ut Gelasium in locum Felicis subrogatum accepit Euphemius, more majorum scripsit quidem epistolam fidei suæ confessoriam,
E ut communicatorias literas impetraret; sed Gelasius reddidit tantum illi, quæ non extat, epistolam communicatoriam, qua eum admonuit se frustra de obtinenda ecclesiæ catholicæ communione agere, antequam nomen Acacii e sacris tabulis abstulerit, penitusque eraserit. Qua occasione, cum Euphemius alia legatione, alias ad pontificem dedisset literas ejusdem argumenti cum prioribus, pontifex priori sententiæ & epistolæ inhærens, hanc secundam ad eumdem Euphemium epistolam rescripsit anno pontificatus sui primo: poterat enim uno eodemque spatio bimestri Euphemius unas literas Constantinopoli Romam misisse, & responsorias suarum inde vicissim recepisse.

Euphemius Constantinopolitanus episcopus cōmunione catholica indignus quare?

b *Fratri.*] Non exhorruisse orthodoxos interdum vocare fratres Christianos etiam a communione extorres, hoc aliisque pluribus exemplis demonstrari potest: com-

An & quomodo extorres communi-

cati, appellari possint fratres? compagine enim humanæ naturæ & nominis Christiani, licet non fidei orthodoxæ, neque catholicæ conjunctione, ejusmodi nomenclaturá aliquando á patribus usitata reperitur. Baronius an. 492. num. 10.

c *Nisi per literas spectaverit significationem provocatam.*] Id est, reddens certiorem eum, qui ante literis provocaverat.

II. AD a LAVRENTIVM DE LIGNIDO EPISCOPVM.

Ad pontificatum assumptus de more Romanæ ecclesiæ fidei formulam; quam omnes profiteri teneantur, præscribit.

IN prolixitate epistolæ dilectionis tuæ magno nos gaudio replesti in ea parte, in qua dictum est, quod in Thessalonicensi ecclesia, B vel in aliis similiter recitata epistola prædecessoris nostri de excessibus Acacii, cuncti eidem anathema dixerint, nec quisquam communioni prævaricatoris sese miscuerit. Vnde quia nos admones dilectione fraterna, ut velut medicinam quamdam fidei episcopis per Illyricum, vel aliis ministrare debeamus; quamquam hoc copiosissime factum sit a beatæ recordationis prædecessore nostro: & quia mos est Romanæ ecclesiæ sacerdoti noviter constituto formam fidei suæ ad sanctas ecclesias prærogare, hæc eadem compendiosa nimis brevitate studui renovare, ut sub qua fide vivendum sit, secundum statuta patrum, in hanc nostram epistolam propter brevitatem sine fastidio lector agnoscat.

Confitemur ergo dominum nostrum Iesum Christum filium Dei unigenitum ante omnia quidem sæcula, sine principio, ex Patre natum secundum deitatem; in novissimis autem diebus de sanctissima virgine Maria eumdem incarnatum & perfectum hominem ex anima rationali & corporis susceptione, homousion Patri secundum deitatem, & homousion nobis secundum humanitatem. Duarum enim naturarum perfectarum unitas facta est ineffabiliter, propter quod unum Christum eumdem filium Dei & hominis unigenitum a Patre, & primogenitum ex mortuis confitemur; scientes quod quidem coæternus sit suo D Patri secundum divinitatem, secundum quam opifex est omnium, & dignatus est post consensionem sanctissimæ virginis, cum dixit ad angelum: *Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* Luc. 1. Ineffabiliter sibi ex ipsa ædificavit templum, & sibi univit, quod non coæternum de sua substantia e cælo detulit corpus, sed ex massa nostræ substantiæ, hoc est ex virgine, hoc accipiens, & sibi uniens, non Deus Verbum in carnem versus est; neque ut phantasma apparens, sed inconvertibiliter, & incommutabiliter suam conservavit essentiam, primitias naturæ nostræ suscipiens, sibi univit. Nam principium Deus Verbum has nostræ E naturæ primitias multa sibi bonitate unire dignatus est, qui non permixtus, sed in utriusque substantia unus & ipse visus, secundum quod scriptum est: *Solvite templum istud, & in tribus diebus resuscitabo illud.* Ioan. 2. Solvitur enim Christus Iesus, secundum meram substantiam quam suscepit, & solutum suscitat proprium templum: hoc ipse secundum divinam substantiam, secundum quam & omnium artifex est. Nunquam autem post resurrectionem unitionis nostræ naturæ discessit a proprio templo, nec discedere potest propter ineffabilem suam benignitatem, sed est ipse dominus Iesus Christus & passibilis, & impassibilis: passibilis secundum humanitatem, impassibilis secundum divinitatem. Suscitavit igitur suum templum Deus Verbum, & in se naturæ nostræ resurrectionem & renovationem operatus est, & hanc dominus Christus noster Deus, postquam resurrexit a mortuis; discipulis suis ostendebat dicens: *Palpate me, & videte quoniam spiritus carnem & ossa non habet, quemadmodum me videtis habere:* Luc. non dixit, quemadmodum me dicitis esse, sed *habere*, ut & qui habet, & qui habetur considerans; non permixtionem, non conversionem, non mutationem, sed unitatem factam respicias. Propterea & fixuras clavorum, & fixionem lanceæ demonstravit, & cum discipulis manducavit, ut per omnia resurrectionem nostræ naturæ in se renovatam doceret: & quia secundum beatam divinitatis substantiam inconvertibilis, incommutabilis, impassibilis, immortalis, nullius indigens, perficiens omnes passiones, se permisit proprio inferri templo, quod virtute propria suscitavit, & per propriam perfectionem templi sui renovationem nostræ naturæ operatus est. Qui autem dicunt subtilem hominem Christum, aut passibilem Deum, aut in carne versum, aut non cognitum habuisse corpus, aut de cælo hoc detulisse, aut phantasma esse, aut mortalem di- C centes, Deum Verbum indiguisse, ut a Patre suscitaretur, aut sine anima corpus, aut sine sensu hominem suscepisse, aut duas substantias Christi, secundum permixtionem confusas, unam factam fuisse substantiam, & non confitentes dominum nostrum Iesum Christum duas esse naturas inconfusas, unam autem personam, secundum quod unus Christus, unus idem Filius, istos anathematizat catholica & apostolica ecclesia. Hæc ergo sunt, frater dilectissime, quæ pro antidoto nos debere mittere flagitasti, quod nullum amarum, neque dulce noxium videndum refugite, nam & de nostro conventu disposueramus quosdam dirigere, si ratio id temporis fieri permisisset: quod facere credimus opportune, cum illarum partium correctio ad nos, juvante domino, legatione plenissima, sicut confidimus, fuerit nuntiata. Sperantes etiam de Dei nostri misericordia, ut huic prædicationi nostræ clementissimus & Christianissimus imperator unanimitatem suam auxiliumque conjungat, quatenus pro fide qua pollet, in illis regionibus coerceat, quin suis quæstiunculis, & secundum elementa mundi, sicut vas electionis ante prædixit, superflua vanaque concinant, nolentes contineri salutaribus disciplinis: sed *vos*, sicut ait idem apostolus, *non ita didicistis Christum*, si tamen Coloss. illum audistis, & in illo docti estis, sicut est veritas in Iesum, quam utique ille apprehendere poterit, qui orthodoxorum patrum, sicut jam sæpe dictum est, observaverit instituta. Deus te incolumem custodiat, frater carissime.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Epistola.*] Hæc epistola circularis est & encyclica ad omnes episcopos Macedoniæ anno 1. pontificatus Gelasii scripta; ea occasione, quod episcopus Thessalonicensis totius Macedoniæ provinciæ metropolitanus, (ut constat infra ex epist. 9. ad Dardan. & Illyr. episc.) Acacianis modo turpiter adhæreret, qui alias contra oborta

Occasio epistolæ jus qua

oborta schismata inter orientales & Romanum pontificem; sedi apostolicæ firmiter inhærere, ejusque patrocinium suscipere consuevisset. Vt ergo reliquos ejus provinciæ episcopos in officio catholicæ & apostolicæ communionis contineret, ad ejusdem provinciæ antistites has circulares literas dedit.

RESCRIPTVM EPISCOPORVM DARDANIÆ AD GELASIVM PAPAM.

Gratias agunt, quod ipsos monuerit a quibus cavendum sit; & cupere ipsos ab apostolica sede visitari scribunt.

Domino sancto apostolo & beatissimo patri patrum Gelasio papæ urbis Romæ, humiles episcopi Dardaniæ.

SALVBERRIMA apostolatus vestri præcepta Tryphone viro religioso filio nostro deferente, qua oportet devotione suscepimus, & maximas Deo omnipotenti, & beatitudini vestræ referimus gratias, quod nos pastorali admonitione & euangelica doctrina visitare dignatus es, domine sancte apostolice & beatissime pater patrum. Desiderii enim & voti nostri est, jussionibus vestris in omnibus obedire, & quemadmodum a patribus nostris accepimus, sedis apostolicæ, quæ vitæ & meritis vestris delata est, præcepta intemerate servare, atque religionem orthodoxam, cujus estis prædicatores, fideli & inculpata devotione, prout C nostræ rusticitatis sensus patitur, custodire. Eutychis enim vel Petri Acaciique & omnium sectatorum ejus atque consortium, velut quædam pestifera contagia, ante vestram quoque vitavimus jussionem, & multo magis nunc post admonitionem sedis apostolicæ, & ab eadem nos pollutione necesse est abstinere: & si qui alii eiusdem Eutychetis sectam, vel Petri & Acacii, aut secuti sunt aut sequentur, vel eorumdem se complicibus atque consortibus æstimant immiscendos, & a nobis, qui sedi apostolicæ secundum divina præcepta & patrum statuta inculpati servire desideramus, omni ratione vitandi sunt. Et si qui prava intentione (quod neque arbitramur neque optamus) a sede apostolica se crediderint segregandos, ab eorum D nos alienos esse consortio profitemur; quoniam, ut dictum est, patrum in omnibus custodientes præcepta, & inviolabilia sacrosanctorum canonum instituta sectantes, apostolicæ & singulari illi sedi vestræ communi fide & devotione parere contendimus. Et quoniam suggerendi fomitem nobis pro insita sibi benignitate beatitudo vestra concessit, aliqua memorato Tryphoni viro religioso filio nostro, præceptorum vestrorum portitori, suggerenda mandavimus. Et ut suggestionem ejus, quantum arbitramur justam & rationabilem pro supplicatione nostra libenti animo apostolatus vester dignetur admittere, justis precibus exoramus (quod supplicatio nostra mereatur effectum) E unum ex angelica sede vestra cum sæpe dicto viro religioso ad nos usque præcipite destinare, ut sub ejus præsentia, quæ fides orthodoxa, & vestræ jussionis sinceritas postulat, ordinentur. *Et subscriptio.*

Ioannes episcopus sacrosanctæ ecclesiæ Scopinæ metro, olitanæ civitatis huic rescripto a nobis dato consentiens, ad omnia quæ superius continentur manu propria subscripsi.

Bonosus episcopus ut supra subscripsi.

A Samuel episcopus ut supra subscripsi.

Verianus episcopus per Valentinum archidiaconum ut supra subscripsi.

Faustinus episcopus ut supra subscripsi.

Vrsinus episcopus ut supra subscripsi.

III. AD EPISCOPOS DARDANIÆ.

Nuntiat se pontificem electum: catholicæ fidei libellum transmittit, hortaturque, ut cum Eutychianistis non communicent, & muneri pastorali invigilent.

Dilectissimis fratribus universis episcopis per Dardaniam constitutis, Gelasius episcopus.

B VBI primum respirare fas est a continuorum tempestate bellorum, quæ in illis provinciis, vel in istis temporibus qualitas incessanter exercuit, cunctos per Dardaniam domini sacerdotes fraternæ solicitudinis caritate duximus alloquendos: primum quia regimen apostolicæ sedis adepti, strepitu publico, sicut dictum est, retardante, commissum nobis sacræ dispensationis officium, propriis, ut mos erat, literis nequivimus indicare; quo vestra fraternitas de communionis domini nobiscum munere gratuletur. Deinde, ut post tantas acerbitates incommoditatesque mundanas, qualiter invicem valeremus, mutuus sermo depromeret: postremo si qua de ecclesiasticis referenda sunt causis, quæ propter insidias perpetui hostis, pastorali sunt jugiter circumspicienda vigilantia, significationibus panderemus alternis. His igitur incitati per fratrem & coepiscopum nostrum Vrsicinum præsentia dirigere scripta curavimus, præeunte gratia salutationis, orantes ut magnanimiter auxilio domini tolerando rerum transeuntium vastitatem, magis esse debeamus attenti, ne, quod absit, perpetuæ subeamus vitæ dispendium. Proinde quæ catholicæ veritatis poscit utilitas præcavenda, dilectio vestra paulisper advertat. Apud Græcos, quibus multas hæreses abundare non dubium est, jam ante annos fere quadraginta & quinque de domini nostri & salvatoris incarnatione nata conquestio est; Eutyche quondam presbytero Constantinopolitano in blasphemias proruente, per quas diceret unam tantummodo, id est, solam divinitatis naturam, sive substantiam in domino Iesu Christo credere nos debere, susceptæ carnis veritate prorsus abolita: quod utique improbum commentum Marcionistis, Manichæisque conjunctum, totum sine dubio salutis nostræ solveret sacramentum; siquidem quantum & scripturæ venerabilis dicit auctoritas, & majorum testatur doctrina nostrorum, redemptorem mundi Deum, totumque simul Deum, totumque hominem ex Maria virgine fuisse progenitum. Et huic mundo certum est extitisse conspicuum, sic passum, atque resurrexisse constat a mortuis. Itaque quadraginta diebus fuisse cum discipulis conversatum, in cælum ascendisse, plena luce sit clarum, eoque modo dictum, ad judicium, angelo testante, venturum, ut & filius hominis, quem beatus Stephanus martyr a dextris virtutis Dei vidit astantem, manifestus appareat, & quem compunxerunt persecutores ejus, aspiciant: quod nimirum sine carnis humanæ non potest constare materia, cujus assumptio glorificata est deitate, non prorsus assumpta. Vnde *Actor. 1.*

1. Ioan. 2. Vnde & beatus apoſtolus Ioannes dicit: *Qui negat Chriſtum in carne veniſſe, hic eſt antichriſtus*: & glorioſus apoſtolus Paulus qualem hodie credere debeamus dominum noſtrum Ieſum Chriſtum palam profeſſus eſt, dicens: *In* Coloſſ. 2. *quo habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter*, quod brevi capitulo ſimul Arianam peſtem, & hanc quam diximus Eutychianam cæleſti prædicatione ſubvertit, quia & homo nihilo minus eſt, ubi omnis plenaque divinitas habitare perhibetur, & corporaliter exprimendo, in veritate perſiſtere noſtri corporis approbatur.

Super autem his frequenter ab apoſtolica ſede, & per beatæ memoriæ ſanctum Leonem, & per ſucceſſores ejus certum eſt, Græcos fuiſſe convictos, ſicut ipſorum chartis, quas apud nos habemus, ſine ambiguitate monſtratur. Nunc vero quamvis ipſam peſtilentiam non audeant profiteri, eos tamen qui talibus communicaverint, meritoque ſecundum Calchedonenſis decreta concilii ab apoſtolica ſede damnati ſunt, obſtinatique in eadem damnatione defuncti, pernicioſo furore defendunt, & eorum recitationem eccleſiæ catholicæ moliuntur ingerere. Quod utique, quod abſit, receptis, etiam contagium pravitatis, cui ſe communione ſociarunt, conſequenter incurritur, quemadmodum (quod dominus avertat) ſi Arii vel cujuſlibet hæretici ad eccleſiaſticam recitationem nomen admittitur, ſimul & conſortium deteſtabilis erroris aſſumitur. Vnde quia errorem quidem fatentur, ſed ea ſibi putant communionem catholicam conditione laxandam, ut nomina eorum qui prævaricati ſunt illis in eccleſia recitare ſit licitum, & non tam ipſi corrigere, quam ſinceritatem catholicam inficere nitantur contagio perfidorum; dilectionem veſtram fraternæ caritatis affectu non deſtitimus admonere, ut ſi qui talia ſeminantes ad veſtras regiones forte pervenerint, modis omnibus excludantur, vobiſque cum ſede beati apoſtoli Petri, ſicut a patribus noſtris eſt tradita illibata communio atque ex omni parte inconvulſa perduret. Certe ſi quis aures veſtras de hac crediderit ſubreptione pulſandas, ſolicitudine paſtorali ad nos quam citius referre properetis, & communi ſtudio, catholicoque tractatu, pro domo unius domini cuncti catholici conferant ſacerdotes; ut & quæ orthodoxæ definitioni competunt, intemerata ſerventur: & quatenus errantibus debeat ſubveniri, rationabili deliberatione noſcatur. Hæc autem veſtra dilectio etiam ad contiguas ſibi quaſque provincias vicinoſque pontifices prudenter faciat pervenire, ut eccleſiarum præſules, univerſæ veritatis inſtructione percepta, mortiferam declinare valeant falſitatem. *Et ſubſcriptio*: Deus vos incolumes cuſtodiat, fratres cariſſimi.

NOTA SEVERINI BINII.

Duabus epiſtolis Eutychianorũ communio interdicta epiſcopis Dardaniæ.

a *Epiſtola.*] Duabus epiſtolis admonuit Gelaſius pontifex epiſcopos Dardaniæ, ut Eutychianorum communionem ſedulo vitarent. Priorem (quæ excidit) miſit per Tryphonem; ad quam præcedens epiſtola ab epiſcopis Dardaniæ reſcripta fuit. Poſteriorem hanc ejuſdem argumenti miſit per Vrſicinum, prout ipſi petiverant. Encyclicam &. circularem fuiſſe patet ex verbis epiſtolæ in fine. Ex eo quod ab initio Eutychianæ hæreſeos, quæ detecta fuit anno 448. hoc loco enumeret annos 45. apparet eam anno pontificatus Gelaſii primo ſcriptam eſſe.

A

IV. SEU a COMMONITORIUM, AD FAUSTUM MAGISTRUM FUNGENTEM legationis officio Conſtantinopoli.

Acacium jure a ſede apoſtolica damnatum, & in excommunicatione mortuum non poſſe abſolvi: & cum illo non communicandum.

Ego quoque mente ' percepi Græcos in ſua obſtinatione manſuros, nec cui velut imperatum videri poteſt, quod eſt ' ante præcognitum. Quapropter non jam propter religionis cauſas ſtudent diſpoſitionibus publicis obviare, ſed potius per occaſionem legationis B regiæ catholicam fidem moliuntur evertere, & tali ' commento nituntur ſperata præſtare. Quid ſibi vult autem quod dixerit imperator, a nobis ſe in religione damnatum, cum ſuper hac parte & deceſſor meus non ſolum minime nomen ejus attigerit, ſed inſuper quando principia adeptus regiæ poteſtatis exercuit, in ejus ſe reſcripſit imperii promotione gaudere: & ego nulla ipſius unquam ſcripta percipiens, honorificis (ut noſtis) eum literis ſalutare curaverim? Deceſſores mei, ſacerdotes qui prævaricatoribus ſe communicaſſe propria voce confeſſi ſunt, a communione apoſtolica ſubmoverunt. Si ' iſti placet ſe miſcere damnatis, nobis non poteſt imputari: ſi ab eis velit abſcedere, tanto magis a nobis non poteſt eſſe damnatus, ſed potius ad gratiam ſinceræ commu- C nionis admiſſus. Ad ſenatum vero pertinet Romanum, ut memor fidei, quam a parentibus ſe ſuſcepiſſe meminit, contagia vitet communionis externæ, ne a communione hujus ſedis apoſtolicæ (quod abſit) reddatur externus. Veniam ſibi dari ' proponunt. Legatur, ex quo eſt religio Chriſtiana, vel certe detur exemplum, in eccleſia Dei a quibuſlibet pontificibus, ab ipſis apoſtolis, ab ipſo denique ſalvatore, veniam niſi corrigentibus ſe fuiſſe conceſſam. Auditum autem ſub iſto cælo nec legitur omnino, nec dicitur, quod eorum voce depromitur: Date nobis veniam, dum tamen nos in errore duremus. Id quoque ' pariter oſtendant, qui nobis canones nituntur opponere, D quibus hoc canonibus, quibus regulis, qua lectione, quove documento, ſive a majoribus noſtris, ſive ab ipſis apoſtolis, (quos potiores merito fuiſſe non dubium eſt) ſeu ab ipſo domino ſalvatore, qui judicaturus creditur vivos & mortuos, ſive factum eſt unquam, vel faciendum eſſe mandatur. Mortuos ſuſcitaſſe legimus Chriſtum, in errore mortuos abſoluiſſe non legimus. Et qui certe hoc faciendi ſolus habuit poteſtatem, beato Petro principaliter mandat apoſtolo: *Quæ ligaveris* Matth. E *ſuper terram, ligata erunt & in cælis: & quæ ſolveris ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis. Super terram* inquit; nam in hac ligatione defunctum nuſquam dixit ' abſolvi. Quod ergo nunquam factum eſt, vel mente concipere formidamus, ſcientes in divino judicio non poſſe penitus excuſari. Si autem, quod nunc prætendunt, a Romana eccleſia ſe ſunt diviſuri, id jamdudum feciſſe monſtrantur. Euphemium vero miror, ſi ignorantiam ſuam ipſe non perſpicit, qui dicit Acacium ab uno non potuiſſe damnari. Itane non perſpicit, ſecundum formam ſynodi Calchedonenſis, Acacium fuiſſe damnatum? nec novit eam, aut ſe noſſe

' præ ' inan ' con cio ' ita ' debe ' par ' abſol dum

sententiam sacerdotum erroris hujus auctores constat fuisse damnatos, sicut in unaquaque hæresi a principio Christianæ religionis & factum fuisse, & fieri, manifesta rerum ratione monstratur, decessoremque meum executorem fuisse veteris constituti, non novæ constitutionis auctorem? Quod non solum præsuli apostolico facere licet, sed cuicumque pontifici, ut quoslibet & quemlibet locum, secundum regulam hæreseos ipsius ante damnatæ, a catholica communione discernant. Acacius quippe non fuit novi vel proprii inventor erroris, ut in eum nova scita ' prodirent, sed alieno facinori sua communione se miscuit. Itaque necesse est, ut in illam recideret justa lance sententiam, quam cum suis successoribus per convenientiam synodalem susceperat auctor erroris. Nobis opponunt canones, dum nesciunt quid loquantur. Contra quos hoc ipso venire se produnt, quod primæ sedi, sana rectaque suadenti, parere fugiunt. Ipsi sunt canones, qui appellationes totius ecclesiæ ad hujus sedis examen voluere deferri. Ab ipsa vero nusquam prorsus appellari debere, sanxerunt; ac per hoc illam de tota ecclesia judicare, ipsam ad nullius commeare judicium, nec de ejus unquam præceperunt judicio judicari, sententiamque illius constituerunt non oportere dissolvi, cujus potius decreta sequenda mandarunt. In hac ipsa causa Timotheus Alexandrinus, & Petrus Antiochenus, Petrus, Paulus, Ioannes, & ceteri, non solum unus, sed plures utique nomen sacerdotii præferentes, sola sedis apostolicæ sunt auctoritate dejecti, cujus rei testis etiam ipse docetur Acacius, qui præceptionis hujus extitit executor. Quod utique sicut apostolicam sedem juxta formam synodicam fecisse manifestum est, sic neminem resultare potuisse, certissimum. Hoc igitur modo recidens in consortium damnatorum, est damnatus Acacius, qui eorum damnationem, antequam prævaricator existeret, fuerat executus. Nobis ausi sunt facere canonum mentionem, contra quos semper ambitionibus illicitis fecisse monstrantur. Qua ipsi synodo, vel secundum cujus synodi formam Alexandrinum Ioannem de ecclesia, cui ordinatus fuerat, expulerunt? qui nullis causis evidentibus nec ante convinci, nec postea provocans, etiam in judicio competenti potuit accusari. Quod si dicunt: Imperator hoc fecit: hoc ipsum quibus canonibus, quibus regulis est præceptum? Cur huic tam pravo facto consensit Acacius, cum auctoritas divina dicat: *Non solum qui faciunt prava reos esse, sed etiam qui consentiunt facientibus.* Quibus canonibus, quibusve regulis Calendion exclusus est, vel primi urbium diversarum catholici sacerdotes? Qua traditione majorum apostolicam sedem in judicium vocant?

An secundæ sedis antistites, & tertiæ, ceterique bene sibi conscii sacerdotes depelli debuerunt, & qui religionis extitit inimicus, depelli non debuit? Viderint ergo, si alios habent canones, quibus suas ineptias exequantur. Ceterum isti, qui sacri, qui ecclesiastici, qui legitimi celebrantur, sedem apostolicam ad judicium vocare non possunt: & Constantinopolitanæ civitatis episcopus, quæ utique per canones inter sedes nullum nomen accepit, in communionem recidens perfidorum, non debuit submoveri? An, qui homini menti- A tus dicitur imperatori, & qui imperatorem læsisse perhibentur, depelli debuerunt: & in Deum, qui summus & verus est imperator, Acacium delinquentem, sinceramque communionem divini sacramenti studentem miscere cum perfidis, secundum synodum, qua hæc est damnata perfidia, non oportebat excludi? Sed velint, nolint, ipsius ' judicio antiquæ canonum constitutiones firmabuntur.

Margin: canones nullus nomen accepit.

Margin: ' judicia antiqua canonum constitutione firm.

Sed religiosi viri atque perfecti, secundum canones concessam sedi apostolicæ potestatem nimirum conantur eripere, & sibimet eam contra canones usurpare contendunt? O canonum magistros atque custodes! Nobis nullum fas est inire certamen cum hominibus communionis B alienæ, divina scriptura prædicante: *Hominem hæreticum post primam & secundam correptionem divita, sciens quod hujusmodi delinquat, proprio judicio condemnatus.* Ecce cognoscant, quia non solum ab alio, sed a se quoque ipso ' damnetur hæreticus. Illud autem nimis est impudens, quod Acacium veniam postulasse confingunt, & nos extitisse difficiles. Testis est frater vester, filius meus vir illustris Andromachus, qui a nobis abundanter instructus est, ut cohortaretur Acacium deposita obstinatione resipiscere, & ad sedis apostolicæ remeare consortium, quique se sub jurejurando magnis cum eodem molitionibus egisse testatur, nec ad ea, quæ recta sunt, potuisse deflecti, sicut rerum probatur C effectu. Certe proferatur judicium, quando miserit, quando veniam postularit, correctionemque suam nobis promiserit exhibendam: nisi forte hunc animum gessit, quem successores ejus habere perspicimus, ut tamen si veniam postularet, sic sibi vellet impendi, ut nihilo minus in errore persisteret: ubi utique non tam a nobis recipi videretur, quam nos potius in suam traduceret pravitatem. Quem reatum se confessuros asserunt ante certamen? Si reatus est, utique corrigendus est. Si corrigendum non putant, fallaciter se reatum perhibent profiteri; nisi, quod est infelicius, cum & fatentur reatum, & non æstimant corrigendum. Illud quoque me ridere libuit, quod ait: Si necesse fuerit D veniam postulare: existimans nimirum tunc se peccati veniam necessario postulare, si ei concedamus, ne peccare desistat; imo etiam (quod absit) cum eodem consentiamus nos quoque peccare. Nescio inter quæ mundi prodigia hæc vox possit admitti. Remitti culpa de præterito potest, correctione sine dubio subsequente. Nam si deinceps ' finitur mansura perversitas, non est benignitas remittentis, sed consentientis ' assensio. Non est mirum, si isti sedem beati Petri apostoli blasphemare præsumunt, qui talia portenta vel corde gerunt, vel ore diffundunt, & nos insuper superbos esse pronuntiant, cum eis prima sedes, quidquid E est pietatis, non ' resistat offerre, illi eam ipso protervo spiritu subjugare se posse confidant. Sed captos mente facere ista non mirum est. Sic phrenetici solent medicantes ' quosque velut hostes putare vel cædere. Quæro tamen ab his, judicium quod prætendunt, ubinam possit agitari: an apud ipsos, ut iidem sint inimici, & testes, & judices? Sed tali judicio nec humana debent committi negotia, nedum divinæ legis integritas. Si quantum ad religionem pertinet, non nisi apostolicæ sedi juxta canones debetur

Margin: Cum hæreticis non est disputandum. Tit. 3.

Margin: ' prædamnetur

Margin: ' fingitur

Margin: ' assentatio

Margin: ' desinat

Margin: ' quosque

Margin: Sedes apostolica de omnibus

Judicat, secundum canones, & per Christum tributam auctoritatem. ' cognoscere 'dijudicare

debetur summa judicii totius: si quantum ad sæculi potestatem, illa a pontificibus, & præcipue a beati Petri vicario, debet ' cognosci, quæ divina sunt, non ipsa eadem ' judicare. Nec sibi hoc quisquam potentissimus sæculi (qui tamen Christianus est) vendicare præsumit, nisi religionem forsitan persequens. Quid tamen dicerent, si non chartis suis in omnibus vincerentur? Ineptias itaque suas sibi servent, nisi resipiscant, potius cogitantes Christi vocem non esse superfluam, quæ confessioni beati Petri apostoli inferni portas nunquam prævalituras asseruit. Quapropter non veremur, ne apostolica sententia resolvatur, quam & vox Christi, & majorum traditio, & canonum fulcit auctoritas, ut totam potius ecclesiam semper ipsa dijudicet. Sed cogitent magis, si quis in eis religionis est sensus, ne pravitatem suam nullatenus deponentes, apud Deum hominesque sedis apostolicæ perpetua constitutione damnentur. Sic autem dicitur fuisse definitum, ut deinceps de negotio nihil dicatur, quasi vel nunc eos (quemadmodum nostis) meo duxerim nomine specialiter alloquendos. Neque plane cum istis non corrigentibus ineunda congressio, quemadmodum cum aliarum quoque hæresum sectatoribus dimicatio renuenda. Vos autem salvos & sospites quantocius huc reverti, continuis divinitatem votis expetimus.

Matth 16.

NOTA SEVERINI BINII.

Theodoricus pacem petit.

a *Commonitorium.*] Cum Theodoricus Gothorum rex, post Odoacrem regem Herulorum devictum & occisum, una cum Ravenna integra Italia potitus esset, bello diuturno fatigatus ad Anastasium imperatorem Constantinopoli degentem, duos hosce legatos Faustum magistrum officiorum, & Irenæum ablegavit, qui ad obtentum Italiæ regnum rectius stabiliendum, pacem sibi concedi peterent & impetrarent. Hac occasione Gelasius papa anno pontificatus sui 2. alteri legatorum Fausto officiorum magistro causam illam, quæ cum Euphemio Constantinopolitano adhuc schismatico vertebatur, commendavit, ut æquissimis jussionibus ecclesiæ Romanæ obtemperans, ejusdem communicationem hactenus frustra expetitam consequi mereretur. Hujus negotii expediendi ratio commissa est Fausto ea de causa, quod Euphemius patriarcha, Gelasii epistolis duabus admonitus, nomen Acacii e tabulis sacris non modo non expunxerit; sed & ejusdem defendendi patrocinium susceperit, atque ea quæ solent hæretici & schismatici contra sedem apostolicam effutiverit: quodque demum, ad concitandam contra pontificem Romanum Anastasii imperatoris invidiam, in vulgus sparserit, ipsum Anastasium imperatorem, neque ab episcopo urbis Romæ, neque a Romano senatu recipi, adeoque imperatorem contra urbem & episcopum commoverit. Ne igitur horum occasione Romana ecclesia in discrimen adduceretur, atque inter duos hæreticos principes Anastasium & Theodoricum arctata, durioribus angustiis premeretur, Fausto officiorum magistro, viro pientissimo, tantæ molis negotium credidit, ut cum esset Constantinopoli, objecta dilueret, tentata destrueret, atque sequester pacis existens, orientalis ecclesiæ cum occidentali conciliator accederet. Profectus est Faustus, gnaviterque susceptum negotium peregit; sed non ex sententia, ut erat in optatis, absolvit, refragante Euphemio, & majora rixarum fomenta miscente. Qui & de omnibus, quæ cum ipso transacta erant, datis ad Gelasium literis eum certiorem reddidit. Quibus acceptis Gelasius ad eum rescri, sit hanc defensionem, qua adversariorum calumnias refellere posset. Vnde non immerito *Commonitorium* nuncupatur, cum eo ipso a pontifice admoneatur, quonam modo calumniantium petulantiam valide retundere queat. Hæc ex Baronio anno 493. num. 3. & sequentibus.

Causa Euphemii Constantinopolitani commissa est Fausto legato.

Occasio hujus epistolæ.

V. AD HONORIVM DALMATIÆ EPISCOPVM.

Monet ne Pelagianam hæresim a tot pontificibus detestatam reviviscere sinat.

Dilectissimo fratri Honorio Gelasius.

LICET inter varias temporum difficultates continuis occupationibus implicati, vix respirare valeamus; pro sedis tamen apostolicæ moderamine totius ovilis dominici curam sine cessatione tractantes, quæ beato Petro salvatoris ipsius nostri voce delegata est: *Et tu conversus confirma fratres tuos.* Et item: *Petre amas me: Pasce oves meas.* Dissimulare nec possumus nec debemus, quæ nostram solicitudinem forma perstringat, cum beato Paulo apostolo sentientes atque dicentes: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror?* Ita quippe nos repente tristis, horrenda & vix credibilis confecit opinio, ut mentem nostram confunderet, sauciaret, affligeret. Nuntiatum nobis est enim in regionibus Dalmatiarum, quosdam recidiva Pelagianæ pestis zizania seminasse: tantumque illic eorum prævalere blasphemiam, ut simplices quosque mortiferi furoris insinuatione decipiant. Est quidem error ipse nefarius tanto perniciosior ad subripiendum, quanto ad fallendum verisimilitudinis colore versutior: præstante domino, adest fidei catholicæ pura veritas, concordibus universorum patrum deprompta sententia, quæ & subtile virus funestæ pravitatis exponat, & humano generi salvando conferat de scripturarum confectione medicinam. Nullatenus igitur discretionem rerum nondum abundantia corda conturbet, donec & occultum vulnus appareat, & salvatio singularis eluceat: quoniam quantalibet arte fallaciæ spiritus perditionis armetur, sancto gladio Spiritus principalis & detegitur & necatur. Quapropter per dilectionem tuam cunctos ibidem domini sacerdotes fraterno commonemus affectu; ut qui cum erudiente vos domino contra novitios pugnetis errores, olim perversitatem toto orbe damnatam nec ipsos recipere debeatis, aut quod temere putatur, esse faciendum; quæ non hæresis majoribus nostris convenienter extincta rursus provocare nos audeat, & palam novis resumptis viribus, aperteque confligat. Numquidnam licet nobis a venerandis patribus damnata dissolvere, & ab illis excisa nefaria dogmata retractare? Quid est ergo quod magnopere præcavemus, ne cujuslibet hæresis semel dejecta pernicies ad examen denuo venire contendat? Si quæ antiquitus a nostris majoribus cognita, discussa, refutata sunt, restauranda nitamur; nonne ipsi nos, quod absit, & quod nunquam catholica patietur ecclesia, adversariis veritatis universis contra nos resurgendi proponimus exemplum? Vbi est quod scriptum est: *Terminos patrum tuorum non transgrederis*: & *Interroga patres tuos, & annuntiabunt tibi; & seniores tuos, & dicent tibi?* Quid ergo tendimus ultra definita majorum, aut cur nobis non sufficit? Si quid ignorantes discere cupiamus, qualiter ab orthodoxis patribus & senioribus singula quæque vel vitanda præcepta sunt, vel aptanda catholicæ veritati; cur non his probantur esse decreta?

Luc. 22. Ioan. 21. 2. Cor. 11. Dec[reta] majo[rum] non retra[ctan]da. Deut. 32.

Num-

Numquid aut ſapientiores illis ſumus, aut poterimus firma ſtabilitate conſtare? Si ea quæ ab illis conſtituta ſunt ſubruamus, an fortaſſe neſcitis hanc hæreſim, de qua loquimur, & ab apoſtolica dudum ſede per beatæ memoriæ Innocentium, ac deinde Zoſimum; Bonifacium, Cæleſtinum, Sixtum, Leonem; continuis & inceſſabilibus ſententiis fuiſſe proſtratam; nec tantum eccleſiæ catholicæ legibus, ſed principum quoque Romanorum eo tenore damnatam, ut nec uſquam terrarum vivendi locum ſectatores ejus habere mererentur? Quæ omnia tam geſtis eccleſiæ per ſingulas quaſque regiones de eorum pravitate confectis, quam cenſuræ publicæ ſanctionibus edocentur. Ecce quorumlibet aures catholicas audire doctrinam, quæſtiones accipere, tractare tendiculas, & blaſphemias patienter admittere. O ſi ſtuderent adverſus eos majorum noſtrorum libros reſponſaque cognoſcere, illic modis omnibus cerneretur, nihil eſſe prorſus, quod non & ab iſtis fuerit ventilatum, & ab illis magnifica veritate contritum. Sicque de cunctis eorum nequitiis refutandis fideles quique redderentur inſtructi, ut nihil amplius quæreretur. Sed ſi forſitan ineruditos animos quædam de eorum ſenſibus propoſita commovetunt; ita venerabilium patrum doctrinis & omnis eorum publicatur inſania, & quibus remediis curetur, oſtenditur, ut ex his Deo præſtante præviſis, cuncta, quæ de eorum ſerie texuerunt, & periculoſa ſectantibus & ſtulta deprehendentibus eſſe videantur; ita ut ſi quis exiſtimet reluctandum, non tamen veterum ſententiis contradictor exiſtat, ſed humanæ ſaluti, catholicæque doctrinæ palam ſe aperteque profiteatur inimicum; quo magis attentius pervigil cura paſtorum a ſacris gregibus luporum debet arcere ſævitiam. Num quidquid ovibus ſanctis acciderit detrimenti, præſulum (quod abſit) damnet incuriam: ſicut a regeneratis agminibus nocentium depulſio beſtiarum, cuſtodum præmiis perpetuum procuravit augmentum? Certe ſi, ut magis optamus, falſis hæc rumoribus ſint relata, quantocius deſideramus agnoſcere; ut qui membrorum Chriſti vexatione trepidamus, multo magis de eorum ſtabilitate lætemur. Data v. Kalendas Auguſti, a *Fauſto v. c. conſule. "

Nota Severini Binii.

a *Fauſto viro clariſſimo conſule.*] Mendoſa eſt & ſurreptitia hæc conſularis nota. Nullus enim Fauſti conſulatus ſub pontificatu Gelaſii reperitur. Legatur ergo, *Albino viro clariſſimo conſule.*

" ** Aut certe dicendum eſſet Gelaſium non anno 492. pontificatum iniiſſe, ſed 490. die 2. Martii.

VI. AD EUMDEM HONORIUM DALMATIÆ EPISCOPUM.

Eum non debuiſſe mirari ſcribit, quod admonuerit invigilandum, ne iterum Pelagiana hæreſis pullularet.

Dilectiſſimo fratri Honorio Gelaſius.

MIRAMUR dilectionem tuam fuiſſe miratam, curam ſedis apoſtolicę, quę more majorum cunctis per mundum debetur eccleſiis, pro veſtræ quoque regionis fide fuiſſe ſolicitam. Cumque ad eam perlatum eſſet, quod

A quidam per Dalmatias integritatem catholicam vitiare niterentur, & divinis humaniſque legibus ante damnatum Pelagianæ peſtilentiæ denuo virus inferre; non putaverimus ullatenus differendum, quo minus hæc diligentius inquirentes, aut ſi fortaſſe irrepſerant, de proximo ſanarentur, aut anxietatem noſtram, ſi falſo probarentur jactata, relevarent; æſtimantes melius nos videri impatientius talia inveſtigare voluiſſe, quam creſcere diſſimulando perniciem. Neque enim vel ſilentio premere cauſam hujuſmodi, vel differendo fovere deberemus. Cum dicente magiſtro gentium, *ſolicitudine non pigri*, atque iterum, *qui præeſt* B *in ſolicitudine*, reos procul dubio nos niſi continuo quæreremus, etiamſi inaniter eſſent vulgata, convincerent. Nec intereſt per quos ad aures noſtras eadem perveniſſent, dum quomodo libet iſta referentibus, poſtquam noſtram conſcientiam penetrarent, in his veraciter indagandis paſtorales excubias eſſe non oportuerit negligentes, quatenus vel e veſtigio poſſet lupis inhiantibus obviari, vel nullis exiſtentibus feris, ovium cuſtodia ſecura perſiſteret. Ab his, qui eſſent Chloes, Corinthiorum ſe diſſenſiones agnoviſſe teſtatur apoſtolus; confeſtimque ſcribere non omittit; ut vel naſcentibus jurgiis pius medicator occurreret, vel de eorum comperta mox incolumitate gauderet: quod nos quoque literis, quæ ſuper hac parte C dictæ ſunt, indicaſſe reminiſcimur, ut ſcilicet aut irrepentibus obſiſteremus inſaniis; aut, ſi nihil horum penitus accidiſſet; de catholicæ veritatis integritate lætaremur. Quapropter non ſolum dilectio tua noſtra non debet vigilantia permoveri, ſed præſentis colloquii ſalutatione percepta nobiſcum potius induſtriam propriæ ſociare ſolertiæ; quatenus vel ſive tentata ſint talia, protinus corrigantur; vel ne qualibet obreptione tententur, attentius præcavendo ſubintrare non valeant. De quibus autem ii, quos tua caritas deſtinavit, ſi plenius inſtrui voluerint, ſequentes tituli cum ſuis reſponſionibus intimabunt. Et quoniam ſe his acquieſcere præfati eatenus ſunt profeſſi, ut eadem ſe & primitus tenuiſſe firmarent, ſed ante D ullius in quæſtionem vocata vellent manifeſtius expediri, ſtuduimus quantum inter occupationes fieri potuit, quæ nos minime reſpirare patiuntur, largiente domino, ſequentes paterna veſtigia, de talibus, quæ cœpimus non ſilere: quam regulam ſobrie ſentiendi quiſquis fideli corde ſectatur, inter orthodoxos merito debeat æſtimari. Quiſquis vero putaverit abnuenda, ab apoſtolicis ſeſe non ambigat exulare doctrinis. Certe ſi quid eſt quod valeat animum permovere, fraternitas tua conſulere fiducia- E liter omittat, ut domini gratia miniſtrante, totius diſcutiat obſcuritatis ambiguum fraterna collatio.

Hæreſes impatientius inveſtigare eſt melius, quã diſſimulando augere perniciem. *Rom. 12.*

1. Cor. 14.

VII. AD a OMNES EPISCOPOS PER PICENUM.

Tria præcipua Pelagianæ hæreſis capita refellit. Primum, ſcilicet parvulos ſine originali peccato naſci. Secundum, hos pro ſolo peccato originali non damnari. Tertium, gratiam ad ſalutem non eſſe neceſſariam; illamque ſecundum hominum merita conferri.

Gelasius episcopus universis episcopis per Picenum in domino salutem.

BARBARICIS hactenus dolebamus incursibus maxime vicinas urbi provincias, & bellorum sæva tempestate vastari; sed quantum inter ipsa recentium calamitatum ferventia pericula comperimus, perniciosiorem diabolus Christianorum mentibus labem, quam corporibus hostilis feritas, irrogavit: quod malum principaliter illarum regionum respicit sacerdotes, qui tanta segnitie tantaque ministerii dissimulatione suscepti, commissarum sibi negligunt regimen animarum, ut eas etiam ab exiguis quibusque bestiolis lacerari sub conspectibus suis impune patiantur: quinimo subrepentes nequitias confovendo, & B depravatoribus acquiescendo fidelium, non solum eas minime retrahant, sed ipsis præbeant propria nutrimenta perditionis exemplo. Quid autem tales essent acturi pontifices, si (quod absit) vel aliqua nova pestis, & primitus ignorata prorumperet, vel ingeniis acrioribus, sensibusque versutis, aut aliqua sæcularium doctrinarum peritia callidis, sacrilega blasphemiarum dicta promerentur, qui tam veteris erroris detrita commenta, tamque majoribus ecclesiarum magistris, quam etiam nostra ætate convicta non recolunt nec refutant; atque ab imperitis stultisque prolata non respuunt? Gratias omnipotenti Deo agimus, quoniam suorum corda per hujusmodi personas C examinat; qui hoc ipsum virus nesciunt quod loquantur. Nam quid facerent populorum præsules sub astutioribus inimicis, qui se subjiciunt libenter indoctis? Quando utique, etiamsi tanta erat in rectoribus dominici gregis prorsus ignavia, ut ne tam vilem hebetemque personam possint vel intelligere vel frenare, potius pastorali cura debuerint a nobis cognoscenda perquirere, quam suasionibus inconsideranter absurdis, facilem submittere voluntatem: oblatus est enim nobis miserabilis senex Seneca nomine, qui non modo totius est eruditionis alienus, sed ipsius quoque intelligentiæ communis prorsus extraneus, in Pelagianæ voraginis cœno (sicut de quibusdam in apocalypsi legimus) velut una ranarum

Apoc. 16.

impudenter immersus, inque illa fæce horribiliter volutatus, nullatenus inde qualiter emergere posset inveniens; quia puritatem relinquens catholicæ veritatis, quanto se per lubricum falsitatis conatur attollere, tanto magis ejus lutosis foveis circumclusus obruitur, de illis unus existens, de quibus Petrus dicit apostolus: *Hi vero velut irrationabilia pecora, naturaliter in captionem & in perniciem in his quæ ignorant blasphemantes in corruptione sua, peribunt percipientes mercedem injustitiæ.* Revera enim sic ejus stolidus & obtusus est animus, ut de his venenis, quæ male hausit, & vomuit; E nullam rationem vel accipere valeat omnino, vel reddere. Sed induratus obcæcatione diabolica, sibique jam traditus, cordis sui funesta sit obstinatione damnatus; nihilque superest ei, nisi ut Deus noster, qui dixit, quæ hominibus impossibilia videntur, apud se esse facilia, hujusmodi mentem potenti compunctione transfigat, ut secundum beatum apostolum Paulum, *resipiscat a diaboli laqueis, quibus captivus detinetur* sententia divini judicii. Multa

2. Pet. 2. *Matth. 19.* *2. Tim. 2.*

A illi quæ de Pelagianis sensibus nec in somnis omnino contigerant, nos magis patefacta prodidimus ea, quæ dudum convicta fuisse monstravimus. Hæc etiam ipsa, quæ idem proferre videbatur olim & ab hæreticis Pelagianis in medium producta docuimus, & catholicis prædicatoribus competenter elisa. Pelagium, Cælestium, Iulianum, ceterosque complures oratoriæ facundiæ viros in hac assertione probavimus fuisse convictos, & tam ecclesiasticis constitutis, quam imperialibus " etiam percussos fuisse præceptis; proinde istum ferre non posse firmavimus, in quibus illi tales tantique prostrati sunt, qui nec ipsa, quæ ab illis sunt disputata, vel intellecta capere, vel eloquio simili possit astruere. Sed, ut dictum est, *diabolica mens inspiratione possessa, in profundum veniens jam malorum ad remedia nulla consentit.* Quapropter de innumeris blasphemiarum generibus, quas auctores Pelagianæ hæresis ediderunt, tria, quæ sibi præcipue hic senex lugendus ascivit, credidimus non tacenda, ut reserata manifestius panderentur, & Deo destruente facilius viderentur eversa. In uteris, inquiunt, matrum opere divino creantur infantes, propterea justum videri non putant, quod factura Dei sine ullis propriis actionibus cuiquam peccato gignatur obstricta: injustumque Deum faciunt, si rei efficiantur antequam nati. Hoc velut acutissimum sui dogmatis exerunt argumentum, non advertentes quia primi illi parentes generis humani de nullis utique genitoribus, sed de innoxia limi materia procreati, & pure atque sincere potenter arte divina compacti, factique rationales, propria voluntate seductorem secuti diabolum, pravis cupiditatibus per excessum prævaricationis infecti sunt. In quibus utique humana natura peccavit, & humana est facta natura vitiosa, receptrix sine dubio mali quod ante nesciebat, quæ a bono rectoque deficiens, in affectum mali pravique recidere ipso rerum consequentium tramite manifestum est. Tales igitur effecti principes nostræ substantiæ, semetipsos passibiles & corruptibiles reddiderunt; in tantum conditionis divinæ dona violantes, ut mortis D fuerint ultione puniti. Hac enim die fuisse mortuos, qua mortales effecti sunt, ambiguum non habetur: proinde quidquid isti genitores de suo germine protulerunt, opus quidem Dei est, secundum institutionem naturæ; sed non absque contagio illius mali, quod sua prævaricatione traxerunt: & utique hoc idem ipsius mali contagium, certum est opus non esse divinum. Itaque non ex creatione Dei est vitium quod voluntario motu natura collegit; sed etiam de vitiata per semetipsam natura Deus institutionem suam quidem suæ creationis exequitur; sed creatio profert vitium, quod non ex institutione creatoris accepit, sed quod ipsa per lapsum transgressionis suæ assumpsit. Nam si ipsi primi homines ex nullis, ut dictum est, parentibus nati, & sine ullo formati contagio, per ambitum præsumptionis illicitæ semetipsos depravare potuerunt, & in opere Dei opus diabolicæ fraudis annectere; quid mirum, si iidem depravati protulerunt sobolem depravatam? Nonne etiam cum Deus utique liberam condiderit humanam sua creatione substantiam, etiam apud humanas tamen leges extrinsecus accedens servitus

" Hon… Theod… atque… stantii…

Prov.

Liberi… naturæ… ex D… creati… Servit… ex le… huma…

A servitus naturaliter eam reddit obstrictam & obnoxiam? Origine generantur obnoxii, & ex conditione servili gignuntur addicti; & nascendo fiunt prius obligati quam geniti: si hoc agitur de rebus extra naturam positis, quanto magis de his provenire non mirum est, quibus ipsa humana substantia depravata cognoscitur? ac per hoc sicut se ipsa humana substantia de institutione sincera actuum reproborum rea fecit voluntate pollutam; sic edidit sobolem, atque progeniem naturæ suæ ex actuum suorum rea voluntate maculosam; quia hujusmodi genuit prolem, cujusmodi se ipsa reddidit prævaricationis excessu. Ideoque non solum de se profert quod bene Deus instituit, sed etiam quod male ipsa inconse- B quenter adjecit. Quemadmodum autem qualitas interior appetendi valet immutare naturam, divinæ lectionis auctoritate firmatur.
30. Sic denique pascente Iacob, commissus ille grex ovium, supposita canalibus varietate virgarum, dum potat, illectus affectionali delectatione, concepit, quod non habuit in natura, & molitum sensibus transfudit in prolem quod in creatione non sumpsit. Quod tunc utique figuraliter gestum, & in ecclesiasticis significavit gregibus hoc futurum, & Pelagianorum Deus prævidens calumnias, & excitandas fidelibus suis decertationes, intelligentiam præparavit. Docent divina testimonia, & ipsa ecclesiastica sacramenta, & ab ipso domino salvatore catholi- C corum traditio magistrorum humanæ generationis decolorata primordia. Hinc est quod clamat propheta: *Quis gloriabitur castum se habere cor, aut mundum esse a peccatis? nec infans, cujus est unius diei vita super terram.*
4. Hinc est, quod item dicit scriptura: *Quis potest facere mundum de immundo conceptum*
2. *semine? nonne tu qui solus es?* & alibi: *Quia semen*, inquit, *erat maledictum*; nec non et-
50. iam David propheta testatur: *In iniquitatibus conceptus sum; & in delictis peperit me mater mea*; & si hoc ille dicit: quis aliter se asserat procreatum? Beatus apostolus quo-
8. que Paulus asserit: *Et nos aliquando eramus* D *natura filii iræ sicut & ceteri.* De qua ira in
3. evangelio dicit: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, habebit vitam æternam: qui autem non crediderit, jam judicatus est, & ira Dei manet*
2. *super eum.* Illa utique, de qua dictum est: *Morte morieris*, ipse dominus Iesus Christus
6. cælesti voce pronuntiat: *Qui non manducaverit carnem filii hominis, & biberit sanguinem ejus, non habebit vitam in semetipsum*, ubi utique neminem videmus exceptum; nec ausus est aliquis dicere, parvulum sine hoc sacramento salutari ad æternam vitam posse perduci; sine illa autem vita, in perpetua futurum morte non dubium est. Cur igitur infans hac sorte concluditur, si nullum habet omni- E no peccatum? magisque videbitur (quod absit) injustus Deus, si illic infligatur pœna, ubi nulla sit culpa. Unde cum de propriis actibus nullo reatu teneatur obstrictus, nihil restat nisi ut sola sit vitiosa nativitate pollutus; & si non fuerit mysterii Christiani participatione mundatus, ad vitam non potest pervenire perpetuam. Hinc est quod exsufflantur, & catechizantur infantes: & quia in opere Dei, quod in auctore suo bene sunt instituti, opus diabolicæ malignitatis accessit, *eruti de potestate tenebrarum*; (sicut docet apostolus) ad filii Dei sortem, purgationemque legitimam transferuntur. Nisi autem prima generatio, quam bonam Deus instituit, prævaricatione venisset in culpam, & reprobabilis esset effecta; secunda generatio subroganda non fuerat: propter quod dicit beatus Paulus apostolus: *Sicut per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors: & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt.* & paulo post: *Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, sic & per unius justitiam in omnes homines in justificationem vitæ.* Coloss. 1. Rom. 5.

Sicut autem omnes in condemnationem dicit, utique qui de Adam parente sunt geniti, sic omnes in justificationem vitæ non nisi illos adstruit, qui in Christi mysterio sunt renati. Innumeris talibus instrumentis hæresis Pelagianæ doctrina mortifera, & a nostris est convicta majoribus, & nunc eorum copiosa potest eruditione convinci: nec debent simplices animos ista turbare, quibus quæ non intelligunt secundum ecclesiasticam formam credidisse sufficiet; aut si quis nosse desiderat, interrogare conveniet. De parvulis autem, quod asserit sine sacro baptismate pro solo originali peccato non posse damnari, satis impia satis profana propositio est: quamvis enim recentes ab utero matrum in remissionem peccatorũ baptizari nullus Christianus ignorat, quod utique non fallaciter, sed veraciter catholica celebrat ecclesia, ne in sacramentis cælestibus (quod absit) mentita videatur; proinde quia propria non habeant ulla peccata, constat " ejus sola prorsus originalia relaxari. " cis Itaque omnibus etiam solis remissis vitam per baptismum consequuntur æternam; consequens est, ut solis etiam non remissis, ad æternam vitam pervenire non possint. Unde & dominus, sicut superius diximus, ait (quod utique nisi baptizatis non convenit) *Qui non manducaverit carnem filii hominis, & biberit sanguinem ejus, non habebit vitam in semetipso*: sine vita autem esse perpetua quid est nisi in sempiterna morte constitui? quamvis idem sit regnum cælorum quod æterna vita: tamen ut providentia Dei omnes Pelagianorum nequitias amputaret, non solum dictum est: *Qui non fuerit renatus ex aqua & Spiritu sancto non intrabit in regnum cælorum*; sed etiam pariter dictum est: *Qui non manducaverit carnem filii hominis, & biberit sanguinem ejus, non habebit vitam in semetipso.* De vita autem æterna hoc dictum nullus addubitat; quoniam multi non manducantes hoc sacramentum, vitam habere videantur præsentem. Ioan. 6. Ioan. 3.

Nihil est ergo quod dicant, quod non renati infantes tantummodo in regnum cælorum ire non valeant; non autem perpetua damnatione puniantur, dum sine baptisma corpus & sanguinem Christi nec edere valeant, nec potare; sine autem hoc vitam in semetipsis habere non possent, sine vita vero non nisi mortui sint futuri. Dicant " igitur in morte perpetua constituti, si non æstimentur esse damnati: tollant ergo de medio nescio quem ipsi tertium, quem decipiendis parvulis faciant locum. Et quia non nisi dextram partem legimus & sinistram, non illos faciant in sinistra regione sine baptismate remanere, sed baptizatos sinant ad dextram salutarem sacra regeneratione transferri. " Dicantur

Tertio capitulo jam toto mundo cognita, atq; convicta Pelagianorum deliramenta circumferre, quibus dicunt, quod homo per liberum arbitrium, quod corrupit, fœdavit, ac perdidit, bono suffragante naturæ beatus efficiatur, cum de beatitudine paradisi, ubi bona fuerat constituta substantia, nisi suo amisso bono nullatenus potuisset expelli, unde mortalis effecta, quia de bono utique prævaricatione transisset ad malum; & a participatione divina ad diabolica semet facinora contulisset: ideo deceptori suo, cui volens assenserat, competenter addictus, ideo de felicitatis suæ caritate seclusus, atque ad spinas & tribulos, miseriasque multiplices cœlesti voce damnatus est; quę utique pœna justi judicii tam gravis & aspera in bono perseveranti nullatenus esset inflicta; & nisi malo non convenienter illata probaretur. Ecce sine divino suffragio, quod in illa beatitudine positus nunquam legitur expetisse: non solum homini naturale bonum prodesse non potuit, non solum non effecit beatum; sed cum hoc solo confidit, atque ad ejus non revertitur largitorem, & beatitudinem potius amisit, & malorum omnium sumpsit exordium. Quod autem libero arbitrio beatitudinem consequantur, quo male usus in perpetuam recidit servitutem, sicut scriptum est: *Qui facit peccatum, servus est peccati*: a quo quis superatur, huic & servus addicitur. Nonne hæc est illa præsumptio naturalis, quæ ad detestandæ captivitatis jura descendit; quam scriptura sancta sic memorat: *Grave jugum super filios Adam a die exitus de ventre matris eorum usque in diem sepulturæ in matrem omnium*; de qua genus humanum non nisi solus dominus noster Iesus Christus commercio suæ redemit passionis, & mutata nativitate nos eruit. *Solus utique venit quærere, & salvare quod perierat*, ut libertas, quæ per temerariam fuerat dejecta superbiam, instauretur reparata per gratiam: mutuaque vice humanæ voluntatis arbitrium, sicut sequendo diabolum, captivitatem meruerat sempiternam, sic reformatæ subsequendo libertatis auctorem, amissum rediret ad præmium. Hinc est quod ipse dominus ait: *Cum vos Filius liberaverit, tunc vere liberi eritis.* Et apostolus beatus Paulus exequitur: *cum servi essetis peccati, liberi fuistis justitiæ*, id est alieni a justitia; *liberati autem a peccato, servi facti estis justitiæ.* & iterum idem ipse: *libertatem*, inquit, *qua vos Christus liberavit.* Nonne ipse vas electionis affirmat, & dicit: *Deus est qui operatur in vobis & velle & perficere pro bona voluntate*; ne etiam in mala voluntate, & velle & perficere Deus putaretur operari. Illud autem Pelagianorum peculiare virus est, olimque detritum, quo putant gratiam Dei secundum merita hominum posse conferri, quod absit a mentibus Christianis, cum testetur apostolus: *Gratia est quæ gratis datur: alioquin si ex operibus gratia, jam non est gratia*, quia merces redditur non gratis, unde gratia nomen accepit impenditur. Quis autem audeat dicere Christianus, aliquid habere boni sine gratia? quando magister gentium clamat, cuncta breviter in se dona concludens: *Gratia Dei sum id quod sum, & gratia ejus in me vacua non fuit*; ut ostenderet, quia donum gratiæ non ipse præcesserit, sed fuerit subsecutus; atque monstraret cooperatorem se esse gratiæ subsequendo: *Sed plus*

Eccles. 40. Matth. 18. Rom. 6. Galat. 5. Philip. 2. Rom. 11. I. Cor. 15. Ibidem.

A *omnibus*, inquit, *illis laboravi.* Ac rursus veritus ne de se præsumere videretur, adjunxit: *non ego, sed gratia Dei mecum.* Non dixit: ego & gratia Dei mecum; sed præposuit gratiam præcedentem se, atque subjunxit. Quid autem haberi possit sine gratia, cum sit fides ipsa per gratiam? eodem apostolo nos docente: *Misericordiam consecutus sum, ut fidelis essem.* Nec aliud est misericordia divina quam gratia. Audiamus etiam quemadmodum informat ecclesiam: *Gratia*, inquit, *salvi facti estis per fidem*; ut principium salutis & fidei a gratia cœpisse dissereret, sicut secutus annectit: *& hoc non ex vobis, sed Dei donum est; non ex operibus, ne quis extollatur*; B idem ipse alibi generaliter & absolute pronuntiat, dicens: *Quid enim habes quod non accepisti? Aut si accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?* Quis sufficiet singula recensere? quibus evidenter apparet, non naturalis libertatis arbitrium gratiam promereri, sed potius per gratiam recipere, ut a servitute, quam peccando meruerat, misericorditer absolutum esset. Hujus sacramenti redemptione ante mundi principium sempiterna providentia præparati, sive nondum prolata lege, seu sub observatione legali, figuralibus signis atque sacrificiis omnium sanctorum virorum feminarumque sanctarum vetus origo mundata est, universisque justis per gratiæ spiritum hoc de longe adorando mysterio C salutis æternæ remedia contigerunt, cujus in Christo manifestata gentibus plenitudo, mundum purgat, & renovat, beatitudinisque perpetuæ vere facit esse participes. Quapropter nimis incusamus fratres & coepiscopos nostros, maxime per Piceni provincias ecclesiam domini gubernantes, qui non solum ineptissimi senis, abjectæque personæ pravum non deterruere colloquium, verum & suo nutrivere consensu. Quis audiat? quis ferat, passos esse pontifices, ut cadaver nescio quod indignum, presbyterum sibi non acquiescentem audire, communione privaret? quomodo talis vel susceptus ab aliquo, vel patienter auditus est? qui insuper leges dedit, libenter exceptus, ut servi Dei cum puellis sacris congregatione dedecorissima misceantur? nam cum spirituales D animi, etiam cum desint ista consortia, imaginariis infestentur illecebris, quemadmodum alterni sexus intuitu, qui illicite nolentes non vehementius incitentur? Adhuc majus scelus accrescit, ut sub conspectu & præsentia sacerdotum, beatæ memoriæ Hieronymum atque Augustinum ecclesiasticorum lumina magistrorum, *musca moritura*, sicut scriptum est, *exterminans oleum suavitatis*, lacerare contenderet. Sed quid miremur ecclesiarum præsules ista negligere, quos sicut a multis audivimus, contra canones omnia gerere, & contra apostolicam " disciplinam passim cuncta miscere, manifestum est; non servatis regu- E lis ordinare, liciteque non solum monachos, sed etiam ministros ecclesiæ cum feminis ad peregrina migrantes remeare rursus, & ab aliis episcopis in militiam provehi clericalem? Quæ cum singula toleranda non sint, quis sustineat tot & talia facinora perpetrari, quibus spectaculum Gentilibus, Iudęis, & hęreticis non immerito præbentes, in ipsum (quod absit) tendere videatur religionis excidium? digneque ista facientibus aptabitur illa sententia dicentis apostoli: *Nomen enim Dei per vos blasphematur in gen-*

1. Tim. Ephes. Ibid. 1. Cor. Viros n[on] esse congregand[os] cum fem[i]nis. Eccles. 1[0]. " 1. Cor. Rom. 2.

gentibus. Sufficiat igitur hactenus fuiſſe hæc commiſſa, & ut placetur Deus humanis rebus, ſolicitius divina curentur. Nuſquam loci prorſus inveniatur præfatæ peſtis aſſertor, nec acceſſum prorſus eccleſiæ vel uſquam participationem catholicæ communionis inveniat qui hæreticorum mavult ſubſequi nefaria profeſſione conſortium; & hi, cum quibus antea probabitur noxium miſcuiſſe colloquium, niſi reſipiſcunt, & ab ejus ſocietate diſcedunt, ab eccleſiaſtico remoti ſervitio, devota ultione plectantur, quo ceteris cavendi miniſtretur exemplum, nullum adeat, nec uſquam loqui damnatæ olim blaſphemiæ jam ſinantur: diſcreta ſuis habitationibus virorum atque feminarum, ſicut ſanctum propoſitum decet, B exerceatur circumſpecta devotio. Contra canonum conſtituta nullus ″ ad eccleſiaſticum permittatur ″ officium: non ignoraturis provinciæ uniuſcujuſque rectoribus, nec de præteritis ſe veniam reperturos erroribus, ſi deinceps diſſimulaverint vitare patefactos: nec excuſationis de cetero relinquetur occaſio, ſi poſt præcepta præſentia, quæ per Romulum diaconum, cujus ſolertiam pro fide catholica, & pro religione vigilantiam gratiſſime comprobamus, duximus deſtinanda. quiſquis ſuper his omnibus aut contemptor aut negligens deprehendetur antiſtes. Sicut enim ad ſedis apoſtolicæ moderamina pertinet, cunctis ſolicitudinem debitam miniſtrare congruenter eccleſiis; C ita neceſſe eſt, ut in contumaces & deſides traditam ſibi divinitus non diſſimulet poteſtatem. Data Kalendis Novembris, Albino viro clariſſimo conſule. ″

NOTA SEVERINI BINII.

a *Epiſtola.*] Hæc epiſtola circularis data eſt ad omnes epiſcopos in Piceno poſitos, qua plurimum dolet Pelagianam hæreſim in eadem provincia coaleſcere cœpiſſe. Miſſa eſt per Romulum S. R. E. cardinalem diaconum. Tres in ea enumerat & refutat Pelagianas ſententias. Earum prima illa eſt, Quod prædicans circulator ſenex probroſus & indoctus negaret infantes cum peccato originali corripi, & ei obnoxios reddi. Secunda iſta, Parvulos ſine baptiſmo non poſſe damnari. Tertia demum erat, Hominem per liberum arbitrium ipſa natura ſuffragante poſſe beatum reddi, tantamque vim liberæ voluntati ineſſe dicebat, ut ſi vellet, etiam ſine Dei auxilio poſſet inter adoleſcentulas verſari, eaſque contrectare, & tamen non inquinari. Quare cum ad prædictas hæreſes acceptandas, more hæreticorum, carnis laſcivas delectationes propoſuiſſet, & ad beſtias terræ capiendas rete carnis, quo uti ſolent, expandiſſet, hanc paternam admonitionem, & paſtoralem vigilantiam non obſtante metu Anaſtaſii imperatoris Eutychiani & Theodorici regis Arriani in Italia regnantis exercere oportebat.

VIII. AD a ANASTASIUM IMPERATOREM.

Præmiſſa excuſatione, cur ad imperatorem non ſcripſerit, illum hortatur ut apoſtolicæ ſedi obtemperet, &, Acacii nomine damnato, eccleſiarum pacem reſtituendam curet.

′ Gelaſius epiſcopus ad Anaſtaſium Auguſtum.

FAMULI veſtræ pietatis, filii mei, Fauſtus magiſter & Irenæus viri illuſtres, atque eorum comites publica legatione fungentes, ad urbem reverſi, clementiam veſtram quæſiſſe ′ dixerunt, cur ad vos meæ ſalutationis ſcripta non miſerim. Non meo, fateor, A inſtituto; ſed cum directi dudum de partibus orientis vel videndi me licentiam, ſibi veſtris præceptionibus abnegatam, tota urbe diſperſerint, a literis credidi temperandum, ne oneroſus potius quam officioſus exiſterem. Videtis igitur non mea diſſimulatione proveniſſe; ſed competentis fuiſſe cautelæ, ne reſpuentibus animis moleſtias irrogarem. Sed ubi ſerenitatis tuæ benevolentiam comperi, præfatis indicantibus, humilitatis meæ clementer expetiſſe ſermonem, jam revera perpendi, imputandum non immerito mihi, ſi tacerem: quia, glorioſe fili, te ſicut ′ Romanus natus, ′ Romæ
Romanum principem amo, colo, ſuſcipio: & ſicut Chriſtianus, cum eo, qui zelum Dei habet, ſecundum ſcientiam veritatis habere deſidero: & qualiſcumque apoſtolicæ ſedis vicarius, quodcumque ′ plenæ fidei catholicæ deeſſe comperero, pro meo modulo ſuggeſtionibus opportunis ſupplere contendo. ′ quod ubicumque plene
Diſpenſatione etenim mihi divini ſermonis injuncta, *væ mihi eſt, ſi non evangelizavero.* 1 Cor. 9.
Quod cum vas electionis beatus Paulus apoſtolus formidet & clamet, multo magis mihi exiguo metuendum eſt, ſi divinitus inſpiratum, & paterna devotione tranſmiſſum, ſubtraxero miniſterium prædicandi. Pietatem tuam precor, ne arrogantiam judices divinæ rationis officium. Abſit, quæſo, a Romano principe, ut intimatam ſuis ſenſibus veritatem arbitretur injuriam. Duo quippe ſunt, imperator Auguſte, quibus principaliter mundus hic regitur, auctoritas ′ ſacra pontificum, & regalis poteſtas. ′ ſacrata
In quibus tanto gravius eſt pondus ſacerdotum, quanto etiam pro ipſis regibus domino in divino reddituri ſunt examine rationem. Quanto præſtent pontifices regibus.
Noſti etenim, fili clementiſſime, quod licet præſideas humano generi dignitate, rerum tamen præſulibus divinarum devotus colla ſubmittis, atque ab eis cauſas tuæ ſalutis ′ expetis, inque ſumendis cæleſtibus ſacramentis, eiſque (ut competit) diſponendis, ſubdi te debere cognoſcis religionis ordine potius, quam præeſſe. ′ expectas
Noſti itaque inter hæc, ex illorum te pendere judicio, non illos ad tuam velle D redigi voluntatem. Si enim, quantum ad ordinem pertinet publicæ diſciplinæ, cognoſcentes imperium tibi ſuperna diſpoſitione collatum, legibus tuis ipſi quoque parent religionis antiſtites, ne vel in rebus mundanis excluſæ videantur obviare ſententiæ; quo (rogo) te decet affectu eis obedire, qui pro erogandis venerabilibus ſunt attributi myſteriis? Proinde ſicut non leve diſcrimen incumbit pontificibus, ſiluiſſe pro divinitatis cultu, quod congruit: ita his (quod abſit) non mediocre periculum eſt, qui, cum parere debeant, deſpiciunt. Et ſi cunctis generaliter ſacerdotibus, recte divina tractantibus, fidelium E convenit corda ſubmitti: quanto potius ſedis illius præſuli conſenſus eſt adhibendus, quem cunctis ſacerdotibus & divinitas ſumma voluit præminere, & ſubſequens eccleſiæ generalis jugiter pietas celebravit? Omnibus ſacerdotibus, præcipue vero Romano pontifici parendum.
Ubi pietas tua evidenter advertit, nunquam quolibet penitus humano conſilio elevare ſe quemquam poſſe illius privilegio vel confeſſioni, quem Chriſti vox prætulit univerſis, quem eccleſia veneranda confeſſa ſemper eſt, & habet devota primatem. Impeti poſſunt humanis præſumptionibus, quæ divino ſunt judicio conſtitu-

stituta, vinci autem quorumlibet potestate non possunt. Atque utinam sic contra nitentibus perniciosa non sit audacia, quemadmodum; quod ab ipso sacræ religionis auctore præfixum est, non potest ulla virtute convelli: *Firmamentum enim Dei stat.* Numquidnam cum aliquibus infestata religio est, quantacumque potuit novitate superari, & non magis hoc invicta permansit, quo æstimata est posse succumbere? Desinant ergo (quæso te) temporibus tuis quidam per occasionem perturbationis ecclesiasticæ præcipitanter ambire quæ non licet; ne & illa, quæ male appetunt, nullatenus apprehendant, & modum suum apud Deum & homines non teneant. Quapropter sub conspectu Dei pure ac sincere pietatem tuam deprecor, obtestor, & exhortor, ut petitionem meam non indignanter accipias: rogo, inquam, ut me in hac vita potius audias deprecantem, quam (quod absit) in divino judicio sentias accusantem. Nec me latet, imperator Auguste, quod pietatis tuæ studium fuerit in privata vita. Optasti semper fieri particeps promissionis æternæ. Quapropter noli, precor, irasci mihi, si te tantum diligo, ut regnum, quod temporaliter assecutus es, velim te habere perpetuum, & qui imperas sæculo, possis regnare cum Christo. Tuis certe legibus, imperator, pateris nihil ′ perire, Romano nomini nullum admittis ingeri detrimentum. Itane verum est, princeps egregie, qui non solum præsentia Christi beneficia, sed desideras & futura, ut religioni, ut veritati, ut sinceritati catholicæ, communionis & fidei, temporibus tuis, patiaris quemquam inferre dispendium? Qua fiducia (rogo te) illic ejus præmia petiturus es, cujus hic damna non prohibes? Non sint gravia, quæso te, quæ pro tuæ salutis æternitate dicuntur. Scriptum legisti: *Meliora sunt vulnera amici, quam oscula inimici.* Quæso pietatem tuam, ut quo affectu dicuntur a me, eo tuis sensibus intimentur. Nemo pietatem tuam fallat. Verum est, quod figuraliter per prophetam scriptura testatur? *Una est columba mea, una est perfecta mea,* una est Christiana fides, quæ est catholica. Catholica autem veraciter illa est, quæ ab omnium perfidorum, atque ab eorum successoribus atque consortibus sincera, pura, immaculata communione ′ divisa est. Alioquin non erit divinitus mandata discretio, sed miseranda confusio. Nec ulla causa jam superest, si hoc in quolibet contagio voluerimus admittere, ne cunctis hæresibus aditum januamque pandamus. *Qui enim in uno offenderit, omnium reus est:* & *Qui minima spernit, paulatim decidit.* Hoc est quod sedes apostolica magnopere ′ cavet, ut quia mundo radix est apostoli gloriosa confessio, nulla rima pravitatis, nulla prorsus contagione maculetur. Nam si (quod Deus avertat, quod fieri non posse confidimus) tale aliquid proveniret, unde cuiquam resistere auderemus errori, vel unde correctionem errantibus posceremus? Proinde si pietas tua unius civitatis populum negat posse pace componi, quid nos de totius orbis terrarum sumus universitate facturi, si (quod absit) nostra fuerit prævaricatione deceptus? Si totus correctus est mundus, profana patrum suorum traditione despecta, quomodo non corrigatur unius civitatis populus, si prædicatio ′ fida succedat? Ergo, gloriose imperator, ′ nolo ego ecclesiarum pacem, quam, etiamsi cum mei sanguinis impendio provenire posset, ′ amplector? Sed (precor te) cujusmodi debeat esse pax ipsa, non utcumque, sed veraciter Christiana mente libremus. Quomodo enim potest esse pax vera, cui caritas intemerata defuerit? Caritas autem qualiter esse debeat, nobis evidenter apostolus prædicat; qui ait: *Caritas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.* Quomodo (quæso te) *de corde erit puro,* si contagio inficiatur externo? Quomodo *de conscientia bona,* si pravis fuerit malisque commixta? Quemadmodum *fide non ficta,* si maneat sociata cum perfidis? Quæ cum a nobis sæpe jam dicta sint, necesse est tamen incessabiliter iterari, & tamdiu non taceri, quamdiu nomen pacis obtenditur; ut nostrum non sit (ut invidiose jactatur) facere pacem, sed talem velle doceamus, qualis & sola pax esse, & præter quam nulla esse monstratur. Eutychianum certe dogma, contra quod apostolicæ sedis cautela pervigilat, si creditur salva fidei catholicæ posse veritate constare, promatur, asseratur, & quantislibet viribus adstruatur, ut non solum per seipsum, quam inimicum sit fidei Christianæ possit ostendi, sed quantas & quam lethales hæreses in sua contineat colluvione, monstrari. Si autem (ut magis confidimus) a catholicis judicatis mentibus excludendum, quæso te, cur non & contagia simul eorum, qui hac probantur esse polluti, decernitis refutanda, cum dicat apostolus: *Non solum qui non facienda faciunt, reos videri; sed etiam qui consentiunt facientibus?* Proinde sicut non potest, perversitatis communicatore suscepto, non pariter perversitas approbari: sic non potest refutari perversitas, complice sectatore perversitatis admisso. Legibus certe vestris criminum conscii, susceptoresque latrocinantium, pari judiciorum pœna constringuntur: nec expers facinoris æstimatur, qui licet ipse non fecerit, facientis tamen familiaritatem fœdusque receperit. Proinde cum Calchedonense concilium, pro fidei catholicæ atque apostolicæ veritate communioneque celebratum, damnaverit Eutychen detestandi furoris auctorem; non satis habuit, nisi ut pariter ejus quoque consortem Dioscorum ceterosque percelleret. Hoc igitur modo, sicut in unaquaque hæresi vel factum semper, vel fieri non habetur ambiguum, successores eorum Timotheum, Petrum atque alterum Antiochenum Petrum, non viritim propter singulos quosque rursus facto concilio, sed synodi semel acta regula consequenter elisit. Quemadmodum ergo non evidenter apparet, etiam cunctos simili tenore constringi, & qui eorum communicatores & complices extiterunt, atque omnes omnino a catholica atque apostolica merito communione discerni: hinc Acacium quoque jure dicimus a nostro consortio submovendum, qui maluit in sortem transire perfidiæ, quam in catholicæ atque apostolicæ communionis sinceritate constare, [b] cum fere per triennium, ne in id veniret, apostolicæ sedis epistolis doceatur competenter instructus. Postquam vero communionis est factus alienæ, non potuit nisi a catholicæ & apostolicæ mox societate præcidi, ne per eum, si vel paululum cessaremus, nos quoque videremur subiisse contagia perfidorum. Sed revera vel tali perculsus pœna resipuit, correctionem promisit, emendavit errorem? aut ille

tractatus

Marginalia: 2. Tim. 2. — ′ perite Romano nomini. Nulli admittis ingerere detrimentum. — Prov. 27. — Cant. 6. — Catholica fides quæ. — ′ divulsa — Iacob. 2. — Eccles. 19. — ′ prætaxavit. — Sedes apostolica non potest errare. — ′ fidei — ′ non negligo — ′ am[plector] — Pax C[hri]stiana — 1. Tim. — Rom.

tractatus leniùs ' voluerat coerceri, qui etiam verbera dura non sensit? Quo in sua perfidia, & damnatione ' moriente, tam ejus in ecclesiastica recitatione non potest nomen adscribi, quam externæ contagium non debet communicationis admitti. Quapropter aut doceatur ab hæretica participatione sincerus, quorum se ille communioni permiscuit, aut cum eisdem non potest non repelli. Si autem susurrant orientis episcopi, quod ad eos sedes apostolica non ista conscripserit, quasi vel ipsi de recipiendo legitime Petro sedem apostolicam suis literis fecerint certiorem, vel hujus receptionis inconditæ non jam pariter complices extitissent, quem sicut vere non possunt docere ab hæretica pravitate fuisse purgatum, ita se hæreticorum nullatenus poterunt excusare consortes. Quod si fortassis adstruxerint, quod ad apostolicam sedem de susceptione Petri per Acacium cuncti consona voce retulerint, per eumdem sibimet omnes pari ' voce sentiunt fuisse rescriptum. Apostolicæ vero sedis auctoritas, quod cunctis sæculis Christianis ecclesiæ prælata sit universæ, & canonum serie paternorum, & multiplici traditione firmatur. Sed vel hinc, utrum sibi quisquam contra Nicænæ synodi constituta quippiam valeat usurpare, collegio potest unius communionis ostendi, non mentibus externæ societatis aperiri. Apud illos si quis confidit, egrediatur in medium, & apostolicam sedem de utraque parte revincat & instruat. Tollatur ergo nomen e medio, quod ecclesiarum discretionem procul a catholica communione operatur, ut sincera pax fidei communionisque reparetur, & unitas: & tunc quis nostrum contra venerandam vel insurrexerit, vel nitatur insurgere vetustatem, competenter & legitime perquiratur. Et illic apparebit, quis modesto proposito custodiat formam traditionemque majorum: quis supra hæc irreverenter insiliens, rapina æqualem posse fieri arbitretur. Quod si mihi populi Constantinopolitani persona proponitur, per quam dicatur nomen scandali, id est Acacii, non posse removeri; taceo, quia & hæretico quondam Macedonio pulso, & Nestorio nuper ejecto, plebs Constantinoplitana catholica permanere delegerit potius, quam majorum præsulum damnatorum affectione retineri. Taceo, quod qui ab eisdem ipsis damnatis præsulibus, baptizati fuerant, in fide catholica manentes, nulla sint exagitatione turbati. Taceo, quod pro rebus ludicris populares tumultus nunc etiam vestræ pietatis auctoritas refrenarit: atque ideo multo magis pro salute animarum suarum necessario vobis Constantinopolitanæ civitatis obtemperat multitudo, si eam ad catholicam & apostolicam communionem vos principes reducatis. Etenim imperator Auguste, si contra leges publicas aliquid (quod absit) quispiam fortasse tentaret, nulla pati id ratione potuisses: ad divinitatis puram sinceramque devotionem, ut tibi plebs subdita redigatur, conscientiæ tuæ non putas interesse? Postremo, si unius civitatis populi animus non putatur offendi, ne divina (ut res postulat) corrigantur: quanto magis, ne divina offendantur, catholici nominis universi piam fidem nec lædere debemus omnino, nec possumus? Et tamen iidem nostra se poscunt voluntate sanari. Competentibus ergo finant curari se posse remediis: alioqui (quod absit) in eorum transeundo perniciem, cum illis perire possumus, ipsos vero salvare non possumus. Iam hic quid sit magis sequendum, sub divino judicio vestræ conscientiæ derelinquo: utrum, sicut nos optamus, simul omnes certam redeamus ad vitam; an, sicut illi poscunt, manifestam tendamus ad mortem. Sed adhuc apostolicam sedem, sibi medicinalia suggerentem, superbam vocare arrogantemque contendunt. Habet hoc qualitas sæpe languentium, ut accusent magis medicos congruis observationibus ad salubria revocantes, quam ut ipsi suos noxios appetitus deponere vel reprobare consentiant. Si nos superbi sumus, quia animarum remedia convenientia ministramus; quid vocandi sunt qui resultant? Si nos superbi sumus, qui obediendum paternis dicimus institutis; qui refragantur, quo appellandi sunt nomine? Si nos elati sumus, qui divinum cultum puro atque illibato cupimus tenore servari; qui contra divinitatem quoque sentiunt, dicant, qualiter nuncupentur? Sic & nos ceteri, qui in errore sunt, æstimant, quod eorum non consentiamus insaniæ. Vbi tamen spiritus superbiæ veraciter consistat & pugnet, veritas ipsa ' indicat. ' judicat.

Nota Severini Binii.

a *Epistola.*] Cum circa finem anni 493. Theodorici regis legati Constantinopoli revertissent, atque ea quæ ab imperatore Anastasio acceperant Gelasio papæ nuntiassent: ipse Gelasius apologeticam epistolam hanc ad eumdem Anastasium conscripsit, quæ in capitularibus regni Francorum citatur lib. 5. cap. 167. His literis persuaderi non potuit, ut remoto obice, ecclesiis unionem & pacem redderet. Obstitit Euphemius, asserens ab apostolica sede magis exerceri vindictam, quod ab Acacio spreta esset, quam justitiam defendi. Epistolam scriptam esse anno pontificatus Gelasii tertio, qui est Christi 494. ex eo colligitur, quod Anastasius hoc tempore se Eutychianum esse hæreticum, & Acephalorum sectæ signiferum necdum declararit: quem constat anno sequente virus in pectore occultatum plane evomuisse. Quare hãc apologiam ad Anastasium scripserit Gelasius.

b *Cum fere per triennium.*] Hujus triennii initium referendum est ad 15. annum Simplicii, quo Acacius delictum commisit, ut patet supra in notis epistolarum Simplicii 15. & 17.

IX. AD EPISCOPOS LVCANIÆ.

Nonnulla ecclesiastica instituta exponuntur.

Dilectissimis fratribus universis episcopis per Lucaniam & Brutios & Siciliam constitutis Gelasius.

TITVLI DECRETORVM PAPÆ GELASII, NVM. XXVIII.

I. *De constitutis ecclesiasticis, pro temporis qualitate moderandis.*

II. *Vt ubi nulla perurget necessitas, constituta patrum inviolata serventur, vel cum defuerint clerici, de monachis eligantur.*

III. *Vt si qui de laicis eliguntur ad clericum, multo sollicitius in his, ea quæ de monachis dicta sunt, inquirantur.*

IV. *Vt ab episcopis, præceptione papæ, novæ basilicæ dedicentur.*

V. *Vt nulla* * *prædia de baptizandis consignandisque fidelibus exigantur. Quod si qui hoc perpetraverint, honoris sui periculo subjacebunt.* * leg. precia

VI. *Vt presbyteri modum debitum servent, non chrisma conficiant, non consignent nec præsente quolibet episcopo, nisi jubeantur ab ipso, vel orare, vel sedere præsumant, nec acolythum, vel subdiaconum faciant.*

VII. *Si-*

VII. *Similiter ut diaconi mensuram propriam juxta patrum decreta custodiant.* A

VIII. *Quod diaconi in presbyterio residere non possint, nec sacri corporis prærogationem, præsentibus debeat usurpare presbyteris.*

IX. *Quod apostolica sedes paternos canones pio studio, devotoque custodiat.*

X. *Ut præter paschale tempus, & pentecosten nemo baptizare præsumat, nisi eos tantum, quos ægritudo extrema compulerit.*

XI. *Presbyterorum, & diaconorum ordinationes certis celebrari posse temporibus.*

XII. *Ut præfixis diebus virgines consecrentur.*

XIII. *Ut viduæ non velentur.*

XIV. *Ut nullus præsul vel ecclesia, vel monasterii servum, aut originarium, nolentibus dominis, sub nomine religioso defendat, honoris & communionis periculum subiturus quisquis hoc perpetrare tentaverit.* B

XV. *Ut clerici nulla negotia inhonesta, nec turpia lucra sectentur.*

XVI. *Ut nemo literas nesciens, vel aliqua parte corporis minutus, provehatur ad clerum.*

XVII. *De his, qui seipsos abscindunt.*

XVIII. *Quod ad clerum criminosi nequeant promoveri, & in clero positi, si in aliquibus fuerint inventi flagitiis, a suis officiis arceantur.*

XIX. *Quod dæmoniis, aliisque passionibus irretitis, ministeria sacra tractare non liceat.*

XX. *Quod hi, qui se sacris virginibus sociant, & fœdera incesta commiscent, communicare non possint, nisi forte publicam pœnitentiam gesserint.* C

XXI. *Quod viduæ, ut supradictum est, non velentur. Et si professam continentiam proposito mutato calcaverint, ipsæ pro se rationem sint * deo redditura.*

* al. *domino.*

XXII. *Quod secunda conjugia sæcularibus non negentur, quibus tamen ad clerum minime venire conceditur.*

XXIII. *Ut si quis susceperit ecclesiæ propriæ desertorem, & in aliquam provexerit dignitatem, utrique sententiæ subjaceant, quam canones addixerunt.*

XXIV. *Quod si qui ex monachis, aut laicis eliguntur ad clerum, cum nulla cogit necessitas, antiqua in eis debent instituta servari. Quod si probentur sacram mercati esse pretio dignitatem, ab officio deponantur, nam dantem, & accipientem Simonis magi crimen involvit.* D

XXV. *De sacris locis noviter institutis, quamvis superius dictum sit, hoc nunc tamen adjicitur, ut nulla basilica sub defunctorum constructa nomine dedicetur.*

XXVI. *Quod nefas sit fœminas sacris altaribus ministrare, vel aliquid ex his, quæ virorum sunt officiis deputata præsumere.*

XXVII. *Quod in unaquaque ecclesia, cui episcopus præest, tam de redditibus, quam de fidelium oblationibus quatuor debeant fieri portiones, ut una sit episcopi, alia clericorum, tertia pauperum, quarta ecclesiæ fabricis applicetur.* E

XXVIII. *Quod episcopus, presbyter, & diaconus, a quocumque clerico veraciter fuerit accusatus, quod adversus hæc constituta fecerit, potest sine dubitatione percelli, sui etiam honoris periculum episcopus subiturus, si hæc omnia ecclesiæ noscenda tacuerit.*

" CAPUT PRIMUM.

NECESSARIA rerum " dispensatione constringimur, & apostolicæ sedis moderamine convenimur; sic canonum paternorum decreta librare, & retro præsulum decessorumque nostrorum præcepta metiri, ut quæ præsentium necessitas temporum restaurandis ecclesiis relaxanda deposcit, adhibita consideratione diligenti, quantum potest fieri, temperemus; quo nec in totum formam veterum videamur excedere regularum, & reparandis militiæ clericalis officiis ', quæ per diversas Italiæ partes ita belli famisque consumpsit incursio, ut in multis ecclesiis (sicut fratris & coepiscopi nostri Ioannis, Ravennatis ecclesiæ sacerdotis, frequenti relatione comperimus) usquequaque deficiente servitio ' ministrorum, nisi remittendo paulisper ecclesiasticis promotionibus antiquitus intervalla præfixa remaneant (sine quibus administrari nequeant) sacris ordinibus ecclesiæ funditus destitutæ: atque in plurimis locis per inopiam competentis auxilii, salutare subsidium redimendarum desit animarum: nosque magno reatu, si tanto coarctante periculo, non aliquatenus videamur innecti.

CAPUT II.

" PRISCIS igitur pro sui reverentia manentibus constitutis; quæ, ubi nulla vel rerum vel temporum perurget angustia, regulariter convenit custodire, eatenus ecclesiis, quæ vel cunctis sunt privatæ ministris, vel sufficientibus usque adeo dispoliatæ servitiis, ut plebibus ad se pertinentibus divina munera supplere non valeant, tam instituendi quam promovendi clericalis obsequii sic spatia dispensanda concedimus.

Ut " si quis etiam de religioso proposito, & disciplinis monasterialibus eruditus, ad clericale munus accedat, in primis ejus vita præteritis acta temporibus inquiratur, si nullo gravi facinore probatur infectus, si secundam non habuit fortassis uxorem, nec a marito ' relictam sortitus ostenditur: si pœnitentiam publicam fortassis non gessit, nec ulla corporis parte vitiatus apparet: si servili aut originariæ non est conditioni obnoxius: si curiæ ' jam probatur nexibus absolutus: si assecutus est literas, sine quibus vix fortassis ostiarii possit implere ministerium: ut si his omnibus, quæ sunt prædicta, fulcitur, continuo lector, vel notarius, aut certe defensor effectus, post tres menses existat acolythus, maxime si huic ætas etiam suffragatur; sexto mense subdiaconi nomen accipiat: ac si modestæ conversationis, honestæque voluntatis existit, nono mense diaconus, completoque anno sit presbyter: cui tamen, quod annorum interstitia fuerant collatura, sancti propositi sponte suscepta doceatur præstitisse devotio.

CAPUT III.

" SI vero de laicis quispiam ecclesiasticis est aggregandus officiis, tanto solicitius in singulis, quæ superius comprehensa sunt, hujusmodi decet examinari personam, quantum inter mundanam religiosamque vitam constat esse discriminis: quia utique convenientia ecclesiæ ministeria reparanda sunt, non

non inconvenientibus meritis ingerenda: tantoque magis, quod sacris aptum possit esse servitiis, in eorum quærendum est institutis, ' quantum de tempore, quo fuerant hæc assequenda, decerpitur: ut morum habere doceatur hoc probitas, quod prolixior consuetudo non contulit; ne per occasionem supplendæ penuriæ clericalis, vitia potius divinis cultibus intulisse judicemur, non legitimæ familiæ computemur procurasse compendia: quorum promotionibus super anni metas, sex menses nihilo minus subrogamus: quoniam, sicut dictum est, distare convenit inter personam divino cultui deditam", & de laicorum conversatione venientem: quæ tamen eatenus indulgenda credidimus, ut illis ecclesiis, quibus infestatione bellorum vel nulla penitus, vel exigua remanserunt, ministeria renoventur: quatenus his Deo propitio restitutis, in ecclesiasticis gradibus subrogandis canonum paternorum vetus forma servetur: nec contra eos ulla ratione prævaleat, quod pro accidentis defectus remedio providetur, non adversus scita majorum nova lege proponitur: ceteris ecclesiis ab hac occasione cessantibus, quas non simili clade vastatas, pristinam faciendis ordinationibus convenit tenere sententiam. Quo magis hac opportunitate commoniti, observantiam venerandorum canonum propensius delegamus, singulorum graduum conscientias admonentes, ne in illicitos prorumpere moliantur excessus.

Nec fas esse" confidat quisque pontificum, bigamos, aut conjugia sortientes ab aliis derelicta, sive quoslibet' pœnitentium, vel sine literis, vel corpore ' vitiatos, vel conditionarios, aut curiæ publicarumque rerum nexibus implicatos, aut passim nulla temporis congruentis expectatione discussos, divinis servituros applicare mysteriis: neque pro suo libitu jura studeant aliena pervadere, absque sedis apostolicæ justa dispositione mandante.

CAPUT IV.

" BASILICAS noviter institutas, non petitis ex more præceptionibus, dedicare non audeant, nec ambiant episcopi sibimet vindicare clericos potestatis alienæ.

CAPUT V.

" BAPTIZANDIS consignandisque fidelibus sacerdotes precia nulla præfigant, nec illationibus quibuslibet impositis exagitare cupiant renascentes: quoniam quod gratis accepimus, gratis dare mandamur. Et ideo nihil a prædictis prorsus exigere moliantur, quo vel paupertate cogente deterriti, vel indignatione revocati, redemptionis suæ causas adire despiciant; certum habentes, quod qui prohibita deprehensi fuerint admisisse, vel commissa non potius sua sponte correxerint, periculum subituri proprii sint honoris.

CAPUT VI.

NEC minus etiam " presbyteros ultra modum suum tendere prohibemus: nec episcopali fastigio debita sibimet audacter assumere: non conficiendi chrismatis, non consignationis pontificalis adhibendæ sibimet arripere facultatem: non præsente quolibet antistite, nisi fortasse jubeantur, vel orationis, vel actionis sacræ ' supplendæ sibi præsumant esse licentiam: neque sub ejus aspectu, nisi jubeantur, aut sedere præsumant, aut ' veneranda tractare mysteria. Nec sibi meminerint ulla ratione concedi, sine summo pontifice, subdiaconum aut acolythum jus habere faciendi: nec prorsus addubitent, si quidquam ad episcopale ministerium specialiter pertinens suo motu putaverint exequendum, continuo se presbyterii dignitate & sacra communione privari. Quod fieri necesse est censeamus, si eorum præsule deferente, hujusmodi fuerit ' prævaricatio comprobata, nec ipso eorum episcopo a culpa conniventiæ & ultione vacaturo, si immoderata facientem dissimulaverit vindicare.

[' surripere aut suppetere, ex ed. Vvendelstini] [' venerabilia] [' præsumptio]

CAPUT VII.

DIACONOS quoque propriam constituimus servare mensuram, nec ultra tenorem " paternis canonibus deputatum quippiam tentare permittimus: nihil eorum penitus suo ministerio applicare, quæ primis ordinibus proprie decrevit antiquitas. Absque episcopo vel presbytero baptizare non audeant, nisi, prædictis fortasse officiis longius constitutis, necessitas extrema compellat. Quod & laicis Christianis facere plerumque conceditur.

[Quæ diaconi facere non possint.] [" Nic. 18.]

CAPUT VIII.

NON in presbyterio residere, cum divina celebrantur, vel ecclesiasticus ' habetur quicumque tractatus. Sacri corporis prærogationem, sub conspectu pontificis seu presbyteri, nisi his absentibus, jus non habeant exercendi.

Cum enim decreta venerabilium sanctionum nos quoque magnopere custodire nitamur, ac sine eorum dispendio etiam illa, quæ pro alicujus utilitatis compendio fortasse videantur laxanda, credamus.

[Vide notas can. 2. concil. Andegavensis, supra.] [' celebratur] [Ecclesiastici canones ab omnibus observandi.]

CAPUT IX.

CUMQUE nobis contra salutarium reverentiam regularum cupiamus temere nihil licere, & cum sedes apostolica ' superior his omnibus, favente domino, quæ paternis canonibus sunt præfixa, pio devotoque studeat tenere proposito; satis indignum est, quemquam vel pontificum, vel ordinum subsequentium, hanc observantiam refutare, quam beati Petri sedem & sequi videat & docere: satisque conveniens sit, ut totum corpus ecclesiæ in hac sibimet observatione concordet, quam illic vigere conspiciat, ubi dominus ecclesiæ totius posuit principatum, dicente scriptura: *Ordinate in me caritatem.* Et item. *Omnia cum ordine fiant.* Atque iterum psalmista prædicante: *Circumdate Sion, & complectimini eam, narrate in turribus ejus. Ponite corda vestra in virtute ejus, & distribuite gradus ejus, ut enarretis in progenies alteras, quoniam hic est Deus, Deus noster in æternum, & ipse reget nos in sæcula.* Hic procul dubio, qui in ecclesiasticarum narratur altitudine dignitatum, & in cujus virtute bonis operibus corda ponenda sunt, gradibus utique distributis; cunctis Deus noster & rector populis prædicandus est Christianis: ubi nemo sibimet aliquid jam existimet imminutum, cum & de uniuscujusque gradus perfectione nihil deperit, & convenienter retinendo, quod cælesti dispensatione collatum est, pariter nobis & cognoscibilem Deum fieri, & tribuit esse rectorem. Nam

[' super his in e dit. 1525. & 1609.] [Cant. 2.] [1. Cor. 14.] [Psal. 47.]

Nam & si quid indulgetur de temporum quantitate, moribus aggregata strenuitate pensatur: si vitæ jam proposito continetur, quod protelata fuerat ætate curandum, dummodo illa nullatenus dissimulata subrepant, quorum quodlibet, si inesse claruerit, merito clericalibus infulis reprobabilem convincat esse personam. Et si illa nonnunquam sinenda sunt, quæ, si ceterorum constet integritas, sola nocere non valeant: illa tamen sunt magnopere præcavenda, quæ recipi nisi manifesta decoloratione non possint. Ac si ea ipsa, quæ nullo detrimento aliquoties indulgenda creduntur, vel rerum temporumque cogit intuitus, vel acceleratæ provisionis respectus excusat: quanto magis illa nullatenus mutilanda sunt, quæ nec ulla necessitas, nec ecclesiastica prorsus extorquet utilitas?

' etiam
' subripiāt

CAPUT X.

" BAPTIZANDI sibi quisquam passim quocumque tempore nullam credat inesse fiduciam, præter paschale festum & pentecostes venerabile sacramentum, excepto dumtaxat gravissimi languoris incursu: in quo verendum est, ne morbi crescente periculo, sine remedio salutari fortassis ægrotans exitio præventus abscedat.

" De Consecr dist 4. baptizandi Baptisma in paschate & pentecoste conferendum.

CAPUT XI.

" ORDINATIONES etiam presbyterorum & diaconorum, nisi certis temporibus & diebus, exercere non debent, id est, quarti mensis jejunio, septimi & decimi, sed & etiam quadragesimalis initii, ac mediana quadragesimæ die, sabbati jejunio circa vesperam noverint celebrandas. Nec cujuslibet utilitatis" causa, seu presbyterum seu diaconum his ' præferre, qui ante ipsos fuerint ordinari.

" Dist. 75. c fin. Sacri ordines statis temporibus conferendi.
" hæc vox abest a c. Iust. & ab edit. 1525. & 1609 ac sine ea constare potest sensus.
' præferri

CAPUT XII.

" DEVOTIS quoque Deo virginibus, nisi aut in ' epiphaniarum die, aut in albis paschalibus, aut in apostolorum natalitiis sacrum minime velamen imponant, nisi forsitan (sicut de baptismate dictum est) gravi languore correptis, ne sine hoc munere de sæculo exeant, implorantibus non negetur.

" 20. q. 1. Devotis. Virgines sacræ quādo velādæ.
' epiphaniorum

CAPUT XIII.

VIDUAS autem ' velare pontificum nullus attentet, quod nec auctoritas divina delegat, nec canonum forma præstituit. Non est ergo penitus usurpandum, eisque sic ecclesiastica sunt ' ferenda præsidia, ut nihil committatur illicitum.

Viduæ non velandæ.
' sub aliqua benedictione
' conferenda, inferenda

CAPUT XIV.

" GENERALIS etiam querelæ vitanda præsumptio est, qua propemodum causantur universi, passim servos & originarios, dominorum jura ' possessionumque fugientes, sub religiosæ conversationis obtentu, vel ad monasteria sese conferre, vel ad ecclesiasticum famulatum, ' conniventibus quoque præsulibus, indifferenter admitti: quæ modis omnibus est amovenda pernicies, ne per Christiani nominis institutum, aut aliena pervadi, aut publica videatur disciplina subverti: præ-

" Dist. 54. Servi absq; dominorū consensu non ordinandi.
' possessionem
' cohibentibus

A cipue cum nec ipsam ministerii clericalis hac obligatione fuscari conveniat dignitatem, cogaturque pro statu militantium sibi conditione que jurgari, aut videri, quod absit, obnoxia. Quibus solicita competenter interdictione prohibitis, quisquis episcopus, presbyter, aut diaconus, vel eorum, qui monasteriis præesse noscuntur, hujusmodi personas apud se tenentes non restituendas patronis, aut deinceps vel ecclesiasticæ servituti, vel religiosis congregationibus putaverint applicandas, nisi voluntate forsitan dominorum, sub scripturæ testimonio primitus absolutas, vel legitima transactione concessas, periculum se honoris proprii non
B ambigant communionisque subituros, si super hac re cujusquam verax nos querela pulsaverit. *Magnis quippe studiis*, secundum beatum apostolum, *præcavendum est, ne fides & disciplina domini blasphemetur.* 1. Tim

CAPUT XV.

" CONSEQUENS fuit, ut illa quoque, quæ de Piceni partibus nuper ad nos missa relatio nuntiavit, non prætereunda putaremus, id est, plurimos clericorum negotiationibus inhonestis & lucris turpibus imminere, nullo pudore cernentes euangelicam lectionem, qua ipse dominus negotiatores e templo verberatos flagellis asseritur expulisse, nec apo-
C stoli verba recolentes, quibus ait: *Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus:* Psalmistam quoque David surda dissimulantes aure cantantem: *Quoniam non cognovi negotiationes, introibo in potentias domini.* Proinde hujusmodi aut ab" indignis posthac quæstibus noverint abstinendum, & ab omni cujuslibet negotiationis ingenio vel cupiditate cessandum: aut in quocumque gradu sint positi, mox a clericalibus officiis abstinere cogantur: quoniam domus Dei, domus orationis & esse debet, & dici, ne officina negotiationis & spelunca potius sit latronum.

" Di[...] Cle[...] nego[...] pia [...] prohi[...] tur.
Matth. Ioan.
2. Ti[...]
Psal.
" 14. Cleri[...]
Luc. Isai.

CAPUT XVI.

" ILLITERATOS quoque, & nonnulla
D parte corporis imminutos, sine ullo respectu ad ecclesiasticum didicimus venire servitium. Quod simul antiqua traditio, & apostolicæ sedis vetus forma non recipit: quia nec literis carens sacris esse potest aptus officiis, & vitiosum nihil prorsus Deo offerri legalia præcepta sanxerunt. Itaque de cetero modis omnibus hæc vitentur, nec quisquam talis suscipiatur in clerum. Si qui vero vel temeritate propria, vel incuria præsidentium tales ante suscepti sunt, in his quibus constituti sunt locis eatenus perseverent, ut nihil unquam promotionis accipiant: satisque habeant, hoc ipsum sibi pro nimia miseratione permissum.

" D[...] Illiter[...] corpo[...] tiatia[...] rum prom[...] veanu[...]
Levit. Deut.

E
CAPUT XVII.

DE his autem, qui seipsos abscindunt, paterni canones evidenter sequenda posuerunt, quorum tenorem sufficiat indidisse. Dicunt enim, talia perpetrantes, mox ut agniti fuerint, a munere clericali debere secludi. Quod modis omnibus custodire nos convenit, quia fas esse nulli suppeditat, quidquam præter illa, quæ memorabilis decrevit forma, censere.

" Nicæ[...] Canō[...] stolorū 21. 22.[...]

CAPUT

CAPUT XVIII.

A

COMPERIMUS etiam horrendis quibusdam criminibus implicatos, tota discretione submota, non solum de factis atrocibus necessariam pœnitudinem non habere, sed nec aliqua correctione penitus succedente, ad divinum ministerium honoremque contendere. Nonnullos autem etiam in ipsis ordinibus constitutos, gravibus delinquentes facinoribus, non repelli, cum & apostolus clamet: *Nemini cito manus imponendas, neque communicandum peccatis alienis*; & majorum " veneranda constituta pronuntient, hujusmodi, etiam si forte subrepserint, tam qui ante peccaverunt, detectos oportere repelli, quam sacræ professionis oblitos, prævaricatoresque sancti propositi, procul dubio submovendos.

CAPUT XIX.

" USQUE adeo sane comperimus, illicita quæque prorumpere, ut dæmoniacis ' similibusque passionibus irretitis, ministeria ' sacrosancta tractare tribuatur. Quibus si hoc opere positis aliquid propriæ necessitatis occurrat, quis de sua ' fidelium salute confidet, ubi ministros ipsos curationis humanæ tanta perspexerit calamitate vexari? Atque ideo necessario removendi sunt, ne quibuslibet, pro quibus Christus est mortuus, scandalum generetur infirmis. Postremo, si corpore sauciatum fortassis aut debilem, nequaquam sancta contingere lex divina permittit; quanto magis doni cælestis dispensatores esse non convenit, quod est deterius, mente ' perculsos?

CAPUT XX.

VIRGINIBUS autem sacris temere se quosdam sociare cognovimus, & post dicatum Deo propositum, incesta fœdera sacrilegaque miscere. Quos protinus æquum est a sacra communione detrudi, & nisi per publicam probatamque pœnitentiam, omnino non recipi: sed tamen viaticum de sæculo transeuntibus, si tamen pœnituerint, non negetur.

CAPUT XXI.

NAM " de viduis sub nulla benedictione velandis, superius ' late sufficienterque prædiximus. Quæ si propria voluntate professam pristini conjugii castitatem mutabili mente calcaverint, periculi earum intererit, quali Deum debeant satisfactione placare, quia (juxta apostolum) *primam fidem irritam fecerunt*. Sicut enim, si se forsitan continere non poterant, secundum apostolum, nullatenus nubere vetabantur; sic habita secum deliberatione, promissam Deo pudicitiæ fidem ' debent custodire. Nos autem talibus nullum laqueum debemus injicere; sed solum adhortationes præmii sempiterni, pœnasque proponere divini judicii, ut & nostra sit absoluta conscientia, & illarum pro se rationem Deo reddat in entio. Cavendum est quippe, ' ut de earum moribus actibusque beatus apostolus testatur, quod ' plenius exponere præterimus, ne sexus instabilis non tam deterreri, quam admoneri videatur.

CAPUT XXII.

SECUNDAS nuptias sicut sæcularibus inire conceditur, ita post eas nullus ad clericale sinitur venire collegium. Alia est enim humanæ fragilitati generaliter concessa licentia, alia debet esse vita divinarum rerum servitio dedicata.

Secundæ nuptiæ sæcularibus permittuntur, qui tamen ad clerum accedere prohibentur.

CAPUT XXIII.

QUISQUIS propriæ desertor ecclesiæ, nullis existentibus causis, ad aliam putaverit transeundum, temereque susceptus fuerit & promotus; reverendorum canonum vel ipse vel receptor ejus ' atque provector constituta non effugiet, quæ de hujusmodi præ-
B sumptoribus præfixere servanda. "

Episcopi propria relicta ecclesia ad aliam se non trāsferant.

' ad quem profectus est,

" Nicæni 15. & 16.

CAPUT XXIV.

DE monachis laicisque in prima copiosius præceptionis hujus parte digestum est ", quæ vel quatenus his pro rerum temporumque necessitate concessa sint, vel quemadmodum, ubi nullius ' necessitatis interesse probatur, non nisi vetus institutio debeat custodiri. " Quos vero constiterit indignos meritis, sacram mercatos esse precio dignitatem, convictos oportet arceri non sine periculo facinus tale perpetrantes: quia dantem pariter & accipientem damnatio Simonis, quam sacra lectio testatur, involvit.

Simoniaci deponuntur.

" Vide supra cap. 2. & 3.

' facti necessitas

" 1. q. 1. Quos constiterit

Actor. 8.

CAPUT XXV.

C " DE locorum consecratione sanctorum, quamvis superius strictim fuerit comprehensum, nobis quoque patefactum est, quod absque præcepto sedis apostolicæ nonnulli factas ecclesias vel oratoria sacrare præsumant: hoc sumus tamen indicio detestabiliore permoti, quod in quocumque ' nomine defunctorum, & (quantum dicitur) nec omnino fidelium, constructiones ædificatas sacris processionibus ' audacter instituere memorantur: quæ quoniam tam acerba tam dura sunt, si revera Christianitatis affectus in illis regionibus certus & fixus est, & districtius ista quærantur, & a quibus fuerint gesta, pro-
D dantur: quoniam sicut latentibus in hac atrocitate hominibus non extat, in quem sententia debita proferatur; ita cum manifestis fuerit documentis expositus, ' quem tanti sceleris poscit immanitas, non ' effugiet ullatenus ultionem.

" De cons. dist. 1. Ecclesiæ sine auctoritate Romani pontificis non dedicandæ.

' quorumcumque

' professionibus

' quam

' vitabit

CAPUT XXVI.

NIHILO minus impatienter audivimus, tantum divinarum rerum subisse despectum, ut feminæ sacris altaribus ministrare ' ferantur: & cuncta, quæ non nisi virorum famulatui deputata sunt, sexum, cui non competit, exhibere.

Feminæ sacris altaribus non ministrent.

' firmentur

Viso ' quod omnium delictorum, quæ sigillatim perstrinximus, noxa ' omnis & crimen
E eos respicit sacerdotes, qui vel ista committunt, vel committentes minime publicando, pravis excessibus se favere significant: si tamen sacerdotum jam sint vocabulo nuncupandi, qui delegatum sibi religionis officium sic prosternere moliuntur, ut in perversa quæque profanaque declives, sine ullo respectu regulæ Christianæ, præcipitia funesta sectentur. Cumque scriptum sit: *Minima qui spernit, paulatim decidit*: quid est de talibus existimandum, qui immensis ac multiplicibus pravitatum mo-

' nisi

' noxiorum reatus omnis

molibus occupati, ingentem ruinam multimodis impulsionibus ediderunt, quæ non A solum ipsos videatur obruere, sed & ecclesiis universis mortiferam, si non sanentur, inferre perniciem? Nec ambigant, qui hæc ausi sunt exercere, sed etiam qui hactenus cognita siluerunt, sub honoris proprii se jacere dispendio, si non quanta possint celeritate festinent, ut lethalia vulnera competenti ' medicatione ' curentur. Quo enim more teneant jura pontificum, qui pontificalibus excubiis eatenus injuncta dissimulant, ut contraria domui Dei, cui præsident, potius operentur? Qui quantum apud dominum possent, si non nisi convenientia procurarent, tantum quid mereantur, aspiciant, cum execrabili studio sectentur adversa. B Et quasi magis hæc regula sit, qua ecclesiæ debeant gubernari, si quidquid est ecclesiasticis inimicum regulis, perpetratur, cum & si cognitos habuit canones unusquisque pontificum, intemerata debuerit tenere custodia. Et si forsitan nesciebat, consulere fidenter oportuerit ' scientem. Quo magis excusatio nulla succurrit errantibus: quia " nesciens, proposuit servare quod noverat, nec ignorans curavit nosse quod gereret.

' medicina sanentur ' salventur.

' ignorantem.

" nec sciés, omnino legendum est ut habet c. Iust & edit. canon. e. u.

Caput XXVII.

" QUATUOR autem tam de reditu, quam de oblatione fidelium, prout cujuslibet C ecclesiæ facultas admittit, sicut dudum rationabiliter est decretum ", convenit fieri portiones. Quarum sit una pontificis, altera clericorum, pauperum tertia, quarta fabricis applicanda. De quibus, sicut sacerdotis intererit, integram ministris ecclesiæ memoratam dependere quantitatem, sic ' clerus ultra delegatam sibi summam nihil insolenter noverit expetendum. Ea vero, quæ ecclesiasticis ædificiis attributa sunt, huic operi veraciter prærogata, locorum doceat instauratio manifesta sanctorum: quia nefas est, si sacris ædibus destitutis, in lucrum suum præsul impendia his ' designata convertat. D Ipsam nihilominus adscriptam pauperibus portionem, quamvis divinis rationibus se dispensasse monstraturus esse videatur, tamen juxta quod scriptum est: *Ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in cælis est*, oportet etiam præsenti testificatione prædicari, & bonæ famæ præconiis non taceri.

" 12. q. 1. Ecclesiæ reditus & fidelium oblationes quadripartito dividendæ.

" a Simpl. c 2.

' clericus

' deputata

Matth. 5.

Caput XXVIII.

" QUAPROPTER ' nec clericorum quispiam se hujus offensæ futurum confidat immunem, si in his, quæ salubriter sequenda deprompsimus, sive episcopum, sive presbyterum, sive diaconum viderit excedentem, E non protinus ad aures nostras deferre curaverit, probationibus dumtaxat competenter exhibitis, ut transgressoris ultio fiat, & ceteris interdictio delinquendi. ' Sui vero modis omnibus erit unusquisque pontificum ordinis & honoris elisor, si cuiquam clericorum, vel ecclesiæ totius auditui hæc putaverit supprimenda. Data v. Idus Martii, Asterio & Præsidio viris clarissimis consulibus. *Et alia manu:* Deus vos incolumes custodiat, fratres carissimi. "

" 2. q. 7. ' ne

' Sic

" Anno Christi 494.

X. AD EPISCOPOS SICILIÆ.

Ecclesiæ facultates ab episcopis, clericis & pauperibus distribui debere: diœceses & bona ecclesiæ ab episcopis triginta annos possessa eis non auferenda.

Gelasius Romanæ ecclesiæ episcopus, dilectissimis & in Christi caritate unanimiter connexis fratribus episcopis qui in Sicilia sunt constituti.

' PRÆSULUM auctoritas nostrorum emanavit, ut facultates ecclesiæ episcopi ad regendum habeant potestatem; ita tamen, ut viduarum, pupillorum, atque pauperum, nec non clericorum stipendia distribuere debeant. Hoc eis etiam statuimus dari, quod hactenus decretum est. Reliquum sibi episcopi vindicent, ut (sicut ante diximus) peregrinorum atque captivorum largitores esse possint.

' Quon præsul

Illud etiam annecti placuit, ut si (quod absit) facultates ecclesiæ, nec non & diœceses, quæ ab aliquibus possidentur episcopis, jure sibi vindicent, quod ' tricennalis lex conclusit, quia & filiorum nostrorum principum ita emanavit auctoritas, ut ultra triginta annos nulli liceat pro eo appellare, quod legum " tempus exclusit. Data Idibus Maii Asterio, & Præsidio viris clarissimis consulibus. "

' tricen ria

" tutela regula, potius tela, q tum er po.est u. c.

" Ann Christi 494.

XI. AD EPISCOPOS DARDANIÆ ET ILLYRICI.

Commendat eorum religionem: Thessalonicensem episcopum, qui hæreticorum nomina damnare recusavit, apostolicæ sedis communione privatum esse, & Acacium in excommunicatione mortuum non posse absolvi significat.

Gelasius episcopus universis episcopis per Dardaniam " sive per Illyricum constitutis.

" in q codd. le & Dacia

AUDIENTES orthodoxam vestræ dilectionis in Christo constantiam, atque ita vos antiquæ fidei communionisque sinceræ traditionibus inhærentes, ut mentem Christianæ deditam veritati nullatenus infecerint prævaricatorum vicina contagia, magnificavimus dominum, caritatemque vestram missis literis alloqui per religiosos viros filios nostros Cyprianum atque Macarium diacones toto cordis aviditate curavimus: quoniam pro sedis apostolicæ principatu, cujus solicitudo delegata divinitus cunctis debetur ecclesiis, nos vivimus, si vos statis in domino, magnisque gaudiis triumphamus. Cum ubique terrarum dominum Sabaoth semen puræ confessionis reliquisse cognoscimus, quod non in petrosa deveniens, æstu tentationis exaruit, nec viæ proximum cecidit vacantibus inimicis expositum, nec in spinis irruit suffocandum, sed in bonam terram piæ devotionis vestræ cælesti ' factione dispersum in trigesimum & sexagesimum fructum centenariumque profecit, profectionemque scilicet frumenti dominici mystica locutione designans. Quaproter exultantibus animis confidentius incitamus, ut ab Eutychianæ pestis incursu pectora vestra sapienter intemerata servetis: quoniam jam *qui perseverat usque in finem, hic salvus erit.* Matth. 10.

' satione

Dominus

Dominus prope est, nihil soliciti sitis, siquidem major est, quod in nobis est, quam qui in hoc mundo, regnumque domini intra nos, (etiam scriptura testante) sit certum. Vt autem ab eorum, qui in errore sunt positi, noxia societate caveatis, nullum talibus communicantem ad vestrum recipiatis qualibet subreptione cōsortium: quia sicut in unaquaque hæresi cum pravitatis auctore damnato successores ejus & complices atque hujusmodi sectatoribus polluta communione permixtos catholica vitare debet integritas, ita cum Eutychete, Dioscorus simulque Timotheus Ælurus & Petrus Alexandrinus, ejusque communicator Acacius, nec non etiam Antiochenus Petrus, cum suis sunt omnino participibus abdicandi. Nec quisquam, etiamsi pravitatem deponere se promittat, recitandis tamen nominibus consentiens perditorum, vel eadem recitantium minime communione discretus ad immaculata sacrilegiis ovilia quibuscumque modis est permittendus intrare, ut ecclesia Dei nostri, *quæ maculam rugamque non sustinet*, inviolata permaneat. Absint ergo a fidelibus Christi viperæ capitis dira commercia, & procul a cælestibus pascuis mortifera venena pellantur, ut salutaris alimonia panis illius, qui de cælo descendit, fideles hanc sumentes ad vitam perducat æternam.

Quæ ut mutua valeamus exhortatione prospicere, det operam vestra dilectio, ut sospitatem vestræ caritatis optatam, & fidei communis instantia nobis crebrius aperire non desinat, quatenus alternis nos instructionibus excitantes, legitimorum domini sacerdotum possimus invenire mercedem. Per vicinas quoque provincias hæc eadem patefacere vestra caritas vigilanter insistat; ut & qui catholicæ communionis sinceritate subsistunt, competentibus roborentur alloquiis, & qui forsitan ab hujus rectitudine deviarunt, ad integritatem dogmatis Christiani salubribus monitis reducantur. Noverit autem vestra fraternitas ecclesiæ Thessalonicensis antistitem nostris adhortationibus sæpius incitatum, contagia communionis externæ nunquam declinare voluisse, nec apud nos nomen Acacii, vel ceterorum similium perfidorum, hisque communicantium congrua professione damnasse. Quapropter cum communionem sedis apostolicæ non recepisse manifestum est, quoniam nisi puris sensibus, & ab omni nefanda societate beati Petri apostoli, nec possumus nec debemus ecclesiæ præbere commercia. Propterea cautius agendum est cum præfato, ne catholicis mentibus, ut fit, apostolicæ sedis reconciliatione subrepat; quam sicut dolosis artibus fallere & circumvenire non prævalet, ita sub cujus non potest obtinere auctoritatem quoque nostram, quæ ad Dalmatiarum est directa pontifices, etiam ad vos credimus dirigendam, quatenus in veritate catholica, secundum formam traditionis antiquæ tenere nos consonam noveritis ubique sententiam. Si quos vero novos didiceritis motus exurgere, nobis fraterna debetis solicitudine reserare, quo subinde, quæ patrum regulis congruant, præstante domino, remedia procuremus.

Nec quisquam " omnino vobis persuadeat, Acacio prævaricationis suæ crimen fuisse laxatum, quia qui postquam in collegium recidens pravitatis, jureque meruit ab apostolica communione secludi, in hac eadem persistens damnatione defunctus est. Absolutionem quam superstes nec quæsivit omnino, nec meruit, mortuus jam non potest impetrare, siquidem ipsis apostolis Christi voce delegatum est: *Quæ ligaveritis super terram, & quæ solveritis super terram.* Ceterum jam de eo qui in divino est judicio constitutus, nobis fas non est aliud decernere, præter id, in quo eum dies supremus invenit: atque ideo nisi ejus nomine refutato, ceterisque consortibus hujus erroris, cum nullo prorsus eorum participare debetis mensæ dominicæ puritatem, quam majores nostri semper ab hæretica magnopere servaverunt pollutione discretam. Sed neque vos quisque circumvenire pertentet: quod dicat non de religione, sed de moribus esse certamen, vel apostolicam sedem non causam communionis catholicæ fideique tractare, sed injuriam dolere, cur videatur ab Acacio fuisse contempta: quoniam hæc & hujusmodi, quatenus simplices quoque decipiant, hi qui in errore sunt positi spargere non quiescunt. Videtis enim, sicut supra jam dictum est, per nomina prævaricatorum, si, quod absit, in ecclesia recitanda credantur, simul & contagium prævaricationis induci. Sedes autem apostolica in tantum non contumeliam dolet, sed fidem defendit, communionemque sinceram, ut hodie cuncti, qui in ejus visi sunt prorupisse despectum, si ad integritatem fidei communionemque catholicam revertantur: secundum regularum tramitem paternarum, toto cordis affectu venientes, & plena caritate suscipiat. Data III. Nonas Augusti, Asterio & Præsidio viris clarissimis consulibus."

Qui impœnitens mortuus est excommunicatus, post mortē non potest absolvi.

Matth. 16.

XII. AD ª ÆONIVM ARELATENSEM EPISCOPVM.

ª Anno Christi 494.

De episcopatus sui primordiis.

Mutuam caritatem cum fide catholica retinendam esse monet.

Dilectissimo fratri Æonio Gelasius.

INTER difficultates varias copiam nos reperisse gratulamur, qua per divinam gratiam sedis apostolicæ regimen nos adisse pandentes, prætermissum diu cum tua misceremus fraternitate sermonem, & salutatione directa, mutua caritate soliciti dilectionis quoque tuæ prospera quæreremus. Quanto enim totius ovilis curam, Christo domino delegante, susceptam B. Petri apostoli gubernatio principalis universo gregi debet in orbe terrarum, tanto pietatis affectu cunctas ecclesias earumque rectores amplectitur, & inter diversos mundi turbines, si paterna fide vel traditione firmiter perseverant, ubi primum facultas arriserit, & quærit anxia, & gavisa cognoscit. Quapropter, frater carissime, instantius religiosis viris filiis nostris Euphronio presbytero & Restituto viro religioso, qui ad Italiæ partes ad providendam congregationi sanctæ substantiam commearāt, remeantibus ad propria, silere nequivimus: sed omni voto dilectionem tuam duximus admonendam, quatenus & vigere apud nos alternæ viscera gratiæ fratres & coepiscopi nostri per Gallias constituti, caritate tua vulgante, cognoscerent: & desiderantibus omnium per quos tua caritas voluisset, referret mutuo sospitatem, consta-

retque nullatenus quantumlibet sæculo de- A trahente divelli, sed catholicam professionem manere semper ubique conjunctam. Dominus te incolumem custodiat, frater carissime. Data x. Kalendas Septembris, Asterio & Præsidio viris clarissimis consulibus."

" Anno Christi 494.

NOTA SEVERINI BINII.

An hæc epistola ad Æoniū vel ad Cæsarium scripta sit?

a *Æonium.*] Hanc inscriptionem illustrissimus cardinalis Baronius mendosam esse putat, quasi Cæsario non Æonio scripta fuerit: verum eam, quam a Felice III. ad Cæsarium scriptam supra recensuit, in recognitionibus tomi decimi a Felice IV. datam esse recognovit. Ideoque relinquendam esse putavi inscriptionem epistolæ hanc, quam priore editione tollendam esse judicavit. Spero hanc nostram recognitionem an- B nalium scriptori pergratam fore, ubi de ea certior factus fuerit.

XIII. AD EPISCOPOS DARDANIÆ.

Acacium solius apostolicæ sedis judicio jure damnatum ostendit.

' Dilectissimis fratribus universis episcopis per Dardaniam constitutis Gelasius.

'Gelasius episcopus urbis Romæ ad Dardanos.

VALDE mirati sumus, quod vestra dilectio quasi novam veluti difficilem quæstionem, & adhuc tamquam inauditum quippiam nosse desiderat, quod Eutychianæ pestilentiæ communicatores, non habentes quod pro suæ perditionis obstinatione respondeant, frequenti jam ratione convicti; ' misera con- C tentione submurmurant, non quia sit alicujus momenti quod garriunt, sed quia non inveniunt penitus quid loquantur. Vbi magis eos, qui catholicis sensibus instituti sunt, adhuc hærere miramur, quam illos, qui a veritate exciderunt, & ab antiqua ecclesiæ traditione sunt devii, profanasque vocum novitates, & ineptias caducæ perversitatis obtendunt, quibus eos vestra dilectio retulit jactitare. Ideo Acacium non putare jure damnatum, b quod non speciali synodo videatur fuisse dejectus; & insuper dementiam suæ vanitatis accumulant, pueriliter adjicientes, præcipue pontificem regiæ civitatis. Quapropter stultitiam re- D spuentes inanium querelarum, percurrere vos oportet ab ipsis beatis apostolis & considerare prudenter, quoniam patres nostri catholici' doctique pontifices in unaquaque hæresi quolibet tempore suscitata, quidquid pro veritate, pro communione catholica atque apostolica secundum scripturarum tramitem prædicationemque majorum facta semel congregatione sanxerunt, inconvulsum voluerunt deinceps firmumque constare: nec in eadem causa denuo quæ præfixa fuerant retractari qualibet recenti præsumptione permiserunt; sapientissime prævidentes quoniam si decreta salubriter cuiquam liceret iterare, nullum contra singulos quosque prorsus errores stabile persisteret ecclesiæ E constitutum, ac semper iisdem' furoribus recidivis omnis integra definitio turbaretur. Nam si limitibus etiam præfixis positarum semel synodalium regularum, non cessant elisæ pestes resumptis certaminibus contra fundamentum sese veritatis attollere, & simplicia quæque corda percutere; quid fieret, si subinde fas esset perfidis inire concilium? cum quamlibet ' illa manifesta sit veritas, nunquam desit quod perniciosa depromat & falsitas, tametsi ratione vel auctoritate deficiens, sola tamen contentione non cedens. Quæ majores nostri divina inspiratione cernentes, necessarie præcaverunt, ut quæ contra unamquamque hæresim coacta' synodus pro fide, communione & veritate catholica atque apostolica promulgasset, non sinerent post hæc novis retractationibus mutilari, ne pravis occasio præberetur, quæ medicinaliter fuerant statuta, pulsandi: sed auctore cujuslibet insaniæ, ac pariter errore damnato, sufficere judicarunt, ut quisquis aliquando hujus erroris communicator existeret, principali sententia damnationis ejus esset obstrictus: quoniam manifeste quilibet vel professione sua vel communione posset agnosci. Et ut ' priora taceamus, quæ diligens inquisitor facile poterit vestigare, Sabellium damnavit synodus; nec ut sectatores ejus postea damnarentur, necesse fuit singulas viritim synodos celebrari, sed pro tenore constitutionis antiquæ cunctos, qui vel pravitatis illius vel communionis extitere participes, universalis ecclesia duxit esse refutandos. Sic propter blasphemias Arii forma fidei communionisque catholicæ, Nicæno prolata conventu, Arianos omnes, vel quisquis in hanc pestem, sive consensu sive communione deciderit, sine retractatione conclusit. Sic Eunomium, Macedonium, Nestorium synodus semel gesta condemnans, ulterius ad nova concilia venire non sivit: sed universos quocumque modo in hæc consortia recidentes, tradito sibi limite synodali, refutavit ecclesia; nec unquam recte cessisse manifestum est, qualibet necessitate cogente novis ausibus, quæ fuerant salubriter constituta temerasse. " Propterea tempestate quoque persecutionis Arianæ plurimi catholici sacerdotes de exiliis, pace reddita, respirantes; " sic cum catholicis nihilo minus fratribus ecclesias composuere turbatas, ut non tamen illius synodi Nicænæ quidquid de fide & communione catholica & apostolica definierat, immutarent, nec nova quemquam prolapsum damnatione percellerent, sed illius tenore decreti, nisi resipuissent, censerent esse damnatos. Quibus convenienter (ut dictum est) ex paterna traditione perpensis, confidimus, quod nullus jam veraciter Christianus ignoret uniuscujusque synodi constitutum, quod universalis ecclesiæ probavit assensus, non aliquam magis exequi sedem præ ceteris oportere, quam primam, quæ & unamquamque synodum sua auctoritate confirmat, & continuata moderatione custodit, pro suo scilicet principatu, quem beatus Petrus apostolus domini voce perceptum, ecclesia nihilo minus subsequente & tenuit semper, & retinet. Hæc dum Acacium certis comperisset indiciis a communione catholica deviasse, diutius ista non credēs, quippe quem noverat executorem sæpe necessariæ dispositionis suæ contra hæreticos extitisse, per triennium fere literis destinatis eumdē monere non destitit, sicut per diversos missa frequenter scripta testantur. Quibus ille ' cum * debito silentio diu non respondere proponeret", episcopalis quoque directa legatio est, ac nihilo minus pagina destinata, quæ præmoneret, eum suorum ante meminisse gestorum, & quæ primitus pro fide catholica desudasset, oportere respicere. Contestans, & blandiendo pariter & minando, ne se a corpore catholicæ unitatis abscinderet; simulque quoniam hunc Ioannes secundæ sedis antistes gravibus pulsaret objectis, ad

' Tota

' videlicet

Non sunt retractāda, quæ sunt in cōciliis jam decreta.

' furoris residui

' illius

ad primæ sedis audientiam cohortatus est, vel venire debere vel mittere. Licet enim synodus iteranda non esset, tamen congrueret, ut cujuslibet civitatis episcopus primæ sedis judicium non vitaret, ad quod convenerat secundæ sedis antistes, qui nisi a prima sede non posset audiri, præcipue qui præjudicatis animis nulla synodo a Græcis fuisset exclusus; etiam apud eos causam suam nec posset omnino dicere, nec deberet; quia ab inferioribus episcopis potior, nisi a prima sede (sicut dictum est) vel discuti potuisset, vel si ita ratio postulasset, addici etiam cunctis orientalibus episcopis cum ipso Acacio in Petri communionem recidentibus cum secundæ sedis episcopus catholicus ab externæ communionis hominibus esset nullatenus judicandus. Sed Acacius non solum despexit satisfacere postulatis, verum etiam ipsam legationem sedis apostolicæ blandimentis, præmiis, perjuriisque deceptam, quibus ei cum imperatore promisit, integram præsulis apostolici causam de omnibus esse servandam Petri communione pollutam redire perfecit, in tantum sedis apostolicæ despiciens potestatem, ut non solum ejus auctoritati non cederet, sed etiam potius in consortium communionis externæ per legatos suos niteretur abducere; fieretque apostolicæ sedi necessitas, eos ipsos, quos direxerat sacerdotes, honore pariter & communione privare, ne tali contagione videretur infecta, satisque monstraret non se Acacii specialiter odisse personam, sed respuere fœdera perditorum: quæ etiam in suis pontificibus detestata convenienter horreret, nihilominus autem literis suis Acacius indicarat: & in Alexandrini Petri se communionem, quem experita sedis apostolicæ auctoritate executor ipse quoque damnaverat, sine ejusdem apostolicæ sedis consultatione promptissime recidisse, & accusationem Ioannis, laudesque Petri proprio sermone deferre: de quibus, si utique confidebat magis vel venire, vel mittere debuisset, ut & præsentem de mendaciis, quæ dicebat, posset confutare Ioannem, & præconia Petri, quæ digesserat, rationabiliter allegaret: quod cum minime fecerit, satis evidenter ostendit, nec Ioannem se posse convincere, nec legitime receptum Petrum habere fiduciam perdocendi, solumque sibi monstravit inesse propositum lacerandi catholicos, hæreticosque laudandi, seseque eorum potius, quos laudabat, docuit esse participem, quam catholicorum, quos nitebatur decolorare, consortem: tulitque de se ipse judicium, cum damnati hominis communione pollutus, damnationis ejus factus est particeps. Ita & sedes apostolica quod ad necessariam diligentiam respiceret nil omisit, & Acacius secundum formam synodi Calchedonensis, qua error, cui communicavit, elisus est, sicut de hæretico homine scriptum est, suo judicio condemnatus apparuit, justeque sedes apostolica, quæ utique se Alexandrinum Petrum damnasse, non etiam solvisse memorat, ne per Acacii pristinam communionem Petri quoque collegium, cui Acacius communicaverat, incideret, ipsum competenter Acacium a sua communione submovit. Quapropter utrum errori vel prævaricationi communicaverit Acacius, quid opus erat nova discussione

A cognoscere? cum jam literis suis esset ipse confessus, ac, sicut scriptum est, *Ore tuo justificaberis, & ore tuo condemnaberis*, verborum suorum vinculis & reus teneretur & jure plectendus. Cur ipse in nova causa, quam synodus nulla præcesserat, Ioannem, quem suis literis impetebat, qualemcumque secundæ sedis episcopum, in primæ sedis beati Petri apostoli judicio confutare despexit: & ut causam diceret, seu per se, seu per alium, vel venire, vel destinare contempsit: indignum habens cujuslibet civitatis antistes ad primæ sedis venire judicium, ad quod secundæ sedis cerneret venisse pontificem, quod Anatolius Constantinopolitanæ urbis B episcopus missis legationibus pro sua persona fecisse monstratur? Ecce etiam in hac parte vocem non habent conquerentes: ecce, inquam, ad legitimum est vocatus examen, ubi vel suas partes justis allegationibus defensaret, si ille apostolicæ sedis refugit examen in Ioannis catholici pontificis negotio vestigando, quemadmodum sedes apostolica de receptione Petri hæretici sua auctoritate resoluti, Acacii fuerat secutura judicium? An sedem apostolicam congruebat parœciæ Heracliensis ecclesiæ, id est Constantinopolitani pontificis, vel quorumlibet aliorum, qui cum eodem, vel propter eum fuerant congregandi, judicium præstolari? cum apostolicam ejusdem primæ sedis C audientiam Constantinopolitanus episcopus declinaret, qui utique etiamsi metropolitani esset jure suffultus, etiam inter sedes haberet locum; primæ tamen sedis cognitionem fas non habuit refutandi, ad quam secundum canones, appellante secundæ sedis antistite, vocabatur ad nostrorum causam. Hoc ipso satis ostendit, reum se esse confessum, qui ad legitimum judicium postulatus adesse contempsit; nec poterat ultra differri, ne, sicut dictum est, antiqua illius communione durante, cum sese jam sociasset externæ, sedes quoque apostolica per eum pollueretur contagiis perfidorum, dignumque esset vel prævaricatorem, vel contemptorem judicii competentis, manifestissime D scilicet de suo negotio desperantem, a catholica atque apostolica integritate & communione secludi." Hic si examinatio quæritur, jam judicio non erat opus; posteaquam & literis suis ipse confessus est, & ad legitimum judicium vocatus adire pertimuit, si auctoritatis pondus inquiritur, Calchedonensis synodi tenor cum apostolica sede consentiens, & illius diffinitionis executio reperitur condemnati illic erroris communicator effectus: præfixæ nihilo minus ibidem particeps damnationis apparuit, quoniam idem ipse error, qui semel est cum suo auctore damnatus, in participe quolibet pravæ communionis effecto, & execra- E tionem sui gestat, & pœnam. Hoc tenore etiam Timotheus Ælurus, atque ipse Alexandrinus Petrus, qui secundam certe sedem quoquomodo tenuisse videbantur, non repetita synodo, sed auctoritate tantummodo sedis apostolicæ, ipso quoque Acacio postulante vel exequente " probatur esse damnatus: nunc autem ipsi doceant legitime Petrum fuisse purgatum, & ab omni hæreticorum contagione rite discretum, cum ei communicavit Acacius, si ejus communicatorem putant Acacium aliquatenus excusandum, aut si, quod magis est verum, conve-

Matth. 12.

Anatolius Constantinopolitanus antistes Romã misit legatos.

Reum se confitetur qui ad legitimum vocatus judicium adesse contemnit.

" Quæ sequuntur habentur in c. Iust. quibus ā idem tidem præteritis " probantur esse damnati. Quod si utrum errori vel prævaricationi communicavit Acacius forsitan dicatur oportuisse constare, breviter præbemus ad ista responsum. Aut enim ipsi doceant, &c. Petrum legitime veraciterque purgatum &c. ex c. Iustelli.

convenienter atque legitimer Petrum probare A non potuerunt expiatum; propter quod etiam ad apostolicæ sedis judicium Acacius vel venire vel destinare non ausus est; restat' ut in ejus communicatione fuerit, & qui ei communicavit, infectus.' Non reticemus autem quod cuncta per mundum novit ecclesia; quoniam quorumlibet sententiis ligata pontificum, sedes beati Petri apostoli jus habeat resolvendi, utpote ' quod de omni ecclesia fas habeat judicandi, neque cuiquam de ejus liceat judicare judicio, siquidem ad illam de qualibet mundi parte canones appellari voluerint, ab illa autem nemo sit appellare permissus. Quapropter cum satis constet Acacium nullum habuisse B pontificium, sententia sedis apostolicæ damnatum, sine ulla ejus notione solvendi; dicant certe qua synodo hoc ille præsumpserit, quod nec sic quidem absque apostolica sede fas haberet efficere? cujus sedis episcopus? cujus metropolitanæ civitatis antistes? nonne parœciæ Heracliensis ecclesiæ? Si illi certe licuit sine synodo sententiam apostolicæ sedis abrumpere, nulla ejus consultatione quæsita, itane vero non licuit primæ sedi Calchedonensis synodi constituta, sicut decuit exequenti hujusmodi prævaricatorem sua auctoritate detrudere? Sed nec illa præterimus, quod ' apostolica sedes frequenter, ut dictum est, more majorum, etiam sine ulla synodo præcedente, & absolvendi quos C synodus inique damnaverat, & damnandi nulla existente synodo quos oportuit; habuerit facultatem: sanctæ memoriæ quippe Athanasium synodus orientalis addixerat, quem tamen exceptum sedes apostolica, quia damnationi Græcorum non consensit, absolvit. Sanctæ memoriæ nihilominus Ioannem Constantinopolitanum synodus etiam catholicorum præsulum certe damnarat, quem simili modo sedes apostolica etiam sola, quia non consensit, absolvit: itemque sanctæ memoriæ Flavianum pontificum ' congregatione damnatum, pari tenore, quoniam sola sedes apostolica non consensit, absolvit, potiusque qui illic receptus fuerat, Dioscorum secundæ sedis præsulem sua auctoritate D damnavit, & impiam synodum non consentiendo ' submovit; ac pro veritate, ut synodus Calchedonensis fieret, sola decrevit, in qua pontificibus innumeris, qui latrocinio corruerant Ephesino, veniam poscentibus, sola concessit, & in sua perfidia permanentes, nihilo minus sua auctoritate prostravit: quam congregatio quæ illic pro veritate reparanda collecta fuerat, est secuta; quoniam* sicut id, quod prima sedes non probaverat, constare non potuit, sic quod illa censuit judicandum, ecclesia tota suscepit: ubi etiam consequenter ostenditur, quia male gesta synodus, id est, contra scripturas sanctas, contra doctrinam patrum, contra ecclesiasticas regulas, quam E tota merito ecclesia non recepit, & præcipue sedes apostolica non probavit, per bene gestam synodum, id est, secundum scripturas, secundum traditionem patrum, secundum ecclesiasticas regulas, pro fide catholica & communione prolatam, quam cuncta recepit ecclesia, quam maxime sedes apostolica comprobavit, & debuerit & potuerit immutari. Bene vero gestam synodum juxta supradictum

' ut ejus in expiatione

' Nec plane tacemus

' quæ

' sententiâ sedis apost. sine u. e. n. S.

Romana sedes damnat & absolvit, sive præcesserit synodus quæ male judicaverit, sive non.

' apostolicæ sedi frequenter datū est more majorum exolvendi

' Græcorū

' quia illic receptus non fuerat,

' sola submovit & auctoritate,

Auctoritate sedis apostolicæ concilium Calchedonense coactum.

Synodum male gestā

modum, nova synodo nullatenus immutādam: proinde si Eutychen fatentur hæreticum, male gestam apud Ephesum synodum, qua est receptus, pariter fatebuntur, & per bene gestam synodum Calchedonensem, quod Eutyches vel cum eo sentientes talia sunt rejecti, velint nolintque, consentient, atque ideo bene gestam synodum novis exagitationibus refricari non licuisse cognoscant: qui si forsitan dixerint, eo tenore Ephesinam quoque synodum non licuisse mutari, rursus hæc eadem, quæ supra deprompsimus; planius repetita perpendantur, id est, quia contra fidem, contra veritatem communionemque catholicam vereque Christianam, non recte gesta synodus legitima synodo pro fide, veritate communioneque catholica, vereque Christiana, modis omnibus secludenda est; & injusta synodus justa synodo submovenda: pro fide autem & veritate, & communione catholica, bona synodus, vereque Christiana, semel acta, nulla nec potest nec debet novæ synodi iteratione convelli, sed secundum bene gestam synodum recteque præfixam, si quis ab ejus tramite deviarit, consequenter ac sufficienter ejus diffinitione plectendus, meritoque illius subjacet constitutis, nec opus est per singulos quosque deviantes, jureque plectendos; novas rursus synodos introduci; cum ex illius tramite; quæ auctorem cum errore damnavit, quisquis quolibet modo, quolibet titulo complex ejusdem fuerit factus erroris, ut ejus se contagione polluerit, competenter & particeps ejusdem damnationis existat, ejusq; pœna puniatur obstrictus, cujus maluit inire consortium. Quæro ergo ab his quid de Eutyche sentiant: fuissene hæreticum, an asserunt non fuisse? si non fuisse contendunt, quid ambagibus agunt, quid circuitionibus præstigiisque se contegunt? palam se Eutychianos esse pronuntient, ut in ejus sacrilego furore convicti veritatis molibus obruantur, aperteque cognoscant, non solum hæc ipsa pestis Eutychiana, quantum Christiano dogmati probetur inimica; sed quantas alias hæreses, easque gravissimas, in sua pravitate contineat, ut in quibus foveis volutentur, & in quod præcipitium barathrumque mergantur, intelligant. Simul autem si Eutychen hæreticum negant, omnimodis publicatur, quod ideo de omnibus Eutychianæ pesti communicantibus, suppresso veluti hoc ipso errore, contendunt, ut nos per talium hominum, quod absit, insidias captiosasque tendiculas in Eutychetis insaniam nitatur inducere: quod quidem etiamsi non negent, sive scientes, sive nescientes, facere confutantur. Sin vero & Eutychen gare non audent, restat ut contra catholicam fidem, non synodum nuncupandam, sed conspirationem potius perditorum fuisse consentiant, quæ apud Ephesum Eutychete reducto perculit sanctæ memoriæ Flavianum, cunctosque qui illic aderant sacerdotes, militari terrore compulerit tanto sceleri præbere consensum. Atq; ideo nobis necesse est, pravam perversamque conspirationis illius, & latrocinalem fuisse perhibeant actionem, eamque debuisse modis omnibus aboleri, & ideo justam, bonam, veraciter Christianam Calchedonensem synodum processisse definiant, in his quibus Eutychete depulso, cum suo fautore Dioscoro, hæresim eorum erroremque damnarit. Hanc ergo synodum

reprob ecclesia Roman & bene stam c firmat.

synodum (ut dictum est) bonam, veram, justam, Christianamque esse non dubitant, per quam illa noxia sit remota. Perspiciant ergo, tandemque concedant, quod quisquis ab ejus justæ & Christianæ veræque synodi fide, communione & veritate deviaverit, vel ab ea deviantibus communionem' miscuerit, sufficienter atque competenter, secundum ipsius definita, teneatur obstrictus, quoniam mala synodus bona debuit submoveri. Bona vero synodus nulla causa est, cur alia debeat synodo retractari, ne ipsa retractatio ejus constitutis deroget firmitatem. Proinde quicumque congregationis Ephesinæ tenentur affectu, quid adhuc Acacii tantummodo nomen obtendunt, & non palam sectatores Eutychetis, qui illic receptus fuerat, profitentur: qui si refugiunt, atque Eutychen se perhibent execrari, simul ergo & Ephesinam, qua male receptus est, conspirationem jure cassatam, & Calchedonensem synodum, qua rejecta est, merito consentient institutam; atque ita synodum, quæ pro fide catholica sit præfixa, secundum veterum formam, sicut dictum est, perspicient novellis non potuisse quæstionibus ventilari, sed juxta ejus tenorem semel legitime justeque depromptum, & jure probari recta sectantes, & sentientes contraria refutari; quod sedes apostolica, sicut decuit, antiqua traditione custodiens, non synodum duxit iterandam, sed in ejus prævaricatore pellendo hanc eamdem synodum potius exequendam.' Quapropter si quis adhuc secundum Calchedonensem synodum hæc ab apostolica sede gesta reprehendit, præter quod & hac qua superius astruximus, & multiplici potest ratione convinci, multo magis tamen Acacio non licuisse fatebitur ista tentare. Dicat ergo, qua synodo, Ioannem secundæ sedis antistitem, qualemcumque, certe catholicum, & a catholicis ordinatum, nec de catholica fide & communione aliquatenus impetitum, duxerit excludendum, & hæreticum manifestum Petrum sua quoque executione damnatum, pontifici catholico permiserit subrogandum: cum etiamsi reus manifestus esset Ioannes, post eum saltem catholicum convenisset præfici sacerdotem, sicut ipse quoque suis sacris sanctæ memoriæ Timotheo catholico in Alexandria faciendum promisisse legitur imperator? Qua synodo, tertiæ sedis episcopum ' Calendionem idem expelli fecit Acacius: nihilo minus eumdem Petrum tam hæreticum manifestum, ut eidem palam ' necesse communicare prætenderet, sua passus est dispositione substitui? Qua denique per totum orientem synodo ejectis orthodoxis, nullo crimine maculatis, pravos quosque & criminibus involutos sua provisione supposuit? Qua synodo tot aliena privilegia nefandus populator invasit? Sed libri non ' sufficient, si tragœdias ejus, quas per ecclesias totius orientis exercuit, sigillatim scribere moliamur. an illud ipsius argumentum nobis existiment opponendum, quo facinora sua in imperialem ' nisus est jactare personam. Cur igitur quando voluit, obstitit Basilisco tyranno ' certe & hæretico vehementer infesto? cur ipsi imperatori Zenoni, quia palam Antiocheno Petro noluit communicare, suam ' non subdidit voluntatem? Ecce potuit & in aliis resultare,' si vellet! sed ut ea, quæ latius explicanda sunt, omittamus, quidquid ipse Zenon impera-

A tor suis literis profitetur, cuncta sese ex Acacii gessisse consilio, nec hoc eum fallere literis suis ipse pariter testatur Acacius, qui & eum nihilo minus universa recte gessisse conscripsit, & suo consilio hæc eadem gesta non tacuit. Quasi vero tantum in Alexandrini Petri communione Acacius prævaricator extiterit, & non in omnibus, quos vel fecit, depulsis catholicis pontificibus, tamquam tyrannus, ecclesiis quibusque præponi, vel taliter præpositis perversa communione permixtus est, qui hoc ipso secundum canones fuerant ab ecclesiastica communione pellendi, quod se passi sunt successores vivis sacerdotibus adhiberi. Quis autem non B perspiciat Christianus, quod catholicis pontificibus propria sede dejectis non nisi hæretici poterint introduci? quibus tamen cunctis, vel auctor fuit Acacius subrogandis, vel subrogatis communicator accessit; his utique ' quia communioni hæreticorum nullatenus discrepabant. Cur ergo vel cum hæc fieri videret Acacius, non sicut sub Basilisco jam fecerat, ad apostolicam sedem referre curavit, ut si solus ipse non poterat, junctis cum eadem consiliis atque tractatibus, apud imperatorem possent quæ religioni competerent allegari? Nam si Basiliscus (ut dictum est) tyrannus & hæreticus scriptis apostolicæ sedis vehementer infractus est, & a plurimis revocatus excessibus; quanto C magis legitimus imperator, qui se catholicum videri volebat, potuit cum apostolica sede cunctorum quoque pontificum moderata suggestione mitigari, præcipue cum ejusdem Acacii esset specialis fautor, & amator: & qui literis suis tam ipsum Acacium quam sanctæ memoriæ papam Simplicium magnis laudibus extulisset,' doceretur quod hæreticis constantissime ' restitisset. Cur tanto tempore Acacius inter ista conticuit, nisi quia ' præpediri nolebat ullatenus, quæ pro hæreticis desiderabat impleri. Ponamus tamen etiamsi nulla synodus præcessisset, cujus apostolica sedes recte fieret executrix, cum quibus erat de Acacio synodus ineunda, numquid cum his qui jam participes tenebantur Acacio, & per orientem totum catholicis sacerdotibus violenter exclusis, per- D que exilia diversa relegatis, socii evidenter existebant, communionis externæ prius se ad hæc consortia transferentes, quam sedis apostolicæ scita consulerent. Cum quibus ergo erat synodus ineunda? catholici pontifices fuerant undique jam depulsi, solique remanserant socii perfidorum, cum quibus jam nec licebat habere conventum ': quia moris ecclesiastici omnino non esset, cum his qui pollutam communionem tenerent, permixtamque cum perfidis, ullum miscere concilium. Propheta quoque dicente: *Non sedi in concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo: odivi congregationem malignorum, & cum impiis non sedebo.* E Recte igitur per Calchedonensis synodi formam hujusmodi prævaricatio repulsa est, potius quam ad concilium, quod nec opus erat post primam synodum, nec cum talibus habere licebat, adducta est. Nam & quid ageretur de fide catholica, si intelligere voluissent, ignorare non poterant, cum viderant catholicos pontifices nulla synodi discussione, nullo concilio, præcipue cum novas causas esse perpenderent, toto oriente depelli, & ceteri quid caverent, ex illorum

postolus dicit: non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus reatu pariter sunt irretiti? sed

' qui &

' hoc verbum ab est, ' restitissent. ' prohibere

' dicente psalmo: *Non sedi, &c.*

discere qualitate potuissent. Restat igitur, ut illius partis eos fuisse sit clarum, cui se post tot experimenta dediderunt, meritoque ab apostolica sede, ceterisque catholicis non jam consulendi erant potius, sed notandi. ᶜ Risimus autem, quod prærogativam volunt Acacio comparari, quia episcopus fuerit regiæ civitatis. Numquid apud Ravennam, apud Mediolanum, Sirmium, apud Treviros, multis temporibus non constitit imperator? Numquidnam harum urbium sacerdotes ultra mensuram sibimet antiquitus deputatam, quippiam suis dignitatibus usurparunt? Numquid Acacius, ut Ioannem qualemlibet hominem, catholicum tamen a catholicis ordinatum, de Alexandria excluderet, Petrumque in hæresi jam ' detectum, atque damnatum, absque sedis apostolicæ consultatione reciperet, aliqua synodo saltim illic habita, hoc audacter arripuit, ut Calendionem de Antiochia pelleret, hæreticumque Petrum, quem ipse quoque damnaverat, absque notitia sedis apostolicæ rursus admitteret, aliqua synodo id fecisse monstratur? Si certe de dignitate agitur civitatum, secundæ sedis & tertiæ major est dignitas sacerdotum, quam ejus civitatis, quæ non solum inter sedes minime numeratur, sed nec inter metropolitanorum jura censetur: nam quod dicitis, alia potestas est regni sæcularis, alia ecclesiasticarum distributio dignitatum. Sicut enim quamvis parva civitas prærogativam præsentis regni non minuit, sic imperialis præsentia mensuram dispensationis religiosæ non mutat. Sit clara urbs illa potestate præsentis imperii, religio tunc sub ' eadem firma, tunc libera, tunc provecta consistit, si potius hoc præsente propriam teneat sine ulla perturbatione mensuram. Postremo si sibi de imperatoris præsentia blandiuntur, & inde putant Constantinopolitanæ civitatis episcopi potiorem fieri posse personam; audiant Marcianum ejusdem principem civitatis, posteaquam pro augmento urbis ipsius sacerdotis intercessor accedens, contra regulas obtinere nihil potuit: sanctæ memoriæ papam Leonem summis laudibus prosecutum quod canonum regulas violari nulla fuerit ratione perpessus. Audiant Anatolium ejusdem sedis antistitem, clerum potius Constantinopolitanum quam se tentasse talia confitentem, atque in apostolici præsulis totum dicentem positum potestate. Ipsum beatum papam Leonem sedis apostolicæ præsulem, cujus synodus Calchedonensis auctoritate firmata est, quidquid ultra quam ab eodem pro fide & communione catholica atque apostolica illic agendum, constaret esse delegatum, per occasionem congregationis illius, præter Nicænos canones nova videretur actione tentatum, competenti refutatione vacuasse. Eaque nihilo minus etiam sub sanctæ memoriæ papa Simplicio legatum sedis apostolicæ sanctæ memoriæ Probum Canusinæ urbis episcopum Leone principe tunc petente præsente docuisse nullatenus posse tentari, neque his prorsus præbuisse consensum, atque ideo non ad civitatis cujuslibet respiciant qualitatem, sed modum dispensationis ecclesiasticæ paterna traditione firmatum convenienter observent. ' Dicatur autem de Alexandrino & Antiocheno episcopis certis ex causis principem magis illa, quæ gesta sunt, non Acacium præcepisse. Sed principi Christiano decuerat suggerere sacerdotem, maxime cujus familiaritate & favore fruebatur; salvam fore de ejusdem injuria contumeliaque vindictam tantum, ut ecclesiæ sineret Christianus princeps regulas custodiri, quia & nova in utroque pontifice causa esset exorta, & novam discussionem consequenter inquireret; & sicut semper esset effectum, ac divinæ pariter leges humanæque censerent, ut sacerdotali concilio de ' sacerdotibus judicia provenirent; non a sæculari viderentur qualescumque pontifices, etsi errore humanitus accedente, non tamen ' religionem ullatenus excedentes potestate percelli. 'An adhuc justa ratione principi suggerenda non erant? Regiæ civitatis honore sublimis, si factus erat illa regia ' civitate sublimior, tanto magis in his suggerendis debuit esse constantior? Si autem in his quæ pro religione fuerant exerenda, extitit contemptibilis, atque despectus, & aut segnis, aut fiduciam non habens intimandi, in quo per regiam civitatem major effectus est? an ut per ea suæ prævaricationis exerceret potius tyrannidem, quam causas religionis legitime procuraret? Nathan propheta palam publiceque in facie regi David, & commissum pronuntiavit errorem, & ipsum commisisse non tacuit; & confessione correctum consequenter absolvit: beatæ memoriæ Ambrosius Mediolanensis sacerdos ecclesiæ, majori Theodosio imperatori communionem publice palamque suspendit, atque ad pœnitentiam redegit regiam potestatem: beatæ memoriæ papa Leo (sicut legitur) imperatorem Theodosium juniorem Ephesino latrocinio libere coarguit excedentem: sanctæ memoriæ quoque papa Hilarus Anthemium imperatorem, cum Philotheus Macedonianus ejus familiaritate suffultus diversarum conciliabula nova sectarum in urbem vellet inducere, apud beatum Petrum apostolum palam ne id fieret, clara voce constrinxit, in tantum ut non ea facienda cum interpositione sacramenti idem promitteret imperator: sanctæ memoriæ nihilo minus papa Simplicius, & post eum sanctæ memoriæ papa Felix, non solum Basiliscum tyrannum, sed etiam imperatorem Zenonem pro iisdem ipsis excessibus, auctoritate libera sæpius increpasse noscuntur, flectique potuisset, nisi Constantinopolitani præsulis accenderetur instinctu, qui particeps externæ communionis effectus, necessario in quod inciderat, jam fovebat, malens in suæ prævaricationis obstinatione persistere, quam curandus ad salubria remeare, sicut ipse rerum probavit eventus. Ecce nuper ' Honorico regi Vandalicæ nationis, vir magnus & egregius sacerdos Eugenius Carthaginensis episcopus, multique cum eodem catholici sacerdotes constanter resisterent sævienti, cunctaque extrema tolerantes, hodieque persecutoribus resistere non omittunt. Nos quoque " Odoacri barbaro hæretico regnum Italiæ tunc tenenti, cum aliqua non facienda præciperet, Deo præstante nullatenus paruisse manifestum est. Hic autem vir bonus Acacius, & sacerdos ' eximius, in tantum se & suggerere potuisse monstravit, & noluisse deprompsit, imo favisse patefecit; ut & imperator cuncta se ex ejus gessisse consilio non taceret, & ipse impera-

' dejectum

Constantinopolitana ecclesia nō modo inter sedes, sed nec inter metropolitanarum jura censetur.

' eadem

Quæ in Calchedonensi synodo ultra mandata gesta fuerunt, reprobavit Leo pontifex.

' Sed dicatur forsitan

imperatorem magnis præconiis elevaret ista A facientem; seseque prodidit his agendis rebus fuisse participem. Sed esto, Calendion imperatoris nomen abstulerit? Ioannes principi mentitus fuisse jactetur, quæ tamen cum novæ essent causæ, nova debuit ecclesiastica provenire discussio? an qui in hominem imperatorem peccasse dicebantur, nulla interveniente synodo dejici debuerunt? & in Deum, qui summus & verus est imperator, Acacium delinquentem, sinceramque communionem divini sacramenti studentem miscere cum perfidis, secundum synodum, qua hæc est damnata perfidia, non oportebat ' expelli? Quid de innumeris per totum orientem catholicis sacerdotibus propria sede depulsis, & indubitanter B hæreticis intromissis? Novæ certe erant causæ; & his consequenter nova synodus debebatur. Cur tunc non venit in mentem, ut in talibus causis peteretur a principe saltem qualiscumque synodus celebranda; ut quocumque vel colorato judicio traditionis ecclesiasticæ passim pontifices viderentur excludi, non solum quarumcumque urbium sacerdotes, sed metropolitani incunctanter antistites? His omnibus cum non restitit suggestione qua potuit, consensit Acacius, communicando cunctis, qui in catholicorum locum hæretici fuerant subrogati: apostolus autem dicit: *Non solum qui faciunt, sed & qui consentiunt facientibus*, reos indubitanter adscribi: an hæc C licuit sæculari potestati & actis talibus, Acacio consentiente absque ulla synodo, quam ipsa rerum novitas exigebat, absque sedis apostolicæ consultatione perficere; & sedi apostolicæ non licuit, secundum tenorem synodi Calchedonensis in veteri utique causa, & veteri constituto ' juxta definitionem damnata, inimicis synodi Calchedonensis Acacium communicantem a sua communione depellere? Sed inquiunt: Acacius principi obviare non potuit. Cur Basilisco, quia voluit, obviavit? cur ipse Zenoni, ne palam Petro Antiocheno quamvis latenter hoc fecerit communicare videretur, non commodavit assensum? ecce D resultanti non ' institit imperator: ecce vim nolenti non intulit: ecce refugienti contagia manifesta concessit: postremo, cur tanto tempore, cum ista gererentur, vel gerenda cognosceret, non ad sedem apostolicam, a qua sibi curam illarum regionum noverat delegatam, referre ' maturavit. Sed prius laudator factus est ipse gestorum, quam vel præmoneret talia esse tentanda, vel ne tentarentur obsisteret. Sicut sub Basilisco jam fecerat, cur illis ceteris communicare consensit, qui depulsis catholicis sacerdotibus, indubitanter hæretici singulis urbibus fuerant substituti? Postremo ille defuit suis partibus; & quæ sacerdoti catholico com- E peterent, agere ' fastidivit: ideo sedes apostolica quod ad eadem pertinebat, vel potuit, vel debuit præterire? Quolibet igitur modo hæreticorum complicem refutavit, & consortem communionis externæ a sua communione dimovit: nec opus fuit nova synodo, cum veteris constituti sufficienter hæc forma præscriberet: nec opus fuit ut hæc ' scienda orientis episcopis intimaret, quos expulsione catholicorum, quæ agebantur in causa fidei, non ignorasse manifestum est; & communicando hæreticis subrogatis, facto tali consensisse non dubium

est; etiam cum externæ communionis effectis ' nec potuisse, nec debuisse sedis apostolicæ scita tractari. Ecce agnoverunt in eorum professione, qui constantissime perdurarunt, quod fidei communionique catholicæ deberetur. Ecce agnoverunt quemadmodum a talibus recedendo, imo talibus contra moliendo, a fide & communione catholica deviarit Acacius, seque pariter cum eodem errori subdiderint. Ecce agnoverunt quam justis ex causis pro fide & communione catholica atque apostolica, cui & illi qui in ea perstiterant congruebant, & hi qui perstantibus obviabant, ab eadem docebantur alieni, sedis apostolicæ auctoritate sit remotus Acacius, ad cujus præcipue vocatus examen vel venire vel mittere non curavit, ut se de his omnibus, ut confidebat, absolveret, ejusque pariter quicumque complices extiterunt, atque ab illa merito cum his communione discretus, a qua se ipse primum cum suis consortibus catholicis pontificibus discrepando cognoscitur separasse: jureque sententiam ille damnationis excepit, ceterisque consortibus cum suis consortibus promulgandam; qui solus pro omnibus suis consortibus in communionem se recidisse perfidiæ ad apostolicam sedem missis literis est professus. Cui Acacio, si communicaverant orientales episcopi antequam huc ' referret, pari utique reatu sine dubio probabatur involvi, jureque per illum transgressionis sententiam susceperunt, tanquam facti cum eodem communionis externæ; qui utique non consuli tamquam nostræ communionis homines jam deberent, sed tamquam in contrario positi consortio refutari. Si vero non communicaverant antequam Acacius huc ' referret & communicantem notare debuerant; & ipsi de eodem potius huc referre, atque apostolicæ sedis vigore perculsum merito comprobare, cumque ea sede apostolica tantisque illis catholicis pontificibus magis tenere concordiam. Sed quia ab illorum societate desciverant, & eorum successoribus communicare delegerant; ideo cum sede apostolica minime congruebant; quia in sortem reciderant prævaricatoris Acacii: & illius se sine dubio pervidebant sententia consequenter astringi ', ob hoc eum videri nolebant esse damnatum; quia se cognoscebant in eadem prævaricatione damnatos, in qua hodie quoque manere persistunt. Sed sicut ii simili conditione constricti complicem suum non possunt judicare non jure damnatum, neque ' reum possunt competenter absolvere, sic illo juste prævaricatore damnato, ipsi quoque pari jacent damnatione prostrati, neque nisi resipiscentes, inde poterunt prorsus absolvi: quia sicut per unum scribentem eorum omnium vulgata ' transgressione, qui in eamdem perfidiæ reciderant actionem: sic in uno eodemque qui pro omnibus scripserat, vel scribendo omnium prodiderat voluntates, transgressione punita, pariter quoque cum eodem, vel in eodem est complicum transgressio punita cunctorum. Quæ tamen sententia in Acacium destinata, etsi nomine tantummodo præsulis apostolici, cujus erat utique potestatis legitimæ, probatur esse deprompta, præcipue cum secreto dirigenda videretur: ne custodiis ubique prætentis dispositio salutaris quibuslibet difficultatibus impedia, necessarium habere non posset effectum: tamen quia

' atque ideo cum eis jam

' referretur,

' referretur,

' &

' rei reum

' transgressio est.

quia orthodoxis ubique dejectis, & hæreticis tantummodo eorumque consortibus jam relictis in oriente, catholici pontifices aut residui omnino non essent; aut nullam gererent libertatem plurimorum in Italia catholicorum congregatio sacerdotum; rationabiliter in Acacium sententiam cognovit fuisse prolatam, quæ congregatio facta pontificum non contra Calchedonensem, non tanquam nova synodus contra veterem primamque cognovit; sed potius secundum tenorem veteris constituti particeps apostolicæ executionis effecta est; ut satis appareat ecclesiam catholicam, sedemque apostolicam, quia alibi jam omnino non posset, ubi potuit, & cum quibus potuit, nihil penitus omisisse, quod ad fraternum pertineret pro intemerata & sincera communione tractatum "; quæ cum universa noverint qui videntur ecclesiis orientalibus nunc præesse; propterea Christianam reparari legitima curatione refugiunt unitatem: quia occasionem dissensionis hujus suis ambitionibus suffragantem deponere jam recusant; quia sine auctoritate sedis apostolicæ omnium ecclesiarum passim jura confundant, magis eligentes in errore persistere, quam præsumptionum suarum perdere facultatem, plus usurpationum suarum licentiam diligentes quam divini judicii tenentes corde respectum. In quo necesse est velint nolint tam de fidei communionisque catholicæ sinceritate neglecta, quam de paternis canonibus evidenter irruptis recipiant quod merentur, nisi dum hic tempus admittit hæc damnationis æternæ pericula correctis mentibus studeant declinare, ut possint non tales permanere, quibus insolubilis est lata sententia. Sed a talibus recedentes, ab eadem sententia non teneri: quæ sicut in errore durantibus nunquam solvenda præfixa est: sic ab his erit aliena, qui extiterint puniendæ pravitatis immunes. Hæc " vero ad instructionem vestræ dilectionis satis abundeque sufficere judicamus, quamvis eadem latius, si dominus concesserit facultatem, studeamus exponere: quatenus & fidelium quisque cognoscat, nihil apostolicam sedem (quod absit) præpropere censuisse, & non habere quod juste possit opponere, perversa doceatur improbitas. Recte autem faciet vestra dilectio, ut ista quæ scribimus, pariter catholicis & contraria sapientibus innotescant: quo & sanis necessaria firmitas, & male sanis competens medicina præbeatur. Datum Kalendis Februarii ", Victore viro clarissimo consule.

" hic deficit ms. Iust.

" Ista in c. Iust. leguntur alieno loco

" scribendum est Viatore, qui anno Chr. 495. consulatum gessit.

Notæ Severini Binii.

Epistola circularis. Causa epistolæ.

a *Epistola.*] Hanc epistolam circularem esse, eamque omnibus orthodoxis hæreticis & schismaticis episcopis redditam voluisse, patet in fine his verbis: *Recte autem faciet vestra dilectio, ut istá quæ scribimus, pariter catholicis & contraria sapientibus innotescant*, &c. Causam scribendæ epistolæ præbuit Euphemius Constantinopolitanus episcopus schismaticus, qui defuncti Acacii causam iniquam & impiam falsis textibus ornans, conatus est orientales episcopos a conjunctione sedis apostolicæ avellere. Vt ergo summe periclitanti orientali ecclesiæ succurreret, hanc prolixam valde atque disertam epistolam, qua Acacium sedis apostolicæ judicio jure damnatum esse ostendit, ad Dardaniæ episcopos transmisit.

Diluitur objectio Euphemii.

b *Quod non speciali synodo*, &c.] Euphemius ad excusationem Acacii dicebat, ipsum synodali judicio non fuisse condemnandum, adeoque nomen ejus e sacris tabulis nequaquam expungendum. Quod si de universali & œcumenico concilio intelligat, verum est: si de provinciali synodo accipiatur, falsissimum esse constat ex iis quæ supra notavimus in notis epistolarum, & conciliorum Romanorum sub Felice III. habitorum. Vniversali & œcumenico concilio neque potuit neque debuit Acacius damnari. Orientales episcopi omnes fere Acacii communione polluti fuerant, adeoque universale concilium haberi non poterat. Et quia solius pontificis Romani sententia damnatum esse sufficiebat; eodem universali & œcumenico concilio opus non erat.

c *Risimus autem quod prærogativam.*] Ridet pontifex illud, quod cum Euphemio novantes nostri temporis stulte admodum inculcant, dum ratione regiæ dignitatis prærogativas sedium patriarchalium expendunt, & non potius apostolicæ traditioni hæc privilegia accepta referunt.

" ** XIV. SIVE TRACTATVS GELASII PAPÆ.

In quo etiam ponit exempla epistolarum Simplicii papæ atque Felicis, quod Timothei Aeluri, vel Petri Alexandrini impietatem olim cognoverint, vel visi fuerint judicasse. Postea propriis prosequitur dictis, instruens quid adversus Græcos debeat responderi.

* * * * *

Ex epistola Simplicii papæ ad Acacium. "

" da... 22. ... an. C... 482. *Epist...*

ILLVD, *inquit*, me non mediocriter facit attonitum, quod iisdem literis suis Petrum, qui hæreticorum dudum socius extitisse probetur & princeps, quod conscientiam dilectionis tuæ meminimus non latere, instructionesque ipsas, quibus fuerit confutatus, nosse confidimus, quemque etiam dubium non sit adhuc extra communionem durare catholicam, sæpeque nos de eodem ex illa urbe pellendo scripsisse sit certum, ad præfatæ ecclesiæ regimen existimet provehendum: cumque promittat rectæ fidei definitionibus convenire, a cujus utique, sicut superius dixi, consortio tam degit extraneus, quam ab ejus communione discretus est. Ad quam si nunc redire contendit, nisi per satisfactionem Christianis regulis competentem non potest introire. ac perinde non ad fastigium sacerdotalis dignitatis accedere, sed medelæ, quæ post pœnitudinem præbendæ est, consequenter aptari: animæ suæ cupiens reconciliatus auxilium, non gradum summi honoris affectans, qui diu convincitur fuisse perversus. ne per speciem remeantis non remedium sinceræ salvationis inquirat, sed facultatem propagandæ pravitatis inveniat. Quo facto non hunc magis ab errore detrahimus, quam perniciem fidelibus irrogamus. eoque modo Calchedonensis synodi statuta violantes, aditum sæva copulatione grassandi in ecclesiam lupis rapacibus aperimus. Denique ab eisdem ipsis, cum quibus olim a catholica participatione divisus est, pontifex dicitur postulari. ut satis evidenter appareat, non eos rectam fidem velle, sed in præsule proprio nefandi dogmatis quærere potestatem. neque inter ipsos, & veraciter sentientes, pax inde possit fida generari, unde hæreticarum mentium crescit funesta damnatio, & catholicorum miseranda captivitas.

Ex epistola Felicis papæ ad Zenonem Imp. "

Vbi esse, *inquit*, jam consequens proculdubio pervidetis, Alexandrinæ ecclesiæ pervasorem, funesta diu impunitate grassantem, vestris præceptionibus, quibus merito dudum probatur

Epist. ... Supra ... 1053. A...

probatur ejectus, esse nihilominus addicendum. An non ipse est, qui per xxx. annos catholicæ desertor ecclesiæ, inimicorumque ejus sectator & doctor, & ad fundendum sanguinem semper velox fuit & promptus? Nunquid adhuc & istam dissimulationem quadam sumus ex conhibentia recepturi. In quo revera non est opus discussione subtili, quia ejus aperta sunt crimina.

Multa similia in diversis epistolis eorum diligens lector, si requirat, inveniet. Prætermitto jam scripta & admonitiones papæ Simplicii, quæ plerique vilia æstimant, & judicant contemnenda Illud consideremus attentius, quod de eodem Petro tunc cum adhuc sanum forte saperet, judicarit Acacius, qualemque de eo sententiam ad apostolicam sedem dixerit.

Domino sancto, & beatissimo patri, archiepiscopo Simplicio Acacius.

Sollicitudinem omnium ecclesiarum secundum apostolum circumferentes, nos indesinenter hortamini, quamvis sponte vigilantes ac præcurrentes. Sed vos divinum zelum solito demonstratis, statum Alexandrinæ ecclesiæ certius requirentes, ut pro paternis canonibus suscipiatis laborem, piissimo stillantes sudore pro his, sicut semper est adprobatum. Sed Christus Deus noster, qui diligentibus se in bonum cooperatur, nostris cogitationibus insidens, & unam nobis in his mentem, atque eamdem pro gloria sua esse cognoscens, omnem victoriam esse perfecit, consortes nos cum tranquillissimo principe faciens, & Timotheum quidem " decessorem spirantem procellas, & ecclesiasticam tranquillitatem, sicut apparuit, conturbantem vitæ subduxit humanæ, dicens ei, *Tace & obmutesce*. Petrum quoque ", qui ab Alexandria more similiter procellæ surrexerat, dissipavit, atque in æternam fugam spiritu sancto flante convertit, unum & ipsum de his qui olim fuerant & ante damnati. Sicut enim in nostris archivis inventum est, & de vestris scriniis, si dignamini requirere, poteritis agnoscere, quæ in tempore de eodem subsecuta, ab Alexandrino episcopo Romam ad alterutrum sint relata. Qui Petrus filius noctis existens; & operum diei lucentium alienus apparens, omnino tenebras ad latrocinium peragendum congruas eorum cooperator inveniens, media nocte, adhuc jacente cadavere illius, qui paternos canones subverterat, insepulto, subrepsit in sedem, sicut ipse arbitratus est, uno & solo præsente, & eo qui consors illius insistebat insaniæ. ita ut propter hoc majoribus suppliciis subderetur. nec quod sperabat effectum est. Sed ille quidem de se ex parte vel minima judicans nusquam penitus omnino comparuit. Timotheus " autem paternorum canonum custos, qui Davidicæ mansuetudinis exemplo subditur, & usque in finem patiens, atque potestati propriæ restitutus a Christo, propriæ sedis honore lætatur: & spiritualium filiorum voces accipiens, gratiam curationis expectat, multiplicato in se honore a Christo principe sacerdotum.

Ecce testimonium Acacii validissimum, quid de Timotheo, quid de Petro senserit. Vere enim, sicut scriptum est in euangelio de Caipha illo pontifice, evenit Acacio. Dicitur enim de illo, quia cum esset princeps sacerdotum anni

A illius, de domini dixerit passione, *Expedit ut unus homo moriatur pro populo, ut non tota gens pereat*. Et subjungit euangelista beatus Ioannes, *hoc* inquiens, *a semetipso non dixit, sed cum esset princeps sacerdotum anni illius prophetavit*. Ita & hic, cum in summi esset sacerdotii dignitate locatus, utrum nolens an invitus, dubitare quippe nos ejus varietas & inconstantia fecit, verissimam de inimicis Dei tulit sententiam. quam si servare voluisset, procellam, quam ab ecclesia veraciter depulerat, rursus in ecclesiam ipse non revocasset: & de quo dixerat, *tace & obmutesce*, rursus Petri personam loqui in ecclesia minime permisisset. Quem similiter procellam a sancto spiritu dissipatam esse prædixerat, quemque filium noctis asseveraverat, & quem

Cap. 11. — Matth. 8. Marc. 4.

B ab opere luminis alienum, amantemq; tenebras latronum operibus congruas esse narrabat. qui falsum sacerdotii nomen, ab eo qui paternos, ut ipse ait, canones subverterat, artibus dolosis sibi ipse imposuerat. Hic Petrus, de quo beatæ memoriæ Timotheus catholicus, ut ipse dixit, paternorum custos canonum, Alexandrinæ quondam ecclesiæ pontifex, ad sedem apostolicam multa retulit deteriora, quam superius continentur, asserens specialiter & affirmans inimicum fidei, inimicum Calchedonensis synodi per omnes extitisse infelicitatis conatus. Quid igitur nobis faciendum est? Non credimus tot & tantis tantarum sedium sacerdotibus, qui omnes uno ore, uno consensu,

C publicam & feralem humanæ salutis bestiam Petrum esse dixerunt, in cujus se communione, perniciosa conjunctione, suadente dæmonico spiritu, infeliciter sociaverat Acacius, male rursus ædificans quod bene destruxerat? Nec opus plura hinc dicere, cum timentibus Deum, & formidantibus diem judicii, & ecclesiæ unitatem diligentibus, satis aperteque causa sit clara. Hæc enim sola ratio est, quæ unitatem dividit, & concordiam dissipat: quia quamdiu prævaricatorum nomina de ecclesia non auferuntur, pacis vinculum nullatenus redintegrare permittunt. Si enim licet sectatorum vel communicatorum Eutychetis, ut fuit ejus sectator Petrus, & communicator Acacius, in

Galat. 2.

D ecclesia nomina recenseri, cur de sectatoribus & communicatoribus Arii, vel ceterorum hæreticorum, simili forte non liceat? An minoris impietatis & perfidiæ Eutyches fuisse putatur, quam Arrius? Nemo hoc quidem sani capitis audebit dicere. Si ergo par est impietas, par sit & utrorumque detestatio. ne si semel talis fuerit intromissa licentia, omnibus exinde omnia liceant, fiatque quod absit, tam passiva rerum confusio atque commixtio, ut nulla inter mundum & immundum sit secundum prophetam certa discretio. Non est quidem nostræ humilitatis, de totius orbis dissensione ferre sententiam: est tamen nostrum de propria salute esse

Ezech. 22. 26.

E sollicitos. quoniam unusquisq; pro se rationem redditurus est ante illud tribunal judicis & regis æterni, in quo etiam de verbo otioso, minimoque quadrante, sumus nostrorum rationem actuum præstituri Vnde & optamus, qualiacumque & quantacumque super nos importaverit inimicus, tolerare discrimina in sæculo præsenti, tantũ ne causas incurramus mortis æternæ. Sed dicitur de Petro, quamquam sine approbatione dicatur, præsertim de homine " perspicacissimo, qui per xxx. annos famosus expugnator fuerat veri-

1. Cor 5. Matth. 5. & 12.

" pervicacissimo, legendum videtur

veritatis, quod pœnitentiâ acta susceptus sit in ecclesia. Nunquam igitur per xxx. annos agere potuit pœnitentiam, nisi tunc cum episcopatus amore & ambitionis ardore fervebat? O rem monstro simillimam! ante illum potuisse locum suum sacerdotii obtinere, quam posset vel brevi pro tam immani crimine pœnitens videri. Sed solvit illum, inquit, auctoritate sua prius Acacius, & sic suscepit. Vtinam seipsum miserrimus omnium, secumque quamplurimos, non æternæ mortis compedibus alligaret? Qui cum superbissimo perflatus spiritu thronum humilitatis altius efferre conatur quam decuit, & præsumptionibus suis aditum undecumque conquirit, simulque per fas & nefas calcat & transit inviolabilia statuta sanctorum, ipso quem imitatus est auctore superbiæ, in profundissimam ruinam dejectus, id dereliquit ecclesiæ, unde lugerent pacifici, fideleſque & humiles flerent. Si enim ille modum temperata potestate servasset, nec Petrum hæreticum, nullo regulari ordine absolutum, pro ejus audaci temeritate, in sua societate hodie ecclesia suspiraret assumptum: nec caritatis, quæ omnium virtutum est perfectio, & sine qua secundum apostolum inania sunt universa quæ facimus, tanta filii pacis dispendia paterentur, nec mordendo invicem, consumerentur invicem. Sed quolibet modo dicatur Petrus esse susceptus, apparet tamen eum fuisse hæreticum, qui pœnituisse pro perversitate defenditur: & quod pravus & infidelis fuerit, & de ecclesia ecclesiastico jure projectus, ambigi dubitarique non potest. Sed concedamus paulisper pœnituisse eum, quod nullatenus verum est. videndum ergo est quomodo, id est utrum qui ordine competenti, regulari severitate excisus & exstirpatus est, pœnitens recte & consequenter receptus sit. Sed nunquam docebitur, nunquam monstrabitur, nunquam omnino probabitur, ejus purgationem fuisse legitimam, quæ non est competentibus regulis celebrata. Secundæ enim sedis antistitem nec expellere quisquam, nec revocare, sine primæ sedis assensu, vel potuit, vel debuit. Nisi forte confuso jam ordine rerum atque turbato, nec prima, nec secunda, nec tertia sedes debeat observari, vel suscipi secundum antiqua statuta majorum, & sublato capite, ut videmus, omnia membra vario inter se compugnent certamine, fiatque illud quod de populo scriptum est Israel: *In illo tempore, non erat dux in Israel. unusquisque quod placitum erat in oculis suis faciebat.* Qua enim ratione vel consequentia aliis sedibus " defendendum est, si primæ beatissimi Petri sedi antiqua & vetusta reverentia non defertur, per quam omnium sacerdotum dignitas semper est roborata atque firmata, trecentorumque decem & octo patrum invicto & singulari judicio vetustissimus " judicatus est honor? Vt pote qui domini recordabantur sententiam, *Tu es Petrus, & super hanc petram fundabo ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam. Et tibi dabo claves regni cælorum, & quæcumque ligaveris vel solveris in terra, erunt ligata vel soluta in cælo.* Et rursus ad eundem, *Ecce ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. & tu aliquando convertere, & confirma fratres tuos.* & illud, *Si amas me, pasce oves meas.* Quare igitur ad Petrum tam frequens domini sermo dirigitur? nunquidnam

1. Cor. 5.
Galat. 5.
Iudic. 21.
" defendendum
" vindicatus
Math. 16.
Luc. 22.
Ioan. 21.

A reliqui sancti & beati apostoli non erant simili virtute succincti? Quis hoc audeat affirmare? *Sed ut capite constituto " , schismatis tolleretur occasio*, & una monstraretur compago corporis Christi, quæ ad unum caput glorisissima dilectionis societate concurreret: & una esse ecclesia, cui fideliter crederetur, unaque domus unius domini, & unius redemptoris, in qua de uno pane & de uno calice nutriremur. Qua ratione, sicut dixi, majores nostri, reverendi illi ecclesiarum magistri, clarissimaque illa populi christiani lumina, quos merita virtutum suarum usque ad confessionis gloriosissimas palmas, & martyrii fulgentes extulere coronas, B ad illam sedem, quam princeps apostolorum sederat Petrus, sui sacerdotii sumpta principia repleti Christi caritate mittebant, suæ inde soliditatis gravissima firmitatis roboramenta poscentes. Vt per hâc speciem omnibus appareat, vere unam esse per omnia, & indissolubilem Christi ecclesiam, quæ concordiæ vinculo, mirabilique caritatis textura composita, sola & indivisa per totum ostenderetur esse tunica Christi, quam nec milites ipsi, qui dominum crucifixerunt, dividere ausi fuissent. Quæ nunc si propter perfidiam Petri, Acacii tyrannicam superbiam, impiamque præsumptionem ejus, violatur atque conscinditur, videte & sapienter expendite, in quam grave periculum nostra deducitur conscientia, dum tanta majorum solvi- C tur observantia. Quis enim non agat quodcumque libuerit, si semel in consuetudinem corruptus ordo pervenerit? Si autem hoc sacrilegum est etiam cogitare, cur non cum diligentissima observatione teneatur hæc forma majorum, cum sit in hoc observationis tenore ineffabilis indubitatæque unitatis evidens, & grande mysterium? An duæ sunt ecclesiæ, & duo pastores? Absit. Vnus est enim, *qui fecit utraque unum*, tollens de medio inimicitiarum parietem in corpore suo. Cur ergo per Petri & Acacii nomina rursus inimica sepis intexitur, quam semel Christi crux, mors, & sanguis destruxit, solvit, & evertit? Non ergo dividat eos interpositum Petri & Acacii nomen, quos D tanti mediatoris pretiosus sanguis univit. Postremo æquum est, ut qui alios libenter & competenter vultis habere subjectos, cedatis & ipsi antiquo more majoribus, ut confidenter imperare possitis minoribus vestris. Duodecim certe fuere apostoli, paribus meritis, parique dignitate suffulti. Cumque omnes æqualiter spiritali luce fulgerent, unum tamen principem esse ex illis voluit Christus, eumque dispensatione mirabili in dominam gentium Romam direxit, ut in præcipua urbe vel prima primum & præcipuum dirigeret Petrum. Ibique sicut E doctrinæ virtute sublimis emicuit, ita sanguinis gloriosa effusione decoratus, æterno hospitio conquiescit, præstans sedi, quam ipse benedixit, ut a portis inferi nunquam pro domini promissione vincatur, omniumque sit fluctuantium tutissimus portus. In quo qui requieverit, beata & æterna statione gaudebit: qui vero contempserit, ipse videbit qualia genera excusationum in die obtendat judicii. Me enim credo, spero, confido in Christo, quod ab ejus caritate nec tribulatio, nec angustia, nec gladius, nec persecutio, nec vita, nec mors unquam poterit separare. Incumbat persecutio, sæviant leges. militi Christi gloriosius est mori,

quam

" verba Hierony- mi cap libri versus Jovinian.
1. Cor.
Ioan.
Ephes.
Matth.
Rom.

quam vinci: fraudari præsentium commodis melius, quam carere futuris.

XV. GELASII PAPÆ AD EPISCOPOS ORIENTALES.

Quod in Acacii aliorumque damnatione synodo nova opus non fuerit, & quod Petrum Alexandrinum absolvere Acacius sine sedis apostolicæ auctoritate non potuerit. Tum de episcopis catholicis sede sua sine discussione dejectis.

*** *Dilectissimis fratribus universis episcopis orientalibus Gelasius.*

* * * * *

QUID ergo isti prudentes viri, & argutis mentibus totius religionis interna rimantes, in orientis partibus constituti, si cognoverunt hujusmodi personam " in Antiochena ecclesia constitutam, cur communicando talibus præbuere consensum? Cur non illico reclamarunt, cur non se a tali contagio removerunt, cum " tam evidenter adverterent, ideo Calendionem depulsum ", ut hæreticis panderetur introitus? Quare hic nihil de re, nihil de fide Christiana, nihil de personarum examinatione tractarunt? Si vero illi eorum se communioni voluntarie subdiderunt, ab apostolica sede certe separati sunt, cum talibus & apud tales, etiamsi esset necesse fieri, nulla posset omnino synodus provenire. Quod si ignorasse se dixerint qualis Antiochiæ post Calendionem successisset antistes, quid mirum, si qui in oriente positi, quæ in regione sua contigerint scire nequiverunt, ea quæ apud apostolicam sedem gesta fuerant ignorarent? Cur tamen, posteaquam ad eorum notitiam pervenit qualis esset sacerdos apud Antiochiam constitutus, non ejus consortia continuo respuerunt? Quid excusationem de ignorantiæ colore prætendūt, cum hodieque & manifestata contagia perfidorum, & a nobis sæpius exprobrata sectentur? Quo satis apparet, quia ne tunc quidem etiamsi cognoscerent refutarent, quando nunc etiam publicata non renuunt. Prorsus in quamlibet se partem " causationemque convertant, manifestæ veritatis ita laqueis suffocantur, ut suis ipsi verbis possint actibusque concludi, nec nisi solam perniciem obstinatæ perfidiæ residuam ventilare. Hæc autem, quæ de Calendione venerabili dicta sunt, & in Ioannis Alexandrini conveniunt certa ratione personam. Immo, si causa eadem latius inquiratur, tantæ illic tragœdiæ, tanti reperiuntur errores, ut si ipsi sint judices qui eadem perpetrarunt, cum evidenter fuerint confutati, a sui damnatione non temperent. Palam enim illic aperteque monstratur, nihil aliud quam quæsitam causam, quemadmodum, catholico qualicumque depulso pontifice, hæretico Petro reseraretur accessus. Tunc istud nemo discutiebat, synodum nemo poscebat. passim omnia licito fieri a quibuscumque videbantur. nullum discrimen rerum, nulla examinatio postulabatur ecclesiæ: sed prout de uno quoque venisset in mentem, de suis urbibus catholicus pellebatur episcopus, non solum metropolitanus, sed etiam " tertiæ & secundæ " sedis antistes. In his nulla rerum vestigatio quærebatur, nulla facienda concilia jactabantur. Subrogantur hæretici, nemo resultabat: sed velut muta pecora in captionem ducta, subditis voluntatibus perfidiam sectabantur. Non mirum quidem, si nunc eos defendere moliantur, quorum indiscussam " cæcis mentibus secuti sunt utilitatem. Sed miramur, cur eos non pudeat in istorum damnatione de synodo non facta causari, cum sciant tot tantosque pontifices nulla synodo fuisse depulsos. Si in istorum rejectione de non inito concilio conqueruntur, cognoscant se, cur non & hoc in aliorum rejectione quæsiverint, accusari. Si vero in ceterorum rejectione concilia necessaria non fuerunt, nec in istis necessaria fuisse cognoscant. An in catholicorum dejectione non fuit opus, & fuit magnopere congreganda in prævaricatoris damnatione confessi? Quid igitur restat, nisi ut dicant hæreticos non fuisse? Non ergo de synodo conquerantur, qui se palam communionis " externæ perhibent sectatores. Cur enim eis synodus necessaria fuisse videatur, qui se contra Calchedonensem synodum venire cognoscunt, qua Eutychianus error cum auctoribus generali ecclesiæ voce damnatus est? Nec dubium, quod sicut in unaquaque hæresi, quod incessabiliter repetendum est, quia firmum esse nullus ambigit Christianus, omnes complices, sectatores, communicatores damnatæ semel pravitatis pari sorte censentur. Ideoque fit consequens, ut sicut Timotheus atque Petrus talium sectatores, secundum illius tenorem synodi, nulla recenti facta pontificum congregatione damnati sunt: sic & qui Petro communicavit Acacius, ut criminis particeps, ita consors sit factus & pœnæ. Quid igitur ambagibus & nebulis ista prætexunt, ut impudentiam suam, mentemque vesanam inanibus potius fabulis velare letaliter, quam prodendo medicinaliter sanare contendant? Nihil enim nobis commune cum hominibus communionis externæ. Ideo vocatur ad judicium certe quæcumque persona, ut aut fateatur objecta, aut convincatur objectis. Post confessionem porro literarum tenore depromptam, cur ad judicium vocaretur Acacius, qui se confessus est Petro, quem petita sedis apostolicæ præceptione damnarat, communione sociasse: nec ei credi jam externæ communionis effecto, vel pro sua, vel pro illorum, vel pro Petri defensione jam posset, cui se prius miscuerat nefando consortio, feceratque se cum ejus causa sine dubitatione communem? Cui examinatione præmissa, & legitima si ita esset purgatione suscepto, regulariter misceretur. Sed cum eodem nondum legitime discusso atque purgato communione sociatus, quam adhuc reo se miscuit, tam pro eodem non habuit loquendi fiduciam. Nam cum Acacius nullo privilegio fulciretur, ut de " secunda sede posset ferre judicium, non potuit jure quemquam damnare. Simili modo, nisi primæ " sedis auctoritate percepta, nec examinandi Petri jus habuit, nec recipiendi penitus potestatem. Quo regulariter constituto, nec apud nos Petro ullatenus absoluto, quem damnasse nos novimus, examinasse vel absolvisse, nescimus: restat ut illud demonstremus, eumdem Petrum, quem se purgatum communione recepisse prætendit Acacius, nunquam ab hæreticæ communionis contagio cessasse: ac non solum ipso tempore quo ei communicavit Acacius, sed etiam post communionem prava-

" a schismaticis

" hæreticæ

" Alexandrina

" Romanæ

prævaricatoris Acacii, ſemper Alexandrinum A Petrum in hæreticorum collegio perduraſſe. Atque ita & per hunc Acacium perfidæ communionis ſuſcepiſſe contagium, & per eamdem illis hæreticis, quibus Petrus communicabat, eadem peſte conjunctum. Qui præſumpſit non ſervato ordine Petrum ſuſcipere, nec examinatum eum, nec cognoſcitur recepiſſe purgatum: & ideo præter ſedis apoſtolicæ notitiam, non legitimam ſibi ejus receptionem uſurpare voluiſſe, ut examinationem ejus & purgationem poſſet pro ſua voluntate "mentiri, atque eum nec examinatum, ne reciperet omnino purgatum. Quem ſi revera vellet examinatum purgatumque recipere, ordinem in ejus examinatione & receptione potius cuſtodiſſet, ne videretur magis, quam veraciter poſſet jure purgare. Sicut ergo ante non prius damnavit, quam & referret, & poſceret ab apoſtolica poteſtate damnandum: ſic & in recipiendo modum ſervare debuiſſet, ut priuſquam ſe ei communione miſceret, per ſedem apoſtolicam poſceret examinari eum, & legitima ratione purgari: cum nec examinandi aut recipiendi eum haberet ipſe pontificium, & non niſi per illius ſedis auctoritatem conſenſumque hoc poſſet implere, ſine cujus auctoritate eum non potuerat ipſe damnare, & cujus principali diligentia, & diſcuti potuit & purgari, & ad communionem convenienter admitti. Cum enim conſtet, ſemper aut ſedis apoſtolicæ auctoritate hujuſmodi perſonas, aut diſcuſſas vel eſſe purgatas, aut ſic ab aliis quibus competebat epiſcopis abſolutas, ut tamen abſolutio earum ex ſedis apoſtolicæ conſenſione penderet: ubi utrumque defuit, nec diſcuſſionem legitimam, nec purgationem firmam, ac per hoc receptionem fuiſſe conſtat indebitam. Si tu abſque mea communione Petrum judicaſti eſſe catholicum, meque deſpecto tuo eum jure recepiſti, quid cauſeris, ſi illum ego a communione mea, quam tu voluiſti contemptam, tamquam abſque tua notitia vel conſultatione repulerim? Vis adquieſcere? meus es. Non vis adquieſcere? non meus es: *Qui enim mecum non eſt, contra me eſt: & qui mecum non colligit, ſpargit.* Quæro abs te, Petrum hæreticum fuiſſe putas, an catholicum, an ab hæreſi poſtea eſſe correctum? Si hæreticum, nullatenus eidem communicare debuiſti, & eidem communicando, hæretici te manifeſtum eſt factum fuiſſe participem, & ejus conſequenter ex ſynodi tenore veniente damnatione conſtringi. Si catholicum, palam totius dogmatis es defenſor, quod catholicum eſſe pronuntias. Ac nihilominus illius errore cenſeris, ſi hæreticum fuiſſe definias, ſed poſtea correxiſſe prætendas, eique te purgato communicaſſe pronunties. Interim in cujus perſona me negligendum eſſe credidiſti, cauſari non potes quod in hac eadem te ejus perſona neglexerim. Deinde cum ſine me jus non habueris vel abſolvendi, vel recipiendi hujuſmodi rite perſonam, nec purgatum legaliter, nec regulariter conſtat eſſe. Quam regulariter non acceptam, tam legaliter non conſtat eſſe purgatam: & ideo non jure purgatam, quia legaliter non receptam. Mea enim in illum manente ſententia, te ſine" me pontificiũ, ut meam ſententiã reſolveres, non habente, qua poteſtate vel diſcuſſus eſt, vel qua auctoritate receptus aſſeritur? Ecce interim in his cauſa veſtra nutat & labitur": & ſi hæc ſola fuit, prorſus tota ſubruitur. Sed eſt adhuc aliud, quod ad cumulum veſtræ convictionis accedat. Quid enim ſi doceatur, non ſolum priuſquam in ejus communionem veniretis, neque tantummodo cum ad eius communionem veniſtis, ſed etiam poſtea in hæreticorum nihilominus eum communione duraſſe: nonne aut per illum apud vos communio perveniebat hæretica, aut in hæreticam communionem vos ejus commercio tranſibatis? Docete igitur Petrum Alexandrinum ab Antiocheni Petri unquam communione deſiiſſe, & non uſque ad diem cum Antiochenus Petrus in hac luce verſatus eſt, individuum utriſque fuiſſe conſortium. An dicturi eſtis & Antiochenum B Petrum fuiſſe correctum, cui uſque in finem ſe non communicaſſe gloriabatur Acacius? Sed quod profuit, quod illi per ſeipſum communicare non voluit, cum eidem per Alexandrinum Petrum ſine ulla ſe cõmunicare putaret invidia? Quid facimus de tot tantiſque civitatibus, ex quibus catholici pontifices ſunt repulſi? Si catholici ſubrogati ſunt, cur catholici ſunt rejecti? Sed evidenter apparet, quia cum catholici ſunt rejecti, non catholici ſunt ſubrogati. Reſtat ut catholicis hæretici quicumque ſucceſſerint. Cur eis temere communicaſtis? cur non, ut iſta nova facies rerum, & tanta tragœdia de pontificum ſucceſſione viventium a ſynodo diſcuteretur egiſtis? An de uno dolet Acacio, quod C ſpeciali ſynodo non fuerit confutatus, cum proprium crimen ſuis literis ipſe detexerit, nec audiri debuerit jam ſponte confeſſus; & de tantis pontificibus catholicis non dolet ſine ulla diſcuſſione ſecluſis? Qui utique, ſi catholicos noſſent eos, quorum communionem vitaverant, his potius communicare maluiſſent, quam non communicantes eis dura perſecutione depelli. Ecce tanti catholici ſacerdotes in hoc ipſo ſe indicant, quid apoſtolica ſedes cenſuerit cognoviſſe, conſtanterque probaſſe retinendum, quod communionem catholicam reſervantes, & eos qui apoſtolicæ ſedi communicarent; elegere conſortes; & illos, quibus ſedes apoſtolica decreverat minime communicare, D uſque ad perſecutionis incurſus renuere conſortes. Certe quæ ſedes apoſtolica decreverat, orientalibus epiſcopis non innotuiſſe jactatur. Unde ergo tot tantique pontifices unum idemque cum ſede apoſtolica ſentientes, eamque probantes apta religioni ſacroſanctæ veraque ſanxiſſe, quæ non ſolum ſequenda ſibi judicaverunt, ſed etiam uſque ad perſecutionem viriliter" exerenda? Ecce habuiſtis qui apoſtolicæ conſtitutionis, & notitiam vobis ingererent, & retinendi conſtantiam miniſtrarent. Si apoſtolica ſedes miſiſſet, vix duos aut tres dirigere poterat. Ecce tot pontifices, apoſtolicæ ſedis ſcita ſectantes, ingerunt vobis notitiam, & præbent E ſervandæ veritatis exempla. Qui contra tantos clauſiſtis oculos ibidem conſtitutos, quomodo duos vel tres audire poſſetis? Hoc ipſo ſine dubio cognoviſtis illos apoſtolicæ ſedi placere, quod vos diſplicere videbatis. Aut illos ergo ſectamini, per quos intelligebatis ſedis apoſtolicæ volũtatẽ: aut nihil eſt quod de ignorãtia velitis obtendere, cum indiciis tãtis & talibus abutentes, ſedis apoſtolicæ cõſtituta, tantis teſtimoniis prædicantibus, reſpuere potius quam recipere maluiſtis. Nunquid omnes iſti, quos memoravimus epiſcopi" imperatori mentiti ſunt? nũquid omnes

Margin notes: " metiri — Matth. 12. — " meo pontificio, ut m. ſ. r. jus non habẽte — " au... tas: & ... ſola ... p. t. ſ. — " execra... — " hoc p... textu Io... nes Ale... ejectus.

omnes imperatoris nomen ex diptychis " abstulerunt? Cum igitur pellerentur, & vivis pontificibus catholicis successores heretici crearentur, & non de inferioribus quibusque civitatibus, sed etiam metropolitani pontifices in catholica jugiter communione durantes, cur compassi non estis tantis fratribus vestris? cur non adiistis imperatorem? cur non ecclesiæ causam, & sacerdotii miserabilem decolorationem continuatis vocibus deflevistis? allegantes * nunquam de pontificibus nisi ecclesiam judicasse: non esse humanarum legum de talibus ferre sententiam absque ecclesiæ principaliter constitutis pontificibus: obsequi solere principes Christianos decretis ecclesię, non suam pręponere potestatem: episcopis caput subdere principem solitum, non de eorum capitibus judicare. Quibus ecclesiæ conciliis, qua synodo pellerentur: quid denique commisissent, ut sine ulla discussione rerum, tot ecclesiarum præsules pro humano libitu, & sæcularis potestatis arbitrio pellerentur. Inauditos, indiscussos, convictos non debere percelli. Maxime cum novæ causæ, & nova rerum facies appareret, ut rectores isti plebium repentinis incursionibus, pro mundanæ potentię voluntate, sacris dignitatibus privarentur. Ex nulla veteri causa, ex nullo collegio reatus, nec participio cujuslibet erroris jam ante damnati, teneri eos convincique consortes, ut tanquam ex præterita definitione judicarentur obstricti. Et ideo, quia nullis ante præcedentibus causis retenti essent, cur ejicerentur, incursus qui illi essent, debere monstrari, & ecclesiasticis legibus, ut semper, oportere constare. Saltem vel pro vestro loco illorum duceretis miseriis consulendum, formidantes in vobis quod in aliis cerneretis præter ullum morem violenter admitti. Si crimine respersi erant aliquo, ecclesiastica debuit examinatione cognosci. Taceam & ad sedem apostolicam ex more deferri, ne nostra privilegia curare videamur. Satis sit ostendere, quid secundum regulas, & patrum canones facere deberetis. Præcipue cum etiam ipsæ leges publicæ, ecclesiasticis regulis obsequentes, tales personas non nisi ab episcopis sanxerint judicari. Si vero de qualibet hæresi fuerant impetiti, tanto magis eos decuit ista cognoscere, qui & secundum religionis tenorem possent ista discutere, & haberent pristinum, ex quo est Christiana religio, pontificium judicandi. Aut catholici enim erant, aut hæretici, de quibus passim illa ludibria gerebantur, & latrocinia detestanda sæviebant. Si hæretici, prodi, discuti, & legitime convinci modis omnibus debuerant, vel suis confessionibus vel aliorum vocibus confutari. Taceo quia ad nos paterna fuerat consuetudine referendum, tantumque commoneo quid fieri ecclesiastico jure convenerat. Si vero catholici probabantur, vos, qui non solum in eorum depulsione cessistis, sed etiam subrogatis communicare delegistis, indubitanter hæretici. Qui depulsis catholicis secedentibus, non ignorastis causam fidei communionisque catholicæ per tantos antistites toto orbe patefactam: sed plane scientes volentesque, sine ulla discussione rerum, sine ulla synodali examinatione, sine ulla sedis apostolicæ reverentia, assensistis hæreticis; libenter habentes, patienterque sinentes, catholicos antistites inaudita prius & miserabili sorte detrudi.

A Quos si a fide integra communioneque catholica putaretis errare, ad apostolicam sedem, secundum scita majorum, & sicut semper est factum, referre debuistis: sicut de Petro " Alexandrino, vel de Antiocheno " Petro, de " Ioanne & Paulo fecisse monstratur Acacius. Sed quoniam noveratis eos cum apostolica sede sentire, & quid sedes apostolica sua definitione censeret, per illos tantos ac tales episcopos constat orientales antistites nullatenus ignorasse, & vos catholicæ atque apostolicæ communioni prodidisse contrarios, & ab eadem defecisse, cum non illis estis passione conjuncti, sed potius persecutoribus eorum societate connexi. Hic vobis synodus nunquam venit in mentem; & certe de per- B sonis, ut dictum est, nulla veteri lege constrictis. Hic nullo consilio, non unius urbis vel unius episcopi, sed totius orientis ecclesias, subiit animum vestrum facto sacerdotali concilio debere curari. Sed homines, qui in contrariam partem toto proposito, & toto " recesseratis affectu, concilia potius necessaria etiam studio declinastis, ne per eadem tale aliquid censeretur, quo vobis, rebus evidenter ostensis & legitime confutatis, in hæreticorum non liceret venire consortium. Quid igitur de ignorantia prætenditis, cum per totum orientem catholicam fidem communionemque sinceram sedi apostolicæ congruentem, non solum cognovisse tot pontifices videbatis, sed etiam us- C que ad extremum constantissime defendisse? Si nos non audieratis, quid de fide & communione catholica atque apostolica censeremus, illos adspicere debuistis, & aut sequi, si credebatis esse catholicos, aut apud apostolicam sedem potius accusare, si credebatis errasse. Quid illos juvat vel suo proposito illam tenuisse sententiam, aut cognoscendo quid sedes apostolica definiret? Aut igitur collegas & fratres de proximo in conspectu vestro, vel catholicos sequi debuistis, vel impetere si credebatis errare: nec illis, a quibus nullo discrimine vexabantur, præbere consensum, donec veritas ex omnibus patefacta constaret, & regulariter de eis ecclesiastici judicii forma procederet. Sin vero sedis apostolicæ regulam subsequendo perspiciebatis illos D hanc tenere constantiam, consequenter per illos, & quid nostra definitio contineret, non habuistis incertum; & illorum persecutoribus annuendo, a sedis apostolicæ, non ignorantes ejus sententiam, consortio " retrocessistis. Et adhuc dicitis ignorasse vos quid sedes apostolica censuisset, cum ab illis sacerdotibus in catholica fide & communione pollentibus, non verbis aut literis, sed personis præsentibus, didiceritis universa, & ab eadem vos proprio judicio separasse videamini. Dicitis etiam synodum in unius hominis persona debuisse tractari, quam in damnandis tantis pontificibus catholicis non quæsistis. Quibus autem vultis, ut de talium causarum relatione credamus? catholicis, an E hæreticis? ab omni hæreticorum contagione discretis, an hæreticorum communione pollutis? Quis autem non videat illos esse catholicos, & ab omni hæretica peste prorsus alienos, qui propriis urbibus detrusi, & in exilium sunt redacti: & eos qui superstitibus catholicis successores fieri ausi sunt, catholicos omnino non esse, sed aut Eutychianos manifestos, aut eorum sectatoribus communicantes? Hæc pestis apud eos hodieque perdurat. Siquidem & cum Pe-

" Mongo
" Gnapheo
" Apameno
" reciderat-tis
" vos retraxistis

Petro Alexandrino, & cum Antiocheno Petro, A indifferenter ii qui catholicis successerant communione permixti sunt, & successoribus utriusque Petri hodieque miscentur. His adde etiam illos, qui licet catholicis non successerint, sed dum catholici pontifices haberentur, talium se communione junxerunt. Hæc illa mixtura, hæc est illa confusio, qua per orientem totum inter catholicam hæreticamque communionem nulla discretio est: imo qui discerni tentaverit, potius habetur hæreticus, persecutione percellitur, exiliis & afflictione multatur. Restat ergo, ut in hac colluvione cunctorum, sicut quisquis ab eadem separatus est, sinceræ cõmunionis, & ideo catholicus comprobatur: ita quisquis illius B detestandi commercii particeps invenietur, quantum a sincera communione, tantum a catholica atque apostolica sit remotus. Nec prætendat quisquam, quod alicui forsitan evidentiori non communicasset vel communicare videatur hæretico. Quid enim juvat, si illi non communicet, & his tamen communione jungitur, qui ab illius non sunt communione diversi? Quod si eorum nulli communicavit, vel non omnino communicat, hic erit ille sinceræ, catholicæ, apostolicæque communionis & fidei. alioqui nullomodo poterit indiscretæ illius mixtionis insincerum vitare contagium. Hoc modo etiam ille vir bonus Acacius Antiocheno Petro, cui se palam non communicare jactabat, per alios sine ambiguo communicasse C detegitur. Neque enim ab omnium, qui Antiocheno Petro communicabant, semet Acacius communione suspendit. Ac per hoc quid profuit, quod videri volebat illi palam non communicare, cui per suos complices " subsicivæ communionis nectebatur? Alexandrino Petro communicavit Acacius. Sed donec advixit Antiochenus Petrus, qui utique post Acacianum cum Petro Alexandrino fœdus initum defunctus ostenditur, nunquam Antiocheno Petro Alexandrinus Petrus communicare desiit. Quod catholicorum continet relatio sacerdotum, ceterorumque in catholica durantium, nec conscientiam latere potest totius orientis. D Et ut taceam, quod per ipsum Zenonem imperatorem, qui utique Antiocheno Petro, quem introduxerat, & cujus sacerdotium comprobaverat, sine dubio communione permixtus, communicabat Acacius: plurimos diversarum urbium præsules possumus demonstrare, quibus cum Antiocheno Petro communicantibus nihilominus communicabat Acacius, & per illos Antiocheno communicabat consequenter & Petro. Sed hæc apud Græcos facilis & inculpabilis putatur esse permixtio, apud quos nulla est veri falsique discretio; & cum omnibus reprobis volunt esse communes, in nulla monstrantur probitate constare. Hic autem ille est E Petrus Antiochenus, quem nec per pœnitentiam ad communionem catholicam recipi etiam a sede apostolica poposcit Acacius. Ac per hoc queruntur a nobis Acacium fuisse damnatum, cum hac professione præmissa, & per infectos Antiocheni Petri recepta communione, se doceatur ipse damnasse. Vbi tamen non solum reus tenetur Acacius, sed omnes pontifices orientales, qui pari modo in hæc ceciderę contagia, meritoque simili damnatione tenentur obstricti, nec inde possint ullatenus expediri, nisi, dum supersunt a talibus abstinendo. Nec nos oportet in talibus causis nisi illis credere; qui aut omnino se sciunt ab hujus perfidiæ nexibus divino beneficio servare discretos, aut his qui a perfidorum consortio recesserunt. Nam in perfidorum contagio constitutis, quam fidem pro sinceræ communionis testificatione possumus adhibere, qui insincera communione sunt polluti? Nec eorum testimoniis nisi pro veritate poterimus, qui impugnare " non verentur falsitatibus veritatem. Restat ut non nisi illis credere debeamus, qui ab omni contagione sunt liberi.

" sub signo

" nitun[tur]

GELASII PAPÆ EPISTOLARVM DECEM FRAGMENTA, EX COLLECTIONE canonum Card. Deusdedit.

" ** *Gelasius Cælestino episcopo, inter cetera.*

In ecclesia beati martyris Eleutherii, quæ in Histoniensium civitatis parochia probatur esse constructa, Iulianum diaconum, si nil in eo est quod contra canonum veniat instituta, presbyteri honore decorabis: sciturus eum visitatoris te nomine, non cardinalis creasse pontificis. Lib. [...]

Idem Sabino episcopo.

Quartum defensorem diaconum sibimet consecrari populus Grumentinæ civitatis exposcit. Hunc ergo, si nil est quod ejus personæ possit opponi, diaconii provectione decorabis: ut noverit tamen dilectio tua hoc se delegantibus nobis exequi visitatoris officio, non potestate proprii sacerdotis.

Gelasius Quinigesio & Constantino episcopis, inter cetera.

Felix & Petrus ecclesiæ Nolanæ clerici contumaciter & contra constitutum rebelles ad comitatum filii mei regis putaverunt esse properandum, dicentes sibi vim fuisse generatam, tacito clericatus officio: & auctoritate promerita contra civilitatem redemptis sibi barbaris suprascriptum episcopum suum gravibus injuriis & dispendiis affecerunt. Proinde necessarium fuit ut ad eumdem dominum filium meum supradictus frater noster Serenus episcopus convolaret; ostensaque fraude secundum beatitudinem temporum suorum vir præcellentissimus filius meus Theodoricus rex ad nostrum contumaces clericos remisit examen. Lib. 4 [...]

Gelasius Victori episcopo.

Dudum de sanctæ Agathæ basilica, quæ in Caclano fundo olim noscitur constituta, processionem sub nostra consultatione suspenderas, asserens possessionis dominum omnia quæ illi conferebantur accipere, & suis usibus applicare; nec illic posse ministrorum Dei aliquos ad processionem venire, cum nulla illic alimenta susciperent. Sed nuper vir spectabilis Petrus noster nobis rationabiliter intimavit, hoc quod in culpam venerat se taliter ordinasse, ut universa quæ in ecclesia supradicta diversorũ fuerint oblatione collata, ad episcopum, aut ad eum cui basilicam deputaverit, universa pertineant: ita ut ex hoc compendio sarta tecta ecclesiæ procurentur. Et ideo frater saluberrimæ dispositionis professione suscepta, processionem supradictæ ecclesiæ te convenit ordinare. Lib. 3 [...]

Gelasius

Gelasius Respecto & Leonino episcopis.

6. IOANNES archidiaconus Falerionensis urbis eversionem ecclesiæ ab eo qui præsulis nomine censetur effectam grandi nobis supplicatione conquestus est; ita ut se videlicet de loci sui administratione dejecto, iter sibi liberum ad depopulandas facultates aperiret ecclesiæ. Nam ministeriis & ornatu pro sua voluntate distracto, prædium etiam paternum, quod in alimoniam clericorum decessor ejus reliquerat, velut proprium suis utilitatibus vindicavit: obviantemque supradictum archidiaconum, ceterosque complures, qui pariter reclamabant, ab ordinibus suis credidit excludendos. Et ideo, fratres carissimi, divinitatis intuitu ecclesiæ causam summa attentione trutinantes, omni veritate discussa, de compertis circa nostris auribus relatione signare; ut perspecta instructione diligentiæ vestræ quid fieri debeat censeamus.

Gelasius Iusto & Stephano episcopis.

97. FRATER & coepiscopus noster Profictus Salpinæ sacerdos ecclesiæ petitorii nobis insinuatione suggessit, Brumarium spectabilem virum, cum nullis extantibus causis servum ecclesiæ gravissima cæde mactasset, tunc etiam ad augendam violentiæ suæ pervicaciam supradictum antistitem gravissimis contumeliis affecisse. Et ideo, fratres carissimi, si a vobis admonitus ad judicium vestrum inquisitionemque convenerit, veritate discussa unde tantus superbiæ spiritus aut violentiæ conceptio fluxerit, quidve fuerit quod pontifex tanta laceraretur insolentia, nostris auribus relatione signate. Aut si forte simili præsumptione contempserit, potestatem sibi supradictus pontifex noverit esse concessam, quatenus apud judicem provinciæ atrocium injuriarum quærat propositione vindictam.

Gelasius Majorico, Sereno, & Ioanni episcopis.

98.
24. QUI & humanis legibus incivili temeritate calcatis, & reverentia religionis abjecta, vel ecclesiastica privilegia calcare contendunt, vel ubilibet in pauperum prosilire dispendium, nec hujusmodi saltem commoniti convictique nequitiam sopire consentiunt, atque illata sacris rebus detrimenta sancire, merito divini muneris sunt participatione privandi: ut hujus perceptione careant, quod sacrilegis ausibus habuere despectui. Quapropter Dionysii, qui sicut vestræ textus relationis ostendit, non solum Vibonensis ecclesiæ jura turbare, sed etiam repensare, quod nequiter admiserant, respuerunt, sacræ communionis arceantur accessu, donec quæ honori divino competunt discant devota mente deferre. Contra quos etiam quidquid publicis legibus agi poterit, minime negligatur. Ut qui utrumque tempserunt utrisque cohibiti, tam sibi, quam ceteris præbeant quod necessaria disciplina poscit exemplum. Cælestinus vero presbyter fratris & coepiscopi nostri Sereni, qui contra pontificale judicium, contraque apostolicæ sedis mandata prorumpens supradictis communionem sacram ministrare præsumpsit; cum non potuerit ignorare sententiam proprii sacerdotis, ab officio protinus ecclesiastico pellatur: ut nullus ecclesiæ ministrorum contra pontificalia instituta venire contendat.

Gelasius Ioanni episcopo Pisano.

ECCLESIASTICA ministeria, quæ unicuique basilicæ fidelium devotio deputavit, ad aliam ecclesiam nullo debent surripiente transferri. Et ideo, si hujus juris portitoris petitio veritate subsistit, calicem quem decessor tuus abstulit, ecclesiæ cujus fuit restitue sine intermissione. *Ibid. c. 99.*

Gelasius Natali episcopo.
Ex Ansel. lib. 6. cap. 39.

QUIA per ambitiones illicitas non pudet quosdam ecclesiarum jura turbare, ac privilegia, quæ metropolitanis vel provincialibus episcopis decrevit antiquitas, temeraria præsumptione pervadere; propter quod etiam communionis apostolicæ desiderant tenere discidium, quo scilicet ab ejus auctoritate divisi velut impune proprias usurpationes exerceant: non respicientes quod æterno judici rationem tam de catholicæ sinceritatis injuria, quam de traditionum præjudicio paternarum non sine perpetuæ sint damnationis interitu reddituri. Si in hac obstinatione permanserint, caritatem tuam diximus instruendam, nos pariter ad metropolitanos vestræ provinciæ, sive cujusquam contiguæ, quæ catholicam servant unitatem, magnopere delegasse, ut obeuntes episcopos in eadem regione metropolitanus suus debeat ordinare: eumdemque ipsum metropolitanum, si humana morte transierit, non nisi comprovinciales episcopi juxta formam veterem studeant ordinare; quatenus quæ veneranda decrevit antiquitas nullus sibimet contra fas usurpare contendat. *Adde dist. 64. 6.*

Gelasius clero, ordin. & plebi Brendesii.
Unde supra cap. 46.

CONCESSO vobis quem petistis antistite fratre jam & coepiscopo meo Iuliano, necessarium fuit eodem ad ecclesiam suam mox remisso, ad vos nostra scripta pariter destinare; quibus agnoscetis eidem fuisse præceptum, ne umquam ordinationes præsumat illicitas. Ne bigamum, & qui virginem non est sortitus uxorem, atque illiterarum vel obnoxium, in aliqua parte corporis debilem, notatumque modis omnibus ad sacros ordines permittat accedere. Quod etiam de peregrinis atque incognitis vel expetentibus cavere debebit: quia hujusmodi a venerabilibus prohibentur officiis, ac nihil ex ministeriis atque ornatu, postremo de quacumque re quam constat ad ecclesiam pertinere, audeat in alterum qualibet ratione transferre. Reditus & oblationes fidelium in quatuor partes dividat, quarum sibi unam ipse retineat, alteram clericis pro officiorum suorum sedulitate distribuat, fabricis tertiam, quarum rationem divino est redditurus examini. Sacris quoque ordinibus applicandos hac observatione promoveat, ut jejunio quarti, septimi, & decimi mensis vespere sabbati presbyteros atque diaconos ordinandos esse cognoscat. Venerabilis etiam baptismi sacramentum nisi in festivitate paschali & pentecostes tradere non præsumat, exceptis ægritudine laborantibus. *XII. q. 2. 26.*

GELASII PAPÆ PRIMI TOMVS DE ANATHEMATIS VINCVLO.

Acta Calchedonensis concilii ea tantum rata, quæ sedes apostolica approbavit: justa quæ in Acacium statuta: & Petrum Alexandrium a sede apostolica solmmodo potuisse absolvi.

Abruptum principium tomi gravis, imo potius deesse principium credibile est.

NE forte, quod solent, dicant, quod si synodus Calchedonensis admittitur, omnia constare debeant, quæ illic videntur esse deprompta. Aut enim ex toto eam admitti oportere, aut si ex parte repudiabilis est, firmam ex toto constare non posse. Cognoscant igitur illud secundum scripturas sanctas traditionemque majorum, secundum canones regulasque ecclesiæ, pro fide communi, & veritate catholica & apostolica, pro qua hanc fieri sedes apostolica delegavit, factamque firmavit, a tota ecclesia indubitanter admitti: alia autem quæ per incompetentem præsumptionem illic prolata sunt, vel potius ventilata, quæ sedes apostolica gerenda nullatenus delegavit, mox a vicariis sedis apostolicæ contradicta, manifestum est; quæ sedes apostolica, etiam petente Marciano principe, nullatenus approbavit; quæ præsul ecclesiæ Constantinopolitanæ tunc Anatolius, nec se præsumpsisse professus est, & in apostolicæ sedis antistitis non negavit posita potestate: quæ ideo, sicut dictum est, sedes apostolica non recepit, quia quæ privilegiis universalis ecclesię contraria probantur, nulla ratione sustinet. Quid enim? Quia in libris sanctis, quos utique veneramur & sequimur, quoniam quorumdam illic & profanitates esse feruntur, & scelera gesta narrantur, ideo nobis pariter aut veneranda sunt, aut sequenda, quia in illis sanctis libris & venerabilibus continentur. Sanctus Petrus primus apostolorum, sic existimans novi testamenti gratiam prædicandam, ut a legis veteris non recederet institutis, quædam per simulationem legitur inter Iudæos gentilesque gessisse. Numquid ideo aut illa ejus sequenda sunt, quæ merito & coapostolus ejus facta redarguit, & postea consequenter ipse vitavit, pariterque assumenda sunt cum his, quæ (utpote primus apostolus) salubria prædicavit? Numquidnam aut ejus recta doctrina cum his, quæ humanitus acciderant, repudianda est, aut illa adhuc imbecillis inscitia, cum perfecta ejus suscipienda est doctrina? Numquidnam in ipsorum hæreticorum libris non multa, quæ ad veritatem pertineant, posita releguntur? Numquidnam ideo veritas refutanda est, quia illorum libri, ubi pravitas inest, refutantur? Aut ideò pravi libri suscipiendi sunt eorum, quia veritas, quæ illic inserta est, non negatur? Ait apostolus: *Omnia probate; quæ bona sunt tenete.* Scimus apostolum etiam de paganorum libris aliqua posuisse. Numquid ideo etiam cuncta recipienda sunt, quæ cum his pariter sunt prolata? Ipse apostolus ait multos prædicatores aliter atque aliter Christum prædicare, ubi licet quocumque modo Christum prædicatum oportet admitti, tamen non ideo illum morem, quo non recte prædicatum est, non admonet evitare. Malos operarios ipse conqueritur, quorum alia refutanda, alia docet esse sectanda. Hæc & hujusmodi exempla nos edocent, & testimonia divina con-

Ea in conciliis tractanda quæ sedes apostolica tractari præscribit

Concilii Calchedonensis actione 16. S. Leo in epistola 56. 57. & 58.

1. *Thess.* 5.
Act. 17.
2. *Cor.* 11.
1. *Tim.* 1.
Philip. 1.

A firmant, non omnia passim a quocumque dicta, vel ubicumque scripta, indifferenter accipere: sed retentis bonis, quæ noceant refutare. Peccatori homini mors illata est, & tamen homini Iesu Christo mors illata reum fecit esse diabolum: quia ubi causa mortis non erat (puta peccatum) non debebatur & pœna. Sententia præfigitur, vel præfixa est semper errori. Quæ sententia huic errori præfixa, nunquam omnino resolvetur. Sicut enim, in quantum est ipse error, nunquam error esse desistit, sic a sententia præfixa nunquam resolvetur, quia error, qui agnoscitur esse damnatus, & eadem, quamdiu manet error, probatur adstrictus. Itaque qui in eo errore sunt, setētia erroris obstricti sunt: B & quamdiu in eo manent, nullatenus absoluti sunt, sicut nec ipse, in quo sunt, error absolvitur. Error enim ipse nunquam veniam promeretur: sed qui eo veraciter caruerit, atque ab ejus parcipatione discedit. Quamdiu ergo in eis est, error damnationem suam tenet, nunquamque resolvitur, quia error semper pœnam meretur. Participes vero ejus, aut semper sunt & ejus pœnæ participes, si in eodem perstare non desinant: aut si ab eodem recesserint, quam alieni facti sunt ab errore, & ab ejus participatione discreti, tam & pœnæ ejus erunt consequenter alieni. Cui erranti pœna præfigitur, quamdiu manet errans eadem pœna constringitur; quia errans esse non potest sine pœna errati. Hæc eadem pœna perpetua est, nunquamque C solvenda, quamdiu errans esse perstiterit. Qui si errans esse destiterit, pœna, quæ erranti est præfixa perpetua, non erranti, id est, alteri effecto, quam cui præfixa est, non solum non potest esse perpetua, sed nec esse jam pœna. Non est enim ipse cui præfixa est. Erranti enim præfixa est, non non erranti. Quæ enim erranti præfixa perpetua est, & perpetuo constringit errantem, non errantem, non potest jam tenere. Sit erranti dicta fore perpetua, sit errāti dicta nunquam esse solvenda. Manet omnino & vere, certumque est, quod in ea præfixum est: nec potest prorsus absolvi, quamdiu manenti præfixa debetur erranti. Non erranti autem nec D pœna potest esse, quæ non erranti non debetur inferri. Nec mutatur illa omnino nec solvitur quæ debetur erranti. In suo ergo tenore illa præfixa est, in suo jure non potest omnino resolvi: in non suo tenore, quæ esse non potest, jam docetur esse vacuata: & jus illic penitus non habere, ubi causam non habet existendi. Plenæ sunt sanctæ scripturæ tali forma justitiæ. Dicitur: *Pereant peccatores a terra, ita ut non sint: peccatores ut desistant esse peccatores. In hoc pereant, ut esse deficiant peccatores.* Ceterum si prorsus peccatores, secundum prophetę sententiam, usquequaque deperirent, ut substantialiter non subessent: qui salvari potuissent E a redemptore nostro, qui *venit non justos vocare, sed peccatores?* Vel de quibus dicit apostolus: *Christus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum?* Et *Cum peccatores essemus, misit Deus Filium suum*, & cetera hujusmodi? Hic revera plurimi etiam substantialiter perierunt peccatores, in peccatis suis utique permanentes, veraque in eis sententia dicta permansit, nunquamque resoluta est: & tamen eadem in talibus, quibus præfixa est, permanente perpetua, quodam genere factum est, ut in talibus non usquequaque manentibus, id est,

Psal. 10[?]
Luc. 5[?]
1. *Tim.* 1[?]
Rom. 5.
Gal. 1[?]

id est, in peccatis suis non usquequaque durantibus, sententia tamen præfixa talibus permaneret. Nam & ipsi pereunt: sed esse peccatores, ut dictum est, non pœnaliter, sed remedialiter, quodam & ipsi genere perierunt: quodam genere & in ipsis mansit præfixa sententia, donec permanens eos efficeret non esse peccatores, vel peccatores non esse perficeret. Completa est & in eis sententia, nec quo tenore peracto permanens illa sententia pereuntibus peccatoribus, ita ut non essent utique peccatores. At ea jam in non peccatoribus manere non potuit: quia in eis, quibus inflicta non fuerat, jus manendi penitus non habebat. Ita nec in suo jure vel tramite ullatenus sententia resoluta est, & eadem in his, quibus inflicta est, permanente, ab his, qui ab ejus jure discreti sunt, aliena prorsus effecta est. Nec in his, salva sui conditione, fas haberet manendi, quibus inflicta non erat. Dixit dominus, quod in Spiritum sanctum peccantibus, nec hic esset nec in futuro sæculo remittendum.

Quantos autem cognoscimus in Spiritum sanctum delinquentes, sicut hæreticos diversos, Arianos, Eunomianos, Macedonianos, ad fidem catholicam revertentes, & hic remissionem suæ percepisse blasphemiæ, & in futurum spem sumpsisse indulgentiæ consequendę? Nec ideo non vera est domini sententia, aut putabitur esse ullatenus resoluta, cum circa tales, si hoc esse permaneant, nunquam omnino solvenda persistat, effectis autem non talibus, non irrogata. Sicut etiam est consequenter & illud beati Ioannis apostoli: *Est peccatum ad mortem: non dico ut oretur pro eo. Et est peccatum non ad mortem: dico ut oretur pro eo*; est peccatum ad mortem, in eodem peccato manentibus: est peccatum non ad mortem, ab eodem peccato recedentibus. Nullum est quippe peccatum, pro quo aut non oret ecclesia remittendo, aut quod, data sibi divinitus potestate, desistentibus ab eodem, non possit absolvere, vel pœnitentibus relaxare, cui dicitur: *Quæcumque dimiseritis super terram, dimissa erunt & in cælis: & quæcumque solveritis super terram, erunt soluta & in cælis.* In quibuscumque omnia sunt, quantacumque sint, & qualiacumque sint: veraci nihilo minus eorum manente sententia, quæ nunquam solvenda esse denuntiatur: in eorum tenore consistens, non etiam ab hoc eodem post recedens. Quod etiam in Acacii sententia rationabiliter intuendum est, in qua etiamsi ei dictum est, nunquamque solvendus, non est adjectum tamen: Etiamsi resipueris: Etiamsi ab errore discesseris: Etiamsi prævaricator esse destiteris. Quapropter in aperto est ita dictum, nunquam solvendus, sed talis, scilicet, qualis est & ligatus: non autem talis effectus, qui sicut ligandus non erat, sic absolutus esse docebatur. Sicut carebat obligatione, cum obligationis causa caruisset: sic utique absolutus existeret, quatenus & ipse non necessitate dictæ sententiæ videretur non posse quodammodo jam solvi: nam talis effectus, & obligatione carens, fieret absolutus: & circa tales præfixa sententia, nullo modo insolubilis redderetur. Numquid enim misit, quæsivit, expetiit, & abjectus est? Itaque ipse in se insolubilem fecit esse sententiam, qui talis permanere delegit, qualis veraciter non posset absolvi: & noluit talis effici, circa qualem, permanente sententia circa tales, effectum non talem insolubilis sententia non maneret, quæ circa effectum non talem, non haberet licentiam permanendi. Quo magis (ut dictum est) exemplo atque periculo admoniti, qui eodem tenore sunt constricti, festinare debent, ut non tales esse permaneant, quibus sententia illa non solvenda præfixa est, & esse tales incipiant, qualibus non insolubilis præfixa sententia possit esse solubilis. Quoniam autem effecto non tali, quali non solvenda præfixa sententia est, effecto, inquam, non tali, potest solubilis esse sententia; quia jam Acacio, non volenti non talem esse, sicut tali usque in finem permanenti, permansit in absoluta sententia: ita jam non tali effici non volenti, solubilis non potest esse sententia. Nonne tantos habebat Acacius, quorum exemplum sequi potuisset, antistites, qui in Ephesino prolapsi latrocinio, quolibet modo in consensionem reciderant pravitatis? Utique tamen (etsi dictum non erat) & perpetuam damnationem ferre potuissent, nisi resipiscentes, & non tales effecti, quales illic facti fuerant, damnationemque perpetuam merebantur, resolvi circa se damnationem, recedentes a perpetuæ damnationis causa, meruissent: quam, qui perstitere, circa se insolubilem reddiderunt. Nihil interest igitur, nihil differt, utrum dicatur, nunquam solvendus, an non dicatur: quia ecclesiastica sententia reos & prævaricatores obligat; quia sicut ei non potest suffragari, quod non est dictus nunquam solvendus: sed, si in errore permanserit, insolubilis modis omnibus perseverat: nec potest inde, nisi non talis effectus, absolvi; sic cuiquam præjudicare non potest, tametsi dictum est nunquam esse solvendum, manifesta ratione monstrante, quia nunquam fit omnino solvendus, si talis, qualis ligatus est, esse persistat: vel talis utique nunquam solvendus, qualis est obligatus. Non adjecto autem, etiamsi resipiscat & corrigat, patere prorsus & liberum esse non dubium sit, ut non talis effectus, qualis nunquam dictus est esse solvendus, sed talis, qualis non est dictus, nunquam esse solvendus, id est, correctus & emendatus, consequenter correctus & possit solvi. Notandum quod quolibet genere blasphemantibus in Spiritum sanctum, si resipiscant & corrigant, & hic eis & in futuro sæculo remittatur; nec inde possit domini nutare sententia, quæ circa tales, utique permanentes, permanere dicta est, non circa non tales effectos. Quamdiu autem in hoc manent, tales sunt, qualibus non remittendum esse præfixum est. Cum autem ab hoc recesserint, non tales efficiuntur, qualibus non remittendum esse prædictum est. Et ideo non talibus effectis potest & hic & in futuro sæculo non remitti. Alioquin (quod absit) frustra videretur ecclesia hujusmodi sua reconciliatione suscipere. Quia autem frustrari non potest, hoc intellectu modis omnibus, salva domini sententia, prædicandum est, quantum ad nos pertinet, omnino posse. Talis igitur dictus est Acacius, qualis ligatus est, nunquam esse solvendus. Talis usque in finem esse permansit, talis esse non destitit. Ita talis est hodie, qualis est dictus. Non talis esse jam non potest, nunquam igitur, talis permanendo, sol-

De secunda Ephesina synodo dicit, quæ prædatoria appellatur.

solvendus est: qui si talis esse desisteret, nec in non tali permansisset, & nunquam esse solvendum, quia non talis, qualis dictus est, nunquam esse solvendus, posset absolvi, & non tali nunquam solvi recederet; & ideo, ut solvi posset, accederet. Quod sedes apostolica non consensit, nec imperator imposuit, nec Anatolius usurpavit. Totumque (ut dictum est) in sedis apostolicæ positum est potestate. Ita quod firmavit in synodo sedes apostolica, hoc robur obtinuit; quod refutavit, habere non potuit firmitatem: & sola rescindit, quod præter ordinem congregatio synodica putaverat usurpandum, non promulgatrix iteratæ sententiæ, sed cum apostolica sede veteris executrix. Hoc tamen, quod de uno eodemque homine dictum est, sive tali persistente, qualis sententiam competenter accepit, sive non tali effecto, & illa sententia, quæ non tali non dicta est, absoluto, & in unaquaque civitate legitur, similiter esse præfixum, & populo ac gente simul depromptum potius, quæ in toto orbe portio est.

Concilii acta, nisi a Romano pontifice confirmentur, nulla sunt.

Idem enim mundus est, qui & periturus est dictus, & sermo Dei non potest excidere, & in ipso mundo nihilo minus a pravis intentionibus recedente non promitur. Sic Tyrus, & Berytos, & Gaza, & Ægyptus pronuntiatæ sunt perituræ, quas postea per euangelium novimus esse salvatas. Perierunt itaque duplici modo: aut permanentes in eo, quo talem sententiam susceperunt; aut deficientes ab eo, quo tales fuerant, & incipientes esse, quo non tales fuerant: quibus est illa præfixa sententia, ut consequenter ad non tales non pertineret illa sententia, quæ non talibus præfixa non fuerat: sic etiam de gente Iudæorum a Deo etiam per Isaiam prophetam peremptorie veluti pronuntiatum est: *Claude oculos eorum, & obtura aures eorum, & videntes non videant, & audientes non audiant, ne quando intelligant; & obdura cor populi hujus, ne unquam convertantur, & sanem illos.* Hic etiam correctio & emendatio interdicta monstratur, & resipiscendi quoque spes prorsus abscinditur. De quo tamen populo apostolos & ecclesiam primitivam novimus processisse, & millia hominum una die baptismate fuisse salvata. Ecce & in persistentibus, qualis est illa sententia promulgata, permansit, nec ad correctionem prorsus venire sanitatis admissi sunt, sed adjudicati sunt in sua nequitia deperire, & manente divina sententia, non per ipsorum propriam emendationem, suoque intellectu vel motu, suaque virtute vel possibilitate conversi sunt, ut sanarentur, sed per gratiam Dei sanati sunt, ut converterentur. *Ne convertantur*, inquit, *& sanem eos*, ne sua sponte, ne suis operibus, quibus utique confidebant, ne suam justitiam sectantes, justitiæ Dei non debeant esse subjecti, de suis viribus confidentes, non divinæ se misericordiæ illuminationique subdentes. Et ideo inhibetur eis superbæ præsumptionis effectus, *ne convertantur* suis intentionibus, suis nisibus, ut putarant: *& sanem eos*, ne eorum quasi meritis ex propria facultate venientibus salvatrix gratia daretur, atque ita gratia jam non esset gratia, si non gratis data esset immeritis, sed merces tanquam meritis restituta. Non ergo *ipsi convertantur, & sanem eos*: sed sanati per gratiam, qualiter ad humilitatem Christi convertantur, agnoscant, ita in utrisque, hoc est, & in eo permanentibus in quo talem sententiam perceperunt, & in salvatis exinde sententia dominica fixa permansit, & tamen illa permanente, sic eis miro genere sanitas introducta est, ut illa sententia non mutata videretur: sed eadem perdurante, sanitas non illorum confidentia, sed divino munere proveniret. Quod si hæc tentare formidant, nec ad suæ pertinere cognoscunt modulum potestatis, cui tantum de humanis rebus judicare permissum est, non etiam præesse divinis, quomodo de his, per quos divina ministrantur, judicare præsumunt? Fuerint hæc ante adventum Christi, ut quidam figuraliter, adhuc tamen in carnalibus actionibus constituti, pariter reges existerent, & pariter sacerdotes. Quod S. Melchisedec fuisse sacra prodit historia. Quod in suis quoque diabolus imitatus est, utpote qui semper, quæ divino cultui convenirent, sibimet tyrannico spiritu vendicare contendit, ut pagani imperatores, iidem & maximi pontifices dicerentur. Sed cum ad verum ventum est eumdem regem atque pontificem, ultra sibi nec imperator pontificis nomen imposuit, nec pontifex regale fastigium vendicavit. Quamvis enim membra ipsius, id est, veri regis atque pontificis, secundum participationem naturæ, magnifice utrumque in sacra generositate sumpsisse dicantur, ut simul regale genus & sacerdotale subsistant: attamen Christus memor fragilitatis humanæ, quod suorum saluti congrueret, dispensatione magnifica temperans, sic actionibus propriis dignitatibusque distinctis officia potestatis utriusque discrevit, suos volens medicinali humilitate salvari, non humana superbia rursus intercipi, ut & Christiani imperatores pro æterna vita pontificibus indigerent, & pontifices pro temporalium cursu rerum imperialibus dispositionibus uterentur, quatenus spiritalis actio a carnalibus distaret incursibus, & ideo *militans Deo, minime se negotiis sæcularibus implicaret*: ac vicissim non ille rebus divinis præsidere videretur, qui esset negotiis sæcularibus implicatus; ut & modestia utriusque ordinis curaretur, ne extolleretur utroque suffultus, & competens qualitatibus actionum specialiter professio aptaretur. Quibus omnibus rite collectis, satis evidenter ostenditur, a sæculari potestate nec ligari prorsus nec solvi posse pontificem. Quo manifestius approbatur, Alexandrinum Petrum per imperialem tantummodo sententiam nullo modo potuisse prorsus absolvi; ubi si pontificum quoque sociatur assensus, quærimus utrum præcesserit, an fuerit subsecutus. Si subsecutus est, nihilo minus ad id reditur, ut absolutio sæculari potestate præcepta, & principaliter inchoata, valere non possit; pontificumque secutus assensus, adulationis potius fuerit, quam legitimæ sanctionis. Si præcessit, doceatur a quibus, & ubi ille sit gestus, si secundum ecclesiæ regulam celebratus, si paterna traditione profectus, si majorum more prolatus, si competenti examinatione depromptus. Ubi procul dubio requirendum est, si synodali congregatione celebratus, quod in receptione damnati, & depulsione catholici, quia nova est causa, fieri debuisse certissimum est: si ad

Hier. 47. Hier. 44. per totum. Luc. 10. Isai. 6. Act. 2. Rom. 11. Genes. Heb. 1. Pet. 2. Tim.

si ad primam sedem, cujus intererat sententiæ, qua Petrus tenebatur obstrictus, secundum ecclesiæ regulas est relatum: si eadem quæ ligavit absolvit: si illa quæ ligaverat, non resolvête, imo etiam nesciente, potuisset dissolvi. Si hæc gesta non sunt, quo more, quo ritu Alexandrinus Petrus prætenditur absolutus, cum nec a pontificibus legitime & ecclesiasticis legibus fuerit expeditus, nec a sæculari potestate potuerit præter ecclesiæ tramitem prorsus absolvi? Sed dicatur forsitan: Non imperator absolvit, sed a pontificibus poposcit absolvi. Tanto magis poscenti imperatori a pontificibus fuerat suggerendum, ut si eum legitime vellet absolvi, legitima ecclesiastici tenoris absolutio proveniret, & hæc omnia, quæ superius dicta sunt, secundum ecclesiæ tramitem servarentur: præcipue cum de secundæ sedis ageretur antistite, nec ab inferiore qualibet, sed a prima sede jure possit absolvi. Inferior quippe potiorem absolvere non potest: sola ergo potior inferiorem convenienter absolvit. Proinde inferioris loci pontifices, qui nullatenus se noverant potiorem sibi, sine prima sede se posse resolvere, præcipue quem ejus sententia noverant obligatum, prævaricatoria absolutione potius non illum penitus exuerunt, sed se prævaricatione potius nexuerunt. Ita Petri absolutio ex utroque non constat, quia nec prævaricatoria absolutione rei reum absolvere potuerunt, & depulsis undique pontificibus catholicis, hæreticisque suppositis, vel his, qui hæreticorum tenebantur communione polluti, etiam sacræ religionis insinceritate polluti, participem suum tam absolvere nequiverunt, quam ipsi non erant absoluti: ac proinde tam ecclesiasticæ regulæ prævaricatores, quam sacrosanctæ communionis integritatem maculantes consortio perfidorum, quod de reo simillimo potuerunt ferre judicium? De catholicis enim pontificibus per totum orientem aut quicumque perstitit, est ejectus: aut ille restitit, qui consensit errori, & se ab errantium contagio non retraxit.

Quod igitur eorum potuit de cujusquam errore esse judicium, qui nusquam non errasse monstrantur, & hæreticorum simul catholicorumque confessione permixta, cunctas religionis veræ & sinceræ sedes turbasse, catholicamque apostolicamque confudisse puritatem? Ecce qui reum absolvere potuerunt, qui rei præ omnibus docebantur effecti? Ecce cum quibus de absolvendo reo synodus fuerat ineunda. Si fides & communio catholica retinebatur, cur catholici pellebantur antistites? Si catholici pellebantur antistites, quomodo non tantummodo hæretici servabantur?

NOTA SEVERINI BINII.

a *Fuerant hæc ante adventum Christi*, &c.] Insinuat hoc loco Gelasius Christum redemptorem nostrum, regem atque pontificem secundum ordinem Melchisedec, politicam potestatem, quam in terris repererat, conservari certisque limitibus circumscribi voluisse, ne se rebus sacris immisceat: statum vero ecclesiasticum a politica potestate ita distinguit, ut tamen ecclesiasticæ jurisdictioni in his, quæ sunt ad Deum, subjiciat. Patet ex epistola ejusdem Gelasii ad Anastasium imperatorem, qua sic ait: *Nosti enim, fili clementissime, quod licet præsideas humano generi dignitate, rerum tamen præsulibus divinarum devotus colla submittis.* Et paulo infra de ipso Romano pontifice hæc subjungit: *Et si cunctis generaliter sacerdotibus recte divina tractantibus fidelium*

A *convenit corda submitti, quanto magis sedis illius præsul consensus est adhibendus, quem cunctis sacerdotibus & divinitus summa voluit præeminere, & subsequens ecclesiæ generalis pietas celebravit?* Viderint ergo novantes nostri temporis hæretici, qua ratione Gelasium pontificem de quadripartita bonorum ecclesiæ divisione scribentem, una ac possessiones ejusdem ecclesiæ defendentem, harum rerum turbatorem esse tueantur. Istas actiones, de quibus apostol. 2. ad Timoth. 2. *Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus*, sacerdotibus interdixisse non negamus. Quæ vero sint ista, diversis canonibus supra est explicatum.

GELASIUS PAPA I. ADVERSUS ANDROMACHUM SENATOREM, ceterosque Romanos, qui Lupercalia secundum morem pristinum colenda constituebant.

B

Damnat Lupercalium superstitiosam celebrationem: & non ex Lupercalium intermissione, sed ex sceleribus Romæ mala contigisse probat.

SEDENT quidam in domibus suis, nescientes, neque quæ loquantur, neque de quibus affirment, de aliis judicare nitentes, cum se ipsi non judicent, & velint prius accusare quam nosse, ac docere quam discere, & indiscussis rebus, nec investigatis causis, nec rerum ratione quæsita, quod eis ad buccam venerit inconsideranter effundere, & præcipitanter evomere; non veritatis assertione prolata censentes, sed studio cacologiæ, quæ C nesciunt arguentes: eoque progressi sunt ut etiam recte facta malevolentiæ proposito lacerare contendant; qui si saperent, non præcipitarent omnino sententiam, sed perscrutatis ante rebus loquenda depromerent. Verum quia nos arguunt segnes esse censores in vitiis ecclesiæ coercendis; & a nobis consequenter agnoscant, non tantum corporalis adulterii esse peccatum, quod & discuti debeat, & jure puniri, sed esse longe majus fornicariis & adulteris genus, quod in quolibet Christiano, quia membrum omnis Christianus ecclesiæ est, competenter debeat vindicari: tanto enim sacrilegii majus est crimen, quanto animæ fornicatio pejor est corporis: nam per animæ D fornicationem ab ipsius Dei conjunctione discedit, atque ad immundos spiritus spiritualis adulterii genere transitur. Quomodo autem non in hanc partem recidit, qui cum se Christianum videri velit, & profiteatur, & dicat, palam tamen publiceque prædicare non horreat, non refugiat, non pavescat, ideo morbos gigni, quia dæmonia non colantur, & deo Februario non litetur. Video ubi hæc deliramenta comperit. Quomodo prævaricator non est qui in has blasphemiæ profanitates incurrit: quomodo sacrilegus non æstimetur qui abjurata E unius Dei providentia, & potestate, quam confessus est, ad prodigiosas superstitiones, & vana figmenta seducitur; secundum apostolum longe deterius reus, jureque damnandus, confessam veritatem deserere, quam si in eam nullatenus credidisset: quamvis enim ridiculosa sint figmenta, quæ proferat, tamen ipse affectus & voluntas in crimine est, & professio ac prædicatio jure damnanda: ac per hoc qui in alium sententiam damnationis vult sine dilatione proferri, in quo alium judicat, semetipsum se condemnare cognoscat. Numquid enim pontifex vindicare debet in eos qui adulterium corporale committunt, & in

Fornicatio animæ est superstitio.

eos

eos qui sacrilegium, id est fornicationem & adulterium spirituale gerunt, non debet vindicare? Nonne ipse dominus, cum adultera ad eum
Ioan. 8. esset adducta, accusantibus dixit: *Si quis vestrum sine peccato est, primus in eam lapidem mittat?* Non ait, si quis vestrum non similiter adulter est: sed *si quis sine peccato est:* quolibet ergo obstrictus quisque peccato in alterius peccati reum lapidem non audeat mittere. Quibus tunc pro sua conscientia discedentibus mundi
Ibid. salvator adjecit: *Mulier ubi sunt accusatores tui? nemo te condemnavit, nec ego te condemnabo; sed vade, ulterius jam noli peccare.* tenes, & teneris; urges, urgeris; obstringis, obstringeris; pontificis discussionem flagitas, vindictamque deposcis. Memento in adversum omne crimen esse proferendum. Numquid non etiam leges humanæ dicunt, quod reus reum facere non pos-
Matth. 7. sit? *Festucam vides in oculo fratris, & in tuo trabem non vides?* qui mœchos accusas, adulterium facis, & corporales adulteros spiritualis adulter incessis? certe discussionem poscis: homo diligens, maturus, religiosus. non vis aliquem in ecclesia peccare, peccantem cupis discuti, & pœnæ consequenter addici: quæcumque in alium promis & in te proferre cogeris; hoc enim facis, ne segnitia pontificis accusetur & maculetur ecclesia. Debet ergo & pontificis in omnibus malefactis solicitudo & severitas non deesse, & ab omnibus ecclesiæ fama purgari. Sed dicas forsan te laicum, illum ecclesiæ ministrum; ergo gravius crimen exaggerans. Verum dicis, nec ego diffiteor. tanto solicitius examinandus est, quanto magis propinquus est; tanto magis reus est, quanto in illo ministerio constitutus, & hæc facere minime debuisset. Ecce censura non deest: audi tu: & si convictus fuerit, vindictæ consequenter addicitur. Age modo quid vis de te? Numquid quia in ministerio sacro non es, in plebe sacra non es? An nescis & te membrum esse summi pontificis? An ignoras totam ecclesiam sacerdotum vocitatam? postremo si ille reus est, qui accedens ad ministerium ecclesiæ delinquit; numquid & tu reus non es, qui post confessionem veritatis ad prava & perversa & profana & diabolica, quibus te renuntiare professus es, figmenta reduceris? Itaque etiam tu post blasphemias palam publiceque profusas, a sacro corpore modis omnibus abstinendus es. Non potes enim mensæ domini participare, & mensæ dæmoniorum; nec calicem domini bibere, & calicem dæmoniorum. Nec potes templum Dei esse, & templum diaboli, lux simul & tenebræ in te convenire non possunt. Viderim utrum urges, atque compellas in alio maleficio vindicare. Tu tamen sceleris tui pondus non potes declinare: & quãto in alio transire crimen non pateris impunitum, tanto quid etiam in te pro rerum ratione facere debeamus ostendis. Verumtamen in ipsis blasphemiis tuis quibus es jure plectibilis, imperitiam tuam evidenter agnosce, & sicut ait ille: Voluntatem habere te mentiendi, artem fingendi non habere; cum sic te intelligas malum habere affectum, perversumque apostandi propositum, ut tibi materia prorsus vanitatis illius nulla suppeditet, nec possis astruere quod corde concipis, & ore depromis. Dic mihi, cum sæpenumero in Romanis historiis legatur, Livio auctore, sæpissime in hac urbe exorta pestilentia infinita

A hominum millia deperisse; atque eo frequenter ventum, ut vix esset unde illis bellicosis temporibus exercitus potuisset adscribi; illo tempore Deo tuo Februario minime litabatur, an etiam cultus hic omnino nil proderat illo tempore quo Lupercalia celebrabantur. Nec enim dicturus es, hæc sacra adhuc illo tempore non cœpisse, quæ ante Romulum ab Euandro in Italiam perhibentur allata. Lupercalia autem propter quid instituta sunt, quantum ad ipsius superstitionis commenta respectant, Livius in secunda decade loquitur. Nec propter morbos inhibendos instituta commemorat, sed propter sterilitatem, ut ei videtur mulierem, quæ tunc acciderat " exhibendam: "f. e dam.
B proinde si vel ad hoc ipsum aliquid hoc valeret, hoc intermisso, non morbus acciderit, contra quem Lupercalia reperta non sunt, sed feminæ nequaquam generare debuerant, pro quarum fecunditate concinnantur inventa. Quid dicturi estis de peste, de sterilitate, de bellorum tempestate continua: numquid & hæc propter sublata Lupercalia contigerunt? Si autem non propter ista vel vitanda, vel curanda, Lupercalia sunt provisa; quid inani turbatione jactamini? quid Tuscia, quid Æmilia, ceteræque provinciæ, in quibus hominum prope nullus existit, ut bellica necessitate consumeretur, Lupercaliorum fecit offensio, quæ longe ante vastatæ sunt, quam Lupercalia tollerentur? Quando Anthemius imperator Ro-
C mam venit, Lupercalia utique gerebantur, & tamen pestilentia tanta subrepsit, ut toleranda vix fuerit. Numquid per Campaniam Lupercalia gerebantur, quæ sublata morbos illic, & pestilentiam procrearent? Sed dicturi estis ad Romam tamquam ad caput omnia pertinere, & quod hic factum non est, diversis provinciis ad eam pertinentibus obfuisse. Cur ergo antequam ad Romam istæ provinciæ pertinerent, præter Lupercalia propriis opibus floruerunt? ut sterilitas sit continuata terrarum Lupercalia sublata fecerunt, an nostrorum merita peccatorum? de quibus olim dictum est & quidquid Romani meruerant perdere mores,
D sterilitas certe feminarum debuit provenire, propter quam auferendam Lupercalia instituta jactantur, non sterilitas terrarum, propter quam Lupercalia non sunt instituta, removenda. Quid in Africa, unde sterilitas; quid in Galliis? Lupercalia ista fecerunt, an nostri mores, furta, homicidia, adulteria, injustitiæ, iniquitates, ambitiones, cupiditates, perjuria, falsa testimonia, oppressiones miserorum, bonarum causarum impugnatio, malarumque defensio, & in omnibus inaudita perversitas; postremo, quod supra omnia est, Deo fictæ mentes & sacrilegia, artesque magicæ etiam paganis horrendæ? Ecce quæ faciunt omnia adversa, & inimica nobis, non Lupercalia, quæ sunt pro vestra salute
E sublata. Sed quid dicitis vosipsi qui Lupercalia defenditis, & agenda proponitis? Vos eadem preciatis, vos eorum cultum, celebritatemque vilem vulgaremque redditis. Si ostensio Lupercaliorum nobis adversa procuravit, vestra culpa est; qui quod vobis singulariter prodesse putatis, negligentissime, & non longe impari cultu & devotione ea ducitis celebranda, quam profanitatis vestræ celebravere majores. Apud illos enim nobiles ipsi currebant, & matronæ nudato publice corpore vapulabant. Vos ergo primi

primi in Lupercalia commisistis: satius fuerat non agere quam ea cum injuria celebrare: sed deduxistis venerandum vobis cultum, & salutiferum quem putatis, ad viles trivialesq; personas, abjectos & infirmos. Si vere ergo profitemini hoc sacrum, ac potius execramentum, vobis esse salutare, ipsi celebrate more majorum, ipsi cum amiculo nudi discurrite, ut rite vestræ salutis ludibria peragatis. Si magna sunt, si divina, si salutifera, si in his vitæ vestræ pendet integritas; cur vos pudet per vosipsos talia celebrare? si pudet & dedecus est, itane salutiferum est & divinum, profuturum, quod vosipsi dedecus esse fateamini? Nemo religionem profitetur, quam per se exequi prorsus erubescit & refugit: ipsa verecundia vestra vos doceat crimen esse publicum, non salutem, & non divinitatis cultum, de quo sapiens nullus erubescit, sed instrumenta pravitatum, quibus mens vestra contra semetipsam testimonium ferens, quod gerendum profitetur, erubescit implere. Castores vestri certe, a quorum cultu desistere noluistis, cur vobis opportuna maria minime præbuerũt, ut hiemis tempore venirent huc navigia cum frumentis, & civitas inopia minime laboraret? an diebus sequentibus hoc futurum est æstatis, à Deo constitutum beneficium est, non Castorum vana persuasio? Dicite nobis nec Christiani, nec pagani; ubique perfidi, nusquam fideles; ubique corrupti, nusquam integri, qui tam utrumque tenere non potestis, quam sibi utrumque contrarium est. Dicite, inquam, Lupercaliorum patroni, & revera divinitatis ludibrii, & cantilenarum turpium defensores, digni magistri vesaniæ, & qui non sine causa sana capita non habetis, digni hac religione, quæ obscœnitatum & flagitiorum vocibus celebratur: videritis ipsi quid vobis salutis impendat; quæ tantam moribus labem perniciemque proponit. Nec est quod dicatis potius hæc agendo, & facinora uniuscujusque vulgando, deterrere a talibus commissis animos, & pudore refrenari, ne de his publica voce cantetur, quando, sicut ille ait, non tam deterrere, quàm admonere animos hæc ludibria videantur: & sicut ille dixit: Iram atque animos a crimine sumunt; eo impudentiores effecti, quo crimine publicato, expositaque verecundia, nil superest omnino quod pudeat, nec habet quod metuat publicari, sed jam se fiducialiter exerat, qualis in propatulo, non per coercitionem, sed potius per quamdam lætitiam, & celebritatem hominum decantata est quælibet illa persona, imo & religione se præstare confidit; ut sint, unde nominum solennia celebrentur, quæ nisi criminum decantationibus non coluntur. Dicite nobis itaque qui voluntatem profanitatis habetis, cujus causas asserere non potestis, qui tuendæ habetis propositum falsitatis quam defendere non potestis; quid dicturi estis de siccitate, de grandine, de turbine, de tempestatibus, variisque cladibus, quæ pro morum nostrorum qualitate proveniunt. Numquidnam & hæc omnia pro sublatis Lupercalibus contigerunt, an in malis moribus castigandis meritis retributionibus inferuntur? Sed non mirum est homines non judicio divino velle ista contingere, sed vanæ superstitionis incursu: quibus sua crimina & malefacta cooperiant, auctoritatem cæli, fidem perhibent adhibere &

A fatalem induci errorem, necessitatemque peccandi, facinoraque sua non de cordis proprii perversitate procedere, sed cælo auctore pendere. Proponite igitur pro quibus aut submovendis malis, aut promerendis bonis Lupercalia vestra fuerint instituta, & videamus quæ illa bona provenerint, cum Lupercalia gererentur, & quæ mala successerint cum Lupercalia viderentur ablata. Figite gradum, ad quod vestrum excidium dicatis hæc prodigia fuisse reperta, digni qui monstrum nescio quod pecudis hominisque mixtura compositum, sive vere, sive false editum celebretis. Si propter pestilentiam summovendam, ut antiquiora prætercam; ecce antequam meis temporibus tollerentur, pestilentiam gravem tam in ur-
B be quam in agris hominum pecudumque fuisse non dubium est: si pro sterilitate jactatis, cur in Africa vel Galliis ista contingunt, ubi nec fuerunt aliquando Lupercalia, nec constat fuisse sublata? Cur nunc oriens omnium rerum copiis exuberat, & abundat; qui nec celebravit unquam Lupercalia nec celebrat? An dicitis illic nocere, ubi per plurima sæcula fuerant celebrata, & repente sublata sunt? Videamus ergo si his temporibus quibus dicitis agitata, & rite, ac plena sui, sicut vobis videtur, devotione completa sunt, nunquam fames, nunquam pestilentia prorsus extiterit: si vero sæpenumero his cladibus ad extremum periculi ventum
C est; apparet his malis summovendis nihil Lupercalia profuisse; etiam eo tempore quo, sicut dictum est, ut putatis, competenti ordine gererentur, sic de singulis quibusque necessitatibus, propter quam dixeritis fuisse provisum. Si constiterit etiam illis non desisse, vana hujus remedii convincitur esse præsumptio. Verumtamen cur non hoc etiam nunc experiamini, utrum valeant aliquid etiam rite celebrata: & vos per ludibria ista discurrite vestrorum more majorum, ut divinam rem, & salutarem vobis, ut dicitis, devotius celebrando, saluti vestræ prospicere magis, magisque valeatis. Numquid cum hæc celebrarentur, a Gallis Roma non
D capta est, & sæpenumero ad extrema quæque pervenit? Numquid bellis civilibus sub hac celebritate non concidit? Numquid Lupercalia deerant quando Vrbem Alaricus evertit? Et nuper cum Anthemii & Ricimeris civili furore subversa est, ubi sunt Lupercalia? cur istis minime profuerunt? certe divinum est: si salutare vobis, cur non per vos ipsi ut majores vestri ista faciatis? Cur causas vestræ salutis minuitis? cur decoloratis? cur eliditis, cur ad vilia quæque deducitis? quid imputatis nobis, cum ipsi remedia vestra calcetis? Satius est & non tentare, quam contumeliose peragere. majores certe vestri, si vitiose
E (uti illis videbatur) sacrum aliquod celebrassent, instaurandum esse ducebant. Cur non quod ad vitiosum cultum redegistis, per indignas quasque id exequendo personas, competenti instauratione reparatis, ut causas vestræ salutis plenius perfectiusque tractetis? cur vos pudeat agere, si salutare est? Si divinum, quod tractasse sit dedecus? Sed inquis, vel imaginem ipsius rei non debere moveri. Si prodest, si salutare est, cur imago potius apud vos, & non ipsa sit veritas? aut si certe nec tunc profuit, quan-

quando ritu integro, sicut dicitur, tractabatur; quid quæritis ejus imaginem, cujus nec ipsam profuisse cernitis veritatem? Sed dicitis tot sæculis rem gestam non oportere secludi. Nihilo minus multis temporibus paganitatis superstitio ventilata est. Sacrificetur in templis dæmonum, & in capitolio profana vanitas celebretur. Cur portionem defenditis, & quæ majora sunt præteritis? Si plurima genera vanitatum multis acta sæculis probantur esse sublata; cur portio, quantovis tempore ventilata, non possit auferri? Si temporibus præscribitur, imputate majoribus vestris, qui cum hac temporis præscriptione non usi sint, posse quod superfluum est, & debere removeri, dum plura & majora submota sunt, indicarunt. Sed dicis etiam Christianis temporibus hæc fuisse: sed etiam illa aliquamdiu Christianis quoque temporibus celebrata sunt. Numquidnam, quia sub primis præsulibus Christianæ religionis ablata non sunt, ideo sub eorum successoribus tolli minime debuerunt? Multa sunt quæ a singulis pontificibus diverso tempore sublata sunt noxia, vel abjecta. Non enim simul omnes in corpore curat medicina languores, sed quod periculosius conspicit imminere; ne aut materia corporis non sufficiat medicinæ, aut pro conditione mortali simul omnia non possit avertere. Quære quale sit unde agis: si bonum est, si divinum, si salubre; merito quandocumque tolli non debuit: si nec salubre, nec divinum; causandum tibi magis est cur tardius auferatur quod superstitiosum constat, & vanum, quod certe Christianæ professioni non convenire manifestum est. Postremo quod ad me pertinet, nullus baptizatus, nullus Christianus hoc celebret, & soli hoc pagani, quorum ritus est, exequantur. Me pronuntiare convenit, Christianis ista perniciosa & funesta indubitanter existere. Quid me incusas, si quod profitemini inimicum esse, a consortibus professionis Christianæ pronuntio submovendum? Ego certe absolvam conscientiam meam: ipsi videant, qui justis admonitionibus obedire neglexerint: quod etiam prædecessores meos forsitan fecisse non ambigo; & apud imperiales aures hæc summovenda tentasse: & quia auditos esse non constat, dum hæc mala hodieque perdurant, ideo hæc ipsa imperia defecerunt, ideo etiam nomen Romanorum, non remotis etiam Lupercalibus, usque ad extrema quæque pervenit. Et ideo nunc ea removenda suadeo, quæ cum nihil profuisse cognosco, tamquam contraria veræ religioni, noxia potius extitisse pronuntio. Postremo si de meorum persona præscribendum æstimas prædecessorum; unusquisque nostrorum administrationis suæ redditurus est rationem, sicut etiam in publicis dignitatibus fieri providetis. Ego negligentiam accusare non audeo prædecessorum, cum magis credam fortasse tentasse eos ut hæc pravitas tolleretur, & quasdam extitisse causas & contrarias voluntates, quæ eorum intentionibus præpedirent; sicut ne nunc quidem vos istos absistere insanis conatibus velle perpenditis.

GELASII PAPÆ I. DICTA ADVERSUS PELAGIANAM HÆRESIM.

Demonstrat hominem non vivere sine peccato, & dictum apostoli: Vir infidelis sanctificatur per mulierem fidelem, *&c. mysteriumque resurrectionis declarat.* 1. Cor.

De Pelagianis quidem sensibus, blasphemiisque sacrilegis, & apud majores nostros tam divinis quam humanis legibus justa discussione damnatis, nimis est copiosa materia; quia & illorum est multiplex perniciosa perversitas, eoque nocentior, quo verisimilitudinis colore subtilior, quam de ipsius humani generis principe, pravo funestoque commento, non rite conceptam rerum consequentium mendaciis texuerunt. Necesse est enim, ut qui a principio deviarit ab integro tramite, vagus ubique progrediens, quanto se currere fortius putet, tanto plus erret; & in his ut competit refutandis, disputatio prolixa debeat adhiberi: quoniam quidem perfectæ medicinæ mos est originem vel intelligere prius vel reserare morborum, eisque patefactis medelam conficere congruentem; quæ cuncta, si dominus vitam facultatemque tribuerit, in quantum cælesti rore vegetati valebimus, alias moliemur explicare. Nunc autem hunc articulum, qui quosdam movere perhibetur, sufficienter interim duximus explicandum; ut eodem convenienter inspecto, quod in ceteris cavere jam debebant, domino Deo nostro præstante perpendant. Æstimant igitur quidam in hac vita posse quemquam hac perfectione consistere, ut nullis prorsus fragilitatis humanæ pulsetur affectibus, nec corporeis exagitetur illecebris: quod quisque si propriis viribus, suæque proposito voluntatis existimet adipisci, semetipsum seducit, & veritas in eo non est: nam si in ipsis primis hominibus, dum sua nimium felicitate confidunt, & tantam Dei gratiam in vacuum recipientes, non orando, quod utique nusquam fecisse referuntur, nec de perceptis gratias referendo, nec ut eadem intemerata durarent suppliciter implorando, incolumes constare nequiverunt; quanto magis post prævaricationis ruinam, in quam mala sui confidentia, creatorem nullatenus inquirendo, lethaliter inciderunt, absque divino munere suis viribus vel ægri, vel stare non possunt; sine quo nec integri persistere valuerunt. Sin vero quisquam non possibilitate facultatis humanæ, sed per divinam gratiam hoc asserat in hac vita quibuslibet sanctis posse conferri, bene quidem facit (nam dono Dei cuncta possibilia sunt) talia confidenter opinari, & sperare fideliter. Sed utrum aliqui tales extiterint, qui usque ad hanc perfectionem vitæ præsentis accederent, sicut nusquam evidenter astruitur, sic nos facile vel firmare vel impugnare non convenit; magisque sobrium est, ex ipsorum vocibus prophetarum, apostolorumque sanctorum, quatenus hujus vitæ profectum metiri debeamus, agnoscere, quibus utique in hoc mundo, quantum ad sanctæ vitæ pertinet institutum, nihil excellentius vel fuisse, vel esse manifestum est: qui etiamsi copiosiore Dei munere vel raris omnino, vel minimis humanæ conditionis passionibus impetiti sunt, & affluentiore Dei gratia mortalitatis vitia

vitia facile superarunt; non usque adeo tamen
expertes eorum se fuisse testantur, ut scilicet il-
lius immaculati agni sit proprium, nullum pror-
sus habuisse peccatum, ne non soli videatur esse
deputandum, si alius quilibet sanctus expers
delicti fuisse credatur. Contenti simus ergo
professione sanctorum; & quid de seipsi magis
pronuntient, audiamus, quam quid vel temere
cogitandū sit, vel nostris opinionibus ventilan-
dum sine certa auctoritate sectemur. Cur autem
cum Deus omnipotens post mysterium repara-
tionis humanæ etiam id homini conferre potue-
rit, ut ab omnibus omnino vitiis esset immunis,
maluerit fideles suos salvos fieri, & expectare
perfectæ beatitudinis firmitatē, ut quod speran-
do desideramus, rebus possimus adipisci: cen-
sueritque nunc perficere in infirmitate virtutem,
quam remotis infirmitatibus humanā conditio-
nem nulla sineret lāguōris exagitatione pulsari.

Quantum dominus ministrarit, ut competit,
differetur scripturarum testificationibus, con-
tra quarum tenorem nihil est temere profiten-
dum super his sensibus erudiri. Constat in ipso
primo homine Christum & ecclesiam figura-
tam, beato Paulo apostolo nos docente, cum
5. de fœdere sancti conjugii loqueretur: *Sacra-
mentum hoc* inquiens *magnum est: ego autem
dico in Christo, & in ecclesia.* Itaque jam inde ut
sanctorum quisque processit, in hujus sacra-
menti figuratione censitus est; & hoc myste-
rium omnes sancti ab Abel suis sacrificiis actio-
nibusque gesserunt. In Christo ergo & in ec-
clesia, in qua utique generaliter præcondita est
remissio peccatorum, fideles quique Deo san-
ctique vixerunt, & usque ad legis tempora per
Moysēn datæ certis sunt sacrificiis in hujus my-
sterii virtute purgati. Quapropter si eguerunt
omnes mysticis immolationibus incessabiliter
expiari, non dubium est vitiis humanæ con-
ditionis fuisse pulsatos; a quibus eos per illa
remedia futuri sacramenti necessarium esset
incessanter absolvi. Iam vero legis tempore
neminem fuisse sanctorum, qui non hostiam
obtulerit pro peccato, lectio veneranda te-
statur: in tantum ut etiam pontifices sic a-
pud Deum causas agerent populi tunc fide-
lis, ut ipsi quoque pro suis delictis hostias
immolarent, passimque universi prophetæ
proclament peccatis suis veniam postulantes.
Inde est quod sanctus Iob dicit: *Nemo mun-
dus a sorde, nec infans cujus est unius diei vita
super terram.* idemque alibi: *Astra non sunt
munda in conspectu tuo.* Prophetæ quoque Da-
vid de generalitate sanctorum certa definitio
42. prolata cognoscitur, quæ ait: *Ne intres in
judicium cum servo tuo: quoniam non justifica-
bitur in conspectu tuo omnis vivens*: ubi uti-
que neminem prorsus hominum discrevisse per-
spicitur, sicut idem planius hocipsum loquens
51. manifestiusque declarat: *Dixi: pronuntiabo
adversum me injustitiam meam domino; & tu
remisisti impietatem peccati cordis mei. Pro hac
orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno.*
Qui utique non solum sub lege sanctus esse,
sed in futura Dei gratia eminentioris propo-
siti post futurus. Vnde quod ait: *In tempore
opportuno*, non sine rerum venturarum cogni-
tione subjunxit etiam & in oratione sua sa-
7. pientissimus Salomon: *Non est homo qui non
peccavit.* & item ipse: *Quis gloriabitur castum
se habere cor, aut mundum se esse a peccato?* Sed

A ne putentur illorum temporum sancti ab hac
impassibilitate forsitan excipiendi, quoniam
concessis a Deo conjugibus utebantur, quam-
vis & beatus Elias passibilis fuisse memoretur,
quemadmodum consequentia declarabunt: &
S. propheta Daniel non solum pro populi, sed
& pro suis peccatis perhibeatur orasse, sicut
ipse dicit: *Cum orarem, & confiterer peccata* Dan. 9.
mea, & peccata populi mei domino Deo meo. Tan-
dem veniamus ad beatos apostolos, & dicat
beatus ille Iacobus, qui cum omnes utique ju-
sti essent apostoli, proprie atque speciatim ju-
sti viri prærogativam legitur assecutus: *Beatus* Iacob. 1.
*vir qui suffert tentationem, quia cum probatus
fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit
B Deus diligentibus se.* Et item post paululum:
*Vnusquisque autem tentatur a concupiscentia sua
abstractus & illectus. Deinde concupiscentia cum
conceperit, parit peccatum: peccatum vero cum
consummatum fuerit, generat mortem.* Item
idem: *In multis enim offendimus omnes.* Idem- Iacob. 3.
que secutus adjunxit: *Et Elias homo erat simi-
lis nobis passibilis.* Dicat beatus Petrus aposto-
lus: *Carissimi rogo, ut quasi incolæ & advenæ ab-* 1. Pet. 2.
*stineatis vos a corporalibus voluptatibus, quæ mi-
litant adversus animam*: & iterum: *Nolite mi-* 1. Pet. 4.
*rari ad fervorem, qui ad tentationem vobis fit;
quasi novi aliquid vobis contingat.* Item postea:
Sobrii estote, & vigilate, quia adversarius vester 1. Pet. 5.
*diabolus, quasi leo fremens, circuit quærens
C quem devoret, cui resistite in fide*: scientes eas-
dem passiones in omni quæ est in mundo
fraternitate vestra fieri, a qua fraternitate
nimirum se ipsi fidelium sæpe cunctorum fra-
tres annuntiant; nec suam probantur discrevisse
personam. Dicat beatus Ioannes apostolus &
euangelista ille qui in pectore discubuit salva- 1 Ioan. 1.
toris: *Si dixerimus quia peccatum non habemus,
nosmetipsos seducimus, quia veritas in nobis non
est. quod si confessi fuerimus delicta nostra, fidelis
est & justus, qui dimittat nobis peccata, & mun-
det nos ab omni iniquitate.* Item quod *si dixeri-
mus, quia non peccavimus, mendacem faciemus
eum, & Verbum ejus non erit in nobis.* Dicat 1. Ioan 2.
idem: *Hæc scribo vobis ut non peccatis. Sed si
D quis peccaverit, advocatum habemus apud Pa-
trem justum, & ipse propitiatio peccatorum no-
strorum, non tantum nostrorum, sed & totius* Ibidem.
mundi. Item ipse: *Omne quod in mundo est,
concupiscentia carnis est, & concupiscentia ocu-
lorum, & ambitio sæculi, quæ non est a Patre,
sed ex mundo est. & mundus transit, & con-
piscentia ejus: qui autem fecerit voluntatem* 2. Cor. 12.
domini, manet in æternum. Veniat minimus
apostolorum, sed vas electionis Dei: veniat
magister gentium Paulus prædicator divinæ
gratiæ singularis, & mysterii cælestis copiosus
expositor, ille qui verba ineffabilia sive in cor-
pore sive extra corpus nesciens in tertium cæ-
E lum levatus audivit: qui tanta gratia redunda-
vit, ut cum omnium esset postremus, plus om-
nibus laboraret, & qui non solum fidelibus
insinuet quid super hac parte sentiret, sed et-
iam quid de se ipso pronuntiet, libere verita-
tis doctor annuntiet. Et quoniam longum est
cuncta, quæ ad hanc causam pertinent, di-
cta revolvere; ponantur pauca de multis, ex
quibus nobis sufficientissime demonstretur, ma-
gis nos cum Paulo debere infirmari, ut ha-
bitet Christus in nobis, quam cum quolibet
aliter sentiente quam Paulus fortes videri;

PPpp ij &

& velut (quod absit) Christi remediis non A egere. Ait ergo : *Scio enim quia non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum; nam velle adjacet mihi, perficere autem bonum non invenio: non enim quod volo hoc facio, non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.* Item: *Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem: video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, ac captivum me ducentem in lege peccati, quæ est in membris meis. Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum.* Quare se igitur miserum hominem appellat? quare se gaudet per Christi gratiam de mortis corpore liberari, si B nullis affectibus humanæ miseriæ pulsabatur; si nullis infestabatur, ex quibus liberaretur incursibus? Item idem: *Caro concupiscit adversus spiritum, & spiritus adversus carnem; hæc enim invicem adversantur sibi, ut non quæ vultis illa faciatis. Non enim quæ vult spiritus perficit, ne de perfectione superbiat.* & idem : *non perficit caro quæ vult*, ut sic humanæ conditionis admoneat.

Rom. 7.
Ibidem.
Gal. 5.

Ne tamen usquequaque propositum fidele demergat; ac ne forsitan, ut solent quidam vanis opinionibus arbitrari, quod hæc B. apostolus Paulus sub alterius nescio cujus persona pronuntiet, quam de seipso fateatur; quamvis nihil illic tale valeat prorsus ostêdi, tamen cum ait : *Miser ego homo, quis me liberabit de corpore* C *mortis hujus? Gratia Dei per Iesum Christum*, tam gentilis, quam Iudaei remota probetur esse persona. Audiamus tamen hunc alibi, quasi sese manu propria designantem, ac semetipsum specialiter indicantem : *Ego ipse mente servio legi peccati.* & item de seipso : *Castigo corpus meum, & in servitutem redigo, ne qui aliis prædico, ipse reprobus efficiar.* Quis igitur non advertat, quid interesse potuerit quod membra sua castigando refrenaret, ne reprobus existeret, si nullis talibus stimulis pulsaretur, quod negligendo, & non corporis sui castigatione subigendo, reprobus esse potuisset? Quapropter cum hæc & apostoli de semetipsis professi fuisse monstrentur, qui etiamsi ista minime pro- D didissent, procul dubio tamen omnes orationem dominicam & necessario prædicarent, & veraci corde proferrent, qua quotidie supplicantes dimitti sibi sua debita postularent, & ne in tentationem inducerentur orasse, & ut a malo liberarentur suppliciter implorasse doceantur, propter quod etiam B. Ioannes apostolus, quod supra jam dictum est, intelligitur edidisse, dicens: *Si dixerimus nos peccatum non habere, mendacem faciemus eum*, Christum scilicet qui hanc orandi formam suis discipulis condidisset, in qua vel quotidiani debiti rela- E xatio proveniret, & ne in tentationem inciderent, implorarent, vel ut a malo liberarentur, exposcerent, si nihil esset omnino quod aut debitum prægravaret minime relaxatum, aut tentatio posset inferri peccati, aut nullum a quo liberarentur malum prorsus existeret. Sic autem quosdam movet surripiens illusio dormientium, quasi non gravior æstimata sit concupiscentia vigilantium. Quamvis enim & insolentia corporalis frequentius refrenanda sit vel castigatione jejunii, vel ciborum frugalitate sumptorum, ne materia præbeatur humanis sensibus phantasticæ voluptatis imaginatione

Rom. 7.
1. Cor. 9
1. Ioan. 1

fallendis, vel magnis hoc de miseratione divina sit precibus implorandum, ut ab illecebrosis visionibus sopitæ mentes reddantur immunes: tamen sive hæc incontinenter agentibus sive viventibus continenter eveniant, certe si quis est, minor reatus est nescientium, quam carnalis operis appetitu palam aperteque cupientium. Denique licet non parvo Dei munere potiatur quisquis aut nullis talibus, si fieri potest, aut perraris pulsatur insidiis; nusquam legimus in culpam vocari phantasmata somniorum, sed plane ipsius domini voce non ignoramus esse depromptum; quod *quisquis mulierem viderit ad concupiscendum, quod eamdem sit suo corde mœchatus*, ubi consequenter reatum subesse non dubium est. Ideoque tam jugi supplicatione, quam eleemosynis, ceterisque bonis actionibus expiandum est. Non enim vacat mysterio quod dictum est omnia per eleemosynam posse mundari, cum ait dominus, dum de internis externisque figuraliter purificationibus loqueretur: *Verumtamen quod superest, date eleemosynam & ecce omnia munda sunt vobis.* Sed etiam illud quod *caritas cooperiat multitudinem peccatorum*, ut scilicet quidquid insinceritate corporis & mentis attrahitur, rationalis pietatis opere deleatur. De beatis autem; sicut supra jam diximus, apostolis, tantum debemus nosse quæ ipsi de sua conversatione sentiri propriis vocibus ediderunt. Quæ vero tacita sunt ab eis, nulla nobis relinquetur licentia perscrutandi. Sed jam diligentius vestigemus, cur hæc post reparationem quoque generis humani, renovationemque naturæ, quæ fit per baptismatis sacramentum, non solum hæc vitia sublata non fuerint, sed ipsos etiam in magnæ continentiæ proposito constitutos sive minus, sive amplius, prout quisquis gratia divina dispensante profecerit, tamen infestare non desinant, cur relicta sint, contra quæ mens religiosa pugnaret. Et licet jam salvati per fidem, spem redemptionis accepimus, adhuc tamen expectetur, sicut ait apostolus, redemptio corporis nostri, & cum mysteriis cælestibus jam renatis pignus sit adoptionis ingenitum, perficienda deinceps sustineatur adoptio, ut scilicet deficientibus iisdem vitiis contra quæ nobis in hoc tempore, continua dimicatione ab hac necessitate liberati, quod fide suscepimus, quod spe proposita sustinuimus, ipsarum rerum desideratis affectibus assequamur, quatenus hac incursionum peste prorsus exuti, tranquilla semper sanctificatione vivamus, quod in illa futura beatitudine promittitur esse complendum, cum, sicut ait apostolus, *corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem*, atque animale corpus spiritualem sumpserit dignitatem. Igitur dubium non est, superbiam super omne esse peccatum; quippe de qua scriptum est : *Initium omnis peccati superbia.* Quod tantum malum est, ut singula prave facta in hoc ipso quia prava sunt, censeantur esse damnanda, solaque sit superbia, quæ & in benefactis periculosa doceatur: hæc est, quæ non tantum animal rationale in terris positum constare non finit, sed angelicam quoque dejecit infesta naturam. Nam cum Deus omnipotens, qui fecit omnia bona valde, cuncta suis modis, & congruis ordinibus instituta condiderit, eaque propriis concesserit vel manere, vel proficere posse mensuris; hic rationabili creaturæ subrepsit affectus, qui per id, quod

Phãtasmata somniorum non sunt peccata.
Matth.
Luc. 11
1. Pet. 4
1. Cor. 15
Eccles. 10
Superbia super omne peccatum

quod decentius facta consisteret, plus ei de A propria dignitate confidere, quam sicut modus ejus poscebat, de ipso collatore dignitatis ingessit, atque ita aliter appetendo sui culminis firmitatem, quam competens ejus decens norma requireret, fecit eam præter ordinem naturalem cupiendo fastigium meriti potioris erumpere, qui excessus utique sicut reatum intulit excedenti, sic justitiam conditoris, contra cujus ordinem tendebatur, offendit: & dum ab eo tenore cessatur, quo solo proficeretur ad summi boni perenne consortium, consequenter, qui ejus stabilem participationem pervenire non posset, defectus accessit, sicut creaturæ rationalis usibus congruebat. Non angelos ad profectum conditos promerendæ B stabilitatis æternæ, illa res indicat, quoniam si facti essent, ut ulterius nihil egerent, nulla pars eorum ullum potuisset habere defectum: non enim in eis diversam naturam fuisse dicendum est, ne ille, qui propria voluntate prolapsus est angelus, excusaretur, si hoc illi non suæ protervitatis ingessit arbitrium, sed necessitas sibi inditæ conditionis imposuisse videatur. Vnde ergo beati & sublimes angeli de perceptis grati, piæ devotionis officio, & non seipsos, sed potius ipsi præferendo convenienter auctorem, ad ejus perpetuitatem proficere provehique meruerunt: inde isti qui reprobi sunt, de perceptis consequenter ingrati, debitumque dissimulantes obsequium, C seque ipsos magis, quam qui tantæ dignitatis substantiam condiderat, præferre molientes, & delectatione suæ creationis illecti a creatoris honore cessando; quanto arroganter elati, tanto æternitatis rectitudinem per irreverentiam non sequendo, ab ejus pariter & indignatione & participatione retracti sunt: & ab eo quod sempiternum est recedentes, in id quod semper deficit sunt reducti: quod præstante Deo nostro, alias confidimus plenius exequendum. Nunc interim quantum præsenti negotio sufficit, hæc illa causa est, hoc illud malum, per quod etiam sine vitio corporali quadam spirituali fornicatione motus angelus a divina qua illustrabatur gratia & participatione delapsus est: eoque modo degener D factus, ac de cælesti sede pro hac sua decoloratione seclusus, secundæ conditionis imaginem Dei per invidiam flammatus evertit. Iisdem motibus aggrediens in securitate degentem, quibus de summis ad ima male confisus ipse deciderat, hinc illa felicitas paradisi primis hominibus constare non potuit: hinc illa primæ conditionis integritas, dum ita de se fidit, tamquam ipso qui condiderat non egeret, nec de perceptis agit gratias, quod nusquam fecisse memoratur, nec de conservandis quæ sumpserat poscit auxilium, nec ad eum etiam E pulsata tentatoris accessu devota concurrit, & consulit, suæque se credit inter prospera voluntati, facile sine præsidio creatoris patuit deceptoris insidiis, & in prævaricationem tracta consequenter illiciti, conditionem præfixæ mortis invenit, meritoque est competenti subjecta vindictæ: quoniam nec de bonis fuerat devota retinendis, nec malum præcaverat ante prædictum, dum per majoris ambitum potestatis, Deum se scilicet fore præsumentis, foveas hostilis persuasionis incurrit; & quæ, si suo ordine mansisset, grata factori perpetuum summæ commercium deitatis potuisset apprehendere, competenter sine debito summæ divinitatis officio copiosa promissione lustrata, ad divinitatem non potuit pervenire. Sic ergo sine illius principalis ac summæ rationis affectu, quæ in bonis semper retinendis contrariisque refutandis intemerata persistit: ad cujus utique similitudinem ratione fuerat animal institutum, ut ea pro suo modulo congruis actionibus imitando, ipsiusque servando reverentiam, subsequendoque gratiam, ut vere similitudo ejus & imago permaneret, obtinere potuisset, fieretque divinæ rationis tamquam suæ parentis & auctoris digna consortio; & per hæc nihilo minus, utpote particeps æternitatis, æterna constare, dum sua quæ creata fuerat dignitate confidit; sibique se putat in eo quod erat facta subjacere, nec subdita veneratur devotione factorem, & ab illius participatione discessit, & in seipsa sine illo, in quo habebat subsistere posse, non constitit. Atque ita ordinem legitimæ rationabilitatis excedens, in irrationabilitatis abruptum per verisimilitudinem ratiocinationis, qua Deum se fieri credebat, abducta est; & illius privatione, quæ sempiterna vita est, in istam recidit, quæ sine fonte vitæ vitam perpetuam retinere non posset. Quamvis ergo pro his transgressionibus digna fuerit ultione, justus tamen arbiter Deus sic istam creaturam propositæ legis æquitate corripuit, ut quæ divinum sequi tramitem inter felicia fastidivit, sibimet ipsam merita lance dimisit. Vt tamen quia & decepta fuerat creaturæ potioris incursu, illius scilicet, quæ fremebat, illo terrenam proficere posse substantiam, unde spiritalis ipsa deciderat, & tamquam solatium capere cupiebat de alterius ruina creaturæ, velut non solum se culpandam ex alterius quoque transgressione prætenderet; sed lapsum suum in creatoris referret opificium, cujus & aliud opus constare veluti minime potuisset, ineffabili circumventæ pietate consuleret, utramque vero creaturam recte conditam hac ratione monstraret, quia & degeneres angeli per sanctorum angelorum beatitudinem confutantur.

Diaboli in humanum genus invidia unde est orta.

Quod iisdem modis, quibus illi, hoc est, debitæ pietatis officio, creatoremque suum debita prædicatione laudando, per dignationis ejus augmenta, profectumque reverentiæ competentis, participationem boni parentis, stabilitatemque perpetuam sempiternæ gloriæ sunt adepti. Sic isti quoque si eodem tenore niterentur, ad similem beatitudinem venire potuissent, nisi desides a sui laude factoris & competentem reverentiam non sequentes, ab ejus retracti participationis affectu, propriæ nequivissent incrementa perfectionemque sumere dignitatis, dum suæ institutionis claritate detentis ulterius se nihil egere, ac sibi se sufficere posse præsumunt, per quæ seipsos obtinere fidentes quidquid per solam gratiam potuissent conditoris adipisci, quod in suæ prorsus conditione mutabilitatis habere non poterant, homo quoque de seipso manifestis indiciis revincatur, in tantum rite factus, ut qui per divinam gratiam potest surgere post ruinam, multo amplius potuisse doceatur, si eamdem gratiam devota mente sequeretur, integer permanere, quantumcumque gratia ista prævaleat magis inde cognosci, dum & incolumis absque eadem stare nequiverit, & valeat ad eamdem incolumitatem redire post lapsum.

Cur diabolus peccavit.

Gratia Dei in homine quantum potuit.

Bonus ergo artifex Deus, qui sempiternum & A summum semper habet esse: quod bonus est, atque ideo nec unquam crescendi gerit amplius appetitum: quia nihil est super id, quod sempiternum bonum semper & summũ est, nec ulla potest inclinatione diminui, de hoc ipso, quod summum bonum sempiternumque consentit. Vnde etiam non per rapinam in forma Dei dictus est constitutus; qui hoc habebat utique per naturam, sicut ille spiritus, qui quod nec sempiternum habebat omnino, nec summum per rapinam maluit occupare, quam per auctoris gratiam, perpetem consequi dignitatem, a quo sumpserat angelicæ substantiam claritatis, quemadmodũ beati angeli in divina B gratia permanentes consecuti sunt sempiternæ beatitudinis firmitatem: pravus autem spiritus nec illud potuit obtinere quod visus est incompetenter invadere, & tenorem suæ conditionis excedens, in hoc etiam non potuit permanere, quod factus est. Auctor ergo bonus ut bonum se opus condidisse firmaret, si in eadem sui conditione persisteret; inferioris creaturæ suæ miseratus offensam, quod spiritualis substantia, quæ & sui & alterius processerat, ipsa deceptrix atque in sua nequitia perseverans omnino consequi digna non fuerat, terrenæ conditionis & per fraudem deceptæ substantiæ naturâm pariter clementer suscepit & causam; sicque ut nunc breviter explicemus, competenti lapsam dispensatione reparare proponens, C ut in seipso hæc eadem natura, quæ per inobedientiam mortis rediret ad vitam, solus ipse peccat * in se sciens in substantia, quam post peccatum restaurandam potenti benignitate susceperat, ut indebitam mortem quam sine peccato utique non debebat pro his qui per peccatum debitores mortis extiterant, imputaret; simulque diabolum hominis deceptorem, qui consentientem sibi subditum per divinam tenebat jure sententiam, per justitiam nihil ei reddere jam debentem. Et cum occidisset eum in quem sine peccato licentiam non habebat, merito ei vice mutua subjugaretur addictus, quique se humanæ substantiæ utpote captivæ suæ dominum Deumque jactabat; huic & justo pariter, & Deo vero D mutuo subderetur. Intererat enim æquitatis immensæ & non abruptæ divinæ potentiæ diabolus, sed ipsius hominis etiam quem se prostravisse jactabat justitia vinceretur, quibus non satis habuit reparator excelsus, ut ipse tantummodo in ea natura quam sumpserat gereret de hoste humani generis hunc triumphum. Quid enim præstaretur universæ nostræ creaturæ, si victor diaboli solus Christus existeret? Tribuit ergo fidelibus suis dignanter immensa pietate consortium. Tribuit per gratiam suam fidemque collatam, ut hominum millia ineffabilis compendio sacramenti participatum ejus acquirerent, renovatæque in suo salvatore naturæ facti consi- E miles, ipsi quoque fierent deceptoris sui mutata sorte victores. Itaque contra superbum spiritum permanentem, hoc est provisum curatione salvandis, ut competentibus modis ad suæ conditionis integritatem proficerent, dignitatemque cælestem; quatenus elationis exitialis affectum (qui non solum humanam, sed ipsam quoque, sicut dictum est, angelicam prostraverat ante naturam) humanitate necessaria medicinaliter declinaret ad integritatem reparandam, quippe post lapsum carere debuit illo malo, quo integra præstare nequiverat: oportebat autem ut ipsa quoque rationabilis humana creatura quod propria voluntate perdiderat, etiam secundum Dei gratiam propriam reciperet voluntatem, & quæ sine merito curabatur, tribueretur ei, ut etiam hæc sequeretur ex merito: propterea maluit singularis ille salvator perfici potius in infirmitate virtutem, quam rursus sine infirmitate vel de se confidentem, vel auctoris negligentem fieri humanam substantiam sine infirmitate securam. Hinc est igitur quod B. Paulus, qui & ruinam conditionis humanæ, & restaurationem ceteris copiosius intimavit, etiam de seipso clamat: *Ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ, qui me colaphizet; propter quod ter dominum rogavi, ut discederet a me, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea; nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi.* & iterum ipse: *Vanitati enim creatura subjecta est*; adhuc utique vanitati, quantum adhuc mundanis sensibus implicatur, corruptibilique conditione deprimitur. Illa utique creatura, de qua idem dicit alibi: *Si qua igitur nova creatura, vetera transierunt: ecce facta sunt omnia nova:* & de qua idem alibi dicit: *Ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo, in operibus bonis.* Itemque ipse de eadem: *In Christo enim Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed nova creatura.*

Hæc utique creatura, qua in Christo refecti sumus, non qua ab initio facti sumus, de qua etiam beatus Iacobus apostolus sic ait: *Voluntarie genuit nos verbo veritatis, ut simus initium aliquod creaturæ ejus*, non illius creaturæ, quæ in Adam condita est, *sed quæ Patris luminum, a quo est omne datum optimum, & donum perfectum*, voluntate genita verbo veritatis, initium sumpsit in Christo; & hoc ipsum ideo, ne in quibuscumque suis bonis fideret humana substantia: sed quidquid recti in se esse cognosceret, desursum descendens, esse perpenderet ab incommutabili & sine vicissitudinis obumbratione luce, semper immensa, per quam sibi mutabili & vicissitudinum obumbratione fuscatæ, luminis veri munus sentiret impendi. Hæc est igitur illa creatura, quæ spiritualiter vivens, non volens sustinet mortalis infestationis affectus, contra quos indesinenter pugnans, mallet non habere quos vinceret, quam cum infesto jugiter hoste confligere. Non volens ergo subjacet in tantum vanis desideriis, in quantum sine dubitatione perituris. Vnde dicit apostolus: *Caro concupiscit adversus spiritum, & spiritus adversus carnem, ut non quæ vultis, illa faciatis; sed propter eum*, inquit, *qui subjecit in spe*, ut nemo in hac scilicet vita rursus de plena felicitate sit arrogans; ac ne rursus forsitan desperatione succumberet, sic eam subjecit his molestiis perferendis, ut tamen spe consoletur erecta. Hæc est igitur sine ambiguo creatura, de qua ait; *quia & ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.* Patefecit de qua creatura vellet intelligi, *in libertatem*, inquiens, *filiorum Dei*, quæ in hoc mũdo ex ea parte nunc servit, qua vitiis infestatur humanis. Tunc ad libertatem filiorum Dei perfecta

Cur Deus Verbum carnem humanam suscepit.

* f. peccati nesciens

Christiani per Christum victorẽ vincunt diabolum.

2. Cor.

Rom.

2. Cor.

Ephes.

Gal.

Creatura nova quomodo dicatur Christianus.

Iac. 1

Gal.

Rom.

Ibidem

perfecta securitate venturam, *cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem. Vt fiat sermo, qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua? ubi est mors stimulus tuus? stimulus autem mortis peccatum est, virtus vero peccati lex. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per dominum nostrum Iesum Christum.* Quapropter beatus apostolus manifestius volens & de qua creatura ageret, & de qua ejus servitute, quave libertate dissereret, utpote per quem Christus loquebatur, ostēdere, adhuc inculcat, & dicit: *Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit & parturit*, non nisi rationabilis creatura est, & illa rationabilis, quæ quid ingemiscat, quidve parturiat, jam renata cognoscit, & infirmitatem suam deflens, promissionem perpetuæ tranquillitatis expectat; quod doctor egregius quousque perducat, diligentius intuendum est: *Non solum*, inquiens *illa*, hoc est creatura populi Christiani, *sed nosipsi primitias spiritus habentes.* Ipsi utique apostoli, ipsi ecclesiæ principes & parentes, qui primordialiter sancti Spiritus dona sumpserunt, quæ ecclesiasticis ministrarent spiritualiter incrementis; ubi sine controversia semetipsos quoque in una eademque quamvis majore gratia præditos, unde & ait; *primitias spiritus habentes*, quasi primates gratiæ Dei, in una tamen eademque secum totamque ecclesiam generali conditione constituit: *sed etiam nosmetipsi*, dicens, *primitias spiritus habentes, intra nos gemimus*, aperuit quorum ille gemitus, quem supra dixerat, esse noscatur, & quid gemeret evidenter exposuit; *adoptionemque expectantes*, certe jam sacramento regenerationis pignus adoptionis accepit. Quæ est ergo ista adoptio, quæ post adoptionum initia sustinetur, quæve redemptio corporis nostri, quæ ventura proponitur? Ergo non accepisti, quæ expectare te dicis? Accepi, inquit, sed mysteriis sum renovatus initiatusque cælestibus superstes, & in hac adhuc mortalitate consistens, quæ sua sunt, in me competenter operantibus, ad eorum plenitudinem perfectionemque valeam, atque hic pugnantium ibi sit consummata victoria, ubi dicendum est: *Absorpta est mors in victoria: ubi est mors stimulus tuus? Nunc autem spe salvi facti sumus: spes autem quæ videtur, non est spes; nam quod videt quis, quid sperat? si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus*, satis clara luce patefecit qui sit status in hac vita fidelium, quid in fide teneant, quid in spe sustineant, quid tota caritate desiderent, quod totum incunctanter ideo fit, sicut quidam magister ecclesiæ sapienter edocuit, dicens: Ad magnam enim utilitatem fidelium materia est servata certaminum, ut non superbiat sanctitas, dum pulsatur infirmitas, quo scilicet sua saltem fragilitate commonita post ruinam, non in se fidat nostra conditio, sed ad illius incessabiliter recurrat misericordiam reformanda, cujus gratiam non quærendo, nec in paradisi potuit intemerata felicitate constare, discatque sine tali præsidio inde lapsam per quod instruitur post ærumnas ad gaudia redire perpetua; multoque se magis incolumem hoc subsidio durare potuisse, quo non solum ad creationis suæ reducitur institutum, sed ad cæleste præparatur habitaculum. Huic autem disputationi nullatenus æstimetur esse contrarium, quod in epistola sua beatus Ioannes apostolus & euangelista disseruit: *Quia qui natus est ex Deo, non peccat*, ut ex hoc videlicet qui regenerati sunt, non peccare credantur: quod utique si eo sensu, sicut quidam non recte judicantes arbitrantur, vir magnus ille prompsisset, universaliter utique quisquis renatus esset jam peccare non posset. Deinde contra hunc eumdem apostolum sentire convincitur, si quis hoc eum definisse prætendit: idemque quippe dicit alibi: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est.* Et iterum: *Si dixerimus quia non peccamus, mendacem faciemus eum, & verbum ejus non erit in nobis*, & utique hoc tantus & talis dicebat apostolus: cujus si quis potiorem se meritis æstimare contendit, ipse videat, caveatque ne incidat in mortiferæ præcipitationis abruptum. Certe enim ipse qui hæc dicebat, ex Deo utique natus erat; & tamen docebat atque prædicabat, dicens: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus*, & cetera, quæ superius comprehensa sunt: sed qualiter peccare non possit, qui ex Deo nascitur, ipse potius vir Deo plenus exponat: *Si dixerimus*, inquit, *quia non peccavimus, mendacem faciemus eum: quod si confessi fuerimus delicta nostra, fidelis est & justus, qui dimittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate.* Patefecit quomodo qui ex Deo nascitur, peccare non possit, ut scilicet unusquisque fidelium postquam ex Deo natus est, sicut se non habere peccatum pronuntiare non debet, sic quod admittendo contraxerit, confidenti relaxatione submotum peccatum inesse non possit, sicut ipse etiam secutus adjunxit: *Hæc scribo vobis, ut non peccetis: sed si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem justum, & ipse est propitiatio peccatorum nostrorum, non tantum nostrorum, sed totius mundi.* Quod breviter indicatum prudens lector per totum scripturarum corpus copiosis poterit testificationibus invenire, & manifestius approbare.

Sic temperatum nostræ salutis antidotum, ut omni protervitate deposita, *qui gloriatur non in se, sed in domino glorietur.* Etiam illud præterea diligentibus intuendum est, quod quosdam movere perspeximus id quod ait apostolus, cum conjugibus fidelibusque loqueretur, sanctificari scilicet sive virum sive mulierem infidelem per cujuslibet sexus fidele consortium: & in primis non inconvenienter occurrit quod dictum est de fœdere conjugali; *erunt duo in carne una.* Per quod possit consequenter intelligi, ut quoniam cujuslibet conjugis fidelis corpus templum est Dei, & regeneratione purgatum, divinique sanctificatum per purificationem mysterii, secundum quemdam modum, per conjugalis unitatem carnis etiam conjugis infidelis sanctificatio corpus attingat, longeque distet ista societas ab illo consortio quod in utrisque conjugibus idolis mancipatum est, & immundi spiritus habitatione pollutum, dum in illo genere nuptiarum per legem fœdusque conjugii, ad alterum tametsi nescientem forsitan nec volentem divina benedictio per alterius unitæ sibi carnis accedit. In isto vero, & principalis illa fornicatio qua anima alienatur a Deo & spiritus pravi contagium tam reddat utrumque conjugem detestanda coinquinatione maculatum, quam ab illa fide quæ corda purificat summæ divinitatis externus. Deinde non irrationabiliter

ter (quantum arbitror) & illud concurrit, ut A oratione fidelis cujusque conjugis etiam infideli misericordia quantacumque præstetur; vel ipsa certe quæ ad salutem pertineat temporalem: in qua misericordia non parum divinæ pietatis acquirit: & per hoc secundum quemdam modum particeps divinæ dignationis effectus edicitur. Si enim cibi qui per legem sacram describuntur immundi, per verbum Dei sanctificari testatur apostolus, unde etiam

Act. 11. illud est: *Quod Deus mundavit, tu commune ne dixeris*; non erit absurdum nec inconveniens quod per fidelis conjugis precem, quam fieri pro ipsa certum est affectione conjugii, aliquid etiam infidelis conjunx sanctificationis, mi- B sericordiam divinam quam fidelis conjugis implorat supplicatio consequatur; longeque differat (sicut dictum est) ab illo connubio, in quo utrique conjuges a veræ divinitatis sunt puritate exteri, & visitarie submoti, sed immundos utrique spiritus invocantes, pari immunditia sunt referti. Nam si comparatione levium vel gravium peccatorum justificatus dicitur, ab eo qui majoribus est vitiis involutus ille quem minor reatus involvit, (sicut dicitur ad Ierusalem quæ tunc criminum &

Ezech. 16. prævaricationum immanitate fervebat: *Iustificasti sororem tuam Sodomam*) quanto magis justificatio vel sanctificatio, & si non plena atque perfecta, secundum tamen quem- C dam modum competenter accipitur, ubi non solum a fideli conjuge minus peccatur, sed ab eo etiam conjuge peccatore remedium summæ divinitatis exposcitur, quam ubi a conjugibus utrisque peccatur. Nam secundum quemdam modum hanc sanctificationem per fidelem conjugem etiam infideli conjugi pervenire hæc ipsa verba testantur apostoli: siquidem non jam infidelem conjugem legitimam sanctificationem sumpsisse confirmat quia per fidelem conjugem quippiam sanctificationis acquirat. Denique qua sit conditione censendus secutus adjunxit; *Nam si*

1. Cor. 7. *infidelis, discedat*, non jam inde tanquam fidelem D suscipi designans, quia per hæc quæ dicta sunt aliquid ad eum pervenit fidelis conjugis, sive consortium, seu precem divinæ sanctificationis & gratiæ, sed nisi ipse quoque fidelis existat, pro infideli sit procul dubio judicandus. Est etiam ille modus infideli conjugi sanctificationis impertiendæ per conjugem jam fidelem, si huic exhortationem conversionis ad Deum, & credulitatem summæ divinitatis insinuet, majestatem virtutemque ejus inculcet, & per affectum conjugii eum facilius informet & inclinet ad fidem, astruens quæ sit spes in unum Deum credentibus, vel in hujus vitæ cursu, vel post ejus transitum quæ requies sit futura. Hæc cum per fiduciam conjugii sanctis ver- E bis cor ejus assidua voce pulsando conjux fidelis frequenter insinuat, divinæ sanctificationis eidem, & menti ejus, & corpori propinat effectum, sicut ait beatus Petrus aposto-

1. Pet. 3. lus: *Similiter mulieres subditæ sint viris, ut si qui non credunt verbo, per mulieris conversationem sine verbo lucrifiant, considerantes in timore castam conversationem vestram*, quam si per familiaritatem suscipiat conjugalem, & Dei gratiam sibi per affectum conjugii ministratam non in vacuum recipiat & refutet, fit sanctificatio per fidelem conjugem conjugis infidelis, dum

hisce modis ex infidelitate in consortium sanctificationis attrahitur. Alioquin si oblatam sibi gratiam nec per affectum suscipit conjugalem, quæ in vacuum tam divinæ dignationis, quam etiam humanæ singularis affectionis oblitus, æstimat abnuendam, atque ob hoc ipsam quoque conjugis affectionem nititur abjurare, & ab ipsius pii consortii lege discedere, digne permittitur eidem licentia discedendi; quia non est illo conjugio dignus, quo se ipse judicavit indignum, patienterque ferat fidelis conjux illo se caruisse conjugio, quod fornicatur a Deo, cui idem conjux fidelis inhærendo, principalem Dei retinet castitatem. Itaque & adultero caret, & eo qui respuit una veraciter fieri caro cum conjuge jam fideli, nec æstimet fuisse legitimum, quod divina sibi despexerit lege conjugii; ac potius libenter accipiat eum, qui anima separatus a Deo est, & a se quoque corpore fuisse divisum.

Secundum hunc igitur modum etiam de talium filiis accipiendum est, quod illic consequenter asseritur, ubi apostolus: quod nisi hæc sanctificatio inter hujusmodi conjuges proveniret, filii eorum immundi essent, nunc autem sancti sunt. Sancti sunt enim, secundum quemdam modum in comparatione illorum, qui ex utrisque parentibus immunditiæ diabolicæ mancipatis contaminatisque nascuntur.

Isti enim ex ea parte, qua de sancta carne fidelis parentis, & templo Dei, & Deum unum in suo corde gestantis exorti sunt, nonnihil divinæ benedictionis hauserunt, in qua utique benedictione sanctitas continetur, cujus dignatione perstricti, sancti non immerito nuncupantur. Per hanc quidam etiam sanctificationem assumunt, ut ad eam sicut competit perveniant consequendam, jam ejus per parentem fidelem rudimenta percipiunt, & odorem sanctæ adoptionis agnoscunt, precibus Christiani parentis, quibus eis sine ambiguo imploratur divina misericordia, utique sanctificatio jam præbetur, & plerumque fidelis studio parentis, vel ad venerabilia loca parvuli deferuntur, vel etiam nescientibus renatis fonte baptismatis sanctificatio plena confertur. Aut ubi jam capaces rationis extiterint, adhortatio & insinuatio pii parentis ingeritur. Quæ omnia sanctificationis instrumenta esse manifestum est, quibus ut ad ejus veniant firmitatem, aut si ista despiciunt, semetipsos sanctificatione dispolient, & gratiam Dei, quæ his per affectum parentum ingeritur, evidenter evacuant. Atque ita de sanctis vel de eruditionibus sanctitatis abscissi, in non sanctorum consortia profana rediguntur. De quibus nihilo minus sic dicatur, quomodo de parentibus eorum infidelibus præceptum; *Si infidelis vult is discedere, discedat*. Numquidnam hæc genera sanctitatis, vel sanctificationis de utroque profano parente progenitis filiis intimantur? Ecce quid interest inter sobolem ex illo vel isto conjugio procreatam: ecce quemadmodum isti familiares & propinqui sunt sanctificati, atque ideo non immerito sancti sunt editi, & quibus divina misericordia consequenter ejus precibus imploratur, quique cum sanctis educationibus imbuuntur, & sacræ religionis initiantur affectu, ad cujus si pervenerint firmitatem, illius per sacramentum sanctificationis plenitudinem conse-

Quomo[do] dicantu[r] sancti f[ilii] qui ex [al]terutro [fi]deli c[on]juge n[ati] sunt.

1. Cor[.]

consequuntur, cujus per fidelem parentem et- A iam ante sacramentum rudimenta sumpserunt, per quæ rudimenta jam sancti, qui sancta institutione præparabantur, non incongrue sunt vocati. Numquid autem quia dictum est sanctificari infidelem conjugem per fidelem, ita dictum est, ut jam propriæ credulitatis sanctificatione non egeat, & non magis ideo quia per illam familiaritatem fidelis conjugis percipiendæ sanctificationi proximus sit, & propinquus effectus. Nam si jam sanctificatus diceretur, ut sanctificatione penitus non egeret: non de eodem in consequentibus diceret: *Infidelis si vult discedere, discedat.* sic ergo & filii eorum nuncupati sunt sancti, quia per sancti parentis affe- B ctum capiendæ sint proximi sanctitatis; non quod jam ipsi propria sanctificatione non egeant, quæ utique, sicut nullus Christianus addubitat, sine regenerationis sacræ mysterio nec sumitur nec habetur, sicut & parens eorum infidelis sic sanctificatus dicitur per fidelem, ut tamen ingestæ sibi per fidelem conjugem sanctificationis ipse legitimum non suscepit effectum, infidelis fuerit nuncupatus. Sicut ergo eum, quem per fidelem conjugem sanctificatum dixit, postea nuncupat infidelem, quia proprie ipse vel ipsa non credidit, sic & filii qui per fidelem parentem eo modo sanctificati quo conjunx, sancti appellati sunt, nisi ipsi quoque proprie credant, infideles consequen- C ter existunt: satis enim apparet, secundum quemdam modum sanctificationem hanc conjugis appellatam; qui postea infidelis asseritur; sic ergo & de filiis intelligendum est. Numquid igitur, quod sæpe repetendum est, soboles profanorum hujuscemodi sanctitatis aliqua cujuslibet parentis portione contegitur, vel aliquibus hujusmodi disciplinis, precibus, adhortationibus cujuspiam participationem, vel notitiam, vel auditum, vel eruditionem sanctitatis assumit, quæ est sub immundorum spirituum dominatione consistens, & diabolicis prævaricationibus, & contagiis mancipata? Hoc modo semper immunda est, quo parentes, D quamdiu in eadem perversitate consistit: plerumque autem & per anticipationem (quod in scripturæ sanctæ textu frequentius invenitur) jam esse dicitur quod futurum est, sicut in euangelio legimus. Quia Iesus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum. Filios Dei certe jam nuncupans, qui adhuc essent diffusa gratiæ evocatione per mundum sacris innovandi mysteriis, in Dei filios adoptandi, vel cum dicitur: *Beati qui non viderunt & crediderunt*, jam beati appellati sunt qui adhuc tunc futuri fuerant beati, cum essent qui non viderant credituri; sicut & plerumque pro faciendis jam facta referuntur, ut *foderunt manus meas, & pedes meos.* E Item tamquam profitendo definitur, quod non sit causa qualibet interveniente faciendum, sicut beatus apostolus pro devotione prædicationis injunctæ ad Hispanias se profitetur iturum: quod tamen certa dispensatione deitatis, quod fieret non provenit: alter cum appellatur, aliquid esse; quod hoc ipsum esse cessavit, vel cessaturum est, hoc ipsum esse; quod dicitur, ut Iudas apostolus qui prævaricando, quod est appellatus amisit, sicut idem & discipulus dictus est, cum quidem nec Christi discipulus, esset, sed

ntici- nem ur ali- esse in tura futu- est.

. 20.

24.

antici onem scriptu- dicitur a pro endis.

potius diaboli, sicut de eo dictum est. *Unus ex vobis diabolus est*, quod diaboli esset operarius. *Ioan. 6.* Dictus est tamen discipulus etiam, cum nec verus esset, & cessaturus hoc dici. est & ille modus, quod sæpe velut generaliter & absolute dicitur, cum tamen ad omnes generaliter non pertinere manifestum est, ut cum dicitur Abrahæ: *In semine tuo benedicentur omnes gentes*, *Genes. 22.* omnes quidem gentes benedicentur: nec erit ulla natio sub cælo, cui non prædicetur euangelium, & tunc veniat finis; sed ipsæ gentes non ex integro omnes benedicentur, quia non omnium est fides, vel sicuti est, *omnis lingua confiteatur Deo*; *Philip. 2.* cui locutioni sensus ille connectitur, cum ex parte totum sæpius nuncupatur: sicut & tunc homo Iuda cum totam gentem procul dubio nominaret. Sic & illi fideles sancti videri possunt vocati: quia multi, vel plurimi ex his, per ea quæ dicta sunt, mysteriis imbuti cælestibus, sancti efficientur, & merito jam esse dicti sunt quod futuri sunt, vel ex ea portione, qua per religiosum parentem erant participes sanctitatis, tamquam jam ex integro id essent, sancti sunt nuncupati, vel quia ex talibus filiis multi futuri essent plenæ sanctificationis heredes.

Iam & isti ex eo quod futuri fuerant nuncupati sunt, & licet hoc essent plurimi forsitan nunc futuri, a parte sanctorum toti sancti generaliter sunt vocati. De resurrectionis vero qualitate, vel de ea quæ post resurrectionem, species sit futura, audiamus apostolum prædicantem, *1. Cor. 15.* ubi ait: *Sed dicet aliquis, quomodo resurgent mortui? Quali autem corpore venient?* & humanæ mentis diffidentiam redarguens, quam merito stultam, quæ Deo quidquam judicaret impossibile, nuncupando, competenter ex rerum etiam visibilium & humanis conversationibus usitatam similitudinem comparationemque magnificam præclarus doctor inducit, dicens: *Ibidem.* *Insipiens*, (qui Deo hæc impossibilia æstimas, vel ambigis esse facienda) *tu quod seminas, vivificatur; nisi prius moriatur?* Quam similitudinem ad resurrectionem corporis post mortem futuram convenienter aptavit. Deinde quod secutus adjecit: *Et quod seminas, non corpus, quod futurum est, seminas, sed nudum granum, ut puta tritici & ceterorum. Deus autem dat illi corpus, prout voluit.* Ad qualitatem jam & speciem, quæ post resurrectionem futura est, genus comparationis adhibere curavit, *prout voluit*, inquit. Quid adhuc quæris? prout voluerit Deus, sic dabit unicuique corpus ineffabili potentia suscitatum: sed forsitan arbitreris, ideo magis significari non unicuique suum reformandum proprie corpus, cum astruatur prout Deus voluerit esse reparandum.

Diligenter ergo sensum plenius hæc tractantis intende; si scire conaris cujusmodi corpus unicuique sit Deus hoc ipsum prout voluerit redditurus, & tamquam tibi jam tunc ad ista respondentis apostoli verba perpende. Nosse desideras, quare resuscitatis hominibus corpus, prout Deus voluerit, sit daturus, *Ibidem.* agnosce prudenter, *& unicuique seminum proprium corpus*, quod utique non sine causa vir Deo plenus annectit, nisi ut futuras hominum hujusmodi dubitationes expelleret. Audi, inquam, quod sapienter adjecit, & ex similitudine rem ipsam cui comparatur agnosce: *& unicuique*, inquit, *seminum proprium corpus*:

si in similitudine proprium corpus, ergo & in A re, cujus similitudo est, proprium corpus certum est esse reddendum; semina enim ista sine controversia hominibus comparavit, de quorum utique morte & resurrectione loquebatur: atque ideo singula singulis conferens, quantum ad vivificanda post mortem corpora pertineret, de grani non prius vivificati quam mortui comparatione singulari mirabiliter explicavit. Dehinc quali post resurrectionem corpore censeretur esse quisque venturus, id est, utrum hac conditione, quam moriendo gustaverat, an longe meliore, nihilo minus illa similitudine patefecit, quam secutus exposuit: *Et tu qui seminas, nudum granum seminas, ut puta tritici, aut alicujus ceterorum; & Deus dat illi corpus, prout vult.* In hac ergo forma corpus Deum dare, decentius quam obierat, evidenter expressit; sicut in subsequentibus dicitur: *Seminatur in corruptione, surgit in incorruptionem: seminatur in ignobilitate, surgit in gloriam: seminatur in infirmitate, surgit virtutem: seminatur corpus animale, surgit corpus spirituale.* Ecce quemadmodũ hominis morientis non hoc seminatur, quod corpus est post futurum. Ecce prout vult Deus intelligitur resurrecturis corpus reformare post mortem cum inæstimabili suæ misericordiæ voluntate: quod fuerat in corruptione seminatũ, incorruptibili nobilitate restaurat: quod fuerat terrenæ conditionis in ignobilitate sopitum, in gloria cælesti resuscitat: quod fuerat mortalitatis infirmitate resolutum, redintegrat in immortalitatis decore vestitum: postremo quod fuerat animale defunctum, corpus spirituale restituit & reformat: quæ cuncta ad statutum meliorationis sublimationisque respiciunt. Illa vero quæ restat pars comparationis annexæ specialiter ad proprietatem corporis unicuique redhibendam pertinere firmatur, qua consequenter dicitur: *Et unicuique seminum proprium corpus:* ubi satis apparet in quavis resurgentium claritate proprietatem corporis esse mansuram. nec otiosum quod beatus apostolus cum de solo humano genere, quod solum est utique suscitandum, nec alia quæcumque substantia hoc est munere decoranda, atque ideo sufficeret ad unum genus hominum unam speciem seminis gratia comparationis adhibere, per quam & non prius vivificari quam mori, & honorabilius corpus quam seminaretur exurgere perdoceret; sed ut diversi sexus proprium corpus assereret innovandum, quod in una specie seminis, quantum ad similitudinem respiceret, non habebat, ne per hoc & unam tantummodo speciem resuscitandorum corporum futurarum significasse putaretur proprietatum distinctione summota; discreta quæcumque seminum genera comparationis suæ caute convenienterque duxit adhibenda, ut proprietatem corporum, sicut dictum est, quam una species discernere non valebat, seminum diversitas indicaret, suppeditaretque plenæ comparationi facultas, per quam ad specialitatem corporum designandam convenientissime diceretur, *& unicuique seminum proprium corpus*, ut quod una species cujuslibet grani, discreto sexu, qui ei nullus æstimare non posset exprimendæ corporum proprietati, sicut sæpe jam dictum est, seminum diversitas intelligentiam ministraret.

1. Cor. 15.

Ibidem.

Ibidem.

1. Cor. 15.

Triplex igitur in hac comparatione propositio, disputatio, diffinitio est: & quantum ad intelligendam resurrectionem pertinet corporalem ex similitudine grani non prius vivificati quam mortui competens similitudo sufficiensque deprompta est. Quantum vero ad id attinet, quia *non id corpus seminatur, quod futurum est: sed Deus dat illi corpus prout vult*, in eiusdem continentia lectionis necessario causa reseratur, cum corruptibile corpus seminatum perhibetur incorruptibile rediturum, & cetera, quæ huic sensui probantur adhærere.

Quantum autem ad proprietatem corporum respicit edocendam, plenissime declaratur quod beatus apostolus nequaquam seminis B unius comparatione contentus, per quod proprietatem corporum non posset ostendere, cum id una species, ut supra memoratum est, seminis non haberet, studuit ex seminum diversitate monstrare unicuique surgentium, qui sunt utique seminibus comparati, proprium corpus esse reddendum. Et resurgent ergo homines vivificati post mortem, qui utique prius morientibus, & postmodum vivificandis seminibus comparati sunt: & non hoc quod moriuntur, id est tamquam seminantur, resurgunt; *sed Deus eis dat corpus ut vult*, ut fit de corruptibili incorruptibile, de mortali immortale, de inspirituali spirituale; ut quod monis fuerat conditione decoloratum, immortale & decorum integritate reddatur, & proprium C corpus sicut unum quodque seminum sine dubio recepturi sunt. quod quia diverso sexui in uno semine comparari non poterat, ex seminum diversitate collatum est, ut ex diversitate seminum corporum proprietas signaretur. Si vero proprium corpus resuscitatus quisque suscipiet, indubitanter est consequens ut unicuique sexui corpus proprium reformetur; quia, sicut dictum est, & unicuique seminum proprium corpus restituitur attributum. Et si unicuique seminum proprium corpus restituitur, per quæ utique semina in utroque sexu omne genus hominum designatum est, sequitur ut omne genus humanum, D quod in utroq; sexu istis est seminibus designatum, proprium sit corpus resumpturum. Hoc nos ex verbis apostoli fas est sobria consideratione metiri, ultra quæ cavendum est temeraria curiositate prorumpere; propter quod etiam commonemur, *Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne fueris scrutatus.* Et, *non alta sapientes, sed humilibus consentientes.* Postremo attendentes illud, quod apostolica quoque prædicatione firmatum est, *quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus timentibus se*, quisquis superius memorati sensus apostoli non est intelligentia, vel comparatione contentus; ad hoc certe, velit nolit, sine dubitatione constringitur, ut quæ E oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, qualibet audeat sibi mediatione componere, quasi verbo humani corporis aliqua membra culpabilia, vel decora, vel reprehensibilia sint creata, cum Deus fecerit omnia bona valde, & unamquamque speciem in suo genere competenti decore subnixam, nisi quod hæc, quæ inhonesta nostra sunt dicta, concupiscentiæ primordialis decolorasset excessus: quæ utique sic fuerant instituta, ut ad nutum mentis humanæ famulantia, tantum-

Ibidem.

Ibidem.

1. Cor.

Ecclesi.

Rom.

1. Cor.

Genes.

tantummodo ex animæ rationalis arbitrio ad procreandæ sobolis causam suis officiis fungerentur. Præter hanc vero causam nihil contra mentis imperium, quæ præveniendo insolentius voluntatem, vel cum id voluntas expeteret, quidquam rebellionis afferent. Sed postquam anima summis suis subjecta non constitit, pari in seipsa naturæ contumacis lege punita superbia est, ut huic quoque, id est animæ dominio subjecta consequenter obsequia repugnarent, & quod vetiti præsumptione contradixerat humanæ mentis inobediens appetitus, in ea parte corporis indicaret, qua degeneris, ac decoloratæ superbæque radicis procul dubio vitiosa fuerat generatio propaganda: quæ utique si hic nisi essent hac exorbitatione fœdata potuerant decore tantum humano generi propagando tam honesta, quam moderata persistere etiam in corpore sine dubitatione terreno, quanto magis credendum est in spirituali corpore ineffabiliter decentius hæc posse constare; præcipue cum nihil jam genitalis officii in illa perpetua claritate gestura sint: sed ad hoc tantum suæ speciei formæque non deerunt, ut non aliqua alia forma quam humana, cui promissa resurrectio est, resuscitata judicetur, nec aliquid sit, quod in carnis perfecta resurrectione non maneat, & videatur alia species suscitata, quam integræ carnis humanæ lineamenta designant: quæ quisque non vult fortasse moderata ratione librare, velit nolit, ut dictum est, C aut ad illud superius revertetur, *ut quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit*, non æstimet perscrutandum, aut si ultra conatur erumpere, ipse videat suæ temeritatis abruptum. Quam autem condita sunt honesta humanæ membra substantiæ, etiam res illa nos admonet, quod cum in paradiso nudi essent primi parentes, nihil in his confusionis habuerunt. Unde post peccatum & concupiscentiæ virus ingressum, corporum suorum inordinata perturbatione confusi sunt. Atque ideo satis apparet, quod si in illa quavis felicitate paradisi positi, terreno tamen corpore constituti, conspici sine confusione potuerunt, multo magis in illo spirituali corpore, atque in D illa sublimi beatitudine, quæ similitudinem gestura est angelorum, & ut homini in carnis resurrectione nihil desit, integer reformetur. Et ne aliquid deforme conditor creasse videatur, si quid de resuscitato corpore subtrahatur bonum, potius ejus opus inde etiam comprobetur, ut ejus conditio in illis quoque claritatis decore permaneat, nisi forte isti etiam illic adhuc existiment motus corporeos orituros, *ubi* (sicut ipse dominus ait) *neque nubent neque nubentur, sed sunt sicut angeli.* Quod utique si in unam speciem corporis unumquo sexum omnes fuerant suscitandi, cur diceretur causa penitus non fuisset. Quin potius cum femineo sexu magis competat nubere, E non illic defuturum, sed cessaturum prorsus a nuptiis indicatur. Cum autem nihilo minus scriptum sit, *ut capiat unusquisque propria corpora quæ gessit, sive bona, sive mala*, quomodo id fiet, nisi uterque sexus in sui corporis proprietate vel judicium subeat, vel præmium beatæ resurrectionis accipiat? Falluntur autem qui putant illud apostoli testimonium sibimet suffragari, quo videntur asserere in virilem formam omnes homines resuscitandos, ubi ait:

A *Donec occurramus in unum virum perfectum*: *Ephes. 4.*
quid ergo facient eum rursus idem dicat: *Despondi vos uni viro virginem castam exhibere* *2. Cor. 11.*
Christo; quod huic utique opinioni eorum erit sine dubitatione contrarium, nisi mysterio competenter inspecto modesta mente cognoscant; qualiter utrum conveniat. quid itaque velit sibi, quod in utroque sexu describat ecclesia, quantum domino reserante sentimus, exponimus. Ab initio Christum & ecclesiam humanæ carne similitudine conjugii designatam sancta scriptura testatur. Proinde cum femineo sexu censetur ecclesia, infirmitas quidem humanæ conditionis ostenditur, quæ tanquam in ecclesia conjuge Christi convenienter exprimitur: sed B nomine virginitatis, vel continentiæ ejus propositum vel integritas fidei, de qua & ipse B. apostolus differit, intimatur. Cum vero dicitur, *Donec occurramus omnes in virum perfectum*, *Ephes. 4.* nec diversum est, nec divinum; quoniam quidquid in ecclesiæ corpore continetur, quæ cum Christo una caro est sacri lege conjugii, etiam ipsius caro modis omnibus in sexu fieri utroque quod dictum est sive illic virginem castam sive huic virum perfectum, ut ita sint in ecclesia catholica intemerata fide viventes, & sancto proposito continentes. Licet adhuc possit in infirmitate conditionis humanæ, ut tamen per unam carnem ecclesiæ & Christi, id est conjugis & viri, in ipso quoque virilem accipiat firmitatem vigoremque perfectum, cujus per ecclesiæ virgineam fidei castitatem, quam cum eodem una caro fiunt, & viri membra perfecta; ubi illa quoque beati apostoli Pauli verba tractanda sunt, quibus ait: *Omnes nos in unum* *1. Cor. 12.*
corpus baptizati sumus in Christo. Quantum ad unitatem utique pertinet sacramenti unum corpus sumus in Christo: quantum ad sexuum diversitatem ipse alibi dicit: *Sive vir, sive mulier, omnes unum sumus in Christo:* *Galat. 3.* cum suo enim toto corpore, quod ejus est plenitudo, perfectus est Christus; & ideo quia per unum idemque mysterium, licet diversi sexus, unus tamen corpus accipitur, per cujus corporis plenitudinem perfectus est Christus. Cum ergo vir Christus ecclesiæ tamquam conjugis suæ & caput sit & virtus, atque perfectio; merito omnis ecclesia in hunc unum virum perfectum, cujus est una caro, perhibetur occurrere.

Occurrere in virū perfectū quomodo intelligatur.

DECRETA DUO

Quæ Gratiano auctore ex epistola ad Dardaniæ episcopos desumpta sunt.

PRIMUM.

Repeti non possunt quæ triginta annis quiete possidentur.

Post quingentos annos constituta Christi quosdam audio velle subvertere, cum triginta annorum lex hominum non possit abrumpi.

SECUNDUM.

Non oportet ab eorum eleemosynis abstinere post mortem, quibus in vita communicare non destitimus.

24. quæst. 2. Nec quisquam.

Nec quisquam vobis omnino persuadeat, Acacio prævaricationis suæ crimen fuisse laxatum: " quia qui postquam in collegium recidens pravitatis, jure meruit ab apostolica communione secludi, in hac eadem persistens damnatione defunctus est, absolutionem, quam superstes non quæsivit omnino nec meruit, nec

" non advertit Binius hæc sumpta esse ex ep. 11. ad episcopos Dardaniæ supra pag. 1197. E.

nec mortuus jam potest impetrare. Siquidem ipsis apostolis Christi voce delegatum est: *Quæ ligaveritis super terram*, & reliqua. Ceterum de eo, qui in divino judicio est constitutus, nobis fas non est aliud decernere, præter id in quo eum dies supremus invenit: atque ideo nisi ejus nomine refutato, ceterisque consortibus hujus erroris, cum nullo prorsus eorum participare debetis mensæ dominicæ puritatem, quam majores nostri semper ab hæretica magnopere servaverunt pollutione discretam.

Matth. 18.

Constituta Gelasii papæ, quæ episcopi in sua ordinatione accipiunt; Quibus Afrorum ordinationes inter alia prohibentur ex diurno pontificum, aliisque fide dignis codicibus MSS.

Papa ille clero, ordini, & plebi consistentibus civitate illa, dilectissimis filiis in domino salutem.

" ** PROBABILIBUS desideriis nihil attulimus tarditatis. Fratrem jam, & coepiscopum nostrum illum vobis ordinavimus sacerdotem. Cui credimus in mandatis, ne unquam ordinationes præsumat illicitas: ne bigamum, aut qui virginem non est sortitus uxorem, neque illiteratum, vel in qualibet corporis parte vitiatum, aut expœnitentem, vel curiæ, aut cuilibet conditioni obnoxium, notatumque ad sacros ordines permittat accedere. Sed si quos hujusmodi forte repererit, non audeat promovere. Afros passim ad ecclesiasticos ordines prætendentes nulla ratione suscipiat, quia aliqui eorum Manichæi, aliqui rebaptizati sæpius sunt probati. Ministeria, atque ornatum ecclesiæ, vel quidquid illud est in patrimonio ejusdem non minuere studeat, sed augere. De reditu vero ecclesiæ, vel oblatione fidelium quatuor faciat portiones: quarum unam sibi ipsi retineat, alteram clericis pro officiorum suorum sedulitate distribuat: Tertiam pauperibus, & peregrinis: quartam ecclesiasticis fabricis noverit reservandam. De quibus divino erit redditurus judicio rationem. Ordinationes vero presbyterorum, seu diaconorum non nisi quarti, septimi, & decimi mensium jejuniis. Sed & ingressu quadragesimali atq; medio, vespere sabbati noverit celebrandas. Sacrosancti autem baptismi sacramentum non nisi in paschali festivitate, & pẽtecoste meminerit esse præbendum, exceptis his qui mortis urgentur periculo, ne in æternum pereant, talibus oportet remediis subveniri. Huic ergo sedis nostræ præcepta servanti devotis animis obsequi vos oportet, ut inreprehensibile, placidumque fiat corpus ecclesiæ, per Christum dominum nostrum, qui vivit, & regnat cum Deo patre omnipotente, & Spiritu sancto per omnia sæcula sæculorum Amen. Et subscriptio ejus. Deus vos incolumes custodiat dilectissimi filii.

" ** XV. EPISTOLA GELASII PAPÆ.

NARRAT QUAE A RUSTICO LUGDUNENSI episcopo acceperit subsidia & quantas ab Acacio sustineat persecutiones.

"Ex schedis R. P. Hier. Vignerii p.581. Tom. V. Spicilegii Bacheriani.

Dilectissimo fratri Rustico Gelasius."

INTER ingruentium malorum turbines & variarum tentationum quibus pene mergi- A mur afflictationes, tua nobis caritas, amantissime frater, grande solatium propinavit. Quid enim consolatius posset accidere quam videre fratres carissimos invicem compatientes & partem oneris ferentes, quibus non minima benedictionis portio collata est. Benedictus Deus qui tua erga nos taliter affecit præcordia, ut non tantum quæ patimur animo sentias, sed ea monstres in sanctæ tributionis exhibendo misericordiam, qualem habeas in compassivo corde caritatem, & adjungas ad dulcissimæ consolationis sermones quæ sunt præcipuæ inter amicos opitulationes. Verum dilectionem tuam non fatigabimus scribentes quam in arcto fuerimus. B Scit frater noster & coepiscopus Æonius " quam utile fuerit & quod misit, & quod ad nos misisti subsidium. Ceterum frater noster Epiphanius " qui ad gentis suæ relevandos & redimendos captivos ad partes vestras destinatur, fraternitatem tuam certiorem faciet, quantam ob impiissimi Acacii causam persecutionem sustinemus. Sed non deficimus, & inter tot pressuras nec cedit animus, nec relaxatur zelus, nec subvertit metus. Sed licet aporiantes & angustiati, confidimus in eum qui dabit cum tentatione proventum: & si ad tempus finit deprimi, non patietur opprimi. Fac, carissime frater, ut tuus tuorumque in nos, vel potius in sedem apostolicam non cesset affectus. Qui enim in petra solidabuntur C cum petra exaltabuntur. Adjuva fratrem nostrum Epiphanium, & sentiat quia me amas, & cum redierit ad propria, scribat dilectio tua tam quæ sibi quam quæ fratribus nostris & coepiscopis per Gallias constitutis circa impiissimi Acacii causam videbuntur. Deus te præstet incolumem frater carissime. Datum VIII. Kalend. Februarias Asterio & Præsidio vv. cc. consulibus."

" Arelatensis archiepiscopus.

" Ticinensis ep. cujus vitam scripsit Ennodius.

" Anno Christi 494.

a CONCILIUM ROMANUM I. QUO A LXX. EPISCOPIS LIBRI SACRI & authentici ab apocryphis sunt discreti, sub Gelasio, annò domini CCCCXCIV. Asterio atque Præsidio consulibus.

D b *Ordo " librorum veteris testamenti, quem c sancta & catholica Romana suscipit & veneratur ecclesia, digestus a beato Gelasio papa I. cum septuaginta episcopis.*

GENESIS liber unus.
Exodi liber unus.
Levitici liber unus.
Numeri liber unus.
Deuteronomii liber unus.
Iesu Nave ' liber unus.
E Iudicum liber unus.
Ruth liber unus.
Regnorum ' libri quatuor.
Paralipomenon libri duo.
Psalmorum 150. liber unus.
Salomonis libri tres.
Proverbia,
Ecclesiastes, &
Cantica canticorum.
Item Sapientiæ liber unus '
Ecclesiasticus liber unus.
Item ' ordo prophetarum.
Isaiæ liber unus.
Ieremiæ liber unus.

" In vetustissimo c[...] ciliorum ms. cod[...] inscribit[...] *Notitia [...] crarũ sc[...] pturarũ [...] librorũ [...] nonicorũ [...] descripti[...] vel adn[...] tatione G[...] lasii pap[...]*
' Iosue
' Regn[...]
' quẽ H[...] ron. apu[...] Hebræo[...] non hab[...] affirmat [...] sed tant[...] apud G[...] cos. Qu[...] otiã Iesu [...] lii Sira[...] fecisse i[...] dicat fic[...] alium f[...] sequente[...] librum.
' libri p[...] phetaru[...] num. 16

Cinoth,

Cinoth, id est, de lamentationibus suis.
Ezechielis liber unus.
Danielis liber unus.
Oseæ liber unus.
Amos liber unus.
Michææ liber unus.
Ioel liber unus.
Abdiæ liber unus.
Ionæ liber unus.
Nahum liber unus.
Habacuc liber unus.
Sophoniæ liber unus.
Aggæi liber unus.
Zachariæ liber unus.
Malachiæ liber unus.
Item ordo historiarum.
' Iob liber unus. *ab aliis omissus.*
Tobiæ liber unus.
Esdræ liber unus.
' Esther liber unus.
Iudith liber unus.
Machabæorum ' liber unus.

Item ordo scripturarum novi & æterni testamenti.'

EVANGELIORUM libri quatuor.
Secundum Matthæum liber unus.
Secundum Marcum liber unus.
Secundum Lucam liber unus.
Secundum Ioannem liber unus.
Actuum apostolorum liber unus.
Epistolæ Pauli apostoli numero XIV.
Ad Romanos epistola una.
Ad Corinthios epistolæ duæ.
Ad Galatas epistola una.
Ad Thessalonicenses epistolæ duæ.
Ad Ephesios epistola una.
Ad Philippenses epistola una.
Ad Colossenses epistola una.
Ad Timotheum epistolæ duæ.
Ad Titum epistola una.
Ad Philemonem epistola una.
Ad Hebræos epistola una.
Item Apocalypsis Ioannis liber unus.
Item canonicæ epistolæ numero septem.
Iacobi apostoli epistola una.
Petri apostoli epistolæ duæ.
Ioannis apostoli epistolæ tres.
Iudæ Zelotis apostoli epistola una.

" *Gelasii papæ decretum cum septuaginta episcopis habitum de apocryphis scripturis.*

POST propheticas, euangelicas, atque apostolicas scripturas, quibus ecclesia catholica per gratiam Dei fundata est, illud etiam intimandum putamus, quod quamvis universæ per orbem ' catholicæ ecclesiæ unus thalamus Christi sit, sancta tamen Romana catholica & apostolica ecclesia nullis synodicis constitutis ceteris ecclesiis prælata est, sed euangelica voce domini & salvatoris nostri primatum obtinuit, *Tu es Petrus* inquientis, *& super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam: & tibi dabo claves regni cælorum. Et quæcumque ligaveris super terram, erunt ligata & in cælis; & quæcumque solveris super terram, erunt soluta & in cælis.*

Cui ' data est etiam societas beatissimi Pauli apostoli vasis electionis, qui non diverso, sicut hæretici garriunt, sed uno tempore, uno eodemque die, gloriosa morte cum Petro in urbe Roma, sub Cæsare Nerone agonizans, coronatus est, & pariter supradictam sanctam Romanam ecclesiam Christo domino consecrarunt, ' talemque omnibus urbibus in universo mundo sua præsentia atque venerando triumpho prætulerunt.

ANNO CHRISTI 494. Petrus & Paulus eodem die Romæ necati. ' aliisque

Est ergo prima Petri apostoli sedes Romana ecclesia, *non habens maculam neque rugam, nec aliquid hujusmodi.* Ephes. 5.

Secunda autem sedes, apud Alexandriam beati Petri nomine a Marco ejus & discipulo & euangelista consecrata est. Ipseque a Petro apostolo in Ægyptum directus, verbum veritatis prædicavit, & gloriosum consummavit martyrium.

Tertia vero sedes, apud Antiochiam ejusdem beatissimi Petri apostoli nomine habetur honorabilis, eo quod illic, priusquam Romam venisset, habitavit, & illic primum nomen Christianorum novellæ gentis exortum est.

Et quamvis aliud fundamentum nullus possit ponere, præter id quod positum est, qui est Christus Iesus, tamen ad ædificationem nostram, eadem sancta ' Romana ecclesia post illas veteris vel novi testamenti, quas regulariter ' suscepimus, etiam ' has suscipi non prohibet scripturas, id est. 1. Cor. 3. ' id est, ' superius nominavimus ' alias

Sanctam synodum Nicænam trecentorum decem & octo patrum, mediante maximo Constantino Augusto, in qua Arius hæreticus condemnatus est:

Sanctam synodum Constantinopolitanam, mediante Theodosio seniore Augusto, in qua Macedonius hæreticus debitam damnationem excepit:

Sanctam synodum Ephesinam, in qua Nestorius condemnatus est consensu beatissimi Cælestini papæ, mediante Cyrillo Alexandrinæ sedis antistite, & Arcadio episcopo ab Italia destinato.

Sanctam synodum Calchedonensem, mediante Marciano Augusto, & Anatolio Constantinopolitano episcopo, in qua Nestoriana & Eutychiana hæreses simul cum Dioscoro ejusque complicibus damnatæ sunt.

Sed & si qua sunt concilia a sanctis patribus hactenus instituta, post horum auctoritatem & custodienda & recipienda, & decernimus, & mandamus.

Item opuscula B. Cypriani martyris & Carthaginensis episcopi.

Item opuscula B. Gregorii Nazianzeni episcopi.

Item opuscula B. Basilii Cappadociæ episcopi.

Item opuscula B. Athanasii Alexandrini episcopi.

" Item opuscula B. Cyrilli Alexandrini episcopi. " alio ordine recensentur in ms.

Item opuscula beati Ioannis Constantinopolitani episcopi.

Item opuscula B. Theophili Alexandrini episcopi.

* Item opuscula B. Hilarii Pictaviensis episcopi. * Item opuscula B. Proterii Alexandrini episcopi.

' Item opuscula B. Ambrosii Mediolanensis episcopi.

ANNO CHRISTI 494.

Item opuscula B. Augustini ' Hipponensis episcopi. (' Hipponeregiensis)

Item opuscula B. Hieronymi presbyteri.

Item opuscula B. Prosperi viri religiosissimi.

Item epistolam B. Leonis papæ ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum destinatam; ' cujus textum quispiam si usque ad unum iota disputaverit, & non eam in omnibus venerabiliter receperit, anathema sit. (' de cujus textu)

Item opuscula atque tractatus omnium orthodoxorum patrum, qui in nullo a sanctæ ecclesiæ Romanæ consortio deviarunt, nec ab ejus fide vel prædicatione sejuncti sunt; sed ipsius ' communionis per gratiam Dei usque in ultimum diem vitæ suæ fuere participes, legendos decernimus. (' communicationis)

Item decretales epistolas, quas beatissimi " papæ diversis temporibus ab urbe Romana pro diversorum patrum consultatione dederunt, venerabiliter recipiendas. (" v. g. Julius, Damasus, Siricius, Innocentius, Leo, &c.)

Item gesta sanctorum martyrum, qui multiplicibus tormentorum cruciatibus, & mirabilibus confessionum triumphis ' irradiant. Quis ' ita esse catholicorum dubitet, & majora eos in agonibus fuisse perpessos, nec suis viribus, sed gratia Dei & adjutorio universa tolerasse? Sed ideo secũdum antiquam consuetudinẽ ', singulari cautela in sancta Romana ecclesia non legũtur, quia & eorum qui conscripsere nomina penitus ignorantur: & ab infidelibus aut idiotis superflua, aut minus apta, quam rei ordo fuerit, ' scripta esse putantur; sicut cujusdam ' Quirici & Iulitæ, sicut Georgii, aliorumque hujusmodi passiones, quæ ab hæreticis perhibentur compositæ. Propter quod, ut dictum est, ne vel levis subsannandi oriretur occasio, in sancta Romana ecclesia non leguntur. Nos tamen cum prædicta ecclesia omnes martyres, & eorum gloriosos agones, qui Deo magis quam hominibus noti sunt, omni devotione veneramur. (' illustrantur. ' Quis ista catholicorum dubiret vel Quis cath. dubitat majora, &c. ' & singularem cautelam ' inserta leguntur ' Cyrici)

Item vitas patrum, Pauli, Antonii, Hilarionis, & omnium eremitarum, quas tamen vir beatissimus scripsit Hieronymus, cum omni honore suscipimus.

Item actus beati Silvestri apostolicæ sedis præsulis, licet ejus qui conscripsit nomen ignoretur, a multis tamen in urbe Romana catholicis legi cognovimus, & pro antiquo usu multæ hæc imitantur ecclesiæ.

Item scripta de inventione crucis dominicæ, & alia scripta de inventione capitis Ioannis Baptistæ, novellæ ' quędam relationes sunt, & nonnulli eas catholici legunt. Sed cum hæc ad catholicorum manus pervenerint, beati Pauli apostoli præcedat sententia: *Omnia probate: quod bonum est, tenete.* (' quidem) (1. *Thess.* 5.)

Item Rufinus vir religiosus plurimos ecclesiastici operis edidit libros, nonnullas etiam scripturas interpretatus est. Sed quoniam ' beatus Hieronymus eum in aliquibus de arbitrii libertate notavit, illa sentimus, quæ prædictum beatum Hieronymum sentire cognoscimus; & non solum de Rufino, sed etiam de universis, quos vir sæpius memoratus, zelo Dei & fidei religione reprehendit. (' venerabilis)

Item Originis nonnulla opuscula, quæ vir beatissimus Hieronymus non repudiat, legenda suscipimus. Reliqua autem omnia cum auctore suo dicimus esse renuenda.

Item chronica Eusebii Cæsariensis, & ejusdem ecclesiasticæ historiæ libros: quamvis in primo narrationis suæ libro tepuerit, & postea in laudibus atque excusatione Origenis schismatici unum conscripserit librum: propter rerum tamen notitiam singularem, quæ ad instructionem pertinent, usquequaque non dicimus renuendos.

Item Orosium virum eruditissimum collaudamus: quia valde nobis necessariam adversus paganorum calumnias dignam ordinavit historiam, miraque brevitate contexuit.

Item venerabilis viri Sedulii paschale opus, quod heroicis descripsit versibus, insigni laude præferimus.

Item Iuvenci nihilo minus laboriosum opus non spernimus, sed miramur.

Cetera, quæ ab hæreticis sive schismaticis conscripta vel prædicata sunt, nullatenus recipit catholica & apostolica Romana ecclesia; ' e quibus pauca, quæ ad memoriam venerunt, & a catholicis vitanda sunt, credimus esse subdenda. (' Quæ tamen non recipiuntur)

Notitia librorum apocryphorum ' qui non recipiuntur. (' qui nullatenus a nobis recipi debent)

In primis Ariminensem synodum a Constantio Constantini Augusti filio congregatam, mediante Tauro præfecto ', ex tunc & nunc, & usq; in æternum confitemur esse damnatam. (' præ...)

Item itinerarium nomine Petri apostoli, quod appellatur sancti Clementis libri ' octo, apocryphum. (' decem)

Actus nomine Andreæ apostoli, apoc.

Actus nomine Thomæ apostoli, apoc.

Actus nomine Petri apostoli, apoc.

Actus nomine Philippi, apoc.

Evangelium nomine Thaddæi, apoc.

Evangelium nomine Matthiæ, apoc.

Evangelium nomine Petri apostoli, apoc.

Evangelium nomine Iacobi minoris, apoc.

Evangelium nomine Barnabæ, apoc.

Evangelium ' nomine Thomæ, ' quo utuntur Manichæi, apocryphum '.

Evangelium ' nomine Bartholomæi apostoli, apocryphum.

Evangelium nomine Andreæ apostoli, apoc.

Evangelia, quæ falsavit Lucianus, apocrypha.

Liber de infantia salvatoris, apocryphus.

Evangelia quæ falsavit * Esitius, ' apocrypha. (* Hesychius)

Liber de ' nativitate salvatoris, & de Maria & obstetrice, ' apocryphus.

Liber, qui appellatur Pastoris, apocryphus.

Libri omnes quos fecit * Leucius discipulus diaboli, apocryphi.

Liber, qui appellatur Fundamentum, apocr.

Liber, qui appellatur Thesaurus, apocryphus.

Liber de filiabus Adæ ' geneseos, apocryphus.

' Centimetrum de Christo, Virgilianis compaginatum versibus, apocryphum.

Liber, qui appellatur Actus Teclæ & Pauli apostoli, apocryphus.

Liber, qui appellatur Nepotis, apocryphus.

Liber Proverbiorum, qui ab hæreticis conscriptus, & sancti ' Sixti nomine prænotatus est, apocryphus.

Revelatio, quæ appellatur Pauli, apocrypha.

' Revelatio, quæ appellatur Thomæ apostoli, apocrypha.

Revelatio, quæ appellatur Stephani, apocr.

Liber, qui appellatur Transitus, id est, Assumptio sanctæ Mariæ, apocryphus.

Liber,

Liber, qui appellatur pœnitentia Adæ, apocryphus.

Liber 'Ogiæ nomine gigantis, qui ab hæreticis cum dracone post diluvium pugnasse perhibetur, apocryphus.

Liber, qui appellatur testamentum Iob, apocryphus.

Liber, qui appellatur pœnitentia Origenis, apocryphus.

Liber, qui appellatur pœnitentia sancti Cypriani, apocryphus.

Liber, qui appellatur pœnitentia Iannis & Mambræ, apocryphus.

Liber, qui appellatur Sortes apostolorum, apocryphus.

Liber, qui appellatur ' Laus apostolorum, apocryphus.

'Liber canonum apostolorum, apocryphus.

Liber Physiologus, qui ab hæreticis conscriptus est, & B. Ambrosii nomine ' signatus, apocryphus.

Historia Eusebii Pamphili, apocrypha.

Opuscula Tertulliani, apocrypha.

Opuscula Lactantii ', apocrypha.

Opuscula Africani, apocrypha.

Opuscula Postumiani & Galli, apocrypha.

Opuscula Montani, Priscillæ & Maximillæ, apocrypha.

Opuscula omnia Fausti Manichæi, apocypha.

Opuscula Commodiani, apocrypha.

Opuscula alterius Clementis Alexandrini, apocrypha.

Opuscula ' Tatii Cypriani, apocrypha.

Opuscula Arnobii, apocrypha.

Opuscula Tyconii, apocrypha.

Opuscula ' Cassiani presbyteri Galliarum, apocrypha.

Opuscula Victorini 'Pictaviensis apocrypha.

Opuscula Fausti Regensis Galliarum, apocr.

Opuscula Frumentii Cæci, apocrypha.

Epistola Iesu ad ' Abagarum regem, apoc.

Epistola ' Abagari ad Iesum, apocrypha.

Passio ' Quirici & Iulitæ, apocrypha.

Passio Georgii, apocrypha.

Scriptura quæ appellatur ' contradictio Salomonis, apocrypha.

Phylacteria ' omnia, quæ non angelorum (ut illi confingunt) sed dæmonum magis ' arte conscripta sunt, apocrypha.

Hæc & omnia his similia, quæ Simon Magus, Nicolaus, Cerinthus, Marcion, Basilides, Ebion, Paulus etiam Samosatenus, Photinus, & Bonosus, & qui simili errore defecerunt, Montanus quoque cum suis obscœnissimis sequacibus, Apollinaris, Valentinus, sive Manichæus, Faustus ", Africanus, Sabellius, Arius, Macedonius, Eunomius, Novatus, Sabbatius ', Cælestius, Donatus, Eustathius, Iovinianus, Pelagius, Iulianus Celanensis, Cælestinus ', Maximinus, ' Priscillianus ab Hispania, Nestorius Constantinopolitanus, Maximus, * Vnicus, Lampetius ', Dioscorus, Eutyches, Petrus, & alius Petrus, e quibus unus Alexandriam, alius Antiochiam maculavit, Acacius Constantinopolitanus cum ' consortibus suis: nec non & omnes hæretici, eorumque discipuli, sive schismatici ', docuerunt vel conscripserunt, quorum nomina minime retinentur non solum repudiata, verum etiam ab omni Romana catholica & apostolica ecclesia eliminata, atque cum suis auctoribus auctorumque sequacibus sub anathematis indissolubili vinculo in æternum confitemur esse damnata.

Notæ Severini Binii.

a *Concilium.*] Ad fidem catholicam illibate custodiendam, dissidia tollenda, pacemque in ecclesia restituendam, pontifex una cum concilio in eo potissimum laboravit, ut apostolicæ & catholicæ ecclesiæ communio nulla vel levi macula conspersa, illibata penitus & impolluta sarta ac tecta in omnibus servaretur. Ad hoc autem præstandum solicitiorem curam impendens, non solum vindicasse voluit ipsam ecclesiam ab omnibus, ut semper fuit, immunem hæresibus atque hæreticorum consortio; sed ut eam redderet a pravorum scriptorum contagione securam, omne studium adhibens, delectum habuit ecclesiasticorum librorum qui hactenus editi legi solerent: distinguens separansque, quasi os domini, mundum ab immundo, & secernens preciosum a vili. Cujus rei perficiendæ gratia Decretum constituit ab ecclesia catholica perpetuo servandum, in quo post recensitos veteris ac novi testamenti libros canonicos, adjecit de primatu Romanæ ecclesiæ & aliarum patriarchalium ecclesiarum juribus, ad reprimendam Constantinopolitanorum antistitum præsumptionem & audaciam infringendam, qua se Acacius primum, inde ejus successores adversus Romanam ecclesiam proterue nimis erexerant. Causa concilii. Acta concilii.

b *Ordo librorum veteris testamenti.*] Quotquot hoc loco enumerantur, & in canonem sacrorum librorum referuntur libri veteris testamenti, iidem pene omnes recensiti sunt supra canone ultimo concilii Laodiceni, & canone 47. concilii Carthaginensis III. item epist. 3. Innocentii primi ad Exuperium. Canonem apostolorum 84. utpote quo sacri omittuntur, & apocryphi in numerum sacrorum referuntur, spurium esse & illegitimum supra in notis ejusdem canonis copiose ostendimus. Veteris ac novi testamenti libros sacros a calumnia hæreticorum omnium liberavit doctissime & copiosissime reverendissimus & illustrissimus cardinalis Bellarminus toto lib. 1. de verbo Dei scripto: illustrissimus item cardinalis Baronius tom. 1. annalium, diversis in locis, S. Pauli, aliasque canonicas epistolas cum apocalypsi S. Ioannis apostoli a furore & dementia hæreticorum vindicavit: ad evitandam prolixitatem isthuc lectorem benevolum remitto. De libris apocryphis eorumque auctoribus diversis in locis annalium Baronius dignissima observatu annotavit, & post eum Antonius Possevinus in apparatu sacro. De libris sacris & apocryphis.

c *Sancta Romana ecclesia.*] Hoc Decretum extat distinct. 15. can. 3. Lectio ejus ab originali tantopere discrepat, ut satis certo statui non possit quæ sit vera & pura Gelasii, nec magnopere mirandum sit, si nonnulla sint quæ difficultatem faciunt. Vide notas emendatorum Decreti Gratiani, &c.

EPISTOLA AVITI EPISCOPI VIENNENSIS, AD CLODOVEUM Regem Francorum.

De suscepta ab eo Christi fide, atque baptismo.

Avitus Viennensis episcopus Chlodoveo regi.

Vestræ subtilitatis acrimoniam quorumcumque schismatum sectatores sententiis suis, variis opinione, diversis multitudine, vacuis veritate, Christiani nominis ' visi sunt sunt obumbratione velare. (' nisi) At dum status nostros æternitati committimus, dum quid recti unusquisque sentiat futuro examini reservamus, etiam in præsentibus interlucentis radius veritatis emicuit. Invenit quippe tempori nostro arbitrum quemdam divina provisio. dum vobis eligitis, omnibus judicatis: vestra fides nostra victoria est. Solent plerique in hac eadem causa, si pro expetenda sanitate credendi, aut sacerdotum hortatu, aut quorumcumque sodalium suggestione moneantur, consuetudinem generis, & ritum paternæ observationis opponere. Ita saluti nocentem verecundiam præferentes, dum parentibus in incredulitatis custodia inutilem reverentiam servant,

servant, confitentur se quodammodo nescire quid eligant. Discedat igitur ab hac excusatione post talis facti miraculum noxius pudor. De toto priscæ originis stemmate sola nobilitate contenti, quidquid omnis potest fastigium generositatis ornare, prosapiæ vestræ a vobis voluistis exurgere. Habetis bonorum auctores; voluistis esse meliorum: respondetis proavis quod regnatis in sæculo: instituitis posteros quod regnatis in cælo. Gaudeat ergo quidem Græcia, habere se principem legis nostræ: sed non jam quæ tanti muneris dono sola mereatur illustrari; quod non desit & reliquo orbi claritas sua. Siquidem & occiduis partibus in rege novo non novi jubaris lumen effulgurat. Cujus splendorem congrue redemptoris nostri nativitas inchoavit: ut consequenter eo die ad salutem regnerari ex unda vos pareat, quo natum redemptioni suæ cæli dominum mundus accepit. Igitur qui celeber est natalis domini, sit & vestri; quo vos scilicet Christo, quo Christus ortus est mundo: in quo vos animam Deo, vitam præsentibus, famam posteris consecrastis. Quid jam de ipsa gloriosissima regenerationis vestræ solennitate dicatur? cujus ministeriis etsi corporaliter non accessi, gaudiorum tamen communione non defui. Quandoquidem hoc quoque regionibus nostris divina pietas gratulationis adjecit, ut ante baptismum vestrum ad nos sublimissimæ humilitatis nuntius perveniret. Vnde nos post hanc expectationem jam securos vestri sacra nox reperit. Conferebamus namque, nobiscumque tractabamus, quale esset illud, cum adunatorum numerus pontificum, manus sancti ambitione servitii membra regia undis vitalibus confoveret: cum se Dei servis inflecteret timendum gentibus caput: cum sub casside crines nutritos salutaris galea sacræ unctionis indueret: cum intermisso tegmine loricarum immaculati artus simili vestium candore fulgerent. Faciet, si quid creditis, regum florentissime; faciet inquam indumentorum ista mollities, ut vobis deinceps plus valeat rigor armorum: & quidquid felicitas usque huc præstitit, addet hinc sanctitas. Vellem vero præconiis vestris quiddam exhortationis annectere; si aliquid vel scientiam vestram, vel observantiam præteriret. Numquid fidem perfecto prædicabimus, quam ante perfectionem sine prædicatione vidistis? an forte humilitatem, quam jamdudum nobis devotionis impenditis, qui nunc primum professione debetis? an misericordiam, quam solutus a vobis adhuc nuper populus captivus gaudiis mundo insinuat, lacrymis Deo? Vnum ergo quod vellemus augeri: ut quia Deus gentem vestram per vos ex toto suam faciet, ulterioribus quoque gentibus, quas in naturali adhuc ignorantia constitutas nulla pravorum dogmatum germina corruperunt, de bono thesauro vestri cordis fidei semina porrigatis: nec pudeat pigeatque etiam directis in rem legationibus adstruere partes Dei, qui tantum vestras erexit. Quatenus externi quoque populi paganorum, pro religionis vobis primitus imperio servituri, dum adhuc in alios videntur habere proprietatem, discernant potius gentem, quam principem. Nulla igitur patria quasi speciali sede sibi vindicet totis quos honorum gradibus attollitis. constat vos esse, quo communis uno solis jubare omnia perfruuntur.

A vicina quidem plus gaudent lumine, sed non carent remotiora fulgore. Quapropter radiate perpetuum præsentibus diademate, absentibus majestate. Successus felicium triumphorum, quos per vos regio illa gerit, cuncta concelebrant. Tangit etiam nos felicitas. quotiescumque illic pugnatis, vincimus. Inter hæc tamen catholicæ religionis affectum servat in vobis cura miserendi: & in apice rerum omnium gubernacula continente non minus eminet sanctitas, quam potestas. Ex qua utique factum est, ut dirigi ad vos servi vestri, viri illustris, Laurentii filium principali oraculo juberetis: quod apud domnum meum, suæ quidem gentis regem, sed militem vestrum, obtinuisse me suggero. Nihil quippe est in quo B servire non potest. Commendat directum. Congaudi misso, invidi vos visuro. cui minus computandum est ad utilitatem parenti proprio restitui, quam patri omnium præsentari.

NOTA IACOBI SIRMONDI, S. I.

Baptismum Clodovei regis annales Francorum assignant anno regni ejus XV. post victoriam Alamannicam. Is est juxta æram nostram annus Christi desinens CCCCXCVI. In natali enim domini exeunte anno baptizatum Avitus in hac epistola testatur. Triennio serius, sed more suo, Clodovei baptismum statuit Sigebertus anno CCCCXCIX. omnia enim triennii fere spatio posterius narrare solet quam gesta sunt.

C ** AMPLIORES EIVSDEM NOTÆ.

Chlodoveo regi.] [a] Francorum, ad quem Theodorici quoque regis Italiæ duplex apud Cassiodorum est epistola, libro II. variarum XLI. & lib. III. IV. sed utraque Luduinum vocat. Prior autem huic nostræ suppar, si tempus spectetur: scripta videlicet post victoriam Alamannicam, quæ Chlodoveo fidei Christianæ occasio fuit, & baptismi, cujus hic pompam Avitus elegantissime describit. Docet porro, quod hactenus ignorabamus, in vigilia natalis domini celebratum, non in vigilia paschæ, quod Hincmarus Remensis, falso sibi & rerum nostrarum scriptoribus persuaserat.

[a] Ex ed[…] ne omn[…] operum […] viti, […] 1642.

Græcia principem legis nostræ Anastasium imperatorem Christianum illum quidem, sed non satis orthodoxum Romæ vero & in Italia rex Theodoricus, & in Gallia Vvisigothorum Alaricus, & Gundobadus Burgundionum, Ariani prorsus erant, itemque Suevi, & si qui alii in Hispania, in Germania autem, & in Britannia, adhuc pagani. Vt non injurii sint, qui post Clodo- D veum, qui primus omnium in ecclesia Catholicus rex fuit, regibus Francorum primum inter Christianos principes locum vel hoc nomine deberi asseverant.

v. 1. *Laurentii filium*, de quo iterum in duabus proximis epistolis. Hunc ad patrem redire cum cuperet Anastasius, Clodoveum intercessorem adhibuit, ut cum a Gundobado repeteret, apud quem captivus obses, ut reor, pro patre tenebatur.

EPISTOLA REMIGII RHEMORVM EPISCOPI AD EVMDEM CLODOVEVM.

Consolatoria in obitu Albofledis sororis ejus, quæ non multo post susceptum baptismum e vita migrarat.

E *Domino illustri meritis Clodoveo regi Remigius episcopus.*

ANGIT me, & satis angit, vestræ causa tristitiæ, quod gloriosæ memoriæ germana vestra transiit Albofledis. Sed consolari possumus, quia talis de hac luce discessit, ut recordatione magis suscipi debeat, quam lugeri. Illius enim vitæ fuit, quod assumpta credatur a domino, quæ a Deo electa migravit ad cælos. Vivit vestræ fidei, etsi est conspectus desiderio recepta. Christus

Greg. […] ron. li[…] hist. ca[…]

Christus implevit, ut benedictionem virginitatis acciperet; quæ sacrata non est lugenda, quæ fragat in conspectu domini flore virgineo: quo scilicet & corona tecta, quam pro virginitate suscepit. Absit ut a fidelibus lugeatur, quæ bonus Christi odor esse promeruit, ut per eum cui placet auxilium possit conferre poscentibus. Dominus meus, repelle de corde tuo tristitiam: animo rite composito regnum sagacius gubernate, erectiora sumentes studio serenitatis consilia. Læto corde membra conforta: mœroris torpore discusso B acrius invigilabis ad salutem. Manet vobis regnum administrandum, & Deo auspice procurandum. Populorum caput estis, & regimen sustinetis. Acerbitate ne te videant in luctu affici, qui per te felicia videre consueverunt. Esto ipse tuæ animæ consolator, vigorem illius providentiæ continens ingenitæ, ne tristitia candorem tuæ menti subducat. De ejus præsente transitu, quæ choris est juncta virgineis, ut credo, rex gaudet in cælo. Salutans gloriam C vestram, commendo familiarem meum presbyterum Maccolum quem direxi. Quæso ut tanti habeatis ignoscere, quod qui occursum debui, exhortatoria destinare verba præsumpsi. Tamen per harum bajulum si jubetis ut vadam, contempta hiemis asperitate, frigore neglecto, itineris labore calcato, ad vos auxiliante domino pervenire contendam.

ANNO CHRISTI 495.

[a] CONCILIVM ROMANVM II.

QVO A GELASIO ET EPISCOPIS LV. Misenus absolvitur; anno domini CCCCXCV. III. Idus Maii.

RESIDENTE in synodo venerabili viro papa Gelasio una cum Bonifacio, Maximino, Epiphanio, Basilio, Vitali, Claro, Irenæo, Decio, Asello, Euplo, Valentino, Martiniano, Basso, Benigno, Primitivo, Palladio, Vindemio, Constantio, Martyrio, Candido, Laurentio, Deodato, Mercurio, Stephano, Dulcitio, Fortunato, Paschasio, Sanctulo, Innocentio, Chrysogono, Colonico, Molensi, Maximiano, Valentino, Constantio, Gaudentio, Felice, Vitaliano, Petro, Sereno, Aucupio, Timotheo, Stephano, Laurentio, & Probo episcopis, residentibus etiam Castino, Laurentio, Canusio, Eugenio, Ianuario, Martiano, Gordiano, Petro, Vrbico, Paulino, Valente, Petro, Asterio, Smaragdo, Bonifacio, Maxentio, Epiphanio, Iustino, Felice, Redempto, Projectitio, Callisto, Ioanne, Valentino, Sebastiano, Martino, Epiphanio, Andrea, Servodei, Apellione, Petro, Servando, Agapito, Abundantio, Marcellino, Litorio, Laurentio, Agathone, Sebastiano, Valentino, Anastasio, Genesio, Dionysio, Epiphanio, Acontio, Paulino, Agapito, Adeodato, Benedicto, Dominico, Redempto, Severo, Iuliano, Stephano, Crescentiano, Septimino, Cypriano, & Epiphanio presbyteris una cum Amandiano viro illustri, & Diogeniano viro spectabili: astantibus quoque diaconibus, Gelasius episcopus ecclesiæ catholicæ urbis Romæ dixit: Meminit dilectio vestra superiore conventu oblatum nobis a Miseno libellum in conspectu vestro fuisse recitatum: hunc eumdem, si placet dilectioni vestræ denuo recensendum, ut acta nostra contineant. Et quia aliud se quoque A petitorium præ manibus habere profitetur, quid etiam in hoc contineatur, possimus agnoscere. Et adjecit: Miseni libellus denuo recitetur. Anastasius diaconus recitavit: Datum a famulo vestro Miseno die octavo Iduum Martiarum, Viatore v.c. consule. Quantum ad meæ pertinet infelicitatis abruptum, errori meo qualibet ratione contracto definio non esse parcendum: quoniam hoc ipso pœna carere non debeo, quod merui [1] ad causam pœnalem, quæcumque foret perduci.

ANNO CHRISTI 495.

B Quantum vero pertinet * ad remediale subsidium, duo sunt quæ me ad hoc suppliciter implorandum venire constringunt; ne vel ego desperatione magis perpetuis cruciatibus sim dignus addici, Iudæ prævaricatoris exemplo: & quia tanta est ineffabilis illa clementia, quæ apostolica potestate universum facinus possit absolvere. Hanc igitur solam in meo negotio, papa venerabilis, vocem miserandus effundo. Parce prostrato, porrige manum jacenti. C Nullis ignorantiæ excusationibus nitor, nullas decipulas circumventionis obtendo: nec in quemquam calamitatis meæ studeo transferre discrimen: quia alios incusare non debeo, qui poscam clementer absolvi: quia licet mihi pro mea defensione nihil afferam, non ambigam tamen hæc omnia tuo judicio esse tractanda. Tantum quæso, ut superno numini obsequentes, quod pronuntiat per prophetam: *Nolo mortem morientis, donec revertatur & vivat*: vos potius cuncta quæ in persona mea gesta sunt, benigna consideratione * librantes, viaticum seni [2] ægritudine & continua maceratione consumpto, ne sine ecclesiastica communione rapiar, non negetis, ex alterius casu experimentum meæ formidinis intuentes: qui auxilium, etiam vobis conferre D volentibus, non potuit indipisci. Et me per imperitiam hac clade potius implicatum [3] hoc ipso dignanter ostendite, quod [4] ad receptionis ecclesiæ superstes gratiam valui pervenire.

* respicit

Ezech. 33.

* delibe-rantes,

Quo lecto, Gelasius episcopus dixit: Petitorium gesta retinebunt. Et adjecit: Ipse nunc Misenus adveniat, & petitorium quod obtulit, ipso præsente, recitetur. Cumque ingressus fuisset Misenus, prostratus in terram aliud petitorium obtulit, & rogavit ut susciperetur. Cumque susceptum fuisset, Gelasius episcopus dixit: Vtraque petitoria quæ obtulit, ipso quoque præsente, legantur. Iterum Anastasius E diaconus recitavit: Datum a famulo vestro Miseno, VIII. Idus Martias, Flavio Viatore viro clarissimo consule.

Quantum ad meæ pertinet infelicitatis * abruptum, errori meo qualibet ratione contracto definio non esse parcendum: quoniam hoc ipso pœna carere non debeo, quoniam merui ad pœnalem causam quacumque forte perduci. Quantum vero respicit ad remediale subsidium, duo sunt quæ me ad hoc suppliciter implorandum venire constringunt: ne vel ego desperatione magis perpetuis cruciatibus sim dignus addici Iudæ prævaricatoris exemplo; & cetera quæ superius continentur. Item aliud petitorium recitat. Datum a famulo vestro Miseno sub die * tertio Idus Martias, Flavio Viatore viro clarissimo consule.

* obrutum

* quarto

Oblato primitus petitorio meo nihil aliud suppliciter exoravi, quam ut misericordia mihi sedis apostolicæ non in perpetuum negaretur;

ANNO CHRISTI 495.

retur: cujus mihi spem quoniam pro immensa Dei pietate, qua regitur, relucere jam sentio, magis magisque conscientiam meam contagiis perfidorum, quæ infeliciter potius, quam studio, circumventus incideram, liberam purgatamque esse pronuntians, toto corde atq; ore protestor sub divinæ contemplationis intuitu, me omnes quidem hæreses & quidquid inimicum est catholicæ & apostolicę fidei, communionisque sinceræ, prona mente refutare: tum præcipue Eutychianam hæresim cum suo scilicet auctore Eutychete & ejus sectatore Dioscoro, vel successoribus ejus atque communicatoribus Timotheo Æluro, Petro Alexandrino, Acacio Constantinopolitano, Petro Antiocheno, cunctisque eorum complicibus & communicatoribus respuere, damnare, & anathematizare perpetuo, omnesque istos & hujusmodi horribiliter execrari, nec unquam me cum talibus ullum quolibet modo profiteor habiturum esse consortium, sed ab his omnibus futurum prorsus alienum. Quorum pravitatem licet nunquam voluntate receperim, tamen me quia calamitatis impulsu minus cautus videor incidisse, sub conspectu Dei & beati Petri apostoli ejusque vicarii, ac totius ecclesiæ, mea (sicut dixi) * professione voceque condemno, detestor, exhorreo, in sola me fide communioneque catholica & apostolica semper duraturum esse confirmans. Cui petitioni meæ manu mea subscripsi die tertio Iduum Martiarum, Viatore viro clarissimo consule. Hæc vestræ beatitudini in conventu venerandorum * credidi meis manibus offerenda. Et alia manu: Ego Misenus huic petitioni meæ & a me oblatæ subscripsi, die & consule suprascripto.

* confessione

* episcoporum

Gelasius episcopus dixit: Quæ lecta sunt, transcribantur. Et adjecit: Quid videtur fraternitati vestræ statuendum, vestri quoque cōsilii participatione desideramus agnoscere. Levaverunt se omnes episcopi & presbyteri, rogantes & dicentes: Exaudi Christe: Gelasio vita. dictum vicies. Quod vobis Deus dedit in potestate, præstate. dictum duodecies. Hoc fac quod facit domnus Petrus. dictum decies. Ut indulgeas, rogamus. dictum novies. Cum denuo sedissent, Gelasius episcopus dixit: Sedes apostolica quidem, quæ Christo domino delegante totius ecclesiæ retinet principatum, pro dispensatione curaque generali, quam vel pro fide catholica, vel pro paternis canonibus regulisque majorum necessaria; semper circumspectione dependet, Misenum atque Vitalem, quos contra Eutychianæ pestilentiæ sectatores, vel contra eos qui talium se communione polluerant, suæ potestatis legatione suffultos ad orientem dudum sub sanctæ memoriæ decessore meo præsule destinarat, quod apostolica præcepta declinantes quolibet modo in eorum adversum quos missi fuerant consortia recidissent, gestis synodalibus rerum discussione patefacta, communione pariter & honore merito jureque submovit.

Quibus tamen misericordiæ locum memor supernæ pietatis pro suo moderamine reservavit: & dum conditionem posuit ultionis, spem noluit propitiationis abscindi: sicque suam sententiam temperavit, ut istorum veniam cum illorum mallet salute provenire, quorum fuerant participatione decepti; ac potius præberent eis, quos suo firmaverant in pravitate consensu, & salubrem correctionis metum, & emendationis imitandæ consortium. Denique sic ipsa animadversionis verba librata sunt, ut se illi & cum istis [6] perculsos adverterent, & ex eorum conditione non diffiderent posse salvari. In quo utique & his non est in totum via præclusa remeandi; & illis, si mallent, per istos est oblata correctio, studiumque porrectum; quo possint meliore conatu prætcritos compensare prolapsus, si favorem, quem prævaricatoribus facili voluntate detulerunt in reformationem catholicorum potius converterent sacerdotum.

Dictum est enim, tamdiu istos fore suspensos, donec auctore Deo, & adnisu catholicorum principum, vel populi Christiani, [7] Alexandrina catholicum sacerdotem recepisset ecclesia. Gratulandum scilicet crederetur; nullo modo Græcos non posse renuere quod viderent ab apostolica sede fuisse damnatum, facileque eos posse de istorum supplicio commoveri, ut nossent quid vitarent, & quid consequenter ambirent, [8] ac velle putarent resipiscendo magis sentire cum rectis, quam jugiter errare cum perfidis. Expectatumque diu est, ut his rationibus incitati contagia nefanda deponerent, [9] una cum apostolica sede consentiendo, sicut de eorum speratum fuerat voluntate; [10] nitentesque catholicis sacerdotibus revocandi studium potius commodarent: quo ipsi ad orthodoxam [11] recurrerent unitatem; & istis, qui illorum participes erroris extiterant, ministrarent præstitutæ receptionis effectum. Nec qua fieri potuit occasione cessatum est, quo competenter admoniti & sufficienter instructi, periter pericula vitanda cognoscerent, ac patere sibi januam, si sinceris mentibus hanc petiissent, apostolicæ communionis adverterent.

Sed quia eo perventum est, ut hortamentis quoque medicinalibus, dum etiam quæ referrent contraria non haberent, differrent tamen hactenus adhibere consensum; illorum quidem difficultatibus paternum quemdam debemus pii doloris affectum, deprecantes omnipotentiam Dei nostri, quæ sola quamvis devias in veritatis viam potest convertere voluntates, ut eisdem suæ propitiationis operatione mirabili spiritum resipiscentiæ & efficaciam correctionis dignanter infundat. Quæ donec (sicut de ejus virtute confidimus) divina placatione proveniant, hunc interim qui supplicat desiderabiliter expetentem nullatenus perire patiamur: ut cujus non sunt orientales dejectione perterriti, ne in errore persisterent, saltem curatione provocentur, ut redeant ad salutem; præcipue cum dispositionis sedis apostolicæ clementiam tenor comitetur ipse dictorū, neque prolata sibi repugnare constitutio judicetur. Definitum quippe est (ut superius jam prædictum est) eos de quibus agimus eatenus debere suspendi, donec auctore Deo, & prefatis annitentibus, Alexandrina catholicum receperit ecclesia sacerdotem: non abrupte & sine exceptione propositum est, sed ea ratione depromptum est, qua non sive illis annitentibus, sive non annitentibus, indifferenter videretur infixa sententia. ideoque sub quo tenore librata conditio est, eodem non existente, necessitatem suę professionis absolvit.

Quōd

[A]NNO [CH]RISTI [49]5.

Quod enim cum annisu prædictorum pronuntiatum est esse faciendum, hoc eodem non succedente non fieri posse, manifestum est. Sed cum eorum etiam faciendum memoratur annisu, satis evidenter ostensum est, quod sine hoc non posset impleri. Licet ergo illi, quorum deesse probatur annisus, de sua sint obstinatione miserandi, tamen quia deest, sicut sine eo effici non potest quod cum eodem effici posse præsumptum est; ita desistentibus causis, per quas hic articulus veniret ad terminum, insolubiliter non retinet obligatum.

Quapropter lata sententia non existentibus per quæ possit usque ad sui exitum deputatam tenere mensuram, his consulendi, & his qui arctati tenebantur, tribuet libertatem. Et apostolica quidem sedes (ut sæpe repetendum est) æstimans orientales nullo modo non posse respuere quod sedes apostolica refutasset, eosque saluti propriæ & apostolicæ communioni nullius præferre posse personam, hæc de eorum mentibus melius æstimarat. Sed quod iterum non tacendum est, dolenda pernicies non velut improvidam bene de orientalibus sentientem potest opinionem magis apostolicæ sedis arguere, quā suæ pervicaciæ potius deputare, quod oblatum sibi tramitem propriæ redintegrationis secuta non fuerit: nec ideo tamen aliis debet medicinalem desiderantibus impedire per suam pervicaciam facultatem. Tunc enim dicta sunt de Græcorum consensione fidenter, quia & simul beati Petri societatem quibuslibet videbantur præponere posse personis; & qui extiterunt ante catholici, æstimabantur consensuri facile veritati, atque ideo cujuslibet hominis affectum in desideriis apostolicæ communionis non posse præponere? quæ cum nondum susceperint per quas hic ordo decurreret voluntates; id quod per eas fieri posse præsumptum est, cernitur absolutum; quoniam * cum desunt qui perficiant, nullus provenire possit effectus; imo cum iidem ipsi, per quos judicabatur esse faciendum, ne efficiatur obsistant: qui si in hac sunt (quod absit) obstinatione mansuri: resoluta conditio est illius rei, quæ eorum studiis fiducialiter censebatur impleri.

* desint quos id [...]iant,

Sin vero (sicut potius optamus) fuerint ad meliora conversi, ne inter hæc interim qui misericordiam postulat, vel ætate, vel morbo, quo frequenter impeditur, possit intercipi, dum super istis est consulendum, ne defuncto jam nullum possit remedium subrogari; quippe cum dictum sit, sive illis annitentibus, sive etiam fortassis invitis, sed cum eorum magis annisu quod promulgatum fuerat posse constare: sicut igitur cum illis annitentibus nullatenus pace * fixa perdurant: hoc etiam tenore beatus Paulus apostolus non ideo (quod absit) fefellisse credendus est, aut sibi extitisse contrarius; quoniam cum se ad Hispanias promisisset iturum, dispositione divina majoribus occupatus ex causis, implere non potuit quod promisit. Quantum enim ipsius voluntatis interfuit, hoc pronuntiavit, quod revera voluisset efficere: quantum ad divini secreta concilii, quæ ut homo omnia non potuit licet Spiritu plenus agnoscere, superna prætermisit dispositione præventus. Nec quia beatus Petrus apostolus pro affectu divinæ reverentiæ ipsi domino respondit: *Non lavabis mihi pedes* [...]. 13.

* [pr]æfixa

A *in æternum*; fefellisse (quod absit) aut in sua putabitur minime constitisse sententia, quod mox eidem divinæ cesserit voluntati: & quod [12] se dixerit non esse facturum, causis adstrictus humanæ salutis expeteret prona voluntate faciendum.

Idcirco [13] illa non accedente via, qua eorum fuerat reconciliatio constituta, alteram licet adoriri, qua subveniatur, quibus subveniendum esse decretum est: maxime cum Miseno ex quolibet excessu vel qualibet prævaricationis pœna sufficiat, quæ usque eo tractata est, [14] ut sola considerationis humanæ suprema consideratione laxetur, remittendaque punitio sit, quæ non habet ultra quo crescat. B Quia cum nulli animæ Deus omnipotens & misericors per ecclesiasticam pietatem quærenti noluerit remedium denegari; non dubium est, hoc ipso auctore Deo, & divina compunctione prodire, ut tunc de ejus receptione tractetur, quando ea non protelanda quoque necessitas compellat impendi: nostro præterea salvatore B. Petro apostolo præ ceteris delegante: *Quæcumque ligaveris super terram, erunt ligata & in cælis; & quæcumque solveris super terram, erunt soluta & in cælis*: (Matth. 16.) sicut & his verbis nihil constat exceptum, sic per apostolicæ dispensationis officium & totum possit generaliter alligari, & totum consequenter absolui. Præcipue cum ex hoc magis præberi cunctis oporteat apostolicæ miserationis exemplum, ut absolutione damnati, C si resipiscant universi, & ab errore se retrahant, atque ad apostolicæ communionis sinceram redeant * unitatem, vinculis se damnationis illius, quam universaliter merito prævaricatores exceperant, non ambigant exuendos.

* puricat[...]

Neque enim qui longe positos ad integram fidem curare nitimur, revertentes in præsenti supplices refutare debemus: ubi solicite præcavendum est, ne conscientiæ detrimentum negantes, [15] usque ad extremum * peccati materiam (quod absit) [16] nullatenus incidamus: censuræque veritas etiam circa supplices, sine fine persistens, transeat in reatum. Proinde quantum, præmonente domino, possibilitatis humanæ D desideranti remedia præbeamus; totum quod supra nostræ facultatis est modulum divino judicio relinquentes, non autem nobis poterunt imputare, cur prævaricationis offensam viventibus remittamus; quod ecclesiæ, Deo largiente, possibile est: qui nos etiam mortuis veniam præstare deposcunt: quod nobis possibile non esse, manifestum est: quia cum dictum sit, *Quæ ligaveritis super terram*; (Matth. 18.) quos ergo non esse jam constat super terram, non humano, sed suo judicio reservavit: nec audet ecclesia sibimet vendicare, quod ipsis beatis apostolis conspiciat non fuisse concessum: quia alia sit causa superstitum, alia defunctorum.

* petenti

E Tulerit Vitalis sortem divini judicii, cui etiam, cum magnopere vellemus, non potuit subveniri: huic saltem prosint, dum copia viventis admittat, in remediis assequendis alterius experimenta repente subtracti. Cumque scriptum noverimus: *Unus assumetur, & unus relinquetur*: (Luc. 17.) hortatur nos intercepti periculum in superstite subsidia non differenda sanandi, qui hoc ipso recipiendus divinitus indicatur, cum illi supervivit, [18] qui ad hæc non meruit pervenire: & quoddam de utroque cælestis judicii

ANNO CHRISTI 495.

judicii refulget examen; ostenditurque nobis evidentius in duobus, in quo fuerit causa sine venia, & 19 in quo sit quæ indulgentia carere non debeat. atque ideo quam ipse quoque si superstes competenter Acacius expetisset, potuerat obtinere, (quippe de quo sic positum est, insolubilem fore, ut non diceretur: Etiamsi forte corrigeret) multo magis huic qui communione ejus infectus est, imploranti flebiliter, pietatis est apostolicæ non negare.

Misenus absolutus.

Professus ergo Misenus regulariter se omnes hæreses, Eutychianam præcipue cum Eutychete, Dioscoro, Timotheo Æluro, Petro Alexandrino, Acacio Constantinopolitano, Petroque Antiocheno, vel cunctis eorum successoribus, sectatoribus & communicatoribus detestari, eosque anathemate ferire perpetuo, communionis apostolicæ, & sacerdotalis gratiam, quam catholica traditione percepit, recipiet dignitatis. Omnes episcopi & presbyteri surgentes in synodo acclamaverunt: Exaudi Christe: Gelasio vita. dictum quindecies. Domine Petre, tu illum serva. dictum duodecies. Cujus sedem & annos. dictum septies. 19. Vicarium Christi te videmus. dictum sexies. Cujus sedem & annos. dictum septies trigesies.

Sixtus notarius sanctæ Romanæ ecclesiæ jussu domini mei beatissimi papæ Gelasii ex scrinio edidi die 20 tertio Idus Maii, Flavio Viatore viro clarissimo consule."

" Anno Christi 495.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Contilium.*] Cum Vitalis & Misenus apostolicæ sedis legati, per Zenonem imperatorem inducti Acacio communicassent, & Petri Moggi Alexandrinæ ecclesiæ invasoris nomen in diptychis publice recitari sine contradictione audivissent, ideoque justo judicio a Felice papa in synodali patrum consessu excommunicati fuissent; tandem post intervallum undecim annorum, postque Vitalem in excommunicatione defunctum, Misenus gratia Dei adjutus, ad mentem rediit; suumque delictum plurimum detestatus, ad pœnitentiam & ecclesiæ unitatem recipi postulavit. Indicto igitur hac de causa concilio, post causæ cognitionem magno omnium applausu humeris pastorum impositus ad ovile Christi, unde annis prope undecim aberraverat, vicissim reductus fuit. Habitum est hoc synodale judicium in basilica sancti Petri, anno Christi 495. tertio Idus Maii, sub consulatu viri clarissimi Flavii Viatoris, qui est Gelasii 4. & Anastasii imperatoris annus imperii 5. Acta hujus concilii per Dionysium Exiguum translata fuerunt. Ea quæ ex Vaticana bibliotheca accepta sunt, atque etiamnum tomo 1. epistol. pontif. recitantur, nonnihil mendosa sunt, & fide carent. Quæ vero ex codice Virdunensi per Frontonem Ducæum societatis Iesu professorem edidit illustrissimus cardinalis Baronius, anno 495. integriora sunt & magis emendata. Quæ Romano exemplari collata, in pristinum fere candorem omnino restituta; hic infra post notas nostras tibi benevole lector exhibemus.

Misenus resipuit.

Causa & locus concilii.

Acta concilii.

VARIÆ LECTIONES FRONTONIS DUCÆI, S. I.

1 *Ad causam pœnalem quacumque foret.*] Manuscriptus habuit, *ad causam pœnalem quacumque forte perduci.* Eodemque modo legitur paulo post in hoc ipso concilio.

2. *Ægritudine & continua.*] Ægritudine continua & maceratione.

3. *Hoc ipso dignanter ostendite.*] Hoc ipsum indignanter ostendit, quod.

4. *Ad receptionis ecclesiasticæ.*] Hoc ipsum, inquit, me ostendit immerito fuisse calamitate oppressum, quod non ut Vitalis ex hac vita subductus sum prius, quam communioni catholicæ possem restitui. Vnde subjicit paulo post Gelasius: *Hortatur nos intercepti periculum in superstite subsidia non differenda sanandi, qui in hoc recipiendus divinitus indicatur.*

5. *Semper circumspectione dependet.*] Semper circumspectione dependit.

6. *Perculsos adverterent.*] Percussos adverterent, & ex eorum conditione non diffiderent posse salvari.

7. *Alexandrina catholicum.*] Alexandrina catholico sacerdote cœpisset ecclesia gratulari, ut scilicet crederetur.

8. *Ac velle putarent.*] Ac velle putarentur resipiscendo.

9. *Vna cum apostolica sede.*] Vt cum apostolica sede.

10. *Nitentesque catholicis.*] Nitentes catholicis.

11. *Recurrerent unitatem.*] R. currerent veritatem.

12. *Se dixerit non esse.*] Se dixerat non esse facturum.

13. *Illa non accedente via.*] Illa non faciente via, *forte legendum*, favente.

14. *Vt sola considerationis.*] Vt sola conditionis humanæ.

15. *Vsque ad extremum peccati.*] Vsque ad extremam peccati materiam.

16. *Nullatenus incidamus.*] Vllatenus incidamus, censuræque severitas etiam circa.

17. *Qui ad hac non meruit.*] Qui ad hoc non meruit.

18. *In quo sit, qua indulgentia.*] Quo indulgentia, *forte legendum*, quo indulgentia carere non debet. atque adeo quod ipse quoque.

Vicarium Christi te videmus.] Vicarium Christi te videmus dictum undecies. Apostolum Petrum te videmus, dictum sexies. Cujus sedem.

20. *Tertio Idus Maii.*] Idus Martii.

VITA,

EPISTOLÆ, ET DECRETA ANASTASII PAPÆ II.

Ex libro pontificali.

a ANASTASIUS natione Romanus, ex patre Petro, de regione quinta Caput tauri, b sedit anno uno, mensibus undecim, diebus 24. c Hic fuit temporibus Theodorici regis. Hic fecit confessionem B. Laurentii martyris ex argento, pensante libras * 80 d Eodem tempore multi clerici & presbyteri se a communione ipsius * erexerunt, eo quod communicasset sine consilio episcoporum vel presbyterorum vel cleri cunctæ ecclesiæ catholicæ diacono Thessalonicensi nomine Photino, qui communis erat Acacio, & e quia occulte voluit revocare Acacium, & non potuit. Qui f nutu divino percussus est. Hic fecit ordinationem unam in urbe Roma per mensem Decembrem, presbyteros duodecim, episcopos per diversa loca numero 16. Qui etiam sepultus est in basilica B. Petri apostoli, XIII. Kalendas Decembris. Et cessavit episcopatus dies quatuor.

* 100.

* eruerunt *vel* ejecerunt.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Anastasius.*] Sub consulatu Pauli, (non, ut habet Marcellinus in chronico, Ioannis Scythæ & Paulini) anno domini 496. 28. Novembris post interregnum 7. dierum Anastasius Gelasio pontifici subrogatus fuit. Exordio pontificatus sui ad Anastasium imperatorem ab hæresi ad meliorem mentem avocandum, Germanum Capuanum & Cresconium Tridentinum episcopos ablegavit cum epistola ad imperatorem scripta, qua petebat, ut nomen Acacii Constantinopolitani ex diptychis plane expungeretur, ut infra in notis ejusdem epistolæ dicemus. Falsum itaque & erroneum esse liquidissime constat, quod errantem pontificalis libri auctorem secuti, vulgant hæretici; quasi damnatæ memoriæ schismaticum antistitem Constantinopolitanum Acacium, a Felice tertio & Gelasio jam ante prædamnatum, multisque ante præteritis annis tempore Felicis papæ, ut ibidem ex Liberato annotavimus, defunctum, beatissimus pontifex Anastasius in sedem suam revocare, aut saltem nomen ejus sacris diptychis restituere voluerit. Quod de inita cum Photino communione, deque approbatione baptismi & ordinationum

Quo tempore Anastasius fit creatus papa.

Anastasius calumniatur hæretici.

Secunda calumnia.

num Acacii, in hoc pontifice redarguunt; ineptum & calumniis pleniſſimum eſſe infra patebit. Apocriſiarii eccleſiæ Alexandrinæ ſupradictis legatis ſedis apoſtolicæ de ſua fide libellum obtulerunt, ut Romanæ eccleſiæ communionem ſuffurarentur; ſed cum tota ſua confeſſione nullam Calchedonenſis concilii mentionem facerent, illud fruſtra conati fuerunt. Feſtus ſenator Romanus, hoc tempore propter quaſdam neceſſitates civiles Conſtantinopolim ablegatus, favore imperatoris Anaſtaſii impetravit, ut ſacra SS. apoſtolorum Petri & Pauli memoria, a ſchiſmaticis haſtenus aliquamdiu neglecta, honorificentius & ſplendidius celebraretur. Pro qua re, ut gratiam parem rependeret, imperatori *clanculo pollicitus eſt*, inquit Theodor. Lector coll. lib. 2. *perſuaſurum ſe Romano epiſcopo, ut concordia Zenonis ſubſcriberet.* Sed accidit, mira erga eccleſiam Dei providentia, *quod cum Romam veniſſet, Anaſtaſium epiſcopum mortuum reperiſſet.* Ex quibus ſatis apparet Anaſtaſium papam, antequam a Feſto de perfidia tentaretur, integrum atque ſincerum in catholica fide deceſſiſſe. Et quanquam Juſtinus imperator, epiſtola ad Hormiſdam, manifeſte ſignificet, pontificem cum Anaſtaſio imperatore aliiſque Acaciani ſchiſmatis defenſoribus communicaſſe; tamen ipſius Symmachi papæ literæ apologeticæ ſatis declarant, Anaſtaſium pontificem nullam cum imperatore Anaſtaſio concordiam iniiſſe, ſed magis illum execratum eſſe. Verba Symmachi papæ ad imperatorem hæc ſunt: *Dicis quod mecum ſenatu conſpirante excommunicaverim te. Iſta quidem ego: ſed rationabiliter factum a deceſſoribus meis ſine dubio ſubſequor.* Quæ profecto tam libere de prædeceſſoribus affirmare auſus non fuiſſet, niſi papæ fides ſincera, atque in ea tuenda ſacerdotalis conſtantia in omnibus probata fuiſſet. Vide plura hac de re infra. Hæc ex Theod. Lectore & epiſt. Anaſtaſii Baronius anno 497.

b *Sedit anno uno, menſibus undecim, diebus* 24.] A conſulatu Pauli uſque ad Paulini & Ioannis Scythæ.

c *Hic fuit temporibus Theodorici regis.*] Anno quarto regni illius pontificatum adeptus, tenuit eum uſque in annum ejuſdem Theodorici ſextum, qui eſt Chriſti 498. cujus menſe Novembri vita ſimul ac pontificatu Anaſtaſius papa defunctus fuit.

d *Eodem tempore multi clerici & preſbyteri.*] Hæc contra Anaſtaſium ſchiſmatis Laurentiani ſectatores ſparſerunt, hac occaſione: Leo papa epiſtolam ab interpretibus corruptam, a Photino Theſſalonicēſis eccleſiæ diacono reſtitui, atque ex prototypo archivo Romanæ eccleſiæ accepto, in priſtinam integritatem transferri & emendari ex officio petierat. Quod cum Photinus, ut ex libello legatorum Alexandrinorum patet, infra præſtitiſſet, acceptum eſt ab adverſariis, quaſi cum Acacianis communicaſſet. Gloriantur noſtri temporis hæretici, Anaſtaſium de errore ac perfidia convictum, quod ſine conſilio epiſcoporum, cum Photino aliiſve Acacianæ ſectæ fautoribus communicarit: ſed quam inepte & nimis præpropere, nemo non videt: potuit enim reſipiſcentem ſine ullius concilii auctoritate ab excommunicatione abſolviſſe, & citra ullum peccati periculum, cum eodem communicaſſe: imo ſi operam illam toti eccleſiæ neceſſariam ab excommunicato & plane ſchiſmatico requiſiviſſet, non modo fidem amiſiſſet, ſed neque ullam anathematis ſententiam eo ipſo incurriſſet. Vide Bellarm. lib. 4. de Romanis pontificibus cap. 10. Baronius prædicto anno 479. num. 27. emendatores decreti Gratiani in notis ad canonem Anaſtaſius diſt 19. Covarruvias tom. 2. lib. 4. variarum reſol. cap. 13. hæc conficta omnino eſſe probant, hoc potiſſimum argumento, quod Acacius (ſicut Nicephor. lib. 16. cap. 12. Euagrius lib 3. cap. 18. & ſequentibus teſtantur) tempore Felicis III. obierit, quodque ipſe Anaſtaſius cap. 1 epiſtol. ſuæ ad imperatorem Anaſtaſium, Acacium jam mortuum & ante judicem Chriſtum una cum Felice adſtare ſcripſerit. Quod quidem de non revocato per Anaſtaſium Acacio certiſſimum eſt, ſed de Photini communicatione non ita conſtanter affirmari poteſt; cum ex libello Alexandrinorum, quem hic ſubjicimus, contrarium non obſcure colligatur.

e *Quia voluit occulte revocare Acacium.*] Neque nomen Acacii ad ſacras diptychas, neque ipſum Acacium ad ſedem Conſtantinopolitanam revocari voluiſſe, indicat ſequens epiſtola Anaſtaſii pontificis, qua nomen defuncti plane deleri ac tolli rogavit.

f *Nutu divino percuſſus eſt*] Anaſtaſium morbo divinitus immiſſo extinctum eſſe, ideo quod baptiſmum & ſacros ordines ab *amico collatos epiſtola ſequenti approbaverit ſpargunt hæretici; ſed more ſuo, per calumnias, mendacia ac fabulas. Quod enim de Anaſtaſio imperatore hæretico circa hæc tempora fulmi-

A ne percuſſo ſcribunt in ejus vita Beda, Cedrenus, Zonaras, & Paulus diaconus; hoc illi, nullo alio præterquam unius mendoſi bibliothecarii auctoritate freti, in caput Anaſtaſii pontificis retorquere non verentur. Vide Bellarm. prædicto loco, Sanderum de viſibili monarchia eccleſiæ, Hoſium lib. 2. prop. doct. catholic.

[a] EPISTOLA I. ANASTASII PAPÆ II. AD ANASTASIUM AUGUSTUM.

I. *Quod pro Chriſto fungatur legatione, dum pro pace precatur eccleſiæ.*

II. *Quod non ſit temere judicandum de his qui ad dominum migraverunt.*

III. *Ut ſpecialiter in eccleſia nomen taceatur Acacii.*

B IV. *Quod magnopere contentio ſit cavenda.*

V. *Ut Alexandrinos imperator admoneat ad fidem ſinceram, & ad pacem redire catholicam.*

VI. *Admonetur imperator, ut conſtitutis apoſtolicæ ſedis obtemperet.*

VII. *Quod eos, quos poſt damnationem ſuam vel baptizavit vel ordinavit Acacius, nulla portio læſionis attingat.*

VIII. *Quod mali, bona miniſtrando, ſibi tantummodo noceant, nec eccleſiæ ſacramenta commaculent.*

Glorioſiſſimo & clementiſſimo filio Anaſtaſio Auguſto, Anaſtaſius epiſcopus.

C EXORDIUM pontificatus mei, primitus oblata populis pace, ' pronuntio, & conſequenter pro fide catholica humilis pietati tuę precator occurro: in quo primum mihi divinum favorem propinquaſſe confido, quod nunc conſonantia in me auguſtiſſimi nominis tui non dubium præſtat auxilium, ut ſicut præcelſum vocabulum pietatis tuæ per univerſas gentes toto orbo præfulget, ita per miniſterium humilitatis meæ, ſicut ſemper eſt, ſedes B. Petri in univerſali eccleſia aſſignatum ſibi a domino Deo teneat principatum. Nec propter unum mortuum, diutius tunica illa ' ſalvatoris, deſuper contexta per totum, malæ ſortis patiatur incertum, quæ ſola in diſciſſionem pro firmitate ſui venire non potuit, ſerenitate tua præcipue rempublicam gubernante. Cui etiam D in privata vita tantum circa ' ſinceræ religionis ſtudium fuit, ut (ſicut fama certiſſima celebravit) nemo magis vel inter præcipuos ſacerdotes præfixas a ſanctis patribus regulas eccleſiæ cuſtodiſſe dicatur. Quod ſanctum ſtudium cum majeſtate imperii creviſſe confidimus.

' pronuncians

' ſalutaris

' ſinceram religionem

I.

Legatione itaque fungimur pro Chriſto, * nec eos propter offenſionem vel ſcandalum patiamini publice nominari, quorum merita vel actus illum judicem latere non poſſunt, in cujus jam ſunt judicio conſtituti. Nec illic ſe poteſt interſerere in corpore mortali adhuc temeraria præſumptio, in quo non ſolum confeſſio facit aperta merita ſingulorum, ſed etiam ſilen- E tii ipſius non poteſt latere ſecretum. [b] Namque & prædeceſſor noſter papa Felix, & etiam Acacius, illic procul dubio ſunt, ubi unuſquiſque ſub tanto judice non poteſt perdere ſui meriti qualitatem.

* ne

II.

Itaque monente nos beatiſſimo Paulo apoſtolo, ne quod ſit in hoc offendiculum in eccleſia, dum, quod facere non poſſumus, de his, qui jam tranſierunt, judicare conemur, obſervandum eſſe tranquillitas tua cognoſcat. Ait

RRrr iij enim

enim de his qui de rebus ad Deum solum pertinentibus judicare præsumunt: *Nemo enim nostrum sibi vivit, & nemo sibi moritur. Sive enim vivimus, domino vivimus: sive morimur, domino morimur. Sive ergo vivimus, sive morimur, domini sumus. In hoc enim Christus resurrexit a mortuis, ut & vivorum & mortuorum dominetur. Tu autem quid judicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi. Scriptum est enim: Vivo ego, dicit dominus, quoniam mihi flectetur omne genu: & omnis lingua confitebitur Deo. Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo. Non ergo amplius invicem judicemus, sed hoc judicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum.* Monet igitur B. apostolus, ne de his nobis præsumamus judicium, de quibus nemo potest melius vel verius judicare, quam Deus: nec sibi in hoc * quispiam temerarios ausus usurpet, * & propter hoc pax atque unitas ecclesiæ dissipetur. Nam & in Regnorum libro dicitur: *Non quomodo videt homo, videt & Deus: quia homo videt in facie, Deus autem videt in corde.* Item in Paralipomenon libro I. *Et nunc, o Salomon, scito Deum patrum tuorum, & servi illi in corde perfecto & animo volente, quoniam omnia corda scrutatur Deus, & omnem cogitationem novit.* Item in Ezechiele: *Hæc dicit dominus Deus: Sic dixistis domus Israel, & cogitationes * spiritus vestri ego novi.* Unde & de domino judice dicitur in euangelio: *Sciens autem Iesus cogitationes eorum dixit: Quid cogitatis mala in cordibus vestris?*

Rom. 14. — * quippiam temerarius — * ut — 1. Reg. 16. — 1. Par. 28. — Ezech. 11. — * cordis — Matth. 9.

III.

Precamur itaque clementiam vestram, ut specialiter nomen taceatur Acacii, ut quod multis ex causis scandalum vel offendiculum ecclesiæ concitavit, speciali appellatione taceatur, cum (sicut diximus) in generalitate sacerdotum, uniuscujusque meritum illum judicem latere non possit, qui novit quid cuique tribuendum sit pro æstimata dispensatione meritorum, cui soli cogitationes quoque manifestæ sunt. Quantos vero excessus atque præsumptiones habuerit Acacius, ne clementiæ tuæ suggerere per singula fortasse videatur onerosum, Cresconio vel etiam Germano, fratribus & coepiscopis meis, quos misimus ad serenitatem tuam, de causis singulis Acacii qualis fuerit, instructionem plenissimam dedimus, clementiæ vestræ specialius recensendam, si hoc pietati tuæ placuerit curiosius indagare, ne in aliquo suggestionibus nostris veritas defuisse videatur: ut pro divina sapientia vestra perspicue videre possitis, non superbia vel elatione, sedis apostolicæ in Acacium talem processisse sententiam, sed facinoribus certis (quantum nos extra illud judicium, quod solum falli non potest, æstimamus) zelo magis divinitatis extortam.

IV.

Nos vero humiliter supplicantes, controversiam in ecclesia remanere nolumus, cum magis vitanda contentio sit, dicitur in Proverbiis: *Odium suscitat * contentio. Omnes autem qui non contendunt, protegit amicitia.* Nam & apostolus ad Corinthios: *Cum enim sint inter vos æmulationes & contentiones, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis?* Item ad Philippenses: *Si qua ergo consolatio in Christo, si qua * allocutio caritatis, si qua societas spiritus, si qua*

Prov. 10. — * contentiones. — 1. Cor. 3. — Philipp. 2. — * solatium

A *viscera & miserationes, implete gaudium meum, ut idipsum dicatis omnes, eamdem caritatem habentes, nihil per contentionem neque per inanem gloriam, sed in humilitate mentis invicem æstimantes semetipsis superiores, non sua singuli respicientes, sed aliorum.*

V.

Hoc tamen præcipue insinuo serenitati tuæ, gloriosissime & clementissime fili Auguste, ut cum causæ Alexandrinorum patuerint piissimis auribus vestris, ad catholicam & sinceram fidem eos auctoritate, sapientia, divinisque vestris monitis redire faciatis. Nam quid tenendum sit in religione catholica, secundum diffinita patrum, & prædicationem omnium sacer-
B dotum qui in ecclesia floruerunt, si hoc quoque præceperitis, scientibus in memoriam transmittendo renovabimus, ignorantibus ad discendum pro officio nostræ instructionis offeremus, ut nulla extra hæc ingeniorum jactantia vel ' pravitatis audiatur.

' pravi[tas]

VI.

Illud vero peculiarius pro amore imperii vestri & beatitudine, quæ ' consequi poterit regnum, pro apostolico officio prædicamus, ut (sicut decet, & Spiritus sanctus dictat) monitis nostris obedientia præbeatur, ut bona omnia vestram rempublicam consequantur, sicut in Exodo promittitur: *Si audieris vocem domini Dei tui, & quæ placent ei feceris coram ipso, &
C obedieris præceptis ejus; & custodieris omnem justitiam ejus; omnem infirmitatem, quam importavi Ægyptiis non importabo in te: ego enim dominus sum, qui salvum facio te.* Et illic iterum tuba potentissima canitur: *Et nunc Israel, quid dominus Deus tuus postulat a te aliud, quam ut timeas dominum Deum tuum; & ambules in omnibus viis ejus, & diligas eum, & servias domino Deo tuo ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, custodire præcepta domini Dei tui, & justitias ejus, quas ego mando tibi?* Hæc me suggerentem frequentius non spernat pietas tua, ante oculos tuos habens domini in euangelio verba: *Qui audit vos, me audit: & qui vos spernit, me sper-
D nit. Et qui me spernit, spernit eum, qui me misit.* Nam apostolus, concinens salvatori nostro, ita loquitur: *Quapropter qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum, qui dedit Spiritum sanctum suum in nobis.* Pectus clementiæ vestræ, sacrarium est publicæ felicitatis, ut per * præstantiam vestram, quam velut vicarium Deus præsidere jussit in terris, euangelicis apostolicisque præceptis non dura superbia * resistat, sed per obedientiam, quæ sunt salutifera, compleantur.

' vest[ro] — Exod. 1[5]. — Deut. 1[0]. — Luc. 1[0]. — 1. Thess[al. 4]. — * insta[ntiam] — * resista[tur]

VII.

Nam secundum ecclesiæ catholicæ consuetudinem, sacratissimum serenitatis tuæ pectus
E agnoscat, quod nullum de his, vel quos baptizavit Acacius, vel quos sacerdotes sive Levitas secundum canones ordinavit, ulla eos ex nomine Acacii portio læsionis attingat, quo forsitan per iniquum tradita sacramenti gratia, minus firma videatur. Nam & baptismum quod procul sit ab ecclesia, sive ab adultero, vel a fure fuerit datum, ad percipientem munus pervenit illibatum: quia vox illa, quæ per columbam sonuit, omnem maculam humanæ pollutionis excludit, qua declaratur ac dicitur: *Hic est qui baptizat ' Spiritu sancto & igne.* Nam si visibilis solis istius radii, cum per loca fœtidissima trans-

Distinct[io] Secund[um] ecclesiæ [ca]tholicæ — Marc. 1. Luc. 3. — ' in

transeunt, nulla contactus inquinatione maculantur, multo magis illius, qui istum visibilem fecit, virtus nulla ministri indignitate constringitur. Nam & Iudas, cum fuerit sacrilegus atque fur, quidquid egit inter apostolos pro dignitate commissa, beneficia per indignum data, nulla ex hoc detrimenta senserunt, declarante hoc ipsum domino manifestissima voce: *Scribæ* (inquit) *& Pharisæi super cathedram Moysis sedent: quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, nolite facere. Dicunt enim & non faciunt.* Quidquid ergo ad hominum profectum quilibet in ecclesia minister officio suo videtur operari, hoc totum contineri* implente divinitatis* effectu, ita ille per quem Christus loquitur Paulus affirmat: *Ego plantavi, Apollo rigavit, sed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.* A Deo autem non quæritur, quis vel qualis prædicet, ut invidos etiam bene prædicare Christum confirmet, quo malo diabolus ipse dejectus est, & hoc ipse prædicare non desinit.

VIII.

Ideo ergo & ipse Acacius, cujus nomen dicimus esse reticendum, male bona ministrando, sibi tantum nocuit. Nam inviolabile sacramentum quod per illum datum est, aliis perfectionem suæ virtutis obtinuit, ei autem obfuit. Quod* cum ita sit, aliquorum in tantum se extendit curiosa suspicio, ut imaginentur, prolato a papa Felice judicio, postea inefficaciter in sacramentis, quæ Acacius usurpavit, egisse: ac perinde eos metuere, qui vel in consecrationibus, vel in baptismate mysteria tradita susceperunt, ne irrita beneficia divina videantur. Meminerint, in hac quoque parte similiter tractatum prævalere superiorem, quia non sine usurpatione nominis sacerdotii, adjudicatus hoc egit: in quo virtutem suam obtinentibus mysteriis, in hoc quoque aliis rea sibi persona non nocuit. Nam ad illum pertinuit, quod tuba Davidica canitur: *Verumtamen Deus conquassabit capita inimicorum suorum, verticem capilli perambulantium in delictis suis.* Nam superbia semper sibi, non aliis, facit ruinam. quod universa scripturarum cælestium testatur auctoritas, sicut etiam per Spiritum sanctum dicitur a propheta: *Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam.* Vnde cum sibi sacerdotis nomen vendicaverit condemnatus, in ipsius verticem superbiæ tumor inflictus est: quia non populus, * qui in ministeriis donum ipsius sitiebat, exclusus est, sed anima sola illa, quæ peccaverat, justo judicio propriæ culpæ erat obnoxia: quod ubique numerosa scripturarum testatur instructio. Vnde remotis hominum studiis sive versutiis, in hac adhuc præsenti fragilitate positorum, secundum preces nostras annisu & auctoritate imperiali offerte Deo nostro unam catholicam ecclesiam & apostolicam: quia hoc solum est, in quo non solum in terris, sed etiam in cælo triumphare possitis. *Subscriptio*: Omnipotens Deus regnum & salutem tuam perpetua protectione custodiat gloriosissime & clementissime semper Auguste.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Epistola*] Hanc epistolam Anastasius pontifex per Germanum & Cresconium episcopos apostolicæ sedis legatos, Constantinopolim transmisit ad Anastasium imperatorem hæreticum, ut eum ad meliorem frugem revocaret. In proposito piissimo pontifex optimus nihil effecit. Imperator detentis dolose Constantinopoli legatis, per fraudem ac dolum magno conatu elaboravit ut ipsum Romanum pontificem ad subscribendum Zenonis henotico induceret. Vsus est hac in re opera Festi senatoris: quo eventu, supra dixi in notis ad vitam Anastasii.

b *Namque & prædecessor noster papa Felix, & etiam Acacius illic procul dubio sunt, ubi unusquisque sub tanto judice non potest perdere sui meriti qualitatem.*] Hoc loco manifeste indicat Anastasius papa, Acacium diu ante hæc tempora e vivis excessisse. Dubium itaque nullum est, quin mendosum sit & erroneum quod auctor pontificalis scribit supra in ejus vita, ipsum de revocando occulte Acacio plurimum elaborasse, ideoque nutu divino percussum esse.

Anastasius Acacium suæ sedis tempore e vivis excessisse agnovit.

c *Vt specialiter nomen taceatur Acacii.*] Nomen Acacii e sacris diptychis expungi rogat, tantum abest ut auctorem schismatis ad sedem revocari voluerit. Auctoritate hujus loci Iustinus imperator ad Hormisdam scribens, ait: *Anastasius religiosissimæ memoriæ, vestræ culmen ecclesiæ, palam aperteque constituit, cum hoc idem negotium scriberet decessori nostro, satis esse pacem affectantibus, si nomen tantum reticeatur Acacii. Ergo priora vestræ sedis constituta sequitur, qui non omnes memorias mortuorum judicat contemnendas.* Quibus verbis insinuat, pontificem in illud inclinasse, ut nomine Acacii tantum sublato, aliorum schismaticorum non expungerentur. Errat imperator Iustinus. Etsi enim hic solius Acacii mentio fiat, de ceteris tamen cum Acacii nomine communicantibus nequidquam decrevit; sed hoc tantum suggessit, se recepturum eos quos Acacius baptizavit, vel ordinavit. Quod apostolica auctoritate dispensando fieri posse cognovit, cum sciret Gelasium papam, se idem præstiturum, pollicitum esse. Nullam vero concordiam cum Anastasio imperatore iniisse ejusdem nominis pontificem, ea quæ supra ex apologeticis literis Symmachi papæ adduxi evidenter ostendunt. Baronius anno 497. numero 25. & 26.

Nomen Acacii e diptychis expungi rogat.

d *Nullum de his vel quos baptizavit Acacius.*] Baptismi & ordinis sacramenta ab Acacio administrata rata esse & valida, ideoque nullo modo iteranda decernit; idque apostolicæ traditioni convenientissime constituit, ut patet ex iis quæ supra diximus in notis can. apost. 46. & 47. multorumque conciliorum hac de causa in Africa sub Stephano papa habitorum. Vnde quod Gratianus dist. 19. cap. 7. & 8. dicit: *Illicite & non canonice, sed contra decreta prædecessorum & successorum suorum hæc rescripta dedisse:* ordinatosque ab Acacio licite suos ordines usurpasse & administrasse, optimo jure ab emendatoribus Gratiani ibidem reprehenditur. Non enim sensit Anastasius ordinatos ab Acacio post latam in ipsum sententiam acceptis officiis rite fungi potuisse; sed tantum firmam esse sacramenti gratiam ab Acacio traditam. Vide emendatores decreti præallegato loco.

Iustinus imperator refellitur.

Gratianus reprehenditur.

" ** II. AD CLODOVEUM REGEM FRANCORUM CHRISTIANISSIMUM.

Gratulatur quod recens nomen Christo dederit.

Cludoecho Anastasius episcopus ".

TUUM, gloriose fili, in Christiana fide cum exordio nostro in pontificatu contigisse gratulamur ". Quippe sedes Petri in tanta occasione non potest non lætari cum plenitudinem gentium intuetur ad eam veloci gradu concurrere, & per temporum spatia repleri sagenam, quam in altam jussus est mittere idem piscator hominum & cælestis Ierusalem beatus claviger. Quod serenitati tuæ insinuare voluimus per Eumerium presbyterum, ut cum audiveris lætitiam patris in bonis operibus, impleas gaudium nostrum, & sis corona nostra, gaudeatque mater ecclesia de tanti regis, quem nuper Deo peperit, profectu. Lætifica ergo, gloriose & illustris fili, matrem tuam, & esto illi in columnam ferream. Nam refrigescit caritas multorum, & malorum hominum versutia navicula nostra feris fluctibus agitatur & despumantibus undis pertunditur.

" Ex schedis R. P. Hier. Vignerii tom. v. Spicilegii p. 582.

" Clodoveus aut baptizatus in natali anni 496. aut in paschate an. 497. unde arguas Baronium, aliosque.

Sed

Sed speramus in spem contra spem & dominum collaudamus, qui eruit te de potestate tenebrarum & in tanto principe providit ecclesiæ, qui possit eam tueri, & contra occurrentes pestiferorum conatus galeam salutis induere. Perge igitur dilecte & gloriose fili, ut Deus omnipotens serenitatem tuam & regnum cælesti protectione prosequatur, & angelis suis mandet ut custodiant te in omnibus viis suis & det tibi in circuitu de inimicis suis victoriam.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S.I.

** Huic epistolæ subjicienda fuerat epistola Aviti Viennensis episcopi, quæ supra pag. 1266. D sub Gelasii pontificatu exarata fuit: cum ad Anastasii II. papæ tempora baptismus Clodovei haud dubie pertineat.

LIBELLVS QVEM DEDERVNT APOCRISIARII ALEXANDRINÆ ECCLESIÆ legatis ab urbe Roma missis ab Anastasio papa.

Gloriosissimo atque excellentissimo patricio Festo, & venerabilibus episcopis Cresconio & Germano simul cum ejus potestate directis in legatione ab urbe Roma ab clementissimum & Christo amabilem imperatorem Anastasium, Alexandrinæ venerabilis ecclesiæ Dioscorus presbyter, & Chæremon lector, responsis ejusdem ecclesiæ servientes.

VENERABILES sanctæ ecclesiæ Romanæ urbis atque Alexandrinæ non solum fidem rectam & immaculatam, ex quo salutaris in eis prædicatus est sermo, sed etiam in divino ministerio semper concordiam servaverunt. Quippe cum ab uno fuerit in utrisque jactum fidei fundamentum, (Petrum memoramus beatum apostolum, cujus per omnia sanctus euangelista Marcus extitit imitator) ita ut si quando contigerit in rebus ambiguis quædam episcoporum concilia celebrari, sanctissimus is qui Romanæ præsideret ecclesiæ, reverendissimum Alexandrinæ civitatis archiepiscopum deligeret, ut sui curam loci susciperet.

De causa discordiarum inter Romanam ecclesiam & Alexandrinam.

Sed hostem humani generis, cui bona perosa sunt, qui in perniciem nostram impio semper furore grassatur, non piguit per satellites proprios zizania inter utrasque conserere, ut tantæ unitatis discordiam perpetraret. Nam Eutychete impiissimo contra fidem, quæ in beatissimis apostolis prædicata est, sentiente & docere tentante, contigit per idem tempus sedis apostolicæ præsulem tunc Leonem literas ad Calchedonense concilium destinare; quarum literarum fuere interpretes hi qui cum Theodoreto Cyrorum civitatis episcopo tunc fuerant Nestorianæ hæresis sectatores: contraque eam fidem, quæ a venerabilibus trecentis decem & octo patribus est edita, supra memoratæ literæ probantur existere; & non pravas occasiones his, qui ejusdem nefandissimi Nestorii blasphemias vindicant, præstiterunt; ita ut licentius astruerent eumdem Nestorium minime perversa sensisse. His igitur causis Deo amabilis populus noster offensus est, & de Græca translatione arbitratus est in Latino quoque sermone sensum contineri, ac sese ab unitate Romanæ divisit ecclesiæ. Nec non etiam Romanus antistes, existimans nos contra eam fidem, quæ tradita est a beatissimis apostolis, conspirasse, a nostra se communione suspendit.

De leg[atis] Alexan[drinis] Roman[am] missis.

A Verumtamen ejus volentes satisfacere sanctitati, nos eam fidem tenere, quam princeps apostolorum Petrus, ejusque discipulus Marcus beatissimi crediderunt, & postmodum trecenti decem & octo venerabiles edidere pontifices, legatos ad urbem Romam nostra dirigere curavit ecclesia. Sed ibi quidam civitatis nostræ repertus est a recta fide dissentiens, atque ab ea ex causis quoque diversis alienus existens, qui hoc visus est perpetrare, ne ulla in suscipiendis legatis copia præberetur: qui nec ad faciem usque salutationis admissi, sine aliquo effectu reversi sunt.

De le[gatione] T[hes]salonic[en]sis eccl[esiæ].

B Quia vero ante non multum temporis Photinus religiosus diaconus sanctæ Thessalonicensis ecclesiæ nobiscum de pace ecclesiarum verba conseruit, dixitque se ante spatium parvi temporis destinatum a sanctissimo archiepiscopo Andrea Thessalonicensis ecclesiæ ad Romanum pontificem Anastasium: & affirmabat de his, quæ nos vehementer offendunt, in translatione epistolæ sibi satisfactum fuisse a supradicto præsule Romanæ ecclesiæ; quod scilicet in epistolæ translatione comprobarentur errores: ipsam vero Latinam epistolam juxta fidem trecentorum decem & octo sanctorum patrum editam constitisse. Insuper quædam retulit ex persona ejusdem antistitis fuisse narrata, quæ ad vituperationem eorum, quæ in translatione sunt indita, pertinerent: & ad illos, qui ea confingere tentaverunt, ad satisfactionem C eorum qui rectam fidem immaculatamque custodire non negligunt.

De re[le]gata & [im]purum [con]stituta [epi]stola [S.] Leonis.

Quibus abunde sanatis, cupientesque pristinam redintegrari concordiam; maluimus etiam a vobis, si vera sunt illa quæ Photinus religiosus diaconus nobis retulerat, edoceri, vestræque desideravimus occurrere sanctitati, & de his omnibus habere colloquium. Verum sanctitas vestra non semel sed crebro nos docere dignata est in epistolæ interpretatione errores intersitos non in Latino textu fuisse conceptos. Quapropter supplicavimus vobis, ut confessionem nostræ fidei sumeretis: pro qua venerabilis ecclesiæ nostræ legatione perfungimur: D quam fidem etiam ubique sanctissimus archiepiscopus intimavit, & approbantium accepit rescripta cunctorum. Quod si etiam vestram huic fidei sanctam ecclesiam videritis congruere, nobis satisfieri jubeatis? ut sublatis e medio scandalis, ad pristinam tam Romana, quam Alexandrina venerabiles ecclesiæ redeant unitatem.

Profe[ssio] fidei [a] parte ec[cle]siæ Ale[xan]drinæ.

Hanc autem fidei confessionem vobis obtulimus taliter continentem ex euangelicis apostolicisque præconiis inspiratione divina solam veram rectamque fidem, quam trecenti decem & octo venerabiles patres, qui in Nicæna synodo congregati sunt, ediderunt: quam & E secuti sunt centum quinquaginta qui ad urbem regiam convenerunt æque venerandi pontifices. Hanc etiam exequentes qui Ephesi collecti sunt patres, annuente quoque sedis apostolicæ papa sanctissimo Cælestino, sacrilegum damnavere Nestorium, pœnam in eos qui tentaverint fidem aliam statuere præfigentes: quem Nestorium nos quoque simul cum Eutychete contraria his quæ superius dicta sunt sentientes anathematis ultione damnamus, suscipientes duodecim illa capitula, quæ venerandæ memoriæ Cyrillus Alexandrinæ ecclesiæ quon-

quondam archiepiscopus scripsit. Confitemur autem unigenitum Dei filium & Deum, qui secundum veritatem factus est homo, dominum nostrum Iesum Christum consubstantialem Patri secundum divinitatem, & consubstantialem nobis eumdem ipsum secundum humanitatem: qui descendit & incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria virgine Theotoco, hoc est, Dei genitrice, unum Filium non duos existere. Vnius namque dicimus unigeniti Filii Dei sive miracula, sive etiam passiones, quas sponte pro nobis carne sustinuit. Eos autem qui dividunt, vel confundunt, aut phantasiam aliquam introducunt, nequaquam omnino recipimus: quia incarnatio illa, quam Dei genitrix secundum veritatem ex se edidit, augmentum filii non effecit: mansit enim trinitas, etiam incarnato, quod unum ex trinitate est, verbo Dei. Hæc itaque scripsimus; non fidem novantes, sed vobis causa concordiæ satisfacere cupientes. Omnem autem qui aliter sentit, senseritve, seu nunc, seu aliquando in quocumque loco, vel in quolibet concilio, anathematis pœna percellimus, præcipue vero Nestorium & Eutychetem, universosque qui illis assentiunt.

Vestra igitur reverentia suscipiens fidem nostram, hanc se præsuli Romanæ ecclesiæ Anastasio asseruit relaturam: quem & paratum existere memorabat satisfacturum illis qui fuissent a nobis hac causa transmissi. Illud etiam afferebat, hanc fidem Dioscorum, Timotheum, Petrumque sensisse nostræ quidem civitatis archiepiscopos, nec deberi in diptychis eorum nomina recenseri. Nos contra poposcimus, aut perduci adversus eos qui astruant talesque demonstrent; aut si non reperientur qui eos convincere potuissent, nobis pro eorum persona satis facientibus acquiescant; demonstrantibus & approbantibus, quod hanc fidem tenuerint, docuerint, cunctisque quos informaverunt, tradiderint præfati parentes nostri & archiepiscopi Timotheus, Dioscorus, & Petrus. Vestra autem sanctitas " tenuit; dicens, non sibi fuisse præceptum ab apostolicæ sedis antistite de his facere quæstionem.

Hujus rei gratia obtestamur vos coram magno Deo & Salvatore nostro Iesu Christo, qui de sancta & Dei genitrice Maria virgine incarnatus & natus est, quique concordem glorificationem servitutemque fidelium probat libenter & suscipit, & sanctis angelis ejus, per hanc eamdem immaculatam quæ de illo est fidem; ut ad urbem Romam, favente domino, venientes, hanc chartulam offeratis apostolicæ sedis antistiti Anastasio, quæ ex persona sanctæ ecclesiæ Alexandrinæ vobis oblata est: ut ejus sanctitas relegens quæ sibi fuerint placita, seu literis ad sanctissimum nostrum archiepiscopum datis, seu per aliquem internuntium manifestare dignetur. Nam cum a sanctitate ejus fidei rectæ fuerit servata confessio, quæ est a beatis patribus constituta, nos paratos existere profitemur ad urbem Romam legatos, qui pro unitate sanctarum Dei ecclesiarum agere debeant, destinare.

Confidimus autem in domino nostro Iesu Christo, quod huic fidei ejus beatitudo consentiens, juxta illa quæ in responsione sunt posita, velut proprios etiam nostros populos arbitretur, & pro eorum regimine solicitudinem gerat; cupiens secundum Deum omnibus utilis approbari. Exemplum autem hujus chartulæ apud nos detinuimus, necesse habentes, si qua mora provenerit quo minus sanctarum ecclesiarum unitas fiat, in illo glorioso de cælis adventu domini nostri Iesu Christi, cum venerit judicare vivos & mortuos, ante tribunal ejus, ubi nulla est acceptio personarum; cum hoc assistere ad refellendum eos qui sanctarum ecclesiarum neglexerunt unitatem.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Libellus.*] Cum per universam orientalem ecclesiam innotuisset, pro pace ecclesiarum concilianda, a sede apostolica legatos Constantinopolim missos esse, apocrisiarii Alexandrinæ ecclesiæ ibidem morantes, hunc libellum supplicem fideique confessionem obtulerunt, ut Alexandrina ecclesia in communionem catholicam ab ecclesia Romana reciperetur. Et quia hic libellus, in his quæ spectant ad epistolam sancti Leonis papæ ab interpretibus depravatam, luculentam rerum gestarum tractationem continet, eamque speciem pietatis exhibet, qua ad nefandissimos & sacrilegos hæreticos Dioscorum, Timotheum & Petrum colendos miseram plebeculam induxit, dignum esse judicavimus eum, in codice Vaticano hactenus integrum conservatum, huic loco inserere. Cur hic libellus huic operi insertus.

DECRETVM ANASTASII PAPÆ II.
EX GRATIANO.

Malorum impietati favet qui eis obviare cessat.

Qui potest obviare, & perturbare perversos, & non facit; nihil est aliud quam favere impietati eorum. Nec caret scrupulo societatis " occultæ, qui manifesto facinori desinit obviare. 23. q. 3. Qui potest obviare. " supra pag. 1051. E.



VITA,
EPISTOLÆ, ET DECRETA SYMMACHI PAPÆ.

Ex libro pontificali.

a SYMMACHVS natione Sardus, ex patre Fortunato, b sedit annos XV. menses VII. dies XXVII. c Hic fuit temporibus Theodorici ' regis & Anastasii ' Augusti, a die X. Kalend. Decemb. usque in diem XIV. Kal. Augusti. Hic ' sub contentione ordinatus est. uno die d cum Laurentio, Symmachus in basilica Constantiniana, Laurentius in basilica beatæ Mariæ. Ex qua causa separatus est clerus, & divisus est senatus. Alii cum Symmacho erant, alii vero cum Laurentio. e Et facta contentione, hoc ' construxerunt partes, ut ambo Ravennam pergerent ad judicium regis Theodorici. Qui dum ambo introissent Ravennam, hoc judicium æquitatis invenerunt, ut qui primo ordinatus fuisset, vel ubi pars maxima cognosceretur, ipse sederet in sede apostolica. Quod tandem æquitas in Symmacho invenit, & cognitio veritatis. Et factus est præsul Symmachus. f Eodem tempore papa Symmachus congregavit synodum, & constituit Laurentium in Nucerina civitate episcopum intuitu misericordiæ. g Post annos vero quatuor, aliqui ex clero zelo ' ducti, & aliqui ex senatu, maxime Festus & Probinus, incriminaverunt Symmachum. Et subornaverunt falsos testes, quos miserunt Ravennam ad regem Theodoricum, accusantes beatum Symmachum, & occulte revocaverunt Laurentium post libellum Romæ factum. Et fecerunt schisma.

' Hæretici
' Eutychiani
' amavit clerum & pauperes, bonus, prudens, humanus, gratianus, & cum eo ordinatur Laurentius episcopus. *ita c. Hardyanus opt. nota.*
' constituerunt
' & dolo

Et divisus est iterum clerus: nam alii communicaverunt Symmacho, & alii Laurentio. Tunc Festus & Probinus senatores miserunt relationem regi, & cœperunt agere, ut [h] visitatorem daret rex sedi apostolicæ. Tunc rex dedit Petrum [r] Altinæ civitatis episcopum, quod canones prohibent. [i] Eodem tempore B. Symmachus congregavit episcopos 115. & facta synodo, purgatur [k] a crimine. Et damnatur Petrus Altinas invasor sedis apostolicæ, & Laurentius Nucerinus, quia vivo episcopo Symmacho pervaserunt sedem ejus. Tunc ab omnibus episcopis, & presbyteris, & diaconibus, & omni clero vel plebe redintegratur sedi apostolicæ B. Symmachus cum gloria apud B. Petrum sedere præsul. [l] Eodem tempore Festus caput senatus exconsul, & Probinus exconsul, cœperunt intra urbem Romam pugnare cum aliis senatoribus, & maxime cum Fausto exconsule, & cædes & homicidia in clero ex invidia fiebant. Qui vero communicabant beato Symmacho juste, publice qui inventi fuissent intra urbem, gladio occidebantur. Etiam & sanctimoniales mulieres, & virgines deponentes de monasteriis, vel de habitaculis suis, denudantes sexum femineum, cædibus plagarum afflictas vulnerabant, & omni die pugnas contra ecclesiam in media civitate gerebant. Et multos sacerdotes occiderunt, inter quos Dignissimum & Gordanum presbyteros ad vincula S. Petri, & ad sanctos Ioannem & Paulum fustibus & gladio interfecerunt, & multos Christianos, ita ut nulli esset securitas die vel nocte de clero in civitate ambulare. Solus autem Faustus exconsul pro ecclesia pugnabat. [m] Post hæc omnia beatus Symmachus invenit Manichæos in urbe Roma, quorum omnia simulacra vel codices, ante fores basilicæ Constantinianæ incendio concremavit, & eos ipsos exilio relegavit. Fuit autem a consulatu Paulini usque ad consulatum Senatoris. [n] Hic fecit basilicam S. Andreæ apostoli apud B. Petrum, ubi fecit ciborium ex argento, & confessionem pensantem libras 120. Arcus argenteos tres, pensantes libras 60. Oratorium S. Thomæ apostoli ex argento, & confessionem pensantem libras 20. Arcum argenteum, qui pensat libras 16. Confessionem S. Cassiani, & sanctorum Proti & * Iacyncti ex argento, pensantem libras 20. Arcum argenteum pensantem libr. 12. Oratorium S Apollinaris ex argento, & confessionem cum arcu, pensantem libras 31. Oratorium sancti Sossi ex argento, & confessionem, pensantem libras 20 Item ad fontem in basilica B. Petri apostoli, oratorium sanctæ Crucis ex argento, confessionem & crucem ex auro cum gemmis, ubi inclusit lignum dominicum: ipsa crux aurea pensat libras 10. Fecit autem oratoria duo, S. Ioannis euangelistæ, & S. Ioannis Baptistæ, infra quorum confessiones fecit arcus argenteos, pensantes libras 30. Quæ cubicula omnia a fundamento perfecta construxit. Basilicam beati Petri marmoribus ornavit. Et cantharum B. Petri cum quadriportícu ex marmoribus ornavit, & ex musivo agnos & cruces & palmas ornavit. Ipsum vero atrium omne compaginavit. Gradus vero ante fores basilicæ B. Petri ampliavit, & alios gradus sub tigno dextra lævaque construxit. Item episcopia in eodem loco dextra lævaque fecit. Item sub gradibus in atrio alio cantharum foris in campo posuit, & usum necessitatis humanæ fecit, & alios gradus ascendentibus ad B. Andream fecit, & cantharum posuit. Hic fecit basilicam sanctæ martyris Agathæ via Aurelia in fundo * Lardario, & a fundamento eam cum fonte construxit, ubi posuit arcus argenteos duos. Eodem tempore fecit basilicam S. Pancratii, ubi & fecit arcum argenteum, qui pensat libras 15. Fecit autem in eodem loco balneum. Item apud S. Paulum apostolum in basilica renovavit absidam, quæ in ruinam imminebat, & post confessionem picturam ornavit, & cameram fecit & matronium. Et super confessionem imaginem argenteam cum salvatore, & duodecim apostolos posuit, qui pensant lib. 120. Et ante fores basilicæ gradus fecit in atrio & cantharum, & post absidam aquam introduxit, ubi & balneum a fundamento fecit. Intra civitatem Romanam, basilicam S. Silvestri & Martini a fundamento construxit juxta thermas Traianas; ubi & super altare ciborium argenteum fecit, quod pensat libras 120. Arcus argenteos 12. qui pensant singuli lib. 10. Confessionem argenteam, quæ pensat lib. 15. Ad B. Ioannem & Paulum, fecit gradus post absidam. Item archangeli Michaelis basilicam ampliavit, & gradus fecit, & introduxit aquam. Item ad sanctam Mariam oratorium sanctorum Cosmæ & Damiani a fundamento construxit. Item via Tiburtina milliario 27. ab urbe Roma, rogatus ab Albino & Glaphyra, præpositis illustribus, de proprio facientibus, a fundamento basilicam S Petro in fundo Paciniano dedicavit. Item ad B. Petrum & B. Paulum apostolos, & ad S. Laurentium pauperibus habitacula construxit. Item ad B. Petrum viginti canthara argentea fecit, pensantia singula libras 15. Et arcus argenteos 22 pensantes singulos libras 20. Hic reparavit basilicam sanctæ Felicitatis, quæ in ruinam imminebat. Hic absidam B. Agnetis, quæ in ruinam imminebat, & omnem basilicam renovavit. Hic constituit, ut omni die dominico, vel natalitiis martyrum, hymnus Gloria in excelsis diceretur. Hic fecit cœmeterium Iordanorum in melius, propter corpus Alexandri. [o] Hic omni anno per Africam vel Sardiniam episcopis, qui in exilio erant retrusi, pecunias & vestes ministrabat. [p] Hic captivos per Liguriam & Mediolanum, & per diversas provincias pecuniis redemit, & dona multiplicavit, & dimisit. Hic fecit ordinationes quatuor in urbe Roma per mensem Decembrem & Februarium, presbyteros [q] 92. diaconos 16. episcopos per diversa loca n. 117. Qui etiam sepultus est in basilica beati Petri apostoli, XIV. Kalendas Augusti. Et cessavit episcopatus dies septem. Qui etiam in pace confessor quievit.

r Altinatem

* Hyacinthi

* Lardarium

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Symmachus.*] Post interregnum 4. dierum anno Christi 498. qui est Anastasii defuncti ultimus, paucorum votis Laurentius Romanus, plurimorum vero suffragiis Symmachus ex diacono pontifex est electus. Cura & studio Festi senatoris, qui se Romanum pontificem ad subscribendum Zenonis henotico inducturum imperatori promiserat, procuratum fuit, ut cum schismate universæ ecclesiæ eligeretur Laurentius, quem impiis postulatis acquieturum præsciebat. Ex clero & senatu, non sine cæde & sanguine, alii Laurentio, alii Symmacho adhæserunt. Additæ sunt vires Laurentiano schismati, quod fautorem ac promotorem haberet Paschasium sanctæ Romanæ ecclesiæ diaconum,

Quam pont factu rit.

Schis Laur num gend tifice

virum

virum doctrina & sanctitate præstantissimum, de quo S. Gregorius libro quarto dial. capite quarto refert, quod Germanus episcopus consilio medicorum pro salute corporis Angulanas thermas ingressus prædictum Paschasium in caloribus stantem invenerit, quodque ille, quæsitus quid ibi ageret, responderit: *Pro nulla alia causa in hoc pœnali loco deputatus sum, nisi quia in parte Laurentii contra Symmachum sensi. Sed quæso te, pro me dominum deprecare: atque in hoc cognosces, quod exauditus sis, si huc rediens me non inveneris. Qua de re vir domini Germanus se in precibus strinxit, & post paucos dies rediit; sed jam dictum Paschasium in loco eodem minime invenit.* Ita perniciosum schisma Laurentianum suo exemplo fovit & promovit Paschasius sacræ Romanæ ecclesiæ diaconus, quod pro necessitate temporis ac loci illegitimo judicio regis Ariani consopitum, justaque deinceps synodali sententia condemnatum, vehementiore eruptione recruduit, ut infra patebit.

Primo anno pontificatus Symmachi Clodoveus rex Francorum victoria contra Alemannos per Christi invocationem impetrata, a S. Remigio Galliarum apostolo prævüs & subsequentibus miraculis celeberrimis ad fidem conversus, baptismatis sacramentum suscepit. Inter miracula, illud quod Hormisda pontifex apostolorum temporibus dignum esse judicat, celeberrimum est, quod columbæ cælitus advenientis ampulla chrismatis allata fuerit, qua tum ipse fons more solito, tum etiam rex Clodoveus sacratus est. Quo apparatu bellico Alaricum vicerit, quemve exitum vitæ habuerit, infra dicemus in notis concilii Aurelianensis I. verbo *Clodovei.* Ex Aimoino & Hincmaro in vita S. Remigii apud Surium die 13. Ianuarii. Baron. anno 499.

Hujus temporibus floruit Iacobus Syrus in Macedonia sanctitatis fama celeberrimus, de quo Procopius libro primo de bello Persico scribit, quod cum Persæ eum sagittis petere tentassent, divino portento manus arcusque visi sunt immobiles consistere. Cum Anastasius imperator in regia quædam monstra ab imaginibus Christianis aliena pingi curasset, magna contra cum orta est populi seditio. Cedrenus. Orthodoxo episcopo & Ariano de fide altercantibus, probationem fidei per ignem zelo incensus catholicus Ariano obtulit, quam cum ille recusasset, catholicus per ignem incolumis evasit. Cedrenus. Theodorus Lector. Dum Constantinopoli quidam episcopus Arianus baptizaret in nomine Patris per Filium in Spiritu sancto, aqua ex colymbetra evanuit. Theodorus lector.

Ex Saracenis Syriam populantibus unus sagittam contorsit in S. Theodori imaginem, quæ sanguinem emisit. *Hæc imago,* inquit Damascenus de imaginibus lib. 3. *adhuc superest, sagitta vulnus habet & vestigium sanguinis, quorum qui rem viderunt, multi adhuc superfunt. Et ego imaginem vidi, & quod vidi monumentis mandavi.* Acephali per ducem suum Anastasium, Macedonium Constantinopolitanum, Flavianum Antiochenum & Eliam Hierosolymitanum orthodoxos episcopos, ideo quod Calchedonensem synodum damnare nollent, relegarunt; iisque nequissimos & scelestissimos hæreticos Eutychianos substituerunt. Timotheum ex custode ecclesiæ suffecerunt Macedonio: Severum ducem Acephalorum nequissimum monachum subrogarunt Flaviano: in locum Eliæ Hierosolymitani Ioannem quemdam substituerunt. Qua ratione Ioannes a S. Saba conversus communioni Acephalorum renuntiarit, Eutycheti, Nestorio, Severo, aliisque hæreticis anathema dixerit, videre est apud Cyrillum in vita S. Sabæ. Severus per legationem episcoporum tentat Alamundarum principem Saracenorum, ut a suis baptismum accipiat, suisque erroribus imbuatur: at is præventus a catholicis baptizatus est, & legatos pulcre delusit, dicens se literas de morte archangeli Michaelis, quod cum illi impossibile assererent; quanto, inquit, impossibilius Deum crucem passum, quod vos affirmatis unam tantum naturam in Christo ponentes. Theodorus Lector. Cedrenus.

b *Sedit annis 15. menses octo, dies 26.*] Annis 15. mensibus octo minus quatuor diebus sedisse, a consulatu Paulini & Scythæ ad M. Aurelium Cassiodorum consulem, probat Baron. anno 514. num. 6.

c *Hic fuit temporibus Theodorici.*] Ab anno Theodorici in Italia regnantis septimo usque ad 22. ab anno Anastasii in oriente nono usque ad 24.

d *Cum Laurentio.*] A quo schisma Laurentianum denominatur. auctore Festo hoc schisma procuratum fuisse, ex Theodori Lectoris coll. dixi supra in principio.

A e *Et facta contentione construxerunt patres.*] Importuna & malesuada necessitas, legum nescia, hæc contra leges & canones fieri postulavit.

f *Eodem tempore papa Symmachus congregavit synodum.*] Romanam primam, qua ab omnibus qui interfuerunt episcopis cognitus & approbatus est Romanus pontifex. Vide notas ejusdem concilii infra.

g *Post annos vero quatuor.*]. Errat in tempore Anastasius. Nam cum libellum accusationum primo anno pontificatus Symmachi accepisset, initio secundi Romam rediit, ut synodum hac de causa Romæ congregatam adversus rabiem sua præsentia securam redderet.

Error Anastasii in tempore.

h *Visitatorem daret rex sedi apostolicæ.*] Qui accusationes Symmacho objectas cognosceret. Cum enim schismatis auctores de illegitima electione Symmacho nihil negotii facessere possent, ad calumnias & mendacia conversi in eumdem maxima crimina confinxerunt, missoque ad ipsum regem accusationis suæ

B libello contra pontificem, a Theodorico Ariano rege petierunt visitatorem, eo falso prætextu, quod qui ad aliorum episcoporum delicta cognoscenda visitatores mitteret, ipse quoque visitatorem & cognitorem suorum criminum subire deberet. Hoc cum Theodoricus ad conciliandam ecclesiam necessarium fore arbitraretur, Petro Altinensi episcopo illud muneris imposuit. Vt tamen aliqua ex parte pontificiæ dignitati consuleret; eidem mandavit, ut cum Romam pervenisset, mox pontificem Symmachum in basilica Vaticana consistentem conveniens salutaret. Quod cum adversarii, quando in urbem venisset, ab eo præstari vetuissent, atque ex eo, catholici qui Romæ erant, cognovissent missum a rege visitatorem schismaticorum parti minus addictum esse, a rege adhuc absente precibus interpositis impetrarunt, ut causam Romanæ ecclesiæ pro more ac consuetudine synodali judicio tractet & definiat. Verum cum animad-

Schismatici visitatorem a rege petunt & impetrant.

Petrus Altinensis visitatorem agit.

C vertere rex optimus non fore securam synodalem patrum congregationem, nisi ipse in urbe præsens adesset, præsentiam suam hactenus dilatam opportuno tempore urbi civili bello periclitanti exhibere necessariam esse putavit. Sic igitur diu expectatus, anno Christi 500. qui est Symmachi pontificis secundus Patricio & Hypatio consulibus (teste Cassiodoro) regia munificentia populo senatuque conciliato in urbem se contulit. Hæc ex libello Ennodii Baron. anno Christi 500.

Rex Catholicis petentibus concilium annuit, atque ad id præsentiam suam offert.

i *Eodem tempore beatus Symmachus, &c.*] Vide notas concilii Romani II. infra sub Symmacho.

k *A crimine.*] Mirum est, quod cum trium conciliorum acta synodalia reperiantur, in nullis ipsorum vel levis mentio habeatur, de quo crimine pontifex accusatus fuerit. Vnde habes, lector, quod discas, prudenter episcopos omnes illas infamiæ notas, quas adversarii Symmacho pontifici inurere conati sunt, pro-

Criminum Symmacho objectorũ nulla mentio in actis synodalibus.

D fundo silentio sepultas, & oblivione deletas voluisse, omnique studio procurasse, ne quavis occasione labes aliqua summi totius ecclesiæ sacerdotis publicis actis conscripta ad posteros dimanaret. Ceterum ex alio episcopali decreto sancito, quo omnes presbyteri & diaconi jussi sunt habere contubernales, quo vocant concellaneos, seu cellulanos præsentes testes, potest quasi per transennam inspici & intelligi sanctissimum papam ab adversariis enormi crimine adulterii pulsatum fuisse. Vide Baron. anno 502. num. 32.

l *Eodem tempore Festus caput senatus.*] Ennodius libello suo infra posito declarat, necatos in hoc schismate martyrii corona dignos fuisse, eosque confessionis gloria nobilitatos, qui aliquid ea de causa passi fuissent: secundum illam magni Dionysii Alexandrinæ ecclesiæ episcopi sententiam, apud Eusebium lib. 4. histor. cap. 37. qua ait: *Oportebat omnia incommoda pati*

Necati a schismaticis martyrii corona digni,

E *potius, quam ecclesia Dei discidisse concordiam. At illud martyrium quod quis patitur, ne dirimatur ecclesia confessio, non minus certe, sed multo plus meo quidem judicio habet commendationis, quam illud quod suscipitur, ne idolis omnino immoletur.* Quod ecclesia Constantinopolitana clericos a schismaticis tempore S. Chrysost. necatos ut martyres coluerit, supra diximus sub Innoc. I. tom. 4. conciliorum. Baron. anno 502. num. 11. & 13.

m *Post hæc omnia invenit Manichæos.*] Futilis ergo calumnia est Anastasii imperatoris, qua Symmachum de Manichæorum hæresi infamarat. Contra vero ipsum Anastasium imperatorem de Manichæorum hæresi non levi suspicione infamatum fuisse, asserit in fine epistolæ suæ apologeticæ Symmachus papa, dum eumdem Manichæorum patronum appellat. Baronius anno 503. num. 31.

Refutatur calumnia Anastasii.

A n *Hic fecit baſilicam S. Andreæ*, &c.] Magna admiratione dignum eſt a Romano pontifice tanta præſtari potuiſſe ſub rege barbaro, ſub quo urbs ipſa quodammodo captiva teneri videbatur. Cum præſertim idem Symmachus paſtorali munificentia in redimendis captivis, & alendis epiſcopis Africanis in Sardiniam relegatis non defuerit: ſed abunde cuncta ſuppeditarit.

Symmachi in pauperes liberalitas.

o *Hic omni anno per Africam vel Sardiniam*, &c] Cum Traſamundus rex Vandalorum hactenus pacificus epiſcopos Africanos in Sardiniam deportaſſet, ut conſtabit infra ex notis concilii Byzaceni, hujus pontificis erga omnes relegatos confeſſores epiſcopos eximia caritas fraterna tunc eluxit: prædeceſſorum enim veſtigiis inſiſtens cunctis egeſtate laborantibus neceſſaria victus largiter ſuppeditavit: ſcripſit ad eoſdem epiſtolam, qua ſe dignum pro fide certantium militum hortatorem exhibet.

p *Hic captivos per Liguriam redemit*, &c.] Non pecunia regis Theodorici, ſed Romanæ eccleſiæ eleemo- B ſynis. Baronius anno 496. num 56.

EPISTOLA I. SYMMACHI PAPÆ AD ÆONIUM ARELATENSEM epiſcopum.

Reſciſſis iis quæ Anaſtaſius deceſſor in Viennenſi controverſia innovarat, antiqua ſedis apoſtolicæ decreta obſervari jubet.

Dilectiſſimo fratri " *Æonio Symmachus.*

" Cæſarii nomen irrepſerat qq. errore graviſſimo.

DILECTIONIS tuæ literas, mandataque filio noſtro Creſcentio presbytero internuntio deferente ſuſcepimus, quibus conſtat inter Arelatenſem & Viennenſem eccle- C ſiam aliquod de ordinandis epiſcopis in vicinis civitatibus oriri luctamen: illa re videlicet faciente, quod deceſſor noſter ſanctæ recordationis Anaſtaſius, tractans confuſionem provinciæ, aliqua contra veterem conſuetudinem juſſerit obſervari, deceſſorum ſuorum videlicet ordinationem (quod non oportebat) ſub qualibet neceſſitate tranſgrediens. Nam dum ad trinitatis inſtar, cujus una eſt atque individua poteſtas, unum ſit per diverſos antiſtites ſacerdotium; quemadmodum priorum ſtatuta a ſequentibus convenit violari? Huc accedit, quod ne ſit ſententiarum varietas ad ipſam ſacroſanctam catholicam religionem credimus D pertinere: cujus omnis poteſtas infringitur, niſi univerſa quæ a domini ſacerdotibus ſemel ſtatuuntur, perpetua ſint. Quod alias contingere poterit, ſi ſucceſſor deceſſoris actibus non tribuerit firmitatem, & roborando quæ geſta ſunt, faciat rata eſſe quæ geſſerit. Quanta enim vicariis beatiſſimi Petri apoſtoli judicabitur eſſe reverentia, ſi quæ in ſacerdotio præcipiunt, eiſdem tranſeuntibus diſſolvantur? Relegentes ergo veterum antiſtitum ſuper hac cauſa ordinationes, quibus eccleſiaſticum gravatur ſcrinium; dilectionem tuam enixiſſime commonemus, ut in ordinandis per ſingulas urbes ſacerdotibus cana ac reverenda ſervetur antiquitas, nec novella conſtitu- E tio vetuſtæ ſanctionis robur imminuat, quia non aliter inter vos poterit ſervari concordia, niſi novis cupiditatibus antiquitatis reverentia modus prudentiori adhibeatur conſilio. Dominus te incolumem cuſtodiat, frater cariſſime. Data III. Kalendas Octobris, iterum poſt conſulatum Paulini junioris viri clariſſimi. "

" Anno Chriſti 500.

" ** *Dominicum paſcha VIII. Kalendas Aprilis.* "

" x. Kal. Maii anno 501.

II. AD EUMDEM ARELATENSEM EPISCOPUM.

Ut ipſe & epiſcopus Viennenſis Romam certos homines mittant, qui de ipſorum controverſiis inſtructi, ſedi apoſtolicæ allegandâ ſuggerant.

Dilectiſſimo fratri Æonio Symmachus.

MOVIT equidem nos, quod dilectionis tuæ relatio declaravit: * namque contra regulas eccleſiaſtici conſtituti, & adverſus reverendorum canonum tractatum, per ſubreptionem Viennenſis eccleſiæ pontificem de apoſtolica, præſidente prædeceſſore noſtro, ſede culpabiliter aliqua meruiſſe; cum, ſi ſit vera conqueſtio, effectum non poſſint impetrata frivole poſſidere: nec a nobis aliquid novi poterit ordinari, niſi quæ a patribus prædeceſſoribuſque noſtris hac cauſa ſtatuta claruerint. Tamen ne facile alterius partis abſentia præjudicabiliter videremur aliqua decreviſſe, id magis duximus ordinandum, ut fraternitas tua competenti tempore de eccleſiaſtico ordine inſtructum non moretur de omni cauſa dirigere, qui apud nos veritatem cauſæ competenter alleget; quatenus pertractatis omnibus, quod ſtatuendum eſt, ſub deliberationis robore ſanciatur. Illud etiam dilectionem tuam facere debere præcipimus, ut fratrem & coepiſcopum noſtrum Viennenſis urbis antiſtitem miſſo nuntio & ſcriptura commoneat, ut conſtitutis diebus is quoque hominem proprium dirigat, qui partis ejus allegationes competenter inſinuet: ut depromptis ab utraque ſuggeſtionibus, ſecurius quæ in perpetuum ſervanda ſint diſponantur. Quia ſemper ſuſpectus judicat, qui ſub unius quod videtur eligit deploratione ſancire. Dominus te incolumem cuſtodiat, frater cariſſime. Data ſub die III. Kalendas Novembris, poſt conſulatum Paulini viri clariſſimi. "

* hemp

" Anno Chriſti 499.

NOTA SEVERINI BINII.

De inſcriptione harum duarum epiſtolarum, vide quæ dixi ſupra in notis ad epiſtolam Gelaſii 12.

III. AD LIBERIUM PATRICIUM.

De electo epiſcopo Aquileienſi, cujus præbet electioni aſſenſum.

Symmachus epiſcopus eccleſiæ catholicæ urbis Romæ, Liberio patricio ſalutem.

CUM pro veneranda " religione conſcientiæ verba dirigitis in Aquileienſis electione pontificis, & divinis initiata lingua cultibus militat conſecranda, in ignoti nos diligentia ſermonum vincula tenuerunt: quia nihil ſuperat judiciis, quoties aliquid probatus extulerit. Quid enim ſententiæ ſequacium derelinquat, quando juſtitiæ obſequitur, cujus in examen definitio non vocatur? Agitis bono conſcientiæ, quod veſtro vix negaretur imperio. Exhibuit inter arbitros Marcellini venerabilis collegam Maximus hominum humilitate ſublimior, & ne poteſtati fauor per obliquos adſcriberetur interpretes, quod de proprio deſcripſit ingenio, laudati junxit ad precium. Egiſtis mediocrem, ne præcelſi eſſet ſuſpecta prædicatio: clariſ-

" eſt Enn dii prim libri V.

clarissimorum testimonia, ut vires accipiant culmina, castigantur. Felix sacerdotium, cui facem prætulit plena mens luminis. Beata conversatio, quæ idcirco in discussionem deducta est, ut tanto viro adstipulante superaret, quæ non didicisset saporem victoriæ nisi subjacuisset incertis. Semper innocentibus gloriam adversa pepererunt; providet defensores fortissimos mediocris impugnatio. Sed quid epistolæ terminos loquacitate produxi, coactas lege paginas in humana concinnatione transgressus? Iungo & ego amplissimis ' patribus vestris, pro modulo exiguitatis propriæ, vobis cælo obsequente consensum: & quod mirabile inter homines habetur, consideratione vestri attrahor ad amorem. Inspirata mihi per alterum placet affectio, dum manet caritas imis inserta visceribus. Peregrinante persona, comitem se tamen cælestis gratia desideriis jungat: & dum cupitis datur effectus, aut veniat bonum pontificatus, aut faciat. Data XVIII. Kalendarum Novembrium die, indictione octava."

IV. AD LAVRENTIVM MEDIOLANENSEM, QVA EIVS VIRTVTES describuntur.

Dilectissimo atque carissimo fratri Laurentio Mediolanensis ecclesiæ archiepiscopo; Symmachus episcopus in domino salutem.

PRODIT religiosæ votum " conscientiæ; mens laudibus devota pontificum: assertio ingenii est, Deo obsequentibus mancipare quod loquimur, in quorum præconiis forte angustus sermo vulget imperitiam, manifestat tamen, si abstineatur, infantiam. Quis mendicam narrationem æstimet, quam vota locupletant? Sæpe in facundiæ dotibus pauper invenitur vena prædicantis, & e diverso thesaurus cordis irradiat in egestate verborum. Qui vice Dei judicat, non desiderat picta ' alloquia, sed quæ infucatus commendat nitor ingenii: quia in his etiam sine amore blanditur eloquentia, in illis splendorem suum veritas nuda commendat. Sine phaleris est omne quod dictat affectio: ad unguem fabricantur illa, quæ volumus non tam speciem recti habere, quam similitudinem. Ad te, venerabilis mihi antistes ' maxime, sermo est, cui ' cum meritorum testimonio virtus cœpit a vocabulo, in quo actus eloquitur, qui nomen appellat. Provida parentum diligentia tuorum, prius te ' eligi voluit, quam probari. Te olim sæcularibus inhærentem titulis, castrensis sudor excoluit, & ad ecclesiæ gubernacula pars adversa solidavit, sicut dominus loquitur in euangelio: *Qui in minimo fidelis, & in magno fidelis est.* Te sacrum judex & consilii comitem meruit, & laboris. Bene, venerandis initiandus altaribus, & in laica conversatione quod sacrum esset, elegisti. Tu pudicitiæ in illa ætate custos invetus es, in qua & lex obsequitur desideriis. Satis enim est, pueritiæ ambitum, quam licentia fulcit ", horreri. Christus milites suos, quos in personam ducis attollat, inter acies quærit hostiles. Adscitus ecclesiæ, pontificem actibus implesti ante tempora dignitatis. Non fuit advena benignitas, quæ naturæ innixa radicibus, de cano flore germen ostendit. Temporale enim est omne quod fingitur: perpetuum quod cum ætate maturescit. Non tibi sacerdotium rem doni credimus evenisse, sed præmii. ' Alii vulgari gratia lenocinante commendantur: tibi rigida circa culpabiles districtio dedit affectum. Manet te singularis sapientia, quæ licet generaliter optanda est, tamen existit in magistro necessaria. Frustra monitoris personam suscipit, qui impacti non prævalet æstimare pondus officii. Vilissimis comparandus est; nisi præcellat scientia & sanctitate, qui est honore præstantior. Dedit tibi apices judicii, non favoris. Dignus pontifice amor est, quem censura conciliat. Devenustat institutoris ' genium, qui per solam gratiam vult placere. Tu his eruditus & formatus cæli beneficiis; plus agendo populum instrues, quem docendo. Illa monita discipulorum conscientiam erudiunt, quæ probantur exemplo. Sine pudore invitat ad innocentiam, qui illam fuerit ipse sectatus. Te inter secreta penetralium quasi testem metuunt, qui peccare disponunt. Nascentibus culpis metus & reverentia tua negat ' effectum. Qui inter exordia occurrit vitiis, & occasionem lapsuum adimit, & concupiscentiæ purgat auctorem. Hæc beatitudini tuæ quasi strictim pro linguæ meæ commendatione dedicavi: si precibus tuis vitæ successus arriserit, gestorum tuorum plena me relatione consecrabo; ut quæ universis nota sunt, mansuris in posterum literis, quatenus gaudeat ætas secutura, serventur.

' Alius vulgi ora g. l. commēdat

' ingenium

' affectum

Exemplum libelli a Cæsario episcopo Symmacho papæ oblati.

SICVT a persona beati Petri apostoli episcopatus sumit initium, ita necesse est, ut disciplinis competentibus sanctitas vestra singulis ecclesiis, quid observare debeant, evidenter ostendat. In Gallia siquidem provincia ab aliquibus personis ecclesiastica prædia diversis titulis alienantur. Ita fit, ut pro suo quis arbitrio devota mente relinquentium & egentium necessitatibus deputatas imminuat facultates. Hoc postulamus ut fieri prohibeat apostolicæ sedis auctoritas, nisi forsitan aliquid pietatis intuitu monasteriis fuerit largiendum. Illud etiam pari supplicatione deposcimus, ut de laica conversatione, qui in singulis judicum officiis meruerint, aut certe rexerint sub aliqua potestate provincias, nisi multo ante tempore præmissa conversatione legitima, & vita examinata, nullus clericus aut episcopus ordinetur. Viduas etiam jam diu religioso habitu assumpto, & sanctimoniales longo jam tempore in monasteriis consistentes, poscimus ut unicuique conjugii causa, nec volentes sibi jungere, nec invitas rapiendi libera sit facultas. Illud etiam humili prece suggerimus, ut nulli per ambitum ad episcopatum concedatur accedere, nec data pecunia sibi potentes homines suffragatores adhibeant. Et ut hæc facilius possint custodiri, clerici vel cives decretum facere, vel subscribere, sine metropolitani notitia vel consensu penitus non præsumant. Hæc omnia ultione districtionis vestræ fieri prohibere; quatenus & in ecclesia vestra, & in supradicta provincia, disciplina bonis actibus amica servetur.

V. AD CÆSARIUM EPISCOPUM ARELATENSEM.

Cæsarii consultationibus respondet.

I. *Ut res ecclesiæ non alienentur.*
II. *Ut nullus honorem præmiis accipiat.*
III. *Ut laici per gradus ad sacerdotium provehantur.*
IV. *Ut raptores viduarum, vel virginum, ab ecclesia communione pellantur.*
V. *Ut viduæ vel virgines continentiam professæ non nubant.*
VI *Ut nullus per ambitum ad episcopatum accedat.*

Dilectissimo fratri Cæsario Symmachus.

HORTATUR nos æquitas postulationis, desiderio fraternitatis tuæ gratanter annuere de singulis quæ ab apostolica sede concedi ' supplicas, quod a patrum cautela & provisione non discrepat. Et quamvis ecclesiasticæ regulæ pene omnia comprehendant, tamen superfluum esse non credimus, ' denuo quæ sunt sæpius interdicta repetere.

' postulas. ' nunc

I.

16. quæst. 1. Possessiones. 'distractionibus

a Possessiones igitur, quas unusquisque ecclesiæ proprio dedit aut reliquit arbitrio, alienari quibuslibet titulis atque ' contractibus, vel sub quocumque argumento non patimur: nisi forsitan aut clericis honorum meritis, aut monasteriis religionis intuitu, aut certe peregrinis necessitas largiri suaserit: sic tamen ut hæc ipsa non perpetuo, sed temporaliter donec vixerint perfruantur.

II.

Illud magnopere commonentes, ut hi qui non Dei gratia, sed promissione rerum ecclesiasticarum ' præmiis ad sacerdotium conantur accedere, desideriorum talium ' priventur effectu. Qui ' aut ab hujusmodi se intentione cohibeant, aut vindictis canonum sciant se sine dubitatione subdendos.

' promissa ' reprimantur ' Qui autē se a. h. i. nōn cohibent, vindictis &c.

III.

De laicis personis decernimus, ne facile ad sacerdotium permittantur accedere, quibus & tempora, & gradus constituti sunt, per quos ad hanc dignitatem debeant adspirare. quia quicumque sine instituto promovetur, non facile caret offensa, & sine experimento non potest quis electionis obtinere sententiam.

IV.

36. quæst. 2. Raptores.

Raptores igitur viduarum vel virginum, pro immanitate tanti facinoris detestamur, illos vehementius persequendo, qui Deo sacratas virgines, vel volentes, vel invitas, matrimonio suo sociare tentaverint. quos pro tam nefandi criminis atrocitate a communione suspendi præcipimus.

V.

27. quæst. 1. Neque viduas.

Neque viduas ad nuptias transire patimur, quæ in religioso proposito diuturna observatione permanserunt. Similiter virgines nubere prohibemus, quas annis plurimis in monasteriis ætatem peregisse contigerit.

VI.

1. quæst. 1. Nullus itaque.

Nullus itaque per ambitum ad episcopatus honorem permittatur accedere. Nam cum hic excessus in laica conversatione culpetur, quis dubitat quod religiosis & Deo servientibus ' inurat opprobrium? Si quis episcopatum desiderat, data pecunia potentes personas minime suffragatrices adhibeat: nec ad decretum sibi faciendum clericos vel cives subscribere, adhibito cujuslibet generis timore, compellat, vel præmiis aliquibus hortetur. Decretum sine visitatoris præsentia nemo conficiat, cujus testimonio clericorum ac civium possit unanimitas declarari. Hortamur itaque, ut pro catholicæ religionis intuitu, & ecclesiarum pace, hæc universi fideli ac devota mente custodiant: quia non est dubium prævaricatores interdictorum talium juxta venerandos canones propriæ communionis subire jacturam. Hæc tamen ad omnium episcoporum volumus perferri notitiam. Deus te incolumem custodiat, frater carissime. Data VIII. Idus Novembris, Probo viro clarissimo consule."

' indu[...] 1. quæ[...] Si quis[...] tem ep[...] patum[...]

" A[...] Chr[...] so[...]

NOTA SEVERINI BINII.

a *Possessiones.*] Hinc quæ beneficiorum ecclesiasticorum origo fuerit, manifestum fit. Cum enim solerent clerici ab ea ecclesia per episcopum singulis mensibus meritam stipem accipere, ut suprà diximus in notis conciliorum tempore Cypriani habitorum; contigit postea, ut aliquibus ex his ecclesiæ possessiones, quoad viverent, ab ipso episcopo concederentur, quæ beneficia dici cœperunt, eo quòd (ut habet Symmachus) bene meritis tantummodo eas concedi liceret.

Benefi[...] rum e[...] siastic[...] origo

VI. APOLOGETICA ADVERSUS ANASTASII IMPERATORIS LIBELLUM famosum,

Quo pontificem ob latam in se excommunicationis sententiam proscindebat.

AD Augustæ majestatis Gratiani imperatoris epistolam octo libris beatus respondit Ambrosius, quia pro fide catholica & illum non piguit prolixius prædicare, & hic non fastidivit gratanter accipere. Hæc dixerim, ut si modum libelli promendo collegerim, non existimer quæ non oportuit locutus. Si mihi, imperator, apud exteros reges, eosque totius divinitatis ignaros, pro fide catholica dicendum foret, quidquid ejus veritati rationique congrueret etiam prætenta morte peroratem. *Væ mihi erit si non evangelizavero*, meliusque est jacturam vitæ præsentis incidere, quam sempiterna damnatione puniri. Verum tu si Romanus imperator es, etiam gentium barbararum legationes debes clementer admittere. Si Christianus princeps es, qualiscumque præsulis apostolici debes vocem patienter audire. Contumelias tuas, imperator, quas sub divino judicio ipse perpendis, utrum ne in me religiosa mente profuderis, fateor vel mei causa, vel tui dissimulare me non posse. Mei causa, promissionem domini recolendo, dicentis: *Cum vos persecuti fuerint, & dixerint omne malum adversum vos, propter justitiam gaudete.* Tui autem, quia nollem sic meam gloriam provenire, ut te possit non mediocriter onerare. Et ego quidem dominicis & apostolicis eruditionibus institutus, benedictionem studeo tuis, imperator, referre maledictis, contumeliis honorificentiam reddere, & odiis redhibere caritatem. Sed vide, quæso, ne ab eo qui ait: *Mihi vindictam, & ego retribuam*; quantum a me remittitur, tantum a te cumulatius exigatur. Quid enim Christus dicat de his, qui vel "nimirum in eum credentem scandalizaverint, evange-

1. Cor.

Matth.

Rom.

" f.[...] mum

euangelium referat, non mea voce promatur. A 9. Sed fortasse dicis, imperator, potius te esse minimum, qui credas in Christo, & de te hoc rectius accipi, & me esse scandalizantem tuam fidem. Christus itaque Deus veraciter totus, & totus homo est sic conceptus, sic conversatus in sæculo, sic passus, sic apud inferos, sic resuscitatus, sic cum discipulis apparens, sic elevatus in cælum, sic exinde dictus est esse venturus, sic hodieque in cæli regione 2. persistit, dicente apostolo: *In quo habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter.* & certe de eo dicit, quod nunc est ipse. Ergo ille est minimus, qui sic credit in Christum. Sed hujusmodi in Christum credit qui in integrum Christum credit, non in semichristum, & ideo B non Christum, quia Christus non nisi integer: Integer autem non nisi hujusmodi. De tali ergo in se credente dicit: ipse etenim minimus ejus, & parvus est: pro quo scandalizato quid promiserit, ipsius, ut dictum est, melius verbis ostenditur. Fortasse dicas, imperator: Sed ego quoque talem Christum credo, & ideo inter ejus minimos jure connumeror. Hoc gravius, si & talem credis, & talem non cre-
1. dentibus communione misceris: *Non solum*, inquit apostolus, *qui faciunt, sed qui consentiunt facientibus.* An communicare non est consentire cum talibus? Proinde aut doce alios non esse, aut longe gravius, ut dictum est, contra notam sibi erit tendere veritatem. Contumelias igitur, imperator, quas in meam pro- C ferendam putas esse personam, utinam quam mihi gloriosæ sunt, ita te gravare non possent. Domino meo dictum est a quibusdam: *Dæmo-*
8. b. 11. *nium habes, Vorator, De fornicatione natus*: & putas quia ego debeam mihi dolere? Quam talia proferenti cautum est, & divinis legibus
b. 18. & humanis? *In ore duorum aut trium testium stabit omne verbum.* Quid cum & humano & cum humano te examinante judicio falsa fuerint approbata. Quid facies, imperator, in divino judicio? An quia imperator es nullum Dei putas esse judicium? Taceo quod imperatorem accusatorem esse non conveniat. Postremo iisdem divinis humanisque legibus nemo D possit esse accusator & judex. Numquidnam sub alieno judicio dicturus es causam? vel accusator adstabis? Dicis esse me Manichæum. Numquid ego Eutychianus sum, vel Eutychianos defendo, quorum furor maxime Manichæorum suffragatur errori. Roma mihi testis est, & scrinia testimonium perhibent, utrum a fide catholica, quam in sede beati apostoli Petri veniens ex paganitate suscepi, aliqua ex parte deviaverim. Procedat aliquis, & qualibet ratione convincat; alioqui convicia sunt ista, non criminum probamenta. Nescio utrum quibus objicitur falsum, an falsis objectoribus inimica dicentibus me non ordine E consecratum. Inter imbres lapidum totus evasi: judicavit Deus. An quia imperator es, divinum putas contemnendum esse judicium? Sed fortasse dices, etiam indignantem Deum noxia quæque plerumque permittere. Scri-
th. 7. ptum est: *Ex fructibus eorum cognoscetis eos.* Ostende ergo quid existimes arguendum, ut iratum maxime Deum, quæ non convenerant, permisisse demonstres. An quia Eutychianis nullatenus acquiesco? Me quidem ista non sarciunt, sed te palam aperteque demonstrant

meum cogitasse honorem repellere, quem interventu suo beatus Petrus imposuit. An quia imperator es, contra Petri niteris potestatem? Et qui Petrum Alexandrinum recipis, beatum Petrum apostolum in suo qualicumque vicario calcare contendis? An bene factus essem, si Eutychianis faverem? si Acacii nomini communicarem? Latere non potest, cur ista prætendas. Conferamus autem honorem imperatoris cum honore pontificis: inter quos tantum distat, quantum ille rerum humanarum curam gerit, iste divinarum. Tu imperator a pontifice baptismum accipis, sacramenta sumis, orationem poscis, benedictionem speras, pœnitentiam rogas. Postremo tu humana administras, ille tibi divina dispensat. Itaque ut non dicam superior, certe æqualis honor est. Nec te putes mundi pompa præcellere, *quia quod infirmum est Dei fortius est hominibus*, 1. Cor. 1. Itaque videris quid te deceat. Tamen cum in accusationem proruperis, tam in divinis legibus quam humanis pari mecum sorte consistis; in qua cariturus honore summo si fuero, quia id mavis, te accusante convictus, amissurus pari ratione, si non conviceris dignitatem. Sit istud in mundo judicium, spectante Deo & angelis ejus, spectaculum omni sæculo simus, quo aut sacerdos bonæ vitæ, aut imperator religiosæ modestiæ consequatur exemplum: Quia his præcipue duobus officiis regitur humanum genus, ut non debeat aliquid eorum existere, quo valeat offendi divinitas, maxime cum uterque honor videatur esse perpetuus, atque ita humano generi ex alterutro consulatur.

Pontificis dignitas major quam imperatoris.

Precor, imperator, pace tua dixerim, memento te hominem, ut possis uti concessa tibi divinitus potestate: quia etiamsi hæc sub humano prævenere judicio, sub divino necesse est ut discutiantur examine. Fortassis dicturus es, scriptum esse: *Omni potestati nos subditos esse debere.* Rom. 13. Nos quidem potestates humanas suo loco suscipimus, donec contra Deum suas erigunt voluntates. Ceterum si omnis potestas a Deo est, magis ergo quæ rebus est præstituta divinis. Defer Deo in nobis, & nos deferemus Deo in te. Ceterum si tu Deo non deferas, non potes ejus uti privilegio, cujus jura contemnis.

Humanis potestatibus parendum, nisi sit contra Deum.

Dicis quod mecum conspirante senatu excommunicaverim te. Ista quidem ego, sed rationabiliter factum a decessoribus meis, sine dubio subsequor. Dicis quod male te Romanus tractet senatus. Si nos te male tractamus, suadentes ut discedas ab hæreticis: tu nos bene tractas, quos vis sociare præcipitanter hæreticis? Quid ad me, inquies, quod egit Acacius? Recede ergo, & nihil ad te. Nam si non recedis ab eo, pertinet & ad te. Relinquamus uterque mortuum. Et nos hoc petimus, ut nihil ad te pertineat quod egit Acacius. Tu nos facis objicere tibi, qui vis ad te pertinere quod egit Acacius. Nos vitamus quod egit Acacius, vita & tu: & ad utrosque non pertinet quod egit Acacius, ut possis sine iis quæ egit Acacius cum ea quæ ad nos pertinet causa conjungi, ut possis sine Acacio nostræ communioni sociari. Nos non te excommunicavimus, imperator, sed Acacium: tu recede ab Acacio, & ab illius excommunicatione recedis. Tu te noli miscere excommunicationi ejus, &

& non es excommunicatus a nobis. Si te misces, non a nobis, sed a teipso excommunicatus es. Ita fit ut in utroque, sive discedas, non sis excommunicatus a nobis, sive non discedas, non sis excommunicatus a nobis. Catholici principes quidem semper apostolicos præsules institutos suis literis prævenerunt, & illam confessionem fidemque præcipuam, tamquam boni filii, quæsierunt debitæ pietatis affectu, cui noscis ipsius domini salvatoris ore curam totius ecclesiæ delegatam. Quod quia per occasiones fortasse publicas tua creditur præteriisse tranquillitas, ne magis honorem meum quam solicitudinem dominici gregis appetere judicaret, appellare non destiti meis te sponte colloquiis.

Vulgatum fuisse designas, quod tua serenitas directa militari manu compelleret eos, qui se a contagione perfidorum multis temporibus abstinere delegerint, vi & armis in prævaricatæ communionis consortia detestanda. Ubi te, rerum humanarum princeps, qualiscumque sedis apostolicæ vicarius contestari mea voce non desino, ut te memineris hominem quantalibet sis mundi potestate subnixus, circumspiciasque cunctos, qui ab initio dogmatis Christiani catholicam fidem diverso proposito persequi, vel affligere sunt conati, quemadmodum (vastitatis insectatione, cujus placuit * contritionis illatæ) ipsi, qui intulerint ista prævalendo, defecerint, & orthodoxa veritas hoc prævaluerit magis, quo putaretur oppressa: quæ sicut sub insectatoribus suis crevisse monstratur, sic obtrivisse cognoscitur insequentes. Miror si non humanus sensus intendit, præcipue qui se Christiano vult vocabulo nuncupari, inter illos sine dubio deputandum, qui rectam confessionem, communionemque Christianam variis superstitionibus impugnare sunt nisi, dum hanc & ipsi quocumque modo percellere moliuntur. Quid interest enim, utrum paganus, an, quod est deterius, sub nomine Christiano veram sinceramque traditionem apostolicæ regulæ conetur infringere, atque in hanc prorumpere cæcitatem, ut cum in illis regionibus, cunctæ prorsus hæreses opiniones suas habeant publice licentiam profitendi, sola catholicæ communionis libertas putetur ab iis, qui se religiosos existimant, subruenda? Quæ si putatur error (quod non licet) cum ceteris, quibus illic facultas est agere, sinatur erroribus. Sin integritas æstimatur, sequenda potius fuerat, quam violenta persecutione vastanda. Nec eam probantur insequi potuisse, nisi prava sectantes. At ne ipsi convincerentur errare, repellere cogitarunt, quo nutabantur errantes, malentes non affectari quod justum est, sed potius submovere quo docerentur injusti. Sic recessit ab humanis mentibus Deus, ut obstinate contra ejus voluntatem non aspiciant, & in isto sæculo divinum non deesse posse judicium, & post hujus vitæ cursum illi sit tremendo non defuturus examini, sub quo perniciosarum studia modis omnibus actionum discussa patefiant, & patefacta puniantur, nisi qui hæc omnino non credunt, quive illa se perpetrasse impune confidunt. Nos autem humani generis conscientiam contestari, qua possumus voce, nullatenus cessamus omnipotentem Deum suis minime defuturum, & quantacumque sit humana

A præsumptio, quantacumque potentia, sub divino nutu hujus atrocitatis censuram sine dubitatione vindicandam. Nam talem ausum neque hic confidimus evasurum, & in illo magno Dei judicio recepturum, quod iis temeritatibus divina retributione debetur. Hæc nos nequaquam tacuisse sufficiat; ut cum superna fuerit ultio subsecuta, & vera nos protulisse consideratio humana cognoscat, & pœnam non inaniter pronuntiasse venturam, & præposuisse præmonitionis formam, qua hujusmodi præcipitiis de cetero temperetur. Certe B si hujusmodi propterea relinquendos proprio definitis arbitrio, quia nec a Christianis vexari deceat Christum quocumque titulo confitentes, nec viventes in jure Romano lacerari conveniat a Romanis; consequenter ostenditur, Romanos homines, & qualiscumque Christianæ professionis impetere, nec Christianum dici posse modis omnibus; nec Romanum. Proinde aut repellendi fuerant, aut nullus C penitus impetendus, & quod in uno genere judicas amovendum; in omnibus repelle, si prævales. Si omnia sunt sinenda, nullus penitus excludendus. Alioqui dum parcendo cunctis erroribus sis amicus, non nisi solum tibi probatur displicuisse quod verum est. Omnes catholici principes, sive cum imperii gubernacula susceperunt, sive cum apostolicæ sedi novos agnoverunt præsules institutos, ad eam sua protinus scripta miserunt, ut se docerent ejus esse consortes. Itaque qui hoc non fecerunt, ab eadem seipsos profitentur alienos, quod chartis quoque tuis apud te etiam possumus adstruere, nisi te æmulum, & reum, & inimicum vitaremus, & judicem. Non mirum si catholicos persequuntur Manichæorum pa- D troni, cum falsitas non possit non persequi veritatem. Non mirum si in orthodoxos sæviant, quibus potest cum cunctis hæresibus convenire, & universis erroribus amici non possint nisi solis esse non errantibus inimici. Si error est, convincendus est: verum si error non est, tibi verum deesse cognosce, qui persequeris * quo profiteris errare. Sed pravitatis complex non potest nisi eum persequi, qui est pravitatis inimicus.

Principu[m] catholico[rum] consuetu[do] novos R[o]manos p[on]tifices sal[u]tandi.

* quo ebr... vinceris e[r]rore.

VII. SYMMACHI PAPÆ

Vel saltem ipsius nomine ab Ennodio " diacono scripta ad episcopos confessores."

" Vide e[p.] 14. l. II. epistolarum ejus.

E " ** *Dilectissimis fratribus episcopis Afris Symmachus.*

" in Sa[rdi]niam & [a]lias in[su]las deportat[os].

LUCRUM forsitan putaret inimicus, si inter pericula quæ Christianis indixit, credentium animos subegisset, & per diversa domini grege disperso, non superesset vel inter paucos, a quibus possit fide perseverante calcari. Regnat adhuc ille in numero vestro, qui sibi non tam in multitudine quam in devotione complacuit. Scriptum est enim datam satanæ potestatem ut servos Christi cribraret: ut quod de tritico inveniri posset, horreis jungeretur: quod de paleis, ad ignium alimenta transiret. Ad vos specialiter dictum est: *Nolite timere pusillus grex: complacuit Patri vestro dare vobis regnum.* Venit inter vos gladius perfidorum, qui marcida ecclesiæ membra resecaret, & ad cælestem gloriam sana perduceret. Quos habeat Christus milites, certamen ostendit: Qui triumphum mereatur, per bella cogn[osc]itur.

Luc. 22.

Luc. 12.

Nolite metuere, quod pontificalis à vobis apicis infulas abstulerunt. Vobiscum est sacerdos ille vel hostia, qui non tam honoribus consuevit gaudere, quam mentibus. Majora sunt confessionis præmia, quam nominatæ munera dignitatis. Ad illa plerumque etiam minoris meriti personas favor humanus adducit: ista nisi gratia superna non tribuit. Ipse enim in vobis & pugnavit & vicit, quem fides meretur & inter hominum tormenta sociari.

Prolixis non est opus ad fervorem in vobis cælestem animare colloquiis. Habet incrementa sua divinæ virtutis incendium. Non est opus eos in trophęo jam positos attolli laudibus, qui sine monitore vicerunt: gravant conscientiam Christiani quidquid afferunt blandimenta prę-conii. Res quidem virtutis est quam fecistis, sed summi præmii restitutione superanda. Quod tamen, directis ad filium nostrum N. Ennodium" diaconum literis, sperastis, beatorum Nazarii & Romani benedictionem poscentes, fidelibus non negamus. Accipite veneranda patrocinia invictorum militum, quia & jam vestram piam fidem in præliis imperator agnovit. Feliciter confessionis munera ' consummare dabit Deus, cum ipsi placuerit reducere ecclesiis quietem; ut & mœrorem, quem ' induxit adversitas, pacis dulcedine consoletur.

VIII. AD ORIENTALES, &c.

QUOD fieri plane cupimus, si quæ scribimus, impleantur. Nullus stupeat servatum hactenus nos nunc solvisse silentium, cum prudentissimi Salomonis ista vox personet: *Tempus loquendi, & tempus tacendi.* Quia taciturnitatem præsens tempus expugnat: nam inter cetera quæ accidunt, nunc silere, nec fidei stimulis excitari, magni constat esse fastidii. Quippe ubi religionis reverentia & summa concutitur, aptum juxta divinam scripturam dicere, eos qui sunt mites, debere esse pugnaces. Siquidem & spiritualis quædam Deo accepta congressio inde & laudabiliter universa tolerat, ne quisquam a divina caritate separetur, & vos quidem docere quod doceatis, grave onus pudoris, sed necessarium & utile tales admonere: nec enim congruum illis religiosæ afferre dogmata disciplinæ, a quibus institutionis ipsius expectatur plena perfectio.

Sed breviter clara perstringemus. Cui incognitum, Constantinopolitana ecclesia qua Nestorii contagione laboravit? Nestorii, inquam, qui quasi putre corporis membrum a societate catholicæ communionis excisus est. Vbi terrarum non prædicatur congregatio Calchedonensis sancti concilii, quæ Eutychetem & Dioscorum, duo nomina famosa & magnæ perfidiæ, unius sententiæ integritate damnavit, iniquitatis complices uno spiritu divinis dogmatibus adversa sectantes? Quis Petrum & Timotheum præfatorum vernulas ignoravit, propugnatores intentionis addictæ, auctores ac magistros suos scævo errore vincentes? Illum Timotheum loquimur parricidam, qui sanctæ recordationis Proterio superstite, non solum ecclesiam non religiosis auctoribus occupavit, verum etiam effusionem pii sanguinis ad crimen pervasionis adjecit. Ipsius nempe damnationem universalis est ecclesiæ vox locuta, dum eum nomine quoque Christiani honoris exueret. Ejus Petrum sequacem notum fecerunt orthodoxorum plurimæ passiones, in quibus ille virtutem animi sui exultavit ostendere. Novit hunc Ephesus cum tota societate Dioscori, ubi cum prædicto auctore peccati finem sancti Flaviani operatus innotuit.

Tacenda sunt Antiochiæ mala, ubi per alterius Petri nefanda ludibria reverendum sacerdotii nomen irrisum est. Quis Apamiæ & Tyri gemitus, tragicis criminibus comparandos, vel si solis vacet, digna possit lamentatione deflere? Quid Acacium? qui quasi boni sui fascino gravatus, quæ Basilisco imperante præmiserat, novo exemplo pene deprehensus est adversus seipsum dicens sententiam, illos mutata voluntate defendens; quos prius gloriosum putavit *addicere, & laborans sociare fidelibus quos dudum hæreticos manifestæ prævaricationis ostenderat: propter quod maxime fugiendus, & designato superius damnatorum agmini coæquandus, illa propter quæ fidelis probatus est dissolvens, permixtus his, per quos læsio ecclesiæ generalis evenit. *abjicere?

Adversus hos si patrum dogmata ratio suadet esse servanda, cogitate, si possunt ea majori transgressione calcari, quam nunc per eos qui in partibus vestris Eutychetis dogmata * rediviva resuscitant. Si vero tamquam infirme constituta sententia, sine piaculo negliguntur, citra ullum robur credulitatis nostræ summa subsistit, semper succedentibus novis, vetera constituta solventibus. Quando enim paternarum regularum despiciuntur inventa, nec eorum quæ bene instituta sunt firmitas vindicatur, hujusmodi impietates necesse est fidei supervenire. Nam ubi facilis dissolutio est rationabilis constituti, ibi omnis sanctitatis forma corrumpitur, Christus impetitur, & (quis hoc fidelium patienter accipiat?) instituta patrum reverenda calcantur. Et quis non vitæ mortem justa electione præponat? Vbi catholicæ fidei adoranda reverentia? Vbi multo cruore sanctorum dogmata constituta? Vbi doctorum veterum fidelis auctoritas? Vbi illa religiosarum mentium stupenda patientia, propriis bonis contenta nudari, ne de spe æternæ hereditatis excideret, quasvis ambiens passiones, ne incorruptibilis illius boni judicaretur indigna? Nam nulla majora documenta sunt fidei, quam ubi temporis ratio suadet vitam subdere passioni: & ideo qui pro ea periculum persecutionis subire meruerit, dignum se cælestis ostendit esse militiæ. Christus nos pio sanguinis precio comparavit gratiæ libertate concessa, nihil invenientibus humanis operibus, quod dignum tanta mercede tribuerent. Atque ideo ubi religionis injuria est, amorem fidei omnem transcendere oportet affectum. * recidiva

Vnusquisque ergo exilia & peregrinationes tamquam domum patriamque respiciat; ne desideriis retentus humanis, Christi societate privetur. Ecce tempus, quo repetit fides milites suos, & inclamat ad defensionem sui fervorem gratiæ consecutos. Fidem ipsam dicere judicemus. Ecce tempus optabile, ecce fructuum congregatio desiderata fidelium, parvis passionibus munera magna compenset.

Pluribus caritatem vestram quo dispensatione nobis credita cuperemus hortari: sed quid opus est vocis stimulis, ubi ad tolerandas pro Christo magnanimiter passiones apostolicis & patrum docemur exemplis, qui per damna humanarum rerum, cælestium nobis ostenderunt * argumenta virtutum? Ergo pronuntiemus intrepidi claras ecclesiæ cum magna fiducia disciplinas. Longe sit a nobis prophetæ sermo dicentis: *Et sacerdotes vera celaverunt.* Quem enim latet, discipulorum scientiam a doctoribus exigendam? & quod non pronuntiatum lædit sequaces, hoc constat periculosum esse tacentibus. Necesse est enim apud eos laborare veritatem, apud quos non manifestatum latet sub veritatis colore mendacium, magnum robur ad impugnantium fidem, quamdiu adversus eos prolatæ sententiæ non viriliter asseruntur. Sed de vobis dicere opto meliora: ut ea quæ per improbos confusa sunt, per vos correctionis remedium consequantur. Non est tam durum decipi quemquam, quam deceptum in errore persistere. Malum hoc & malis omnibus gravius, cum a corpore suo membra dissentiunt. Nam etsi non sigillatim occupet omnia lineamenta debilitas, necesse est tamen juxta apostolicam vocem, totum corpus ex parte prægravari.

*augmenta

Thren. 2.

Unde addictorum fugienda communio, juxta beatum apostolum: *Pronuntiationem fidei nullus erubescat: virtus est enim omni credenti.* Declinemus sacrilegium Eutychetis errorem cum Manichæa malitia congruentem; communionem quoque eorum qui sunt a talibus educati, pari intentione vitemus, qui nunc quasi morbum & contagium ecclesiis partium vestrarum tentant irrepere. Nemo se separet cum prædictis, & ferre tempestatem dissimulet, donec portum veræ fidei ab eorum communione separatus introeat. Quæ quidem amans moneo, non odio persequens accuso: Nam qui culpanda vituperat, nec utilia subministrat, exprobrantis habet potius studium, quam amantis affectum: & qui cohortatur ad profutura, vehementius boni propositi designat imaginem, ut ferventius utilia expetantur, invitans.

Rom. 1.

Propter quod, fratres, illius bonæ ecclesiæ desiderantes unitatem, & beatum decorem sanctæ concordiæ præsumentes, dicamus cum sancto David: *Quam bonum & quam jucundum habitare fratres in unum:* & ut de vobis apostolus Paulus dixerit: *Vos autem omnes fratres in Christo uno estis.* Donec enim unitas non redeat, nullus ambigat * tandem nihilo minus esse ventura, quæ in Constantinopolitana nuper ecclesia contigerunt; de quibus mihi pariter ingemiscere necesse est & tacere. Nam qui apostolicæ sedis admonitionem negligendam esse crediderunt, merito inciderunt in ea quæ evenire solent solatio destitutis. Si quis ergo salutem propriam cogitans servare cupit apostolica judicia, cum a præfatorum se labe sejunxerit, nostræ communionis se noverit sine dubitatione participem. Quia si ab eorum, quos apostolica sedes damnavit, non se societate removerit, sciat nullo colore, nullo figmento, nullaque calliditate ecclesiasticæ se custodiæ posse subrepere: quia sicut illos, qui se a suprascriptorum, hoc est, Eutychetis, Dioscori, Timothei, Petri, & Acacii venenis dissociant,

Psalm. 132.

1. Cor. 11.

* eadem

A libenter amplectimur; ita circa istorum sectatores cura & solicitudo nostra, ne subrepere possint, semper invigilat. Et alia manu: Deus vos incolumes custodiat, fratres carissimi. Data octavo Idus Octobris post consulatum Felicis viri clarissimi. "

" Anno Christi 512.

EPISTOLA ORIENTALIUM EPISCOPORUM AD SYMMACHUM.

Petunt ut orientalibus ecclesiis schismate laborantibus opem ferat, seque in communione recipiat: catholicam fidem profitentur, & hæreses damnant.

B

Ecclesia orientalis ad Symmachum episcopum Romanum.

Bonus ille & amator hominum dominus noster Iesus Christus, qui propter bonitatem suam in nos inclinans cælos, & descendens ad terras, immaculatis euangeliis quotidie illud clamat: *Non est opus valentibus medico, sed male habentibus: Non veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam.* Plus autem volens aperire opera suæ clementiæ, adjecit in sequentibus dicens: *Quis autem vestrum habens centum oves, si perdiderit ovem unam ex iis, nonne relinquit nonagintanovem in deserto, & vadit ad perditam, quamdiu inveniat illam? & inveniens imponit illam gaudens in humeris suis: & veniens domum suam, convocat amicos suos & vicinos, dicens: Congaudete mihi, quia inveni ovem meam perditam.* Et ut clarius fieret quod dicitur, mox adjecit parabolam mulieris, quæ perditam invenerat drachmam, utrisque adjungens & dicens: *Amen dico vobis, quia sic fiet gaudium in cælis de uno peccatore pœnitentiam agente.*

Matth. 9.
Marc. 2.

Luc. 15.

C

Hæc diximus, sanctissime, ausi supplicare non pro perditione unius ovis, neque pro perditione unius drachmæ, sed pro amica nobis salute, non orientalium partium tantum, sed trium prope plagarum habitabilis mundi, non corruptibili argento aut auro redemptarum de vana conversatione a parentibus tradita, sed
D pretioso sanguine agni Dei: sicut docuit beatus gloriosorum apostolorum princeps, cujus cathedram beatitudini tuæ credidit Christus optimus pastor, qui venit quærens & liberans quod perierat, & ponens animam suam in redemptionem pro multis. Quem imitatus, sanctissime beatissimeque, festina ad adjuvandum nos, sicut beatus Paulus doctor vester ad auxilium quandoque Macedonum festinavit: & quidem ille in visione cognoscens periclitari Macedones, in veritate adjuvare eos properavit.

Cathedram Petri tenet Romanus episcopus.

1. Pet. 1.

Actor. 16.

Tu autem affectuosus in filiis pater, non visione, sed in veritate spiritualibus cernens oculis pereuntes in prævaricatione patris nostri
E Acacii, noli remorari: magis autem (ut ita dicam sicuti propheta) *non dormites, sed festina ad liberandum nos:* quia non in ligando tantum potestas est tibi data, sed in solvendo quoque diu vinctos ad imitationem magistri: neque in eradicando, vel diruendo, sed in plantando & ædificando, secundum beatum Ieremiam, magis secundum salvatorem mundi Christum, in cujus ille extitit typo: neque in tradendo tantum satanæ in interitum carnis, sed & in caritate formando, longa aversione dejectos: ne (quod absit) majori tristitia absorptis nobis a satana videamini pertulisse dispendium.

Psal. 110.

1. Cor. 5.

Non

Non enim ignoras ejus ingenium, qui quotidie a sacro doctore tuo Petro doceris oves Christi per totum habitabilem mundum creditas tibi pascere, non vi, sed sponte coactas: qui cum doctissimo Paulo clamas nobis subjectis & dicis: *Non enim dominamur vobis in fide; sed cooperamur in gaudio.*

Quare deprecamur disrumpi novum chirographum nostrum, sicut salvator & dux noster Christus vetus illud in cruce disrupit; ne ultra post lavacrum regenerationis, malorum nostrorum subjaceamus delicto, sed ut ejus qui comedit, uva acerba ligaverit dentes, secundum B. Ezechielis prophetiam. Cum ergo in veritate parabolam istam salutari adventu suo salvator impleverit; cur, sanctissime ac beatissime, Acacii inobedientia, uvam acerbam comedentis, nostri, id est filiorum ipsius in tam longo annorum cursu ligati sunt dentes? Si unus homo peccavit, quare toti synagogae, aut magis toti habitabili mundo per anathema divinus furor incumbit? Ubi ergo Dei promissio, quae dicit: *Non percipient filii parentum peccata, neque parentes filiorum suorum, sed unusquisque morietur in suo peccato?*

Si propter Alexandrinorum, aut magis Eutychianorum amicitiam, qui aversantur & anathematizant sanctissimum & beatissimum papam Leonem, vel in Calchedone synodum habitam, anathematizatus est Acacius; quare nos a vobis aestimamur haeretici, & in anathemate sumus nos, qui amplectimur solam illam epistolam, & quae dicta sunt in sancta synodo? Qui propter praedicationem recti dogmatis vestri quotidie oppugnamur, & ut haeretici anathematizamur ab iis qui Eutycheti consentiunt. Noli facere judicium, per quod cunctam judicat terram: ne perdas justum cum impio: nec fiat apud te justus ut impius: nec aequaliter judicentur a te orthodoxi & haeretici, vel qui anathematizant praedictam sanctam epistolam, sanctamque synodum vestram rectam, & ii qui vobiscum ab eis anathematizantur, & qui orant mori quotidie pro recta fide, quae a vobis praedicatur.

Et Iesus quidem Nave in circumcisos, & idolorum servitores Gabaonitas cum mendacio fugientes ad se, dum oppugnarentur ad Abimelech vel ceteris quatuor cum eo principibus, pro eo quod ad eum confugerant, Deo cooperante, strenue vindicavit, ne blasphemaretur nomen Dei ejus tamquam non eos adjuvare praevalentis. Vos autem, sanctissimi viri, Iesu magni Dei & salvatoris spei nostrae discipuli, imitatoresque ejus qui figuram servi assumpsit, ut nos liberos redderet a peccato quod regnabat in nobis; videntes oppugnari nos & mortificari, non sicut Gabaonitas incircumcisos, sed vobiscum circumcisos in Christi circumcisione, neque idolorum servitores & aemulos, etsi peccatores, tamen Christianos, & vobiscum omnia in Christo sapientes, non despiciatis, neque contemnatis ultra, pii patres: sed sicut beatissimus praedictus Iesus Nave, non illos tantum, sed & Raab meretricem illis antepostuit propter duorum exploratorum susceptionem; ita & vos nos vigilanter assumite cum Dei juvamine propter duarum naturarum traditionem, quae a vobis per epistolam inter sanctos constituti papae Leonis contra Eutychetis deliramenta directa est. Et illa quidem suscipiens explorantes, in stupam lini suae domus abscondit: nos autem rectae fidei vestrae suscipientes confessionem, in corde nostro non abscondimus, sed in ecclesiarum dogmatibus Dei misericordia eam cum auctoritate praedicamus. Et illa quidem rogata per metum eos se habere negavit: nos autem oramus, ne unquam humano metu negemus rectae doctrinae nostrae veritatem; & usque ad sanguinem pro ea stabimus, * si sit necesse. *(* si ita contingat.)*

Unde non taedeat nos adjuvare, neque odio habeatis propter adversantium communionem: quando se ab hac plurimi facultatibus impediti, & non habentes solicitudinem multarum animarum suspenderint: quibus vero multarum animarum cura commissa est, in creditis sibi communicent ecclesiis, nullum contrarium habentes communicantem sibi, & metuentes relinquere lupis oves propter vocem domini dicentem: *Mercenarius autem, & qui non est pastor, cujus non sunt oves propriae, videt lupum venientem, & relinquit oves & fugit, & lupus rapit eas atque dispergit; quia mercenarius est, & non habet ovium curam.* (Ioan. 10.) Quod ergo non amore vitae capti, sed ovium salutem curantes plurimi sacerdotum hoc faciunt, deinceps, miserante Deo, cognoscere poterit tua paternitas.

Diligens cura pastoralis exhibita.

Quidam enim de his qui in sacerdotio constituti sunt, * spectantes in exilio mitti presbyteros orthodoxos & sanctos viros, volentes se praeter necessitatem ab ecclesiis suo arbitrio subducere, ipsosque sequi, non cesserunt eis hoc facere, adjurantes eos, ut manerent in creditis sibi sanctis ecclesiis ad populi munimen orthodoxi, in se suscipiendo quae putantur discretionis illorum. *(* sperantes.)* Sicut Rebecca quondam dicens Iacob: *In me peccatum tuum, fili:* (Genes. 27.) ita illi ab ecclesiis sibi creditis discedere sponte volentibus dixerunt: In nos veniat peccatum discretionis vestrae: tantummodo oves Christi praeter necessitatem lupis non relinquatis; ne in loca vestra haeretici ingredientes, lupi discerpant oves; aut certe ab ipsis ovibus suis propter rectam fidem fugati, & his qui non fugantur, sed sponte discedere cupiunt, ne cui adversantium communicent, tali fide dicentes: Putas isti amore vitae hoc faciunt, an amore animarum, ad imitationem domini sui primi pastoris nostri Iesu Christi magni Dei & salvatoris spei nostrae, qui animam suam posuit pro ovibus suis?

Quasi debitum exigunt.

Omnimodo autem & qui videntur communicare orthodoxi, & qui se a communione abstinent, omnes post Deum tuae lumen visitationis & assumptionis opperimur. Quare festina juvare orientem, ex quo vobis duo grandia diei lumina Petrum & Paulum ad illuminationem totius mundi salvator direxit. Reddite ergo ei bonam retributionem, quam ipse vobis dedit: illuminate eum rectae fidei lumine, sicut per ipsum vos quondam divinae cognitionis lumine idem illuminavit. Sicut enim quando toto mundo in peccatis aegrotante, unius hominis delicto lassati, in aegritudinis curatione boni illius medici discipuli ipsum caelestem medicum & principem pastorem, magistrum suum ad curam vocantes aegritudinis ipsius, aliquando dicebant: *Domine inclina caelos tuos, & descende:* (Psalm. 143.) aliquando rursum: *Qui regis Israel, intende: Qui sedes super che-* (Psal. 79.)

cherubim, appare: excita potentiam tuam, & veni, ut liberes nos: sic nos modo, qui infirmitati novæ prævaricationis patris nostri dejicimur, ad tuam clamamus beatitudinem; ut & tu imitator existens Filii Dei, ad * dilectionem deprecatione venias, imitatione ipsius cælestis Patris tui, *qui facit solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super justos & injustos.* Festina in auxilium nostrum, sciens, sanctissime (sicut in principiis dictum est) quia *non opus habent sani medico, sed male habentes.*

* dejectionem

Matth. 5.

Matth. 9

Quod si parua existeret ægritudo, nos forsitan ad spiritualem nostrum medicum curreremus, quatenus & passiones bonorum medicorum, id est, gloriosorum Christi discipulorum, vestrorumque doctorum, & sancta adoraremus tua vestigia, ut & prævaricationis medicinam, & solutionem vinculorum, & delicti remissionem de tuo sancto ore susciperemus.

Sed quia *non est ulcus aut macula, neque plaga tumens, sed totum ulcus est a pedibus usque ad caput,* sicut beatus Isaias antiquam prævaricationem deflens dixit: vos jam boni medici, & illius veri medici, vel bonorum discipulorum ipsius certissimi plantatores festinate ad curam resolutorum ecclesiastici corporis membrorum; ut dissolutas manus nostras, dissolutaque genua erigatis, & cursus rectos faciatis pedibus nostris; ne quod claudum est, amplius distorqueatur, sed curetur magis per strenuitatem & optimam diligentiam vestram.

Isa. 1.
Ex ingenti calamitate orientalis ecclesiæ arguunt.

Sicut enim magistro nostro domino Paulo glorioso apostolo propter infideles aliquos, dum eum pigeret sermonem domini in Corintho loqui, adstans dominus dixit: *Loquere & non taceas, quia multus est mihi populus in hac civitate*, & nunc tuæ dicit beatitudini ejus benignitas: Festina, & noli tardare ad orientis auxilium, magis autem ad majores partes habitabilis mundi, quia non tantum pro centum viginti millibus in magna quandoque constitutis civitate Ninive, sed a multo pluribus spera expectari tuam post Deum medicinam. Si enim qui præcessit beatitudinem tuam inter sanctos constitutus Leo archiepiscopus ad Attilam tunc erronem barbarum per se currere non duxit indignum, ut captivitatem corrigeret corporalem, nec tantum Christianorum, sed & Iudæorum (ut credibile est) atque Paganorum: quanto magis festinare ad tuam attinet sanctitatem, non ad corporeæ, quæ bello fit, captivitatis correctionem atque conversionem, sed animarum, quæ captivatæ sunt, vel quotidie captivantur? & inter duas diabolici vias erroris, Eutychetis atque Nestorii, tertiam imo mediam nobis ostendas expressius veri rectique dogmatis viam.

Act. 18.

Iona. 4.

Ab exemplo sancti Leonis papæ arguūt.

Dubiam eam fecerunt nostra peccata, æstimantibus quibusdam non posse inter Nestorii & Eutychetis salutis viam mediam reperiri; sed quod omnino necesse sit, aut illius esse quemquam, aut illius. Propter hoc festina post Deum nos adjuvare: & sicut inter Arii dividentis atque separantis unam deitatis naturam atque substantiam, & Sabellii quoque confundentis personas & minuentis numerum trinitatis, ostenderunt sanctissimi patres viam mediam veritatis, in confessione divinitatis unam substantiam, naturam, virtutemque demonstrantes, propter Sabellium tres personas & æquæ potentiæ unam veritatem: sic & vos nunc, sanctissimi atque beatissimi, illuminate nos spiritualis scientiæ vestræ lumine, quæ est inter sententiam Eutychetis ad imitationem Sabellii naturas atque substantias confundentis, & inter Nestorii ad imitationem Arii personas atque substantias dividentis, vera rectæ fidei confessio, tradita nobis a papa Leone inter sanctos constituto, & discipulorum in Calchedone sanctorum patrum duarum substantiarum aut naturarum unitas in una eademque persona & substantia magni Dei & salvatoris nostri Iesu Christi.

Ipsi enim docuerunt nos divinis scripturis alteram esse visibilem & palpabilem & passibilem carnis naturam, & alteram invisibilem, impassibilem, & incomprehensibilem naturam in una persona & substantia magni Dei & salvatoris nostri Iesu Christi: alteram de matris substantia & natura venientem de semine David, Abrahæ, & Adæ, secundum carnem natam, alteram vero ex utero ante Luciferum genitam de substantia & natura Patris. Sed ne rursus propter immaculati partus duas naturas & substantias occasionem apprehendentes qui secundum Nestorium sapiunt, duas personas, aut duos filios, vel duos Christos male introducant; docuerunt sancti illi & beati patres unam scire personam & substantiarum inseparabilem unitatem ex duabus substantiis & naturis, & in duabus substantiis & naturis magni Dei & salvatoris nostri Iesu Christi.

Fidei professio.

Nos enim, o sanctissime & beatissime Symmache, eumdem esse existimamus ex duabus naturis, & in duabus naturis, & non (sicut illi dicunt) ex duabus naturis unam naturam post adunationem, in duabus autem subsistentibus naturis cum unitate non pati confiteri; ut se doceant Arianorum esse imitatores, dicentium per Filium glorificari Patrem, cum Filio autem non pati se eum glorificari. Sed sicut contra illos docuerunt fratres tui sanctissimi patres, Per quem & cum quo æqualiter pati dicere nos: quia, Per quem, humanitatem; Cum quo, divinitatem significantes magni Dei & salvatoris nostri Iesu Christi: sic & nunc illis, Ex duabus quidem naturis, dicentibus; In duabus autem non confitentibus, nos ex duabus, & in duabus pariter dicimus. Ex duabus enim dicentes, ex quibus subsistit unitas; In duabus autem, in quibus visus est, & palpatus est, & assumptus post passionem & resurrectionem, confitemur, & in quibus veniet judicaturus vivos & mortuos.

Fidei catholicæ confessio.

Neque enim nuda divinitas poterat aut palpari, aut crucifigi pro vita mundi; nec simplex humanitas morti subjacens per mortem confundere eum qui obtinebat mortem, hoc est, diabolum. Vnde & post resurrectionem in immaculata carne sua visum Verbum Dei & Deus noster omnibus discipulis suis dicebat: *Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipse sum: palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habentem. Habentem* dixit, ut non is in illa mutatus putaretur, sed in veritate assumpsisse crederetur. Beato quoque Thomæ diffidenti clamat: *Infer digitum tuum, & vide manus meas: & da manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis.* Vnde, dum assumeretur, duo viri visi discipulis

Luc. 24.

Ioan. 20.

scipulis in albis vestibus clamabant & dicebat: A
1.1. *Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cælum? Hic Iesus, qui ablatus est a vobis in cælum, ita veniet, sicut vidistis euntem in cælum*, cum venerit omnimodo in gloria Patris cum sanctis angelis in die terribili justi judicii: sic infideles Iudæi videbunt in quem compunxerunt, & cum eis peccatores etiam nostri, cum qui eorum misertus est & liberavit eos, neglectus autem ab eis est. Secundum vos autem sancti & justi videbunt quem dilexit anima eorum; & lætabuntur lætitia ineffabili & gloriosa, accipientes consummationem fidei suæ in salutem animarum suarum, & audientes suavissi-
25. mam vocem ejus dicentis: *Venite benedicti Patris mei, hereditate paratum vobis regnum ab initio mundi.* B Cujus beatæ vocis cum tua beatitudine & nos indignos dignetur Christus dominus noster, per omnia sanctissime pater.

IX. AD EPISCOPOS GALLIÆ.

Confirmat divisionem provinciæ inter Viennensem & Arelatensem ecclesias a Leone papa constitutam.

Dilectissimis fratribus universis episcopis per Gallias consistentibus, Symmachus.

SEDIS apostolicæ instituta prædicanda sollicitant, ut de concordia universalis ecclesiæ, quæ toto orbe diffusa est, pervigili cura C tractemus. quæ tunc præcipue efficacius adolescit; si ea quæ a patribus statuta sunt, ætas subsequens reverenter observet. Cæsarius siquidem frater & coepiscopus noster, metropolitanæ Arelate civitatis sacerdos, ecclesiæ beati apostoli Petri liminibus præsentatus, ea quæ pridem de privilegiis ecclesiarum constituta sunt, nostris postulavit innovari sermonibus. Cuncta igitur inter ecclesias Arelatensem & Viennensem a decessore nostro beatæ recordationis Leone papa quæ super hac parte ordinata sunt, ecclesiæ Romanæ fidelis declarat instructio. Atque ideo ne ea quæ semper veritatis est æmula, sibi aliquid vendicare queat oblivio, & prioris Decreti vi- D gor temporis diuturnitate vergat in senium, necessarium duximus olim promulgata in lucem reddere nostris affatibus. Idcirco quemadmodum decessor noster Leo papa dudum cognitis allegationibus partium definivit, parochiarum numerum, vel quantitatem Arelatensi & Viennensi sacerdotibus deputandam, & nos præcipimus nullius usurpatione transcendi: sed ut ante prædiximus, juxta indulgentiam supradicti pontificis, Valentiam, Tarantasiam, Genevam, atque Gratianopolim opida Viennensis antistes juri suo vindicet; nec E quidquam amplius ab his quæ semel ab apostolica sibi sede concessa sunt, æstimet præsumendum. Alias vero parochias, vel diœceses cunctas privilegio & honore suo Arelatensis episcopus sub temporum continuatione defendat. Nec enim observatio & vetustatis reverentia custoditur, si amplius de humilitate gloria sacerdotalis attollitur. Proinde, fratres carissimi, singuli honoris sui distributione contenti, nec per sæcularia patrocinia, nec per cujuslibet excusationis obtentum, illicita præsumptione terminos concessæ potestatis excedant. Studere siquidem unusquisque debet devotionis officium magis gratia, quam de ambitione, ne & domini nostri offensam, & humanam in se lacessat invidiam. Tacere nos ista commissæ dispensationis jura minime patiuntur: ut & de his qui ecclesiasticis regulis obsecundant perseverantibus in concordia sedis apostolicæ gratulemur, & illi qui catholicis disciplinis obtemperare destiterint, ab ecclesiæ gratia & caritate se alienos ostendant. Deus vos incolumes custodiat, fratres carissimi. Data Idibus Novembris, Probo viro clarissimo consule." "Anno Christi 502.

Exemplum libelli Symmacho papæ oblati ab Ægidio Abbate & Messiano Notario, de privilegiis ecclesiæ Arelatensis.

QVANTVM in omnibus ecclesiarum pontificibus, quæ in toto orbe diffusæ sunt, apostolica sedes sibimet vindicat principatum, & synodalibus decretis firmior ejus præcellit auctoritas; tantum potestatis suæ provisione dudum asese concessa debet inconcussa servare, quatenus Arelatensis ecclesia fruatur privilegiis suis. Quæ nunc per antistitem Cæsarium seriem suæ petitionis insinuat, & quam hactenus habuit potestatem vestra deposcit auctoritate firmari; ut quod veneranda sedes quondam perenni sanctione custodiri præcepit, & pragmaticis specialiter decreta sunt constitutis, beatitudinis vestræ præceptis suis etiam nunc confirmet auctoritas. Aquensis etiam civitatis episcopum sanctitatis vestræ moneri præcipite constitutis, ut dum a metropolitano antistite ecclesiæ Arelatensis ad synodale concilium fuerit evocatus, vel aliqua ordinationis causa eum sibi postulet religio divina necessarium, minime venire frustretur. quatenus ea quæ longævis sæculis priscorum sanxit auctoritas, vobis præsulibus præsenti futuræque ætati inviolata serventur. Data ab Ægidio abbate & Messiano notario.

X. AD CÆSARIVM ARELATENSEM.

Respondet præcedenti.

Dilectissimo fratri Cæsario Symmachus.

QVI veneranda patrum statuta custodit, amicum se absolutæ religionis ostendit; & qui providet ut locum excessibus non relinquat, demonstrat se de bono gratiæ cogitare. Rationabile est, ut sancta Arelatensis ecclesia propriis privilegiis perfruatur; & quod vetustas præstitit, & patrum auctoritas roboravit, nova non debet violare præsumptio. Sic tamen, ut ceterarum ecclesiarum privilegia temporibus acquisita non titubent: quia nec potest ex parte firmum esse, quod generalitatis tangit injuriam. Manentibus siquidem his quæ patrum constituta singulis ecclesiis concesserunt, decernimus, ut circa ea, quæ tam in Galliæ, quam in Hispaniæ provinciis de causa religionis emerserint, solertia tuæ fraternitatis invigilet: & si ratio poposcerit præsentiam sacerdotum, servata consuetudine, unusquisque tuæ dilectionis admonitus auctoritate conveniat. & si Dei adjutorio controversia incidens amputari potuerit, ipsius hoc meritis applicemus: alioquin existentis negotii qualitas ad sedem apostolicam te referente perveniat; ut cunctis ordine suo peractis,

 unde

unde inimicus bonitatis sibi blandiatur, locum invenire non possit. Igitur, quemadmodum supra diximus, per singulas ecclesias beneficia quæ sunt diu custodita serventur. Et si tam ecclesiæ Aquensis antistes, vel alius quilibet, metropolitano pontifici juxta canonum definitionem vocatus obtemperare noluerit; noverit subdendum se, quod non optamus, ecclesiasticę disciplinæ. Et in hac parte magnopere te volumus esse solicitum, ut si quis de Gallicana vel Hispana regionibus, ecclesiastici ordinis atque officii, ad nos venire compulsus fuerit, cum fraternitatis tuæ notitia iter peregrinationis arripiat: ut nec honor ejus per ignorātiam aliquam contumeliam patiatur, & ambiguitate depulsa a nobis animo securo in communionis gratiam possit admitti. Deus te incolumem custodiat, frater carissime. Data III. Idus Iunias Flavio Senatore viro clarissimo consule."

[a] Anno Christi 514.

"** XI. AD THEODORUM LAUREACENSEM.

Cui pallii concedit usum.

[a] Ex appendice ad chronicon Reichersspergense & ex metropoli Salisburgensi Hundii.

Symmachus " sanctæ apostolicæ sedis gratia Dei episcopus reverendissimo & sanctissimo fratri Theodoro Laureacensis ecclesiæ archiepiscopo.

DIEBUS vitæ tuæ pallii usum, quem ad sacerdotalis officii decorem & ad ostendendam unanimitatem, quam cum beato Petro apostolo universus grex dominicarum ovium quæ & commissæ sunt habere dubium non est, ab apostolica sede sicut decuit, poposcisti, quod ut pote ab eisdem apostolis fundatæ ecclesiæ majorum more libenter indulsimus ad ostendendum te magistrum & archiepiscopum, tuamque sanctam Laureacensem ecclesiam provinciæ Pannoniorum sedem fore metropolitanam. Idcirco pallio, quod ex apostolica caritate tibi destinamus, quo uti debeas secundum morem ecclesiæ tuæ solerter admonemus, pariterque volumus, ut intelligas, quia ipse vestitus, quo ad missarum solennia ornaris, signum prætendit crucis, per quod scito te cum fratribus debere compati ac mundialibus illecebris in affectu crucifigi. Vnde cum te foris hujusmodi insignio indueris, intus in animo considera, quod hoc sit magis oneris quam honoris, atque cor tuum Deo tegente ab appetitu istius sæculi sic tempera, ut & commissam exequi gubernationem studeas, & adeptæ dignitati, cujus sublimaris officio, & probitate morum & vivacitate sollicitudinis ac custodia integerrimæ fidei congruas, quatenus tu ipse a remuneratore omnium bonorum Deo, & benedictionis gratiam, vitamque æternam consequi merearis. Amen.

"** XII. AD AVITUM EPISCOP. VIENNENSEM.

Cur inauditam causam judicare noluerit: quodque leges sint aliquando solvendæ.

[a] Ex schedis R. P. Hier. Vignerii pag. 583. tom. V. Spicilegii.

Dilectissimo fratri Avito " Symmachus.

NON debuit caritatem tuam offendere, quod ad fratrem & coepiscopum nostrum Æonium nuper rescripsimus. Non enim juri tuo, dilectissime frater, præjudicatum fuit, cum nos, inaudita parte & absque competenti instructione non posse judicare respondimus. Vnde fraternitati tuæ salvum est allegare quod putaverit allegandum & proponere quod viderit proponendum. Nam licet confusionem provinciæ a prædecessore nostro sanctæ memoriæ Anastasio episcopo præter ecclesiæ consuetudinem & antiqua prædecessorum nostrorum statuta factam esse dixerimus & non esse tolerandam; attamen si ea quæ fecit, rationabiliter fecisse fraternitas tua docuerit, gaudebimus nihil esse ab eo contra canones attentatum quia quod fit præter regulam, modo sit ex justa causa, non infringit regulam, quam sola pervicacia & antiquitatis contemptus lædit. Nam quamvis a patribus statuta diligenti observatione & observanti diligentia sint custodienda, nihilominus propter aliquod bonum de rigore legis aliquid relaxatur, quod & ipsa lex cavisset si prævidisset. Et sæpe crudele esset insistere legi cum observantia ejus esse præjudiciabilis ecclesiæ videtur; quoniam leges ea intentione latæ sunt, ut proficiant, non ut noceant. Quamobrem pergat dilectio tua, rationes quæ prædecessorem nostrum ad tractandam prædictam confusionem impulerunt ad nos dirigere, ut & sciamus quid fuerit statuendum & in domino lætemur beatæ memoriæ Anastasium nihil fecisse retractandum. Deus te incolumem servet, frater dilectissime. Data III. Idus Octobres Avieno & Pompeio consulibus." [a] Anno Christi 501.

ANNO CHRISTI 499.

[a] SYNODUS [b] ROMANA I. SUB SYMMACHO PAPA [c] episcoporum LXXII.

[d] De tollendo ambitu in comitiis pontificiis.

TITULI CAPITULORUM.

I. *Suggestio Fulgentii archidiaconi ecclesiæ Romanæ, de congregata synodo ex præcepto papæ Symmachi.*

II. *Interlocutio Symmachi, ut episcopalis ambitus radicitus amputetur.*

III. *Sententia synodi, ut si quis papa superstite pro Romano pontificatu cuiquam quolibet modo favorem præstare convincitur, loci sui ordine vel communione privetur.*

IV. *Vt si papa præventus morte, non potuerit ante de sui successoris electione decernere, is ordinetur antistes, quem cunctus clerus, aut certe pars major, elegerit.*

V. *Vt si quis ambientes, vel fautores ambientium, conjuratoresque prodiderit, non solum purgatus videatur esse, si fuerit particeps, verum etiam remuneratione dignissimus æstimetur.*

[e] POST consulatum Paulini viri clarissimi, Kalendis Martii, in basilica beati Petri apostoli, synodo præsidente beatissimo papa Symmacho, Fulgentius archidiaconus dixit:

I.

[f] Beatitudo vestra, directis antehac per provincias auctoritatibus, frequentem Italiæ sacerdotum synodum convocavit, quorum præsentia in vestris videtur oculis constituta. Nunc beatitudo vestra, quæ ad ecclesiasticas indemnitates, vel ad pacem totius ecclesiæ pertinent sive concordiam, dignetur tractabiliter ordinare. Acclamatum est ab omnibus episcopis & presbyteris: Exaudi Christe: Sym-

Symmacho vita. Dictum est decies. Cujus sedem & annos. Dictum est novies, Ut facias, rogamus. Dictum est decies.

II.

Symmachus episcopus ecclesiæ catholicæ urbis Romæ dixit: Concilium dilectionis vestræ, neglecta hiemis asperitate, solicitudo nostra pro ecclesiastica indemnitate specialiter congregavit, ut episcopalem ambitum, & confusionis incertum vel popularem tumultum, quem per surreptionem diaboli usurpatione aliquorum tempore ordinationis meæ B constat exortum, communicato pariter tractatu, in futurum possimus robuste ac vivaciter amputare. Atque ideo caveamus in posterum, ne subversio disciplinæ, aut audacia præsumentium gestiat tentare similia: & pari adunatione tractemus, expressis scilicet sententiis sancientes, quid circa Romani episcopi ordinationem debeat custodiri. Universi episcopi vel presbyteri dixerunt: Ut fiat, rogamus. Dictum est decies. Ut scandala amputentur, rogamus. C Dictum est novies. Ut ambitus extinguatur, rogamus. Dictum est * duodecies. Exaudi Christe: Symmacho vita. Dictum est sexies. Cujus sedem & annos. Dictum est quinquies. Ut de præsenti fiat. Dictum est decies. Symmachus episcopus dixit: Quoniam fraternitas vestra curam provisionis nostræ suis exhortationibus incitavit, & parilem circa ecclesiæ tranquillitatem Dei nostri contemplatione animum præstat, sicut præfati sumus, deliberatione in præsenti habita, quid placeat ex omnibus, vestris informate sententiis, quæ in hoc venerabili concilio per ecclesiastica recitentur officia. Cumque surrexissent, & paulo post iterum consedissent, Æmilianus notarius synodi decreta vulgavit.

" * * *In cod. V. C. Henrici Iustelli hæc inseruntur:*

SENTENTIA SYNODI.

Ut si quis papa superstite, pro Romano pontificatu cuique quolibet modo favorem præstare convincitur, loci sui ordine privetur.

III.

9. Propter frequentes ambitus quorumdam, & ecclesiæ nuditatem, vel populi collisionem, quæ molesta & iniqua incompetenter episcopatum desiderantium generavit aviditas, ut extinguatur futuris præsumptio tam perniciosa temporibus, constituit sancta synodus, ut si presbyter, aut diaconus, aut clericus, papa incolumi, & eo inconsulto, aut subscriptionem pro Romano pontificatu commodare, aut * pitacia promittere, aut sacramentum præbere tentaverit, aut aliquod certe suffragium polliceri, vel de hac causa privatis conventiculis factis deliberare atque decernere, loci sui dignitate atque communione privetur. Universa synodus surgens, Privetur, acclamavit: Exaudi Christe: Symmacho vita. Dictum est decies. Hic pax cum Symmacho. Dictum est quinquies. Cujus sedem & annos. Dictum est octies. Pari severitate feriendo eum, qui hoc, vivo (sicut dictum est) pontifice, quolibet modo fuerit ambisse convictus, aut certe tentasse, omnibus pariter hujus culpæ reis anathematis pœna plectendis. Symmachus episcopus dixit: Ergo universitati placet, & ab omnibus recognoscitur vel probatur ista sententia? Universa A synodus dixit: Placet: & quod omnibus placet, fiat.

IV.

Dist. 79. Si transitus.

g Si (quod absit) transitus papæ inopinatus evenerit, ut de sui electione successoris (ut supra placuit) non possit ante decernere, si quidem in unum totius inclinaverit ecclesiastici ordinis electio, consecretur electus episcopus. Si autem (ut fieri solet) studia cœperint esse diversa eorum, de quibus certamen emerserit, vincat sententia plurimorum: sic tamen, ut sacerdotio careat, qui captus promissione, non recto judicio de electione decreverit. Synodus dixit: Placet. Dictum est decies.

V.

Ibidem, Si quis papa super.

Propter occultas autem fraudes, & conjurationum secretas insidias, quas hujus sententia districtionis consequitur; si quis ad ecclesiasticam pertulerit notitiam consilia eorum qui contra hanc synodum de pontificali egerint ambitu, & rationabili probatione convicerit, particeps actionis hujusmodi non solum purgatus ab omni culpa sit, sed etiam remuneratione; quæ non indigna sit, sublevetur. Universa synodus surgens acclamavit: Placent omnia: Exaudi Christe: Symmacho vita. Dictum est ' tredecies. Ut ista serventur, rogamus. Dictum est ' decies. Ut nullus aliter ad episcopatum Romanum deinceps veniat, precamur. Dictum est decies. Ut decreta nostra confirmes, rogamus. Dictum est ' decies. Symmachus episcopus catholicæ ecclesiæ urbis Romæ dixit: Acclamationes vestras, synodique judicium præsentia gesta suscipient. Et adjecit: Ea quæ ad sopiendos veternosæ præsumptionis errores, vel infensæ D rebus ecclesiasticis ægritudinis morbos, quibus universalis afficiebatur ecclesia, deliberatio religioni congrua pacique constituit, firmitatem ' perpetem sortiantur, ut præstante Deo, quem custodem rerum constat esse bonarum, synodalis ordinatio vigeat, atque omnes sine personæ alicujus distinctione constringat. Contra quam si quis sub qualibet occasione venire præsumpserit, ' indicta superius districtione plectetur. Et subscripserunt episcopi numero 73.

' tricies
' duodecies
' vicies
' perpetuã
' inditã

Cælius Symmachus episcopus sanctæ ecclesiæ catholicæ urbis Romæ, his synodalibus constitutis, a me probatis atque firmatis, con- E sentiens subscripsi.

Cælius Rusticus episcopus civitatis Minturnensis subscripsi, & consensi synodalibus constitutis, atque in hac profiteor me manere sententia.

Cælius Bonifacius episcopus ecclesiæ Veliternensis subscripsi, & consensi synodalibus constitutis, atque in hac me profiteor manere sententia.

" Adeodatus * Cerviensis.
Aucupius Puteolanus.
Adeodatus Formiensis.
Basilius Tolentinas.
Benignus Aquævivensis.
Bassus Ferentinus.
Bellator Ostiensis.
Cresconius Tudertinus.
Constantius Otriculanus.
Candidus Tiburtinus.
Clarus Alliphanus.

" Hunc alphabeticũ ordinẽ non servant codex canonum ecclesiæ Romanæ, aliive mss.
* Accrresis.

Constan-

ANNO CHRISTI 499.

Constantinus Capuanus.
Colonius Foroclodiensis.
Constantinus Venafranus.
Decius Triumtabernensis.
Dulcitius Sabinensis.
Epiphanius Beneventanus.
Fortunatus Anagninus.
Fortunatus Suessanus.
Felicissimus Forosempronienfis.
Florentinus Pestanus.
Fortunatus Fulginas.
Felix Nepesinus.
Gaudentius Tyndarinensis.
Gaudentius Vulsiniensis, & idem pro Projectitio episcopo Foronovano.
Germanus Pisaurensis.
Gaudentius Salernitanus.
Iustus Acherontinus.
Innocentius * Mevanas. (* Mibanas.)
Ioannes Ariminensis.
Ioannes Spoletanus.
Ioannes Vibonensis.
Laurentius Trebiensis.
Lucianus Tarquiniensis.
Lampadius urbis Albensis.
* Misenus Cumanus. (* Mensenus)
Maximus Bleranus.
Martyrius Terracinensis.
Maximianus Perusinus.
Molensius Centumcellensis.
Maximianus Subaugustanus.
Mercurius Sutrinus.
Marius Triferninus.
Paschasius Vulturnensis.
Palladius Sulmontinus.
Quintus Theatinus.
Rufinus Canusinus.
Rosarius Surrentinus, & pro fratre meo Vrso episcopo subscripsi.
Stephanus Nursiensis.
Serenus Numentanus.
Sanctulus episcopus Signinus, quia subscribere non potuit manu propria, subscripsit pro eo Fortunatus episcopus ecclesiæ Anagninæ.
Stephanus Neapolitanus.
Sallustius Amerinus.
Serenus Nolanus.
Saturninus Terdonitanus.
Timotheus Abellinas.
Valentinus Amiterninus: & pro Romano episcopo ecclesiæ * Pinnanatium. (* Bithinatium.)
Vitalis Fanestrensis.
Vitalinus Narniensis.
Vitalis Fundanus.
Vitalianus Rusellanus.
Vindemius Antiatinus.
Valerius * Calenotanus. (* Calinēsis.)
Vrsus Stabianus.

Subscripserunt presbyteri numero sexaginta septem.

[h] Cælius Laurentius archipresbyter tituli sanctæ Praxedis, his subscripsi & consensi synodalibus constitutis, atque in hac me profiteor manere sententia.
Asterius presbyter tituli sancti Pudentis.
Andreas presbyter tituli sancti Matthæi.
Abundantius presbyter tit. sanctæ Sabinæ.
Asellus presbyter tituli sanctæ Susannæ.
Agatho presbyter tituli sanctæ Susanæ.
Anastasius presbyter tituli sanctæ Anastasiæ.

A Acontius presbyter tituli Fasciolæ.
Agapetus presbyter tituli sanctorum apostolorum.
Adeodatus presbyter sancti Martini tituli Equitii.
Abundius presbyter tituli sancti Marci.
Bonus presbyter tituli sanctæ Crescentianæ.
Benedictus presbyter tituli sancti Gaii.
Bonifacius presbyter tituli sanctæ Cæciliæ.
Crescentius presbyter tituli sanctorum apostolorum.
Cyprianus presbyter tituli sancti Marci.
Dominicus presbyter tituli sanctæ Crescentianæ.
B Dionysius presbyter tituli sanctæ Æmilianæ.
Dominicus presbyter tituli sanctæ Priscæ.
Epiphanius presbyter tituli sancti Cyriaci.
Epiphanius presbyter tituli sanctorum apostolorum.
Epiphanius presbyter tituli Fasciolæ.
Eutyches presbyter tituli sanctæ Æmilianæ.
Felix presbyter sancti Martini tituli Equitii.
Gordianus presbyter tituli Pammachii.
Genesius presbyter tituli sancti Nicomedis.
Hilarius presbyter tituli sancti Laurentii in Lucina.
Ianuarius presbyter tituli Vestinæ.
Iustinus presbyter tituli sanctæ Pudentis.
Iovinus presbyter tituli sanctæ Æmilianæ.
C Ioannes presbyter tituli Pammachii.
" Iulianus presbyter tituli sanctæ Anastasiæ.
Laurentius presbyter tituli sancti Laurentii in Lucina.
Martianus presbyter tituli sanctæ Cæciliæ.
Martianus presbyter tituli sancti Cyriaci in thermis.
Marcellinus presbyter tituli sancti Iulii.
Marcellus presbyter tituli sancti Romani.
Marcus presbyter tituli sancti Laurentii in Lucina.
Opilio presbyter tituli Vestinæ.
Petrus presbyter tituli sancti Clementis.
Paulinus presbyter tituli sancti Iulii.
D Petrus presbyter tituli sancti Chrysogoni.
Projectitius presbyter tituli sancti Laurentii in Damaso.
Paschasius presbyter tituli sancti Eusebii.
Petrus presbyter tituli sancti Chrysogoni.
Paulinus presbyter tituli Fasciolæ.
Petrus presbyter tituli sanctæ Praxedis.
Paulinus presbyter tituli sancti Laurentii.
Redemptus presbyter tituli sancti Chrysogoni.
Romanus presbyter tituli Trigidæ.
Redemptus presbyter tituli Trigidæ.
Soranus presbyter tituli Vestinæ.
Sebastianus presbyter tituli sancti Nicomedis.
Servusdei presbyter tituli sancti Clementis.
Sebastianus presbyter sancti Martini tituli Equitii.
E Severus presbyter tituli sancti Gaii.
Stephanus presbyter tituli sancti Marcelli.
Septimius presbyter tituli sancti Iulii.
Stephanus presbyter tituli sancti Eusebii.
Timotheus presbyter tituli sancti Marcelli.
Vrbicus presbyter tituli sancti Clementis.
Valens presbyter tituli sanctæ Sabinæ.
Valentinus presbyter tituli sancti Eusebii.
Victorius presbyter tituli sanctæ Sabinæ.
Vincomalus presbyter tituli sanctæ Crescentianæ.
Venantius presbyter tituli sancti Marcelli.

" Ad e[...] Gelasi[...] pa ed[...] rum [...] Dion. [...] guus [...] stolam [...] extar[...] bis e[...] Tomi [...] pag. [...]

SVB-

SVBSCRIPTIO DIACONORVM.

Cyprianus diaconus ſanctæ eccleſiæ Romanæ regionis ſeptimæ his ſubſcripſi, & conſenſi ſynodalibus conſtitutis, atque in hac me profiteor manere ſententia.

Anaſtaſius diaconus regionis primæ, ſubſcr.

" Ioannes diaconus regionis ſecundę, ſubſcr.

Tarnenſis diaconus regionis tertiæ, ſubſcr.

Tertullus diaconus regionis quartæ, ſubſcr.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Synodus.*] Cum ad perniciosum ſchiſma componendum, regis ſæcularis & Ariani judicium contra leges & canones eccleſiaſticos importuna neceſſitas eccleſiæ interpellaſſet, & jam rex Arianus, ſuo judicio ſchiſmate eccleſiæ & tumultu populi ſedatis, Symmacho, ut pote qui plurium ſuffragiis electus eſſet, ſedem apoſtolicam adjudicaſſet, jamque legitimæ cogendæ ſynodo locus conceſſus eſſet, mox Symmachus papa ad Italiæ epiſcopos literas dedit, quibus iidem ad ſynodum quamprimum convenire jubebantur, ut omnium etiam epiſcoporum cognitione & judicio approbaretur legitimus Romanæ eccleſiæ epiſcopus, quem rex Arianus ſua ſententia legitime electum confirmaverat. Id habent acta concilii in principio cap. 1. Anaſtaſius in vita Symmachi hiſce verbis: *Papa Symmachus ſynodum congregavit.* Errat itaque Theodorus Lector in collectaneis ſuis, ubi hanc ſynodum a Theodoro rege congregatam ſcribit.

b *Romana I.*] Ante Kalendas Martias anno 499. ſub bimeſtri pontificatu Symmachi papæ, ob ſchiſma exortum, in clero ſimul & ſenatu diſſenſiones, tumultus, cædes, ac rapinæ concitabantur, uſque ad deciſionem Theodorici regis Ariani. Vnde manifeſtum eſt, hanc ſynodum, quæ Kalendis Martiis celebrata ſcribitur, primam eſſe inter ſex alias, quæ Romæ ſub Symmacho congregatæ fuerunt. Quamobrem non ſine juſta cauſa hoc concilium primum inſcribimus, quod anteriorum editionum collectores ſecundum nominaverunt.

c *Epiſcoporum* 72.] Quorum nomina infra ſubſcripta extant.

d *De tollendo ambitu.*] Cauſam habiti concilii indicat Symmachus pontifex cap. 2. his verbis: *Vt epiſcopalem ambitum, & confuſionis incertum vel popularem tumultum, quem per ſurreptionem diaboli uſurpatione aliquorum tempore ordinationis meæ conſtat exortum, communicato pariter tractatu, in futurum poſſimus robuſte amputare.* Acta concilii ſummatim recenſentur in titulis capitulorum. Hac eadem ſynodo auctore Anaſtaſio bibliothecario in Symmacho, *intuitu miſericordiæ*, ut ait, *conſtitutum fuit*, ut Laurentius in ſchiſmate contra Symmachum electus Nucerinæ civitatis antiſtitem ageret.

e *Poſt conſulatum Paulini viri clariſſimi.*] Anno nimirum Chriſti 499. & Symmachi papæ primo. Hac nota conſulari prædictus annus conſignari debuit; cum unus dumtaxat conſul hujus anni in oriente conſtitutus occidentalibus nondum innotuiſſet.

f *Beatitudo veſtra, &c. Synodum convocavit.*] Vides hanc ſynodum auctoritate Romani pontificis congregatam eſſe. Vnde quod in collection. ſuis ſcribit Theodor. Lect. his verbis: *Theodoricus Afer* (ita pro Gotho) *Roma tunc temporis potens, licet Arianus eſſet, collecta epiſcoporum ſynodo, Symmacho Romanum epiſcopatum confirmavit: Laurentium vero unius civitatis nomine Nuceriæ epiſcopum conſtituit.* Hæc inquam a Theodoro falſo ſcripta fuiſſe ex ſupradictis manifeſtum eſt.

g *Si (quod abſit) tranſitus papæ inopinatus evenerit, ut de ſucceſſoris electione decernere non poſſit.*] Sciendum hoc loco, neminem Romanorum pontificum poſt Petrum apoſtolum ſibi ſucceſſorem aliquem ſubrogaſſe, vel etiam ſubrogare tentaſſe: modeſtiæ tamen cauſa obſervatum fuiſſe, ut decedentis pontificis de ſucceſſore ſententia rogaretur: quem poſtea clerus Romanæ eccleſiæ ſuo ſuffragio libere vel approbare, vel rejicere poterat, ſi ita eccleſiæ expedire judicaret.

h *Cælius Laurentius archipreſbyter.*] Hic eſt ille, quem in ſchiſmate contra Symmachum creatum fuiſſe pontificem, diximus ſupra. Eumdem hoc concilio ordinatum eſſe epiſcopum Nucerinum, habet Anaſtaſius bibliothecarius in Symmacho. Quod Theodorus Lector loco ſupra recitato ait, a Theodorico rege Laurentiam epiſcopum eſſe creatum, falſum eſſe, paulo ante diximus.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S.I.

Anno Christi 499.

Ex ſchedis R. P. Hieronymi Vignerii Oratorii D. N. Ieſu Chriſti preſbyteri erudititiſſimi prodiit in lucem publicam pag. 110. tom. V. Spicilegii ſtudio atque opera R. P. Lucæ Dachery O. B. Collatio ſancti Aviti Viennenſis præſulis atque epiſcoporum Catholicorum cum factionis Arianæ Coryphæis coram Gundebaldo Burgundionum rege: quam ab inſtituto noſtro non abhorrentem huicce operi inſeruimus in gratiam ſtudioſi veteris hiſtoriæ lectoris.

COLLATIO EPISCOPORUM, PRÆSERTIM AVITI VIENNENSIS epiſcopi, coram rege Gundebaldo adverſus Arianos.

PROVIDENTE domino eccleſiæ ſuæ, & inſpirante pro ſalute totius gentis cor domini Remigii, qui ubique altaria deſtruebat idolorum, & veram fidem potenter cum multitudine ſignorum amplificabat, factum eſt ut epiſcopi plures non contradicente rege* congregarentur, ſi fieri poſſet, ut Ariani, qui religionem Chriſtianam ſcindebant, ad unitatem poſſent reverti. Quod ut melius fieret, videreturque id non concilio accidiſſe, ſed occaſione, dominus Stephanus ſcripſit ad epiſcopos multos, & invitavit illos ad feſtivitatem S. Iuſti quæ inſtabat, in quo ob frequentiam miraculorum fiebat concurſus plurimus populorum. Venerunt itaque de Vienna Avitus, de Arelate Æonius, de Valentia "....., de Maſſilia.......ius, & plures alii omnes catholicæ profeſſionis & laudabilis vitæ in domino. Qui omnes ad ſalutationem regis cum domino Stephano ad Sarbiniacum, ubi tunc erat, profecti ſunt. Erant quidam inibi de potentioribus Arianis cum eo, qui ſi potuiſſent, prohibuiſſent noſtrorum acceſſum ad regem, ſed domino cooperante, nihil profecerunt.

*Gundebaldo.

" Apollinaris

Ariani intersunt.

Poſt ſalutationem factam, dominus Avitus, cui, licet non eſſet ſenior nec dignitate, nec ætate, tamen plurimum deferebatur, dixit ad regem: ſi excellentia veſtra vellet procurare pacem eccleſiæ parati ſumus fidem noſtram tam clare demonſtrare eſſe ſecundum euangelium & apoſtolos, quod nulli dubium erit, illam quam retinetis non eſſe ſecundum Deum & eccleſiam: habetis hic de veſtris qui ſunt inſtructi in omnibus ſcientiis, jubeatis ut nobiſcum colloquantur, & videant ſi poſſint reſpondere rationibus noſtris, ut parati ſumus reſpondere rationibus eorum.

Ad quæ rex reſpondit: ſi veſtra fides eſt vera, quare epiſcopi veſtri non impediunt regem Francorum; qui mihi bellum indixit; & ſe cum inimicis meis ſociavit ut me deſtruerent: nam non eſt fides ubi eſt appetentia alieni, & ſitis ſanguinis populorum, oſtendat fidem per opera ſua.

Tunc humiliter reſpondit dominus Avitus faciem habens angelicam ut & ſermonem: Ignoramus o Rex, quo concilio & qua de cauſa rex Francorum facit quod dicitis; ſed ſcriptura nos docet quod propter derelictionem legis Dei ſæpe ſubvertuntur regna, & ſuſcitantur inimici omni ex parte, illis qui ſe inimicos adverſus Deum conſtituunt. Sed redite cum populo veſtro ad legem Dei, & ipſe dabit pacem in finibus veſtris; nam ſi habetis pacem cum illo, habebitis & cum ceteris, & non prævalebunt inimici veſtri.

Anno Christi 499.

Cui rex: Nonne legem Dei profiteor? Sed quia nolo tres Deos, dicitis quia non profiteor legem Dei. In scriptura sancta non legi plures esse Deos, sed unum.

Probat Avitus unum Deum in essentia; trinum in personis.

Ad quæ domnus Avitus: Absit, o rex, ut plures Deos colamus, *Vnus est Deus tuus o Israel,* sed ille unus Deus in essentia, est trinus in personis; & Filius & Spiritus sanctus non sunt alii Dei, sed unus Deus, cujus prima persona est Pater, secunda Filius, tertia Spiritus sanctus: sed Patri non est alia substantia quam Filio, & Spiritui sancto non est alia quam Patri & Filio; & ille Deus qui olim locutus est per prophetas, novissime locutus est in Filio, & adhuc loquitur quotidie in Spiritu sancto. Et quamvis olim per prophetas, mox per Filium, nunc per Spiritum sanctum, unus idemque Deus loquitur; sed sic dicitur ad distinctionem personarum, cum revera sint coæternæ & consubstantiales. Hoc profitemur & parati sumus ostendere.

Et cum videret regem pacifice audientem, protelavit sermonem & dixit: O si vellet sagacitas vestra cognoscere quam bene fundata sit nostra fides, quantum boni vobis & populo vestro inde proveniret; nam & cælestis gloria vobis non deesset, & pax & abundantia in turribus vestris. Sed vestri cum sint inimici Christi super regnum vestrum, & super populum, iram desuper accendunt, quod, ut speramus, non esset si velletis audire monita nostra, & jubere ut vestri sacerdotes de his nobiscum colloquantur coram sublimitate vestra, & populo vestro, ut sciatis quia dominus Iesus est æterni Patris æternus Filius, & utrique coæternus Spiritus sanctus, unus Deus benedictus in sæcula, simulque ante omnia tempora & absque ullo initio.

Aviti verba regis mentem inflexerunt.

Cum hæc dixisset procidit ad pedes regis, & amplectens eos flebat amare: procubuerunt & omnes episcopi cum eo; unde rex valde commotus est, & inclinans se usque ad eos, erexit domnum Avitum cum ceteris, quibus amicabiliter dixit se responsum daturum illis super petitionibus illorum.

Quod & castina die factum est: Nam rex per Sagonam rediens ad urbem misit ad domnos Stephanum & Avitum, ut venirent apud illum: qui cum venissent, rex dixit ad illos: habetis quod postulatis, nam sacerdotes mei parati sunt vobis ostendere quod nullus potest esse coæternus & consubstantialis Deo. Sed nolo ut id fiat coram omni populo, ne turbæ excitentur: sed tantum coram senatoribus meis, & aliis quos eligam, sicut vos eligetis ex vestris quos volueritis; sed non in magno numero, & id fiet die crastina in hoc loco. Quo dicto episcopi salutato rege discesserunt & reversi sunt, ut omnia intimarent aliis episcopis. Erat autem vigilia solennitatis sancti Iusti. Et licet optavissent quod hoc fieret die solennitatem sequenti, noluerunt tamen propter tantum bonum amplius procrastinare. Sed unanimiter decreverunt apud sancti Iusti sepulcrum pernoctare, ut illo intercedente obtinerent a domino petitiones cordis sui.

Alia sessio indicta ad diem festivam sancti Iusti.

Evenit autem ut ea nocte cum lector secundum morem inciperet lectionem a Moyse, incidit in illa verba domini: *Sed ego indurabo cor ejus, & multiplicabo signa & ostenta mea in terra Ægypti, & non audiet vos.* Deinde cum post psalmos decantatos recitaret ex prophetis, occurrerunt verba domini ad Esaiam dicentis: *Vade & dices populo huic, audite audientes & nolite intelligere; & videte visionem, & nolite cognoscere. Excæca cor populi ejus, & aures ejus aggrava, & oculos ejus claude ne forte videat oculis suis, & auribus audiat, & intelligat suo corde, & convertatur, & sanem eum.* Cumque adhuc psalmi fuissent decantati, & legeret ex euangelio incidit in verba, quibus salvator exprobrat Iudæis incredulitatem: *Væ tibi Corrazaim, væ tibi Betzaida; quia si in Tyro & in Sidone virtutes factæ essent, quæ sunt factæ in vobis, jamdudum in cilicio & cinere pœnitentiam egissent.* Denique cum lectio fieret ex apostolo, pronunciata sunt verba illa: *An divitias bonitatis ejus & longanimitatis contemnis? ignoras quoniam sustinentia Dei ad pœnitentiam te adducit? secundum autem duritiam tuam & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in tempore iræ.* Quod cum ab omnibus episcopis observatum fuisset, cognoverunt lectiones illas sic occurrisse volente domino, ut scirent induratum esse cor regis, Deumque illum in sua impœnitentia relinquere, ad ostendendum divitias justitiæ suæ, unde valde tristes effecti, noctem in lacrymis transegerunt. Non destiterunt tamen veritatem nostræ religionis contra Arianos asserere.

Anno Christi 499. Exodi. Esaiæ. Matth. cap. 11. Ad Rom.

Congressus cum Arianis.

Igitur tempore quo rex jusserat, conveniunt omnes episcopi & simul ad regiam vadunt cum multis sacerdotibus & diaconibus, & quibusdam de catholicis, inter quos erant Placidus & Lucanus, qui erant de præcipuis militiæ regis. Venerunt etiam Ariani cum suis. Cum ergo sedissent coram rege domnus Avitus pro catholicis, Bonifacius pro Arianis, sermonem habuerunt. Sed postquam domnus Avitus proposuit fidem nostram cum testimoniis sacræ scripturæ, ut erat alter Tullius, & dominus inspirabat gratiam omnibus quæ dicebat; tanta consternatio cecidit super Arianos, ut qui satis amicabiliter audientiam præbuerat Bonifacius, nihil omnino respondere posset ad rationes domni Aviti, sed tantum quæstiones difficiles proponeret, quibus videbatur velle regem fatigare; sed cum ab Avito urgeretur, ut responderet ad antedicta, promittens se etiam responsurum ad ea quæ proposuerat, non potuit respondere ad unam de rationibus quæ fuerant a domno Avito propositæ, neque ullam pro defensione suæ partis allegare; sed tantum os suum in convitiis aperiebat, & dicebat catholicos esse præstigiatores, & colere multitudinem Deorum. Quod solum cum diceret, videretque rex confusionem suæ sectæ, surrexit de sua sede, dicens quod in crastinum responderet Bonifacius. Discesserunt ergo omnes episcopi: & quia adhuc dies non erat inclinata, iverunt simul cum ceteris catholicis ad basilicam domni Iusti confitentes dominum quoniam bonus, & laudantes eum qui dederat illis talem victoriam de inimicis suis.

Sequenti

Sequenti vero die iterum ad regiam profecti cum his qui præcedenti aderant: cumque ingrederentur, invenerunt Aredium; qui eis persuadere volebat ut regrederentur; dicebat enim quod tales rixæ exasperabant animos multitudinis, & quod non poterat aliquid boni ex eis provenire. Sed domnus Stephanus, qui sciebat illum favere Arianis, ut gratiam regis consequeretur; licet fidem nostram profiteretur, respondit ei quod non timendum erat ne rixæ procederent ex inquisitione veritatis, & amore salutis fratrum suorum, imo nihil esse utilius ad jungendos animos in sancta amicitia, quam cognoscere apud quos esset veritas, quia ubicumque est, amabilis est; & professores ejus reddit amabiles.

Addidit insuper omnes hic venisse secundum jussionem regis, contra quod responsum non est ausus Aredius amplius resilire. Ingressi sunt ergo, & cum rex eos vidisset, surrexit in occursum eorum, mediusque inter domnum Stephanum & domnum Avitum adhuc multa locutus est contra Francorum regem, quem dicebat sollicitare fratrem suum contra se. Sed cum responderent præfati episcopi, quod non esset melior via ineundi pacem, quam concordare in fide, & operam suam, si gratam haberet, pollicerentur pro tam sancto fœdere conciliando, nihil amplius locutus est, sed unusquisque locum, quem præcedenti die tenuerat, occupavit.

Cum itaque sedissent, domnus Avitus tam lucide probavit, quod catholici non plures Deos adorabant, ut sapientiam ejus tam catholici quam adversarii cum stupore mirarentur. Id autem fecit ut responderet conviciis quæ Bonifacius in nostram fidem jecerat. Postquam ergo conticuit, ut locum daret responsionibus Bonifacii, nihil aliud potuit ille dicere, quam quod præcedenti die fecerat, & conviciis addens convicia, tanto impetu clamabat, ut præ raucitate non posset amplius loqui, & quasi suffocaretur.

Quod cum rex vidisset & satis diu expectasset, tandem surrexit vultu indignationem prætendens contra Bonifacium. Tunc domnus Avitus dixit ad regem: si sublimitas vestra vellet jubere ut hi responderent propositionibus nostris, ut posset judicare quænam fides esset retinenda. Sed nihil rex respondit, neque ceteri Ariani qui erant cum illo: adeo stupefacti erant de doctrina & sapientia domni Aviti. Qui cum videret eorum silentium subjunxit: si vestri non possunt respondere rationibus nostris, quid obstat, cur non omnes simul conveniamus in eadem fide. Tunc murmurantibus illis, de sua fide securus in domino addidit: Si rationes nostræ non possunt illos convincere, non dubito quin Deus fidem nostram miraculo confirmet; jubeat sublimitas vestra ut tam illi quam nos eamus ad sepulcrum hominis Dei Iusti, & interrogemus illum de nostra fide, similiter & Bonifacius de sua, & dominus pronunciabit per os servi sui in quibus complaceat. Rex attonitus annuere videbatur: sed inclamare cœperunt Ariani, & dicere se pro fide sua manifestanda facere nolle ut fecerat Saul, & ideo maledictus fuerat; aut recurrere ad incantationes & illicita, sufficere sibi se habere scripturam, quæ sit fortior omnibus præstigiis, & hæc semper repetentes, & boantes potius quam vociferantes; rex qui jam surrexerat accipiens per manus domnum Stephanum & domnum Avitum duxit eos usque ad cubiculum suum, & cum intraret amplexus est eos, dicens ut orarent pro eo. Cognoverunt quidem illi perplexitatem & angustias cordis ejus, sed quia pater eum non traxerat; non potuit venire ad Filium, ut veritas impleretur: *Non est volentis, neque festinantis, sed miserentis Dei.* Ex ea die plurimi Ariani ad pœnitentiam venerunt, & post aliquot dies baptizati fuerunt: & magnificavit dominus fidem nostram per intercessionem domni Iusti in conspectu omnium.

ANNO CHRISTI 500.

Blande rex est amplexatus episcopos Stephanum & Avitum.

Rom. 9.

[a] SYNODUS ROMANA II.

HABITA ANNO DOMINI D.

In qua cxv. episcopi Symmachum ab objecto crimine absolverunt, atque Petrum Altinensem episcopum deputatum visitatorem condemnarunt.

[a] *Synodus Romana.*] Si quæ synodus ante sequentem tertiam habita est Romæ, illam esse oportet de qua Anastasius in Symmacho paucis hæc scribit: *Eodem tempore beatus Symmachus congregavit episcopos centum quindecim, & facta synodo purgatur a crimine: & damnatur Petrus Altinas invasor sedis apostolicæ, & Laurentius Nucerinus, qui vivo Symmacho episcopo sedem ejus pervaserunt,* &c. Illustrissimus cardinalis Baronius existimat secundum & tertium concilium opinione vulgari Romæ sub pontificatu Symmachi habita, actiones dumtaxat synodicas esse illius quartæ synodi Romanæ quæ Palmaris nominatur. Sed cum acta tertiæ & quartæ synodi diversa consulari nota signata reperiantur, diversisque mensibus celebrata notentur, a communi & antiquitus recepta sententia non potui recedere. Recensitæ sessiones & actiones diversæ in tertia synodo habitæ fuerunt. Prælocutio Symmachi coram synodo quarta, de rebus tertio concilio tractatis habita, id quod accuratissimus scriptor annalium intendit, apertissime demonstraret, si non iidem prope episcopi utrique synodo interfuissent. *Fraternitas vestra, ecclesiasticis legibus obsecuta,* inquit, *quæ erant statuenda, definivit.* Et recte. Præsentes enim aderant fere omnes illi, quibus auctoribus decretum illud promulgatum fuerat. Nulla igitur valde urgens affertur ratio, quæ me cogat fateri, tertiam synodum synodicam dumtaxat actionem esse quartæ synodi Palmaris; proinde si illa tertia vere tertia est, inter primam & tertiam hanc celebratam fuisse necessum est affirmare.

Cardinalis Baronii de hac synodo sententia.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. I.

** Sirmondus in notis ad epist. 31. Aviti, Palmarem, hanc quæ sequitur, appellat, & recentiores arguit, qui palmaris nomen synodo alteri tribuunt, quæ Avieno juniore consule celebrata est.

ANNO CHRISTI 501.

[a] SYNODVS ROMANA III. SVB SYMMACHO PAPA,

In causa ejusdem Symmachi congregata, anno domini DI. Avieno seniore & Pompeio consulibus.

[b] RVFO Magno, Fausto Avieno, viris clarissimis " consulibus sub die x. Kalendas Novembris ' sancta synodus apud urbem Romam [c] ex præcepto gloriosissimi regis Theodorici diversis e regionibus congregata in Christi nomine, dixit: Cum ex diversis provinciis ad urbem Romam convenire sacerdotes regia præcepisset auctoritas, ut de his quæ venerabili papæ Symmacho apostolicæ sedis præsuli ab adversariis ipsius dicebantur impingi, sanctum concilium judicaret legitime ', Liguriæ, Æmiliæ, vel Venetiarum episcopis (quos ad præsentiam principis ipse itineris ductus attraxit) * consulendi regem incubuit necessitas, qua' hos voluisset ætate fractos, debilitate corporis invalidos congregari. Respondit præfatus rex piissimus bonæ conversationis affectu, plura ad se de papæ Symmachi actibus horrenda fuisse perlata, & in synodo oportere (si vera esset inimicorum ejus objectio) judicatione constare. Memorati pontifices, quibus' allegandi imminebat occasio, suggesserunt, ipsum, qui dicebatur impetitus, debuisse synodum convocare; scientes quia ejus sedi primum Petri apostoli meritum vel principatus, * deinde secuta jussione domini conciliorum venerandorum auctoritas ei singularem in ecclesiis tradidit potestatem, nec antedictæ sedis antistitem ' minorum subjacuisse judicio, in propositione simili, facile forma aliqua testaretur. Sed potentissimus princeps, ipsum quoque papam in colligenda synodo voluntatem suam literis demonstrasse significavit: unde a mansuetudine ejus paginæ postulatæ sunt, quas ab eo directas constabat, hasque dari sacerdotibus sine tarditate constituit, & quidquid in eodem negotio actum est, scriptis Romam ex diversis terrarum vel regionum partibus, Dei prosecutione præventum est. Et dum in venerabili collectione sermo de incipiendo haberetur negotio, prout poscebat causæ tractatus, sanctus papa Symmachus basilicam Iulii, in qua' pontificum erat congregatio, (prout habuit cura cælestis) ingressus est, & de evocatione synodali clementissimo regi gratias retulit, & rem desiderii sui evenisse testatus est. Causa ergo de sacerdotum animis (quæ de concilio nondum firmato tristitiam ministrabat) abscissa est: auctoritatem ordinis corrigendi, sicut poscebant ecclesiastica statuta, in omnium qui ibidem convenerant episcoporum præsentia, * se dare professus est, sperans ut visitator, qui contra religionem, contra statuta veterum, vel contra regulas majorum, a parte cleri vel ab aliquibus laicis fuerat postulatus, ex ordinatione antistitum, sicut decebat sanctum propositum, prima fronte cederet: & omnia quæ per suggestiones inimicorum suorum amiserat, potestati ejus legaliter ab honorabili concilio redintegrarentur seu redderentur: & tanti loci præsul regulariter prius statui pristino redderetur; & tunc, non ante, veniret ad causam: & si ita recte videretur, accusantium propositionibus responderet. Digna res visa est maximo sacerdotum numero, quæ mereretur effectum: decernere tamen aliquid synodus sine regia notitia non præsumpsit. Sed suggestio * justa per legatorum negligentiam non meruit secundum vota responsum. Iussus est ' ' regis præceptionibus papa Symmachus ante patrimonii vel ecclesiarum (quas amiserat) receptionem, cum impugnatoribus suis in disceptatione confligere, qui potestatis suæ privilegia, & quæ pro conscientiæ (quantum juste æstimamus) emundatione submiserat, nec hac voluit vice resumere. Sed dum esset synodus in Ierusalem basilica Sessoriani palatii constituta, aliquibus sacerdotibus visum est, ut libellus, quem accusatores paraverant, qui quotidie seditionibus * appellabant, susciperetur a synodo. In quo suscepto * duo erant, quæ vel veritati inimica essent, vel ipsi (quantum ostenditur ') ecclesiastico proposito repugnarent. Vnum, quia dicebant crimina memorati superius Symmachi papæ apud regiam constitisse notitiam, quod falsum esse * declaravit. Non enim quasi novam causam audientiæ commisisset, si ejus * conscientiam convictam de errore, solam sciret expectare sententiam. Aliud, quod per servos de his quæ objiciebant se eum loquebantur posse convincere: addentes, ut ipse mancipia traderet, quibus (quantum illi asserebant) posset in judicatione superari. Quæ res canonibus & ipsis publicis erat legibus inimica, cum patrum statuta sanxissent, ut quos ad accusationem leges sæculi non admittunt, iis dicendi in cognitione, vel * accusandi aliquid, deneganda esset licentia. Et dum inter ista, quæ essent facienda tractabatur, [f] præfatus papa, ut causam diceret, occurrebat. Qui veniens, [g] ab irruentibus turbis æmulorum suorum ita tractatus est, ut multis presbyteris, qui cum ipso * erant, per cædem ipsam mortis fuisset occasio, quod probant recentium adhuc vestigia vulnerum, nisi illustris vir comes * Aligernus & sublimes viri Gudila & Vedeulfus, majores domus regiæ, prospexissent: quos secum, unde egressus fuerat, ad beati Petri apostoli septa convexerat. His ita actis, & rebus varia confusione turbatis, iterum nos ad justitiam contulimus principalem, scientes, divinitate propitia, regere dominum, quem ad Italiæ gubernacula ipse providerat: cujus mansuetudini omnia per relationis seriem (sicut res poscebat) ingessimus; intimantes etiam, sæpe nominatum papam post cædem, cui subjacuerat cum suis, si voluntatem rursum haberet exeundi ad judicium, fuisse commonitum: sed allegasse eum per directos episcopos, nominatis canonibus se cessisse, affectu purgationis suæ culmen humilians, qui tantis periculis pene fuisset oppressus: dominum regem habere quod vellet jus faciendi, sed interim justitiæ * renitentem, statutis canonibus non posse compelli. Ad hæc serenissimus rex taliter (Deo aspirante) respondit; in synodali esse arbitrio, in tanto negotio sequenda præscribere, nec aliquid ad se præter reverentiam de ecclesiasticis negotiis pertinere, committens etiam potestati pontificum, ut sive propositum vellent audire negotium, sive nollent, quod magis putarent utile, deliberarent, dummodo venerandi provisione concilii pax in civitate Romana Christianis omnibus red-

Marginal notes (left): " Leg. est ex c. Iust. Rufo Magno Fausto Avieno V. C. consule: ' quarto synodus habita Romæ Palmari. Sancta &c. ' hoc adverbium abest in c. Iust. & in cod. can. ecclesiæ Romanæ edito 1525. & 1609. * al. consuluimus regem qua causa nos voluisset debilitate corporis invalidos congregari. ' causa Sedis Romanæ auctoritas singularis in ecclesia * proinde secura ' inimicorum ' tunc Visitatorē siquidem rex, potestate abusus, ut seditionibus occurreret, Petrum Altinatem episcopum, ecclesiæ Romanæ dederat. * a se datam Extra, de restitutione spoliatorum, per totum.

Marginal notes (right): * ista ' regis * intendebant, * libellum ' convocatui * perdeceruit. * conscientia convictam de errore solam sciret 3. quæst. & 5. ... totum. * asserendi * iterant * Alig... * renit... Dist. ... Concil... ad hæc Insigne dictum ... de causis ecclesiasticis

ANNO CHRISTI 501.

redderetur. Quæ cum juste offerrentur, Dei A mandata complentes, Italiæ suum dedimus rectorem, agnoscentes nullum nobis laborem alium remansisse, nisi ut dissidentes cum humilitate propositi nostri ad concordiam hortaremur: quia unum tantæ rei restabat, unde Deo ' placeremus, scilicet, ut [h] sancti ' principis voluntate invitaremus senatum amplissimum, quali oportuit legatione destinata, monentes & instruentes, causas Dei ipsius judicio esse committendas, qui valet corpus occidere, & animam mittere in gehennam: qui dicit: *Mihi vindictam, & ego retribuam*: apud quem conscientia nuda est: cui non absconduntur occulta. Cogitare prudentes viros oportere, quanta inconvenienter B & præjudicialiter in hujus negotii principio contigissent: & nos viam per quam ipsi vocabant remissionem, peccatis non aperire, sed claudere; qui, quod dicebatur, majori judici servamus, instruentes eos, quia per nos illis Christus innotuit, non esse ovium lupi insidias prævidere, sed pastoris: maxime quia in causa præfata multos, qui se dedignabantur agnoscere, & Deo satisfacere, error involverat. Et quia non * poterant plura sub hac occasione ecclesiæ membra dispergi, sed magis per mansuetudinem sustineri, sicut boni nos operis Paulus magister instruxerat, dicens *sanandos esse plurimos per patientiam & doctrinam*. Et ' qui- C cumque putantur rei, & gravibus peccatis involuti, (quamvis nullus est qui delicto careat, sicut Ioannes testatur apostolus: *Si dicam quia peccatum non habeo, mendax sum*) hos tamen magis pressuris hominum * sustentari & perterreri, hasque passiones judicio divino suspendi, maxime cum illa quæ præmisimus inter alia de auctoritate sedis obstarent: quia quod * possessor ejus quondam beatus Petrus meruit, in nobilitatem * possessionis accessit, & claritatem veterem vobis dat de Christi dote rectoribus, clamans scriptum esse per prophetam ex persona Dei: *Numquid non valet manus mea ad consumendum eos qui erraverunt?* Hæc eadem sæpissi- D me sicut oportuit commonentes, ut ab ista intentione discederent, & factum nostrum, quod Deus inspiraverat, juxta mandatum principis non discuterent, sed sequerentur, sicut decebat ecclesiæ filios: nec sub hac intermissione contenderent, & crescerent ecclesiæ detrimenta: quæ res poscebat cum festinatione succurri, & nobis hujus celeritatis, & illis obedientiæ necessitas imminebat, maxime cum omnem pene plebem cernamus ejus communioni indissociabiliter adhæsisse, cujus ' vos non modica cura stimulabat, ne E in aliquo laberetur errore. Quibus allegatis, cum Dei nostri obtestatione decernimus, harum necessitatum vel * religionum consideratione adstricti, & cælesti inspiratione perpensis omnibus, quæ in causa erant, secretis: ut Symmachus papa sedis apostolicæ præsul, ab hujusmodi propositionibus impetitus, quantum ad homines respicit, (quia totum causis obsistentibus superius designatis constat arbitrio divino fuisse dimissum) sit immunis & liber, & Christianæ plebi, sine aliqua de ' objectis ' oblatione, in omnibus ecclesiis suis, ad jus sedis suæ pertinentibus, tradat divina mysteria: quia eum ob impugnatorum suorum impetitionem, propter superius designatas causas, obligari non potuisse cognovimus. Unde secundum principalia præcepta, quæ nostræ hoc tribuunt potestati, ei, quidquid ecclesiastici intra sacram urbem Romam, vel foris juris est, reformamus: totamque causam Dei judicio reservantes, universos hortamur, ut sacram communionem (sicut res postulat) ab eo percipiant, & Dei & animarum suarum meminerint, quia ipse & amator pacis est, & ipse pax est, qui monet: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis*: & in quacumque civitate pacem esse, confirmandam affirmans, beatos esse dicit pacificos. Hæc quicumque ex instructione nostra (quod non æstimamus) vel non ' admittit, vel retractari posse crediderit, videat, quia in divino judicio contemptus sui rationem est (sicut de Deo confidimus) redditurus. De clericis memorati papæ, qui ab episcopo suo ante tempus aliquod contra regulas discesserunt, & schisma fecerunt, hoc fieri decrevimus, ut eos satisfacientes episcopo suo, misericordia subsequatur, & officiis ecclesiasticis se gaudeant restitui: quia dominus & redemptor noster oves perditas ab errore lætatur inventas, & super ' profugum filium paternam liberalitatem cælestis ' mediator accommodat. Quisquis vero clericorum, post hanc formam a nobis * prolatam, quocumque sacrato Deo loco in ecclesia Romana missas celebrare præsumpserit, præter conscientiam papæ Symmachi, dum vivit, statutis canonicis velut schismaticus percellatur. Ista sufficiat nunc cum Dei notitia nos sincere protulisse.

Per principalia præcepta notatur principis volūtas seu jussio.

Ioan. 14.

Matth. 10.

' admitti

' prodigum

' medicator

* probatā

SUBSCRIPTIO EPISCOPORUM.

[i] Laurentius episcopus ecclesiæ Mediolanensis huic statuto nostro, in quo totam causam Dei judicio commisimus, subscripsi.

Petrus episcopus ecclesiæ Ravennatis huic statuto nostro, in quo totam causam Dei judicio commisimus, subscripsi.

[ii] Felix Interamnensis.
* Bonifacius * Aquævivensis.
Maximus Bleranus.
Æmilianus ' Vercellensis.
Maximus Ticinensis.
Cassianus Mutinensis.
Gerontius ' Fidenas.
Stephanus Venusinus.
Laurentius ' Boianensis.
Fortunatus Fulginas.
Mercurius Sutrinus.
Stephanus Neapolitanus.
Hilarius Tempsanus.
Maximianus Perusinus.
Innocentius Ferentinas.
Concordius Mesenas.
Vitalis Fundanus.
Castus ' Pratensis.
Aristus Ostiensis.
Martyrius Terracinensis.
Victor Lunensis.
Asterius Aquinas.
Chrysogonus Albanensis.
Amantius Potentinus.
Romanus * Nomentanus.
Ursus Reatinus.
Cresconius Tudertinus.
Innocentius * Mevanas.

[ii] Aliū ord. leges in cod. ecclesiæ Rom.
* Benignus
* Aquileiensis.
' Suranus
' Ficuclēsis.
' Boensis
' Prornēsis.
* Numentanus.
* Mibanas.

Left margin: Tim. 1. (communicur) ... Ioan. 1. ... sustentari ... successor / possessio ... succ... religionum ... judicio Dei ... non nomine: objectis oblatione

ANNO CHRISTI 501.

Ioannes Spoletanus.
Eustasius Cremonensis.
Laurentius Bergomas.
Eucarpus ' Messanensis. ('Meresape.)
Rufentius Egnatinus.
Serenus Nolanus.
Martianus Æsinus.
Eutychius Tranensis.
Fortunatus Anagninus.
Paschasius ' Vulternensis. ('Vulturnensis.)
Innocentius Forosempronienſis.
Felix Nepesinus.
Hilarius ' Cupersanensis. ('Ieptanensis.)
Innocentius Triferninus.
Severinus Tyndaritanus.
Silvanus Veliterninus.
Sebastianus Soranus.
Mercurius Gabinas.
Felix Atellanus.
Rusticus Buxentinus.
Propinquus ' Trebiensis. ('Tribesis.)
Adeodatus Formianus.
Bonifacius Camerinensis.
Iustus Signanus.
Vindemius Antiatinus.
Augustus Liparitanus.
Valentinus Amitetninus.
Fortunatus Suessanus.
Iocundus Augustanus.
' Trigidius Taurinas. ('Tigridius)
Viticanus ' Calliensis. ('Celenensis.)
Ioannes Ariminensis.
Proculianus Sepinas.
Candidus Tiburtinus.
Aprilis Lateranensis.
Asellus Populoniensis.
Memor Canusinus.
Callonicus Foroclodiensis.
Elpidius Volaterranus.
Ioannes ' Thuritanus. ('Turritanus.)
Adeodatus Silvæ candidæ.
' Venerus Polensis. ('Venerius Pallensis.)
Rogatus Taurominitanus.
Servusdei Veronensis.
Probus Camerinensis.
Dulcitius sancti ' Anthimi. ('Antonini.)

NOTÆ SEVERINI BINII.

An synodus hec tantum actio sit alterius?

a *Synodus Romana III.*] Illustrissimus cardin. Baron. anno 502. num. 1. 4. 21. & 22. hanc synodum, quod supra etiam dixi, synodicam actionem synodi Palmaris esse arbitratur, ideo quod utraque eadem consulari nota consignetur: quodque Symmachus papa synodum allocutus, *Bene*, inquit, *fraternitas vestra, quæ erunt definienda definivit.* Quæ cum parum urgeant, visum mihi fuit hac in re a communi sententia nequaquam esse recedendum. Acta Palmaris synodi consulatum Avieni junioris expresserunt, ut eam a tertia sub Avieno seniore consule celebrata distinguerent. Quid quod utriusque Avieni diversa prænomina idem apertissime demonstrent? Senior Fausti, junior Flaviani prænomen habet. Dubium itaque nullum est, quin diversæ consulares notæ, diversitatem synodorum non obscure indicent. Vide rationes plures infra in notis Palmaris.

Acta depravata fuere.

b *Rufo Magno.*] Cassiodorus & Marcellinus Pompeium ejus collegam recensent. Acta cum depravata esse reperiantur, ex codice Cresconjano antiquitus scripto, quantum licuit, emendata sunt.

Schismaticorum violentia & furor.

c *Ex præcepto gloriosissimi regis Theodorici*] Cum ecclesiæ Romanæ præsentia Theodorici regis aliquantisper quievisset, ea schismaticorum spe, quod favore principis Symmachum papam falsis calumniis circumventum deponendum sperassent, tandem ubi regem æqui amantissimum nihil de causa Symmachi decernere, sed ex sententia episcoporum qui convenerant definiri velle cognovissent, furore perciti, ad violentiam conversi, cædibus

A omnia miscere sunt ingressi. Interea vero rex Theodoricus, interpellatione catholicorum & aliorum, qui erant in urbe, Symmacho faventium senatorum, de cogenda synodo cogitat. Cum vero sciret non esse suarum partium orthodoxos antistites ad synodum convocare, sibi nihil plus æquo tribuens, regia via incedens, more majorum, ipsius Symmachi papæ auctoritate id perficiendum curavit, & ab ipso pontifice literas ea de re dari voluit ac præcepit. Hæc ita se habere, non tantum constat ex actis synodalibus, verum etiam ex illis Theodorici aliorumque episcoporum literis, quæ in hac causa ultro citroque transmissæ fuerunt: quas a Nicolao Fabro Parisiensi acceptas dignissimas esse judicavi quæ hoc loco maxime congruo huic operi inserantur.

PRÆCEPTIO QVÆ MISSA EST PER GERMANVM ET CAROSVM episcopos.

B *Dominis sanctis & venerabilibus patribus Laurentio, Marcelliano, & Petro, & cunctis episcopis in Vrbe residentibus, Theudoricus rex.*

Vos quidem rem fecistis proposito congruentem, nos potius " directo vestro secundo consulere, quam indictum * consilium alienæ facultatis imitatione differere, ne discedentibus universis sub manifesta deserti dispositione judicii major urbem regiam seditiosis motibus turba contuteret. Sed non optavimus commisisse sanctæ congregationis ' examinationis sub hac protrahi dilatione negotium, nec * universitas animum * gravius præjudicio pendere suspensum. Quia nec tranquillitati urbis definitionis mora, nec sacerdotali proposito C sententia potest convenire discordiæ. Molesta igitur accepta confusione, quæ nata est * ceterum quæ discessum, quia propter turbam quæ aut " causu vitio aliquorum contigit, iterata quæ cœperunt relinquere judicia. Qui tamen si ' dixerit potius cogitassent, exemplo vestro in urbe residere expectantes de his quæ illic facta de nostræ providentiæ * ordinare remedium. Cum in multas vias cogitatio nostra dispersit, * Adhuc si tramitem consilii cura convertit, ut rursum ad Kalendas Septembris diem eumdem censuerimus sacerdotum numerum convenire, qui dudum fuerat convocatus. Ergo in " grabantis sanctitatem ' reliquorum præsentia convenit operire, ut * cum præso tumultu D & dissensione submota, quæ ab omnibus * certa est ab omnibus * causa per agatur. Nam * Revennam, quemadmodum speratis, non putavimus revocandum esse concilium, dum aliorum labore, * dierum permovemur ætate, parati ut nisi secundo conventu causæ finem judicium synodale posuerit juxta desiderium vestrum, quos nos poscitis esse præsentes; occupationibus nostris Romæ quietis amori postpositis, nos potius Romam Deo auctore veniamus, ut præsentibus saltem nobis citra confusionem atque discordiam, secundum Dei timorem tanta causa terminum sortiatur. Vt non diutius urbs regia turbarum E tempestate fatigetur, sed vestri æquitate judicii redeat ad quietem. Ne mora vobis videatur onerosa, fas est vestræ æstimare providentiæ, si quomodo sit, aut sub nostrorum temporum tranquillitate tolerandum, solutus ne in aliqua definitione concilio sub incerto ecclesiam, sub hoc certamine Romanam perdere civitatem. Alia manu, Orate pro nobis domini ac venerabiles patres, Datum sub die v. Idus Augusti. " sed ecclesia. Rufo Magno " Fausto Avieno viris clarissimis consulibus."

" lege ex c. de redu[...]
* Cōcilium alienæ facultatis imitatione deferere,
' examin[...]
* universitatis
* gravior
" ausu au[...] vitio
' quid
* ordinatione
* Ad hu[...]se
" l. gravantis
' vestram
* cōpress[...]
* orta
* Ravennam,
* aliorum
" duo h[æc] verba ab[sunt a v. c.]
" Vide supra pag. 1323. A.
" Anno Christi 501.

ANNO CHRISTI 501.

SENATVS

SENATUS VEL MARCELLINI EPISCOPI CUM CETERIS, ET ALIA praeceptio, quæ data est per majorem domus regis.

PRÆCEPTIO REGIS IV. MISSA AD SYNODUM.

Flavianus Teudoricus rex universis episcopis ad synodum convocatis.

ROMANÆ ecclesiæ pacem, episcopo Symmacho criminosis propositionibus impedito sub ea quam cernitis confusionem turbæ, " quoniam * non magis potuit providentia nostra consulere, quam ut juxta petitionem senatus & cleri, ad congregandos ex diversis provinciis causam " revocare & antistites, & de religiosæ actione personæ sanctum " facere. * Indicare concilium, in oculis sunt dudum ab universis synodum destinatam, & conscientiæ nostræ " adstipulatur oracula, quibus * solus integritatis affectum hoc jus pontificibus commisimus evocatis, ut sub synodalis æquitate sententiæ, aut propter objecta convictus reatui subjaceret. Post hujusmodi constituta; quis finem tanto dandum dubitarit esse negotio? quis de tam numeroso concilio sacerdotum magis nasci crediderit confusionis ambiguum? quid profuit * fide vita de prolixo itineris citra ad nos impósuistis negotio? quid tantatum ecclesiarum absentibus sacerdotibus fuisse suspensum? quid peteret reliquum si tanto exitum non datur impetrare conventu. Sed transacta sufficiant, quæ ad hoc tantum in memoriam satis est revocare, * quid desinat. Bona est præteritorum recordatio, si quæ displicent secuta cura correptionis emendet. Non saltem discedentibus aliquibus, delatoque negotio ad secundæ concordationis venientis repetita judicia pro fide, pro innocentia, pro æquitate concordis remotis studiis aliquibus * dissentit integritas, hoc petitione nostra Romanæ confertur civitati, ut sacerdotali consideratione proposito delegato terminum detis sine contentione negotio, scientes examen vestrum de his, securum esse judicium. Cogitate matrem confusionis esse discordiam, & quemadmodum consensu dubia solidantur, ita etiam firma dissensione dissolvi. Numquid laboriosa, numquid conscientiæ vestræ gravia, numquid inimica proposito ab antistitibus suis pacem poscit ecclesia, & ab his quibus per * regiones professionis vestræ cura debeat esse propensior, fidem tumultuosam expectat? intentio est vobis servandæ justitiæ in cognitione libertas remotis omnibus occasionibus integro si vestræ voluntatis objectorum criminum causa examinate judicium, dummodo studiosa certamine defendi amore, & omne confusionis amputetur ambiguum, maxime cum hanc vobis pro religionis reverentia consideratione justitiæ nostræ oracula tribuant facultatem, ut sicut vobis est inquirendæ in hoc negotio voluntas & cura veritatis, personis illic omnibus constitutis, per quas potest fides rerum, quæsita præstare, vos noveritis, & Deus quid in ipsa causa judicare debeatis pacem modis omnibus clero, senatui & Romano populo post judicium redditúri; ne

A qua turbatio, nulla discordia in civitate remaneat, sive vultis ut quod propositum est transeat sine discussione negotium, vos sciatis, & Deus qualiter ordinetis, dummodo pax clero, senatui, populoque Romano sub vestra ordinatione reddatur. Ecce coram Deo & hominibus arbitrio vestro committentes universa, conscientiam nostram, sicut decebat, absolvimus, tantum est sub justa ordinatione rem fuisse finitam, & civitatem redditam * discedentibus incides. Neque enim tolerabile est ob hanc negligentiam regiæ civitatis amor quo tenemur adremittit, ut rebus omnibus Deo auctore pacatis sola tranquillitate B erigi, & in media urbe confundi, ut desideratur civilitas in archilatiora, quæ est sub hostium vicinitatis cura, & neque omisisse videatur cum * necessia credideritis episcopi Symmachi in cognitione præsentiam, Gudilam & Bedulphum sublimes viros, majores domus nostræ, quos de præsente misimus cum Conzatrierno. Ne quid dubitationis habeat jussio nostra, sacramenta præstabunt satisfacturi designatio episcopus, quemadmodum æstimaverit ordinatio vestra sufficerit, ut vocatus ad concilium, citra Urbem & molestiæ metu securus occurrat. Orate pro me, domini sancti & venerabiles patres. Datum est sub die VI. Kalendas Septembris Ravenna. — *necessarium

C RELATIO EPISCOPORUM AD REGEM.

Agimus Deo gratias, qui regum corda pietatis suæ manu & gubernat & temperat, quando ab ipso venit quod clementia vestra * extra more suo præceptis ad nos moderantissimis per majores domus Gudilam & Bedulphum sublimes vestros missis ostendit. Sic enim mansuetos principes cæli dominus fecit esse quos diligit, & quibus est propitiata divinitas, eos in causis omnibus mandatis suis ordinat obedire quod scriptum est, dicente Deo: *Sine me nihil potestis facere.* Quod utique boni intelligendum est, Deoque nostro toto affectu & obsequio jussioni vestræ parere volumus, & ad papam, qui impetebatur quater cum D sacerdos nostros ex * secunsanda synodo direximus, ut ad judicium conveniret. Sed occurrere se audientiæ nostræ penitus non * possit statutus, mandans. Primo ad conventum vestrum quando Romæ venistis, sine aliqua dubitatione properavi, & privilegia mea voluntati regiæ submisi, & auctoritati synodi dedi sicut habet ecclesiastica disciplina, restauratione ecclesiarum regulariter poposci: sed nullus mihi a vobis effectus est, deinde cum venirem cum clero meo crudeliter mactatus sum, ulterius me vestro examini non committi in potestate Dei est, & domini regis quid de me deliberet ordinare. Post episco- E pos tamen, qui majoris domus vestræ * illustris vero Argenno direximus, cui quid responsi dederit sua suggestione renuntiat, & * in te manus tamen serenissimo domno, quia nobis quid possimus facere non remansit, nec invitum ad disceptationem nostram adducere possumus. Ipsi per canones appellationes omnium episcoporum commissæ sunt; & cum ipse appella * egiret faciendum? nec in absentem valeamus ferre sententiam, nec contumacis locum deputare, qui se judicibus occurrisse præclamat; maxime quia cum nova est res pon-

*ex amore suo

Ioan. 15.

*sacrosancta

*posse statuit

*illustrem virum Agerium

*intimavimus

*ecquid;

ANNO CHRISTI 501.

pontificem sedis istius apud nos * adire; nullum constat exemplum. Voluimus quod restabat pacem juxta præceptum & voluntatem reddere civitati, quæ res & proposito nostro amica est, & beatitudini vestrorum temporum congruebat. Qua * confessione tantæ civitatis & gemimus, & horrescimus. Ad amplissimum senatum collegasque nostros secundum direximus, orantes ex verbis apostoli, qui monet: *Quod ex vobis est cum omnibus pacem habentes, non vosmetipsos vindicantes, carissimi, sed date locum iræ. Scriptum est etiam: Mihi vindictam, ego retribuam, dicit dominus*, nec admonitioni clericorum defuimus, quibus regulariter volumus subvenire, qui etiam salutare monitum contempserunt, ideo vestri erit * temperii mutuo Dei respicere ecclesiæ redintegrationem, Romanæ civitatis, & provinciarum quietem. Nunc rogamus, ut infirmitatibus & * & deunitatis nostræ quod pii domini, succurratis quomodo calliditati sæculari sacerdotum simplicitas non sufficit, & jam diutius nostrorum mortes & pericula propria Romæ pati non possumus? sed concedente nobis optatissimo præcepto vestro, ut ad ecclesias nostras liceat nos reverti, quia post hæc suggerimus, nihil est quod a nobis possit ordinari, optamus vobis " domine patri ceb.

* audiri;
* cõfusione
Rom. 12.
* imperii metu
* *forte* indemnitati
" salutem domine princeps.

PRÆCEPTIO REGIS.

Flavius Theodoricus rex universis episcopis ad synodum convocatis.

Decuerat quidem beatitudinem vestram divinæ considerationis reverentia excitum jam finire negotium: ut vobis ordinantibus submoveri potuisset tanta de civitate confusio, maxime cum prætentis affectibus jusserimus, quemadmodum vestrum visum fuisset arbitrium, memoratum vos terminare debere certamen, dummodo sub justa ordinatione finitum dissentientes unitati & concordiæ redderentur. post quæ miramur denuo fuisse consultos, cum si nos de præsenti ante voluissemus judicare negotio habito cum proceribus nostris de inquirenda veritate tractatu, Deo auspice, potuissemus invenire justitiam, quæ nec præsenti sæculo, nec futuræ forsitan displicere potuisset ætati? Sed quia non nostrum judicavimus de ecclesiasticis aliquid " censeri negotiis. Ideoque vos de diversis provinciis fecimus evocare, ut sub divini timore judicii, totius certaminis vobis disponentibus causa * transierit, urbique nostræ, Deo favente, optata per vos concordia redderetur. Nunc vero eadem quæ dudum præsentibus intimamus oraculis, nos coram Deo & hominibus absolventes, ut causam Dei, quam vestræ congregationi * amplissimum senatus & * pace clerici sperantes, commisimus, quemadmodum visum vobis fuerit, * nec a nobis ordinis vestri expectetur forma judicii, sed vos qualiter vultis ordinate, sive discussa, sive indiscussa causa, proferte sententiam, de qua estis rationem divino judicio reddituri, dummodo, sicuti sæpe diximus, hoc deliberatio vestra provideat, ut pax senatui populoque Romano, submota omni confusione, reddatur; ne qua, quod absit, post judicium turba, aut aliqua remaneat in civitate discordia, sin autem secundum mandata nostra concordia sacratissimæ urbi a vobis fuerit restituta; tunc universitas agnoscere poterit justum sacri ordinis vestri extitisse judicium. Orate pro nobis, domini sancti ac venerabiles patres. Datum sub die Kalendarum Octobris regum " synodi ecclesiastici * vos an agnoscite " regis.

" censere negotiis, ideo vos
* transigeretur,
*amplissimi
* cleri pacem spectantes,
* transigatis, *addit Faber.*

Primo salutandi episcopi, & dicendum eis causa qua agitur.

Si mihi visum fuisset, aut justitia habuisset, ut ego debuissem audire cum proceribus palatii mei, potueram tractare quomodo & Deo placuisset, & posteritati ingratum non fuisset: sed quia causa est Dei & clericorum: ideoque modo ad petitionem senatus vel cleri ex diversis civitatibus convenire antistites * ut & Deo medio secundum quod legitis in euangelio ex apostolo ad Corinthios hoc sequamini. Si vero vobis visum fuerit sine discussione causam finire, aut discussam aut indiscussam, quemadmodum visum fuerit, judicate. meam personam nolite metuere, reddituri rationem ante conspectum Dei, tantum est ut senatum, clerum & populum pacificum dimittatis, & quod judicaveritis scribatis. Nos autem hoc probabimus vos bene ordinare, si populo, senatui, clero pacem integram reddatis? Quod si minime feceritis, ostendetis vos uni parti favisse. Nullius ergo personam ante oculos habeatis, quamvis si ex vobis aliquis violenter vellet quæ injusta sunt imponere, remissis rebus vestris justitiam custodire debetis. Nam multi & vestræ & nostræ regionis episcopi propter Dei causas, & de ecclesiis ut rebus suis jactati sunt, & tamen vivunt Ego non solum impono, sed etiam rogo, ut faciatis quæ Deus præcepit, & quæ legistis in euangelio & apostolo. Si autem discutitis causam, vel sub aliquo colore melius causam judicatis. Si autem indiscussam dimiseritis, datis exemplum sacerdotibus omnino male conversandi. Hæc cum diceret, proposuit similitudinem: Aliquando * Asparia a senatu dicebatur, ut ipse fieret imperator, qui tale fertur dedisse responsum: Timeo ne per me consuetudo in regno nascatur, * ita dico, ut modo ne irascantur sancti patres nostri, ne per eos cum non discusserint & ita judicaverint, consuetudo peccandi omnibus sacerdotibus * generaliter. Item si voluerit discutere causam, ut securus egrediatur, Arigerisus, [illegible]udila, & Bedulphus sacramenta ei præstabunt. De area vero vel de domo Lateranensi, prout judicatum fuerit, eadem synodus reddat * de vindictam; quæ sperant discussionem si eis placuerit, aut ipsi vindicent, aut nos deputemus legibus exequantur culpas.

ANNO CHRIS[TI] 501.
" Verba corrupta
* f voc[e]
" imo leg[en]dum, An[agnoscite]... regis, tit[ulus] instar in[sc]rendum.
* justi[tiam ... ad]dit Faber.
* Aspar
* mala [... ad]dit Faber
* genere[tur].
* debita[m] quæ spe[]ratur

NOTÆ SEVERINI BINII.

d *Ejus sedi.*] Hoc loco Romanæ ecclesiæ primatus causæ tres recensentur. Priore meritum Petri, qui ob meritum confessionis obtinuit primatum. Matth. 16. Secunda ponitur jussio domini, qua institutus est primatus & Petro collatus, cum dictum est ei Ioannis ultimo: *Pasce oves meas.* Tertia conciliorum auctoritas, quæ hanc domini jussionem declaravit. Vide Bellarminum lib. 2. de Rom. pontif. cap. 17. & quæ infra notabimus.

Causæ p[ri]matus ec[]clesiæ R[o]manæ.

e *A mansuetudine ejus pagina postulata sunt*] Vides quod nec Arianus quidem rex absque consensu & certis literis Romani pontificis synodum congregare præsumpserit, quia id sibi non licere cognoverat.

f *Præfatus papa ut causam diceret occurrebat.*] Comitante ad judicium cum lacrymis plurima utriusque sexus plebe, ut testatur Ennodius infra.

Arianu[s] rex syn[o]dum co[n]vocare [...] retur si[ne] consensi[u] pontifici[s]

g *Ab irruentibus turbis æmulorum suorum ita tractatus est.*] Quibus injuriis turba schismaticorum euntem ad judicium prosecuta fuerit, post Anastasium in vita Symmachi, supra insinuat ipse in apologetico ad imperatorem, his verbis: *Inter imbres lapidum positus evasi: judicavit Deus.*

h *Sancti principis.*] Rex Arianus non ex meritis, sed ex consuetudine piissimus & sanctissimus nominatur, sicut a Dionysio Alexandrino episcopo Valerianus & Gratianus imperatores ethnici, ut testatur Eusebius, sanctissimi appellati fuerunt. Idque factum est exemplo S. Pauli apostoli, qui Act. 24. nefarium hominem præfecturam gerentem, consueta nomenclatura, optimum Felicem vocavit. Baron. anno 502. num. 21.

i *Laurentius Mediolanensis & Petrus Ravennas.*] Hi duo ceteris prærogativa sedium præeminebant: ideoque cum Romam venissent, ne qui ad cognoscendam causam Symmachi convocati fuerant in suspicionem causæ defensionis venirent, ab ejusdem Symmachi consuetudine non autem communione catholica abstinuerunt. Ennodius in apologetico pro quarta synodo.

[a] SYNODUS ROMANA IV. SUB SYMMACHO, ALIAS [b] PALMARIS appellata.

Qua, [c] electione Symmachi confirmata, [d] regis Odoacris lex ecclesiasticæ libertati, & pontificis electioni repugnans est abrogata, anno domini DII. Avieno juniore consulatum agente.

TITULI CAPITULORUM.

I. *De prælocutione papæ Symmachi, qui synodi statuta collaudans, clericorum suorum culpat excessus, quod inter alia etiam, propter constitutum illustris memoriæ Basilii, a sua communione desciverint.*

II. *Exemplar ipsius constituti synodo recensetur.*

III. *Sententia ipsius synodi, qua præfatum constitutum nullius esse momenti decernitur.*

IV. *Ut nulli apostolicæ sedis præsuli possessionem ecclesiæ magnam vel parvam in perpetuum liceat alienare, vel commutationis obtentu ad cujuslibet jura transvertere.*

V. *De domibus ecclesiasticis, quæ sunt in urbibus, commutandis.*

VI. *Ut non liceat presbyteris urbis Romæ titulorum suorum prædia, seu quicquid juris eorum fuerit, quolibet alienare commento: qui vero hoc agere tentaverit, ordinis sui amissione plectatur.*

VII. *Ut qui petierit prædium ecclesiæ, & acceperit, aut si quis presbyterorum, aut diaconorum, necnon defensorum, danti subscripserit, anathemate feriatur.*

VIII. *Ut si quis anathematis pœnam parvi duxerit, etiam documento, quo se putat ecclesiæ prædium possidere, frustretur: liceatque cuilibet ecclesiasticæ personæ vocem contradictionis afferre, & cum fructibus præteriti temporis eadem prædia alienata reposcere.*

EXEMPLAR CONSTITUTI FACTI A DOMINO SYMMACHO PAPA,

De abroganda lege Odoacris regis repugnante libertati ecclesiasticæ in electione pontificis, & de rebus ecclesiæ conservandis.

FLAVIANO [l] Avieno viro clarissimo juniore consule, sub die [l] VIII. Iduum Novembrium, in basilica beati Petri apostoli, residente venerabili viro papa Symmacho, una cum venerabilibus viris & episcopis, Laurentio, Maximo, Petro, Laurentio, Æmiliano,

A Tigridio, Felice, Bassiano, Crescenio, Pacatiano, Benigno, Rufentio, Innocentio, Ioanne, Maximo, Stephano, Ioanne, Sereno, Eulalio, Proculeiano, Fortunato, Laurentio, Eustathio, Martiano, Iocundo, Candido, Fortunato, Felice, Eutychio, Elpidio, Aprile, Innocentio, Mercurio, Hilario, Fortunato, Concordio, Asello, Innocentio, Stephano, Gerontio, Paschasio, Vitale, Memore, Severino, Hilario, Veneriosо, Innocentio, Casto, Colonico; Silvano, Maximiliano, * Aristone, Severino, Propinquo, Martyrio, Valentino, Sebastiano, Romano, Vindemio, Vindemio, Victore, Dulcitio, Urso, Mercurio, Asello, Servodei, Adeodato, Asterio, B Martiniano, Felice, Eusebio, Augusto, Projectitio, Chrysogono, Venantio, Rustico, Sallustio, Probo, * Amando, Basilio, & Florentio. Residentibus etiam presbyteris, Projectitio, Martino, Epiphanio, Sebastiano, Servodei, Epiphanio, Octaviano, Anastasio, Abundantio, Vincomalo, Paulino, Iuliano, Marcello, Agathone, Benedicto, Crescentiano, Paschasio, Iuliano, Severo, Paulino, Adeodato, Ioanne, Timotheo, Laurentio, Hilario, Adeodato, Marco, Stephano, Venantio, Petro, Chrysogono, Litorio & Chrysogono, Tinulo vel * Maximo, Fortunato: adstantibus quoque diaconibus Anastasio, Hormisda, Ioanne, & Agapeto, Symmachus episcopus ecclesiæ catho- C licæ urbis Romæ dixit:

ANNO CHRISTI 502

* Ariste.

* Anantio

* Maximino,

I.

Bene quidem fraternitas vestra ecclesiasticis legibus obsecuta, sub divini timoris judicii quæ erant statuenda, definivit, & ad justitiæ cumulum * pervenit, dum sufficienter universa complectitur, nec adjectione indiget plenitudo, maxime de clericis, quos amor dominationis invasit, & jugum disciplinæ ecclesiasticæ fecit respuere, quos propterea schisma fecisse, apud * vos constitit: quibus misericordiam tamen, quam Deus mandat universis impendi, (sicut oportuit) non negastis, si duritia cordis eorum non sibi acquirat pœnam, dum contemnit oblata remedia, quorum excessus enarrare difficile est. D Unum tamen, quod occurrit, venerando ordini vestro intimare non differo. [e] Dixerunt inter alia, scripturam quamdam illustris memoriæ Basilium, quasi pro ecclesiasticæ amore substantiæ, conscripsisse, in qua nullus Romanæ ecclesiæ nec interfuit nec subscripsit antistes, per quem potuisset sortiri legitimam firmitatem. Ne vero ego inde disputem [l], sed ut possit vestrum judicare concilium: requiratur & * referatur in medium, ut lectione agnoscatis, cujusmodi possit habere substantiam. Sancta synodus respondit: Deferatur in medium, ut cujusmodi sit, possit agnosci. Et dum diceret, Hormisda diaconus recitavit:

Dist. 96. Bene quidem.

* perduxit.

* nos

Luc. 6.

[l] unde potest

* deferatur

II. [ll]

[ll] EXEMPLAR SCRIPTURAE.

E Cum in unum apud B. Petrum apostolum resedissent, sublimis & eminentissimus vir, præfectus prætorio atque patricius, agens etiam vices præcellentissimi [f] regis Odoacris, [g] Basilius dixit: Quamquam studii nostri & religionis interfit, ut in episcopatus electione concordia principaliter servetur ecclesiæ, ne per occasionem seditionis status * civilitatis vocetur in dubium, tamen [h] admonitione beatissimi viri papæ nostri Simplicii, quam ante oculos semper

* civitatis

habere

ANNO CHRISTI 502.

habere debemus, hoc nobis (meministis) sub obtestatione fuisse mandatum, ut propter illum strepitum, & venerabilis ecclesiæ detrimentum, si eum de hac luce transire contigerit, non sine nostra consultatione cujuslibet celebretur electio.

Et cum legeret, Crescontius episcopus civitatis Tudertinæ ecclesiæ surgens e consessu dixit: Hic perpendat sancta synodus, uti prætermissis personis religiosis, quibus maxime cura est de tanto pontifice, electionem laici in suam redegerint potestatem, quod contra canones esse manifestum est.

Item Hormisda diaconus legit: 'Nam & cum quid confusionis atque dispendii venerabilis ecclesia sustineret: miramur, prætermissis nobis, quidquam fuisse ' tentatum; cum etiam sacerdote nostro superstite, nihil sine nobis debuisset assumi. Quare, si amplitudini vestræ vel sanctitati placet, incolumia omnia, quæ ad futuri antistitis electionem respiciunt, religiosa * honoratione servemus, hanc legem specialiter præferentes, quam nobis heredibusque nostris Christianæ mentis devotione sancimus: Ne unquam prædium, seu rusticum seu urbanum, vel ornamenta aut ministeria ecclesiarum, quæ nunc sunt, vel quæ ex quibuslibet titulis ad ecclesiarum jura pervenerint, ab eo qui nunc antistes sub electione communi fuerit ordinandus, & illis qui futuris sæculis sequentur, quocumque titulo atque commento alienentur. Si quis vero aliquid eorum alienare voluerit, inefficax atque irritum judicetur, sitque facienti, vel consentienti, accipientique anathema. Maximus episcopus ' Bleranæ ecclesiæ dixit: Modo sancta synodus dignetur edicere, si licuit laico homini anathema in ordine ecclesiastico dictare. Aut si potuit laicus sacerdoti anathema dicere, & contra canones, quod ei non competebat, constituere. Dicite vobis quid videtur? De me licuit laico legem dare? Sancta synodus dixit: Non licuit. Et adjecit: Lege sequentia. Hormisda diaconus legit. Et is qui prædium rusticum vel urbanum juris ecclesiastici fuerit consecutus, noverit se nulla ' lege vel præscriptione munitum: sed sive is qui alienaverit, sive is qui consequenter voluntate contraria prædium hujusmodi alienatum revocare tentaverit, id cum fructibus restituat qui illud fuerit consecutus. Et cum legeret, Stephanus episcopus Venusinæ ecclesiæ surgens e consessu dixit: Perlegatur. Hormisda diaconus legit:

' Cui nequicquam

' testatum

* veneratione

' Bledanæ

' legis præscriptione

III.

Quam etiam pœnam placuit accipientis heredes proheredesque respicere. In qua re cuilibet clericorum contradicendi libera sit facultas. Iniquum est enim, & sacrilegii instar, ut quæ vel pro salute, vel pro requie animarum suarum unusquisque venerabili ecclesiæ pauperum causa contulerit, aut certe reliquerit, ab his, quos hæc maxime servare convenerat, in alienitatem transferantur. Plane quæcumque in gemmis, vel auro atque argento, nec non & vestibus, minus apta usibus vel ornatui videbuntur ecclesiæ, quæ servari ac diu manere non possunt, sub justa æstimatione vendantur, & erogationi religiosæ proficiant. Cumque lecta fuisset, Laurentius episcopus Mediolanensis ecclesiæ dixit: Ista scriptura nullum Romanæ civitatis potuit obligare pontificem, quia non ' licuit laico statuendi in ecclesia, præter papam Romanum, habere aliquam potestatem, cui ' obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi, maxime cum nec papa Romanus subscripserit, nec alicujus secundum canones metropolitani legatur assensus. Petrus episcopus Ravennatis ecclesiæ dixit: Scriptura quæ in nostra congregatione vulgata est, nullis eam viribus ' subsistere manifestum est: quia nec canonibus convenit, & ' laica persona concepta videtur, maxime quia in ea nullus præsul sedis apostolicæ interfuisse, vel propria subscriptione firmasse monstratur. Eulalius episcopus Syracusanæ ecclesiæ dixit: Scriptura quæ in sacerdotali concilio recitata est, evidentissimis documentis constat invalida. Primum, quod contra patrum regulas a laicis, quamvis religiosis, quibus nulla de ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi legitur unquam attributa facultas, facta videtur. Deinde, quod nullius præsulis apostolicæ sedis subscriptione firmata docetur. Quod si cujuslibet provinciæ sacerdotes, intra terminos suos concilio habito, quidquam sine metropolitani, suive antistitis auctoritate tentaverint, irritum esse debere patres sancti sanxerunt: quanto magis, quod in apostolica sede, non existente præsule, qui prærogativa beati meritis apostoli Petri per universum orbem primatum obtinens sacerdotii, statutis synodalibus consuevit tribuere firmitatem, a laicis, licet consentientibus aliquantis episcopis, (qui tamen pontifici, a quo consecrari probantur, præjudicium inferre non potuerunt) præsumptum fuisse cognoscitur, viribus carere non dubium est, nec posse inter ecclesiastica ullo modo statuta censeri? Sancta synodus dixit: Liquet secundum prosecutionem venerabilium fratrum nostrorum, Laurentii, Petri, Eulalii, Crescotnii, Maximi, vel Stephani, nec apud nos incertum habetur, hanc ipsam scripturam nullius esse momenti, quam, etiam si aliqua posset subsistere ratione, modis omnibus in synodali conventu provida beatitudinis vestræ sententia enervari conveniebat, & in irritum deduci, ne in exemplum remaneret præsumendi quibuslibet laicis, quamvis religiosis vel potentibus, in quacumque civitate quolibet modo aliquid decernere de ecclesiasticis facultatibus, quarum solis sacerdotibus disponendi indiscusse a Deo cura commissa docetur. Symmachus episcopus dixit: Modo, quia Deus præsentiam vestram votivam mihi sub qualibet occasione concessit, volo (si placet) rem fieri firmam, quam credo ecclesiasticis facultatibus convenire, ut agnoscant omnes, quos in me vanus furor excitavit, nihil me magis studere, quam ut salvum esse possit quod mihi est a Deo sub dispensatione commissum, sed & quibuslibet ' Deum timentibus, gratum esse debeat, & ad ecclesiastici custodiam patrimonii pertinere. Sancta synodus dixit: Scimus provisionem vestram necessariis studere, & ideo in vestra est potestate sequenda disponere. Symmachus episcopus ecclesiæ catholicæ urbis Romæ dixit: Magna

ANNO CHRISTI 502.

16. quæst. 7. Non placuit.

' placuit

' subsequendi

Nic. concilium can. 4. & 6.

' sustinere

' a laica nunc

16. quæst. Laicis quamvis.

Nic. concilium ubi supra.

' successoribus

ANNO CHRISTI 502.

Magna quidem venerando & sacerdotali debetur cultura proposito, cui imminet de studio, quæ recta sunt, non de necessitate, disponere. Sed quoniam in aliquibus aliena postulantibus, vitiorum mater avaritia, repudiatis honestatis repagulis, totum putat expedire quodlibet: & ita, dum prædæ inhiat, patientia supernæ pietatis abutitur, expectantibus correctionem cælo moderante, judiciis se existimant non teneri, cum clarum sit, quod apud certos in occasionem rapiendi procedat divinæ mora sententiæ. Sed nobis quos pastoralis cura & ecclesiastica adstringit, pro dispensatione credita, ratio reddenda substantiæ: opus est, ut solicitudinem nostram, non solum ad præsentia, sed etiam ad secutura sæcula porrigamus; ne ad animæ nostræ detrimenta contingat, si hi, qui possunt statutis debere innocentiam, præsumentes de libertate, deliquerint, cum religiosa possint & nostra & successoris nostri potestate fulciri, legibus ecclesiasticis servientes.

IV.

His ergo perpensis, mansuro cum Dei nostri consideratione decreto; sancimus, ut nulli apostolicæ sedis præsuli, a præsenti die (donec, disponente domino, catholicæ fidei manserit doctrina salutaris) liceat prædium rusticum, quantæcumque fuerit vel magnitudinis, vel exiguitatis, sub perpetua alienatione vel commutatione ad cujuslibet jura transferre. Nec cujusquam excusentur necessitatis obtentu, quippe cum non sit personale, quod loquimur: nec aliquis clericorum vel laicorum sub hac occasione accepta tueatur. Sed nec in usufructuario jure aliquibus dare liceat, nec data retinere, præter clericos, & captivos, atque peregrinos: ne malæ tractationis ministretur occasio, cum liberalitati illi alia itinera reserventur.

V.

Sane tantum domus in quibuslibet urbibus constitutæ, quarum statum necesse est expensa non modica sustentari, acceptis (si offerri contigerit) sub justa existimatione reditibus, & divini timore judicii, ' commutentur.

VI.

Pari etiam ecclesiarum per omnes Romanæ civitatis titulos, qui sunt presbyteri, vel quicumque fuerint, astringi volumus lege custodes: quia nefas dictu est, obligatione, qua se per caritatem Christi connectit summus pontifex, ea hominem secundi in ecclesia ordinis non teneri. Quicumque tamen obligatus, Dei, & decreti hujus immemor, cujus Romanæ civitatis sacerdotes volumus religiosis nexibus devinciri, in constitutum præsens committens, quidquam de jure titulorum vel ecclesiæ superius præfatæ quolibet modo, præter aurum, argentum, vel gemmas, *vestes quoque, si sunt, vel si accesserint aliqua mobilia, ad ornamenta divina minime pertinentia, perpetuo jure, exceptis dumtaxat sub præfata conditione domibus, alienare tentaverit, donator, alienator ac venditor, honoris sui amissione mulctetur.

VII.

Præterea, qui petierit aut acceperit, vel qui presbyterorum, aut diaconorum, seu defensorum danti subscripserit, quo iratus Deus animas percutit, anathemate feriatur. Sitque accipienti, vel subscribenti de personis superius comprehensis, id est, quas anathemate feriri censuimus, (instituta pœna contubernalium servata) quam præmisimus in alienatore vindicta. Nisi forte & alienator sibi, dum repetit, & qui acceperit, celeri restitutione prospexerit.

VIII.

Quod si minore animæ suæ cura, quisquam remedium oblatum forte neglexerit, supra ea pœnarum genera, quæ superius tenentur adscripta, contra fas si quod conceptum fuerit documentum, universis viribus, quamvis ab initio nullas habuerit, effœtetur. Sed etiam liceat quibuscumque ecclesiasticis personis vocem contradictionis afferre, & ecclesiastica auctoritate fulciri, ita ut cum fructibus possit alienata reposcere: nec aliquo se ante tribunal Christi obstaculo muniat, qui a religiosis animabus ad substantiam pauperum derelicta, contra fas sine aliqua pietatis consideratione dispergit. Hujus autem constitutionis legem in apostolica tantum volumus sede servari, in universis ecclesiis per provincias secundum animarum considerationem, quem proposito religionis convenire rectores earum viderint, more servato.

SUBCRIPTIONES.

Cælius Symmachus episcopus ecclesiæ Romanæ huic constituto a nobis facto subscripsi.

Cælius Laurentius episcopus sanctæ Mediolanensis ecclesiæ huic constituto a venerabili papa Symmacho facto subscripsi.

Petrus episcopus catholicæ Ravennatis sanctæ ecclesiæ huic constituto a venerabili papa Symmacho facto subscripsi.

[k] Eulalius episcopus ecclesiæ Syracusanæ huic constituto a venerabili papa Symmacho facto subscripsi.

[n] Felix Interamnensis.
Cresconius Tudertinus.
Æmilianus Vercellensis.
Iocundus * Subaugustanus.
Tigridius Taurinas.
Vitalis Fundanus.
* Bassus Mutinensis.
Pacatianus Comaclensis.
Maximus Bleranus.
Martyrius Terracinensis.
Rufentius Ignatinus.
Basilius Tollentinas.
Martinianus * Ortensis.
Benignus Aquævivensis.
Fortunatus Suessanensis.
Severinus Tyndarinensis.
Eucarpus Messanensis.
Ioannes Spoletinus.
Stephanus Venusinus.
Valentinus Amiterninus.
Romulus Prænestinus.
Probus * Carmeianensis.
Vindemius Antiatinus.
Candidus Tiburtinus.
Fortunatus Fulginas.
Proculeianus Sepinas.
Martianus Æsinus.
Maximianus Perusinus.
Chrysogonus Albanensis.
Eutychius Tranensis.

[n] alius ordo habetur in Cod. can. ecclesiæ Romanæ.
* Augustanus.
* Bassianus
* Ortonensis.
* Camarinensis.

ANNO CHRISTI 502.

Laurentius Bojanensis.
Fortunatus Anagninus.
Paschasius Vulturnensis.
Marcus Samninus.
Aprilis Nucerinus.
Memor Canusinus.
Innocentius Forosempronicensis.
Florentius Vestinensis.
Felix Nepesinus.
Concordius Mesenas.
Amandus Potentinus. (Amantius)
Asellus Populoniensis.
Colonius Foroclodiensis.
Elpidius Volaterranus.
Projectus Forinovi. (Projectitius)
Veneriosus Polensis.
Bonifacius Foroflaminiensis.
Sebastianus Soranus.
Rusticus Buxentinus.
Venantius Senogalliensis.
Victor Lunensis.
Innocentius Triferninus.
Silvinus Veliterninus.
Justus Signiensis.
Ariston Ostiensis. (Aristus)
Augustus *Lyparitanus. (* Luparitanus.)
Felix Nepesinus pro Urso.
Asterius Aquinas.
Propinquu Trebias.
Eusebius Fanestris.
Romanus Nomentanus.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Synodus hæc quota ordine.

a *Synodus Romana IV.*] Hanc synodum inter eas quæ tempore Symmachi Romæ habitæ fuerunt quartam esse, præter ea quæ supra notavi, acta synodi quintæ confirmant, quorum initio ea, quæ Palmaris appellatur, quarta, quamque Ennodius scripta apologia defendit, fuisse dicitur: his verbis: *Libellus qui synodali auctoritate contra eos qui adversus quartam nostram synodum, quæ habita est Romæ, palam mutire præsumpserunt, ab Ennodio conscriptus est, coram omnibus deferatur.*

Cur Palmaris dicta?

b *Palmaris appellata.*] Hanc synodum a palma sic denominatam esse hoc sæculo, dici posset; nisi inusitatum esset aliunde quam a loco vel numero synodos denominari. Verius est concilium hoc in basilica sancti Petri, ad quam pontifex ab adversariis lapidibus impetitus se recepit, celebratum, denominatum esse a porticu eiusdem basilicæ, quæ Palmaria dicebatur: de qua Anastasius in Honorio papa hæc habet: *In porticu beati Petri apostoli, quæ appellatur ad Palmaria*, &c.

Electio Symmachi a concilio confirmatur.

c *Electione Symmachi confirmata.*] Pontificatum Symmachi a schismaticis sæpius calumniatum, diversis & pluribus episcoporum conciliis confirmatum esse, patet ex Ennodii apologetico his verbis: *Arguitur stylo splendidissimo papa Symmachus, quare conventionem præveniens, cum populorum cœtibus examen intravit, & postea judicia, cum evocatus quater fuisset, sprevit.*

Leges Odoacris duæ quæ.

d *Regis Odoacris lex*, &c.] Odoacer rex Herulorum & Italiæ, post obitum Simplicii, quando sedes apostolica vacabat, anno domini 483. suasu ac monitu, ut aiebat, ejusdem Simplicii duas per Basilium præfectum prætorio leges tulerat: unam ne absque consultatione & consensu regis Italiæ electio summi pontificis fieret: alteram, qua bona ecclesiæ non necessaria distrahi, & in usus pios converti mandabat, quaque prædia ecclesiastica alienari prohibebat. Utraque constitutio laici principis iure meritoque est irritata: prior, quod canonibus sacrorum conciliorum repugnaret: posterior ab incompetente legislatore profecta, nullaque summi pontificis subscriptione munita esset. Quibus irritatis, legitima deinceps patrum auctoritate constitutum ac declaratum fuit, quid de alienatione bonorum ecclesiæ teneri & observari deberet. Vide Baronium anno 483. numero 10. & 11.

Imperator Anastasius a Symmacho excommunicatur.

In hac eadem patrum corona Anastasii imperatoris hæretici causa in medium proposita, communi omnium consensu imperator impius a Symmacho excommunicatus fuit. Hæc ex epistola Symmachi apologetica ad imperatorem scripta aperte constat, licet acta synodalia horum non meminerunt. Baronius anno 502. num. 30. ubi post alia hæc demum subjungit. Quid præterea hic Symmachus papa egerit, accipe ex Theodoro Lectore, dum ait: *Symmachus papa Laurentium iterum intrusum deponi, & iterum in exilium mitti curavit, quo facto, quievit seditio.*

ANNO CHRISTI 502.

e *Dixerunt inter alia.*] Schismatici nimirum, qui hæc subdola & fraudulenta jam penitus antiquata, non ex archivis Romanæ ecclesiæ, in quæ numquam illata fuerunt, sed ex " Sirmiis fortasse prætorianis post annos octodecim desumpserunt. (" scriniis)

f *Regis Odoacris.*] Quis & qualis rex Odoacer, dixi supra sub Simplicio.

Basilius hi[c] quis.

g *Basilius.*] Basilius præfectus prætorio non alius existimandus est ab illo Cæcina Basilio consulari Romæ spectatissimo, in cujus laudem plura habet Sidonius lib. 1. epist. 9. ad Heronium, &c.

An Simplicius sine consensu regis pontificem eligi prohibuerit.

h *Admonitione beatissimi viri papæ nostri Simplicii.*] Quod Simplicius papa voluerit, sine consensu regis Italiæ pontificem eligi non debere, confictum est: potuit fortasse rogasse, ut ad comprimendas turbas, & ad vitanda dissidia, electioni sui dumtaxat successoris rex præsto esse non gravaretur. Baron. prædicto anno 483. num. 11.

i *Meritis apostoli Petri primatum obtinens.*] Hunc locum expone, sicut præcedente concilio exposita sunt hæc verba: *Ejus sedi primum Petri apostoli meritum*, &c.

Eulalius qualis?

k *Eulalius.*] In rebus gestis S. Fulgentii Ruspensis episcopi, hæc de Eulalio habentur. *Eulalius vir eximiæ sanctitatis, admirabilis hospitalitatis, perfectissimæ caritatis, in cujus corde thesaurus sapientiæ spiritualis absconditus, multos talentorum dominicorum negotiatione ditabat. Virtute enim discretionis super omnia decoratus, monachorum professionem super omnia diligebat*, &c.

MAGNI FELICIS ENNODII EPISCOPI TICINENSIS

1 Libellus apologeticus pro synodo IV. Romana.

PRÆFATIO.

SOLET " dicendi affectum multarum rerum ardor exigere. Si avarus laudis animus est, & favorem desiderat sudore mercari, & per blandimenta gloriæ crucem narrantis ignorat, aut lucri adstrictus compedibus, linguæ vendit obsequium; ut dum animus habendi cupidine subjugatus præsumptum æstimat jam tenere compendium, sic ingruentia per styli exercitium nescit timere discrimina: aut necessitate conclusus, profert eloquium sine quacumque lima captivum, & nesciam pudoris frontem monstrat in medium, ut dum intentioni famulatur, diligentiam decoris abjuret: quia dicendi ornamenta, non sunt negotii, sed quietis: nec militiæ sunt picta verba, sed otii. Campus fortem postulat, pax profunda redimitum. Qui profutura asserit, loquelam, quæ peniculo artis est colorata, contemnit. His ergo ita se habentibus, causam narrationis insinuo, & coactam vocem pravorum latratu religiosis mentibus commendo; scriptum esse reminiscens: *Tempus tacendi, & tempus loquendi*: vel post fidem prophetici oraculi, 2 cujusdam oratoris exemplum, qui refert, nisi cum necessariam, dicendi nimis ineptam esse conditionem. Oris ergo ministerium, pro ingenii valetudine sacerdotibus dedo, adversus quos sibilantium effusa sunt venena linguarum: licet scuto munita fidei, spiculorum imbrem patientia religiosa non timeat, & ad auctorem redeant tela, quæ sine bellandi arte diriguntur. Quibus enim pro lorica Christus est, vim non metuunt, & inimicos longa expectatione prosternunt. Quisquamne tamen in hac acie prælium putet esse formidini, in qua Deo & pontificibus infertur

" Ex e[di]tione P[a]risiensi [an]ni 1611. P. Iacob[i] Sirmond[i] Ricoma[]gensis A[r]verni e [So]cietate I[e]su.

Eccles. 3.

infertur ſine virium æſtimatione certamen? A
Quiſquamne fluxum & laceſſentem hoſtem videat, & præliorum cauſis adverſarium debilem expaveſcat? Invidet ſibi ipſe victoriam, qui conſcientia vulneratum aggredi ceſſat inimicum. Ad lucrum hoſtis ſui procedit, qui in conflictibus non prius cauſas quam aliud expendit. Dat vires jaculis innocentia, & mucronem acuunt ex æquo venientia vota bellandi. Percutiendi impetum plus juſtum dolorem ſcimus dediſſe quam brachia. Inde paucorum telis multitudo non ſubſtitit. Dicente ergo mecum propheta: *Plures nobiſcum ſunt, quam cum illis:* placiturum bonis, quantum æſtimo, opus incipiam.

B

SVFFICERET quidem ſchiſmaticam imperitiam propoſitione cecidiſſe; maxime cum ſecum habeant objecta reſponſum, & mereatur titulus ſine lectionis diſcuſſione cum auctore damnari, cum in prænotatione ipſa ſignificantia operis innoteſcat immundi, dicentium, *Adverſus ſynodum abſolutionis incongrua.* Ego tamen nunc ſic agam, quaſi opus ſit alieno enſe perire mala proponentem. Iſtud præloquium poteſt, dementiſſimi hominum, tantum inſcientiæ adſcribi? Eſtne aliquis præter vos, ſic inter oves ulceroſas deputandus, & erraticas, qui magnum regem potuiſſet laceſſere paſtorum? dicente propheta: *Filios nutrivi & exaltavi, ipſi autem ſpreverunt*
10. *me:* & domino de apoſtolis: *Qui vos ſpernit, me ſpernit.* Quos epiſcopos fuiſſe propheta
108. teſtatur, de Iuda dicendo: *Et epiſcopatum ejus accipiat alter.* Apoſtolo æque Paulo procla-
13. mante: *Obedite præpoſitis veſtris, quoniam ipſi exorabunt pro vobis.*

Sed redeamus ad gravem & venerabilem, non ſolum 3 ex ala productam, ſed myſticam propoſitionem. Non omnes, inquiunt, ſacerdotes regis ad concilium adſcivit auctoritas, [4] nec omnes in judicatione conſenſerunt. Mancipia Tartari, & liquido Satanæ miniſtri, quoſcumque non evocavit ſcriptum principis, novis nexibus, & actuum veſtrorum ſpiritis cauſa pertraxit. Nolo dicere in quo fuerint voto, in qua deliberatione diſcedentes, quibus tædium illa peperit expectatio, cum viderent D venerabilem papam longas in vita contra fas ſuum inducias accepiſſe. Videbant æthera tantum directis a ſe jaculis verberari. His ne liceret infelicibus in malorum actuum conſolatione ſecreto deliteſcere, libris veſtris nudantur abſconditi, & per vos in turpi facto habere ſolitudinem non ſinuntur, dicente domino in
3. euangeliis: *Omnis malus odit lucem.*

Poſt hæc aſſeritis, [5] adverſarios papæ Romani dici non debuiſſe, qui prædictum prolatis petitionibus accuſabant. [6] Doloſe videlicet hoc agentes, eo quod adverſarios ſuſpectoſque canonica ſynodalibus clamante in decretis auctoritate, in ſuam recipi accuſationem epiſcopos minime oportuiſſe, vos non latuiſſet. E ad aſſertionis fidem jungentes, quod eos iſto nomine præcepta regia non vocaſſent. O homines omni artis lima compoſitos, & caminis fabrilibus excoctos, qui ad ſtipulationem dictorum deſudata invenere teſtimonia! Amamus, reverendi viri, ſententiam veſtram, &, ut aiunt, in ipſam pedibus imus. cognoſcimus errata, quæ dicitis. Inimicum vocet aliquis accuſantem, & tragico nomine appellet contumeliam non merentem? Dehinc ſubjunctam quæſtionem rhetorica fibula momordiſtis, allegando: Teſtis eſt Romana civitas, ſi omnes epiſcopi ſenes & debiles convenerunt. Ecce orationem veri nervis nitentem, & [7] ipſi Cepaſio præferendam nitore ſermonum. Ergo quia ſe ætate valentes & corpore imbecilles eſſe dixerunt, ipſi ſe ineptos judicio eſſe teſtantur, quoniam membrorum ſe dixerunt jam ſuſtinere diſpendia. maxime ſi hoc ingerere clementiſſimi domini auribus præſumpſerunt. Vos putatis ab univerſis Dei conſpectibus pulſi illo veſtrorum more congreſſuum ubique narranda confundi, & apud principem de collectione pontificum alios protuliſſe ſermonem, niſi quos ætatis maturitas ordiendæ loquelæ fecit auctores, quibus anni veteres reverentiam contulerunt, qui putabantur bonorum meritorum ſuffragio in longum fuiſſe ſervati. Ipſos ergo de gravidæ ætatis fatigationibus queri decuit, quos ætas juſſerat allegare. Viri optimi, ſubdidiſtis ex præceptis regiis evocationis cauſam fuiſſe jam cognitam, & Italiæ ſumma moderantem, non fuiſſe quaſi de novo negotio conſulendum: plus chartæ & ſcriptioni religionis debitum, quam præſentiæ principali. Nullus ergo in prædicto negotio titulus remanſerat, ad cujus inquiſitionem pergentes, illud jure præloquerentur exordium. Exhinc digreſſi, bonarum rerum in rege laudatis affectum, & colitis verbis in-
C nocentiam, quam actibus ignoratis. Si tamen cultus eſt in loquela veſtra, quam ſcabro vomere velut agentes per devium aratra proſcinditis, marcenti ſolo zizania & lolia commendantes, recepturi pro tali impendio paleas, quibus gehennæ in perniciem veſtram ignis animetur. Sed nunc (ut quidam fertur dixiſſe) Quæ quibus anteferam? Contra apoſtolorum dicitis impugnatores ſummi pontificis non auditos, qui cæleſtis mandati memores, partem ſuam [8] a conſortio adulteri ſubduxerunt. Hic non inceſſo ignorantiam: rimoſam memoriam non accuſo. Nolo dicere quod prophetæ verba apoſtolo contuliſtis: quia novi & ipſos apoſtolos recte vocitari, quos miſſos eſſe non neſcio. David enim dicit: *Furem videbas, & currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas.* Deinde quis ſe de illa veſtra enodem faciet quæſtione, qua dicitis: In criminibus objectis, quod non excluditur, approbatur? En vocem Romanæ eccleſiæ militibus congruentem, in qua neſcias utrum prius nitorem prædices, an ſaporem. Putaſne, audiſtis legi: *Quod juſtum eſt, juſte exequeris?* Audiſtis de malefactis hominum, (ſi tamen aliquando converſatio humana vos tenuit) quidquid non ſuis ordinibus approbatur, excludi? Vbi eſt illud prophetæ: *Dominus ad judicium veniet cum ſenibus populi ſui?* Et de vobis dictum: *Peccatum ſuum quaſi Sodoma prædicaverunt: væ animabus eorum.* Sed quid facto opus eſt, quotiens nulla deſperatis medela ſuccurrit, niſi implorandus eſt dominus qui promiſit per prophetam, futurum ſe ſuper omnem ſuperbum & excelſum, & ſuper omnem arrogantem, ut humilietur? Sed fœtidum opus veſtigiis inſequar, & ferrata (ſi valeo) calce contundam. Vt vere dicam, res cum re, cauſa cum cauſa, ratio cum ea, quam putant, ratione pugnabit. Oblocutos ſacerdotes præceptionibus regiis allegatis, & quoddam ſacrilegium creditis, mali aliquid (cum cæleſtem neſciatis) de

Virgilii verba Æneid. 4.

Pſalm. 49.

Deut. 16.

Iſaia. 3.

Iſa. 3.

Iſa. 2.

de terreni domini jussione sentiri: opponendo, A quis regi debuit dicere; [9] papam synodum oportuisse convocare? Certe, quod in hac parte constat exemplum? Illum præcipue, qui criminosis multorum propositionibus jam jacebat, quem hoc fuerat damnare, quod argui; cui prærogativam cælitus adscriptam, hostium suorum oblocutio jam tulisset. Ad hanc vos dementiam malorum actuum per gradus suos incrementa traxerunt, ut hoc credatis esse lacessere, quod convincere? nec apud vos habeant a veritate differentiam odia, quæ plerumque contra meritum impetiti, studiis, non rationi, obsequentia vota concinnant.

Eccles. 11. juxta 70. Vbi est illud: *Priusquam agnoscas, ne adjudices quemquam?* Olim vos accepit grex positus in sinistra collegas, apud quos ex præjudicio excepisse sententiam creditur, qui meruit ad examen adduci: & hoc est reum existere, quod libram disceptationis intrare. Prælocutioni tamen optime divinum subdidistis exemplum, quod ita quadratis constat alloquiis, ut ipsum in eo [10] Archisippum tenere lineam putes.

Psal. 149. *Peccatori dicit Deus: Quare tu enarras justitias meas?* Huic dicto conferentes, quasi ad sacerdotes apostrophen, (quia beati Petri apostoli vicarius æstimatur) prohibetis archiatrum ejus corpori afferre medicinam. Quomodo vos animæ ejus curationem exhibere renuetis? Magnum per divina ridiculum, an maxima lamenta sint, nescio. Vos alienæ febri curam quæritis, vos fatiscenti animæ medelam adhiberi cupitis, & in lethi proximitate positi, vestri immemores, de alterius salute tractatis. Quid si illud vere vobis a propheta

Isa. 7. dictum sit: *Numquid parum vobis est, quod molesti estis hominibus, quia molesti estis & Deo*

Luc. 4. *meo.* & iterum: *Medice cura teipsum?* Sed hinc alias. Novimus, quia sanari non potest conclamatus, & improbus in profundum deveniens mira temeritate contemnit. Sed credo vivit in istis, & in malæ conversationis suæ morte, consilium; & potest optare quis alteri, quod ipse jam perdidit. Nunc recte vobis cum propheta

Isai. 8. dicam: *Omnia quæ loquitur populus iste conjuratio est, & timorem ejus ne timeatis, nec formidetis.* Facessat a nobis, qui in vobis est, pruritus iste linguarum; quos vere idem propheta arguit;

Isai. 10. *Scribentes injustitiam scripsistis.* Non nos B. Petrum, sicut dicitis a domino cum sedis privilegiis, vel successores ejus, peccandi judicamus licentiam suscepisse. [11] Ille perennem meritorum dotem cum hereditate innocentiæ misit ad posteros: quod illi concessum est pro actuum luce, ad illos pertinet, quos par conversationis splendor illuminat. Quis enim sanctum esse dubitet, quem apex tantæ dignitatis attollit, in quo si desint bona acquisita per meritum, sufficiunt quæ a loci decessore præstantur? aut enim claros ad hæc fastigia erigit, aut qui eriguntur illustrat. Prænoscit enim quid ecclesiarum fundamento sit habile, super quem ipsa moles innititur. Sed hinc actibus vestris cælestem potentiam putatis esse suffragio, quod ad præsidium beati apostoli adjutricem, ut dicitis, dexteram commodatis. Nescitis, stolidi, solem facibus non juvari, nec ad præsidium diurnæ lucis ly-

Psalm. 7. chnos accendi? Scriptum enim est: *Scrutatur corda & renes Deus.*

Sed in illa parte quis audeat argumentis vestris respondere, nisi quia sine arte dicitur verum, & fides mendacio sermonum technis assuitur? Cur, inquiunt, ad principem convenistis, si audiri non licebat impetitum? Sic vos in stuporem pecualem peccati nebula, aut divinus horror oblimat, ut verecundam excusationem, aut fraude mens vestra transeat, aut bellvarum pressa hebetudine non agnoscat? An forte aliud putatis fuisse, quod dictum est, ipsum debuisse synodum convocare, cujus opus erat officio? ut vos videlicet per pontificale examen sententia percelleret, quos a capitis sui compage in salutis detrimento insanus fervor absciderat.

Post, Esau mentionem operi vestro, nescio verbis, an latratibus indidistis, [12] comparan- B tes ei antistitem nostrum, qui senioris naturæ beneficium unius cibi commutatione perdiderit, & primogeniti canam dignitatem amiserit faucibus obsequendo. Ad ista quid referam, qui ex omni objectorum parte concludor? Quis rogo vestrum Symmacho benedictionem, dum patri plus deservit, eripuit? cui tantorum munerum Iacob vice est collata nobilitas? quis ex vobis cæci parentis desideriis pariturus occurrit? quis vestrum devotione sua genitorem venerabilem captum oculis nulla fecit lucis damna sentire? Nonne collatione tenebrarum vestrarum nox putatur per sudum rutilans jubar ostendere, & omnis obscuritas, actibus vestris collata, decorem solis assumit? Præterea tunc Iacob, quamvis congruentem C moribus filii, benedictionem tamen contulit jam promissam. Nunc quid his longius immoramur, cum docendi non sint, qui calces stimulis intulerunt? Credite mihi, pacis inimica sunt, impugnationi non sunt idonea, quæ profertis.

Sed sequitur vinculum cum ænigmate, quod nescio qua replicationis arte solvamus. Tullianæ enim profunditatis pelagus ingressi cymbulam nostram quæstionum flatibus per litorum incerta transmittunt. In qua tamen, Christo clavum tenente, portum ingrediar, & sigillatim de turbinibus vestris universa discutiam, habiturus inductu illorum facultatem non meam. Aiunt enim si vera est episco- D porum assertio, sedis apostolicæ præsulem minorum nunquam subjacuisse sententiæ; cur ad judicium districta conventione productus est? Multum quidem annosa hic in nobis laborat infantia: cui ille advocandus est, qui ineluctatæ nobiscum semper pondus propositionis exuperat: cum manifeste pro sacerdotibus cum propheta clamitem: *Numquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea? aut exaltabitur serra contra eum qui trahit eam?* Isaie 10. ut sit mihi illud suffragio divinum oraculum: *Quomodo si cessavit exactor, tributum quiescit, ita contrivit dominus baculum impiorum.* Isai. 14. Tribue domine, quod prædixisti in illis: ut sicut errat ebrius & vomens, E ita pereat incredulus, qui infideliter agit. Propter hoc propheta vobis insultans vociferat: *Audite verbum domini, viri illusores.* Isa. 28. Quisquamne causarum ex præcognitione sancit eventum, & rabidis terminum positura conflictibus sic metitur, ut pernix decisio, dum inquisitione esse senior innotescit, favorem consentis accuset? Nunc paulisper ore, actibus, annis indignus, pontificali voce vos arguam. Nos, qui statuta nostra non una apud vos volumus lance constare, quibus de impugnatorum qualitate lati sunt canones, apud quos nefas est cana patrum diffinita transcendere, quibus

A scriptum est in [13] Carthaginensi concilio, quod apostolicæ sedis per Faustinum episcopum, qui tunc ab ea missus interfuit, approbavit auctoritas, Accusatoribus de inimici domo prodeuntibus non credendum; quibus odio succensa vicinitas per nutrimenta arida flammam persecutionis exsuscitat, & universam doli fabricam sumptu, & machinis cohærentibus secreta dispositione componit: istos quæ domus evomeret, qui scire potuisset nostra collectio, nisi præsentes? & impugnationis qualitatem unde nisi ex scripta propositione didicisset? in quibus sentinam criminum, dum simulato ferunt persecutionem se debere criminibus, B agnovisset?

Post illa quæ de accusatoribus prolata sunt, addidistis; [14] cur personæ jussæ sint præsentari, quas sæpe imperialis flagitasset auctoritas, ad defraudationem genii pertinere ejus, qui nunc in sede apostolica, quasi in quadam arce consistit. Vere vobis dicit Sapientia: *Homo infirmus, & exigui temporis ad intellectum non perveniet; sed laboret; ut sciat quid acceptum sit apud dominum*: & iterum dicunt Proverbia: [15] *Odit se qui negligit studia, imperitis enim obviat mors.* Quid enim illam quæ ex viperina C scientia descendit ignorantiam fingitis? quid adhibetis mira latrocinandi arte præstigia, simplicitatem fronte monstrando? De vobis vere dictum est: *Qui loquitur mendacium, ex propriis loquitur.* Istam lætitiæ faciem, ex judiciorum censura venientem, vafra provisione sacerdotis nostri oculis abstulistis, ut eum talibus adversus acies vestras instructum munitionibus, & innocentiæ in testimonio orbis tela deferentem, ab ipsis judiciorum adytis pelleretis; providentes ut nec sine impugnatione insons viveret, nec haberet solatiū de incorrupta judicum inquisitione pulsatus. D Vos præfato & dedistis & invidistis examen, cum uno codemque itinere a vobis disceptationum dubia subire & prohibetur, & cogitur; & per singularem callem ad causam arcendus evocatur; ne manifestam salutem aut non lacessitus obtineret, aut subriperet absolutus. Adolescentiæ meæ memini me legisse temporibus [16] de quodam dictum: *Exuli exilium imperas, nec das.* Vos impetit prophetæ sententia: *Isti sunt viri, qui conturbaverunt terram, & qui concusserunt regna.* & iterum: *Excidentur ramusculi eorum falcibus, & quæ derelicta fuerint abscindentur.* & rursus: *Dum non speratis, veniet contritio vestra, & comminuetur multitudo vestra, sicut lagena figuli.* E Nec non propheta ad hanc causam specialiter locutus intonuit: *Dominus inclinabit manum suam, & corruet qui fert malis auxilium, & cadet cui præstatur auxilium, simulque omnes consumentur.* Redeo tamen, post vetusta exemplorum suffragia, ad novellas canonum definitiones. Clamat in alio loco Carthaginense concilium: Quascumque ad accusationem personas leges publicæ non admittunt, his impugnandi alterum & nos licentiam submovemus. &, Nullæ accusationes a judicibus audiantur ecclesiasticis, quæ legibus sæculi prohibentur. Quæro a vobis, viri, quibus indita est ad unguem polita perfectio, cujus conditionis fuerunt ista mancipia, quæ postulata scriptis principalibus intimastis? Si ea servilis adhuc in potestate alterius catena retinebat, & nulla ab obscœnæ obligationis compedibus vestigia in libertatem missa laxabant, vel vobis disceptantibus fidem aliquam prædictorum verba portassent? Sed, credo, replicabitis: veritatem, quam sponte prolata in illis vox habere non poterat, hanc diversis cruciatibus e latebris suis religiosus tortor exegerat; ut dum pœnis corpora solverentur, quæ gesta fuisse noverat, anima non celaret. Sed, quæso, primum ad leges publicas, deinde ad judices ora convertite, qui possunt in defensione sua sic eloqui: Nos, quos Dei servitium post istarum rerum abjectionem fecit ingenuos; qui servulorū insultantium contumelias aut despicimus aut ridemus; quibus scriptum est de famulis per apostolum: *Mementote quia vester & illorum in cælis est dominus*, (Ephes. 6.) ad hæc sæculi mala revocabimur? Faciendum a nobis est, quod facientem alterum profanum esse contendimus? quod per ministerium jussionis & manus alienę incestaret aspectum, nostro peragetur imperio? Nolite hanc ad universas ecclesias mentem rapacium luporum more & natura servare: quia postquam nos maculasset forte pro desideriis vestris cruenta discussio, effectum in his, quo tenditis, non haberet. Sed dicente vobis propheta; *Ponamus circulum in naribus vestris, & frenum in labiis, & reducamus vos in viam qua venistis*: (Isa. 37.) qui eodem propheta asserente impugnamini, qui dicit: *Erunt quasi non sint, & peribunt viri qui contradicunt vobis.* (Isa. 41.)

Hoc etiam novo adversus nos subdidistis invento, ipsum dominum & redemptorem nostrum, servorum subjisse judicia; & cæli operatorem particulæ cuidam sponte subjacuisse terrenæ; dum testatur & loquitur: *Homo Juda, & qui habitas Ierusalem, judicate inter me, & vineam meam*, (Isa. 5.) hoc etiam B. Petrum: hoc Paulum apostolum non horruisse narratis, & illam vestram elegantiam ad jus pertrahitis, exemplorum nexibus præcedentem: quasi vobis in hac parte remanserit cum renitente contentio, & validis facundiæ vestræ digitis exigantur oblata. Samuelem etiam prophetam mirificum de conscientiæ suæ serenitate vulgi dicitis implorasse testimonium. Quid enim Samuel dixit? scire dominum, quod nullius unquam substantiam, nullius pecus abegisset, adversatum se muneribus, &, quod est supra hominem, sponte venientia dona vitasse: providens scilicet, ne per suspicionum præjudicia, opinionis damna pateretur. Postremum sub divina attestatione patefecit innocentiam, ne humanum subiret examen. Redemptor noster judicium, quod inter se & vineam suam optat evenire, dum vestra in præsenti negotio mala respicit, magis implorat. S. Athanasius Alexandrinæ urbis episcopus, dum participum vestrorum argueretur invidia, agnoscens sibi per contumeliarum multitudinem exercitium contingere, non timorem, vere ad coronæ precium junxit, quod de dignitate submisit: & ante cælestem de absolutione sententiam, personam rei innocentiæ bonus æstimator implevit. Sic enim Christi milites sudore suo honorum sibi incrementa parturiunt, dum concessa fastigia celsiore humilitate castigant; inde laudum cumulos mercaturi, unde indepta culmina sublimi parcitate moderantur. Sed quamvis B. Athanasium Romano antistiti, quantum nosse datur, imparem locus ostendat, facto tamen in negotiis comparantur. [17] Ille præstó fuit judicibus: iste, quātum & vos dicitis, advocavit.

Ille

Ille intentatam discussionem ut Dei famulus non refugit: iste triumphi sui spem in discussorum collectione constituit. Sed quid his longius collationibus immoremur? Iudicia & iste voluit, attraxit, ingressus est: & quod posset fidelium corda doloris justi aculeis excitare, venerando [18] concilio auctoritatem etiam contra se, si mereretur, indulsit. Quis in hac allegationis ipsius fronte nesciret fultum ad coepiscopos puritatis testimonii convenisse, qui hoc quod districtionem eorum minus licebat, exhorruit, æstimans illud magis quolibet modo labefactandum, quod statuisset censor invalidus? Quid præfatum incessitis canina loquacitate? quid læditis non merentem? Votum ejus est, quod vestrum putatis esse terrorem. sed astutior in vobis, quam in Athanasii adversariis novelli virus serpentis insibilat. Illi nescierunt, quod vos optime calletis, qualiter triumphus tolleretur impetito. Illi provocatum, ne audiendus non occurreret, formidabant: vos moram quam habebant examina non ferentes, [19] venientem jaculis repulistis; & tædium vobis de sententia præparatum armorum ultricium assumptione commutastis. O malorum commemoratio, quæ vocem & præstat, & subruit; dum illos quos in clamorem coegerit, eorum etiam gravitate facti verba confundit.

Quis patiatur vos æquo animo garrientes? Ergo nos secundum assertionem vestram, novellæ utilitatis commoda non amamus, dum definitis senioribus præstamus obsequium? Hic tota ingenii vela suspenditis: hic resupinæ cervicis ex secessu pectoris quidquid habuit fluminis rectus evomuit. Aiunt enim: Moysi a vobis jejunia, & Elisæi miracula quæ egit, dum mortuum suscitavit, si annosa tantum sectamini, condemnantur. Quid hic rationis invenit scrutator idoneus? non si auri pallidus inquisitor occurrat, in sensibus vestris latentium venatum motus inveniat, & insuetis lucem latebris sermonum fossor admittit. Idcirco ergo cana miracula non probamus, si juvenilibus consensum non præbemus excessibus? Si servum domino, discipulum magistro euangelii memores subjugamus, quidquid potuit prodesse negligimus? Alia sunt, improbissimi hominum, quæ ad usum recentem sine injuria vetustatis adhibemus.

Novam deinde culpam, & quam investigatio nostra transierat, reclusistis: quare papa sine exempli instituto præcedentis synodum convocavit, ut de criminum ejus objectione cognosceret. Post hæc nos falsitatis arguitis, cur a principe, quæ in præfato negotio scripta sunt, dicimus postulata. Præsta, domine, ut labyrinthi hujus sine errore sinuosos superemus anfractus: dirige sententiam, quam flexilis coluber juxta fabricam proprii corporis aut mentis operatur, ut vere dicamus: *Dominus virtutum nobiscum, adjutor noster Deus Iacob.* — Psal. 45.
& cum Salomone exultemus dicente: *Equus paratur in die belli, apud dominum est autem omne præsidium.* — Proverb. 21. Superforaneum quidem est absurdis respondere propositionibus, dicente propheta: *Ne respondeas imprudenti ad imprudentiam ejus.* — Prov. 26. Sed si quid contemptus transierit, vereor ne quasi validum putetur non tetigisse formido. Melius est nobis cum beato Paulo insultationis causas incidere, & plena voce testari: *Factus sum insipiens, vos me coegistis.* — 2. Cor. 12. Hoccine er-

A go nullo constabat exemplo, ut sacerdotum papa concilium convocaret, cujus arbitrium est collectio synodalis? aut parva erant, quæ de vestris cum hac multitudine facinoribus damnarentur? [20] Nonne directa verba sunt canonum: Quicumque clericorum ab episcopo suo, ante sententiæ tempus, pro dubia suspicione discesserit, manifestam in eum remanere censuram? — S. quæ Ad hujus rei ministerium devotum Deo oportuit agmen occurrere, ut perditi & profligati gregis ulceribus medicorum exercitus subveniret: quia quotiens morborum violentia celeri gressu ad animæ secreta festinat, obvias manus afferre non potest salutare consilium, nisi ex collatione multorum. Nam &

B hoc a rege nostra poposcit allegatio, ut abscissis clericorum præjudiciis de accusatorum papæ merito per humanum os supernum judicaret imperium. Videamus tamen si placet, & illas [21] didascalici libelli vestri relegamus argutias: habentibus etiam nobis ante oculos patrum sanctiones, quibus excessuum vestrorum sentina ponderetur. Lex ecclesiastica pontificem ab illis accusatum, priusquam sub lucem objecta constiterint, exigit non relinqui. Vos vero divini, ut puto, juris memores, qui levia errata despicitis, qui peccati nobilitate gaudetis, ne una vos ex desertione sacerdotis culpa respiceret, accusastis cum incrementis delictorum. Ad hanc vos valitudinem ille, qui est prævius vester, adduxit, ut post desolatum, post impetitum pontificem, sine

C ullius vigore sententiæ, totius pene Italiæ improbandam antistitum crederetis esse censuram; quomodo quidam dixit de cohorte vestra: *Festinantem animam morti non credidit uni.* Poteftne mens indocilis, criminum jam ditata successibus, a detestabili proposito, velut effeta feriari? Ille vos locuples malis effecit, cui elationum copiæ opes angelicas sustulerunt, & divinum censum nocendi, quo exuberat, thesaurus invidit.

Sed promissi memores universa, quæ operi ipsorum recolimus inserta, tangamus. Arguitur stylo splendidissimo papa Symmachus, quare conventionem præveniens, cum populorum cætibus examen intravit, & postea judicia,

D [22] cum evocatus quater fuisset, sprevit. Sic a vobis veri discessit affectio, ut mendaciorum nebulis urbis testimonium putetis involvi, & fallaciæ peniculo depicta verba plus virium credatis habere, quam veritatem Roma quam retinet? Ergone ille disceptationem vel importunus adiit, vel expectatus aufugit? Ergone illam multitudinem devotæ Deo plebis, non pro fidei diligentia Christiana magis expectatio, quam furor evocavit? Quisquamne ad inferendam violentiam currens lacrymas comites habet, & qui studet esse formidini, vultum timentis ostendit? Multitudo illa juncta sacerdotis officiis attulit ad nos lamenta, non jacula: nec venit telis minax, sed fletibus mise-

E rabilis: una tantum intentionem vestram ostentatione gravatura; quia uberibus oculorum fluminibus demonstrabat, quam esset per acerbitatem vestram conditio dolenda pulsari, & in sobrietate venerandi examinis afflictione propria commendabat, quem voce non poterat. Sed habetis manifestum ex hac re qui bilem furor accendat: quia pene absolutus ad judicia venit, pro quo orbis illacrymat, & dum rebus extraneam in prædictum invidiam sermone colligitis, paulisper reverentiæ nostræ diu

cervix

cervix superba submittitur. Sacram enim congregationem tunc vocatis, quando extinctorem nostrum Symmachum vultis asserere: & crudeli pietate honori nostro putatis accrescere, quod residens in ecclesiarum arce perdiderit. Nos ista non solum non sensimus, sed diversa sentimus. ad alios magis tutelæ vestræ venena convertite. Non habet testimonium defensoris, qui repugnanti impendit oris obsequium. perdit quam esse putat beneficii gratiam, qui aliquid præstat invito: quia non est munus nisi quod velis accipere.

Nunc longa non opus est admonitione jam perditis. odium debemus operi, de cujus jam non superest quod damnetur auctoribus. Mulierum turbas asseritis urbanis coloribus cum præfato ad judicia convenisse: & illa vestra subtilitate ostenditur sexus, qui majorem antistiti debuisset affectum. Profanissimi hominum, scriptum retineo: [23] *Aliud est maledicere, aliud accusare.* & prophetam dixisse: *Reprobantes verbum sperastis in calumnia, & in tumultu, & estis in eo: propterea erit vobis iniquitas hæc sicut interruptio:* quia pro nobis dicit dominus: *Eos qui judicant vos, ego judicabo:* & iterum ad servos suos dicit: *Nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne metuatis.* rursus etiam vobis clamat: *Accedite huc semen adulteri, & fornicarii: super quem dilatastis os, & ejecistis linguam? numquid non vos filii scelesti estis, semen mendax?*

Quæ quibus copulatis advertite, dicentes, Indicta causa, derelictis defensoribus, papa decessit: fori nobis in negotio præsenti, & platearum, quarum estis hypocritæ, exempla proponentes. Nobis scriptum est per Paulum apostolum: quibus crucifixus est mundus, quid illis cum foro? Sed ista nescitis, aut quod est gravius, nota contemnitis. [24] Peregrinum credo aliquid, & a ratione separatum postulans papa discessit. Nonne hoc speravit pro statu labentis ecclesiæ pastorali cura constrictus, quod & religiosa providentia, & causæ ipsius ordo flagitabat? Quæ enim judiciorum forma præcesserat, ut vobis hostiliter disrupis, etiam per suggestionem vestram sublatis ecclesiæ opibus, qui diu fuerat cibus esurientium, famis mancipium videretur effectus; dum alimentis distributor egebat, ut fieret in dominatu servitus, & in servitute dominatus? Quæ hoc qualitas præcedentis ævi per memoriam in medium transacta reddebat? Qualis habuit effici ex censura convictus, in quo causam adjudicatio præcedebat? Non fuit privilegium, quo spoliari potuit jam nudatus. Vnum vobis putastis residere in sacra collectione subsidium; ut ad tuendorum immanitatem criminum sacerdotes vobis comites jungeretis, & fieret impunitum facinus pollutione multorum. Nunquam convenienti tempore censor adsciscitur, qui ad decisum pene negotium convocatur. criminosi, & si est, meritum tollit accusator, qui in eo plus furori suo vult licere, quam judici. Dicit enim vos impetens propheta: *Hæc est pars eorum qui vastaverunt nos, & sors diripientium nos. Ite angeli veloces ad gregem convulsum & dilaceratum, & populum terribilem.* Ad vos angelus missus est, scilicet per sacerdotes, quorum voce atque merito perferenda Christo dona suscipiunt, & placato dominante impetrata mortalibus vota conceduntur. per quos vobis oblata sunt munera repudiata concordiæ: qui pœnam merentibus dilectionis præmia detulerunt, qui dum se considerant, in nullo quod merebamini respexerunt.

Quis eum, inquiunt, vidit cum accusatoribus suis aperta, ut aiunt, pugna confligere? Impudentissimi hominum, quem cum quibus vultis decertare, respicite: & utriusque partis, si quid salutis in vobis resedit, loca, tempora, personas attendite. & si vos nefarie congesta cordis adhuc pravi non subegit opulentia, oculos ad Deum paulisper attollite, & vel brevi tempore sinistri monitoris jussa contemnite. Agnoscitis summi [25] regis præceptionibus vos, in his quæ merito plectenda sunt, non muniri. Qua quamvis responsi qualitatem dictent dogmata postulari, & petitio dum existit prævia, quæ sint secutura, describat; nunquam tamen cassibus vestris libera regnantis verba cepistis: nunquam desideriis per aucupia calliditatis imperialia vobis scripta militarunt. Quotiens vanis hiatibus nocendi inefficax morsus increpuit? quotiens de accusato quidquid spe tenuistis effugit, & vacuos imago præsumptione occupata deseruit? Deo gratias, qui hanc providentiam indidit ei cui rerum humanarum summa commisit. Spes certa quietis est, & salutis, perfecta in gubernatore sapientia. Puppis, cujus magister ad clavi regimen intellectus dote præparatur, ubique stationem, ubique portum habet in fluctibus. Certa est generalitatis securitas, quando rempublicam nobilibus regit artibus institutus. Scit imperatoris nostri cælo infusa dispensatio obviam manum famosis in fallendum ingeniis exhibere. Labore apud eum non opus est, quem sortita est olim nuda veritas defensorem. Cessent impii commentitia apud illum simplicitatem fraude mentiri: quidquid se adversus justitiam moverit, mox tenetur. nihil apud prædictum tutius innocentia est. legatione valida utitur, qui æquitati res congruentes insinuat. quæ gravis est plerumque principibus impugnatio, minus fidelium blanditiis non legatur. Sed hæc Deo melius narrantur, a quo frugis hujus planta descendit.

Ad vos me reducit propositi operis non amica conditio, qui melioribus hactenus operam volui navare sermonibus, dum captivam orationem exigit imperiosa necessitas. Dixistis enim: Quomodo de causa, vel qualitate ejus primitus tractabaris, cum necdum haberet synodus firmitatem? O frontem dictionis immundæ, & faciem libelli, quam non sola maculavit imperitia. Tractatus nostri provinciam & narratis & quæritis. Hinc eramus nempe dubii, quia quemadmodum loquimini, [26] non habebat synodus firmitatem. transibat negotii qualitas audituros, & plus adhuc remanserat in reverentia pulsati, quam esset in nostri integritate collegii.

Deinde pro quæstionum tormentis venerabilem [27] Laurentium & Petrum episcopos a communione papæ se suspendisse replicatis, & quidquid providit cautio convocatorum, ducitis ad crimen impetiti. Vllone ergo tempore, dum celebrarentur ab his sacra missarum, a nobis ejus commemoratione cessatum est? Vnquam pro desideriis vestris sine ritu catholico, & cano more, semiplenas nominati antistites hostias obtulerunt? Aliquando, quod capiti vestro adscribatur, facta est apud Deum of-

offensa per gratiam, & extitit nutrix veniæ, peccati mater oblatio? Fuerunt quidem corporis tantum conventione separati, quos loqueris, animarum tamen præsentiam non vitarunt. Si eos putas a consortio mutuo dissociatos, quos fibula religionis pio mordens dente conjungit, procul te ab æstimatione catholica culparum duxit affectus. Mandati cælestis habitatio nos aut miscet, aut separat. non interest quæ intervalla nos segregent, si uno in supera mansione conclave retinemur. Vere hinc conjicimus esse vos servos ventris & corporis, & per hanc sententiæ vestræ vilitatem declaratis mancipia vos esse terrena. Scriptum est enim: *Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus.*

1. Cor. 11.

Post hæc, versis in fugam ordinibus, lymphatici more sermonis addidistis: Ergo concilia sacerdotum ecclesiasticis legibus quotannis decreta per provincias, quia præsentiam papæ non habent, valetudinem perdiderunt? Legite, insanissimi, aliquando in illis præter apostolici apicis sanctionem aliquid constitutum, & non de majoribus negotiis, ad collationem si quid occurrit, præfatæ sedis arbitrio fuisse servatum. Sic enim habes: Si quis episcoporum judicio provinciali depositus fuerit, Romanum papam, si placet, rursus appellet; & ipse, si videtur, reparet judicia in opitulatione damnati. Ecce enode est quod ad laqueum præparastis; nisi forte artissimis in illa parte nexibus astringamur, & replicationum nobis itinera non patescant, dum callis ante pervius dumetis novella interclusione vestitur.

Synodus Sardicensis can. 3.

His enim nos eloquii vepribus, dum gradimur per plana, retinetis, cum dicitis, læsum principem, quare [28] attributum visitatorem, contra ecclesiasticas regulas prima voluimus fronte discedere. & nihil amplius liceret hinc vitiis, ne duresceret lolium, ne profana messis, nulla disciplinæ ante maturitatem succisa falce decumberet, & putaretur licere quod judices non vetabant. Unde ex aperto constat, nulla vos, extra præstantiam piissimi regis, quam frustra desideratis noxæ copulari, exemplorum auctoritate fulciri. Superest, ut & ipsum doceam in his excessibus, quod bono universitatis contigit, non teneri: quia directum non occasionem litis, nec fomentum jurgii, sed causam voluit esse concordiæ. prævidens scilicet, quod nisi simplicem jussionum suarum tutela vallaret, cito in escam dissidii toxica vestra subreperent. Scriptum est enim: *Vir simplex credit omni verbo.* Idcirco mandati limitem fixit, quem nulla liceret transgressione violari. Præfatum ad B. Petri basilicam, mox Romam perductus fuisset, mandavit occurrere, faciens de sacerdotis voto regis imperium. Quis enim non putaret pontificem sponte pariturum in ea parte, quam licere sibi princeps non credidit, etiamsi vetaret? Ibique papam ab eo salutatum suo ore jussit affari, ut traderet coepiscopo mancipia, [29] nullis subdenda tormentis; servanda profecto ad disceptationem synodalis examinis. O castitatem præcepti, quæ dum facem præsentibus præfert temporibus, in umbram cogit antiqua! quæ rapit lumen veteribus inauspicato splendore novitatis! Quis taliter commentitiis laudibus locupletavit fama dominum actuum suorum veritate mendicum? Non derogo vobis de scri-

Prov. 14.

A ptoribus, quorum beneficio contigit ornata ad nos majorum gesta perduci: sed Dei beneficia non tacebo, quia princeps noster rebus superat decora sermonum. Obnoxiam linguis gloriam venerabilis causarum trutinator inspexit: ut cum petitioni vestræ effectus artifex præstaretur, in omnibus tamen jura ecclesiastica custodiret. Quæ ad hanc æstimationem, quamvis acutiora ceteris corda, sufficiunt? uno tempore, una scriptione, sine æquitatis detrimento, desideria vestra supplentur, & eadem charta ad ministerium religionis, & vestrum destinatur ad gaudium. Boni enim principis prævidit inquisitio, servilem assertionem innocenti examine non probandam. In ele-
B ctione enim venerandorum judicum ipse accusantes extra ordinem repulit, ipse ad spem retulit accusatum.

Videamus tamen ista si facta sunt: si Dei inimici, etiam terreni domini non fuistis, dum Christum & regem parili temeritate despicitis, & unus vobis ad utramque contumeliam ductus est criminum. Destinatus antistes ab ipso complendæ jussionis confinio oris vestri spiris abripitur, & ad incentivam confusionis aptatur, qui paci militaturus advenerat. Invisis beati apostoli liminibus ad usum furoris vestri jam nescius sui advocatur; & illud, quod ex omnibus orbis cardinibus devotos attrahit, positum
C in vicinitate transitur. Ecclesiarum fundamentum adire non permittitur structura mediocris: tunc spem bonorum fructuum perdidit a radice separatus. Dicatis forsitan, apostoli genio decerpi, si putatur cæli civis terrarum locis includi. Tamen quamvis benedictio poscentibus ubique præstetur, & exigat præsentiam martyris fides & devotio supplicantis; negari non potest, diligentiæ natali solo plus tribui, & majorem affectum loca impetrare, de quibus ad superna transitur.

Quam fidem allegationi curationum multitudo jam præstitit; & utimur post obsidionem diabolicam testibus jam sanatis. Hæc licet per redemptorem nostrum in toto orbe celebrentur; est tamen non modica monumenti illius per
D frequentiam comparata nobilitas: quia per eum qui hominem mutavit in angelum illustrari potuit natura telluris. Hanc visitatori vestro invidistis gratiam, æstimantes quia errorum vestrorum sectator esse desisteret, si reverendæ passionis penetralia contigisset. Ecce non habetis in regia auctoritate subsidium. Ecce post cælestem commotionem juste vos & principalis, quam sperni fecistis censura percellit.

Videamus si superest aliqua de regulari propositione defensio. Visitatores, inquiunt, & aliis episcopis ipse dedit, & justum est ut facti
E sui lege teneatur. Non vos in hoc titulo falsitatis incesso: diu mendaciis adhærentia verba non arguo. Dico tamen, latorem juris definitionis suæ, nisi velit, terminis non includi: & nisi princeps fastigii summa moderetur, frustra ad illud, quod dederit, jus vocatur. Lex probitatis & mentis est, quæ hominem viventem sine lege castigat: proprie moribus impendit, qui necessitati non debet disciplinam. [30] Aliorum forte hominum causas Deus voluerit per homines terminare: sedis istius præsulem suo, sine quæstione, reservavit arbitrio. Voluit beati Petri apostoli successores cælo tantum debere innocentiam, & subtilissimi discussoris indagini invio-

inviolatam exhibere conscientiam. Nolite æ-
stimare eas animas de inquisitoribus non ha-
bere formidinem, quas Deus præ cæteris
suo reservavit examini. Non habet apud il-
lum reus de allegationis nitore subsidium,
quando ipso factorum utitur teste, quo ju-
dice. 31 Dicas forsitan, omnium animarum
talis erit in illa disceptatione conditio. Repli-
16. cabo uni dictum: *Tu es Petrus, & super hanc
petram ædificabo ecclesiam meam: &, quæcumque
solveris super terram, erunt soluta & in cælo.* Et
rursus sanctorum voce pontificum dignitatem
sedis ejus factam toto orbe venerabilem, dum
illi quidquid fidelium est ubique submittitur,
dum totius corporis caput esse designatur: de
qua mihi videtur dictum per prophetam: *Si*
hæc humiliatur, ad cujus fugietis auxilium? &
Ib. *ubi relinquetis gloriam vestram?*

Quid si immunda mihi labia habenti, & nul-
lis succensi carbonis, ut Isaiæ concessum est,
undis abluta, ipsum ad passionis suæ tuen-
da privilegia Petrum apostolum liceret evo-
care, & quod agit precibus, humana voce
loqueretur? quem si audiretis, hoc diceret:
4. *Filii hominum usquequo graves corde, ut quid
diligitis vanitatem & quæritis mendacium?
Scitote quoniam mirificavit dominus sanctum
suum.* Quid stabilita Christi manibus cupitis
fundamenta subruere? quid canum possessio-
nis genium illius, qui per culpas juvenescit,
ariete pulsatis, & divisione ecclesiastici gre-
gis novis me & post carnem passionibus sub-
jugatis? Inauditum sacrilegii genus est, quod
mentitæ religionis honore coloratis: dehone-
stat venerandi reverentiam nominis, qui adju-
torem se in his, quæ in Deum jactat commissa,
pollicetur. Contumeliæ genus est, quasi in so-
latio adesse sublimi, juxta apostolum: *Tu quis*
14. *es, qui judices alienum servum?* Quid auribus
imperitis illuditis, & graviorem vindictæ spe-
ciem facitis esse, quam culpæ? Si odium de-
betis excessibus, vos mundate: cur liberius
condemnatis scelera, quam vitatis? Sui impu-
gnator est, qui fornicationis urget adulteria,
& per animarum stupra, carnis accusat. Scri-
ptum nempe retinetis: *Maledicti omnes qui for-*
2. *nicantur abs te.* Fœda ergo a nitore domini sui
obligatione dissolvitur, qui statutis cælestibus
minus mera fide dependit officia. Possessionis
nostræ vobis, ut video, claritas movit invi-
diam; quam simulata in mali possessoris indi-
gnatione transfertis, dum desudatis impendiis.
Arcem, qua fuistis conspicui, crebris labefacta-
tam ictibus, nisi obsisterem, proposuistis ob-
ruere; & cælo stabilitam machinam, quanta sit,
ostendere per ruinam. Nolite præstolari de cla-
de vestra victoriam: nolite triumphum supe
rando perdere, meis laboribus, meo sudore
quæsitum. Quidquid ad trophæum ducit, obti-
nui: quidquid vos illustres faceret, in sede
congessi: vobis tribuit claritatem fax ista quam
viperino liquore putatis extingui. In perni-
ciem propriam accenditur, qui sic sævit in
gratiæ suæ germina, ut plantas abscindat: li-
berior justo iracundia plusquam alios lacessit
auctorem. Symmachi quos vocatis excessus,
si sunt, illa, qua & vos, expectatione sustineo:
nefas est peccantem patientiam judicis non a-
mare. Quid nisi ultionem flagitat, qui dum
reus & ipse sit, vindictæ in altero moras accu-
6. sat? Hæc illis a me vox debetur studiis; quia

A Deum dixisse teneo, pronum esse hominem in
malitiam, & omnem carnem amicam esse pec-
catis. Nolo occasione personæ innumeris da-
tura dignitatem fiat in abjectione possessio, ne
dum homo incessitur, lex divina franga-
tur. Mihi credite, si sunt ista, quæ dicitis,
respicio: quia & in illis, quibus nihil tale dice-
batur, quid fuisset inspexi. Errat, qui falli
Deo proximum credit: *Mihi vindictam, &* Deut. 32.
ego retribuam, dicit dominus. Vos potius olim
filii, de quibus spiritalis ventrem partus o-
nerabat, ad abjuratam redite concordiam:
pio vos sinu, sicut habuit hactenus, ecclesia
mater accipiat. Nunquam est sera correctio:
scit diu expectare immodico labore quæ-
B sitos: nescit pro vilibus despicere magno pre-
cio comparatos. Multis gradibus recursus est
ad salutem: præter desperantem nullus exclu-
ditur: fructus veniæ proximus est coronæ. No-
lite Symmachum papam pressuris vestris juva-
re. si reus est, mihi credite, cum cessaverit hu-
manæ impugnationis ministerium, divinum
mox succedit arbitrium. Nonne in splendidissi-
mi cognitoris lance prædicto aut pœna debe-
tur aut præmium? Syllogismos a me sermonum
& schemata non quæratis. Antiquo adhuc utor
reti post hominem, & irrisam a sapientibus sæ-
culi cymbulam non reliqui. Illa me per mundi
freta sustentat: ditat probatum in captione ho-
C minum rete, quod cernitis. Redite ergo, quia
fuga vos nec dum esseris agrestes eripuit: cur-
rite ad ovile, ne luporum vos exponatis insidiis:
ne per moram amittatis gratiam sponte venien-
tum; quia contemptam invitationem gehenna
subsequitur. Ego, si quid dulcedinis ut pater
debui; si quid districtionis, ut attributus a Deo
magister, implevi; providete ne diutius qua-
lemcumque crucis meæ angulum rara Levita-
rum corona circumdet: ne dolenda etiam ex-
traneis in longum solitudo dominetur: ne labor
uteri mei sterilitatis vice hostilem peperisse fa-
miliam, & numerosa proles per sinistros actus
infecunditatem parentis ostendat. Pauca sunt
quæ asserui, sed quanta ex his pendeant, æsti-
mate. Venite filii, audite me, timorem domini Psal. 33.
D docui vos. Romam respicite, quam ab idolo-
rum servitute sine auri, sine argenti precio li-
beram sanguinis Christi fecit effusio: cui etiam
meam servuli sui mortem jussit impendi. Quæ
per multa tempora famosis cultum delubris ex-
hibuit: quæ diu venerata est in imaginibus dæ-
monum, quem laborante censu indiderat ma-
nus magistra terrorem: quæ suspexit potestatem
numinum emptam precio metallorum. cui sub-
limiores Deos peperit exercitator manus artifi-
cis: & divinitatem, quam homo per fabricam
contulit, apud homines Dei habuit forma ma-
E jorem. Ecce jam, Christo propitio, ad novas
fornaces simulacra redierunt: ecce jam de ob-
soleta superstitione usus vester accipit, quod læ-
tetur: dum de veteri Tonante nova merito vas-
cula parantur. Quid hanc adnitimini inter-
rumpere quietem? quid ludere vanis intentio-
nibus felicitatem? excusationem non habet furor
iste, si creditis non interest quibus itineribus ad
mundi principem currat, qui a sancta unitate de-
sciscit: pingues hostias litat diabolo qui contri-
stat ecclesiam. Vanas ergo repudiate tendiculas:
simplicem habet defensionem pacis affectus:
nimis armatus est qui illa, quæ adversarius con-
cordiæ ministrat, tela contemnit. sufficit contra

omnia

omnia jacula jurgiorum fidei nuda oppositio. A

32 Quid Eulalii & Bonifacii tempora, dum malorum solatium quæritis, revocatis in medium? quid incrementis excessuum præsentatis vetusta contagia, & per iniquam voluntatem senectuti in operiendis delictis facitis nil licere? Alia tunc fuit causa discordiæ: & nisi narrando cogerer sustinere transacta, ostenderem vobis nullum evenire solatium de comparatione factorum: quia illos, quos ad pontificale fastigium intentioni obsequens fervor evexerat, utrosque repuli; hunc elegi: quia de illis, teste exitu, nemo mihi placuit: de istis, contra regulas nitentem profugum feci; provectum legitime mundo impugnante servavi. Scitis ista, non nova sunt: quia dum ille truditur, iste firmatur, vester mihi militavit assensus. Deinde B cur in perniciem vestram læditis sacerdotale concilium? cur laceratis sententiam, in qua inspirante Christo oracula superna patuerunt, & inter Deum atque homines interpres extitit lingua pontificum? quid generalis ecclesiæ dolorem facitis, quamvis in principali, tamen in una commissum? Illa enim cæli curia, variarum dotibus aucta curulium, & multo redemptoris nostri auro ostroque decorata, nihil in illa discussione auctore se protulit: sed per humanæ linguæ ministerium divino militavit imperio. Intellexit non esse suum, quidquid impulsa constituit. nihil habet in illa sententia, nisi unde de sola devotione gratuletur: peregrinum stylus sensit eloquium, inde sumens solam gloriam, C quod infusa sibi servavit & coluit. Quid his de exemplis euangelicis præparastis calumniam?
Isai. 28. sicut de vobis scriptum est: *Erraverunt in ebrietate, nescierunt videntem, ignoraverunt judicium.* Nam dum profanis memoratos verbis cæditis, & inscitiam proditis, & livorem. Isti ergo resurrectionem corporis, quam prædicant, non credentes, hæreticis se miscuere contagiis? Isti quod abjurant linguis, corde sectantur? 33 Ergo quia dixerunt, eum timendum esse, qui potest corpus occidere, & animam mittere in gehennam, ideo a fide aliena texuerunt? ecce profundam imperitiam. En beatum Lucam, cujus
Luc. 12. potestis assertione convinci, qui clamat: *Timete eum, qui postquam occiderit corpus, habet potestatem animam mittere in gehennam.* D Quis hic locus erroris, ubi congruentia pari ductu exempli & historiæ verba concurrunt; nec diversum est ab intellectu catholico, & lectionibus, quod profertur? Nunquam bene nodus in scirpo quæritur: non involvit nebula prædicatæ lucis auctores. Resurrectionem ergo carnis non credunt, quia posse corpus confitentur occidi? quia peccatricem animam gehennæ mancipari? Densis cor vestrum vepribus suffocatur, & interna vitia aliis certat adscribere.

34 Ioannis etiam apostoli jactatis scripta viola-
1. Ioan. 1. ri, quia ex verbis ejus dictum est: *Si dicamus quia peccatum non habemus, mendaces sumus; & veritas in nobis non est.* E De codicum diversitate nil queror. Ideo ergo corrupta sunt apostoli monita, quia non junxerunt: *Nosipsos decipimus*, & quia junxerunt, *mendaces sumus*; non solum divinæ, sed etiam humanæ rationis ignari. Qui veritatem non habet, mendax recte censetur: nec alia re nisi falsitate plenus est, qui integritate vacuus innotescit. Sed hæc in vobis non curanda sunt linguæ oratione, sed gemituum: nec magis sunt vobis exhibenda verba, quam lacrymæ: quia liquido nocens est, qui insontibus aut meritum culpabilis aut nomen opponit. Reliqua objectionum vestrarum capita non revolvam: præstat silentio damnanda sepeliri. Nobilitatem dat facinoribus, qui ventilationem ipsorum multiplici ad aures posteras relatione transmittit. Beati Pauli est sequenda sententia, qui monet per discipulum cunctos, & clamat:
Inanes quæstiones evita. Multa enim sunt in pro- 2. Tim. 2.
positionibus vestris, quæ ita fæculentis ulnis peccandi amor amplectitur, ut fiant indigna memoratu. plura levitas dehonestat, dum subductis eviscerantur verba vestra ponderibus, & de religionis causis elocutio ventosa componitur, auris congruam sortita gravitatem: quæ in palearum abundantia nihil est horreis illatura de tritico, dum infecundam frugibus culmorum parturit ubertatem, & spem de herbæ luxuria mentitur agricolis: de quibus nihil lucri ventilabra reperiunt, igni debita, incen-
dioque peritura: de his scriptum est: *Dormie-* Psalm. 75.
runt viri somnum suum, & nihil invenerunt. Nihil est, carissimi, pace dulcius, si tamen saporem ejus non plenum amaritudine pectus excludat. Breviorem quidem admonitionem debueram, quam prolixam non parva vestri consideratio, & diu in vobis jurgiis exercitata frons protulit. Vsus est multa peccantum, stricta allocutione non corrigi: & effusionem plurimi, quam in delictis habuerunt, in monitoris sermonibus hanc requirunt. Me satis est & diligentiæ vestræ, & jussis cælestibus obsecutum. In his quæ secutura sunt, locum sermonibus non relinquam: quia hæc refero; Mundi caput Romam per vestras intentiones esse prostratam, & nutricem pontificii cathedram quasi ultimum videre sedile despectam.

Cujus vocem beatus Paulus excepit, & illa qua semper usus est eloquii intonuit libertate: apostolorum principem lenitatis incessens, quod fluxis & profligatis mentibus parentis adhuc servaret affectum: nec in profundum ductis ulceribus ferro medicante succurreret. rescindenda docens lanienis secreta morborum, & manifestæ desperationi salutiferum esse vulnus adhibendum; ne dum manus medici per pietatem a sectione carnis corruptæ suspenditur, de abstinentia teli invitetur exitium: quia dum parcit ægris dextera, curandos interficit; nec grandis est differentia, utrum lethum inferas, an admittas. mortem languentibus qui cum possit non excludit, inflixit. His ergo adversus eos oris januam patefecit
alloquiis: *Omnis qui judicas, teipsum condem-* Rom. 2.
nas, eadem enim agis quæ judicas. Scimus autem quia judicium Dei est secundum veritatem in
eos qui talia agunt: & iterum: *Beatus qui non* Rom. 14.
judicat, in quo probat seipsum. Quæ, malum, ratio est, ut prædicet non furandum qui furatur, & prodigam verecundiæ frontem nube vestiat impugnationis alienæ? Nemo recte monitoris personam suscipit, nisi qui actibus suis errata condemnat, & amorem innocentiæ conversatione demonstrat. Nam adjacet etiam publicanis amica moribus vitia damnare sermone, & sceleratioribus linguæ officiis punire quod diligant; quasi non quoddam genus sit majorum excessuum, dare rei affectum labiis, quam mente despicias, & ingenii virus colloquii melle vestire. Hæc sic ago, quasi si vobis esset pudor, pudicitia, uenustas affectui; liceret

liceret accusare doctorem, & adversus electum oris lividi morsus aptare: cum ante futuri præscius per epistolam ad vos datam plena voce monuissem: *Quis accusabit adversus electos Dei? Deus qui justificat, quis est qui condemnet.* Et iterum: *O homo, qui judicas eos qui talia agunt, & facis illa, putas quoniam effugies judicium Dei? An divitias bonitatis ejus, & patientiæ, & longanimitatis contemnis?* Accusatis malitiam repleti iniquitate, fornicatione, avaritia, nequitia, invidia, homicidiis, condemnatione, dolo, malignitate, superbi, elati, inventores malorum, parenti non obedientes, insipientes, incompositi, sine misericordia. Docetis fornicantibus neminem esse miscendum, adulteri Laurentii aut sequaces, aut prævii, per quos ille aut exeruit quæ habebat toxica, aut quæ effundens monstravit, accepit. Post illam illecebrosæ communionis maculam, & pestem toto orbe execrabilem, sacerdotes Dei, quasi obsoleta comparatos communione, culpatis: reos putatis esse, qui subiere consortium nullo teste convicti: & sectamini hominem toto ecclesiasticæ inscriptionis, non dicam stylo, sed ense perfossum. Quod licet, non licet; & quod non licet, licet. Quemadmodum Iannes & Mambres restiterunt veritati; sic & vos mente reprobi, circa fidem proditores, protervi, inflati, amentes voluptatem magis quam Deum, habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem ipsius ab negantes. O vim doloris interni! qui nequit expedire quod concepit; qui profundis ingestum visceribus loquendi affectum, quem imperavit, irrumpit. Nihil vobis ultra plus eloquar: quod de oratione remanet, lamenta supplebunt.

Post hæc si inter manus medicorum curatione ægrescitis, nec aliqua a cœpto salutis consideratio vos reducit, saltem orbis parentem urbem vestram respicite. ipsa vos post defensores suos apostolos mœrens aggreditur, ipsa compellat, & si quid est pietatis in reliquum, orditur impetratura sermonem.

Me quam Dei summi templa, repudiatis fanorum cultibus, & novæ lucis nitore gaudentem, fecerunt esse conspicuam; quam post sacella sordentia, & multo pecudum tabo polluta, ab hostiarum cruore, dominici & apostolici sanguinis effusio purgavit; quam reducta post longum sanitas febrium fecit delubra contemnere; quam a victimis liberavit oblatio; quæ pacem Christi per idolorum inimicitias acquisivi; cui non fuerunt pene numerosiora dona, quam numina; quam religio sua reddebat varia devotione mendicam; quam egestas oppresserat, frequentia a diis suis beneficia postulantem; quæ Curios, Torquatos, Camillos, quos ecclesia non regeneravit, & reliquos misi plurimæ prolis infecunda mater ad Tartarum, dum exhaustis emarcui malefeta visceribus: quia Fabios servata patria non redemit, Deciis multo sudore gloria parta nihil præstitit. profligata est operum sine fide innocentia: criminosis junctus est æqui observantissimus, quia Christum ignoravit, Scipio. Per totam vellem stylum ducere, si orbatæ pectus pateretur, infantiam. Sed quisquis lamentationis transacta relegit, lacrymarum tempora videtur optare. Nemo creditur non odisse, quorum relatione non læditur. qui siccam faciem de filiorum funeribus referens servat, certo teste crudelitatis arguitur. Illa posteritas plus mœroris attulit perdita, quam jucunditatis acquisita. Relegamus tamen quibus mutata sint ista successibus. Ecce jam in illo sacrario libertatis nihil servile de idolorum cultibus invenitur. ecce honorum corona, orbis genius, flos Romanus, quæ diu venerata est, plena sanctitate calcat altaria. Ecce jam curia mea ad cælum vocatur, laudatur, accipitur. nec possum dicere, perdidisse me sobolem post gratiam baptismi, quam vel repentina mors abstulit. Multos trabearum vel curulium possessores supremus regnator sine dispendio cultus aut dignitatis amplectitur. Pene jam terreni munificentia triumphi divinum mercatur affectum; & hoc ad Christi gratiam proficit, quod mundo studetis esse venerabiles. Mentior, nisi egena agmina consulatus vestri in subsidio miseriarum præstolantur adventum. Etenim purpura vestra, qua anni vocabulum nobilitatis, subripientem miseris vestimentorum largitate pellit algorem. 35 Prope jam iterum necessitatibus ferunt auxilium decora fastorum; & veteri infidelitate deposita, tali præparatione census dispendia efficiuntur lucra animarum. Ecce nunc ad gestatoriam sellam apostolicæ confessionis uda mittunt limina candidatos, & uberibus gaudio fletibus collata Dei beneficio dona geminantur. Quis tempore, quo preciosis siccamus ubera partubus, quo prolem nostram æterna genitrix rursus paritura nunc suscipit, cujus post primam nativitatem grandævis fetibus alvus impletur, quæ mihi prolem regenerando dulcem facit esse, quam peperi, quæ ad se venientes senium facit exuere, & ad vitæ principia redire confractos, quis hanc felicitatem, rogo, interpellatione commutat? Quis per discordiam viperina mente compositam aurei mihi sæculi jubet perire beneficia? quis in renovatione mea occasum clandestinus inspirat, & per blandæ frontis speciem inimicitiis vires acquirit? Generosam in tali negotio prosapiam non agnosco. Si qui sunt tamen summorum, quos vilibus tempestatis hujus procella sociavit, aliis auctoribus facinorum participatione maculantur. Splendor sanguinis, etsi communionem criminum incurrit, nescit tamen ducem se præbere peccantibus. Habet forsitan reatum de neglecta cautione, non habet dignum supplicium de scelerum principatu. Sub quadam verecundia jungitur delinquentibus, qui ad adulta jurgia convocatur. non meretur desperationem perditi, in quo facilis tantum credulitas improbatur. Vos potius video, triviorum germina, vos agnosco: in quibus naturæ vilitas convenientes sibi mores peperit. quos degenerasse claritas fuerat: qui per mentitæ titulum religionis gaudetis impunitate vitiorum: quorum labia numquam aut honorum sapor tetigit, aut quietis: qui fas omne origini parendo violatis: quos de latebris & specubus productos præsens causa monstravit. Quis ante concinnationem mali hujus, qui estis, agnovit? diu fovistis secreta, quibus vos nox generationis abdiderat. Redite potius ad amicam cæcitatem: nobis serenam, & diurnam lucem relinquite. concordiam ecclesiæ, aut absentia, aut correctione præstate. Si tamen vultis vos numerari inter splendidas prosapies, actuum emendatione cognoscam.

NOTÆ

NOTÆ IACOBI SIRMONDI, S. I.

1 *Libellus apologeticus.*] Synodus, quam hoc libello defendit Ennodius, ea est quæ inter Romanas Symmachi papæ quarta numerari debet, x. Kalendas Novembris Rufo Magno " & Fausto Avieno viris clarissimis consulibus peracta, quæ & Palmaris cognominata est. In qua cum absolutus fuisset Symmachus a criminibus quibus impetebatur ab adversariis, reperti sunt inter schismaticos qui contra illam scribere auderent, titulumque operi suo indere, *Adversus synodum absolutionis incongrua.* Quibus Ennodius, ex synodi mandato atque auctoritate, hoc apologetico respondit, & singula eorum argumenta refellens, universam Symmachi synodique causam diligenter accurateque tutatus est. Quo nomine adeo episcopis omnibus probatus est liber, ut eum synodus altera, quæ post consulatum Avieni habita est, suffragio suo confirmarit, atque inter quartam & quintam synodos Symmachianas collocari, decretique vim obtinere jusserit. Hodie tamen perperam post synodum Avieno juniore coactam ponitur libellus Ennodii, cum alteri, quæ Fausto Avieno, ut dixi, consule habita est, subjici debeat. Hæc enim, non illa, synodus fuit absolutionis, & quarta, & Palmaris, a Symmachi æmulis oppugnata, ab Ennodio defensa.

" Vnus idē-que fuit cō-sul collega Pompeii.

2. *Cujusdam oratoris.*] Ciceronis dial. 1. de oratore ubi Crassum sic loquentem inducit. *Nam quid est ineptius quam de dicendo dicere, cum id ipsum dicere nunquam sit non ineptum, nisi cum est necessarium?*

3. *Ex ala productam.*] Sic libri omnes, quo sensu, non apparet. Sed allusit Ennodius ad locum alterum Ciceronis in Pisonem: *Confer nunc, Epicure noster, ex hara producte, non ex schola.* Quare legendum censeo *ex hara productam.* Non solum, inquit, non ex hara productam, sed mysticam & divinam. Dictum ironice, & *non solum* positum pro *non modo non*, ut alias sæpe.

4. *Nec omnes in judicatione senserunt.*] Quia nonnulli episcopi, moræ tædio, post primum aut secundum synodi conventum ab urbe discesserant.

5. *Adversarios dici non debuisse.*] Male habebat schismaticos, quos Theodoricus Symmachi accusatores, tamquam adversarios, e judicum numero repulerat. Infra: *In electione enim venerandorum judicum ipse accusantes extra ordinem repulit, & ad spem retulit accusatum.*

6. *Dolose videlicet.*] Hanc periodum, tametsi necessariam, nec ignotam Surianæ editioni conciliorum, nusquam in manuscriptis offendi, præterquam in codice bibliothecæ Tilianæ.

7 *Ipsi Cepasio preferendam.*] Et hoc etiam est Ciceronianum, atque ironicum. Cepasii enim duo fratres fuerunt, oratores deterrimi atque ineptissimi: quorum alterius, hoc est majoris Cepasii, verba quædam profert ac deridet Cicero in oratione pro Cluentio.

8. *A consortio adultari.*] Symmachi. Satis aperte declarat quodnam crimen fuerit cujus insimulabatur ab adversariis. Sed & in præcepto de cellulanis eodem spectat, quod recenti perstricti Romani pontificis exemplo vitandam clericis docet flagitiosi contubernii suspicionem. & hoc ipso libro in prosopopœia beati Pauli: *Docetis*, inquit, *fornicantibus neminem esse miscendum, adulteri Laurentii aut sequaces aut pravii.* Itaque quod Xysto III. ante annos fere 70. contigerat, ut fœdi criminis infamia pulsaretur a Basso exconsule, id ipsum Symmacho Festi exconsulis item ac principis senatus potissimum instigatione accidit, nec dispare eventu. nam uterque ab infami labe synodi, cujus se judicio sua sponte subdiderant, sententia purgatus est.

9. *Papam oportuisse synodum convocare.*] Hoc Theodorico Ravennæ, ut est in actis synodi Palmaris, opposuerant episcopi, cum ipsius mandato evocati Romam ad synodum proficiscerentur. Sed hanc episcoporum libertatem, tanquam regi scilicet contumeliosam, taxarant schismatici. At non iniqua visa est Theodorico, qui non abs re id causari episcopos sentiens, ipsum quoque papam in colligenda synodo voluntatem suam literis demonstrasse testatus est.

10. *Archisippum.*] Coloniensis editio *Chrysippum.*

11. *Ille perennem meritorum dotem.*] Synodus Palmaris; *Maxime cum illa quæ præmisimus inter alia de auctoritate sedis obstarent. quia quod possessor ejus quondam B. Petrus meruit, in nobilitatem possessionis accessit, & claritatem veterem novis dat de Christi dote rectoribus.* Sic enim postrema hæc verba legenda sunt. Quod ergo de sedis auctoritate dictum a synodo fuerat, ad sanctimoniam quoque transtulit Ennodius. cujus ex hoc loco sententiam laudant Ioannes VIII. in epistola ad Bercarium abbatem, & Gregorius VII. in dictatu.

12. *Comparantes ei antistitem nostrum.*] Plerique *vestrum* legunt: sed exigit ut *nostrum* legamus, quod sequentia declarant. Schismatici enim cum Esau Symmachum comparabant, cum Iacob Laurentium, per quem Symmacho pontificatum, tamquam benedictionem, eripere conabantur. Paulo post, in illis verbis: *Præterea tunc Iacob*, Isaac legendum videtur.

13 *Carthaginensi concilio.*] Septimo, quod in secretario basilicæ Restitutæ post consulatum Honorii XII. & Theodosii VIII. celebratum est, cui & Faustinus Potentinæ in Piceno ecclesiæ episcopus Bonifacii papæ legatus interfuit. Alludit autem ad canonem IV. ejus concilii.

14. *Cur personæ jussæ sint.*] Symmachi mancipia. infra: *Quæro a vobis, cujus conditionis fuerint ista mancipia, quæ postulata scriptis principalibus intimastis.* Item ubi de visitatore differit: *Ibique papam ab eo salutatum suo ore jussit affari, ut traderet coepiscopo mancipia, nullis subdenda tormentis, servanda ad disceptationem synodalis examinis.* De his enim a Theodorico impetrarant adversarii, ut repræsentari, &, quod leges & canones vetant, contra dominum interrogari juberentur. Quare & illa tradi per libellum a synodo postularunt.

15. *Odit se qui negligit studia.*] Quod in vulgata nostra, scriptum est Proverbiorum 15. Qui abjicit disciplinam, despicit animam suam. apud LXX. interpretes sic legitur. ὃς ἀπωθεῖται παιδείαν, μισεῖ ἑαυτόν. *qui repellit disciplinam, odit seipsum.* Quod sine dubio prius est comma Ennodii. Posterius ex cap. 10. sumptum videtur. ubi quod Græcis est, οἱ δὲ ἄφρονες ἐν παιδίᾳ τελευτῶσι, nos legimus, *Qui autem indocti sunt in cordis egestate morientur.*

16. *De quodam dictum.*] Iasone. Medeæ enim ad Iasonem verba sunt e Senecæ Medea.

17. *Ille presto fuit judicibus.*] In synodo, quæ contra ipsum Tyri fuerat convocata: ad quam etsi propter apertam vim & conjurationem, aliquamdiu, ut Sozomenus lib. 2. cap. 24. scribit, an vocatus veniret, cunctatus est, postea tamen innocentia fretus, & ne judicium declinare videretur, profectus est.

18. *Concilio auctoritatem.*] Synodus ipsa de Symmacho, cum synodum quæ ipsius causa ad basilicam Iulii convenerat, esset ingressus. *Auctoritatem*, inquit, *ordinis corrigendi, sicut poscebant ecclesiastica statuta, in omnium qui ibidem convenerant episcoporum præsentia, se dare professus est.*

19. *Venientem jaculis repulistis*] Symmachum papam, cum ad alterum synodi conventum pergeret, qui in basilica Sessoriana coactus erat. Tum enim, ut synodi acta narrant, ab irruentibus æmulorum turbis ita tractatus est, ut cæsis qui cum ipso erant presbyteris, ægre ad B Petri septa, unde egressus fuerat, incolumis a comite Aligerno reductus sit.

20. *Nonne directa verba sunt canonum.*] Symmachi nomine, non Ennodii, citatur hic locus a Gratiano 8. qu. 4. quia cum libellus Ennodii synodis Symmachianis, ut paulo ante dictum est, cum pari auctoritatis prærogativa insertus esset, quæ in eo erant, pro Symmachi ipsius decretis aut sententiis haberi cœperunt. Percellebant autem canones illi schismaticos, qui criminum obtentu, quibus Symmachum impetebant, discessionem ab eo ante judicii, nedum sententiæ tempus fecerant.

21. *Didascalici libelli.*] Ironice. Nam διδασκαλικοὶ λόγοι, disdascalicæ disputationes dicuntur accuratæ & ad docendum idoneæ. unde ab Aristotele una copulantur τὸ ἀκριβέστερον καὶ διδασκαλικώτερον.

22. *Cum evocatus quater fuisset.*] Ingressus est synodum Symmachus primo conventu, qui in basilica Iulii actus est: ad alterum item Sessorianum proficiscebatur, cum ab adversariis in via circumventus, ac cæsis suis, pene oppressus est: quod utrumque jam supra commemoravimus. Post eam cædem commonitus an rursum ad synodi judicium exire vellet, compelli se jure posse negavit.

23. *Aliud est maledicere, aliud accusare.*] Verba sunt Ciceronis in oratione pro M. Cælio, cum ea refellit quæ adversus Cælii pudicitiam sine probatione objiciebantur. Quare aptissime ab Ennodio in re simili usurpantur, ut tacitum schismaticorum convicium retundat, quod ex mulierum Symmachum officii causa prosequentium turba captabant.

24. *Peregrinum credo aliquid*] Duo, ut ex actis patet, a synodo postularat Symmachus: unum, ut cederet visitator, de quo postea; alterum, ut omnia quæ per suggestionem inimicorum suorum amiserat, ante judicium ipsi redintegrarentur. Quod etsi neque alienum neque iniquum videri poterat, cum spoliatos ante omnia restitui ecclesiasticæ leges jubeant, regi tamen, cum synodus ad eum retulisset, placuit, ut Symmachus ante restitutionem judicium subiret: quod ille pro modestia sua minime detrectavit.

25. *Regis præceptionibus vos non muniri.*] Etsi multa, A quæ Symmacho adversari videbantur, a Theodorico præcepta ac rescripta expresserant schismatici, ut de visitatore, & quod modo de intercepta redintegratione recitatum est, atque alia id genus: irrita tamen omnia & inania fuerunt. Neque unquam his præsidiis assequi potuerunt, quod moliebantur, ut Symmachus damnaretur. Nam ubi synodo tandem a rege integra permissa res est, illum protinus absolvit.

26. *Non habebat synodus firmitatem.*] Cum adhuc incerti penderent episcopi an Symmachus illam approbasset. Quod ubi coram ab eo confirmatum fuit, *Tum*, ut est in actis synodi, *causa de sacerdotum animis, quæ de concilio nondum firmato tristitiam ministrabat, abscissa est.* Sentiebant nimirum episcopi concilium hoc sine pontificis assensu ratum esse non posse. Quod ipsum tamen, sed frustra, improbabant schismatici.

27. *Laurentium & Petrum episcopos.*] Quorum hic Ravennas, ille Mediolanensis, synodi ambo moderato- B res ac præsides; quod declarant synodi ipsius subscriptiones, & Theodorici regis ad synodum præceptio, quæ Laurentio, Marcelliano, Petro ac reliquis episcopis inscripta est. Sed Marcellianus Palmari conventui non interfuit. Quod vero studio egerant Laurentius & Petrus, ut a Symmachi consuetudine ante judicii disceptationem abstinerent, ne præjudicium aliquod facere viderentur, id adversarii aliam in partem rapiebant, quasi de objectis Symmacho criminibus compertum ipsis exploratumque jam esset.

28. *Attributum visitatorem.*] Petrum episcopum Altinatem, qui a Theodorico rege, flagitantibus schismaticis ecclesiæ Romanæ, præter fas moremque datus fuerat visitator, quem propterea submoveri, ut ante dictum est, postulabat Symmachus. Acta synodi: *Sperans ut visitator, qui contra religionem, contra statuta veterum, contra regulas majorum, a parte cleri, vel aliquibus laicis fuerat postulatus, ex ordinatione antistitum, sicut decebat sanctum propositum, prima fronte cederet.* At Ennodius C non solum Symmachi desiderium, ut æquissimum defendit, sed Theodorici etiam factum, quasi Symmacho ipsi visitatoris præsentia consulere voluerit, excusare conatur.

29. *Nullis tormentis subdenda.*] Ac proinde Symmacho, etsi contra ipsum testarentur, nihil obfutura: quia non ignorabat, ut mox dicet, Theodoricus *servilem assertionem innocenti examine non probandam* Ita regii præcepti invidiam hac etiam in parte amolitur.

30. *Aliorum forte hominum causas.*] Et hic quoque illustris est locus de primatu summi pontificis, & prærogativa sedis apostolicæ.

31. *Dicas forsitan.*] Locus insignis ad eos revincendos, quibus sacrorum hodie locorum, neque ad vota & preces concipiendas, neque ad cælestia beneficia consequenda, nullum est discrimen.

32. *Quid Eulalii & Bonifacii.*] In schismate quod post Zosimi papæ mortem inter hos duos diviso in partes clero exortum est, cum propter factionum studia, utrius D legitima fuisset electio, decerni vix posset, longiusque protraheretur disceptatio, Honorius utrumque ab urbe interim jussit abscedere. Itaque Bonifacius ad S. Agnetis basilicam, Eulalius Antium secessit. Quod exemplum in Symmacho renovari voluissent adversarii, ut una cum Laurentio pelleretur. sed dispar fuit ratio.

33. *Ergo quia dixerunt*] Verba synodi: *Senatum amplissimum monentes & instruentes, causas Dei ipsius judicio esse committendas, qui valet corpus occidere, & animam mittere in gehennam.* Qui in his verbis hæresim adstruebant, non in B. Lucam injurii, sed in Christum ipsum, qui apud Lucam loquitur, impii erant.

34. *Ioannis apostoli scripta violari.*] Non tam verba ipsa Ioannis citarat synodus, quam ex verbis sententiam. Sic enim habet: *Quamvis nullus est qui delicto careat, sicut Ioannes testatur apostolus: Si dicam quia peccatum non habeo, mendax sum.*

35. *Prope jam iterum.*] Consulum olim mos fuerat pecunias in populum spargere, cum procedebant. eum E morem abrogarat Marcianus, lege 2. codice de consulibus. Itaque Ennodii tempore non spargebantur. Sed quia ejus ævi consules in honoris sui auspiciis multa in pauperes erogare solebant, pristinum morem quodammodo, sed feliciori liberalitate, renovare videbantur.

NOTA SEVERINI BINII.

[...]dii vi- [...] acta. Ennodius consulari progenie natus, Messalæ consuli, ad quem epigramma scripsit, conjunctus, ex sponso nobilis ac prædivitis puellæ in meliorem statum collocatus, cum sponsa cælibem sanctamque vitam professa esset, factus est Ticinensis ecclesiæ diaconus. Post hæc incidens in mortalem ægritudinem, ope sancti Victoris curatus est, ut suis ipse scriptis affirmat. Epiphanii Ticinensis, Laurentii Mediolanensis, aliorumque episcoporum vitas descripsit. Cumque schismatici superiore concilio condemnati adversus illud scripsissent libellum hoc titulo prænotatum: *Adversus synodi absolutionem*, eoque prædictam synodum acerbissime carpsissent, jussu ejusdem sanctæ synodi scripsit hunc apologeticum libellum, qui dum patribus oblatus fuisset, in consessu eorumdem jussus est legi, & postea omnium suffragio non tantum inter acta synodalia, verum etiam inter pontificia decreta adnumerari meruit. Hujus libelli auctoritate, monituque regis Theodorici, schismatici ad concordiam & communicationem ecclesiæ redierunt, Romanoque pontifici Symmacho se rursum subjecerunt. Scriptis igitur hac de re literis, Theodoricum regem, de ecclesia optime meritum, quantumvis impius esset & Arianus, summopere commendat. Hic est idem ille Ennodius qui ex diacono Ticinensis ecclesiæ factus est episcopus, ad quem Hormisda pontifex epistolas infra extantes scripsit, & quem binis vicibus ad Anastasium imperatorem legationis munere fungentem ablegavit. Hoc libello refutat decem plus minus adversariorum objectiones & calumnias. Quarum prima est, non omnes sacerdotes ad synodum regia auctoritate vocatos. Secunda, non omnes qui interfuerunt consensisse. Tertia, impugnatores summi pontificis non auditos, eorumque accusationes non esse refutatas. Quarta, quod episcopi refragati fuerint regiæ jussioni, cum in synodo dixerunt, non esse regis synodum convocare, sed ipsius tantum Romani pontificis. Quinta calumnia erat, qua exprobrantes addebant, quod per defensionem jurium sedis apostolicæ, nihil aliud ab iis prætensum esse videretur, quam asserere Petrum & successores ejus cum privilegiis sedis etiam peccandi licentiam a domino accepisse. Sexta erat, ex eo quod Symmachus se judicio episcoporum præsentem statuerit, falsum videri, quod prætendebatur a catholicis sedis apostolicæ præsulem minorum sententiæ non esse subjiciendum. Septima, productos testes non fuisse examinatos: quorum testimonia, etiamsi domestica forent, refugisse non debuisset, cum Christus non detrectaverit se servorum judicio subjicere. Octava, nullum reperiri exemplum quod papa ad suorum criminum defensionem ullum concilium convocarit. Nona, falsum esse quod dicebatur a rege synodum postulatam esse. Decima, non debuisse etiam quintam suæ causæ cognitionem sprevisse, qui conventionem præveniens, cum populorum cœtibus examen intravit. Has omnes objectiones, quibus rationibus confutet, lector, si legat, facili negotio intelliget.

Occasio scripti libelli.

Calumniæ schismaticorum.

EPIST. AVITI EPISC. VIENNENSIS AD SENATORES VRBIS ROMÆ communi episcoporum Galliæ nomine scripta.

De synodo Romana, in qua episcopos Italiæ, qui ad eam convenerant, culpandos docet; quod de pontificis Romani causa judicandum inferiores susceperint.

I *Avitus episcopus Fausto & Symmacho senatoribus urbis.*

PRIMVM fuerat talis status rerum desiderandus, ut ipsi per nos urbem orbi venerabilem pro dependendis divinis humanisque expeteremus officiis. Sed quia istud jamdudum per rationem temporum fieri posse cessavit, vellemus, quod fatendum est, vel eo securitatis accedere, ut quæ in causa communi supplicari oportet, amplitudo vestra congregatorum Galliæ sacerdotum relatione cognosceret. Sed quoniam hujus quoque nos voti compotes reddit provincia præfixis regnorum determinata limitibus, quam primum supplici prece posco, ne celeberrimo ordini vestro pagina hæc aliquod moveat quasi ab uno directa fastidium. quoniam a cunctis Gallicanis fratribus meis ad hoc ipsum non minus per mandata quam per literas oneratus, quæcumque a vobis omnes ambimus, unus suggerenda suscepi. Dum de causa Romanæ ecclesiæ anxii nimis ac trepidi essemus, utpote nutare statum nostrum in

in laceſſito vertice ſentientes; quos omnes una A criminatio utique ſine invidia multitudinis percuſſerat, ſi ſtatum principis obruiſſet: perlata eſt ſolicitudini noſtræ ab Italia in exemplaribus ſacerdotalis formula decreti, quam de papa Symmacho apud urbem collecti Italiæ antiſtites ediderunt. Quam conſtitutionem licet obſervabilem numeroſi reverendique concilii reddat aſſenſus, intelligimus tamen ſanctum Symmachum papam, ſi ſæculo primum fuerat accuſatus, conſacerdotum ſuorum ſolatium potius [f], quam recipere debuiſſe judicium: quia ſicut ſubditos nos eſſe terrenis poteſtatibus jubet arbiter cæli, ſtaturos nos ante reges & principes in quacumque accuſatione prædicens; ita non facile datur intelligi, qua vel ratione, vel lege, ab inferioribus eminentior judicetur. Nam cum celebri præcepto apoſtolus clamet, accuſationem vel in preſbyterum recipi non debere, quid in principatum generalis eccleſiæ criminationibus licere cenſendum eſt? Quod ſynodus ipſa venerabilis laudabili conſtitutione proſpiciens, cauſam quam (quod ſalva ejus reverentia dictum ſit) pene temere ſuſceperat inquirendam, divino [g] potius ſervavit examini: perſtringens tamen, prout breviter potuit, nihil vel ſibi, vel glorioſiſſimo viro Theuderico regi, de his quæ papæ dicebantur objecta patuiſſe. Quibus cognitis, quaſi ſenator ipſe Romanus, quaſi Chriſtianus epiſcopus obteſtor, (ſic divinitatis, quam colitis, dono temporibus veſtris proſperitas optata ſuccedat; ſic dignitas, qua floretis, univerſo orbi ſpeciem Romani nominis mundo labente contineat) ut in conſpectu veſtro non ſit eccleſiæ minor, quam reipublicæ ſtatus; quodque vobis Deus poſſe præſtitit, proſit & nobis: nec minus diligatis in eccleſia veſtra ſedem Petri, quam in ciuitate apicem mundi. Si profundo illo tractatus veſtri conſilio rem videtis, non ea tantummodo quæ Romæ geritur cauſa cogitanda eſt. In ſacerdotibus ceteris poteſt, ſi quid forte nutaverit, reformari. at ſi papa urbis vocatur in dubium, epiſcopatus jam videbitur non epiſcopus vacillare. Noſtis bene inter quas hæreſum tempeſtates, veluti ventis circumflantibus, D fidei puppem ducamus. Si nobiſcum hujuſmodi pericula formidatis, expedit ut gubernatorem veſtrum participato labore tueamini. alias autem quæ ratio eſt, ſi nautis in magiſtrum furentibus non ſine illorum periculo cedatur iſto diſcrimine? Reddet rationem qui ovili dominico præeſt, qua commiſſam ſibi agnorum curam adminiſtratione diſpenſet. ceterum non eſt gregis paſtorem proprium terrere, ſed judicis. Quapropter reddite nobis principalem, ſi tamen necdum eſt reſtituta, concordiam: quia clienti veſtro, venerabili Symmacho preſbyte- E ro, idcirco laborem hujus fatigationis injunximus, ut nobis in veſtrarum oraculo literarum per redintegratæ pacis nuntium ſupplicationis noſtræ referret effectum.

[f] adſciſcere

1. Tim. 5.

[g] tutius

NOTA IACOBI SIRMONDI, S. I.

1 *Avitus Fauſto & Symmacho.*] Hujus epiſtolæ, præter codicem epiſtolarum Aviti, alterum exemplar in regia bibliotheca nacti ſumus. Miſſam conſtat poſt ſynodum IV. Palmarem in cauſa Symmachi papæ, quæ Romæ habita eſt x. Kalendas Novembres anni 501. Quare vel hoc ipſo anno exeunte ſcripta eſt, vel proximo ineunte.

[a] ** AMPLIORES EIVSDEM NOTÆ.

Fauſto & Symmacho ſenatoribus.] [a] Non ſenatores modo, ſed patricii ambo, & ordinarii conſules fuerant, Fauſtus anno Chriſti CDXXCIII. Biennio poſt Symmachus, uterque ſine collega. Ad hos ergo, tanquam præcipuæ in urbe dignitatis proceres, ſuo & Gallicanorum omnium antiſtitum nomine, ſcribit de ſynodo Romana, & judicio in ea adverſus Symmachum papam Theodorici regis auctoritate conſtituto expoſtulans, Italiæque epiſcopos perſtringens, quod de eminentiore judicium inferiores receperint.

[a] Ex editione omnium operum Aviti, anno 1642.

Sacerdotalis fama decreti.] Extat hoc decretum in ſynodo Rufio Magno Fauſto Avieno conſule habita anno Chriſti DII. *Decernimus*, inquiunt, *ut Symmachus papa, ſedis apoſtolicæ præſul, quantum ad homines reſpicit, quia totum conſtat divino arbitrio fuiſſe dimiſ-* B *ſum, ſit immunis & liber, & Chriſtianæ plebi, ſine aliqua de objectis oblatione, in omnibus eccleſiis ſuis, ad jus ſedis ſuæ pertinentibus, tradat divina myſteria* Quare dubium non eſt, quin ſynodum iſtam Avitus intelligat, quæ in codice Narbonenſi, aliiſque vetuſtioribus, quarta & palmaris recte inſcribitur. Falſo enim recentiores, palmaris nomen ſynodo alteri tribuunt, quæ Avieno juniore conſule celebrata eſt, cum in ea nec decreti hujus ſit mentio, nec abſolutionis Symmachi, quam in palmari editam conſtat.

[a] ** Hæc porro S. Aviti ad Romanos epiſtola revocat mihi in memoriam concilium in urbe Lugdunenſi ſub Gundebaldo Burgundionum rege ſaltem ante annum 514. celebratum, incerto quidem tempore, ſed non loco: de quo paucis ac veluti perfunctorie agit initio epiſt. 28. ad eumdem regem conſcriptæ. *Rediens ab urbe Lugdunenſi ſanctus Charterius epiſcopus* (incertæ ſedis antiſtes) *in qua nobis de concilio diſcedentibus ad privata quædam negotia expedienda reſederas,* C *quæſtionem ſibi imo magis omnibus nobis propoſuiſſe vos retulit. Quæ ſi fuiſſet coram poſitis indicata, ſubminiſtrante ſancto Spiritu facile ſciſcitationi veſtræ quæ ad cauſam pertinebant ſuggeri potuerunt, &c.*

[a] SYNODVS ROMANA V.

[b] DVCENTORVM OCTODECIM EPISCOPORVM [c] Sub Symmacho papa,

ANNO CHRISTI 503.

[c] Præſidente ſanctiſſimo papa.

Tempore Theodorici regis, indictione nona, anno domini DIII. celebrata.

POST conſulatum Avieni, cum in unum, annuente domino, ante confeſſionem B. Petri apoſtolorum principis reſediſſemus, ſancta ſynodus dixit: Libellus qui ſynodali auctoritate contra eos qui adverſus quartam noſtram ſynodum, quæ habita eſt Romæ * Palmari, mutire præſumpſerunt, ab Ennodio conſcriptus eſt, coram omnibus deferatur, & in præſentia omnium legatur atque roboretur. Quo recitato, & ab omnibus conſona voce comprobato, ſancta ſynodus dixit: Hæc futuris temporibus reſerventur [d], atque ab omnibus teneantur, & in omnibus ſerventur. Hic libellus integerrime ſynodaliter ab omnibus teneatur, atque inter quartæ & quintæ ſynodorum noſtrarum actiones interponatur, & ita ſicut harum ſynodorum decreta habeatur: quia ſynodali auctoritate conſcriptus eſt & roboratus. Ad quæ ter beatiſſimus papa reſpondit: Iuxta veſtram omnium fiat voluntatem, & ut judicatis, apoſtolica habeatur auctoritate, & inter apoſtolica, quod dicitis, interponatur decreta, & ſicut cetera apoſtolica ab omnibus teneatur decreta. Ad quæ omnes ter una voce reſponderunt, dicentes: Vt fiat, rogamus: Vt fiat, rogamus: Vt fiat, rogamus. Poſtque clamatum eſt ab omnibus epiſcopis & preſbyteris: Illi qui papam Symmachum accuſaverunt, & damnationem ei inferre tentaverunt, & illi qui eum judicaverunt, aut contra noſtram ſynodum garrire, aut ſcribere præſumpſerunt, ut

* palam mutire

[e] Palmaris mutitare

[d] conſerventur.

ut damnentur rogamus. Et paulo post omnes episcopi & presbyteri voce magna clamantes, dixerunt: Exaudi Christe, Symmacho papæ vita. Dictum est octies. Cujus sedem & annos. Dictum est decies. Ut fiat, rogamus. Dictum est duodecies. Quibus cessatis, Symmachus episcopus ecclesiæ catholicæ urbis Romæ dixit: Quoniam fraternitas vestra singulari caritatis studio, pio ac vigilanti affectu, indefessis laboribus ac spiritu vivaci studuistis, venerandi patres, tutelam rerum ecclesiasticarum fovere, sedem apostolicam (quæ solida Petri confessione stabilita est) tueri viriliter, cui licet indigni, domino sic disponente, præsumus: ac parvitatem nostram jamdudum multis afflictionibus impulsam virili protectione defendistis, oblocutoribus & susurrantibus resistendo, qui novis semper insidiis semper aliquid adversum nos & famam nostram moliuntur, quos spiritus ille divisionis continuis exagitat aculeis, quibus est pax inimica, & discordia placens: & quia vestra bonitas curam provisionis nostræ suis exhortationibus incitavit, * & parilem circa ecclesiæ tranquillitatem Dei nostri contemplationem animi * præstet, flagitamus, ut circa insidiatores & persecutores ' nostros mitius agatis. Et licet juste damnentur, propter misericordiam tamen conserventur, ut in nobis illa domini declaretur sententia, qua præcipitur, ita fratribus dimitti, sicut sibi a domino cupiunt dimitti. De cetero vero, ne unquam talia non solummodo in apostolicæ sedis præsulem a quoquam præsumantur, sed nec in ullo Christianorum episcopo usurpentur. Non ergo necesse est super his nova cudere, sed vetera recitare atque firmare. Est enim a multis antecessoribus nostris synodaliter decretum atque firmatum, ut oves, quæ pastori suo commissæ fuerint, eum nec reprehendere, nisi a recta fide exorbitaverit, præsumant: nec ullatenus pro quacumque re alia, nisi pro sua injustitia, accusare audeant: quoniam pastorum actus gladio oris non sunt feriendi, quamquam rite ' reprehendi æstimentur. Nec ullos episcopos suis rebus expoliatos, vel a sedibus vi aut dolo, aut quocumque ingenio pulsos, sicut & vos de nobis judicastis, aut ad synodum tam provincialem, quam generalem posse convocari, aut in aliquo judicari, antequam cuncta, quæ eis ablata sunt, legibus potestati eorum pacifice per omnia redintegrentur, decernimus. Prius ergo oportet omnia illis legibus redintegrari, & ecclesias, quæ sublatæ sibi sunt, cum omni privilegio suo restitui, & postmodum non sub angusto temporis spatio, sed tantum temporis spatium eis indulgeatur, quantum expoliati vel expulsi esse videntur, antequam ad synodum convocentur, & ab omnibus quibusque provinciæ suæ episcopis audiantur. Nam nec convocari ad causam, nec dijudicari potest expoliatus, vel expulsus: quia non est privilegium, quo expoliari possit jam nudatus.

Unde & antiquitus decretum est: Omnes possessiones, & omnia sibi sublata, atque fructus cunctos, ante contestatam litem, ' perceptor " aut primas possessori restituat. Et alibi scriptum habetur: Ille qui violentiam pertulit, universa in statu, quo fuerant, recipiat: & quæ ' possidet, securus teneat. Et alibi in synodalibus patrum decretis, & regum edictis legitur statutum: Redintegranda sunt omnia expoliatis vel ejectis episcopis, præsentialiter ordinatione pontificum, & in ' eorum unde abscesserunt ' potestatem funditus revocanda, quacumque conditione temporis, aut dolo, aut captivitate, aut virtute majorum, aut per quascumque injustas causas res ecclesiæ, vel proprias, aut substantias suas perdidisse noscuntur ante accusationem, aut regularem ad synodum convocationem eorum, & reliqua. Est etiam in antiquis ecclesiæ statutis decretum, ut qui aliena invadit, non exeat impunitus, sed cum multiplicatione omnia restituat. Unde & in euangelio scriptum est: Quod *si aliquid defraudavi, reddo quadruplum.* Et in legibus sæculi cautum habetur: Qui rem subripit alienam, illi cujus res direpta est, in * undecuplum, quæ sublata sunt, restituat. Et in lege divina legitur: *Maledictus omnis, qui transfert terminos proximi sui: & dicet omnis populus: Amen.* Talia ergo non præsumantur absque ' ulla ultione, nec exerceantur absque sua damnatione. Accusatoribus vero inimicis, vel de inimici domo prodeuntibus, vel qui cum inimicis immorantur, aut suspecti sunt, ne credatur: ne irati, nocere cupiant: ne læsi, ulcisci se velint.

Quid ad hæc vobis (carissimi fratres) videtur prudentia vestra pro ecclesiastica quiete vel indemnitate, universi edicite. Universa synodus dixit: Episcopalem persecutionem, & ecclesiarum abscissionem, vel vastationem, atque servorum Dei insectationem, fulti prædicta auctoritate & omnium sanctorum patrum prohibitione, vestraque consolatione, communi tractatu pariter in futurum robuste ac veraciter amputantes, sanctorumque patrum statuta firmantes, expressis sententiis sancimus, ne unquam talia a quoquam nostris aut futuris temporibus præsumantur. Et silentio facto, Symmachus episcopus ecclesiæ catholicæ urbis Romæ dixit: Quod si aliqui hæc transgressi fuerint, & talia præsumpserint, quid super his vobis videtur, pari adunatione manifestate. Cumque surrexissent, & paulo post iterum consedissent, una voce dixerunt: Si quis hæc quæ hodie in hac sancta synodo prohibita sunt infringere præsumpserit, aut voluntarie transgredi tentaverit: si clericus est, gradu proprio penitus careat: si vero monachus aut laicus fuerit, communione privetur. Et si non emendaverit vitium, anathemate feriatur. Secretas vero insidias, vel manifestas, pontificibus a quibuscumque illatas, vel ea quæ hujus sanctæ synodi sententia complectitur, si quis ad * ecclesiæ pertulerit notitiam, potiatur honore: & hi qui adversa eis moliuntur, sicut a sanctis patribus dudum statutum est, & hodie synodali & apostolica auctoritate firmatur, penitus abjiciantur, & exilio, suis omnibus sublatis, perpetuo tradantur. Hæc vero quæ in hac sancta synodo statuta sunt, & ea quæ in libello quem Ennodius nostra auctoritate conscribi fit, sicut in præsentia nostra relecta sunt, ut propriis manibus roborentur, rogamus, atque ut in perpetuum conserventur, (sicut prædictum est) vestra apostolica auctoritate firmentur.

Anno Christi 503.
' possedit 3. quæst. 1.
' Redintegrãda sunt.
' eum
' statutum
Vide decr. Ivo. lib. 4.
Ibi. 19.
12. quæst. 2. In legibus.
* d. cuplum
Deut. 27.
' deest hæc vox
3. quæst. 5. Accusatoribus vero.
1. quæst. 5. Accusatoribus vero.
* ecclesiasticam

ANNO CHRISTI 503.

Symmachus ecclesiæ catholicæ urbis Romæ episcopus dixit: Acclamationes vestras, synodique judicium præsentia 'suscipient gesta.' Adjecitque, & dixit: Ea quæ ad 'succidendos veternosæ præsumptionis errores, vel infensæ pontificibus præsumptionis morbos, quibus status affligi solet ecclesiæ, servorumque ejus, deliberatio religioni congrua pacique constituit, perpetua socientur firmitate: ut annuente domino, quem custodem rerum constat esse bonarum, synodalis ordinatio vigeat, atque omnis qui sine personæ alicujus * distinctione * venire præsumpserit, imposita superius districtione plectatur. Vniversa synodus dixit: Vt scandala amputentur, & insidiæ atque detractiones erga episcopos vitentur, rogamus: dictum est duodecies. Et facto silentio, universi in sancta synodo congregati, dixerunt: Exaudi Christe, Symmacho vita: dictum est octies. Hic est pax cum Symmacho: dictum est octies. Cujus sedem & annos: dictum est decies. Vt de præsenti fiat: dictum est duodecies. Et paulo post, cum resedissent, facto silentio, universa synodus dixit: Quisquis clericorum, aut monachorum, aut laicorum, tam majoris ordinis, quam etiam inferioris, post hanc formam a nobis prolatam, his decretis contraire præsumpserit, statutis canonicis velut schismaticus percellatur. Et subscripserunt:

' vigeantque.
' submovendos
* districtione
* contravenire

Cælius Symmachus episcopus sanctæ ecclesiæ catholicæ urbis Romæ, huic statuto, a nobis inspirante domino peracto, subscripsi.

Laurentius episcopus ecclesiæ Mediolanensis, huic statuto, a nobis inspirante domino peracto, subscripsi.

Petrus ecclesiæ Ravennatis episcopus, huic statuto, a nobis inspirante domino peracto, subscripsi.

Eulalius episcopus ecclesiæ Syracusanæ, huic statuto, a nobis inspirante domino peracto, subscripsi.

Felix episcopus Interamnensis subscripsi.

Stephanus episcopus Cordubensis subscripsi.

Fortunatus episcopus ecclesiæ 'Valensis subscripsi. (' Vasensis)

Benignus Aquævivensis.
Ioannes 'Spoletinus. (' Spolitanus)
Romulus Prænestinus.
Stephanus Venusinus.
Candidus 'Tiburtinus. (' Tudertinus.)
Valentinus Amiterninus.
Fortunatus Fulginas.
Chrysogonus Albanensis.
Eutychius Tranensis.
* Amandus 'Potentinus. (* Amantius ' Poturanus)
Laurentius Bobiensis.
Molensius Centumcellensis.
Eusebius Fanestrensis.
Romanus Nomentanus.
Propinquus Trebias.
Asterius Aquinas.
Silvanus Veliterninus.
Epaphroditus Tamassenus.
Quintus Phociensis.
Helias Bleandrenus.
Paulus Tripolitanus.
Polycarpus Gabalenus.
Patricius Cressensis.
Menecrates Carystensis.

A Florentius Sardeorum Lydiæ.
Iulianus Hypepennus.
Paulinus Perperennensis.
* Meonius Nyssenus.
Proterius Myrrhinensis.
Hesperius Pytanensis.
Olympius * Evazonensis.
Rufinus Brulitanus.
Philippus * Neasaulitanus.
Isaac Elearchiæ.
Basilicus * Palescensis.
Didymus Lapetensis.
Iustus ' Firmanus.
Ariston Ostiensis.
Augustus Lipatitanus.
Rusticus Buxentinus.
B Venantius Senogalliensis.
Victor Lunensis.
Innocentius 'Triferninus.
Bonifacius Foroflaminiensis.
Sebastianus Soranus.
Asellus Populoniensis.
'Elpidius Volaterranus.
Projectitius Foronovanus.
* Venerius Polensis.
* Colonius Foroclodiensis.
Probus Camarinensis.
Vindemius Antiatinus.
Proculeianus Sepinas.
Fortunatus Anagninus.
Paschasius Vulturnensis.
C Martianus ' Æsinus.
Bassus Mutinensis.
Pacatianus Comaclensis.
Maras ' Cordilusensis.
Macedon ' Magidensis.
Marcellinus Isidensis.
Paulus ' Plogonensis.
Theodorus ' Lysiniensis.
Neon Silviensis.
Theophilus Acrassensis.
Epiphanius Pergensis.
Leucius Fani Apollinis.
Alcimedes Celandiensis.
Eupythius Stratonicæ.
Dionysius Attaliensis.
D Andreas Salenus.
Amachius Sectoriensis.
Croton Pertensis.
Philippus Balburensis.
Theodorus Antiphellenus.
Leontius Araxenus.
Antipater Caunenus.
Esaias * Eleitanus.
* Cratinus Panemutensis.
Andreas Tlosorum.
Nicolaus Ariassenus.
Romanus Bobonensis.
Onesiphorus Iconiensis.
Neoptolemus Cornensis.
E Paulus Derbensis.
Plutarchus Lystrensis.
Eugenius Canorum.
Rufus Hydæ.
Tyrannus Homonadensis.
Acholius Larandenus.
Proclus Argissenus.
Leontius Magnesiæ Mæandri.
Mamas Anemurii.
Cyriacus * Ægeæ.
Valerianus * Bastianensis.

Pho-

Photinus Ghytrennus.
Echius Arsinoensis.
Soter Theodosiensis.
Heliodorus Amathuntis.
Olympius Constantiensis.
Batrachus Naxi insulæ.
Tryphon Chii insulæ.
Florentius Mitylenæ insulæ.
Ioannes Rhodiensis insulæ.
Gennadius Mosinensis.
Euandrus Diocliæ.
Ioannes Trapezopolis.
Philippus * Ægritanus.
Thomas Theodosiopolitanus.
Gennadius Acmonensis.
Charites Dionysiopolitanus.
Paulus Aristensis.
Matthias Themisoniensis.
Eulalius Sibliensis.
Amphilochius Sidensis.
Gaius Sysdrensis.
Eudoxius Itoanensis.
Marcellinus Corydallensis.
Eusebius * Cotyaiorum.
Obrimus Coracesii.
Romanus Myrensis.
Aristocritus Olympensis.
Eudoxius Chomatensis.
Palladius Candybensis.
Cyrinus Patarensis.
Stephanus * Lymirensis.
Zenodotus Telmessi.
Maximus * Cimolensis.
* Musonius * Limenensis.
Florentius Adrianopolis.
Bassonas * Neapolitanus.
Messalinus Laodicensis.
Fonteianus Sagallassenus.
Olympius Sozopolis.
Alexander Seleuciensis.
Valerianus Aphrus.
Eusebius Clazomenus.
Thomas Valentinianopolis.
Thomas Alalcomenus.
Pergamius Antiochenus.
Eutropius Adadensis.
Paulus Philomeliensis.
Strategius * Polybotensis.
Basilius Nacoliæ.
Eustochius Docimeus.
Cyriacus Eucarpiensis.
Abertius Hierapolis.
Epiphanius Mydaiensis.
Philippus Lysiadis.
Mocinius Hephæstiensis.
* Myrus * Euladrensis.
Eusebius Dorylei.
Marinianus Synnadensis.
Calandion * Alicarnassenus.
Ioannes Gnidi.
Theodoretus Alabandenus.
Tynchanius Apolloniensis.
Longinus Apamenus.
Theotecnus Tyri.
Eorticius Metropolitanus.
Cyrus * Siniandensis.
Libanius Parilycaoniæ.
Modestus Sebastensis.
Daniel * Cadis.
Nunechius Laodiceæ Trimitariæ.
Aquilas * Aurocyrotum.

A Ioannes Amyzonensis.
Eupythius Stratonicensis.
Menander Heracleus * Lemnos. *Lemni.*
Papias Fressonensis.
Placcus Iassensis.
Ioannes Alyndensis.
Dionysius Antiochenus.
Critonianus Aprodisius.
Æthericus Smyrnensis.
Stephanus Ephesinus.
Patricius Adramiteus.
Daniel Lampsacenus.
Hermias Abydensis.
Theosebius Ilii.
B Stephanus Patavii Asiæ.
Pionius Troadensis.
Eulalius Pioniensis.
David Anderanensis.
Thalassius Parii.
Petrus Dardanensis.
Diogenes Cyzicenus.
Olympius Prusiadensis.
Theophilus Hadrianopolis.
Apragmonius Tiensis.
Theodorus Heracleensis.
Calogerus Claudiopolis.
Theodorus Xoanensis.
Polychronius * Daclis. *Dablis.*
Rhenus Iuliopolis.
C * Ætherius Pompeiopolis. *Ethericus*
Petrus Gangrenus.
Antiochus Sinopenus.
Atticus Zelensis.
Vranius Himerorum.
Paralius Andraponensis.
Leucadius Tinniensis.
Euphrasius Laganiensis.
Mysterius Amorii.
Aquilas Eudoxiadis.
Cyriacus Tragmadensis.
Pius * Pentenissensis. *Petenissensis.*

ANNO CHRISTI 503.

NOTÆ SEVERINI BINII.

D

a *Synodus Romana V.*] Hoc concilium celebratum & congregatum est hac occasione. Schismatici superiore concilio condemnati, qui delictum suum detestati & ad unitatem catholicæ ecclesiæ redire debuissent, linguis & calamis superioris anni concilium perstrinxerunt, editoque adversus prædictam synodum libello, eam atrocissimis injuriis & contumeliis prosciderunt. Titulus libello prænotatus fuit iste: *Adversus synodi absolutionem.* Vt ergo decreta legitime sancita confirmarent, episcopi iterum coeuntes, provinciam maximi ponderis tradiderunt Ennodio diacono, ut adversus objectiones schismaticorum apologeticum libellum scriberet; scriptumque sanctæ synodo legendum offerret. Quod cum ille præstitisset, libellum in pleno omnium patrum consessu recitatum, & magno applausu approbatum, non tantum inter acta synodalia, verum etiam inter pontificia decreta annumerari præceperunt. Deinceps, cum omnes episcopi accusatores Symmachi & Palmaris synodi condemnari postulassent, Symmachus papa iisdem domini exemplo ignoscendum esse persuasit. Reformatum est etiam illud antiquum decretum, ne extra causam fidei populus episcopum suum accuset: quodve restituendi sint spoliati episcopi, antequam coram aliis episcopis causam dicere cogantur.
Occasio celebrati concilii. *Acta concilii.*

E

b *Ducentorum octodecim episcoporum.*] In subscriptione plurimi orientales nominantur, qui concilio Calchedonensi ante annos quinquaginta duos interfuerunt, & quorum post decem annos a tempore dicti concilii nulla mentio reperitur. Vnde probabile esse apparet, quod hæc subscriptio non sit Romanæ, sed alterius cujusdam synodi longe ante hæc tempora celebratæ. Baron. anno 503. num. 9.
Subscriptio suspectæ fidei.

ANNO CHRISTI 504.

a SYNODUS ROMANA VI.

SUB SYMMACHO PAPA,

Habita tempore Theodorici regis, sub die Kalendarum Octobris,

De invasoribus rerum ecclesiasticarum.

CUM in unum apud beatum Petrum apostolum sancta sexta synodus, canonice a B. Symmacho Romæ congregata, resedisset, Symmachus prædictus episcopus ecclesiæ catholicæ urbis Romæ, eidem synodo præsidens, dixit: Quoniam religiosus, sancto Spiritu congregante, conventus hortatur, ut quæcumque pro disciplina ecclesiastica necessaria sunt: B cura diligentiore tractemus: nos enim & apostolicæ sedis moderamine compellimur, & ecclesiasticarum rerum dispositione constringimur, sic canonum paternorum decreta librare, & retro præsulum, antecessorumque nostrorum decreta metiri, ut quæ præsentium necessitas temporum restaurandis ecclesiis relaxanda exposcit, adhibita diligenti consideratione, quantum fieri potest, auxiliante domino, temperemus: quia nos (qui potissimi sacerdotis administramus officia) transgressionum culpa respiciet, si in causis Dei desides fuerimus inventi: quia meminimus, quod timere debemus, C qualiter comminetur dominus negligentiæ sacerdotum. Sane reatu majore delinquit, qui potiore honore perfruitur: & graviora facit vitia peccaminum, sublimitas dignitatum. Ideo tacere non debemus, sed ea quæ necessaria fore agnoverimus, viriliter corrigere & emendare satagamus, & ea quæ nociva sunt, extirpare (prout dominus dederit) non negligamus. Ab universis episcopis & presbyteris acclamatum est: Exaudi Christe: Symmacho papæ vita: dictum est sexies. Hæc confirmamus, & hæc docemus: dictum est octies. Doctrinæ vestræ gratias agimus ingentes: dictum est decies. Ista teneantur, & ista observentur rogamus: D dictum est duodecies. Dignus papa, dignus doctor.

Et facto silentio Symmachus episcopus dixit: Communis dolor & generalis est gemitus, quod intra ecclesiam nostris & retroactis temporibus de invasione rerum ecclesiasticarum, & vexatione sacerdotum cognovimus, quæ res non nos solos, sed omnes domini tangit sacerdotes. Et licet hæc a prædecessoribus nostris jam prohibita sint, & tales præsumptores damnati, & a sanctis canonibus anathematizati: ne tamen denuo præsumantur, est etiam super his promenda sententia, ut qui eorum casum non timent, timeant saltem eorum perpetuam damnationem: & quod sæpe præsumitur, sæpius ut inhibeatur necesse est. E

Sancta synodus dixit: Hæc, ne fiant, denuo synodali conventu provida beatitudinis vestræ sententia enervari convenit, &, ne in exemplum remaneant præsumendi, funditus extirpari.

Sup. cap. 3. synodi Romanæ III. sub Symmacho.

Symmachus episcopus dixit: Modo, quia Deus præsentiam vestram votivam mihi concessit, necesse est rem fieri firmam, quam credo ecclesiasticis facultatibus convenire, ut agnoscant omnes, quos vanus furor & avaritia excitavit, talia absque ultione non posse præsumi.

Sancta synodus dixit: Scimus provisionem A vestram necessariis studere, & ideo in vestra est potestate sequenda disponere.

Symmachus episcopus catholicæ ecclesiæ urbis Romæ dixit: Magna quidem venerando & sacerdotali debetur cultura proposito, cui imminet de studio, quæ recta sunt, non de necessitate, disponere. Sed quoniam in aliquibus aliena postulantibus vitiorum mater avaritia, repudiatis honestatis repagulis, totum putat expedire quod libet: & ita, dum prædæ inhiat, patientia supernæ pietatis abutitur, expectantibus correctionem cælo moderante, judiciis se existimant non teneri, cum clarum sit, quod apud ' certos in occasionem rapiendi procedat divinæ mora sententiæ. Sed nobis, quos pastoralis cura & ecclesiasticæ astringit pro dispensatione * certa ratio reddenda substantiæ; opus est, ut solicitudinem nostram non solum ad præsentia, sed etiam ad * futura sæcula porrigamus, ne ad animæ nostræ detrimenta contingat, si hi, qui possunt statutis debere innocentiam, præsumentes de libertate, delinquerint, cum religiosa possint & nostra & successoris nostri potestate fulciri, legibus ecclesiasticis servientes. Sancta synodus dixit: Scimus spiritu Dei cor vestrum esse succensum, & instinctu Dei vos ita loqui. Quapropter omnibus summopere convenit observare, ut oblationes fidelium a nemine præsumantur absque consensu & voluntate episcopi, in cujus dignoscuntur esse parochia & potestate, nec possideri vel damnari tententur: quoniam nonnulli memores sui, pro remissione peccaminum suorum, & pro æternæ vitæ mercatione, de facultatibus suis tam rerum immobilium, quam & mobilium," quædam vero per scripturas ecclesiis tradiderunt, & Deo creatori suo perpetualiter habenda dederunt: quæ e contra a diversis Deum minus timentibus eatenus mortifera calliditate tenentur, ut aliorum oblatio illis pertineat ad ruinam. Nec intueri corde possunt diem judicii, dum nimiæ cupiditatis delectantur ardore. Unde precamur, ut antiquorum patrum regulas, quæ modo propter ' incuriam quorumdam quasi oblitæ habentur, renovetis: & tale judicium super eis fiat, ut aut manifeste hæretici, quia ecclesiam Dei scindunt, & anathematizati, atque ab ecclesia Dei extorres habeantur: aut per satisfactionem ecclesiæ ad pœnitentiam, & demum juxta regulas ecclesiasticas ad reconciliationem, & si digni inventi fuerint, ad communionem recipiantur. Symmachus episcopus ecclesiæ catholicæ urbis Romæ dixit: His ergo rite perpensis, ne illi in ruinam incidant, & perpetuo damnentur exitio, & sancta ecclesia, precioso Christi sanguine redempta, restauretur, eique pie famulantes non opprimantur, sed releventur, mansura cum Dei nostri consideratione una cum vestro judicio sancimus, ut quicumque immemor aut memor interitus sui, res ecclesiæ delegatas, & domino oblatas, absque proprii episcopi jussu possidens, præsumpserit deinceps tenere, quocumque in loco & veritate comperta, res Dei servis ' suis dissimulaverit, aut renuerit reformare, liminibus ecclesiæ ab episcopo ejusdem loci prius arceatur. Indigne enim ad altare Dei properare ' promittitur, qui res ecclesiasticas audet invadere, aut injuste, id est, sine licentia episcopi possidere, aut iniqua vel injusta defensione in eis perdurat.

ANNO CHRISTI 504.

' captos

* credita

* secutura

" ex ... quædam ... ne scripturis, quædam vero &c.

' injuria

' sublata omnino leg. ex ... ' permittitur.

rat. Necatores etiam pauperum judicandi sunt præfixo tenore, &c, si non emendaverint vitium, extirpandi. Debet tamen esse provisio, ut vindictam admonitio manifesta præcedat, & res usurpatas injuste qui abstulit, aut injuste ablatas retinet, æquitate patrocinante legibus restituat. Quod si neglexerit, & necessitas compulerit, demum prædonem sacerdotalis districtio maturata percellat. ' Neque quisquam per * internas res Deum defensare nitatur, quia Dei potentia cunctorũ regnorum terminos singulari ' damnatione concludit. Quod si præsumpserit, & ipsius offensam, & prædictæ damnationis periculum sustinebit. Competitoribus etiam hujusmodi frena districtionis imponimus, qui facultates ecclesiæ sub specie largitatis regiæ, vel cujuscumque potestatis, improba subreptione pervaserint. Sera namque ' his rebus pœnitudine commovemur, cum jam transactis temporibus contra hujusmodi personas, canonum suffulti præsidio, se sacerdotes domini erigere debuissent, ut non mansuetudo indulgentiæ ad similia perpetranda improborum audaciam adhuc quotidie provocaret. Nunc tarde, injuriarum mole depressi, damnis quoque dominicis compellentibus, excitamur. Quod si is qui res Dei competit, in aliis, quam ubi res agitur, maxime solet territoriis commorari, sacerdotem loci ipsius, ubi habitat ' hujusmodi pravitate contemptus ' neglectu personæ episcopus literis instructum reddat. Tunc antistes ipsius fratris anxietate comperta, aut pervasorem rerum dominicarum admonitione corrigat, aut prætaxata canonica districtione condemnet. Unde & in canonibus in Gangrensi ecclesia apostolica auctoritate conditis, de fructuum oblationibus, quæ ministris ecclesiæ debentur, & de his quæ in usus pauperum conferuntur, scriptum habetur : ' Si quis oblationes ecclesiæ accipere vel dare voluerit præter episcopi conscientiam, vel ejus cui hujuscemodi sunt officia commissa, nec cum ejus voluerit agere consilio, anathema sit. Et iterum in eodem concilio : Si quis oblata Deo dederit, vel acceperit præter episcopum, vel eum qui constitutus est ab eo ad dispensandam misericordiam pauperibus, & qui dat, & qui accipit, anathema sit. Valde iniquum ' ergo, & ingens sacrilegium est, ut quæcumque vel pro remedio peccatorum, vel ' salute vel requie animarum suarum unusquisque venerabili ecclesiæ contulerit, aut certe reliquerit, ab his quibus hæc maxime servari convenit, id est, Christianis & Deum timentibus hominibus, & super omnia a principibus & primis regionum, in aliud transferri vel converti. Propterea, qui hæc non præviderit, & aliter quam scriptum est, prædia ecclesiis tradita petierit, vel acceperit, aut possederit, vel injuste defenderit, aut retinuerit, nisi cito se correxerit, quo iratus Deus animas percutit anathemate feriatur: sitque accipienti & danti * & possidenti anathema, & institutæ ' pœnæ contubernium assiduum. Nec aliquo se ante tribunal Christi obstaculo muniat, qui a religiosis animabus ad substantiam pauperum derelicta contra fas sine aliqua pietatis consideratione dispergit.

Ab universis episcopis & presbyteris acclamatum est : Ut hæc penitus abscindantur, rogamus : dictum est quinquies. Ut hæc amputentur, precamur : dictum est sexies. Ut res ecclesiæ, quibus traditæ sunt, intemerato jure serventur, rogamus : dictum est septies. Ut secundùm hoc quod prosecuti estis synodali conventu, per omnia fiant, unanimiter deprecantes, rogamus : dictum est octies. Ut in præsumptoribus vindicetur, rogamus : dictum est decies. Ut disciplina servetur, rogamus : dictum est undecies. Quæ male admissa sunt, per vos corrigantur : dictum est duodecies. Ut illicita facta amputentur, ita ut deinceps non fiant, rogamus : dictum est tredecies. Ut apostolica ordinatio illibata servetur : dictum est quatuordecies. Dignus papa, quod non licet non fiat : dictum est quindecies. Exaudi Christe : Symmacho vita : dictum est sexdecies. Ut canones custodiantur, rogamus : dictum est quindecies. Ut ordinatio apostolica servetur. Dignus papa, dignus doctor : dictum est noviesdecies. Hæc omnes unanimiter confirmamus, & ut unanimiter serventur, rogamus : dictum est vigesies. Hæc tenenda, hæc servanda sunt, dictum est vigesies. Per dominum Petrum, ut perpetuo serventur, rogamus : dictum est vigesies. Qui hæc violarit, in se juxta prætaxatum modum inveniat : dictum est vigesies. Et facto silentio : Symmachus episcopus ecclesiæ catholicæ urbis Romæ dixit : Præsentis diffinitionis formam, quæ juxta sanctorum patrum est statuta sententias, in omnium ecclesiarum notitiam pervenire decernimus, ne cuiquam pro sua possit ignoratione licere. Et qui talia præsumpserint sciant se prætaxato condemnatos esse modo. Similiter & hoc ad omnium ecclesiarum notitiam, vestra cunctorum exhortatione & judicio censemus pervenire, & ab omnibus firmiter teneri, quia episcoporum res, ecclesiæ non dubitantur esse, si in eorum facultatibus simili fuerit crudelitate grassatum, pervasores rerum memoratarum, prædictæ canonum districtionis feriantur vindicta, ut qui moribus propriis ac nulla conscientiæ castigatione corriguntur, saltem ecclesiasticæ & canonicæ vindictæ perfodiantur aculeis. Generaliter vero, quicumque res ecclesiæ confiscare, aut competere, aut pervadere periculosa, aut ' sua infestatione præsumpserit, nisi se citissime per ecclesiæ, de qua agitur, satisfactionem correxerit, perpetuo anathemate feriatur.

16. quæst. 1. In canonibus § Generaliter vero.

' sæva

Similiter & hi qui res ecclesiæ jussu vel largitione principum, vel quorumdam potentum, aut quadam invasione, aut tyrannica potestate retinuerint, & filiis vel heredibus suis (ut a quibusdam jam factum audivimus) quasi hereditarias reliquerint, nisi cito res Dei, admoniti a pontifice, agnita veritate, reddiderint, perpetuo anathemate feriantur. Iniquum enim esse censemus, ut potius custodes chartarum, quam defensores rerum creditarum (ut præceptum est) judicemur. Sanandum est ergo hoc celerius, ne longius execrandus animis morbus inserpat, ut si medicus, cum viderit hujus terreni corporis aliquem esse languorem, magnum suæ artis æstimat documentum, si cito quis illius interventu desperatus evadat, vel cum postea vulnus aspexerit, adhibet fomenta vel cetera, quibus illud posset, quod natum fuerat vulnus, obduci : ac, si id manens sanari non poterit, ne corpus reliquum sua tabe corrumpat, ferro amputat quod

ANNO CHRISTI 504.

quod nocebat, quo reliquum integrum servet A & intactum. Præcidendum id ergo est, quod velut puro sanoque nimium corpori vulnus obrepsit, ne cum tardius abstergitur, in ipsis pene visceribus hujus mali non exhaurienda post sentina considat. Ferro enim abscindenda sunt vulnera, quæ fomenta non sentiunt. Similiter & illi extorres debent fieri ab ecclesia, qui sacerdotali admonitione non corriguntur, dicente: *Auferte malum a vobis.* Vniversa synodus surgens acclamavit: Vt * ista fiant, rogamus: dictum est octies. Ista serventur, precamur: dictum est decies. Vt in perpetuum maneant, & vestra auctoritate firmentur: dictum est duodecies. Exaudi Christe: Symmacho papæ vita: dictum est duodecies. B

16. quæst. 1. Ferro abscindenda. Deut. 13. Isa. 1. Osee 14. * ita fiat, ' ita fiant,

Et facto silentio, Symmachus episcopus ecclesiæ catholicæ urbis Romæ, synodo præsidens, dixit: *In hoc cognoscimus omnes quia Deum diligamus, si mandata ejus faciamus. Hæc est caritas Dei, ut mandata ejus custodiamus, & mandata ejus gravia non sunt. Iustus est enim dominus, & omnia judicia ejus justa sunt, atque omnes viæ ejus misericordia & veritas & judicium. In manu Dei potestas terræ, cui execrabilis est omnis iniquitas. In manu Dei potestas hominis, & super faciem scribæ imponet honorem suum. Perdit Deus memoriam superborum, & * iniqua gerentium, & relinquit memoriam humilium & bonorum hominum. Hoc autem pro certo habet omnis qui recte colit Deum, quia vita* C *ejus, si in probatione fuerit, coronabitur: & si in tribulatione, liberabitur: si vero in * correctione fuerit, ad misericordiam perveniet.* Omne enim quod ' irreprehensibile est, catholica defendit ecclesia. Non licet ergo imperatori, vel cuiquam pietatem custodienti, aliquid contra mandata divina præsumere, nec quidquam, quod euangelicis propheticisque & apostolicis regulis obviat, agere. Injustum enim judicium, & definitio injusta, regio metu vel jussu a judicibus ordinata, non valet. Nec quidquam, quod contra euangelicam, vel propheticam, aut apostolicam doctrinam, constitutionemque eorum, sive sanctorum patrum actum fuerit, stabit: & quod ab infidelibus aut hæreticis factum fuerit, omnino cassabitur. Nociva ergo sancti prædecessores mei damnare confidenter studuerunt, quorum & pusillitas mea, licet impar & minima, pro suscepto tamen divina dignatione ministerio, pedisequa cupit existere. Væ enim * erit nobis, qui hujus ministerii onus susceptum habemus, si veritatem salvatoris nostri Iesu Christi, quam apostoli prædicaverunt, prædicare neglexerimus. Væ erit nobis, si silentio veritatem oppresserimus, qui erogare numulariis jubemur, id est Christianos populos jmbuere & docere. Quid in ipsius Christi futuro dicturi sumus examine, si servorum ejus veritatem confundimur prædicare? Quid erit de nobis, cum de commissis nobis animabus, & de officio suscepto rationem justus judex Christus Deus noster ' districtam exegerit? Ideo nos oportet semper nociva resecare, & auxiliante domino, profutura erigere. Vnde objurgando, hortando, suadendo, * consulendo prodesse, quibus possumus, festinemus. Lingua nostra bonis fomentum sit, pravis aculeus; timidos retundat, iratos mitiget; pigros exacuat, desides hortando succendat; re- D E

1 Ioan. 5. Psal. 144. & 110. Eccles. 10. * inique agentium, Tob. 3. * correptione ' reprehensibile Dist. 10. Non licet imperatori. 11. q. 3. Injustum judicium. Et in decr. lib. 16. lib. 15. cap. 6. Matth. 25. ' districtim * consolando,

fugientibus suadeat, asperis blandiatur; desperatos consoletur; ut quia doctores dicimur, viam salutis gradientibus ostendamus. Simus in custodia vigilantes, aditus contra hostis insidias soliciti muniamus: & si quando ovem perditam de commissis gregibus error abduxerit, toto illam annisu ad caulas revocare dominicas contendamus, ut de pastoris nomine, quod habemus, non supplicium, sed præmium consequamur. Quia ergo in his omnibus divinæ gratiæ adjutorio opus est, omnipotentis Dei assiduis precibus clementiam exoremus, quatenus ad hæc operanda nobis & velle tribuat, & posse concedat, atque in ea nos via cum fructu boni operis, quam se pastor pastorum esse testatus est, dirigat ut sine quo nihil agere possimus, per ipsum omnia implere valeamus.

ANNO CHRISTI 540. Ioan. 14. Ioan. 15.

Vniversa synodus surgens acclamavit: Placent omnia: ut perpetua stabilitate firmentur, rogamus: dictum est octies. Et adjecit: Exaudi Christe, Symmacho vita: dictum est octies. Vt hæc intemerata serventur: dictum est decies. Vt ista intemerato jure custodiantur, precamur: dictum est duodecies. Qui hæc sponte violaverit, perpetuo anathemate feriatur, rogamus: dictum est quindecies: Vt decreta nostra confirmes, precamur: dictum est decies & octies. Et facto silentio, Symmachus episcopus ecclesiæ catholicæ urbis Romæ dixit: Acclamationes vestras, synodique judicium præsentia gesta * suscipiant. Et adjecit: Ea quæ ad sopiendos veternosæ præsumptionis errores, vel infensæ rebus ecclesiasticis ægritudinis morbos, quibus universalis afficiebatur ecclesia, deliberatio religioni congrua pacique constituit, firmitate perpete socientur, ut præstante Deo, quem custodem rerum constat esse bonarum, synodalis ordinatio vigeat, atque omnis, qui sine personæ alicujus * districtione * venire præsumpserit, indita superius districtione plectatur. Et subscripserunt:

* suscipiat * distinctione * contravenire

Cælius Symmachus episcopus ecclesiæ catholicæ urbis Romæ his constitutis synodalibus a me probatis atque firmatis annuens subscripsi.

" Petrus episcopus Ravennatis ecclesiæ his constitutis synodalibus a nobis probatis atque firmatis annuens subscripsi.

" In c. Iust inseritur: Laurentius ep. ec. Mediolanensis h. c. s. a nobis p. a. f. ' Aquiviensis.

Innocentius Triferninus.
Felix Interamnensis.
Severinus Tyndaritanus.
Bonifacius ' Aquileiensis.
Silvanus Veliterninus.
Maximus Bleranus.
Sebastianus Soranus,
Æmilianus Versellensis.
Mercurius Gabinas.
Maximus Ticinensis.
Felix Atellanus.
Cassianus Mutinensis.
Rusticus Buxentinus.
Cerentius Siculus.
Propinquus Trebias.
Stephanus Venusinus.
Adeodatus Formianus.
Laurentius Bobiensis.
Bonifacius Camerinus.
Fortunatus Fulginas.
Iustus Signinus.
' Mercurius Sutrinus.
Vindemius Antiatinus.
Stephanus Neapolitanus.

' Mazarit

Augustus

Auguſtus Liparitanus.
Hilarius * Tempſanus.
Valentinus Amiterninus.
' Maximianus Peruſinus.
Fortunatus Sueſſanus.
Innocentius Ferentinas.
Iucundus * Auguſtanus.
Concordius Meſenas.
Tigridius Taurinas.
Vitalis Fundanus.
Viticanus Celinenſis.
Caſtus Portuenſis.
Ioannes Ariminenſis.
* Ariſtus Oſtienſis.
Proculeianus Sepinas.
Martyrius Terracinenſis.
Candidus Tiburtinus.
Victor Lunenſis.
Aprilis Lateranenſis.
Aſterius Aquinas.
Aſellus Populonienſis.
Chryſogonus Albanenſis.
Memor Canuſinus.
* Amandus Potentinus.
* Colonius Foroclodienſis.
Romanus Numentanus.
Elpidius Volaterranus.
Vrſus Reatinus.
Ioannes Thuritanus.
Creſconius Tudertinus.
Adeodatus Silvæ candidæ.
Innocentius Mevanas.
Venerius Polenſis.
Ioannes Spoletinus.
Rogatus Taurominitanus.
Euſtathius Cremonenſis.
Servuſdei Veronenſis.
' Laurentius Bergomas.
Probus Camarinenſis.
' Eucarpius Meſſanenſis.
Dulcitius * ſancti Anthimi.
Rufentius * Egnatinus.
Leucadius * Melphitenſis.
Serenus Nolanus.
Euphraſius Laganienſis.
Martianus Æſinus.
Theoctiſtus Peſſinuntis.
' Eutychius Tranenſis.
Elpidius Thermenſis monaſterii.
Fortunatus Anagninus.
Myſterius Amurii.
Paſchaſius Vulturnenſis.
Aquilius Eudoxiadis.
Innocentius Foroſempronienſis.
Cyriacus Trogmadenſis.
Felix Nepeſinus.
Pius Peteniſſenſis.
Longinus Oreſtenſis.
Ioannes Nicopolitanus.
Thalaſſius Cæſarienſis.
Conſtantinus Melitanenſis.
* Meonius Nyſſenus.
Acacius Ariarathirenus.
Firminus Thermus.
Adonius Graviſcæ.
Patricius Tyanenſis.
Ioannes Arcis.
Theodoſius Nazianzenus.
Dorotheus Neocæſareenſis.
Ariſtomachus * Colonenſis.
Cyrus * Cyſiſtrenſis.

A Ioannes Sebaſtienſis.
Cecropius Sebaſtopolis.
Ioannes Polemonienſis.
Gratidianus Ceraſſuntis.
Atarbius Trapezuntis.
Seleucus Amaſenus.
Ioannes Amyzonenſis.

ANNO CHRISTI 504.

" ** In c. Iuſtelli longe plures occurrunt alioque ordine digeſti antiſtites, quos jam in ſuperioribus Romanis ſub Symmacho ſynodis deſcripſimus, aut certe eorum in iiſdem ſedibus ſucceſſores. Verum, ut fatear quod res eſt, & epiſcoporum, & eccleſiarum nomina adeo corrupta videntur, ut vix ſanari
B poſſint.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Synodus Romana VI.*] Hoc concilio decretum eſt, ut invaſores bonorum eccleſiaſticorum, niſi ea reſtituerint, velut manifeſti hæretici anathematizentur: neque aliter quam per ſatisfactionem ad communionem eccleſiæ admittantur. Additum eſt, eadem ſententia teneri omnes, qui facultates eccleſiæ ſub ſpecie largitatis regiæ obtinuiſſent, eo quod regum non ſit de bonis eccleſiæ decernere. Nec licere imperatori vel regi contra divina mandata & patrum conſtituta ſibi aliquid quovis modo uſurpare. Paruit decreto concilii rex Theodoricus. Teſtatur enim Caſſiodorus var. lib. 2. epiſt. 29. quod interpellatus ab Euſtorgio juniore epiſcopo pro bonis eccleſiæ Mediolanenſis hæc reſcripſerit. *Quamvis nullos velimus gravamen aliquod ſuſti-*
C *nere, quos videtur pietas noſtra protegere (quia regnantis eſt gloria ſubjectorum otioſa tranquillitas) tamen ſpecialiter eccleſias ab omni injuria cupimus reddi alienas, quibus dum æquabilia præſtantur, miſericordia divinitatis acquiritur. Et ideo beatiſſimi viri Euſtorgii epiſcopi ſanctæ Mediolanenſis eccleſiæ petitione permoti, præſentibus te affatibus admonemus, ut prædiis vel honoribus illius eccleſiæ intra Siciliam conſtitutis, tuitionem ſtudeas ſalva civilitate præſtare, nec a quoquam cujuſlibet rationis homine contra fas patiaris opprimi, quos decet divinitatis intuitu ſublevari.* Huic veritati certiſſimam fidem faciunt, quæ apud Caſſiod. var. libro quarto epiſtola 17. poſtea reſcripſit de poſſeſſionibus eccleſiæ Narbonenſis, & alia reſcripta, quæ dedit pro defenſione bonorum & jurium eccleſiarum. Præſtitit plane hac in re princeps Arianus, quod in pluribus orthodoxis regibus, proh dolor, etiamnum deſideratur. Sed conſecutus eſt in hac vita præmium,
D qui Dei voluntate frequenter contra hoſtes glorioſe triumphavit.

Decreta ſynodi.

Principis Ariani in jura eccleſiaſtica benevolentia.

a CONCILIUM b BYZACENUM AFRICÆ,

Eo tempore quo perſecutio per Traſamundum regem excitabatur, anno domini DIV. a celebratum.

a aut potius 507. ut alii volunt.

De ſubrogandis novis epiſcopis.

a *Concilium.*] Cum Traſamundus rex Byzacenæ provinciæ in Africa præcepiſſet, ne quis in locum defuncti antiſtes ſubrogaretur, eo quidem concilio, ut abſque exerto ad
E perſequendum gladio, ipſæ orthodoxorum eccleſiæ aliquo temporis ſpatio paſtoribus orbatæ univerſæ ſua ſponte conciderent: cumque ex eo ejuſdem provinciæ epiſcopi orthodoxi brevi temporis ſpatio fore proſpicerent, ut juſſu regis prohibentis defunctis epiſcopis novos ſubrogari, areſcentibus truncis abſque palmitibus omnes eccleſiæ deſolarentur, hoc concilium indixerunt, quo ſanctiſſimi patres magno numero congregati una omnium ſententia decreverunt, ut non obſtante principis mandato, omnibus eccleſiis paſtoribus deſtitutis epiſcopi conſtituerentur,

Traſamundi regis impium edictum.

ANNO CHRISTI 504.

tuerentur, idque confestim opere expleverunt. Quæ autem ex his acciderint, in ipsis sancti Fulgentii rebus gestis extant apud Surium die prima Ianuarii, & eodem rerum inspectore [a] his verbis accurate narratur. *Postquam vero sacra turba pontificum qui remanserant, communicato inter se consilio, definierunt adversus præceptum regis in omnibus locis celebrare ordinationes pontificum: cogitantes aut regis iracundiam, si qua forsan existeret, mitigandam, quo facilius ordinati in suis plebibus viverent, aut si persecutionis violentia nasceretur, coronandos etiam fidei confessione, quos dignos inveniebant promotione: ministerium vero suum facilius impleturos, atque in ipsas tribulationes propriis plebibus solatia præstituros. Fit repente communis assumptio: presbyteros, diaconos, & si quos inveniret electio, rapere, benedicere, & consecrare certatim in locis singulis properantibus, ne in tali studio aliquis aut tardus, aut novissimus videretur.* Hæc Fulgentius [a] de episcopis Byzacenæ provinciæ. Persecutionem Africanam cœpisse anno 504. [a] probat Baronius ibidem num. 23.

[a] Ferrando diacono ejus discipulo cap. 16.

Orthodoxorum in defendendis ecclesiis zelus.

[a] Ferrandus

[a] Alii 507.

Africa in quas partes divisa fuerat?

[b] *Byzacenum.*] Africa teste Orosio libro primo capite secundo, divisa erat in has provincias, Tripolitanam, Byzacenam, Zeugitanam, Numidiam, ac denique in Mauritanias Sitiphensem, Cæsariensem, & Tingitanam ad extremam oram maris mediterranei positam, Oceano occidentali confinem. Tripolitanæ; quæ & Subventana dicta est, vel Arzugitana, Libyæ proxima, civitas primaria est Leptis. Byzacena provincia in qua est Adrumetum, huic confinis est. In Zeugitana, huic ab occasu contigua, est Carthago. In Numidia Hipporegius & Rusicada, civitates insignes. Byzacenam provinciam hoc tempore rexerat Trasamundus. Hujus ejusdem primas erat Victor. Nam post sanctum Eugenium rege prohibente nullus fuerat Carthaginensi ecclesiæ antistes alius subrogatus, ea intentione regis, de qua supra diximus, verbo *Concilium.*

Byzacena quæ?

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. I.

Concilium hoc, si tamen concilium appellari debeat communicatum quorumdam antistitum inter se consilium de subrogandis episcopis, ad annum Christi 507. alii referunt cum constet S. Fulgentium Ruspensibus paulo post datum fuisse episcopum qui anno Christi 523. episcopatus 16. cum ceteris præsulibus ex Sardinia in Africam decreto regis Hilderici reversus est, & die 1. Ianuarii anni 533. obiit agens episcopatus anni 25. ætatis 65. In similibus vero quæ postea episcoporum Africanorum in Sardinia insula exulantium cura ac studio coacta sunt conciliis sive conventibus præcipuas semper fuisse partes S. Fulgentii Ruspensis episcopi discimus ex Ferrando diacono illius discipulo atque omnium illorum, quæ tunc peragebantur, spectatore assiduo: sic enim vitæ ejus cap. 20.

Inter alios sane episcopos, cum quibus exilium commune susceperat, tempore ordinationis erat inferior, sed patientiæ & caritatis virtute non inferior. In rebus enim dubiis, ubi quam maxime consilium petebatur, si quando inter se confessores beatissimi de communi utilitate tractabant, ultimus quidem sedebat: verumtamen ipsius sententiam primas, vel omnes qui primatem sequebantur, audire & facere cupiebant: quamvis ille nihil per inanem gloriam sibi vendicans, deferret honorem congruum prioribus suis. Sic enim cogebatur respondere consulentibus, ut paratus esset semper obedire jubentibus; nec præsumeret aliquid extorquere nolentibus. Post deliberationis autem longissimas moras, quidquid definitio communis invenerat, eloquenter allegandum sensibus singulorum beato Fulgentio dimittebatur. Hunc etiam quandocumque de fide vel de diversis quæstionibus interrogabantur episcopi respondere pro omnibus ab omnibus imponebatur. Ita sicut sanctæ memoriæ Aurelius Carthaginensis ecclesiæ antistes inter sua privilegia meruit, ut literas ex Africano concilio dandas ipse solus scriberet: sic iste meruerat, ut litteras ex illo concilio dirigendas solus ipse dictaret. Sexaginta quippe & amplius episcopos tunc catena ligabat exilii; quorum lingua & ingenium beatus Fulgentius episcopus fuit. Propterea quandocumque rescribebant consulentibus, episcoporum cunctorum nomina edicebantur in titulo, sed solius beati Fulgentii sermo tenebatur in stylo: Præter istas quoque publici tractatus epistolas, si quis forte ex ipsis episcopis absentem plebem suam corrigere vel monere voluisset, ad beatum Fulgentium suppliciter accedebat, & per ministerium linguæ ejus, officium suæ dispensationis implebat. O mirabilem virum, non sibi soli, sed omnibus natum: sola eum Ruspensis ecclesia doctorem, meruerat & pars maxima concilii Byzaceni de ipsius sermone vivebat &c. Domus illa tunc Caralitanæ civitatis oraculum fuit, &c. Capp. 21. 22. & seqq. pluribus narratur ejusdem S. Fulgentii e Sardinia Carthaginem evocati cum rege Thrasamundo collatio, Arianæ sectæ confutatio, atque in Sardiniam reditus. Tum capite 28. *Ita namque notum fuit pene omnibus gentibus, ut etiam illi duo libri, quos Faustus episcopus Galliarum contra gratiam subdolo sermone composuit, favens occulte Pelagianis, sed tamen catholicus volens videri, Constantinopoli offensis plurimis fratribus ad beatum Fulgentium probandi dirigerentur. Quibus ne occultum serperet virus septem libris ipse respondit, plus laborans exponere quam convincere. Magni hujus operis labor mercedem debitam cito suscepit. Mors enim Trasamundi regis & mirabilis bonitas Hilderici regnare incipientis, ecclesiæ catholicæ per Africam,* &c. quæ ad annum Christi 523. pertinent, non secus ac epistola synodica episcoporum in Sardinia exulantium, quam suo postea loco exhibebimus sub extrema Hormisdæ Romani pontificis tempora.

ADMONITIO IAC. SIRMONDI, S. I.

AD LECTOREM DE CANONIBVS concilii sequentis.

QVOD in editione sua monuerat Laurentius Surius, synodi Agathensis canones in codice Gemblacensi extare tantum octo & quadraginta; hoc idem a nobis in Lugdunensi, Rhemensi, Corbeiensi, Fossatensi, atque in aliis quibusque antiquissimis exemplaribus observatum est. Vt dubium minime videatur, non plures hoc numero conditos primum a synodo ipsa fuisse; reliquos vero XXV. qui supra hunc numerum excurrunt, aliunde postea, sed ex Epaunensi potissimum synodo depromptos, atque in hand synodi cujuspiam alterius auctoritate insertos esse.

CON-

ANNO CHRISTI 506.

[a] CONCILIUM [b] AGATHENSE.

[1] SYNODUS HABITA IN CIVITATE Agathensi, sub die [c] III. Idus Septembres, [d] Messala v. c. consule, id est anno Christi DVI. Alarici Gothorum in Gallia regis XXII. Symmachi papæ VIII. cui interfuerunt [e] episcopi trigintaquinque.

TITULI CANONUM.

PRÆFATIO.

E Cum in nomine domini, ex permissu [z] domini nostri gloriosissimi, magnificentissimique regis, in civitate Agathensi sancta synodus convenisset, ibique flexis in terram genibus, pro regno ejus, pro longævitate, pro populo dominum deprecaretur, ut qui nobis congregationis permiserat potestatem, regnum ejus dominus felicitate extenderet, justitia gubernaret, virtute protegeret; in sancti Andreæ basilica consedimus, de disciplina & ordinationibus clericorum atque pontificum, vel de ecclesiarum utilitatibus tractaturi.

ANNO CHRISTI 506.

CANONES.

I.

In primis id placuit, ut canones & statuta patrum per ordinem legerentur. Quibus lectis placuit de bigamis, aut internuptarum maritis, quamquam aliud patrum statuta decreverint, ut qui hucusque ordinati sunt, habita miseratione, presbyterii vel diaconatus nomen tantum obtineant; officium vero presbyteri consecrandi, & ministrandi hujusmodi diacones non præsumant.

Concilium Valentinū can. 2.

II.

Dist. 30. Contumaces clerici.

Contumaces vero clerici, prout dignitatis ordo permiserit ab episcopis corrigantur: & si qui prioris gradus elati superbia communionem fortasse contempserint, aut ecclesiam frequentare, vel officium suum implere neglexerint, peregrina eis communio tribuatur: ita ut, cum eos pœnitentia correxerit, rescripti in matricula gradum suum dignitatemque recipiant.

III.

11. quæst. 3. Episcopi si sacerdotali.

Episcopi vero, si sacerdotali moderatione postposita, innocentes aut minimis causis culpabiles excommunicare præsumpserint & [f] ad gratiam festinantes recipere fortasse noluerint, a vicinis episcopis cujuslibet provinciæ literis moneantur: & si parere noluerint, communio illis usque ad tempus synodi a reliquis episcopis [g] non negetur: ne fortasse ad excommunicatoris peccatum excommunicati longo tempore morte præveniantur.

IV.

13. quæst. 2. Clerici vel sæculares.

Clerici etiam, vel sæculares, qui oblationes parentum, aut donatas, aut testamentis relictas, retinere perstiterint, aut id quod ipsi donaverint ecclesiis, vel monasteriis, crediderint auferendum, sicut synodus sancta constituit, velut necatores pauperum, quousque reddant, ab ecclesiis excludantur.

Concilium Vasense canone 4.

V.

11. quæst. 2. Clerici vel sæculares.

Si quis clericus furtum ecclesiæ fecerit, peregrina ' ei communio tribuatur. "

' tantummodo
" Ilerd. c. 16.

VI.

12. quæst. 3. Pontifices quibus.

Pontifices vero, quibus in summo sacerdotio constitutis, ab extraneis dumtaxat, aliquid, aut cum ecclesia, aut sequestratim, aut dimittitur, aut donatur, quia hoc ille qui donat pro redemptione animæ suæ, non pro commodo sacerdotis probatur offerre, non quasi suum proprium, sed quasi dimissum ecclesiæ, inter facultates ecclesiæ computabunt: quia justum est, ut sicut sacerdos habet quod ecclesiæ dimissum est, ita & ecclesia habeat quod relinquitur sacerdoti. Sane quidquid per fideicommissum, aut sacerdotis nomine, aut ecclesiæ, fortasse dimittitur; cuicumque alii postmodum profuturum; id inter facultates suas ecclesia computare, aut retinere non poterit.

VII.

10. quæst. Casellas vel mancipiola.

Casellas vero, vel mancipiola ecclesiæ, episcopi, sicut prisca canonum præcepit auctoritas, vel vasa ministerii, quasi commendata, fideli proposito integro ecclesiæ jure possideant: id est, ut neque vendere, neque per quoscumque contractus res, unde pauperes vivunt, alienare præsumant. Quod si necessitas certa compulerit, ut pro ecclesiæ aut necessitate, aut utilitate, vel in usufructu, vel in directa venditione aliquid distrahatur, apud duos vel tres comprovinciales, vel vicinos episcopos, causa, qua necesse sit vendi, primitus comprobetur: & habita discussione sacerdotali, eorum subscriptione quæ facta fuerit venditio roboretur. Aliter facta venditio, vel trāsactio, non valebit. Sane si quos de servis ecclesiæ bene meritos sibi episcopus libertate donaverit, collatam libertatem a successoribus placuit custodiri, cum hoc quod eis manumissor in libertate contulerit. quod tamen jubemus viginti solidorum numerum, & modum in terrula, vineola, vel hospitiolo tenere. Quod amplius datum fuerit, post manumissoris mortem ecclesia revocabit. Minusculas vero res, aut ecclesiæ minus utiles, peregrinis vel clericis, salvo jure ecclesiæ, in usum præstari permittimus.

VIII.

21. quæst. Placuit ut clericus.

Id etiam placuit, ut clericus, si relicto officio suo propter districtionem, ad sæcularem judicem fortasse confugerit, & [is ad quem recurrit] solatium ei defensionis impenderit, cum eodem de ecclesiæ communione pellatur.

IX.

Placuit etiam, ut si diacones aut presbyteri conjugati [h] ad torum uxorum suarum redire voluerint, papæ Innocentii ordinatio, & Siricii episcopi auctoritas, ; quæ est his canonibus inserta, conservetur.

EPISTOLA S. INNOCENTII PAPÆ. *Dilectissimo fratri Exuperio Innocentius.* Consulenti tibi frater carissime. *& post alia*: Proposuisti quid de his observari debeat, quos in diaconii ministerio, aut in officio presbyterii positos incontinentes esse aut fuisse generati filii prodiderunt. De his & divinarum legum manifesta est disciplina, & beatæ recor-

recordationis viri Siricii episcopi mo- A nita evidentia commearunt, ut incontinentes in officiis talibus positi omni ecclesiastico honore privarentur, nec admitterentur accedere ad ministerium, quod sola continentia oportet impleri. *& post alia :* Nam si ad aliquos forma illa ecclesiasticæ vitæ pariter & disciplinæ, quæ a Siricio episcopo ad provincias commeavit, non probabitur pervenisse, his ignorationis venia remittetur; ita ut de cetero penitus incipiant abstinere. Et ita gradus suos, in B quibus inventi fuerint, sic retentent, ut ad potiora eis non liceat ascendere. Quibus in beneficio esse debet, quod hunc ipsum locum, quem retinent, non amittunt. Si qui autem scisse formam vivendi missam a Siricio episcopo deteguntur, neque statim cupiditates libidinis abjecisse, illi sunt modis omnibus submovendi, qui post admonitionem cognitam præponendam arbitrati sunt voluptatem.

C

X.

Id etiam ad custodiendam vitam & famam speciali ordinatione præcipimus, ut nullus clericorum extraneæ mulieri qualibet consolatione, aut familiaritate jungatur. Et non solum in domo illius extranea mulier non accedat; sed nec ipse frequentandi ad extraneam mulierem habeat potestatem: sed cum matre tantum, sorore, filia, & nepte, si habuerit, aut voluerit, vivendi habeat potestatem. De quibus nefas est aliud, quam natura constituit, suspi- D cari.

XI.

Ancillas vel libertas a cellario, vel a secreto ministerio, & ab eadem mansione, in qua clericus manet, placuit removeri.

XII.

[i] Placuit etiam, ut omnes ecclesiæ filii, exceptis diebus dominicis, in quadragesima, etiam die sabbato, sacerdotali ordinatione, & districtionis comminatione jejunent.

XIII.

Symbolum etiam placuit ab omnibus E ecclesiis una die, id est ante octo dies dominicæ resurrectionis, publice in ecclesia [k] competentibus tradi.

XIV.

Altaria placuit non solum unctione chrismatis, sed etiam sacerdotali benedictione sacrari.

XV.

Pœnitentes, tempore quo pœnitentiam petunt, impositionem manuum & cilicium super caput a sacerdote, sicut ubique constitutum est, consequantur. Si autem " comas non deposuerint, aut vestimenta non mutaverint, abjiciantur: & nisi digne pœnituerint, non recipiantur. Iuvenibus etiam pœnitentia non facile committenda est propter ætatis fragilitatem. Viaticum tamen omnibus in morte positis non negandum.

ANNO CHRISTI 506.
" Concil. Barcin. c. 6. Tolet. II. c. 12.

XVI.

Episcopus benedictionem diaconatus minoribus quam viginti quinque annorum penitus non committat. Sane si conjugati juvenes consenserint ordinari, etiam uxorum voluntas ita requirenda est, ut sequestrato mansionis cubiculo, religione præmissa, posteaquam pariter conversi fuerint, ordinentur.

Dist. 77. Episcopus benedictionem.

XVII.

Presbyterum vero vel episcopum, ante triginta annos, id est, antequam ad viri perfecti ætatem veniat, nullus metropolitanorum ordinare præsumat; ne per ætatem, quod aliquoties evenit, aliquo errore culpentur.

Dist. 77. Episcopus benedictionem.

XVIII.

Sæculares, qui natale domini, pascha, & pentecostem non communicaverint, catholici non credantur, nec inter catholicos habeantur.

De cõsecr. dist. 2. Sæculares.

XIX.

Sanctimoniales, quamlibet vita earum & mores probati sint, ante annum ætatis suæ quadragesimum non velentur.

20. quæst. 1. Sanctimoniales.

XX.

Clerici qui comam nutriunt, ab archidiacono, etiamsi noluerint, inviti detondeantur. vestimenta vel calciamenta etiam eis, nisi quæ religionem deceant, uti vel habere non liceat.

Dist. 23. Clerici qui comam.

XXI.

Si quis etiam extra parochias, in quibus legitimus est ordinariusque conventus, oratorium in agro habere voluerit; reliquis festivitatibus, ut ibi missas teneat propter fatigationem familiæ, justa ordinatione permittimus: Pascha vero, natale domini, epiphania, ascensionem domini, pentecostem, & natalem S. Joannis Baptistæ, vel si qui maximi dies in festivitatibus habentur, non nisi in civitatibus aut in parochiis teneant. Clerici vero, si qui in festivitatibus, quas supra diximus, in oratoriis, nisi jubente aut permittente episcopo, missas facere aut tenere voluerint, a communione pellantur.

De cõsecr. dist. 1 Si quis etiam.

XXII.

Et licet superfluum sit de re nota & antiquis canonibus prohibita, iterato aliquid definire; attamen, quo facilius cupiditas, aut improbitas re-

ANNO CHRISTI 506.

12. quæst. 2. Statuimus quod omnes.

primatur, id statuimus, quod omnes canones jubent, ut civitatenses sive diœcesani presbyteri, vel clerici, salvo jure ecclesiæ, rem ecclesiæ, sicut permiserint episcopi, teneant; vendere autem, aut donare, penitus non præsumant. Quod si fecerint, & facta venditio non valebit, & de facultatibus, si quas habent proprias, indemnem ecclesiam reddant, & communione priventur.

XXIII.

Dist. 74. Episcoporum etiam.

Episcopus etiam, quorum vita non reprehenditur, posteriorem priori nullum præponat: nisi fortasse elatus superbia, quod pro necessitate ecclesiæ episcopus jusserit, implere contemnat. Sane 4 si officium archidiaconatus propter simpliciorem naturam implere aut expedire nequiverit, ille loci sui nomen teneat, & ordinationi ecclesiæ quem elegerit episcopus præponatur.

XXIV.

Concilium Vasense canone 9.

De expositis id observandum, quod jam dudum synodus sancta constituit.

XXV.

33. quæst. 2. Sæculares qui conjugale.

Hi vero sæculares qui conjugale consortium culpa graviore dimittunt, vel etiam dimiserunt, & nullas causas discidii probabiliter proponentes, propterea sua matrimonia dimittunt, ut aut illicita, aut aliena præsumant; si antequam apud episcopos comprovinciales discidii causas dixerint, & prius uxores, quam judicio damnentur, abjecerint; a communione ecclesiæ, & sancto populi cœtu, pro eo quod fidem & conjugia maculant, excludantur.

XXVI.

12. quæst. 2. Si quis de clericis.

Si quis de clericis documenta, quibus ecclesiæ possessio firmatur, aut supprimere, aut negare, aut adversariis fortasse tradere damnabili & punienda obstinatione præsumpserit, quidquid per absentiam documentorum damni ecclesiæ illatum est, de propriis facultatibus reddat, & communione privetur. Hi etiam qui in damno ecclesiæ instrumenta ecclesiæ, impie solicitatis traditoribus, susceperint, pari sententia feriantur.

XXVII.

18. quæst. 2. De monachis monasterium.
16. quæst. 1. Monachi vagantes.
20. qu. 4. Monachum nisi abbatis.
" Concil. Ilerdense can. 3.

Monasterium novum, nisi episcopo, aut permittente, aut probante, nullus incipere, aut fundare præsumat. Monachi etiam vagantes ad officium clericatus, nisi eis testimonium abbas suus dederit, nec in civitatibus, nec in parœciis ordinentur. Monachum, nisi abbatis sui aut permissu, aut voluntate, ad alterum monasterium commigrantem nullus abbas suscipere aut retinere præsumat; sed ubicumque fuerit, abbati suo auctoritate canonum revocetur. Si necesse fuerit clericum de monachis ordinari, cum consensu & voluntate abbatis præsumat episcopus.

XXVIII.

18. quæst. 2. Monasteria puellarum.

Monasteria puellarum longius a monasteriis monachorum, aut propter insidias diaboli, aut propter oblocutiones hominum, collocentur.

XXIX.

Dist. 87. Libertos.

Libertos legitime a dominis suis factos ecclesia, si necessitas exegerit, tueatur. quos si quis ante audientiam, aut pervadere, aut expoliare præsumpserit, ab ecclesia repellatur.

XXX.

De consecr. dist. 5. Convenit ordinem.

Et quia convenit ordinem ecclesiæ ab omnibus æqualiter custodiri, studendum est, ut sicut ubique fit, & post antiphonas collectiones per ordinem ab episcopis vel presbyteris dicantur, & hymni matutini vel vespertini diebus omnibus decantentur, & in conclusione matutinarum vel vespertinarum missarum, post hymnos capitella de psalmis dicantur, & plebs collecta oratione ad vesperam ab episcopo cum benedictione dimittatur.

XXXI.

Dist. 90. Placuit etiam, ut.

Placuit etiam, ut sicut plerumque fit, quicumque odio aut longinqua inter se lite dissenserint, & ad pacem revocari diutina intentione nequiverint, a civitatis primitus sacerdotibus arguantur. Qui si inimicitias deponere perniciosa intentione noluerint, de ecclesiæ cœtu justissima excommunicatione pellantur.

XXXII.

11. quæst. 1. Clericum nullus præsumat.
5. quæst. 6. Si quis vero sæcularium.

Clericus ne quemquam præsumat apud sæcularem judicem, episcopo non permittente, pulsare: sed 5 si pulsatus fuerit, respondeat, non proponat, nec audeat criminale negotium in judicio sæculari proponere. Si quis vero sæcularium per calumniam ecclesiam, aut clericum, fatigare tentaverit, & victus fuerit, ab ecclesiæ liminibus, & a catholicorum communione, nisi digne pœnituerit, arceatur.

XXXIII.

12. quæst. 2. Episcopus qui filios ... ecclesiæ rebus.

Episcopus, qui filios aut nepotes non habens, alium quam ecclesiam relinquit heredem, si quid de ecclesia, non in ecclesiæ causa aut necessitate præsumpsit, quod distraxit, aut donavit, irritum habeatur. Qui vero filios habet, de bonis quæ relinquit, ab heredibus ejus indemnitatibus ecclesiæ consulatur.

XXXIV.

ANNO CHRISTI 506.

XXXIV.

A Iudæi, quorum perfidia frequenter ad vomitum redit, si ad legem catholicam venire voluerint, octo mensibus inter catechumenos ecclesiæ limen introeant: & si pura fide venire noscuntur, tum demum baptismatis gratiam mereantur. Quod si casu aliquo periculum infirmitatis intra præscriptum tempus incurrerint, & desperati fuerint, baptizentur.

XXXV.

Si metropolitanus episcopus ad comprovinciales epistolas direxerit, in quibus eos aut ad ordinationem summi pontificis, aut ad synodum invitet, postpositis omnibus, excepta gravi infirmitate corporis, aut præceptione regia, ad constitutam diem adesse non differant. Quod si defuerint, sicut prisca canonum præcipit auctoritas, usque ad proximam synodum caritate fratrum & ecclesiæ communione priventur.

XXXVI.

Clerici etiam omnes qui ecclesiæ fideliter vigilanterque deserviunt, stipendia sanctis laboribus debita, secundum servitii sui meritum, vel ordinationem canonum, a sacerdotibus consequantur.

XXXVII.

Itaque censuimus homicidas & falsos testes a communione ecclesiastica submovendos, nisi pœnitentiæ satisfactione crimina admissa " diluerint.

XXXVIII.

[l] Clericis sine commendatitiis epistolis episcopi sui licentia non pateat evagandi. In monachis quoque par sententiæ forma servetur. quos si verborum increpatio non emendaverit, etiam verberibus statuimus coerceri. Servandum quoque de monachis, ne eis ad solitarias '' cellulas liceat a congregatione discedere, nisi forte probatis post emeritos labores, aut propter infirmitatis necessitatem, asperior ab abbatibus regula remittatur. Quod ita demum fiet, ut intra eadem monasterii septa manentes, tamen sub abbatis potestate separatas habere cellulas permittantur. Abbatibus quoque singulis diversas cellulas, aut plura monasteria habere non liceat, nisi tantum propter incursum hostilitatis intra muros receptacula collocare.

XXXIX.

Presbyteri, diacones, subdiacones, vel deinceps, quibus ducendi uxores licentia non est, etiam alienarum nuptiarum evitent convivia, nec his cœtibus admisceantur ubi amatoria cantantur & turpia, aut obsceni motus corporum choris & saltibus efferuntur: ne auditus & obtutus sacris mysteriis deputati turpium spectaculorum atque verborum contagione polluantur.

XL.

[m] Omnes deinceps clerici, sive laici, Iudæorum convivia evitent: nec eos ad convivium quisquam excipiat. Quia cum apud Christianos cibis communibus non utantur, indignum est, B atque sacrilegum, eorum cibos a Christianis sumi; cum ea quæ apostolo permittente nos sumimus, ab illis judicentur immunda: ac sic inferiores incipiant esse Christiani, quam Iudæi, si nos quæ ab illis apponuntur utamur, illi vero a nobis oblata contemnant.

28 quæst. 1. Omnes deinceps. Venet. 12.

XLI.

Ante omnia clericis vitetur ebrietas, quæ omnium vitiorum fomes ac nutrix C est. Itaque eum quem ebrium fuisse constiterit, ut ordo patitur, aut triginta dierum spatio a communione statuimus submovendum, aut corporali subdendum supplicio.

Dist. 35. Ante omnia. Venet. 13.

XLII.

Ac ne id fortasse videatur omissum quod maxime fidem catholicæ religionis infestat, quod aliquanti clerici, sive laici, student auguriis, & sub nomine fictæ religionis, per eas quas sanctorum sortes vocant, divinationis scientiam profitentur, aut quarumcumque D scripturarum inspectione futura promittunt; hoc quicumque clericus vel laicus detectus fuerit vel consulere vel docere, ab ecclesia habeatur extraneus.

26. quæst 5. Aliquanti clerici. Venet. 16.

XLIII.

De pœnitentibus id placuit ' observare, quod sancti patres nostri synodali sententia censuerunt, ut nullus de his clericus ordinetur, & qui jam sunt per ignorantiam ordinati, ut sicut bigami, aut internuptarum mariti, locum teneant, ministrare diaconus, aut E consecrare " altare hujusmodi presbyter non præsumat.

' observari, Concilium Carthaginense IV. cap. 68. Epaon. 3. Aurel. IV. 3. Aurel. III 6. 26. quæst. 6. Ministrare diaconus. " f deest ad

XLIV.

Benedictionem super plebem in ecclesia fundere, aut pœnitentem in ecclesia benedicere presbytero penitus non licebit.

26. quæst 6. Ministrare diaconus.

XLV.

Terrulas aut vineolas exiguas, & ecclesiæ minus utiles, aut longe positas parvas, episcopus sine concilio fratrum, si necessitas fuerit, distrahendi habeat potestatem.

12. quæst. 2. Terrulas aut.

ANNO CHRISTI 506.

XLVI.

12. quæst. 2. Fugitivi. Fugitivi etiam domos suas aut familias deserentes, qui etiamsi revocati fuerint teneri non possunt, simili ratione ab episcopo, si voluerit, aut si ita illi meruerint, distrahantur.

XLVII.

De cõsecr. dist. 1. Missas. [a] Missas die dominico a sæcularibus totas teneri speciali ordinatione præcipimus: ita ut ante benedictionem sacerdotis egredi populus non præsumat. Qui si fecerint, ab episcopo publice confundantur.

[a] Editi sunt post concilium XVII. Toletanum. 6. Canones qui dehinc sequuntur usque ad canonem 70 etsi pro Agathensibus agniti sunt a Gratiano & ab aliis, in antiquissimis tamen exemplaribus non extant, adjectique postea huic synodo videntur ex canonibus maxime concilii Epaonensis, ut dictum est.

XLVIII.

12. quæst. 1. Episcopi de rebus. Ut de rebus episcopi propriis vel acquisitis, vel quidquid episcopus de suo proprio habet, heredibus suis, si voluerit, derelinquat. Quidquid vero de provisione ecclesiæ suæ fuerit, sive de agris, sive de frugibus, sive de oblationibus, omnia in jure ecclesiæ reservare censuimus.

XLIX.

12. quæst. 2. Diaconi, vel presbyteri. Diacones, vel presbyteri in parochia constituti de rebus ecclesiæ sibi creditis nihil audeant commutare, vendere, vel donare, quia res sacratæ Deo esse noscuntur. Similiter & sacerdotes nihil de rebus ecclesiæ sibi commissæ, ut superius comprehensum est, alienare præsumant. Quod si fecerint, convicti in concilio, & ab honore depositi, de suo aliud tantum restituant, quantum visi sunt præsumpsisse. (12. quæst. 2. Si quis qualibet.) Sane si quis pro qualibet conditione de rebus ecclesiæ aliquid alienare præsumpserit, si de suo proprio tantum ecclesiæ contulerit, quantum visus est abstulisse, tunc demum istud stare licebit. (12. quæst. 2. Diaconi, vel presbyteri.) Libertos tamen, quos sacerdotes, presbyteri, vel diaconi, de ecclesia sibi commissa facere voluerint, actus ecclesiæ prosequi jubemus. Quod si facere contempserint, placuit eos ad proprium reverti servitium.

L.

Dist. 50. Si Episcopus, presbyter. Si episcopus, presbyter aut diaconus capitale crimen commiserit, aut chartam falsaverit, aut testimonium falsum dixerit, ab officii honore depositus in monasterio retrudatur, & ibi quamdiu vixerit laicam tantummodo communionem accipiat.

LI.

12. quæst. 5. Si episcopus condito testamento. Epaon. 17. Si episcopus condito testamento aliquid de ecclesiastici juris proprietate legaverit, aliter non valebit, nisi tantumdem de juris proprii facultate suppleverit.

LII.

Presbytero, aut diacono, vel clerico, sine antistitis sui epistolis ambulanti communionem nullus impendat. Epaon. 6.

LIII.

12 quæst. 2. Quidquid parochiarum. Epaon. 7. Quidquid parochiarum presbyter de ecclesiastici juris proprietate distraxerit, inane habeatur & vacuum vendicatione comparantis, & actione vendentis.

LIV.

12. quæst. 4. Presbyter, dum. Epaon. 8. Presbyter, dum diœcesim tenet, de his quæ emerit ad ecclesiæ nomen scripturam faciat, aut ab ejus quam tenuit, ecclesiæ ordinatione discedat.

LV.

Dist. 34. Episcopum, presbyter. Epaon. 4. Episcopis, presbyteris, diaconibus, canes ad venandum, aut accipitres habere non liceat. Quod si quis talium personarum in hac voluntate detectus fuerit, si episcopus est, tribus mensibus se a communione suspendat, presbyter duobus mensibus se abstineat, diaconus uno ab omni officio vel communione cessabit.

LVI.

17. quæst. 4. In venditionibus. Epaon. 8. In venditionibus, quas abbates facere præsumunt, hæc forma servetur, ut quidquid sine episcopi notitia venditum fuerit, ad potestatem episcopi revocetur. Mancipia vero monachis donata ab abbate non liceat manumitti. Injustum enim putamus, ut monachis quotidianum rurale opus facientibus, servi eorum libertatis otio potiantur.

LVII.

21 quæst. 1. Unum abbatem. Epaon. 9. Unum abbatem duobus monasteriis interdicimus præsidere.

LVIII.

18. quæst. 2. Cellulas novas. Epaon. 10. Cellulas novas, aut congregatiunculas monachorum absque notitia episcopi prohibemus institui.

LIX.

16 quæst. 3. Clerici quilibet. Epaon. 18. Clerici quilibet quæcumque diuturnitate temporis de ecclesiæ remuneratione possederint, in jus proprium præscriptione temporis non vocentur, dummodo pateat ecclesiæ rem fuisse: ne videantur etiam episcopi administrationes prolixas, aut precatorias, cum ordinati sunt, facere debuisse, aut diu retentas facultates in jus proprietatis suæ posse transcribere.

LX.

Epaon. 29. [o] Lapsis, id est qui in catholica fide baptizati sunt, si prævaricatione damnabili post in hæresim transierint, grandem redeundi difficultatem sanxit antiquitas. Quibus nos, annorum multitudine breviata, pœnitentiam biennii conditione infra scriptæ observationis imponimus, ut

ut præscripto biennio tertio sine relaxatione jejunent, & ecclesiam studeant frequentare. In pœnitentium loco standi & orandi humilitatem ita noverint observandam, ut etiam ipsi, cum catechumeni egredi commonentur, abscedant. Hoc si observare voluerint, constituto tempore admittendis ad altarium observatio relaxetur. Quod si ardua vel dura forte putaverint, statuta præteritorum canonum implere debebunt.

LXI.

De incestis conjunctionibus nihil prorsus veniæ reservamus, nisi cum adulterium separatione sanaverint. Incestos vero nullo conjugii nomine deputandos, quos etiam designare funestum est, hos esse censemus. Si quis relictam fratris, quæ pene prius soror exstiterat, carnali conjunctione polluerit: si quis frater germanam uxoris acceperit: si quis novercam duxerit: si quis consobrinæ se sociaverit: si quis relictæ vel filiæ avunculi misceatur; aut patrui filiæ, vel privignæ suæ: aut qui ex propria consanguinitate aliquam, aut quam consanguineus habuit, concubitu polluerit, aut duxerit uxorem. Quos omnes & olim, atque sub hac constitutione incestos esse non dubitamus, & inter catechumenos usque ad legitimam satisfactionem manere, & orare præcipimus. Quod ita præsenti tempore prohibemus, ut ea quæ sunt hactenus instituta non dissolvamus. Sane quibus conjunctio illicita interdicitur, habebunt ineundi melioris conjugii libertatem.

LXII.

Si quis servum proprium sine conscientia judicis occiderit, excommunicatione, vel pœnitentia biennii reatum sanguinis emendabit.

LXIII.

Ut cives, qui superiorum solennitatum, id est, paschæ, ac natalis domini, vel pentecostes festivitatibus cum episcopis interesse neglexerint; (cum in civitatibus communionis, vel benedictionis accipiendæ causa positos se nosse debeant) triennio a communione priventur ecclesiæ.

LXIV.

Si quis in clero constitutus ab ecclesia sua diebus solennibus defuerit, id est, nativitate, epiphania, pascha, vel pentecoste, dum potius sæcularibus lucris studet, quam servitio Dei paret, convenit ut triennio a communione suspendatur. Similiter diaconus, vel presbyter, si tres hebdomadas ab ecclesia sua defuerint, huic damnationi succumbant.

LXV.

Quoniam non oportet diaconem sedere præsente presbytero, sed ex jussione presbyteri sedeat. Similiter autem honorificetur diaconus a ministris inferioribus, & clericis. Dist. 93. Non oportet diaconem. Laod. 20.

LXVI.

Quoniam non oportet insacratos ministros licentiam habere in secretarium, quod Græci diaconicon appellant, ingredi, & contingere vasa dominica. Dist. 23. Non oportet insacratos. Laod. 21.

LXVII.

Quoniam non oportet cum omnibus hæreticis miscere connubia, & vel filios vel filias dare, sed potius accipere, si tamen profitentur Christianos futuros esse se & catholicos: 28 quæst. 1. Non oportet cum. Laod. 31.

LXVIII.

Quoniam non oportet ministros altaris, aut clericos, magos & incantatores esse, aut facere quæ dicunt phylacteria, quæ sunt magna obligamenta animarum. Hos autem qui talibus utuntur projici ab ecclesia jussimus. 26. quæst 5. Non oportet ministros. Laod. 36.

LXIX.

Seditionarios nunquam ordinandos clericos, sicut nec usurarios, vel injuriarum suarum ultores. Dist 46. Seditionarios.

LXX.

Clericum scurrilem, & verbis turpibus joculatorem, ab officio retrahendum. Dist. 46. Clericum scurrilem.

LXXI.

Synodum etiam secundum constituta patrum annis singulis placuit congregari. Et quia in nomine domini omnibus salubriter constitutis synodus cum pace dimittitur, gratias Deo primitus, & domno nostro regi agamus, orantes divinam clementiam, ut hæc eadem facere & docere per multos annos in honorem domini possimus.

** *In cod. Vaticano additur:* Synodos etiam secundum constituta patrum annis singulis placuit congregari.

SUBSCRIPTIONES.

7 Ego Cæsarius in Christi nomine episcopus Arelatensis, juxta id quod universis sanctis coepiscopis meis qui mecum subscripserunt placuit, statuta patrum secutus, his definitionibus subscripsi. Not. sub die III. Idus Septembris, Messala viro clarissimo consule P anno XXII. regni domini nostri Alarici regis. *al.* IV.

Cyprianus episcopus de Burdigala metropoli subscripsi.

Clarus episcopus de civitate Elusa metropoli subscripsi.

Tetradius episcopus de Biturica metropoli subscripsi.

Heraclianus episcopus Tolosanæ civitatis subscripsi.

Sophronius

ANNO CHRISTI 506.

Sophronius in Christi nomine episcopus civitatis Agathensis subscripsi

Sedatus in nomine domini Nemausensis episcopus subscripsi.

Quintianus episcopus Rutenæ civitatis subscripsi.

Sabinus episcopus Albigensis civitatis subscripsi.

Boetius episcopus de Cadurcis subscripsi.

Gratianus episcopus de Aquis subscripsi.

Nicetius propitio Deo episcopus de Ausciis subscripsi.

Suavis episcopus de Convenis subscripsi.

Galactorius episcopus de Benarno subscripsi.

Gratus episcopus de civitate Olorone subscripsi.

Vigilius episcopus de civitate Lactorensi subscripsi.

Maternus in Christi nomine episcopus civitatis Luteuensis subscripsi.

Petrus episcopus de Palatio subscripsi.

Glycerius in Christi nomine episcopus Consoranicæ civitatis subscripsi.

Chronopius episcopus de civitate Petrocorica subscripsi.

Probatius in Christi nomine episcopus de Vcetia subscripsi.

Agræcius in Christi nomine episcopus de Antipoli subscripsi.

Marcellus episcopus de Sanetio subscripsi.

Pentadius episcopus de Dinia subscripsi.

Avilius presbyter missus a domino meo Caprario episcopo Narbonensi subscripsi.

Ioannes presbyter missus a domino meo Victorino episcopo de civitate Forojuli subscripsi.

Ingenuus presbyter missus a domino meo Apro episcopo Bigorritanæ civitatis subscripsi.

Paulinus in Dei nomine presbyter missus a domino meo Eufrasio episcopo civitatis Aruernæ subscripsi.

Pompeius presbyter missus a domino meo Iuliano episcopo de Avennica civitate subscripsi.

Polemius presbyter missus a domino meo Sextilio episcopo de Vasatis civitate subscripsi.

Petrus presbyter missus a domino meo Marcello episcopo de civitate Vicoiuli subscripsi.

Firminus presbyter missus a domino meo Pappolo episcopo subscripsi.

Optimus diaconus missus a domino meo Leonico (Leonino) episcopo Gabalum civitatis subscripsi.

Leo diaconus missus a domino meo Vero episcopo Turonicæ civitatis subscripsi.

DECRETA AGATHENSIS CONCILII PRIORIBUS NON INSERTA, secundum Gratianum, numero tria.

PRIMUM.

Non liceat episcopo propriis manibus aliquem cædere.

Dist. 86. Non liceat aliquem.

Non liceat episcopo manibus suis aliquem cædere: hoc enim alienum a sacerdote debet esse.

Buchardus & Ivo citant ex decretis Bonifacii papæ, habetur autem in novellis const. 12. cap. 16. apud Iulianum antecessorem.

SECUNDUM.

Quando amplius quam debetur exigitur, usura committitur.

14 quæst. 3 Vsura est.

Vsura est ubi amplius requiritur quam datur. Verbi gratia: Si dederis solidos decem, & amplius quæsieris, vel dederis frumenti modium unum, & super aliquid exegeris.

TERTIUM.

De purgatione clericorum, si convinci non potuerint.

2 quæst. 4 habetur finis hujus decreti, sed totum cap. est apud Ivonem l.b. 5.

Si quis presbyter vitæ suæ negligens pravis exemplis mala de se suspicari permiserit, & populus ab episcopo juramento, seu banno Christianitatis constrictus, infamiam ejus patefecerit, & certi accusatores criminis ejus defuerint; admoneatur primo seorsum ab episcopo, deinde sub duobus vel tribus testibus. Si non emendaverit, in conventu presbyterorum episcopus cum publica increpatione admoneat. Si vero neque sic correxerit, ab officio suspendatur, usque ad dignam satisfactionem, ne populus in eo scandalum patiatur. Si vero accusatores legitimi non fuerint, qui ejus crimina manifestis indiciis probare contenderint, & ipse negaverit, tunc ipse cum sociis septem ejusdem ordinis (si valet) a crimine seipsum expurget. Diaconus vero, si eodem crimine accusatus fuerit, semetipsum cum tribus expurget.

EX DECRETO IVONIS.

Perquirendum est, si aliqua femina sit, quæ per quædam maleficia & incantationes mentes hominum immutare se posse dicat, id est, ut de odio in amorem, vel de amore in odium convertat, ut bona hominum aut damnet, aut subripiat. Et si est quæ se dicat cum dæmonum turba in similitudinem mulierum transformata certis noctibus equitare super quasdam bestias, & in eorum consortio annumeratam esse, hæc talis omnimodis scopis correcta ex parochia ejiciatur.

DECRETA QUÆDAM EX CODICE librorum sexdecim, lib. 5. cap. 22.

De illis qui contentiones & rixas amaverint.

Si quis contentiones & rixas amaverit, vel manifestum vitium fratri intulerit, juxta arbitrium rectoris modumque peccati diuturna expietur pœnitentia.

Ex eisdem libro & capite.

De illis qui faciles sunt ad detrahendum.

Si quis promptus facilisque est ad detrahendum, dicens quod verum non est, septem dies in pane & aqua sequestratus a fraterno consortio pœniteat.

Ex eodem libro 15. cap. 8.

De falso testimonio, quod capitale sit crimen.

Noverint falsi testes, quod si falsum testimonium capitale crimen non esset, nequaquam Deus in euangelio inter principalia crimina enumerasset. Ait enim: *De corde exeunt homicidia, adulteria, furta, falsa testimonia.* Et ideo debet pœnitere, similiter & excommunicari falsus testis, sicut adulter, fur, & homicida. Matth. 15.

NOTÆ

ANNO CHRISTI 506.

NOTÆ IACOBI SIRMONDI, S. I.

1. *Concilium.*] Titulus hic fere in manuscriptis: *Synodus habita in civitate Agathensi sub die* III. (vel IV) *idus Septembris, anno* XXII. *regni domini Alarici regis, Messala V. C. consule*, nisi quod in quibusdam Gothici regis nulla est mentio: in aliis pro Messalæ consulatu æra notatur 544. quæ congruit anno Christi 506. quo Messala consul fuit, & regni annum 22. agebat Alaricus.

2. *Domni nostri gloriosissimi.*] Bona fide codicem Rhemensem expressimus, cum in aliis plerisque hæc epitheta prætermittantur. in quibusdam, ut in Lugdunensi, tota præfatio ad pauca verba contrahatur hunc in modum: *Cum in nomine domini in civitate Agathensi convenissemus, in sancti Andreæ basilica consedimus*, &c.

9. 3. *Quæ est his canonibus inserta.*] Hæc verba in unico Pithœi exemplari reperimus, in quo Innocentii mox epistola sequebatur: a ceteris omnibus absunt, ab iis nimirum expuncta, quibus Innocentii epistolam describi hoc loco non placebat. Surius, etsi eadem verba retinuit, epistolam tamen non habet.

23. 4. *Si officium archidiaconatus.*] Ita Rhemensis & Lugdunensis, sed rectius videtur *Archidiaconus*, ut in Fossatensi, Tiliano, & aliis.

5. *Si pulsatus fuerit, respondeat.*] Ivo & Gratianus, *non respondeat.* quo modo & codices nonnulli: sed optimi omnes & antiquissimi sic habent ut edidimus, & consentit can. 11. synodi Epaonensis.

Qui post 47. sequuntur canones 25. seorsim editi sunt cum Hispaniæ conciliis, post synodum Toletanam 17. hoc titulo præfixo: *Sententiæ quæ in veteribus exemplaribus conciliorum non habentur, sed a quibusdam ipsis insertæ sunt* Quem titulum qui contexuit, de veteribus nimirum exemplaribus concilii Agathensis agebat, in quibus hi canones, ut monui, non extant, sed ab aliis postea inserti sunt Iam olim certe inditos fuisse, fidem faciunt codices aliquot non modicæ vetustatis, & quod eosdem pro Agathensibus, ante Gratianum, & ceteros, agnoverit Hincmarus abhinc annis fere 800.

6. *Ego Cæsarius.*] In his subscriptionibus nunc primum adjecta sunt ex codice Pithœano vocabula civitatum, cum olim sola episcoporum nomina legerentur. Hic porro rursum in plurimis exemplaribus pro illis verbis, *anno 22. domini nostri Alarici regis*, hæc habentur: *Messala V. C. consule.* Pro 33. episcopis qui per se aut per vicarios subscribunt, collectiones quædam quatuor & triginta, Agobardus in libello de insolentia Iudæorum 35. numerat.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium.*] Hoc concilium permissu Alarici regis Ariani, auctoritate Cæsarii Arelatensis provinciæ primatis congregatum est ad collapsam ecclesiasticam disciplinam in vigorem pristinum restituendam, quod patres concilii in præfatione concilii indicant his verbis: *De disciplina & ordinationibus clericorum atque pontificum, vel de ecclesiarum utilitatibus tractaturi.* Huic concilio præfedisse Cæsarium Arelatensem episcopum, non tantum ex prima nominis Cæsarii subscriptione aperte colligitur, verum etiam manifestis verbis indicatur cap. 73. concilii Meldensis, ubi canon, qui sic habet: *Sanctus Cæsarius ecclesiæ Arelatensis cum aliis triginta-quinque episcopis, omnes inquiunt, deinceps clerici, sive laici Iudæorum convivia evitent*, &c. ad verbum in prædicto Meldensi concilio allegatus, est hujus concilii quadragesimus, ut supra patet.

b *Agathense.*] Sic dictum ab Agatha, quæ Ptolemæo, Straboni & Plinio olim Massiliensium, nunc Galliæ Narbonensis urbs est in insula. Poldus scribit hanc a nonnullis historiographis civitatem nigram appellari. Stephanus meminit alicujus Agathæ, quæ est Lyciæ insula. Hæc Abrahamus Ortelius.

c *Tertio Idus Septembres.*] In fine actorum v. Kalendas Septembris celebratum fuisse scribitur. Mendum itaque in alterutrum horum locorum irrepsit. Mutassem inscriptionem, nisi lectio actorum variaret. Nam in margine legitur ibidem IV. Idus Septembris.

d *Messala V. C. consule.*] Anno nimirum Christi 506. qui est Symmachi papæ octavus, Anastasii imperatoris 16. Theodorici in Italia regnantis 14. & Alarici Gothorum regis Ariani in Gallia regnantis annus regni, qui in fine actorum hujus concilii notatus habetur, vigesimus secundus. Nam Isidoro Hispalensi episcopo auctore, Alaricus postquam 23. annis in Gallia Aquitanica a

A Rhodano usque ad Ligerim & Pyrenæos regnasset, atque e regno suo Cæsarium & Quintianum viros sanctissimos pro salute regis hæretici orare solitos relegasset, a Clodoveo rege Francorum victus occiditur anno 17. Anastasii imperatoris, æra quingentesima quadragesima. Quæ tempora cum prædictis chronologiis Christi & consulum plane coincidunt. De Alarico plura dicemus infra.

e *Episcopi triginta quinque.*] Triginta quinque episcopos interfuisse, confirmatur canone 37. concilii Meldensis verbis istis quæ supra initio harum notarum allegavi. Ex his 34. dumtaxat subscripsisse reperiuntur. Omnes gloria confessionis illustres fuerunt; utpote qui inter Arianos dominantes illibatam sartamque ac tectam fidem catholicam conservarunt. Inter eos aliqui enituerunt sanctitate celebres in ecclesiasticis tabulis perpetua memoria consecrati; ut Firminus Metensis, S Quintianus Rutenorum episcopus, aliique plures de B quibus infra. — *Quot episcopi interfuerint.*

f *Ad gratiam festinantes.*] Id est, ad reconciliationem. Agitur enim hic de excommunicatis qui sunt baptizati, & ad gratiam, id est, ad reconciliationem cum suo episcopo festinant. Unde patet particulam baptismatis in decreto Gratiani 11. quæst. 3. huic canoni mendose superadditam esse. — *Can. 3. Ad gratiam festinare quid sit.*

g *Non negetur.*] Ivo, Panormitanus, & antiquiores conciliorum editiones, & duo Vaticana exemplaria habent *Denegetur*, videturque huic simile quod legitur can. fin. 6. quæst 2.

h *Ad torum uxorum redire voluerint.*] Circa conjugatos ad sacros ordines assumptos, quid sit observatum in primitiva ecclesia, supra diversis in locis annotavi. — *Can. 9.*

i *Placuit etiam ut omnes ecclesiæ filii.*] Hæc a Cæsario populo proposita fuisse, ex eo satis intelligi potest, quod hac de re præclaram habuerit homiliam, qua ipso ingressu fideles interpellat hisce verbis. *Rogo vos, fratres carissimi, ut isto legitimo ac sacratissimo quadragesimæ* C *tempore, exceptis dominicis diebus nullus prandere præsumat, nisi forte ille quem jejunare infirmitas non permittit. Quia aliis diebus jejunare aut remedium aut præmium est; in quadragesima non jejunare peccatum est.* Hæc Cæsarius hom. 2. — *Can. 12.*

k *Competentibus prædicari.*] Catechumenorum alii competentes, alii audientes dicebantur, de quibus supra. — *Can. 13.*

l *Clericis sine commendatitiis.*] Sequentes quinque canones habentur supra in concilio Venetico sub Hilaro. Vide quæ ibi notavimus. — *Can. 38.*

m *Omnes deinceps clerici*, &c.] Hic canon ad verbum recitatur in concilio Meldensi cap. 73. cum hac præfatiuncula: *Sanctus Cæsarius ecclesiæ Arelatensis cum aliis triginta quinque episcopis. Omnes, inquiunt, deinceps clerici sive laici*, &c. ut supra. — *Can. 40.*

n *Missas die dominico a sæcularibus totas teneri.*] Traditione apostolica diem dominicum colendum esse, eodemque die missas audiendas, tradit S. August. 251. sermone de tempore. Verba illius hæc sunt: *Dominicum* D *ergo diem apostoli & apostolici viri ideo religiosa solemnitate habendum esse sanxerunt, quia in eodem redemptor noster a mortuis resurrexit, quique ideo dominica appellatur, ut in eo terrenis opibus vel mundi illecebris abstinentes, tantum divinis cultibus serviamus.* Et post multa de ejusdem diei insignibus addit: *Ac ideo sancti doctores ecclesiæ decreverunt omnem gloriam Iudaici sabbatismi in illam transferre, ut quod ipsi in figura, nos celebraremus in veritate. Observemus ergo diem dominicum, fratres, & sanctificemus illum a vespera diei sabbati usque ad vesperam dominicæ diei, sequestrati a rurali opere, & ab omni negotio soli divino cultui vacemus*, &c. Postquam dixisset quas preces quilibet nocturno tempore fundere deberet, de missa dominico die audienda subjungit: E *In die vero nullus se a missarum sacrarum celebratione separet, neque quis domi remaneat, ceteris ad ecclesiam pergentibus, neque in venatione se occupet* Hæc de cultu diei dominicæ S. Augustinus longe ante hæc tempora. Qua de causa Cæsarius huic concilio præsidens, hoc decretum de missis integre audiendis stabiliendum proposuerit, in historia Cæsarii apud Surium die 27. Augusti recenset Cyprianus hisce verbis: *Cum die quadam esset ad altare, animadvertit quosdam lecto evangelio egredi, quod sancti viri conciones auscultare initio detrectarent. Mox igitur advolat: appellat his verbis populum: Quid facitis, filii? Quid ita foras abscedititis mala persuasione subversi? state pro animabus vestris ad accipienda verba adhortationis nostræ, eaque auscultate soliciti. Non licebit id vobis in illo tremendo judicii die, moneo, clamo atque contestor. Ne sitis, obsecro, vel surdi vel profugi. Auditis oris mei buccinam perinde ac si animas* — *Can. 47. Diem dominicum celebrandum esse.*

ANNO CHRISTI 506.

vestras suo mucrone Satan jugularit. Non ergo taciturnitatis arguar. Hac de causa sæpissime ostia lectis euangeliis occludi jussit, donec propitio Deo ipsi gratularentur, ea coercitione se præfecisse, qui solebant esse fugitivi.

Extat ejusdem Cæsarii homilia ad populum, cujus exordio populum rogat, ne dominico aliove sacro die festo celebriore missam negligant, vel ante finem ejusdem egrediantur. *Rogo vos, fratres carissimi*, inquit homilia 12. *& paterna pietate commoneo, ut quoties aut die dominico, aut aliis majoribus festivitatibus missæ fiunt, nullus de ecclesia discedat, donec divina mysteria expleantur.* Vide Baronium anno 58. num. 89. item 506. num. 5. (Cap. 60.)

o *Lapsis, id est, qui in catholica.*] Admixtione Gothorum Arianorum contingebat in Gallia, quod plures a fide catholica in hæresim abducerentur, & postea delictum detestantes ad ecclesiam catholicam remearent. Quomodo igitur hi suscipiendi essent sancta synodus hoc canone decrevit.

p *Anno 22. regis Alarici.*] Alaricus filius Euarici regis Gothorum in Gallia successit Arianus patri Ariano, & catholicorum persecutori impio anno Christi 484. Regnum pacatum tenuit, quamdiu S. Remigium aliosque antistites sacros, qui pro ejus felicitate ad Deum juges orationes fundebant, observavit; quando vero S. Cæsarium, Quintianum, aliosque episcopos in exilium relegabat, favore ac gratia Dei privatus, regno simul & vita exutus est per Clodoveum, anno regni sui 23. qui est Christi 507.

(Alaricus quamdiu orthodoxos observavit, regnum pacatum tenuit.)

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. I.

Mutuas Ruricii Lemovicensis episcopi doctissimi simul atque sanctissimi ad S. Cæsarium Arelatensem metropolitanum atque ad Sedatum episcopum epistolas subjicere visum est, in quibus Agathensis hujus, quantum auguror, concilii habetur mentio: neque alienum quoque ab instituto nostro fuerit adjungere brevem Cælii Ioannis diaconi S. R. E. professionem factam eodem Messala V. C consule, hoc est anno 506. cum præcepto seu lege Theodorici Ostrogothorum in Italia regis.

" ** *Domino sancto meritissimo in Christi luminaria præferendo, & plurimum in Christo desiderando, piissimo domino, Ruricio episcopo Cæsarius episcopus.*

DUM nimium tribularetur animus meus, quare ad synodum, vestram præsentiam non meruimus obtinere, sanctus & Domnus meus Verus episcopus mihi dignatus est dicere, quod per suum diaconum mihi * Agate vestras literas destinasset, quas ego nescio quo casu aut qua negligentia me non retineo suscepisse. Sed tamen sancto & domino meo fratri vestro certissime credo; & malo hoc portitoris negligentiæ imputare. Sed licet sanctos & desiderabiles vestros apices miseritis, tamen sicut ipsi optime nostis, dignissimum fuerat, ut personam dirigeretis, quæ ad vicem vestram subscriberet; & quod sancti fratres vestri statuerunt, in persona vestra firmaretur. Sed quia novi, quam sancto, ac frequenti, & pio desiderio interesse volueritis, omnibus fratribus vestris votum vestrum, & sanctam voluntatem exposui. Pro qua re nihil pietati vestræ, vel potuimus vel debuimus imputare. Sed licet desiderabilem vestram præsentiam non habuerimus, orationum tamen vestrarum suffragia nos meruisse persentimus, & ideo his dictis saluto plurimum affectu & honore, quo dignum est; & rogo, ut me sanctis & illustribus precibus sic ac meritis domino commendetis. Simulque indico pietati vestræ, & quia filius vester Eudomius si potuerit hoc elaborare, desiderat, ut superveniente anno Tolosæ synodum, Christo propitio, habeamus, ubi etiam, si potuerit, Hispanos vult episcopos convenire. Et ideo * oro te ut tam sancto desiderio suo dominus tribuere dignetur affectum.

(* *forte*, a caritate vestra. " *immo scribendum* Agathæ. * *f.* orate.)

Sanctum vero & dulcissimum fratrem meum Capillutum presbyterum, amatorem & prædicatorem vestrum, vestræ sanctimoniæ, quanta valeo insinuatione commendo; & pro ipso vobis ingentes & uberes gratias ago, quia quantum ipse asseruit, tantum se circa illum impendit pia & sincera benevolentia vestra, ut hoc nullus hominum possit exponere. Nunc ergo quia pro vestro desiderio æstuans pietatem vestram expetiit, dignum judicavi, ut per ipsum humilitatis meæ literis destinarem. Quo remeante, si Christus annuerit apices vestros, quasi cæleste munus desidero promereri. Ora pro me.

" ** *Domino sancto & apostolico, omnique a me honore, & amore specialius fratri Cæsario episcopo Ruricius.*

FRATER & compresbyter noster Capillutus dupliciter hac vice nobis gratus apparuit, dum & ipse nobis jamdiu desideratus, occurrit, & quandam vestri præsentiam nobis per vestras literas repræsentat. Quo redeunte has reddere procuravi, quibus debitum beatitudini vestræ rependo caritatis officium. Quod vero scribitis, cur ad synodum, sicut conlocutio habuit nostra, non venerim, fecit hoc infirmitas, non voluntas. Ipsi enim recolere potestis quam fessum me * Burdigalia videritis; & hoc hyeme, quando esse soleo fortior solito. Quia æstivis diebus etiam in hospitio meo, & locis frigidis, ipsam consuetudinariam infirmitatem sustentare vix valeo; ne dicam, quod illos " cœtus regionis illius ferre quiverim, si venissem. Vnde magis spero, ut pro me orare dignemini, & ad tempus aliud, quod intimatis, si Deus vitam cesserit, venire vultis, nobis per hominem vestrum maturius indicetis. Quia literas vestras ad me modo tardissime venisse significo. Quia etsi non pro dignitate, vel pro ætate, non debemus tardius, quam alii commoneri, qui fortasse (ut minus prudens, dicam) merebamur ambiri. Quia si aliis nomen, urbium præstat auctoritas; nobis auctoritatem demere non debet urbis humilitas.

(* *f.* Burdigali. " Burdegalę. " æstus nequiverim.)

Si quidem multo melius, multoque eminentius est, civitatem de sacerdote, quam sacerdotem de civitate noscere.

Domino sancto ac beatissimo, & apostolica reverentia suscipiendo papæ Ruricio Sedatus.

SATIS credidi, & quam habere iter vobis laboriosum esset, & vehementer optavi, ut ad necessitatem istam, quæ hic nos exhibuit, veniretis; vel per occasionem & benedictionem vestram mererer, & desiderium commune mutuo satiaretur aspectu, &c.

Domino sancto & apostolico, mihique in Christo domino speciali cultu affectuque ceteris præferendo patrono Sedato episcopo Ruricius episcopus.

PER * arciatrum Palladium literas fœcundi cordis, & facundi oris accepi, quæ nos ad visionem mutuam voto pectoris invita-

(* Archiatrum.)

invitabant. Sed quid facimus, quod deside- A riis animorum nostrorum diversa membrorum resistit infirmitas? Dum vos nimietate robusti, nos tenuitate exesi corporis impedimur: dum vos alieni, & quatuor pedes ferre nequeunt ponderosos; me etiam proprii & duo sustinere præ defectione vix possunt. Quo fit, ut implere communia vota nequeamus. Ego enim (testis est dominus) quod si valuissem, ad synodum condictam omni aviditate venissem. Sed mea disposita itineris voluntate necessitas imbecillitatis inhibuit. Quia * aeres regionis illius præsertim hoc tempore ferre non poteram. Quod & vos ita credere confido, &c.

B

" ** PROFESSIO IOANNIS DIACONI EX C. MS.

Cælius Ioannes diaconus ecclesiæ Romanæ.

QVIA me ad tempus ab ecclesia separavi, ignoscens errorem meum spero misericordiam beatitudinis vestræ & redintegrari in cuncta, consentiens quæ veneranda synodus judicavit atque constituit anathematizans Petrum Altinatem & Laurentium Romanæ ecclesiæ pervasorem & schismaticum. Quod si aliquando adtemptavero in ea causa de qua veniam ad apostolatum vestrum merui, tunc ecclesiasticæ subjaceam ultioni. Quod manu C perscriptum obtuli sub die XIIII. Kalendarum Octobr. Messala v. c. consule."

" ** INCIPIT PRÆCEPTVM, SIVE LEX DATA A GLORIOSISSIMO REGE " Theodorico contra illos sacerdotes, qui substantiam ecclesiæ jure directo aut vendere, aut donare præsumunt.

Domitori orbis, præsuli & reparatori libertatis, senatui urbis Romæ, Flavius Theodoricus Rex.

PERVENIT ad nos, patres conscripti, de ecclesiæ missa utilitate suggestio, & nostræ mansuetudinis grata sacri cœtus vestri D ordinatio corda pulsavit. Et licet post venerabilem synodum ad hujusmodi decreta vestri sufficiat ordinatio sola judicii, tamen pro vestra hujusmodi præsentibus oraculis dedimus consolatione responsum; ut nulli fas sit ecclesiæ antistiti sub qualibet alienatione de proprietate contractus usum fructum plane suum cui salva" voluerint æquitate præstabunt. Neque enim frustrari sola pontificis voluntate vel cleri peregrinis debita omnibus vel status ecclesiæ res delata. Quid enim tam profanum, quam ut in hac largientis parte violetur arbitrium? Dum quod ad ecclesiam quisque voluit pertinere," privatæ sibi vindicent per usufructuariæ personæ contractum. E Ergo si quis sceleſtis ausibus interdicta præsumpserit, & ultra usumfructum retinere cupit episcopo vel clero largiente, alienata res protinus cum fructibus a venerando præsule vindicetur. Et cetera. Data v. Idus Martias Ravennæ Venantio v. c. consule."

EPISTOLA REMIGII EPISCOPI RHEMORVM AD CLODOVEVM regem hortatoria, cum rex ad bellum Gothicum se accingeret.

Domino insigni & meritis magnifico Chlodoveo regi Remigius episcopus. ANNO CHRISTI 507.

RVMOR ad nos magnus pervenit, administrationem vos secundam rei bellicæ suscepisse. Non est novum, ut cœperis esse sicut parentes tui semper fuerunt. Hoc in primis agendum, ut domini judicium a te non vacillet, * ubi tui meriti, qui per industriam humilitatis tuæ ad summum culminis pervenit: quia quod vulgo dicitur, ex fine actus hominis probatur. Consiliarios tibi adhibere debes, qui famam tuam possint ornare. Et beneficium tuum castum, & honestum esse debet, & sacerdotibus tuis honorem debebis deferre, & ad eorum consilia semper recurrere. Quod si tibi bene cum illis convenerit, provincia tua melius potest constare. Cives tuos erige, afflictos releva, viduas fove, orphanos nutri, * si potius est quam erudies, ut omnes te ament & timeant. Iustitia ex ore vestro procedat, nihil sit sperandum de pauperibus vel peregrinis, ne magis dona aut aliquid accipere velis. Prætorium tuum omnibus pateat, ut nullus exinde tristis abscedat. Paternas quascumque opes possides, captivos exinde liberabis, & a jugo servitutis absolves Si quis in conspectu vestro venerit, peregrinum se esse non sentiat. Cum juvenibus jocare, cum senibus tracta, si vis regnare nobilis judicari.

ADMONITIO IAC. SIRMONDI, S.I. AD LECTOREM DE EPISTOLA sequenti.

Quæ sequitur epistola Clodovei regis, non solum in vulgatis, sed in antiquis etiam exemplaribus nonnullis, cum Aurelianensi concilio ita cohæret, quasi ad synodum illam pertineat, ad eamque scripta sit. Vnde & alteram quoque synodi epistolam ad Clodoveum, quæ initio concilii præfixa est, huic epistolæ respondere arbitrati sunt. Quorum utrumque falsum esse, qui rem propius inspexerit, facile statuet. Deprehendet enim huic epistolæ cum synodo commune nihil esse, eamque multo ante synodum, post expeditionem scilicet Gothicam, ut annotavimus, non ad synodum, sed ad universos generatim episcopos de alia re scriptam fuisse. Quare a concilio sejungenda, seorsimque suo loco edenda fuit.

EPISTOLA CLODOVEI REGIS AD EPISCOPOS POST BELLVM Gothicum scripta,

De captivis tum clericis, tum laicis, episcoporum arbitrio & testimonio relaxandis.

Dominis sanctis & apostolica sede dignissimis episcopis Chlothovechus rex.

ENVNTIANTE fama, quid actum fuerit vel præceptum omni exercitui nostro, priusquam in patriam Gothorum ingrederemur, beatitudinem vestram præterire non potuit. In primo quoque de ministerio ecclesiarum omnium præcepimus, ut nullus ad subripiendum in aliquo conaretur, neque de sanctimonialibus, neque de viduis, quæ in religione domini devotæ esse probarentur. Simili conditione & de clericis, vel filiis supradictorum, tam clericorum, quam viduarum, qui cum illis in domo ipsorum consistere videbantur. Idem & de servis ecclesiarum, quos de ecclesiis tractos per episcoporum sacramenta con-

ANNO CHRISTI 511.

constiterit, præceptum est observare, ut nullus ex ipsis aliquam violentiam vel damnum pateretur. Quod ita ad integrum est agnoscendum, ut ex his supradictis, si aliquis vim captivitatis pertulisset, sive in ecclesia, sive extra ecclesiam, omnino sine aliqua dilatione reddendos esse præcipiamus. De ceteris quidem captivis laicis, qui extra pacem sunt captivati, & fuerint approbati, apostolica cui volueritis arbitrii vestri est non negandum. Nam de his qui in pace nostra, tam clerici quam laici, subrepti fuerint, si veraciter agnoscitis, vestras epistolas de annulo vestro infra signatas sic ad nos omnimodis dirigatis, & a parte nostra præceptionem latam noveritis esse firmandam. Sic tamen populus noster petit, ut cuicumque epistolas vestras præstare fueritis dignati, cum sacramento per Deum, & benedictione vestra dicere non tardetis rem istam quæ poscitur veram esse: quia multorum varietates vel falsitates inventæ sunt, ut comprehendatur, sicut scriptum est, *perit justus cum impio*. Orate pro me, domini sancti, & apostolica sede dignissimi papæ.

Genes. 18.

ANNO CHRISTI 511.

[1a] CONCILIVM [b] AVRELIANENSE I.

[c] XXXII. EPISCOPORVM,

Clodovei Francorum regis evocatione celebratum, sub die VI. Idus Iulias, Felice viro clarissimo consule, anno Christi DXI. [d] Symmachi papæ XIII. [e] Clodovei ejusdem regis XXX.

TITVLI CANONVM.

I. *De criminosis qui ad ecclesiam confugiunt.*
II. *Si ad ecclesiam raptor cum rapta confugerit.*
III. *De servis qui ad ecclesiam confugiunt.*
IV. *De ordinatione clericorum, & ut filii clericorum in episcopi sint potestate.*
V. *Qualiter ab episcopo facultates ecclesiæ dispensentur.*
VI. *Eum qui ab episcopo aliquid repetit non excommunicandum.*
VII. *Ut clerici sine commendatitiis episcopi sui ad regem non accedant.*
VIII. *Si servus inscio domino fuerit ordinatus.*
IX. *Si presbyter aut diaconus crimen capitale commiserint.*
X. *De clericis ab hæresi conversis, & de basilicis Gothorum.*
XI. *De pœnitentibus qui ad sæcularia redierint.*
XII. *Quod clericis pœnitentibus baptizare liceat.*
XIII. *De relictis clericorum, si aliis nupserint.*
XIV. *De oblationibus fidelium.*
XV. *De his quæ in parochianis ecclesiis offeruntur.*
XVI. *Ut episcopus pauperes & infirmos tueatur.*
XVII. *Ut basilicæ in cujus territorio sunt, in ejus episcopi maneant potestate.*
XVIII. *Ne quis defuncti fratris relictam, vel amissæ uxoris suæ sororem ducat.*
XIX. *Ut abbates episcopis, monachi abbatibus subsint, & de monachis vagis.*
XX. *Ut monachi orario, vel tzangis non utantur.*
XXI. *Si monachus uxorem duxerit.*
XXII. *Ut monachus cellam sibi sine permissu non construat.*
XXIII. *Ut in terris ecclesiæ præscriptio locum non habeat.*
XXIV. *Ut ante pascha quadragesima observetur, non quinquagesima.*
XXV. *Ut majores festivitates nullus civium in villa celebret.*
XXVI. *Ut populus ante completam missam egredi non præsumat.*
XXVII. *De litaniis ante ascensionem domini celebrandis.*
XXVIII. *De clericis qui ad litanias venire contempserint.*
XXIX. *De vitanda familiaritate extranearum mulierum.*
XXX. *De divinationibus & sortibus sanctorum.*
XXXI. *Ut episcopus ab ecclesia die dominico non absit.*

EPISTOLA SYNODI AD CLODOVEUM REGEM.

Domino suo catholicæ ecclesiæ filio, [2] Chlothovecho gloriosissimo regi, omnes sacerdotes quos ad concilium venire jussistis.

QUIA tanta ad religionis catholicæ cultum gloriosæ fidei cura vos excitat, ut sacerdotalis mentis affectu [f] sacerdotes de rebus necessariis tractaturos in unum colligi jusseritis, secundum voluntatis vestræ consultationem, & titulos quos dedistis, ea quæ nobis visum est definitione respondimus; ita ut si ea quæ nos statuimus etiam vestro recta esse judicio comprobantur, tanti consensus regis ac domini majori auctoritate servandam tantorum firmet sententiam sacerdotum.

PRÆFATIO.

CUM auctore Deo, ex evocatione gloriosissimi regis Chlothovechi, in Aurelianensi urbe fuisset concilium summorum antistitum congregatum, communi omnibus collatione complacuit, ut hoc quod verbis statuerunt, etiam scripturæ testimonio roborarent.

CANONES.

I.

De homicidis, adulteris, & furibus, si ad ecclesiam confugerint, id constituimus observandum, quod ecclesiastici canones decreverunt, & lex Romana constituit: ut [3] ab ecclesiæ atriis, vel domo episcopi, eos abstrahi omnino non liceat, sed nec [ʼ] aliter consignati, nisi ad euangelia [ʼ] datis sacramentis de morte, de debilitate, & omni pœnarum genere sint securi: ita ut ei, cui reus fuerit criminosus, de satisfactione conveniat. Quod si sacramenta sua quis convictus fuerit violasse, reus perjurii non solum a communione ecclesiæ, vel omnium clericorum, verum etiam & a catholicorum convivio separetur. Quod si is, cui reus est, noluerit sibi intentione faciente componi, & ipse reus de ecclesia actus timore discesserit, ab [ʼ] ecclesiæ clericis non quæratur.

17. quæst. 4. Id constituimus.

[ʼ] alteri

[ʼ] dictis

[ʼ] ecclesia vel clericus.

II.

II.

De raptoribus autem id custodiendum esse censuimus, ut si ad ecclesiam raptor cum rapta confugerit, & feminam ipsam violentiam pertulisse constiterit, statim liberetur de potestate raptoris, & raptor, mortis vel pœnarum impunitate concessa, aut serviendi conditioni subjectus sit, aut redimendi se liberam habeat facultatem. Si vero quæ rapitur patrem habere constiterit, & puella raptori, aut rapienda, aut rapta, consenserit, potestati patris excusata reddatur, & raptor a patre superioris conditionis satisfactione teneatur obnoxius.

III.

Servus qui ad ecclesiam pro qualibet culpa confugerit, si a domino pro admissa culpa sacramenta susceperit, statim ad servitium domini sui redire cogatur. sed posteaquam datis a domino sacramentis fuerit consignatus, si aliquid pœnæ pro eadem culpa qua excusatur probatus fuerit pertulisse; pro contemptu ecclesiæ, & prævaricatione fidei, a communione & convivio catholicorum, sicut superius comprehensum est, extraneus habeatur. Sin vero servus pro culpa sua ab ecclesia defensatus sacramenta domini, clericis exigentibus, de impunitate perceperit, ' exire nolentem a domino liceat occupari.

IV.

De ordinationibus clericorum id observandum esse decrevimus, ut nullus sæcularium ad clericatus officium præsumatur, nisi aut cum regis jussione, aut cum judicis voluntate: ita ut filii clericorum, id est patrum, avorum, ac proavorum, quos supradicto ordine parentum constat observationi subjunctos, in episcoporum potestate ac districtione consistant.

V.

§ De oblationibus vel agris, quos domnus noster rex ecclesiis suo munere conferre dignatus est, vel adhuc non habentibus Deo ' inspirante contulerit, ipsorum agrorum vel clericorum immunitate concessa, id esse justissimum definimus, ut in reparationibus ecclesiarum, alimoniis sacerdotum, & pauperum', vel redemptionibus captivorum, quidquid Deus in fructibus dare dignatus fuerit expendatur, & clerici in adjutorium ecclesiastici operis constringantur. Quod si aliquis sacerdotum 'ad hanc curam minus solicitus ac devotus extiterit, publice a comprovincialibus episcopis confundatur. Quod si nec sub tali confusione correxerit, donec emendet errorem, 4 communione fratrum habeatur indignus. '

' juniores vero, ut dignum est distringantur.

VI.

Si quis ab episcopo, vel de ecclesiæ vel de proprio jure crediderit aliquid repetendum, si nihil convicii aut criminationis objecerit, eum pro sola contentione a communione ecclesiæ non liceat submoveri.

27 quæst. 7. Si quis ab episcopo.

VII.

Abbatibus, presbyteris, omnique clero, vel in religionis professione viventibus, sine discussione vel commendatione episcoporum, pro petendis beneficiis, ' ad domnos venire non liceat. Quod si quisquam præsumpserit, tamdiu loci sui honore & communione privetur, donec per pœnitentiam plenam ejus satisfactionem sacerdos accipiat.

' principem

VIII.

Si servus, absente aut nesciente domino, & episcopo sciente quod servus sit, aut diaconus presbyter fuerit ordinatus, ipso in clericatus officio permanente, episcopus eum domino 5 duplici ' satisfactione compenset. Si vero episcopus eum servum esse nescierit, qui testimonium perhibent, aut eum supplicaverint ordinari, simili redhibitione teneantur obnoxii.

Dist. 54. Si servus absente.

' dupli

"Aurel. III. 25. Aurel. IV. 6.

IX.

Si diaconus, aut presbyter, crimen capitale commiserit, simul & officio & communione pellatur.

Dist. 81. Si diaconus aut.

X.

De hæreticis clericis qui ad fidem catholicam plena fide ac voluntate venerint, vel de basilicis quas in perversitate sua Gothi hactenus habuerunt; id censuimus observari, ut si clerici fideliter convertuntur, & fidem catholicam integre confitentur, vel ita dignam vitam morum & actuum probitate custodiunt, officium, quo eos episcopus dignos esse censuerit, cum impositæ manus benedictione suscipiant: & ecclesias simili, quo nostræ innovari solent, placuit ordine consecrari.

XI.

De his qui suscepta pœnitentia religionem suæ professionis obliti ad sæcularia relabuntur, placuit eos & a communione suspendi, & ab omnium catholicorum convivio separari. Quod si post interdictum cum eis quisquam præsumpserit 'manducare, & ipse communione privetur.

De pœnitentia dist. 5 De his qui.

' cibum sumens

ANNO CHRISTI 511.

XII.

Dist. 18. Si diaconus. Si diaconus, aut presbyter, pro reatu suo se ab altaris communione sub pœnitentis professione submoverit, sic quoque, si alii defuerint, & causa certæ necessitatis exoritur, poscentem baptismum liceat baptizare.

XIII.

Dist. 28. Si cuiquam. Ivo P. I. c. 191. Si se cuicumque mulier duplici conjugio, presbyteri vel diaconi relicta, conjunxerit, aut castigati separentur, aut certe, si in criminum intentione perstiterint, pari excommunicatione plectantur.

XIV.

10. q. 1. Antiquos can. Antiquos canones relegentes priora statuta credidimus renovanda, ut de his quæ in altario [6] oblatione fidelium conferuntur, medietatem sibi episcopus vindicet, & medietatem dispensandam sibi secundum gradus clerus accipiat, prædiis de omni commoditate in episcoporum potestate durantibus.

XV.

10. q. 1. De his quæ parochiis. De his quæ parochiis in terris, vineis, mancipiis, atque peculiis quicumque fideles obtulerint, antiquorum canonum statuta serventur, ut omnia in episcopi potestate consistant. De his tamen quæ in altario accesserint, tertia fideliter episcopis deferatur.

XVI.

Dist. 28. Episcopus pauperibus. Episcopus pauperibus, vel infirmis, qui debilitate faciente non possunt suis manibus laborare, victum & vestitum, inquantum possibilitas habuerit, largiatur.

XVII.

16. qu. 7. Omnes basilicæ. Omnes autem basilicæ, quæ per diversa loca constructæ sunt, vel quotidie construuntur, placuit, secundum priorum canonum regulam, ut in ejus episcopi, in cujus territorio sitæ sunt, potestate consistant.

XVIII.

Ne superstes frater torum defuncti fratris ascendat, neve se quisquam amissæ uxoris sorori audeat sociare. Quod si fecerint, ecclesiastica districtione feriantur.

XIX.

18 quæst. 2. Abbates pro humilitate. Abbates pro humilitate religionis in episcoporum potestate consistant; & si quid extra regulam fecerint, ab episcopis corrigantur: qui semel in anno, in loco ubi episcopus elegerit, accepta vocatione conveniant. Monachi autem abbatibus omni se [7] obedientiæ devotione subjiciant. Quod si quis per contumaciam extiterit indevotus, aut per loca aliqua evagari, aut peculiare aliquid habere præsumpserit; omnia quæ acquisierit ab abbatibus auferantur, secundum regulam monasterio profutura. Ipsi autem qui fuerint pervagati, ubi inventi fuerint, cum auxilio episcopi tamquam fugaces sub custodia revocentur. Et reum se ille abba futurum esse cognoscat, qui in hujusmodi personas non regulari animadversione distrinxerit, vel qui monachum susceperit alienum.

XX.

27. quæst. Monacho orario. Monacho uti orario in monasterio, vel [8] tzangas habere non liceat.

XXI.

[9] Monachus si in monasterio conversus, vel pallium comprobatus fuerit accepisse, & postea uxori fuerit sociatus, tantæ prævaricationis reus nunquam ecclesiastici gradus [f] officium sortiatur. [f] officio sociatur.

XXII.

18 quæst. 2. Nullus monachus. [g] cellam. Nullus monachus, congregatione monasterii derelicta, ambitionis & vanitatis impulsu, [g] cellulam construere sine episcopi permissione, vel abbatis sui voluntate præsumat.

XXIII.

16 qu. 1. Si episcopus. Si episcopus humanitatis intuitu vineolas, vel terrulas, clericis vel monachis præstiterit excolendas, vel pro tempore tenendas, etiamsi longa transisse annorum spatia comprobentur, nullum ecclesia præjudicium patiatur, nec sæculari lege præscriptio quæ ecclesiæ aliquid impediat opponatur.

XXIV.

De consecr. dist. 3. Sacerdotibus. Id a sacerdotibus omnibus decretum est, ut ante paschæ solennitatem, non quinquagesima, sed quadragesima teneatur.

XXV.

De consecr. dist. 3. Nulli civium. Ut nulli civium paschæ, natalis domini, vel quinquagesimæ solennitatem in villa liceat celebrare, nisi quem infirmitas probabitur tenuisse.

XXVI.

De consecr. dist. 1. Cum ad celebrandas. Cum ad celebrandas missas in Dei nomine convenitur, populus non ante discedat, quam missæ solennitas compleatur, [10] & ubi episcopus fuerit, benedictionem accipiat sacerdotis.

XXVII.

De consecr. Dist. 3. Rogationes. [h] Rogationes, [11] id est litanias ante ascensionem domini, ab omnibus ecclesiis placuit celebrari; ita ut præmissum triduanum jejunium in dominicæ ascensionis festivitate solvatur: per quod triduum servi & ancillæ ab omni opere relaxentur, quo magis plebs universa conveniat. quo triduo omnes abstineant, & quadragesimalibus cibis utantur.

XXVIII.

XXVIII.

Clerici vero qui ad hoc opus ſanctum adeſſe contempſerint, ſecundum arbitrium epiſcopi eccleſiæ ſuſcipiant diſciplinam.

XXIX.

De familiaritate extranearum mulierum, tam epiſcopi, quam preſbyteri, vel diaconi, præteritorum canonum ſtatuta cuſtodiant.

XXX.

Si quis clericus, monachus, ſæcularis, divinationem vel auguria crediderit obſervanda, vel ſortes, quas mentiuntur eſſe ſanctorum, quibuſcumque putaverint intimandas, cum his qui eis crediderint ab eccleſiæ communione pellantur.

XXXI.

Epiſcopus ſi infirmitate non fuerit impeditus, eccleſiæ cui proximus fuerit die dominico deeſſe non liceat.

[12] SVBSCRIPTIONES EPISCOPORVM.

Cyprianus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Burdegalenſis metropolis canonum ſtatuta noſtrorum ſubſcripſi, ſub die [13] VI. Idus Iulias, Felice viro clariſſimo conſule.

Tetradius epiſcopus eccleſiæ Bituricę metropolis ſubſcripſi.

Licinius epiſcopus eccleſiæ Turonicæ metropolis ſubſcripſi.

Leontius epiſcopus eccleſiæ Eluſanæ metropolis ſubſcripſi.

Gildaredus epiſcopus eccleſiæ Rothomagenſis metropolis ſubſcripſi.

Petrus epiſcopus eccleſiæ Santonicæ ſubſcripſi.

Chronopius epiſcopus eccleſiæ Petrocoricæ ſubſcripſi.

Boetius epiſcopus eccleſiæ Cadurcinæ ſubſcripſi.

Quintianus epiſcopus eccleſię Rutenicæ ſubſcripſi.

Eufraſius epiſcopus eccleſiæ Arvernicæ ſubſcripſi.

Sextilius epiſcopus eccleſiæ Vaſaticæ ſubſcripſi.

Nicetius epiſcopus eccleſiæ Auſcenſis ſubſcripſi.

Lupicinus epiſcopus eccleſiæ Ecoleſimenſis ſubſcripſi.

Adelfius epiſcopus [14] eccleſiæ Pictavorum ſubſcripſi.

Heraclius epiſcopus eccleſiæ Pariſiacæ ſubſcripſi.

Principius epiſcopus eccleſiæ Cenomannicæ ſubſcripſi.

Lupus epiſcopus eccleſiæ Sueſſionicæ ſubſcripſi.

Nepus epiſcopus eccleſiæ Abrincatinæ ſubſcripſi.

Epiphanius epiſcopus eccleſiæ Namneticæ ſubſcripſi.

Euſtochius epiſcopus eccleſiæ Andegavinæ ſubſcripſi.

Camillianus epiſcopus eccleſiæ Tricaſſinæ ſubſcripſi.

Litharedus epiſcopus [15] eccleſiæ Oxomenſis ſubſcripſi.

Modeſtus epiſcopus eccleſiæ Veneticæ ſubſcripſi.

Melanius epiſcopus eccleſiæ Redonicæ ſubſcripſi.

Edibius epiſcopus eccleſiæ Ambianenſis ſubſcripſi.

Sofronius epiſcopus eccleſiæ [16] Veromandenſis ſubſcripſi.

Mauruſio epiſcopus eccleſiæ Ebroicinæ ſubſcripſi.

Leontianus epiſcopus [17] eccleſiæ Conſtantinæ ſubſcripſi.

Livanius epiſcopus eccleſiæ Silvanectenſis ſubſcripſi.

Euſebius epiſcopus eccleſiæ Aurelianenſis ſubſcripſi.

Theodoſius epiſcopus eccleſiæ Autiſiodorenſis ſubſcripſi.

Aventinus epiſcopus [18] eccleſiæ Carnotenæ ſubſcripſi.

NOTÆ IACOBI SIRMONDI, S. I.

1. *Concilium.*] Certam nunc demum ſedem huic concilio defiget Felicis conſulatus, quem in ſubſcriptionibus præferunt multi codices antiqui. Fuit is conſul, ut eſt in faſtis, anno Chriſti DXI. quo ipſo anno vita functum Clodoveum regem annotat breve chronicum ſancti Vincentii Metenſis. Ante hunc prorſus annum ſtatui Clodovei obitus ſine errore non poteſt, cum ipſo ſuperſtite ac jubente celebratum eodem anno ſit concilium: nec multo fortaſſe ultra hunc annum differri, ut ſequentium conciliorum epochæ docebunt.

2. *Chlothovecho.*] Ita ſcriptum nomen regis in codice Pithœano & Corbeienſi: paulo lenius in Rhemenſi, ut in Aviti epiſtola, Chlodovecus vocatur, ex quo rurſus, emollita vocis aſperitate, Chlodoveus & Clodoveus a noſtris dici cœpit.

3. *Ab eccleſiæ atriis, vel domo epiſcopi*] Diſtinctius Lugdunenſis, Tilianus & Foſſatenſis: *ab eccleſiæ atriis, vel domo eccleſiæ, vel domo epiſcopi.* Can. 1.

4. *Communione fratrum habeatur indignus.*] Addendum fuit ex Rhemenſi: *Iuniores vero, ut dignum eſt, diſtringantur*: quæ tamen abſunt a Corbeienſi. In Lugdunenſi vero, Foſſatenſi, & aliis, totum caput deſideratur. Can. 5.

5. *Duplici ſatisfactione.*] Corbeienſis, Tilianus, & alii, *duple ſatisfactione.* quomodo etiam in collectione ſancti Benigni Can. 8.

6. *Oblatione fidelium.*] Plerique *oblatione fidei*, ut & collectio ſancti Benigni. & infra pro *prædiis*, quidam habent *præſidiis*, ſed collatio eadem *prædiis.* Can. 14.

7. *Obedientiæ devotione.*] Rhemenſis & Foſſatenſis, *omni obedientia devotione ſubjaceant.* Corbeienſis, *omni ſe obedientia & devotione ſubjiciant.* Can. 19.

8. *Tzangas habere*] Sic legunt Corbeienſis & Pithœanus. alii corrupte, *zancas*, *ciancas*, *chiancas*, quidam *zonas.* Can. 20.

9. *Monachus ſi a monaſterio.*] Ita Lugdunenſis & Anitienſis. Corbeienſis vero, Foſſatenſis, & alii: *Monachus in monaſterio converſus, vel qui pallium probatus fuerit accepiſſe, ſi poſtea*, &c. quidam, *vel ſi pallium.* Can. 21.

10. *Et ubi epiſcopus fuerit*] Librorum omnium conſenſu expuncta eſt negatio, quæ in vulgatis erat, manetque nunc etiam apud Gratianum, *ſi epiſcopus non fuerit* pro quo Burchardus lib. 3. cap. 29. & Ivo part. 3. cap. 34. legunt, *ſi epiſcopus defuerit* Error inde natus, quia ſacerdotem hoc loco diverſum eſſe putarunt ab epiſcopo, cum idem ſit Can. 26.

11. *Id eſt litanias*] Hæc etiam, quæ gloſſema redolent, a pleriſque abſunt manuſcriptis. ſunt tamen in Lugdunenſi & in collectione ſancti Benigni. Can. 27.

12. *Subſcriptiones epiſcoporum.*] Digeſtæ hactenus fuerant in vulgatis, neſcias quo conſilio, tum ſynodi hujus, tum ſequentium ſubſcriptiones in ordinem alphabeticum, quod in nullis exemplaribus antiquis factum memi-

ANNO CHRISTI 511.

meminimus. At in hisce antiquis, quia nonnulla etiam est varietas, vel in ordine ac serie, vel in nominibus episcoporum & civitatum, quam repræsentare universam non licuit, Pithœanum hic ferme codicem secuti sumus.

13 VI. *Idus Iulias.*] Corbeiensis & Pithœanus, VI. *Idus quinti mensis*; quod idem est. Quintus enim a Martio, unde anni exordium ducebant, mensis est Iulius: sicut in concilio Epaonensi mensis octavus est October, & in Aurelianensi tertio mensis tertius dicitur Maius.

14 *Ecclesia Pictavorum.*] Pithœanus idem, *Adelphius de civitate Ratiatica.* Corbeiensis, *Adelfius episcopus de Ratiate.* Rhemensis, Bellovacensis, & alii, *Ex civitate Pictavis Adelfius episcopus.* Idem ergo utrumque. Pictavensis enim episcopus Ratiatensis hoc loco dicitur a Ratiatensi tractu pagi Pictavici, de quo Gregorius Turonensis de gloria confessorum capite 54.

15. *Ecclesia Oxomensis.*] Corbeiensis: *Litaredus episcopus de Vxuma.* Rhemensis, & alii, *Ex civitate Vxoma Litaredus.* Vulgati Litaredum episcopum faciunt Lexoviensem Verum is in antiquis Lexoviensium episcoporum catalogis non legitur. Et fama est Oximi olim episcopalem cathedram fuisse, atque inde postea Saios translatam. Hodie certe Oximensis pagi caput sub Sagiensi est episcopo.

16. *Ecclesia Veromandensis.*] Pithœanus, *ecclesia Noiomagensis.* reliqui fere omnes, *Suffronius episcopus de Viromandis.* Quod eodem spectat, quia Veromandui in episcopatu sunt Noviomagensi.

17. *Ecclesia Constantina.*] Corbeiensis: *Leontianus episcopus de Constantia.* Rhemensis, atque Bellovacensis: *Ex civitate Briovere Leontius episcopus.* Leontium enim appellant etiam indices antiqui. Briovere autem vetus nomen urbis, priusquam ibi castra Constantia figerentur. Iterum in concilio quinto Aurelianensi: *Lauto episcopus ecclesia Constantina, vel Brioverensis.* Civitas est provinciæ II. Lugdunensis, de qua in Notitia.

18. *Ecclesia Carnotena*] Codex Corbeiensis, *Aventinus episcopus de Carnotas.* Rhemensis, & alii, *Ex civitate Carnotas Aventinus episcopus.* At in Pithœano episcopus dicitur ecclesiæ Dunensis, pro quo imperite ab aliis scriptum est *Dinensis*, vel *Diviensis*, qui nesciebant Dunum castrum esse diœcesis Carnotenæ, a quo ejus sedis episcopi Dunenses interdum sint appellati, quomodo Pictavenses Ratiatici.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Occasio & auctor hujus synodi quis.

a *Concilium.*] Hoc concilium qua occasione cujusve hortatu ac consilio congregatum, & a quo procuratum fuerit, indicat Hincmarus de rebus gestis S. Remigii his verbis: *Per concilium B. Remigii in Aureliana civitate episcoporum synodum convocavit, in quo conventu multa utilia constituta fuere.*

Clodoveus quibus armis Alaricum devicerit.

Clodoveus rex Christianissimus molestissime ferebat Alaricum Arianum nobilissimæ Galliarum provinciæ imperium tenere. Novo etiam Christiano & fortissimo principi suaserat beatus Remigius, cuncta dextere tunc processura, si ante omnia optimo religionis statui prospiceret, si ad debellandos hostes cum Dei timore pietatem custodiret, templa ad honorem Dei exstrueret, convocato " concilio collapsam ecclesiæ disciplinam reformari curaret: nullam denique vim, rapinam, aut injuriam rebus sacris inferri demandaret. Quibus consiliis rex pientissimus inductus, his aliisque bellicis apparatibus religiose præparatis, de rege Ariano devicto & prostrato gloriosum victoriæ triumphum comparavit.

" At quadriennio victoria præcessit concilium.

b *Aurelianense primum*] Hoc concilium denominatum est ab Aurelia, quæ est Galliæ Celticæ urbs insignis, hodie *Orleans* nuncupata. Antiquitus Genabum vocabatur, ut multi opinantur, cujus celeberrima fit mentio in commentariis Iulii Cæsaris de bello Gallico. Sita est ad Ligerim fluvium.

Episcopi celebres qui huic concilio interfuerunt.

c *Triginta duorum episcoporum*, &c.] Ex his sanctitate conspicui fuerunt, Gildaredus Rothomagensis, Lupus Suessionensis sancti Principii episcopi filius & in episcopatu successor, & sancti Remigii nepos: item Melanius Redonensis, Quintianus Rutenus & Theodosius Autissiodorensis; quos omnes habet sacer ecclesiæ catalogus, quæ eosdem colit, publicoque præconio singulis annis celebrat. Sed & Leontius Tolosanus inter episcopos hujus temporis magni nominis extitit. Qui vero in castris Clodovei tunc militavit, Aquilinus vir illustris, abdicato sæculo, postea creatus

A episcopus Ebroicensis, egregia sanctitate enituit, ut res ab eo præclare gestæ testantur, apud Surium die 19. Octobris.

ANN. CHRIST. 511. Tempus concilii.

d *Symmachi papæ XIII.*] Anno illo quo Alaricus rex Arianus a Clodoveo rege Christianissimo occisus est, qui est Christi 507 Symmachi papæ nonus, Anastasii imperatoris 17. nam sub consulatu Messalæ, & Alarici regis anno regni 22. Agathense concilium permissu ejusdem regis necdum catholicos persequentis celebratum fuisse supra diximus. Cum itaque hæc synodus habita sit, ut patet can. 12. post regem Alaricum a Clodoveo in pugna occisum, postque Gothos ex Gallia exactos, hoc anno, qui est 23. & ultimus Alarici hanc synodum convocatam fuisse oportuit: siquidem Isidori Hispalensis testimonio certum sit, Alaricum non nisi viginti tribus annis in Gallia regnasse. Vide quæ notavimus supra in notis concilii Agathensis in fine, verbo *Alarici.*

Clodoveus quo tempore regnum adeptus. " in his errat Binius.

e *Clodovei regis XXX.*] Clodoveus anno domi- B ni 484. " defuncto Childerico Francorum rege apud Parisios in Galliis regnanti patri suo successit. Tenuit regnum annis triginta, ut tradit Gregorius Turonensis libri 2. histor. in fine. Parens licet ethnicus sanctissimam Genovefam coluit: filius vero non tantum eamdem veneratus est, sed & muneribus frequentavit: qui dum adhuc gentilis esset, magna etiam veneratione prosecutus est sanctum Remigium Rhemensem episcopum, eique amplissimas villas dono dedit. Vnde divina providentia factum, quod dum Romanum occidentale imperium collapsum erat, triplicisque generis barbari, Gothi nimirum, Burgundiones & Franci Gallias occupabant, ejus tantummodo gentis regnum ad posteros feliciter propagaretur, penes quam cultus pietatis foret excellentius effulsurus. Anno regni sui decimo, Christi 494. Clodoveus fœdere nuptiarum junxit sibi in matrimonium Clotildem Christianam feminam, neptem Burgundiæ regis Gundebaldi, cujus indesinenti oratione ac prædi- C catione commotus, anno regni sui 15. Christi domini 499. dum ope Christi Alemannos miraculose vicisset, illustratione sacri baptismatis filius lucis effectus est. A S. Vedasto cathechizatum & in fide instructum sanctus Remigius Rhemensis episcopus præviis miraculis pluribus baptizavit: e quorum numero hoc celeberrimum est, quod ore columbæ cælitus advenientis ampulla chrismatis allata fuerit, qua cum rege Clodoveo fons baptismatis solito more consecratus fuit. Hincmarus in vita S. Remigii die 13. Ianuarii. Quo eventu quove bellico apparatu Galliam ab Alarico rege Ariano liberaverit, supra dixi. Anastasius imperator, ut tantum principem demereret, consularem dignitatem eidem obtulit: sed rex Christianissimus munus ab hæretico oblatum spernens, codices consulares cum insignibus remisit. Post res bellicas Parisios profectus in febrim incidit gravissimam: ad quam curandam, post multa medicorum consilia, accersitus est sanctissimus vir Severinus Agaunensis mo- D nasterii abbas, vir magni nominis, & miraculorum virtute clarissimus, qui super ægrotantem regem præmissis precibus casulam, qua indutus erat, imponens, febrim ejus medullis fixe inhærentem fugavit. Restitutus sanitati, flexis genibus Dei servum est veneratus: cui etiam ob gratiarum actionem illud præstitit, ut quos vellet vinctos e carcere liberaret, pauperibusque quantum vellet ex regio thesauro acceptum erogaret. Hæc Faustus presbyter scriptor hujus sæculi. Ipsis primordiis Hormisdæ papæ (quem aurea corona cum gemmis exornata donaverat) primitiæ Christianorum regum Galliæ Deo oblatæ in cælum translatæ fuerunt, anno vitæ 45. & regni trigesimo, qui erat Christi domini " 514. & Hormisdæ pontificis primus.

Clodoveus ducit Gundebaldi neptem Clotildem in uxorem.

Clodoveus a S Remigio baptizatur.

Clodoveus oblatam cōsularem dignitatem renuit. Miraculose sanatur a Severino Agaunensi.

" errat hic quoque.

f *Sacerdotes in unum colligi jusseritis.*] Suasu & hortatu S. Remigii Rhemensis episcopi, ut supra diximus ex Hincmaro apud Surium.

E g *De oblationibus.*] Quæ dona S. Remigio cunctisque ecclesiis in Gallia rex piissimus contulerit, describuntur in testamento S. Remigii apud Brisson. de form. libro septimo. Ex quibus lector veterem usum de rerum ecclesiasticarum triplici distributione sancitum aperte cognoscit. Can. 5.

h *Rogationes, id est litanias*, &c.] Vide notas epistolæ Hilarii pontificis supra. Can. 27.

PSEVDO-

ANNO CHRISTI 512.

[a] PSEUDOSYNODVS SIDONIA PALÆSTINÆ.

Quam ad damnandam ſynodum Calchedonenſem Eutychiani & Acephali congregarunt, atque in ea juſſu Anaſtaſii imperatoris Flavianum Antiochenum & Eliam Hieroſolymitanum orthodoxos epiſcopos Calchedonenſis concilii defenſores ſedibus ſuis ejiciendos eſſe decreverunt.

[a] *Pſeudoſynodus.*] Hoc conciliabulum ab Anaſtaſio imperatore hæretico adverſus dominum & adverſus Chriſtum ejus indictum, celebratum eſt ab hæreticis octoginta epiſcopis apud Sidonem in Palæſtina anno domini 512. qui eſt Symmachi 14. & Anaſtaſii imperatoris 22. De rebus in ſynodo geſtis hæc ſummatim Marcellinus in chron. ſub conſulatu Pauli & Muſciani. *Porro redintegrata pravitate, Anaſtaſius infamem & irridendam ſynodum apud Sidonem civitatem octoginta ferme perfidorum epiſcopis congregatis adverſus orthodoxorum epiſcopos fieri imperavit. Flavianus Antiochiæ catholicus patriarcha & Ioannes Paltenſium pontifex, quoniam hanc cœtum ſacrilegum refellerunt, in caſtellum, quod Petra dicitur, exules miſſi ſunt. ibi Flavianus confeſſor Chriſti in domino requievit: Ioannem Iuſtinus Auguſtus mox imperator factus revocavit.* Concilio Nicæno II. act. 1. ex actis hujus conciliabuli hæc recitata ſunt. *Variis modis Flavianum afflixerunt, & vexarunt, cogentes interim, & obtorto collo huc trahentes, ut acta Calchedonenſis ſynodi anathemate proſequeretur: quo nolente, epiſcopatu ſuo privatus, in exilium quoque damnatus eſt.* Hæc prolixius deſcribunt monachi Palæſtinæ in epiſtola ſua ad Alcyſonem Nicopolitanum epiſcopum catholicæ fidei profeſſorem: extat apud Evagrium lib. 3. cap. 32. Poſt quam idem auctor cap. 32. ſubjungit quomodo pſeudomonachi Flavianum ad damnandum Calchedonenſem ſynodum invitantes ab Antiochenis civibus catholicis & orthodoxis cæſi fuerunt. Vide Baronium anno 512. num. 19. & ſequentibus.

DE EA ET DVABVS CONSTANTINOPOLITANIS,

hæc habet libellus ſynodicus.

[b]** CONSTANTINOPOLITANA, CONTRA EVPHEMIVM.

ZΗΝΩΝΟΣ γοῦν τελευτήσαντος, Ἀριάδνην τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ τὴν βασιλείαν διεδέξατο Ἀναστάσιος· καὶ σύνοδον αἱρετικὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει συστησάμενος, διὰ τὴν ἁγίαν ἐν Καλχηδόνι σύνοδον, μυρίαις συκοφαντίαις ὑποβαλών, Ἀρμενίας ἐπέκεινα ἐξώρισεν τὸν Εὐφήμιον· καὶ τῷ θρόνῳ ἀντικατέστησε τὸν ὁσιώτατον Μακεδόνιον. Ὅστις ἀφελῆ ποιησάμενος σύνοδον, τὰ ἐν Καλχηδόνι δογματισθέντα ἐγγράφως ἐκύρωσε· τὸ Ἑνωτικὸν δὲ Ζήνωνος φόβῳ Ἀναστασίου παρεσιώπησεν.

ZENONE igitur mortuo, & Ariadnen uxorem ipſius, & imperium ſuſcepit Anaſtaſius: & ſynodo hæretica Conſtantinopoli congregata, propter ſanctam Calche- A donenſem ſynodum, infinitis calumniis obruit, & ultra Armeniam in exilium egit Euphemium: & ſolio denuo reſtituit beatiſſimum Macedonium: qui ſimplici convocata ſynodo, decreta quidem Calchedonenſia ſcripto confirmavit: Henoticum vero Zenonis, metu Anaſtaſii ſilentio præteriit.

SIDONIA, CONTRA CALCHEDONENSE.

TOΥ Κναφέως τοίνυν Πέτρου ἀποβληθέντος, Παλλάδιος τὸν θρόνον Ἀντιοχείας παρέλαβε· κἀκείνου τελειωθέντος, Φλαβιανὸς τὸ Ἑνωτικὸν ἐδέξατο Ζήνω- B νος· καὶ τὰς ἁγίας τρεῖς οἰκουμενικὰς συνόδους κυρώσας ἐγγράφως, τὴν ἐν Καλχηδόνι παρεσιώπησε, τῷ βασιλεῖ χαριζόμενος. Καὶ ὁ βασιλεὺς δὲ Ἀναστάσιος δι' Εὐτροπίου τριβούνου, Φλαβιανῷ, καὶ τῷ Ἱεροσολύμων Ἠλίᾳ ἐν Σιδόνι σύνοδον συναθροῖσαι παρεκελεύσατο, καὶ τὴν ἐν Καλχηδόνι ἁγίαν σύνοδον ὑποβαλεῖν ἀναθέμασιν. Ἀλλὰ ταύτην Ἠλίας διέλυσεν ἄπρακτον· δι' ἣν αἰτίαν τοῖς πατριάρχαις μεγάλως ὠργίζετο.

PETRO igitur Fullone rejecto, Palladius ſolium Antiochiæ ſuſcepit: eoque defun- C cto Flavianus, Zenonis Henoticum recepit: & cum tres ſanctas œcumenicas ſynodos ſcripto probaſſet, Calchedonenſem ſilentio præteriit, imperatori gratificatus. imperator autem Anaſtaſius per Eutropium tribunum, Flaviano, & Eliæ Hieroſolymitano mandavit, ut Sidonem ſynodum convocarent, & anathematiſmis ſacram Calchedonenſem ſynodum ſubjicerent. Verum hanc Elias re infecta dimiſit? quapropter patriarchis vehementer imperator ſuccenſuit.

ANTIOCHENA, EVTYCHIANORVM.

ΦΛΑΒΙΑΝΟΥ δὲ καταλαβόντος τὴν Ἀντιόχειαν, μοναχοί τινες ἀποσχίσται, καὶ τῆς Εὐτυχοῦς λώβης οὐ μέτριοι, σύνο- D δον λῃστρικὴν ποιησάμενοι, Φλαβιανὸν ἐξεδίωξαν βουκολήσαντες, καὶ Σευῆρον ἀντικατέστησαν. Οὗτος οὖν, σὺν διακοσίοις ἀποσχίσταις μοναχοῖς, ὁ Ἀκέφαλος, ἀπάρας ἐξ Ἐλευθερουπόλεως τῇ βασιλίδι προσώρμισε, κατὰ Μακεδονίου πολλὰ φρυαξάμενος· καὶ Ἀναστασίῳ δοὺς ὅρκον ὁ ἀσυνείδητος, ὡς οὐδέποτε κατὰ τῆς ἐν Καλχηδόνι ἁγίας συνόδου κινήσει· καὶ τοὺς ὅρκους ἐπάτησε, καὶ μετὰ μιαρᾶς συνόδου ταύτην ἀνεθεμάτισεν.

CVM autem Flavianus Antiochiam revertiſſet, monachi quidam apoſtatæ, & Eutychiani delirii ſectatores ſynodum præda- E toriam convocantes, Flavianum ejecerunt, & in exilium pepulerunt, eique Severum ſubſtituerunt. Hic igitur, qui Acephalus deinde dictus fuit; cum ducentis apoſtatis monachis, ex Eleutheropoli Conſtantinopolim contendit, & multa contra Macedonium fremens, dato etiam Anaſtaſio juramento, nulla conſcientiæ ratione habita, quod nunquam contra ſanctam Calchedonenſem ſynodum moturus aliquid eſſet: & juramentum conculcavit, & cum nefanda ſynodo illam anathemate notavit.

ANNO CHRISTI 512.

CONSTANTINOPOLITANA, TIMOTHEI.

ΑΝΑΣΤΑΣΙΟΣ τοίνυν ὁ βασιλεὺς Μακεδόνιον τὸν Κωνσταντινουπόλεως περιβαλὼν μυρίοις ἐγκλήμασι, τοῦ θρόνου ἐξώσας ἐν Γάγγραις ἐξώρισεν· καὶ οὐ μετὰ πολὺ αὐτόν τε ἀποστείλας, καὶ τὸν πρὸ αὐτοῦ Εὐφήμιον, χάριν τῆς καταδρομῆς τῶν Γότθων, ὡς ἑωρακότας ἀλλήλοις τοὺς πατριάρχας, ξίφει ἐτιμωρήσατο· αἱρετικόν γε Τιμόθεον, Κόλωνα καὶ Λιτρόβουλον τὸν ἐπιλεγόμενον, τῇ ἐκκλησίᾳ παρέδωκεν, ὡς ὁμόφρονα, καὶ τοῖς αὐτοῦ πειθαρχοῦντα βουλεύμασιν. Ὅστις ἀθεωτάτην ποιησάμενος σύνοδον, κατὰ τῆς ἐν Καλχηδόνι ἁγίας συνόδου ἠλάκτισε· καὶ συμφωνήσας Σεβήρῳ, ὁμοῦ τὰ συνοδικὰ αὐτῶν ἐκπέμπουσιν εἰς Ἱεροσόλυμα. ὧν μὴ δεχθέντων, πρὸς ὀργὴν ἐξῆψε τὸν Ἀναστάσιον· διὸ τῆς ἁγίας πόλεως τὸν Ἠλίαν, ἐν τῇ Εὐειλᾷ περιώρισεν. Ἰωάννην δὲ τῷ θρόνῳ ἀποκατέστησε, καὶ τὰ συνοδικὰ Σεβήρου καὶ Τιμοθέου ἐκεῖ διαπέμπεται.

ANASTASIVS igitur imperator Macedonium Constantinopolitanum innumeris circumventum criminationibus, solioque exturbatum, Gangras in exilium exegit: nec multo post etiam ipsum, & qui ante eum fuerat, Euphemium, quod ad Gotthos confugissent, & seipsos invisissent, patriarchas gladio punivit. Hæreticum autem Timotheum, qui Colon & Litrobulus cognominabatur, ecclesiæ reddidit, tanquam ejusdem secum sententiæ, & consiliis suis obtemperantem. Is impiissima congregata synodo, contra sanctam Calchedonensem synodum calcitravit: & Severo assentiens, una cum eo acta synodi Hierosolymam misit. Quibus non receptis, ad iram accendit Anastasium: quapropter & Eliam sanctæ civitatis episcopum in Euilam exulatum misit: Ioannem vero solio restituit, & acta synodica Severi & Timothei eo transmisit.

HIEROSOLYMITANA, THEODOSII ET SABÆ.

ΘΕΟΔΟΣΙΟΣ δὲ καὶ Σάβας τῶν ὀρθοδόξων ὑπέρμαχοι, καὶ τῆς ἐρήμου τῶν ἡγουμένων καὶ μοναχῶν οἱ ἀπλανεῖς ἀστέρες τῆς πίστεως, τὸ μοναδικὸν συναθροίσαντες σύστημα, τοὺς τὰ συνοδικὰ κομίσαντας τῶν ἁγίων τόπων ἐξήλασαν. Ὅπερ μαθὼν Ἀναστάσιος Θεοδόσιον καὶ Σάβαν ἐξορισθῆναι προσέταξεν. Οἱ δὲ προκαταλαβόντες τὴν ἔρημον, θείαν καὶ ἱερὰν μοναστῶν λογάδων συνεστήσαντο σύνοδον· καὶ τέσσαρας διαμαρτυρίας πλήρεις ὀρθοδοξίας συνάξαντες, δύο τῷ βασιλεῖ Ἀναστασίῳ ἐκπέμπουσι, μίαν τοῖς ἄρχουσι, καὶ Ἰωάννῃ ἄλλην τῷ διαδόχῳ Ἠλία τοῦ Θεοκήρυκος. Καθ' ὃν χρόνον ὁ τοῦ Βυζαντίου Τιμόθεος ἐτελεύτησε, καὶ Μηνᾶς τὸν θρόνον παρέλαβεν.

THEODOSIVS vero & Sabas orthodoxorum propugnatores, minimeque errantes stellæ" desertæ ducum & monachorum fidei, peculiari collecta congregatione, eos qui synodica illa acta attulerant, e sacris locis ejecerunt. Quod cum comperisset Anastasius, Theodosium & Sabam in exilium deportari præcepit. Hi vero præoccupato deserto divinam & sanctam monasticorum ordinum collegerunt synodum, & quatuor attestationibus doctrinæ orthodoxæ plenis collectis, duas quidem imperatori Anastasio miserunt, unam principibus, & quartam Ioanni, qui Eliæ Dei præconi successerat. Quo ipso tempore Timotheus Byzantinus obiit & Menas solium accepit.

" fidei, abbatum eremi & m. p. c. c.

SYNODVS BRITANNICA LOCO INCERTO HABITA,

In qua S. Dubricius constituitur archiepiscopus urbis Legionum, Theliaus episcopus Landaviæ.

CONTIGIT ut Dubricius, Landavensis protopræsul sedis, auctoritate synodi archiepiscopus urbi Legionum ad Iscæ fluenta, anno domini 512. designaretur. Non diu caruit suo gubernatore Landavia, ut Lelandus etiam narrat. Nam Theliaus, ut eo munere dignus, a patribus continuo subrogatus est. Ille quippe huic functioni solicite invigilans, egregium se pastorem exhibuit, ac bonis artibus ecclesiæ suæ ministros erudiendos anxie curavit. *Balæus centuria 1. in Theliao 58.*

ANNO CHRISTI 514.

VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA HORMISDÆ PAPÆ.

Ex libro pontificali.

[a] HORMISDA natione Campanus, ex patre Iusto, de civitate ' Frusinona, [b] sedit annos 8. dies 17. Fuit autem temporibus Theodorici regis & Anastasii Augusti, [c] a consulatu Senatoris, usque ad consulatum Symmachi & Boetii. Hic composuit clerum, & psalmis erudivit. Hic fecit basilicam in territorio Albanensi, in possessione Mesontis. [d] Eodem tempore ex constituto synodi misit in Græciam, humanitatem ostendens sedis apostolicæ ', quia Græci obligati erant sub vinculo anathematis propter Petrum Alexandrinum, & Acacium Constantinopolitanum episcopum. Sub Ioanne episcopo Constantinopolitano ', cum consilio Theodorici regis, direxit Ennodium episcopum Ticinensem, & Fortunatum episcopum Catanensem, & Venantium presbyterum urbis Romæ, & Vitalem diaconum sedis apostolicæ, & Hilarium notarium ad Anastasium Augustum ': sed nihil egerunt. [e] Item secundo misit Ennodium episcopum, & Peregrinum Mesenatem episcopum ', portantes epistolas confortatorias fidei, & contestationes secretas numero 19. ' & [f] textum libelli. In quo libello noluit assentire Anastasius Augustus, quia & ipse in hæresi Eutychiana ' communicaverat. Voluit itaque eos legatos per remunerationem corrumpere. Legati vero sedis apostolicæ, contempto Anastasio Augusto, nullatenus consenserunt accipere pecunias, nisi satisfactionem sedis apostolicæ operaretur. Tunc imperator repletus furore, ejecit eos per ' posterulam, &

' Frusione

' & reco[n]ciliavit Græcos

' Hic pa[pa] perrexit a[d] regē Theodericum Ravenna[m] & ex con[si]lio regis,

' & Pollio[nem] subdiaconum urbis

' & libell[um] per quem redirent; quod si no[luissent] epistolas suscipere, contestationes per civitates spargerent.

' erat consentiens.

' locum periculosum,

& imposuit eos in navi ' periculosa cum militibus, & magistrianis, & præfectis nomine Heliodoro & Demetrio. Quibus hoc dedit in mandatis imperator Anastasius, ut nullam civitatem ingrederentur. Legati vero sedis apostolicæ secretius suprascriptas epistolas fidei 19. per manus monachorum & orthodoxorum exposuerunt per omnes civitates. Quas tamen episcopi civitatum, qui erant complices Anastasii Augusti, omnes eas epistolas timore pro crimine Constantinopolim direxerunt. Tunc furore repletus Anastasius Augustus contra papam Hormisdam inter alia sacra sua hoc scripsit, dicens: Nos jubere volumus, non nobis juberi. [g] Eodem tempore nutu divinitatis percussus est ' fulmine divino imperator Anastasius, & obiit. Sumpsit itaque imperium [h] Iustinus orthodoxus, & direxit auctoritatem suam ad papam Hormisdam sedis apostolicæ per Gratum, Illustrem nomine: petens a sede apostolica, ut redintegraretur pax ecclesiarum. [i] Tunc Hormisda episcopus cum consilio regis Theodorici direxit a sede apostolica Germanum Capuanum episcopum, & Ioannem ' & Blandum presbyteros, & Felicem & Dioscorum diaconos sedis apostolicæ, & Petrum notarium, munitos ex omni parte fide ' & textu libelli pœnitentiæ. Qui venientes juxta Constantinopolim, tanta gratia fidei illis refulsit, ut multitudo monachorum orthodoxorum & illustrium virorum maxima multitudo occurreret: in quibus & Iustinus imperator & Vitalianus ' consul simul occurrerunt ad castellum rotundum, quod ' ducit usque in civitatem Constantinopolim, qui ingressi una cum Grato Illustri, suscepti sunt a Iustino orthodoxo Augusto cum gloria. Omnis itaque clerus una cum episcopo Ioanne Constantinopolitano, sensit, quod gratanter suscepti sunt. Sentientes quoque hoc, qui erant complices Acacii, incluserunt se in ecclesia majori, quæ vocatur sancta Sophia, & consilio facto, mandaverunt imperatori, dicentes: Nisi nobis reddita fuerit ratio, quare damnatus est episcopus ' noster Acacius, nullatenus consentimus sedi apostolicæ". Hic papa Hormisda perrexit ad regem Theodoricum Ravennam, & cum ejus consilio misit auctoritatem ad Iustinum, & cum vinculo chirographi, & textum libelli redintegravit ad unitatem sedis apostolicæ, damnans Petrum & Acacium, vel omnes hæreses. Hic invenit Manichæos, quos etiam discussos cum examinatione plagarum exilio deportavit. Quorum codices ante fores basilicæ Constantinæ incendio concremavit. [k] Hujus temporibus episcopatus in Africa post annos 74. ' revocatus est, qui ab hæreticis fuerat exterminatus. Eodem tempore venit regium donum cum gemmis preciosis a rege Francorum ' Clodoveo Christiano B. Petro apostolo. Sub hujus episcopatu multa vasa aurea vel argentea venerunt de Græcia, & euangelia cum tabulis aureis, cum gemmis preciosis pensantibus lib. 15. Patena aurea cum hyacinthis, quæ pensat libras 20. Patenæ argenteæ duæ, pensantes singulæ libras 25. Scyphus aureus cum gemmis, pensans libr. 8. Scyphus aureus circumdatus regno, pensans libras 8. Scyphi argentei deaurati 2. pensantes singuli libr. 5. Gabata electrina, pensans lib. 2. Thecæ ceræ aureæ 2. pensantes l. 6. Palliolum oloforum blateum cum tabulis auro tectis de chlamyde vel de stola imperiali, succinctorium super confessionem beati Petri apostoli. Hæc omnia a Iustino Augusto orthodoxa votorum gratia oblata sunt. Eodem tempore Theodoricus rex obtulit beato Petro apostolo cerostrota argentea duo, pensantia libras 70. Eodem tempore fecit papa Hormisda apud B. Petrum apostolum trabem, quam ex argento cooperuit, pensantem libras mille & 40. Hic fecit in basilica Constantiniana arcum argenteum ante altare, qui pensat libras 20. Canthara argentea 16. quæ pensant singula libras 12. Item ad beatum Paulum fecit arcus argenteos duos pensantes singulos libras 20. Canthara argentea 16. pensantia singula libras 15. Amas argenteas 3. pensantes libras 3. Scyphos argenteos stationales 6. cum ducibus, pensantes singulos libras 6. Hic fecit ordinationes in urbe Roma per mensem Decembrem, presbyteros 21. episcopos per diversa loca numero 55. Qui etiam sepultus est in basilica B. Petri apostoli, VIII. Idus Augusti, ' consulatu Maximi. Et cessavit episcopatus dies 7.

" ** *Ex cod. Hardyo.* Et facto simul concilio cum Iustino agitatum in conspectu omnium illustrium. Tunc legati sedis apostolicæ elegerunt ex suis Dioscorum diaconum ad reddendam rationem. qui tunc exposuit eis culpas Acacii, ut etiam omnes simul cum Iustino agitantes adclamarent dicentes & hic & in ævum damnatur Acacius. Eodem tempore jussit Iustinus rex accepta veritate ut sine aliqua dilatione facerent libellos omnes episcopi qui in regno Iustini erant & redirent ad communionem sedis apostolicæ: quod etiam factum est, & concordaverunt ab oriente usque ad occidentem, & cucurrit pax ecclesiæ. Qui textus libelli hodie in archivo ecclesiæ reconditus tenetur.

' abest a v. c. Manusc. v. c. Hardyi, quo hactenus usi sumus in recensendis vitis pontificum Romanorum.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Hormisda.*] Symmacho ex hac vita ad sempiternam gloriam perducto, summa totius Romani cleri concordia, schismate sublato, post dies septem ab ejus obitu VII. Kalendas Augusti, anno Christi 514. Anastasii imperatoris 24. & Theodorici regis Italiæ 22. Hormisda S. R. E. diaconus, pontifex est creatus. Quod cum toti orbi innotuisset, Clodoveus " rex Christianissimus cunctorum obsequium prævenit, & officia superavit. Nam suggerente Remigio, coronam auream cum gemmis, quæ regnum appellari solet, B. Petro donavit: qua re a Deo consecutus est mercedem eam, ut Francorum regni corona hactenus perseveret. Hujus temporibus Anastasius imperator Eutychianus multa ad opprimendum Calchedonense concilium molitus fuit. Bina legatione a pontifice monitus, ut ad uniendam orientalem cum occidentali ecclesiam nomen Acacii curaret expungi; non modo non obtemperavit, sed potius majore cum furore camdem persequi cœpit; maxime tunc, quando per fidei orthodoxæ simulationem favorem populi Constantinopolitani consecutus esset, Vitalianique præsertim rebellantis metum excussisset. Post multa scelera in ecclesiam Dei patrata; apparuit ei per visum viri candidi species in hæc verba ipsum compellantis: *Ecce propter perfidiam tuam, deleo tibi quatuordecim:* quibus in illo codice expunctis, tertio post die tonitrui fragore exanimatus est. Iustinus ex armentario & subulco imperator catholicus, fideique orthodoxæ singularis patronus, Anastasio Acephalorum defensori a senatu simul & exercitu universo subrogatus est. tunc in omnes hæreticos anathema est proclamatum; tunc quatuor œcumenica concilia approbata, eaque omnia gesta fuerunt quæ in actis concilii Constantinopolitani sub Hormisda celebrati infra describuntur. Rogatus Hormisda ut decretum concilii confirmet, prævia synodali consultatione respondit, petitam ab orientali ecclesia pacem, &

Quando Hormisda pontifex factus.

" f. Childebertus

Clodoveus rex donat B. Petro coronam auream.

Anastasii imperatoris gesta & obitus.

Iustinus succedit Anastasio.

Concilium sub Hormisda.

& communionem ita esse concedendam, si nomina Acacii, Euphemii & Macedonii, quos sacris tabulis restituerant, penitus delerent & expungerent. Quam ut & citius & facilius obtineret, legationem quamdam ad Iustinum & Constantinopolitanum episcopum ablegavit, quæ magna cura & industria singulari efficeret, ut Zenonis & Anastasii hæreticorum imperatorum memoria damnaretur, fidei formula subscriptione episcoporum firmaretur, ac denique ut nomen Acacii aliorumque quos sacris diptychis restituerant plane delerent & omnino extinguerent. Successit res pro voto sanctissimi pontificis. Ad communionem occidentalis ecclesiæ recepti fuerunt hoc tempore orientales, qui annis plus minus octoginta ab ecclesiæ unitate per schisma sese diviserant, idque accidit sanctissimo festo resurrectionis dominicæ absque ulla seditione & tumultu: tantaque cum admiratione, gratiarum actione & lætitia, quantam vix lingua ulla explicare valet. Hæc ex epistolis Hormisdæ Baronius. ex notis epistolarum & conciliorum infra subsequentium plura rerum sub Hormisda gestarum cognosces.

Lazorum rex catholicus factus.

Restituta fides catholica, nexibusque schismatis liberata, hoc bonum secum attulit, ut Lazorum regem & populum, hactenus veræ religionis divinæque legis expertem, ad Christianam fidem amplectendam induxerit. Auctor Miscell. lib. 15.

Quot annos sederit Hormisda.

b *Sedit annos 8. dies 17.*] Annis novem, diebus decem, a consulatu Cassiodori ad Maximum sedisse, Marcellinus in chron. & Vaticani indices attestantur: imo ipso Anastasius sibiipsi contrarius hic in fine obitum & sepulturam Hormisdæ, ingressumque Ioannis successoris Hormisdæ sub Maximi consulatu collocat. Quare erroneum est quod hoc loco de tempore pontificatus Hormisdæ scribit Anastasius.

c *A consulatu Senatoris usque ad consulatum Symmachi, &c.*] Errat Anastasius ut ex præcedentibus patet supra.

d *Eodem tempore.*] Prima legatio pontificis ad imperatorem, de qua plura vide apud Baron. anno 515. Item notas epistolarum Hormisdæ infra.

e *Item secundo misit Ennodium.*] Secunda legatio, quam anno Christi 517. pontificatus sui 4. misit ad imperatorem. De qua plura in notis epistolarum.

f *Textum libelli*] Extat infra inter epistolas Hormisdæ, cujus initium tale est. *Prima salus est*, &c.

Inter alia sacra sua hoc scripsit: *Nos jubere volumus, non nobis juberi.* Extat epistola hæc inter epistolas Hormisdæ post epist. 22. infra, cujus initium tale est: *Etsi magnum aliquid.* Circa finem hujus epistolæ ait: *Injuriari & annullari sustinere possumus, juberi non possumus.* Hæc imperator hæreticus Pharaoni simillimus, qui ut exertum contra se Vitaliani gladium vitaret, & instantia Dei flagella subterfugeret, astute simulaverat se velle Romano pontifici parere, atque adeo non nisi per speciem, ferream cervicem inclinavit: quando vero hæc pericula amota vidit, Moysen cum Deo, pontificem cum Christo obfirmata obstinatione contempsit. Quid post hæc acciderit in oriente, videre est ex relatione archimandritarum & monachorum secundæ Syriæ, quæ extat infra inter epistolas Hormisdæ post vigesimam secundam.

g *Eodem tempore, &c.*] Anno nimirum Christi 518. postquam annis 27. mensibus tribus & 29. diebus imperium orientale tenuisset. Quæ insomnia ante obitum perpessus fuerit, ex Zonara retuli supra. Vide Baron. anno 518. num. 16. & sequentibus.

h *Iustinus orthodoxus, & direxit, &c.*] Decreto & concilio synodi Constantinopolitanæ, ut patet ex notis ejusdem synodi, & ex epistolis Iustini, Ioannis Constantinopolitani & Iustiniani ad Hormisdam scriptis.

i *Tunc Hormisda, &c. direxit a sede apostolica Germanum, &c.*] Hac legatione orientales ad unionem & communionem ecclesiæ Romanæ recepti fuerunt, postquam jussu Romani pontificis obtemperantes, nomina Acacii, Euphemii & Macedonii e diptychis sacris expunxissent, fidem catholicam integre professi fuissent, & memoriam Zenonis atque Anastasii hæreticorum e numero imperatorum abstulissent. Horum nomina in codice Iustinianeo diversis legibus alibi præfixa adhuc inveniuntur, ideo quod Tribonianus homo gentilis & impius eumdem codicem compilarit, ut dicemus infra in notis ad vitam Felicis IV. Contingit hæc conciliatio orientalis ecclesiæ cum Romana sub consulatu Iustini anno domini 519. Hormisdæ pontificatus anno sexto.

k *Hujus temporibus episcopatus in Africa revocatus est, qui ab hæreticis fuerat exterminatus.*] Auctoritate quorumdam regum Vandalorum constitutum fuerat, ut supra vidimus, ne catholici in Africa in locum defunctorum alios episcopos ordinarent: verum Hildericus Hunerici filius, post obitum Trasamundi regis regno potitus anno nono Hormisdæ pontificis, qui est Christi 522. præcepit (teste Isidoro in chron.) ut sacerdotes catholici ab exilio reducerentur, & ecclesiæ aperirentur: idque priusquam regnaret, ne violaret religionem juramenti, quo Trasamundo prædecessori jam morituro promiserat, se catholicis in suo regno nullas ecclesias aperturum, nullaque privilegia restituturum esse. Voluit Deus beatissimum pontificem etiam hac benedictione augere, ut post restitutam orientalem ecclesiam catholicæ communioni, Africanam quoque longa persecutione vexatam, atque novissime a Trasamundo rege omnibus ejectis episcopis proculcatam, pristino splendori restitutam videret. His itaque aliisque muneribus a Deo locupleratus, tandem victoriæ coronam accepturus, sequenti anno ad superna est evocatus; quasi senis Simeonis instar jam responsum a domino accepisset, non visurum se mortem, nisi videret Christum dominum; nempe dissoluto schismate orientalem ecclesiam occidentali unitam, & occidentalem in Africa, sublato persecutore tyranno, in integrum restitutam.

EPISTOLA I. HORMISDÆ PAPÆ AD S. REMIGIUM RHEMENSEM episcopum.

Post acceptas ab eo gratulatorias literas, eidem, ob præclaram meritorum excellentiam, & nobilissimæ sedis prærogativam, vicariam sedis apostolicæ præfecturam in Gallia delegavit.

Dilectissimo fratri Remigio Hormisda.

SUSCIPIENTES plena fraternitatis tuæ congratulatione colloquia, quibus nos germanæ salutis tuæ lætificavit indicio corporali cum spiritualibus officiis incolumitas subnixa; congruum esse perspeximus hanc ipsam, quam mente gerimus, verbis aperire lætitiam. Agis enim summi documenta pontificis, dum & prædicanda facis, & ea insinuare non differs. Prærogativam igitur de nostri sumpsimus electione judicii, quando id operatum te esse didicimus, quod ceteris agendum obnixius imperamus; ut in provinciis tanta longinquitate disjunctis, & apostolicæ sedis vigorem, & patrum regulis studeas adhibere custodiam. Vices itaque nostras per omne regnum dilecti & spiritualis filii nostri [a] Ludovici, quem nuper, adminiculante superna gratia, plurimis & apostolorum temporibus æquiparandis signorum miraculis prædicationem salutiferam comitantibus, cum gente integra convertisti, & sacri dono baptismatis consecrasti, salvis privilegiis quæ metropolitanis decrevit antiquitas, præsenti auctoritate committimus: augentes studii hujus participatione ministerii dignitatem, relevantes nostras ejusdem remedio dispensationis excubias. Et licet de singulis non indigeas edoceri, a quo jam probavimus acutius universa servari; gratius tamen esse solet, si ituris trames ostenditur, & laboraturis injuncti operis forma monstratur.

[a] Iam a[b] anno 511. obierat.

Quæ de[beat] cust[o]dire, dec[la]rat.

Paternas igitur regulas & decreta sanctissimis definita conciliis ab omnibus servanda mandamus. In iis vigilantiam tuam, in his curam & fraternæ monita exhortationis ostendimus. His ea (quantum dignum est) reverentia custoditis, nullum relinquit culpæ locum sanctæ observationis obstaculum, ibi fas, nefasque præscriptum est: ibi prohibitum, ad quod nullus audeat aspirare: ibi concessum, quod debeat mens Deo placitura præsumere. Quoties universale poscit religionis causa concilium, te cuncti fratres evocante conveniant:

&

A & si quos eorum specialis negotii pulsat intentio, jurgia inter eos oborta compesce, discussa sacra lege determinando certamina. Quidquid autem illic pro fide & veritate constitutum, vel provida dispensatione præceptum, vel personæ nostræ auctoritate fuerit confirmatum, totum ad scientiam nostram instructa relationis attestatione perveniat. Eo fit, ut & noster animus officii caritate dati, & tuus securitate perfruatur accepti. Deus te incolumem custodiat, frater carissime.

[a] EPISTOLA ANASTASII AD HORMISDAM PONTIFICEM.

B Pontificem precatur, ut ad componenda in Scythiæ partibus orta dissidia concilium congregari velit.

Victor Anastasius, pius, felix, inclytus, triumphator, semper Augustus, Hormisdæ sanctissimo ac religiosissimo archiepiscopo & patriarchæ.

BEATITUDINI vestræ non putamus ignotum, quod pro temporis qualitate loquendum, atque tacendum, etiam divinæ scripturæ provida est admonitione dispositum. Exactum proinde silentii tempus incitamenta nobis loquendi concessit. Atque ideo opportunum esse perspeximus, quæ apud nos sub religionis specie commoventur, auditui vestro committere. C Ante hoc siquidem duritia eorum quibus episcopatus, quem nunc geritis, erat solicitudo commissa, temperare nos a transmittendis faciebat epistolis. Nunc autem currens de vobis suavis opinio, ad memoriam nostram bonitatem paternæ affectionis adduxit, ut illa requiramus quæ Deus & salvator noster sanctos appostolos divino sermone docuit, ac maxime beatum Petrum, in quo fortitudinem ecclesiæ suæ constituit. His igitur præfatis initiis, hortamur, ut ad ea quæ de Scythiæ partibus mota sunt, unde & concilium fieri convenire perspeximus, mediatorem se apostolatus vester faciat, ut contentionibus amputatis, unitas sanctæ restituatur ecclesiæ. Nobis autem omnia optata præstantur, si orationibus vestris, & frequenti paginarum al- D locutione nostri memores fueritis. Data pridie Idus Ianuarii Constantinopoli. Et accepta Anthemio & Florentio VV. CC. consulibus v. Kal. Aprilis per Patricium.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Epistola Anastasii*] Adversus Anastasium imperatorem, exturbatorem orthodoxorum episcoporum, excitavit Deus Vitalianum Scytham magistrum equitum, qui occupatis aliquot provinciis, prædando Constantinopolim usque processit, profitens, teste Marcellino in chron. se pro orthodoxorum fide, & revocando Macedonio episcopo Constantinopolitano, (quem relegaverat imperator) omnia agere. Res suas deploratas esse videns Anastasius, pacem petit, jurans cum senatu se legatos revocaturum, Macedonio & Flaviano suos episcopatus redditurum, concilium Heracleæ acturum, & ad illud Romanum pontificem evocaturum. E Indicto igitur Heracleæ concilio, 25. Decembris anno domini 514. ad Romanum pontificem dat epistolam infra post tertiam Hormisdæ extantem, de futura synodo eum certiorem reddens, ac rogans ut ad conciliandas ecclesias suum exhiberet adventum. Ut id facilius impetrarent, cum rei præstandæ summam potestatem apud Romanum pontificem esse scirent. Vitalianus & Anastasius Patricium virum clarissimum cum hac epistola legatum miserunt ad Hormisdam papam; cui Dorotheus Thessalonicensis episcopus suas infra extantes adjunxit ejusdem fere argumenti. Quid pontifex responderit, ex tribus sequentibus epistolis constat.

II. RESPONSORIA AD ANASTASIUM IMPERATOREM.

Laudat eum, quod ecclesiæ paci studeat, & cum causam cur concilium cupiat congregari cognoverit, scribit se illi responsum daturum.

Hormisda episcopus Anastasio Augusto.

GRATIAS supernæ virtuti, quæ pervestræ pietatis affatus diuturnum dignata est terminare silentium, tale præstans collocutionis exordium, ut & de vestræ clementiæ prosperitate lætemur, & ad unitatem, Deo donante, reverti posse sanctam confidamus ecclesiam. Hoc opus supernæ clementiæ, hæc & decessorum nostrorum fuit semper oratio: quos etiam rerum actus paternæ traditionis ministros, & rectæ fidei declarant fuisse custodes. Pax est enim totius bonitatis initium, qua nihil, quantum ad catholicæ fidei cultum, validius, nihil æstimari oportet excelsius: pro hac scilicet facere, & cuncta sustinere convenit, qui sanctarum scripturarum probabilis cupit esse discipulus. Hanc omnium bonorum matrem & nutricem Christum dominum nostrum suis constat prædicasse discipulis, dicentem: *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis.* Quam vos religiosi cura propositi, domino aspirante, providentes, de orthodoxæ concordia cogitatis ecclesiæ in beati apostoli Petri reverentia, divina specialiter præcepta servantes. Quæ res majorem superni favoris defensionem vestro procurat imperio. Recte enim oblata Deo veneratio inexpugnabilem devotis mentibus murum defensionis indulget. Proinde omnipotentem Deum fusis precibus exoramus, ut qui vobis studium quærendæ ecclesiarum pacis indulsit, ipse quoque sub conservatione catholicæ fidei, desiderio vestro super hac parte præstet effectum. Præterea directis ad nos sacris affatibus commemorationem sancti concilii facere pietas vestra dignata est. De qua re tunc plenissimum poterimus præbere responsum, cum causam congregationis nos voluerit evidenter agnoscere. Nunc vero quia præstante domino nostro, data est facultas alloquio, congrua veneratione debiti præbebimus sermonis officia. Data pridie Nonas Aprilis Florentio viro clarissimo consule.

Defendit antecessores pontifices, quos Anastasius nimis duros fuisse arguerat. *Ioan. 14.*

Concilium non congregandum nisi causa cognita a pontifice.

Anno domini 515.

EPISTOLA DOROTHEI THESSALONICENSIS EPISCOPI ad Hormisdam pontificem.

Pontificem laudat, quod ecclesiæ curet unitatem, seque cupere ait, ut hæreticis damnatis, Romanæ ecclesiæ debitus honor præstetur.

Sacro, beatissimo, & comministro papæ Hormisdæ Dorotheus episcopus Thessalonicensis in domino salutem.

AIT quodam loco cuncta beatissimus divinorum præceptorum promens miracula Salomon: *Sicut aqua frigida animæ sitienti suavis est, sic benignum nuntium longinquis ex terris.* Et sacer David spiritualem pulsans lyram psallit: *Prov. 25.*

Apud Paulum ad Rom. 10.

Quam speciosi pedes eorum qui evangelizant bona: sic equidem & nos cunctos docens. Quid quid autem est ita animæ hominis suave, aut ita impinguat ossa, quam speciosō nuntio cognoscere veræ pacis nuntiatorem? & rectæ nunquam errantes propugnatores fidei ad ecclesiarum sanctarum transire gubernacula; & tamquam ex arce quadam ad consensum Dei congregare dispersa, & continuo quidem ad principatum tuæ sedis festinantes venerandi fratris supplicationibus annuentes, membra ecclesiæ, quæ vobis Christus & Deus noster credidit, contemnentia prius concordiam, ad unitatem venire; & * præcedentem divisionem, atque invidiam vestræ tantum ordinationis perimere * calculo, & nunc in concordiam, atque societatem * confluere omnem terminum sanctæ illius ecclesiæ?

* præcidentem
* clanculo,
* conflare, *vel* cōstare

Hæc didicimus, non ante multa spatia temporis: sperabamus autem & antiquam consuetudinem cognoscentes ecclesiæ, & vestrum audientes socialem & irreprehensibilem morem, ex vestris literis firmiora atque manifestiora cognoscere. Sed quia tempus hiemis ad hæc vos implenda retinuisse consideratur; & aptum, & debitum fuit, plenam & Dei amatricem caritatem etiam * scabra transire: scribo & alloquor beatum vestræ sanctitatis caput, significans collætari nos beatæ sedi sacratissimi Petri apostoli, quod tali regitur manu, quæ suscepit non qui honorem raperet, sed qui raperetur ab eo, & (sicut sermo multiplex tradit, & nos ita se habere credimus) nutritorem pacis, & rectæ fidei certatorem, & * humilitate mentis & caritate quæ circa cunctos est tamquam preciosis lapidibus coronatum.

* scrupulosa
* humanitate

Etenim cuncta te volo, venerande pater, agnoscere, quod ex antiquis sanctis & venerandis patribus suscipiens illius beatæ sedis affectum: * ad hanc tamquam paternam sortem custodiens, addere hoc opto atque festino, ut veniat in hoc studio terminus utilis humanitate quidem domini & Dei nostri Iesu Christi, intercessionibus autem in cunctis beatissimi apostoli Petri, & in omnibus sapientissimi Pauli; ut venerandæ eorum sedi & tuæ beatitudini juste debitus honos custodiatur, atque * reddatur, ut nostris temporibus, velut secundum principatum sedis apostolicæ honorem congruentem suscipiat, omnis discordia recedat, & ecclesiæ omnium vestrum catholica voluntate, domini etiam & Dei nostri Iesu Christi, & Nestorium & Eutychetem impios, & horum servantes dogmata, & qui istorum fuere sectatores aut extant, & omnem hæresim anathematizent semper, & rectam atque incontaminabilem fidem inconcussam, tamquam ancoram certam atque firmam teneant, & parent jam pacem, nullo (quod absit) impediente; præsertim venerando capite vestro (sicut didicimus) homines contentiosos horrente, quibus & vita & esca est sacerdotum Dei inter se altercantium separatio: qui non ab omnibus velociter cogniti, tamquam lupi in vestimentis ovium, facile ab apostolica ecclesia repellantur.

* &
* addatur,

Ista nunc scripsi beato capiti vestro per Patricium virum spectabilem, communem filium, & consuetudinis affectu superans rationem, & circa illam beatam sedem caritate devinctus, & omni die videre desiderans congruentem atque debitam venerationem ei servari. Scribe igitur, in cunctis beate, tamquam unanimi & optanti animam quoque offerre pro fide orthodoxa & ecclesiarum pace sanctarum, & ut custodiantur venerandæ sedi in omnibus beati Petri convenientia: quod facile fiet, ordinata unitate cunctorum, & omnium ad vos tamquam ad firmum festinantium portum. Divisiones etenim contra contemnere consueverunt, & ordini decentia non servant. Omnem fraternitatem quæ est vestræ sanctitati conjuncta, & ego, & qui mecum sunt, multum in domini salutamus. *Et alia manu*: Salvari me in domino orate, sanctissimi & beatissimi patres. Accepta epistola Dorothei episcopi Thessalonicensis ecclesiæ missa per Patricium V. C. sub data * quinto Kalendas Aprilis, Florentio viro clarissimo consule."

* die
" Anno domini [...]

III. AD DOROTHEVM THESSALONICENSEM EPISCOPVM.

Laudat ejus pietatem & studium in Romanam sedem.

Dilectissimo fratri Dorotheo episcopo Hormisda episcopus.

VBI caritatis interest servare præcepta, etiamsi aliquid tale eveniat quod cujuslibet possit animos commovere, tamen ut ea quæ concordiæ conversatione prædiximus debeant custodiri, oportet æquanimiter prætermitti, quia utique si quid ignorantia tale proveniat, excusationem potest de ipsa simplicitate recipere. Suam Deus noster ecclesiam propria ordinatione constituit, ut quod divinis præceptis noscitur esse dispositum, nullatenus poterit præteriri, cujus notitiam, vel scientiam, te non convenit ignorare. In faciendo namque bona laudamur, & tunc verborum cultus ornatur, quando sibi convenientia rite conjungit. Literas siquidem per Patricium filium nostrum spectabilem virum tuæ suscepimus caritatis, in quibus speramus opus plenum & probabile reperire, ut nihil esset quod ab integritate unitatis secerneret. Sed quia in his ipsis hunc promittis affectum, qui nos ad hoc quod prædiximus possit specialiter provocare, domino nostro preces effundimus, ut ipse cujus & causa tractatur, absterfis vel amputatis universis scandalis, & ecclesia sua sub uno consensu & parili faciat fide connexos: nec in sacerdotibus suis quidquam reperiri patiatur, quod cujuslibet aut odiis propriis, aut inanibus intentionibus, aut hominibus in injuriam Dei, quod nefas est, velle placere; & non magis universa, secundum beatum apostolum, sæcularia contemnentem a spe non possit exorbitare futura. Hortor propter commune remedium, invito pro salute fidelium, propter generalem suadeo medicinam. Quis namque contentus est hos videre divisos, quorum potest unitate gloriari? Vnde opus est labore communi, ut hoc, quod a patribus nostris accepimus, conservantes secunde nisi in illo, possimus divino astare judicio.

EPISTOLA

EPISTOLA ANASTASII AVGVSTI AD HORMISDAM PONTIFICEM.

Concilium Heracleæ ad componendas in Scythia de fide ortas quæstiones esse congregandum, ipsumque pontificem, ut ad illud accedat, precatur.

Anastasius Augustus Hormisdæ papæ.

OMNIBVS negotiis divinæ res præponendæ sunt: Deo etenim omnipotente propitio, rempublicam & conservandam & meliorandam esse confidimus. Quia igitur dubitationes quædam de orthodoxa religione in Scythiæ partibus videntur esse commotæ, id specialiter clementiæ nostræ placuit, ut venerabilis synodus in Heracleotana civitate provinciæ Europæ celebretur, quatenus concordantibus animis, & omni veritate discussa vera fides nostra omni orbi terrarum manifestius innotescat, ut deinceps nulla possit esse dubitatio, vel discordia. Quapropter sanctitas tua cum quibus sibi placuerit reverendissimis episcopis, quos de ecclesiis sub sui sacerdotii cura constitutis idoneos & instructos erga orthodoxam religionem esse probaverit, ad præfatam Heracleotanam civitatem intra diem Kalendarum Iuliarum venire dignetur. Data v. Kal. Ianuarii Constantinopoli. Senatore V.C. consule. Accepta pridie Idus Maii, Florentio V. C. consule.

IV. AD ANASTASIVM IMPERATOREM AVGVSTVM.

Imperatoris zelum commendat: quoad concilium, per legatos se responsurum pollicetur.

Hormisda Anastasio Augusto per Severianum.

BENE clementia vestra confidit, sicut datis ad me gloriosis designavit affatibus, quod reipublicæ vestræ specialiter proficiat, si negotiis omnibus orthodoxæ fidei causa præponatur. Hæc est enim, venerabilis imperator, de suscepto moderamine rectoris cura salubrior, ut ejus sibi favorem per opera bona concilier, qui universum & tribuit, & regit imperium. Proinde me quoque & domino nostro Iesu Christo convenit supplicare, ut qui de ecclesiæ suæ concordia vestram pietatem cogitare voluit, hunc super hac parte concedere dignetur effectum; quatenus temporibus vestris orthodoxa fide præditus universus terrarum orbis exultet. De his vero quæ pro synodali congregatione præcepistis, quid fieri oporteat, [a] per fratres & coepiscopos meos, qui propere subsequentur, gloriæ vestræ insinuanda mandavi: quorum suggestione, si divinus favor mea vota prosequitur, competentius poteritis universa cognoscere. Data VIII. Idus Iulii, Florentio consule.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Per fratres & coepiscopos.*] Quatuor legatos in sequentis indiculi inscriptione nominatos misit, non ad concilium celebrandum, sed tantum ad explorandum qua intentione synodum fieri postulasset: an fidem catholicam, prout promiserat, profiteri, epistolam sancti Leonis recipere, & hæreticos anathematizare paratus esset: ne scilicet majestas sedis apostolicæ eluderetur ab ipso, dum non ad fidem catholicam stabiliendam, sed ad regnum confirmandum, Vitalianumque avertendum pontificia auctoritate abuteretur. Quonam modo apud imperatorem se gerere deberent, sequens indiculus & commonitorium refert.

INDICVLVS QVI DATVS EST *Ennodio & Fortunato episcopis, Venantio presbytero, Vitali diacono, & Hilaro notario, legatis apostolicæ sedis Constantinopolim, ab Hormisda papa.*

CVM Dei adjutorio & orationibus apostolorum venientes in partes Græciarum, si episcopi voluerint occurrere, in qua decet eos veneratione suscipite. Et si voluerint secessionem parare, nolite spernere, ne judicetur a laicis nullam vos cum illis velle habere concordiam. Si vero vos ad convivium rogare voluerint, blanda excusatione eos declinate, dicentes: Orate, ut primum mysticam illam mensam mereamur habere communem, & tunc erit nobis ista jucundior. Victualia vero & quæ alia offerre voluerint, excepta tamen subvectione, si causa poposcit, nolite suscipere: sed taliter excusate, nihil deesse dicentes, sperantes etiam ut animos suos vobis accommodent, ubi sunt dona & divitiæ, & caritas & unitas, & quidquid ad gaudium religiosum certum est pertinere. Commonitio ad proficiscentes data legatos.

Cum ista ordinatione, Deo propitio, Constantinopolim pervenientes, ibi secedite, ubi ordinaverit clementissimus imperator: & antequam ipsum videatis, nulli detis ad vos veniendi licentiam, præter quos pietas ejus miserit. Postea tamen quam principem videritis, si qui orthodoxi & nostræ communionis, aut zelum habentes unitatis vos videre voluerint, eos sub omni cautela suscipite; per quos forte & quid agitur deprehendere poteritis. Præsentati itaque imperatori literas porrigite cum tali allocutione: Salutat vos pater vester; Deum quotidie rogans, & intercessionibus sanctorum apostolorum Petri & Pauli vestrum regnum commendans, ut Deus, qui vobis tale desiderium dedit, ut pro causa ecclesiæ mitti & consulere beatitudinem ipsius eligeretis, ipse & perfectionem tribuat voluntatis.

Et si voluerit, antequam chartas suscipiat, ordinem legationis agnoscere, his verbis utimini: Iubete scripta suscipere. Si dixerit: Quid habent chartæ? Respondete: Salutes ad pietatem vestram continent, & Deo gratias agunt, quod vos solicitos de unitate cognoscunt ecclesiæ: legite, & agnoscetis. Et nullius causæ mentionem penitus faciatis, nisi prius acceptæ literæ relegantur. Et post susceptas literas & relectas, adjicite: Nam & ad Vitalianum famulum vestrum misit literas, qui accepta a pietate vestra (sicut ipse scripsit) licentia, suos ad patrem vestrum sanctum papam homines destinavit. Sed quia justum erat ut prius ad clementiam vestram dirigeret, hoc fecit, ut vobis jubentibus atque ordinantibus, ad eum scripta, quæ detulimus, Deo propitio perferamus.

Si imperator petierit epistolas a nobis ad Vitalianum directas; sic respondendum est: Non hoc nobis pater vester sanctus papa præcepit: nec sine jussione illius aliquid possumus facere. Tamen ut sciatis simplicitatem literarum, quia nihil aliud habent nisi preces ad pietatem vestram directas, ut accommodetis animum vestrum pro unitate ecclesiæ; jungite

jungite nobiſcum perſonam, qua præſente traditæ a nobis literæ relegantur. Si vero dixerit imperator eas ſe debere legere Reſpondebitis: jam vos ſuggeſſiſſe, juſſum non fuiſſe a ſancto papa. Si dixerit: Hoc tantum eſt quod in literis continetur: poſſunt enim & mandatis alia nuntiari. Tunc reſpondebitis: Abſit a conſcientia noſtra: Nobis non eſt conſuetudo: Nos pro Dei cauſa venimus, & in Deum commiſſuri ſumus? Simplex eſt ſancti papæ legatio, & omnibus nota ipſa ejus petitio, ipſæ preces: ut conſtituta patrum non corrumpantur: ut hæretici de eccleſiis removeantur: præter iſta, legatio noſtra nihil continet.

Si dixerit: Inde & ad ſynodum invitavi ſanctum papam; ut ſi quid eſt ambiguum, tollatur de medio. Reſpondendum eſt: Agimus Deo gratias, & petitioni veſtræ, quia hunc vos affectum & animum habere cognoſcimus, ut ea quæ a patribus conſtituta ſunt generalitas ſervet: quia tunc vera & ſancta unitas poteſt eſſe inter eccleſias Chriſti, ſi Deo adjuvante, hoc quod prædeceſſores veſtri Marcianus & Leo cuſtodierunt, elegeritis eſſe ſervandum. Si ille dixerit: Quæ ſunt iſta quæ dicitis? Reſpondete: Ut ſynodus Calchedonenſis & epiſtolæ ſancti Leonis papæ, quæ ſcriptæ ſunt contra hæreticos Neſtorium & Eutychetem & Dioſcorum, nullatenus corrumpantur. Si dixerit: Nos ſynodum Calchedonenſem & epiſtolas papæ Leonis & recepimus & tenemus. Vos mox gratias agite, & pectus ejus oſculamini, dicentes: Modo cognovimus Deum eſſe vobis propitium, quando facere talia feſtinatis: quia iſta eſt fides catholica: iſta eſt quam prædicaverunt apoſtoli, ſine qua nullus poteſt eſſe orthodoxus: iſtam debet ſacerdotum generalitas tenere, & prædicando ſervare.

Si dixerit: Orthodoxi ſunt epiſcopi: de conſtitutis patrum non recedunt. Reſpondebitis: Ergo ſi conſtituta patrum ſervantur, & in nullo corrumpitur quod in ſancta Calchedonenſi ſynodo firmatum eſt; quæ cauſa eſt, tantum inter eccleſias partium iſtarum eſſe diſcordiæ? Vel quæ cauſa facit, in uno orientis epiſcopos non conſentire? Si dixerit: Quieti erant epiſcopi, nulla inter ipſos diſcordia verſabatur: prædeceſſor ſancti papæ animos eorum miſſis literis excitavit, & ad confuſionem excitandam perduxit. Reſpondendum: Literas quas ſanctæ memoriæ Symmachus deſtinavit, præ manibus habemus. Si extra hæc quæ pietas veſtra dixit, hoc eſt, Calchedonenſe concilium ſequor, epiſtolas papæ Leonis admitto, aliud nequidquam continent niſi exhortationem ut iſta ſerventur; quomodo verum eſt quod per ipſum eſt generata confuſio? At ſi hoc continetur in literis, quod & pater veſter ſperat, & pietas veſtra conſentit; quid ille fecit? quid enim in eo videatur eſſe culpabile? His adjicite preces & lacrymas, rogantes: Domine imperator, conſiderate Deum: ponite ante oculos veſtros futurum ejus judicium. Sancti patres, qui iſta conſtituerunt, beati Petri apoſtoli fidem ſecuti ſunt, per quam ædificata eſt eccleſia Chriſti.

Qua conditione admittendus princeps ad communionem.

Si imperator dixerit: Quod me vultis per *locutionem facere, habete: Ecce mihi communicate, qui ſynodum Calchedonenſem recipio, & epiſtolas papæ Leonis amplector: Nunc communicate mihi. Reſpondendum eſt: Quo ordine pietas veſtra communicari ſibi deſiderat? Nec nos prædicantem iſta pietatem veſtram vitamus, quod ſcimus Deum timere, & gaudemus quia gratum vobis eſt patrum conſtituta ſervare. Fiducialiter ergo rogamus, ut per vos in unitatem revertatur eccleſia. Sciant omnes epiſcopi voluntatem veſtram, & quia ſynodum Calchedonenſem & epiſtolas papæ Leonis ſervatis, vel apoſtolica conſtituta. Si dixerit: Quo ordine facienda ſunt hæc oſtendere oportere. Iterum preces adhibere cum humilitate, dicentes: Pater veſter ſcripſit epiſcopis generaliter. Iungite his literis ſacras veſtras, ſignificantes hoc vos * vindicare quod ſedes apoſtolica prædicat: & tunc qui ſunt orthodoxi, de unitate ſedis apoſtolicæ minime ſeparentur, & qui his ſunt contrarii cognoſcantur. Quibus ordinatis, paratus eſt pater veſter etiam, ſi opus fuerit, ſuam accommodare præſentiam, & quidquid expedit, ſervatis patrum conſtitutis, pro integritate eccleſiæ non negare.

* proſecutionem; per ſolutionem.

* indicare *vel* judicare

Si dixerit imperator: Bene iſta, ſuſcipite interim noſtræ civitatis epiſcopum. Iterum preces jungite, humiliter dicentes: Domine imperator, pacem venimus cum Dei adjutorio, vobis adnitentibus & præſtantibus, facere, & * contentionem ſopire in civitate veſtra. De duabus eſt perſonis intentio: iſta cauſa proprium curſum habet: Generalitas epiſcoporum prius ordinetur: fiat una communio catholica: & ſequenti loco de iſtis, vel ſi qui ſunt alii extra eccleſias ſuas, tunc diligentius poteſt cauſa cognoſci. Si dixerit imperator: De Macedonio dicitis: intelligo ſubtilitatem veſtram: hæreticus eſt: nulla ratione revocari poteſt. Reſpondetis: Nos, domine imperator, nullum perſonaliter indicamus. Et ſi pietas veſtra conſideret, magis pro anima veſtra & opinione loquimur, ut ſit diſcuſſio, & ſi hæreticus eſt, judicio cognoſcatur, ut non ſub opinione orthodoxi injuſte dicatur oppreſſus.

* inten... ne n

Si dixerit imperator: Quid vultis? modo dicite de ſynodo Calchedonenſi: dicetis & de epiſtolis papæ Leonis: Ecce qui eſt iſtius civitatis epiſcopus ad iſta conſentit. Reſpondendum eſt: Si ita cuſtodit, in examinatione cauſæ eum juvare plus poterunt: & quia ſervo veſtro Vitaliano magiſtro militum talem dediſtis licentiam, ut ſi ſperaret a beatiſſimo papa, ut pro cauſis talibus apud eum diſcuſſione cauſæ his perſonis, quibus de loco poteſt eſſe intentio, integra univerſa ſerventur. Si imperator dixerit: Sine epiſcopo debet eſſe civitas mea? Hoc vobis placet, ut ubi ego maneo, epiſcopus non ſit? Reſpondendum: Prædiximus duarum perſonarum intentionem eſſe in iſta civitate. Quod ad canones pertinet, jam ante ſuggeſſimus: canones ſolvere, in religionem committere eſt. Multa ſunt remedia, multa inventa, per quæ pietas veſtra ſine communione eſſe non poſſit, & integra judiciorum forma ſervetur. Si dixerit: Quæ ſunt iſta remedia? Reſpondetis: Non a nobis noviter inventa. Suſpenſa cauſa de aliis epiſcopis, perſona quæ conſentit confeſſioni pietatis veſtræ & conſtitutis ſedis apoſtolicæ, interim uſque ad eventum cognitionis, teneat locum Conſtantinopolitani ſacerdotis, ſi cum Dei

Dei adjutorio episcopi voluerint se accommodare sedi apostolicæ. Habetis textum libelli in scriniis ecclesiæ editum, juxta quem debeant profiteri.

Si tamen contra alios episcopos catholicos fuerint datæ petitiones, magnopere contra illos, qui sine verecundia Calchedonensem synodum anathematizant, & epistolas non recipiunt sancti Leonis papæ, petitiones suscipite, causam tamen in sedis apostolicæ reservate judicio: ut & spem de audientia detis, & tamen nobis debita reservetur auctoritas. Si tamen imperator serenissimus totum se promiserit esse facturum, tantum ut nostram præsentiam accommodemus, modis omnibus prius sacram ipsius per episcopos & per epistolam vestram, uno de vestris perferente per provincias, una cum personis quas imperator deputaverit destinate: ut sic eum servare Calchedonense concilium, & epistolas S. Leonis papæ, omnibus innotescat. Quibus ita procedentibus, ad nos in Christi signo, ut adventum procuremus, scripta dirigite.

Præterea est consuetudo per episcopum Constantinopolitanum omnes imperatori episcopos præsentari: si hoc illorum callidus tractatus invenerit, volentium formam legationis agnoscere, ut cum Timotheo, qui modo videtur Constantinopolitanam gubernare ecclesiam, imperatorem videatis; sic facite, ut si ante agnoveritis, quam ad imperatorem ingrediamini, ista disponi per aliquos, necdum præsentari, dicite: Mandata talia nobis dedit & præcepta pater pietatis vestræ, ut sine aliquo episcoporum vestram clementiam videamus. Ergo agite, donec se ab hac consuetudine ipse removerit.

Quod si omnino noluerit, aut si captiose contigerit ut ante imperatorem inopinate Timotheum videatis, ita suggerite: Præcipiat pietas vestra nobis dare secretum, ut causas, pro quibus missi sumus, exponamus. Si dixerit: Dicite, ecce ante ipsum. Respondetis: Non injuriam facimus: sed quod ad causas pertinet, etiam ipsius continet legatio nostra personam, & suggestionibus nostris præsens esse non potest. Et nulla ratione eo præsente aliquid allegetis, sed egresso, delegationis textum exerite. *Hactenus indiculus, sive quod dicunt commonitorium. sequuntur post eum assertiones singularum causarum, in hunc modum.*

Capitula singularum causarum.

Vt synodus Calchedonensis, & epistolæ S. Leonis papæ serventur. Vtque clementissimus imperator consentiens debeat pietatis suæ sacra generalia ad universos episcopos destinare, in quibus significet, prædicta se & credere, & vendicare.

Consentientes etiam episcopi in ecclesia, præsente plebe Christiana, hæc prædicare debeant: Amplecti se sanctam fidem Calchedonensem, & epistolas S. Leonis papæ, quas scripsit contra hæreticos Nestorium & Eutychetem & Dioscorum, sed & contra sequaces eorum, Timotheum Ælurum, Petrum, vel contra eos qui in ipsa causa tenentur obnoxii, simul etiam & Acacium, qui quondam Constantinopolitanæ ecclesiæ fuit episcopus, sed & Petrum etiam Antiochenum anathematizantes cum sociis eorum. Hæc manu propria, præsentibus electis venerabilibus viris, scribentes, faciant secundum textum libelli, quem per notarium nostrum edidimus.

In exilium deportatos pro causa ecclesiastica ad audientiam sedis apostolicæ revocandos, ut judicium & vera examinatio de his possit haberi: ita ut causa eorum inquisitioni integre reservetur.

Si qui vero sacræ sedi apostolicæ communicantes, catholicam fidem prædicantes atque sequentes fugati sunt, vel in exilio detinentur, hos justum est ante omnia revocari.

Præterea quæ legatis inter reliqua injunximus, ut si contigerit libellos porrigi adversus episcopos qui persecuti sunt catholicos, de his judicium sedi apostolicæ reservetur, ut circa eos venerandorum patrum possint constituta servari, per quæ ædificatio generalitati proveniat.

V. AD ANASTASIUM IMPERATOREM AUGUSTUM.

Novum esse Romanum pontificem ab imperatore ad concilium vocari, se tamen iturum, si Calchedonensis concilii decreta non revocentur in dubium.

Hormisda episcopus Anastasio Augusto.

BENE atque utiliter serenitas vestra curam principalis acuminis, non tantum in administrando reipublicæ exercet officio, sed melioribus eam nobilitat institutis, & per curam redintegrandæ unitatis auctorem venerandi placat imperii. Certi sunt enim de tutela regnante, si nulla iisdem præsidentibus ecclesiæ castitas importuna diaboli commixtione maculetur. Vnde enim potest fieri, ut nitidas pro principibus ad Deum nostrum preces dirigat, si sit lethaliter populus perfidia corruptus? Nam sicut ante bona omnia est perfecta juxta Deum in imperatoribus sapientia, ita de sacrario mundorum pectorum pro his supplicatio debet & fideli animarum ubertate procedere. Nulla vobis, sublimissime domine, triumphorum materia poterit esse jucundior, quam de subjugatione perfidiæ.

Hoc etiam fiducialiter, & pro commissi nobis officii prærogativa suggerimus; quia prope est ut suum splendorem aliena patiatur nube fuscari, qui cum Deo tribuente amovere possit, in subditis tenebras manere permittit errorum. Ergo quia mansuetudo vestra futuram synodum scriptis sacratissimis indixit, cui nos interesse debere iisdem paginis Deo, ut credimus, sibi imperante commonuit, gaudemus, scientes quoniam directarum mentium est, venerabilis ecclesiæ magistros expetere. Soli enim declinant examen conscientiæ, qui vitæ sunt non continentis. Nam & feriato ore splendorem bonæ voluntatis enuntiat, qui per apostolicam immaculatamq; fidem & per competentes prædicatores aut confirmari se optat, aut corrigi. Verumtamen licet in his nullum sæculi precedentis existat exemplum, neq; senioris facti qualitas aut commissa libris, aut memoriis inserta teneatur; nihil ad nos, quibus dulce est beneficio Dei, pietate vestra invitante, inchoare meliora, & hoc quod non accepimus a parentibus tam clari operis institutum nobis ipsis imponere; quia totum pro redintegratione fidei & ecclesiarum pace facere, libenter am-

Quæ sunt decisa in concilio non retractanda. amplectimur: si tamen majorum nostrorum A diffinitio, & sanctorum patrum in suis radicibus inconcussa permaneat: si anathematizetur Nestorius cum participibus suis; qui evacuans divinæ sacramenta naturæ, beatam virginem Mariam nudi hominis mentitur esse genitricem;
Luc. 1. oblitus angelicæ annuntiationis, per quam mundo innotuit, quia quod ex ea nasceretur vocandum esset sanctum, Filius Dei. Facessat impiorum tam contumeliosa in Deo honorificentia: quoniam sic est in utero virginis operata divinitas, ut ex ea unitas ibi procederet carnis, animæque humanæ; increata quidem, sed non confusa connexione substantiæ: & sic in utrisque naturis pro nostræ redemptionis dilectione Christi Iesu domini nostri B persona una est, ædificante mysterio....... restitutione mortem subire potuisset naturæ .... fragilitatem cælestis imperii valuerit virtute reparare, vel ita pro unitate personæ & dominus majestatis crucifixus, & filius hominis credatur descendisse de cælo. Eutychetis quoque ignorantia divinorum bonorum omnium, & ipso cum sociis detestando jam nomine abdicetur hebetudo, qui Deum & dominum nostrum Iesum Christum figuram tantum carnis habuisse testatus est, & nostræ veritatem non habuisse substantiæ, nesciens de
Ioan. 19. quo promissum sit: quia videbunt persecutores ejus in quem pugnaverunt. Ita enim in una eademque persona persistit utraque natura, ut C Deus atque homo unus Dei filius Iesus Chri-
Actor. 1. stus fidelium cordibus appareat. Quid enim quadraginta dierum post resurrectionem domini cum hominibus conviventis & convescentis egit præsentia? Nisi in istis negotiis illorum, qui veritatem carnis negaturi erant, seniorem faceret ætatem curationis esse quam vulneris. Sic enim dixit ad disci-
Luc. 24. pulos: *Quid cogitatis in cordibus vestris? Palpate & videte quia spiritus carnem & ossa non*
Ioan. 20. *habet, sicut me videtis habere.* Neque fuisset mysterium, quod ostiis ad eos clausis ingressus est, si integritatem humani corporis non habebat. Possumus ex hoc dono verbi præcedentem longius proferre sermonem: sed satis esse credimus per dominum nostrum eru- D ditæ clementiæ vestræ strictis supplicare suggestionibus, sperantes ut laborem curamque pastoralis officii, venerabilium prædecessorum vestrorum Marciani & Leonis formam secuti, etiam principalis potentiæ participatione fulciatis. Habebitis Deo propitio spem de victoriis non jacentem, si pontificali contra diaboli subreptiones congressione pacifica ad decertandum instructionem muniatis. Nunquam in sanctarum ecclesiarum memoria Dioscori participis Eutychetis, Timothei, & Petri, parricidarum commemoratio reviviscat: servetur ab omnibus suspiciendæ Calchedonensis synodi, Deo per vos operante, diffinitio. Acacius Petri tenebrarum filii communione pollutus E habeat participes, quos delegit: qui etiam inter suos excessus, nec de Petro Antiocheno, & complicibus ejus, nitidum se esse perpessus est. Cessent maledicta piis sanctæ recordationis papæ Leonis ingesta dogmatibus, quæ solos quidem illo in suis manente puniunt irrogantes. In his quæ præfati sumus, solicitudinem vestri advocamus imperii: poterit enim pietas vestra, hoc custodiens, apices, & sceptra sua post multos annos ad aliud sæculum possidere translata. Suscipite preces nostras per Ennodium atque Fortunatum fratres & coepiscopos nostros, nec non Venantium presbyterum, atque Vitalem diaconum, vel Hilarum notarium filios nostros, quorum apud nos fides in Dei timore studiumque perclaruit, pro vestro amore transmissas, & placidam vice nostra supplicationibus conscientiam accommodate. Speramus enim, & de Deo habentes fiduciam, pollicemur, studia quæ a vobis veræ religioni impensa fuerint, sine retributione & præmio non futura. Data III. Idus Augusti, Florentio V. C. consule." [7] Anno Christi 515.

[a] EPISTOLA ANASTASII IMPER. AD HORMISDAM PER LEGATOS sedis apostolicæ missa.

Catholicam fidem profitetur: Calchedonensis concilii decreta servanda: Acatium ad tollenda scandala non damnandum, & de pace cogitandum.

Exemplum sacræ Anastasii Augusti Hormisdæ papæ per Ennodium & Fortunatum episcopos, Venantium presbyterum, Vitalem diaconum, & Hilarum notarium.

GRATIAS omnipotenti Dei referimus, quod sanctitas vestra disciplinis cælestibus instituta, sicut poposcimus, legatos fidei, Ennodium & Fortunatum venerabiles episcopos, sed etiam viros religiosos Venantium presbyterum, Vitalem diaconum, & Hilarum notarium, quales poscebat causæ sublimitas, destinavit; qui negotii magnitudinem implere possent, ecclesiastici luce sermonis, quique operante Deo omnia subtiliter requirentes quæ ad rectam & veram Christianorum pertinent fidem, & ipsi, sicut decuit, declararunt, & a nobis, sicut oportuit, agnoverunt: quia una est ecclesia Dei, apostolicis ubique firmata doctrinis. Vnde quis audeat de domini nostri Iesu Christi incarnatione aliter quam habet veritas ipsa sentire, nisi ut confiteatur æqualem & consubstantialem Patri Filium, salutis nostræ causa, juxta annuntiationem archangeli, in utero virginis, carnem ex eadem assumendo, hominem factum? & sicut ait apostolus, in servili forma, ut crucem Philip. pro nobis carne susciperet. De quo beatus Petrus apostolus Iudæis dicit: *Vos petistis vobis dimitti virum homicidam, auctorem vero* Actor. *vitæ interfecistis.* De quo etiam legitur in Paulo apostolo: *Factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.* Confitemur enim Philip. quod genitrix Dei beata virgo Maria in vera Confessio fidei Anastasii edita. carne & anima rationabili & intelligibili nobis Deum peperit salvatorem, quem homousion Deo Patri, & Spiritui sancto, ante sæcula eumdem nobis quoque homousion, propter peccata nostra, in fine temporum credimus & probamus fuisse progenitum, sicut propheta David dicit: *De ventre matris meæ Deus meus es tu.* Quæ Psalm. tamen ita sine defectu vel confusione nostri corporis est assumpta nostra substantia, ut in eadem carne Dei Filius mundum examinaturus adveniat, oculis omnium vulnerum & Apoc. clavorum indicia repræsentans, sicut scri- Probat Calchedonense concilium. ptum est: *Et videbunt in quem pupugerunt.* Cum omnibus etiam orthodoxis impiissimos

Nestorium

Nestorium atque Eutychetem vitamus pariter & horremus. Eorum condemnantes & anathematizantes & personas & dogmata, detestabilibus sacrilegiis comparanda, qui dispensationem divinam, & humanæ remedia infirmitatis, similiter aut nescire voluerunt, aut cognita blasphemare. Tale igitur circa fidem clementiæ nostræ propositum summus Deus ab exordio vitæ sensibus nostris immisit: unde & imperium nostrum credimus custodiri. Miramur autem quamobrem de beatissimis patribus, qui in Calchedone convenerunt, aliqua nobis scribere voluistis, dum ea quæ ab his fuerant constituta prædecessorum nostrorum multiplicibus decretis confirmata monstrantur. Et cum nec alia synodus facta fuerit, per quam quæ ab illa disposita sunt redderentur infirma, nec lex a nobis processerit, cujus novitate statuta præfati episcopalis concilii solverentur, maxime cum ipsa synodus dixerit anathema esse debere, quicumque aliam fidem quam apud Nicæam trecenti decem & octo venerabiles patres constituerunt docere vel immutare voluerit, ad hoc etiam eos, quos superius comprehendimus*, id est Nestorium & Eutychetem damnaverunt, quos nos quoque damnamus. Nam pro hac causa attestantur nobis etiam divinæ literæ ad Alexandriam, non semel, sed multotiens destinatæ. Per quas objurgavimus, cur sibi non arbitrentur posse sufficere directam fidei doctrinam, recedentes ab anathemate Calchedonensis synodi, vel venerandæ memoriæ Leonis episcopi. Unde non parvum studium apud nos, & intentio in præsenti quoque perdurat, quatenus a superfluo anathemate eosdem possimus abstrahere, & sanctæ ecclesiæ universali conjungere. De capitulo vero quod solum videtur esse residuum, nostra voluntas petitioni vestræ fortasse propter unitatem ecclesiarum convenerat, nisi alia venerabilibus ecclesiis ex hoc removeri scandala crederemus. Nunc universa quæ sint facienda perpendite, quia grave esse clementia nostra judicat de ecclesia venerabili propter mortuos vivos expelli, nec sine multa effusione humani sanguinis scimus posse ea quæ super hoc scribitis ordinari: omnia tamen a Deo sperantes, per concilium melius agere poteritis, quam ab his hominibus, qui propter errores suos provincias percurrentes, inimicam evangeliis sanctis & ecclesiis volunt esse discordiam. Ergo ut sit placens supernæ majestati ecclesiarum unitas, providete: quia quid nobis in eis quæ præfati sumus obsistit, ignoramus, si bene nos arguit. Per omnia tamen voluntatis nostræ puritatem legatorum nostrorum poteritis narratione cognoscere. Petimus autem ut pro nobis apostolatus vester orare dignetur: quod vos libenti animo facere, hac poterimus maxime ratione cognoscere, si perfectam nobis unitatem ecclesiarum dignatus fuerit Deus, vobis disponentibus, condonare: illam enim vox Dei magnam benedictionem diligentibus se mandavit atque donavit, qua declaravit: *Pacem meam do vobis, pacem meam dimitto vobis.*

NOTA SEVERINI BINII.

a *Epistola.*] Hæc epistola cum quibusdam sequentibus scripta est ab Anastasio imperatore anno domini 516. quando edita catholicæ fidei professione se catholicum esse simulavit, ut scilicet hac arte, populi favore captato, metum Vitaliani excuteret. Addidit revertentibus sedis apostolicæ legatis Theopompum & Severianum, homines laicos, quibuscum de rebus ecclesiasticis ageretur. Anastasium his literis catholicam fidem veteratorie & per summam calliditatem professum esse, eademque fallendi arte Calchedonense concilium approbasse, ex his quæ superius de ipso scripta habentur, & quæ de eodem scribentur infra manifeste demonstratur. Legati quos misit fuerunt alieni a catholica religione, defensoresque hæresis Eutychianæ; idoque præcipue Romam venerunt, ut (si fieri potuisset) ipsum Hormisdam ad suas ipsorum partes adducerent. At ubi hæc adeo inexpectata Hormisda comperit, legatos re infecta ad imperatorem redire jussit; jam de Anastasii perfidia, diu piorum verborum involucro velata, certior factus. Hæc constant infra ex epistola Hormisdæ ad Avitum.

EPISTOLA ANASTASII IMPERATORIS AD HORMISDAM PAPAM.

Theopompum & Severianum homines laicos, legatos pontifici ad salutationis officium, & pacem conciliandam mittit.

Anastasius Augustus Hormisdæ papæ per Theopompum & Severianum viros clarissimos.

OMNIA quæ benignitas conceperit animorum, dulci ambitu & festinatione laudabili propagantur; nec sibi requiem putant posse præstari, donec ad effectum saluberrimum desiderata perduxerint. Et tunc quædam ipsius festinationis fit requies, dum contigerit spes votorum. Quod in præsenti nos certa ratione pertulimus, donet cælestis favor & nostræ petitioni auditum, & vestræ promissionis serenum donet effectum. Ergo quia vel maxima itineris longitudo, & ultra solitum morem hiemalis asperitas, quod optabamus nobis fecit incertum, interim intra animos nostros desiderata compressimus, beneficia divina captantes, quæ bonæ exitus rei sua interpositione decidunt. Agnoscentes igitur quod ejus primam nobis gratiam condonavit, ut missa ad nos legatio ad beatitudinem tuam feliciter remearet, ad secundam processimus, ut dirigeretur a nobis promissa legatio, per quam & commemoratio fieret eorum quæ cum sanctissimis viris longa deliberatione contulimus, & inde, Deo auspice, tam nostræ petitionis, quam vestræ gratiæ, ad integrum lux serena resplendeat, & toti orbi gaudia expectata donentur. Commemorationis itaque loco, & salutationis honorem reddendo, Theopompum virum illustrem, comitem domesticorum, agentem sacri nostri palatii scholam, fidelem nobis vel pro suis moribus, vel pro ipsa affectione genitali nostræ provinciæ; sed & Severianum virum clarissimum comitem sacri nostri consistorii ad vestram direximus sanctitatem, qui ordinem literarum propria voce testantes, ad celeritatem exspectata provocent, quæ etiam cælesti misericordiæ credimus placuisse. Data XVII. Kal. Augustas Constantinopoli, Petro viro clarissimo consule. Anno domini 516.

VI. AD ANASTASIUM AUGUSTUM.

Fraude Anastasii imperatoris nondum detecta, laudat ejus studium de pace concilianda, monetque ut tandem damnatis hæresibus ecclesiæ unitas sortiatur effectum.

Hormisda Anastasio Augusto per Theopompum & Severianum.

SOLICITARI animum tuum, clementissime imperator, ambitiosa aviditate commemo-

moras, donec speratæ unitatis redintegratio A optata contingat. Bona sunt desideria salutis, & laudabilis quæ se hujusmodi Deo commendat intentio. Prudentiæ siquidem speciale documentum est, cum id quod sibi utile credit, impatienter inquirit. Nam si in corporum morbis noxia est tarda curatio, quanto magis in salute animæ gravius est ferendus remediorum fidelium serior appetitûs? cum moneamur spiritualibus institutis, ne quæ prodesse possunt in diem posterum differantur, clamante sapientissimo Salomone: *Ne tardes converti ad dominum, & ne differas de die in diem*: quia sicut in incerto vitæ tempora, ita in tuto animæ convenit esse remedia, ut intret in gaudium domini sui, quem veniens dominus ea quæ sibi placent invenerit operari. Unde & fateor me fuisse miratum, cur tamdiu legatio promissa tardaverit, cum facienda ista sint, ut regna cælestia rapiantur. Veruntamen instinctus ipse, quem mansuetudinis vestræ declarat alloquium, spem supernæ misericordiæ pollicetur. Desuper est enim & ipsum velle quod bonum est. Confido autem quoniam qui cœpit in vobis opus bonum perficiet usque in finem. Ergo viæ cui cœpistis insistite, & spretis errantium lubricis, nobiscum supra petram solidam tenete vestigia. Tali crevit ecclesia sancta consensu, quod his verbis apostolicorum actuum testatur historia: *Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una.* Nam quemadmodum C connecti poterunt gratiæ vinculis, quorum distant corda sententiis? Fac, domine imperator, effectum rerum fidem probare verborum. Non enim sermonibus cognoscuntur hominum corda, sed effectibus. Cum & Abraham pater noster non nuda Deo fide, sed opere fidem commendante placuerit. Unde vel pro dispensatione mihi credita, vel pietatis vestræ circa me benignitate perpensa, domine fili, hortor & supplico, ut studium pacis, quod per scripta præfertis, ad componenda nobiscum, adjutore Deo, ea in his, quibus laborant ecclesiæ, dirigatis, quia secundum Prophetam, *Pax multa diligentibus* D *nomen tuum, & non est illis scandalum.* Non sunt incognita apud mansuetudinem vestram quæ nos ab ea, quam redintegrare cupimus, unitate discernant. Date operam, ut laudando quæ profitemini, compleantur effectu. Et apostoli, cujus communionem creditis expetendam, totis viribus sequimini disciplinam. In totum perdita noxiorum declinate contagia; scientes non habere cum religiosis impios portionem, nec ullum fidei cum perfidia esse consortium. Consequens est ut qui errorum detestatur principes, oderit sectatores. Execrabile habeatur in flore, quod damnatur in semine. Offerte hoc munus Deo, pro vestris, precor, offerte temporibus: jamdiu hanc a vobis hostiam pro tantis quæ vobis contulit Christus beneficiis expectat. Quid opus est apud illum preces adhibere, qui supplicat? Vos senatui urbis Romæ, ut me ad pacem hortaretur, injungitis. Ego non solum cum his ad vos supplicationis verba converto, sed vestigiis vestris pro universali advolvor ecclesia. Audite me pro Christo legatione fungentem: non patiamini ab improbis canibus Christi membra discerpi: quæ insanabilia videtis, abscindite, & quæ ægra curate. Cur quæ sana sunt invalidis conjuncta quatiuntur? Servate ordinem quem unitas ipsa præfinit, & pacem mundo, quam poscitis, reddite. Hæc & sub præsenti occasione deposco, & rursum ac sæpius supplicare curabo, sperans importunitatem hanc meam & Deo esse placituram, & apud vos quoque per assiduas petitiones, quoniam id nos dominus docuit, vacuam non futuram. Data Romæ.

Eccles. 5. — Matth. 25. — Philip. 2. — Actor. 4. — Abraham non nuda fide Deo placuit, sed opere fide commendante. — Psal. 118.

Anno domini 516.

EPISTOLA ANASTASII AD SENATUM URBIS ROMÆ.

B PER THEOPOMPUM ET SEVERIANUM VIROS CLARISSIMOS.

Pontificem & regem ad pacem hortandos.

Imperator Cæsar Flavius Anastasius pius, felix, victor, semper Augustus, Germanicus inclytus, Francicus inclytus, Sarmaticus inclytus, pater patriæ, proconsulibus, consulibus, prætoribus, tribunis plebis, senatuique suo salutem dicit.

SI vos liberique vestri valetis, bene est: ego exercitusque meus valemus. Quotiens utrisque publicis rebus prospera voluntate consulitur, non solum exhortatio, sed postulatio quoque creditur conveniens, ut duabus in unum concurrentibus causis animus incitatus, quod felix & bonum partibus sit, valeat adipisci. Si etenim Christus Deus & dominus noster, & per mitissimam voluntatem, & quamdam dispensationis petitionem nos revocavit ad se, & redemptos proprio sanguine libertati restituit, ut salutem mortalitati præstaret, non videtur absurdum, tam apud gloriosissimum regem, quam apud beatissimum papam almæ urbis Romæ, patres conscriptos imperiali petitioni conjunctos, ea sperare, quæ & nobis & sibi Deo annuente in commune proficiant; hoc est, ne fugitivorum audiant concinnatos sermones, mendacio solo compositos, sed satisfactione suscepta, quam & veritas & legatorum qui directi sunt inquisitio patefecit, ad desideratam pacem acceptabili Deo voluntate concurrant. Indubitatum siquidem est ex longa annorum serie, multam partem reipublicæ vestram vendicare constantiam. Proinde oportet sanctissimum cœtum vestrum solerti studio ac provido labore contendere, tam apud excelsum regem, cui regendi vos potestas & solicitudo commissa est, quam apud venerabilem papam, cui intercedendi apud Deum facultas est præstita, ut in ea parte animi sui bonitatem dignentur impendere, in qua utriusque reipublicæ membra sperata sanitate E salventur. Implebitis enim veterem consuetudinem, & nimis consilio vestro notissimam, si ea quæ publicæ utilitati conveniunt, tractando, sperando, postulando, effectum adipiscisci Deo auspice feceritis. Data v. Kalendas Augusti, Calchedone, Petro viro clarissimo consule.

Anno domini 516.

RESCRI-

RESCRIPTVM SENATVS VRBIS ROMÆ AD ANASTASIVM AVGVSTVM per Theopompum & Severianum viros clarissimos.

Pontificem semper pacis fuisse studiosum, quam pendere ab Acacii damnatione fatentur.

SI prima semper est, imperator invicte, a regentibus supplicum spectata devotio, si sola gratia dominorum conciliatur obsequio; indubitanter agnosces sacræ jussionis oracula quanta senatus vestri fuerint gratulatione suscepta, maxime cum ad hoc & animus domini nostri invictissimi regis Theodorici filii vestri mandatorum vestrorum obedientiam præcipientis accederet, & sciamus super omnia beneficia vestra tunc magis nos erigi, cum dignos creditis, quibus debeat imperari. Mox igitur sacræ studio jussionis implendæ, beatissimum papam Hormisdam credidimus deprecandum: de quo parum est dicere, quia vota supplicantium benignitate præcessit; sed & nobiscum suas preces, ut quod hortamini fiat, adjunxit, euangelicis voluntatem suam testimoniis asserendo, ostendens mundum supra multitudinem peccatorum suorum scandalis plus gravatum, dum vox sit ista dominica: *Væ mundo a scandalis.* Et idem, oportere homines scandalizantium partes membrorum abscindere, quam ut in ignem, non renuntiando scandalis, mittantur æternum. Sed & post hæc divinæ lectionis exemplis, quam boni sint fructus pacis, ostendit, cum diceret: Et apostolum Paulum gratia Dei plenum, nihil tamen quibus bene cupiebat, quod optaret melius, invenisse; nisi ut pax Dei, quæ est supra omnem excellentiam, in eorum sensibus abundaret; quodque in euangelio domini sit vox ista dicentis: *Quoniam pacifici filii Dei vocabuntur.* & iterum ad ipsum scripturarum omnium revertendo doctorem, quanto ipsa vel fide, qua & cælestia regna præsumimus, & a peccatorum cruciando salvamur, caritas sit major, ostendit, testimonium tale subiiciens: *Spes, fides, caritas; major autem omnium caritas:* id est Spiritus, gratia donante divina, caritatem virtutibus omnibus exaltat. Non habentes ergo, si & propter pœnam scandala declinamus, & pacem propter pacis bona sectamur, & ad caritatem nos, qui est caritas Christus hortatur; quid est enim quod retinet catholico ardore festinos? quid est quod delinquentis Acacii impedit volentes Christum videre persona? quid est quod a suo liberi, alieno gravantur errore? Hæc cum venerabilis papæ latius fuerint expedita rescriptis, pro nostræ tamen obsequio credidimus devotionis indenda, ne non rogasse putaremur recondendo responsum, quod accepimus deprecantes. Proinde, piissime imperator, hæc suo nomine senatus serenitatis tuæ clementiæ provocatus adjunxit, ut qui animo quambenigno in utraque republica concordanda fuisti, tam esse pio in ecclesiæ redintegranda unitate noscaris. Nam ut pax illa regnorum tantum scitur prodesse subjectis, sic hæc religionis cum populo suo proficit imperanti. Etenim quis non hæresum perfidarum sequaces plusquam ipsos deliquisse putet auctores? Quis non post patibulum crucis dividentes iterum Christi membra condemnet?

[Margin notes: tth. 18. — ipp. 4. — tth. 5. — or. 13.]

Vtinam hæc jam vobis regnantibus causa cœpisset, ut facilius mala reprimerentur nascentia, quam provecta. Nam quis ambigat non potuisse ejus existere, cujus corrigi temporibus videret errorem. Per Ennodium, & Fortunatum episcopos, Venantium presbyterum, Vitalem diaconum, & Hilarum notarium.

EPISTOLA SIVE EXEMPLVM RELATIONIS IOANNIS EPISCOPI Nicopolitani, per Rufinum diaconum ejusdem, ad Hormisdam.

Catholicam fidem profitetur, & quæ vitanda, quæve servanda, moneri cupit.

Domino meo per cuncta sanctissimo ac beatissimo patri patrum, comministro ac principi episcoporum Hormisdæ, Ioannes in domino salutem.

CVRA mihi extitit semper nihil amplius quærere, nisi agere propriam & familiarem conversationem vacuam solicitudinis & anxietatis mundanæ: sed quia *Dei judicia abyssus multa est*, sicut & vestram cognosco docere beatitudinem, patre nostro quondam atque archiepiscopo Alcysone a Christo ad supernas mansiones evocato, ea ratione qua ipse cognoscit qui est possibilium dominus, in me sancta synodus bonorum actuum, ac clerus pastorum transtulit sortem. Ego autem cuncta referens Deo, qui balbutientium linguas liberas facit, decenter ad vestras orationes concurro; ut juxta consuetudinem apostolicæ sedis vestræ, quæ cunctarum ecclesiarum curam habet, & Nicopolitanorum habere dignemini, secundum antiquam spiritualem dispositionem vestram. Petenti etenim mihi dari spiritum ad apertionem oris, sicuti docuit apostolus, atque ipse etiam dominus præcepit, mecum petite horum datorem, & cum quærente pariter quærite, & pulsantem spirituali manu vestra suscipite. Hoc enim vobis facientibus, potero, sanctissime, & accipere, & invenire, & aperiente Christo recta per verbum veritatis incedere. Quoniam vero quidam dissimulantes nobiscum credere, atque sectari sanctas synodos quæ Nicææ, Constantinopoli atque Ephesi congregatæ sunt, in qua principes extiterunt sanctissimæ memoriæ episcopi Cælestinus apostolicæ sedis vestræ, & Cyrillus Alexandrinæ; insuper etiam quæ Calchedone adversus Eutychetem impium congregata est, quæ omnes prædictas veritates orthodoxa in se ratione firmavit. Tamen audent nos impugnare, tamquam vinculum concordiæ sine ratione vitantes. Votum autem mihi est, vestram sequi doctrinam, sicut inter sanctos prædecessor meus Alcyson extiterat: & anathematizo Dioscorum, ac Timotheum appellatione Ælurum, & Petrum horum successorem, & Petri communione cum his permixtum Acacium, & Petrum qui Antiochenam perturbavit ecclesiam, sequens in omnibus synodicas, & apostolicas epistolas scriptas a vero præsule Romanæ ecclesiæ Leone. Rogo autem plenius atque perfectius, quæ servari oportet, commonete, & a quibus abstinere debeam, vestris custodibus literis intimate: ut si fortassis adhuc inexercitatus ordini deputor lectionum, seu dixi, sive egi apostolicis doctrinis vestris incongruum, vestris imbutus sermonibus possim hæreticorum obsi-

[Margin notes: Vide notas synodi veteris Epiri infra sub Hormisda. — Psalm. 35. — Apostolica sedes curam habet omnium ecclesiarum. — Ephes. 6. — Ioannes fidem profitetur orthodoxam.]

obsistere machinis. Hoc enim facientes, sanctissime, firmiores nostræ sanctæ synodi invenietis episcopos, & bonorum actuum clerum ac populum confirmabitis, tamquam familiarem vobis reddentes sanctam Nicopolitanorum ecclesiam. Venerabilem vero diaconum Rufinum ad tam necessariam causam directum, pacifice, sicut vos decet, rogati suscipite; & fiduciam tribuentes, celerem ejus recursum ad nos præstare dignemini, portantem Spiritualia atque apostolica constituta cuncta, sanctissime, omnem in Christo fraternitatem vestræ beatitudinis ego & qui mecum sunt plurimum salutamus in domino.

VII. AD IOANNEM NICOPOLITANUM EPISCOPUM.

Commendat illius religionem: Nestorium & Eutychen damnandum, & quomodo qui ad fidem revertuntur recipiendi sint, per indiculum se significaturum scribit.

Hormisda Ioanni episcopo Nicopolitano per Rufinum diaconum.

GAVISI sumus in domino valde, frater carissime, acceptis literis tuis, in quibus te profiteris sacerdotium Dei gratia suscepisse. Hæc est fides certa, hæc spes sine ambiguitate secura, qua creditur totius boni causa in superna dispensatione consistere. Cujus rei scientiam habens, frater carissime, beneficiorum quæ a Deo nostro consecutus es, religioso animo gratiam confiteris, licet hoc quoque de eodem clementiæ fonte descendat, ut se auctori suo humana submittat humilitas. Ait enim: *Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem, & quietum, & trementem sermones meos?* (Num. 11.) In his ergo, in quibus hujusmodi probaris, clarius elucescet aliis etiam virtutis hujus futurum exemplum; quando ad hoc etiam Deo instituente perductus es, ut & de te catholicorum glorietur ecclesia. Nam sicut divinis testimoniis eruditus, & juxta apostolum sacrarum literarum institutione formatus, hoc auspicium tuæ ordinationis edidisti, ut adversus deviantes cum sedis apostolicæ sententiis convenires. Neque enim remunerare aliter tantorum beneficiorum poteras largitorem, nisi adversus inimicos ejus evidentem zelum apostolicæ confessionis ostenderes.

Notum est enim eos extra religiosa septa consistere, qui & ipsi profitentur conscientiam fidei atque fiduciam, sed infructuosa est apud eos, quamvis cum religiosis congrua sanctæ communionis æqualitas; quia procul dubio qui ea quam meruit libertate non utitur, subjectum se iniquitatibus confitetur. Quid gloriemur his quas non sequimur disciplinis? Falso appellat magistrum, qui se institutionibus ejus non probat esse discipulum. Sed quia nobis nunc omnia in confessione similia, & libertatis propriæ resumpsistis affectum; paternæ rursus hereditatis cupientes esse consortes, amplectimini gratiam traditionis antiquæ: & in illius inconvulsi fundamenti stabilitate persistite, non cum temporibus corda mutantes; inconstantis enim mutabilitas ista solet esse propositi: atque ideo bene fundatis oportet inhærere; quando hujusmodi studia clementia scit fovere divina, ut fidei vestræ firmitas vobis de aliorum salute fructificet, & fervore vestri studii aliorum quoque animus ad resumptionem bonorum suorum possit accendi; quatenus & de vobis quoque sanctus apostolus dixisse credatur: *Æmulatio vestra provocavit plurimos.* (1. Cor. 9.) Ergo Nestorii & Eutycheris impietatibus juxta synodalia constituta damnatis, sectatores quoque eorum similiter execrantes, cum exultatione dicamus: *Exite de medio eorum, & separamini, & immundum ne tetigeritis, dicit dominus.* (Levit. 15.) Quemadmodum enim quis malarum inventionum detestabitur principes, si non declinat sequaces? aut quemadmodum odit originem, qui non execratur & sobolem? In discipulis prædicatur fama docentium, & donec male jactorum seminum radix per succedentes culta floruerit, tamdiu auctorum memoria non peribit. Addatur perdito Eutycheti & Acacius discipulus sub communione Petri, omniumque damnatorum mixtus errori: quos vestra dilectio literis suis, dum fidem suam asserit, evidenter expressit. Ad instructionem vestræ fidei pleniorem, quo ordine ad communionem nostram suscipi deceat revertentes, indiculum subter adjecimus, sperantes in Deum bonorum omnium largitorem, quod laudabili circa fidem vestræ devotionis instantia, non solum hoc eorum qui vobis vicinitate junguntur saluti profit, sed eorum quoque, ad quos fidei vestræ & religiosæ voluntatis velox fama pervenerit. Ruffinum siquidem diaconum, qui nobis literas vestras obtulit, in Christi caritate suscepimus, quem apostolorum orationibus commendantes cum pace remittimus, hortantes literas, a nobis tam ad caritatem tuam quam ad synodum directas populo relegatis, quod & nos pro fidei vestræ commendatione fecisse cognosce. Data XVII. Kalendas Decembris, Petro v.c. consule.

EPISTOLA SYNODICA, SIVE EXEMPLAR RELATIONIS SYNODI EPIRI veteris ad Hormisdam papam.

Ioannis in Nicopolitanum episcopum electi postulant confirmationem, & in fide catholica instrui cupiunt.

*Domino nostro per cuncta sanctissimo ac beatissimo patri patrum, comministro ac principi episcoporum Hormisdæ, synodus veteris Epiri, Ioannes, Matthæus, Constantinus, * Christodorus, Hilarus, Philippus, Iulianus, & Chrysippus.*

(* Christophorus,)

SI dignis præmiis uti tentemus, necesse est multis fletibus horum depromptiones efficere. Plurimi namque ex nobis in regnante fuere Constantinopoli, cum vestri sanctissimi vicarii Ennodius & Fortunatus episcopi, Venantius presbyter, Vitalis diaconus, & Hilarus notarius degerent, pietatis agonem susceptum tenentes. Nobiscum autem fuit, inter sanctos factus, pater atque archiepiscopus noster Alcyson, qui cum omni præsumptione supplicibus utens libellis, apud vestram beatitudinem dignus effectus est apostolicæ sedi vestræ communicare nobiscum. Sed quia repente qui cunctorum retinet potestatem hunc ad se evocavit; nos irrefrenabili fletu detenti pervenimus tamen ad patriam, nullo modo errorem propter Dei gratiam sustinentes, sed ubique vestra decreta sectantes.

(De synodo veteris epiri, vide quæ notavimus infra, sub Hormisda.)

Flentibus

e ordina- ne Ioan- episco-

Flentibus autem nobis atque lamentantibus cum his qui nobiscum relecti sunt in parœcia comministris, quis possit de orthodoxis recte Christi oves transigere; qui consolatur humiles, consolatus est etiam nos per vestras orationes, demonstrans metropolitanæ civitati in cunctis sanctissimum Ioannem, qui a pueritia in ecclesia sine culpa nutritus, imo laudabiliter in ea degens; ita ut neque eum in his quisquam temporibus antecellat; zelo autem circa orthodoxa, juxta apostolicas admonitiones vestras, nulli omnino cedens. Hunc ergo Dei providentia ordinavimus præsulem Nicopolitanorum sanctissimæ ecclesiæ: & rogamus ut juxta antiquam consuetudinem hunc quoque complectamini paternis visceribus vestris, nobisque aut ipsi, Dei gratia, efficiamini arma inexpugnabilia commonitionibus vestris atque doctrinis: & deprecantibus nobis inclinetis aurem, & pietatem concordiæ reperiatis, juxta inspiratam vobis divinitus apostolicam providentiam, ut in pace, quæ est ei amabilis, cunctæ sanctissimæ ecclesiæ cooptatæ immarcessibilem vobis coronam nectentes, in omni pietate atque humilitate comprehendantur in Christo. Venerabilem vero diaconum Rufinum, propter hanc tam necessariam causam directum, libenter rogati respicite, & ad nos sub velocitate remittite portantem doctrinas vestras apostolicas. Et alia manu: Incolumem me ora, sanctissime pater patrum.

Ego Ioannes episcopus rursus retuli: Incolumem me ora in domino, sanctissime ac beatissime pater patrum.

Ego Matthæus episcopus Buthroti retuli.

Ego Constantinus episcopus * Hacnanopoleos retuli: Incolumem in domino me ora sanctissime ac beatissime pater patrum. (* Hadrianopoleos)

Ego * Christodorus episcopus Anciasmii retuli. (* Christodorus)

Ego Hilarius episcopus Fotices retuli.

Ego Philippus episcopus Photicensis retuli.

Ego Iulianus episcopus Dodones retuli.

Ego Chrysippus episcopus Circines retuli.

VIII. AD SYNODUM EPIRI VETERIS.

Eutychetis errorum sectatores damnat: episcopos Epiri veteris, ut nominatim hæreticos anathematizent, hortatur.

Hormisda synodo Epiri veteris.

BENEDICTUS Deus ecclesiæ suæ membra consocians. Benedictus Deus, qui maligno instigante divisos, sub eadem, qua olim fuerunt, facit soliditate conjunctos. Etsi enim diu perdicis modo vociferavit inimicus, & eos quos non genuit, sicut asseruit propheta, collegit; tamen abyssina ambiguitate desolabitur. Neque enim oves dominicæ sequuntur alienum, aut alterius vocem pastoris exaudiunt. (Jerem. 17.) (Joan. 10.) Vnde nec vos ad salutis iter rediisse miramur, cum tarditatem magis in hac redintegratione culpemus. Debemus, carissimi fratres, domesticis uti ad hanc quam quærimus stabilitatem documentis: siquidem tunc Timotheus Chersonensis gravis cum disceret, gravior cum doceret. Nam Dioscori sectator, & idem Petri nihilo minus institutor, adversus beatæ recordationis Proterium sævitiam suæ temeritatis exeruit, & totius finem crudelitatis excessit, religiosi viri cædem inter ipsa operatus altaria, vix faucibus suis ab illo pio cruore suspensis. Tunc excitata universalis ecclesia, in odium parricidæ, auctorem facinoris tanti non solum communione, verum etiam ipso quoque Christiano nomine spoliavit, & omnium mentes nova quadam admiratione stupuerunt tantæ præsumptionis audaciam. Tunc beatus Eugenius parœciæ vestræ obtinens principatum, cum subjecta sibi sancta synodo, zelum quemdam, quali fide esset, Deo commendatus ostendit. Cujus rei memoriam non solum non potest tempus abscondere, verum etiam de die in diem magna apud orthodoxos fama multiplicat. (Eugenius archiepiscopus Epiri commendatur.) Horum studia sic probata negligere, & sententias non amare, idem est in ipsa domini nostri confessione delinquere. Et nobis quidem nunc post professionem ac literas vestras, omnia fidei dogmata, Deo suos conjungente, similia orandum est, ut in ea voluntas vestra, qua nostros animos relevavit, confessione permaneat. Sed opus est citra respectum timoris insectari eorum rabiem qui fide diversa nituntur. Quanto enim infidelium error exæstuat, tanto magis se, si resistat, securitas nostra commendat. (Fraus hæreticorum in sectanda hæresi, cujus auctorem damnant.) Neque enim hæc sunt per patientiam negligenda, quando malum hoc vitio pravæ consuetudinis animatum apud plures sub quodam colore legis inolevit, dum aut prava studia in unum congruunt, aut recta se subtrahunt. Nam ut eam quæ imminet rem loquamur; Eutyches ut nefandæ hæresis inventor excluditur etiam ab his, a quibus ejus dogmata diliguntur, apud eos ipsos ita exosus atque fugiendus, ut nominis quoque ipsius oderint mentionem. Sed perversi religiosarum institutionum ministri, quem sicut verum detestantur hæreticum, hunc alia via tamquam verum amplexantur orthodoxum. Siquidem in sancta Calchedonensi synodo Dioscorus eadem sentiens pari ratione damnatus est: & cum una persecuta sit utrumque sententia, horum alterum si quis sequatur, & diligat, dicat aliquis quemadmodum se ea sententia, quæ designatos damnavit, excipiat; cum eos, quos transgressionis aut impietatis connectit æqualitas, sine dubio unum quoque vinculum damnationis adstringat. Timotheus & Petrus horum sequaces, homines mente corrupti, & pestis quædam nominis detestanda catholici, quorum communionem in Petro complexus Acacius, similiter quoque meruit subire sententiam, qui tantum malum quasi parvi æstimans, & propositum nunquam ad meliora convertens, ne ab illis quidem se quæ in Antiochia detestamur abstinuit; ibi quoque transgressori Petro communione connexus in Apameam nihilo minus hostiliter versatus, ecclesiam Tyriam quoque non ea qua decuit integritate disponens. (De coryphæis Eutychianæ hæresis.) Propter quæ, dilectissimi fratres, ab eorum innodatione solventes, velut religionem quamdam pestiferam relinquentes, servemus apostolicam disciplinam, saluti nostræ omni diligentia & solicitudine providentes: ea cura nefandi Nestorii declinemus errores, qua Eutychetis impia inventa persequimur. (Hæreticos esse vitandos.)

Maxime enim nunc religiosa fidei dogmata diverso incursu horum, qui prædicti sunt, incursantur insidiis, scelestis pro ratione temporis sua argumenta nectantibus, quomodo possint innocentium viis fraudem suæ impietatis inserere.

inserere. Atque ideo sicut docti numularii, A & prudenter instructi, ab improbandis laudanda separantes, talenti vobis crediti poteritis multiplicare substantiam. Hæc, dilectissimi fratres, scripsimus plenæ caritatis impulsu; quia spem fidei vestræ primum Dei dono, deinde & fratris nostri Ioannis, qui vobis præsidet, professione præsumpsimus; qua nominatim omnes, quos apostolica ac generalis catholicorum condemnat ecclesia, execrabiles sibi esse declaravit: quos vos quoque in literis vestris oportuit evidenter exprimere, nec arbitrari posse sufficere sibi, tantis præsertim insidiis callidorum, quos viritim & singulos insectari convenit, atque damnare, sub qua- B dam eos generali damnatione concludere. Diligentem quærunt vulnera antiqua medicinam; nec abundans esse creditur quidquid pro integritate fidei & stabilitate religionis adhibetur. Vnde libellum cum literis misimus, cui vos subscriptiones proprias inserite, ut fides vestra, quam directa per Rufinum diaconum scripta testantur, apud nos fiat hujus quoque repetitionis adjectione manifestior. Data XIII. Kalendas Decembris Petro viro clarissimo consule.

Monet ut fidei professionem edant.

Anno domini 516.

IX. AD IOANNEM NICOPOLITANVM EPISCOPVM.

Cum per literas Epiri veteris episcopi nominatim hæreticos non damnassent, mittitur libellus, cui debeant subscribere.

Hormisda Ioanni episcopo Nicopolitano per Pulionem.

LITERARVM quas direxisti series, & expositio tuæ fidei conveniens sedis apostolicæ judiciis, nostros animos relevavit. Tot incitati gaudiis contenti non fuimus, nisi per * Pulionem subdiaconum ecclesiæ Romanæ quid plenius circa vos ageretur cuperemus agnoscere; magnopere quia in relatione episcoporum sub ordinatione caritatis D tuæ degentium, non universa quæ ad ecclesiastica constituta pertinent, sicut in vestra, leguntur evidenter expressa. Vnde & pro nostra solicitudine, & illorum integra nobiscum conjunctione, [a] libellum dereximus, in quo eos oportet debere subscribere; quia & omnes sacerdotes vestrarum partium, qui ad sedis apostolicæ communionem reversi sunt, in eadem professione subscripserunt. Ista caritas, ista communis salutis excitavit ambitio; quod credo & fraternitatem vestram gratanter accipere; quia ubi de animarum salute res agitur, studii tui, vel intentionis debes operam commodare, ut antecedendo fructum de tali possis laude percipere. Pulionem prædictum cum E rescriptis caritatis vestræ ad nos, juvante Deo, sub celeritate remittite, quatenus desideria nostra diu suspensa esse non possint. Data XIII. Kalendas Decembris, Petro viro clarissimo consule.

De legatione Pulionis.

* Polionem

Anno domini 516.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Libellum dereximus.*] Hunc libellum qui his literis jungebatur, eumdem esse putamus, quem XV. Kalendas Aprilis datum ex codice Vaticano hic tibi exhibemus.

REGVLA FIDEI.

PRIMA salus est, regulam rectæ fidei custodire, & a constitutis patrum nullatenus deviare. Et quia non potest domini nostri Iesu Christi prætermitti sententia dicentis: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam*, &c. hæc quæ dicta sunt rerum probantur effectibus: quia in sede apostolica immaculata est semper servata religio. Ab hac ergo spe & fide separari minime cupientes, & patrum sequentes in omnibus constituta, anathematizamus omnes hæreticos; præcipue Nestorium hæreticum, qui quondam Constantinopolitanæ fuit urbis episcopus, damnatus in concilio Ephesino a Cælestino papa urbis Romæ, & a sancto Cyrillo Alexandrinæ civitatis antistite. Vna cum ipso anathematizantes Eutychetem & Dioscorum Alexandrinum, in sancta synodo, quam sequimur & amplectimur, Calchedonensi damnatos. His Timotheum adjicientes parricidam, Ælurum cognomento, & discipulum quoque ejus atque sequacem Petrum, vel Acacium, qui in eorum communionis societate permansit; quia quorum se communioni miscuit, illorum similem meruit in damnatione sententiam. Petrum nihilominus Antiochenum damnantes cum sequacibus suis, & omnium suprascriptorum.

Matth. 16.

C Quapropter suscipimus & approbamus omnes epistolas Leonis papæ, universas quas de religione Christiana conscripsit. Vnde, sicut prædiximus, sequentes in omnibus apostolicam sedem, & prædicantes ejus omnia constituta, spero ut in una communione vobiscum, quam sedes apostolica prædicat, esse merear, in qua est integra & verax Christianæ religionis soliditas. Promittens etiam, sequestratos a communione ecclesiæ catholicæ, id est, non consentientes sedi apostolicæ, eorum nomina inter sacra non esse recitanda mysteria. Hanc autem professionem meam manu propria subscripsi, & tibi Hormisdæ sancto & venerabili papæ urbis Romæ obtuli. Data XV. Kal. Aprilis, Agapito viro clarissimo consule.

Anno domini 517.

INDICVLVS PER PVLIONEM SVBDIACONVM.

Quid in Nicopolitana ecclesia sit agendum.

CVM Dei adjutorio, & orationibus sanctorum apostolorum Petri & Pauli veniens Nicopolim, sic debes agere, ut postquam episcopus Nicopolitanus acceperit literas nostras, episcopos, quos in sua parœcia habet, colligat, & faciat subscribere libellum quem in epistolis suis habet annexum. Si tamen dixerit prædictus episcopus esse laboriosum episcopos colligere, dirigat tecum personas per singulos episcopos, ut te præsente subscribant prædictum libellum. Sic tamen cum Dei misericordia facere debes, ut epistolæ quæ a nobis missæ sunt publice legantur; aut si videris præ timore hoc episcopos facere nolle, saltem clericis suis hæc relegant: quæ tamen in ipsorum dimitte potestatem, & scripta episcoporum, & illius episcopi, hoc est Ioannis metropolitani, ad nos cum Dei misericordia reporta. Post hoc factum nullas moras te volumus ibidem facere, propter insidias & calliditates inimicorum. *Per Ioannem diaconum ejus.*

EPISTOLA

EPIST. AVITI EPISC. VIENNENSIS AD HORMISDAM PAPAM.

Gratulatur de conversione provinciarum Dardaniæ & Illyrici, petitque ut certior fiat de successu legationis Constantinopolim missæ.

Domino sanctis meritis præcellentissimo, in Christo gloriosissimo, & apostolica sede dignissimo papæ Hormisdæ Avitus.

DVM religionis " statui & plenis catholicæ fidei regulis perspicitis convenire, ut gregem per tota vobis universalis ecclesiæ B membra commissum pervigil cura vestræ adhortationis informet, Viennensem provinciam superiore anno, si meminisse dignamini, datis ad humilitatem meam literis visitastis; quæ ad me, secundum quod opportunitas oblata contulerat, per Arelatensis ecclesiæ clericos pervenerunt; & quidem plenissimæ solicitudine pastorali. In quibus nos sicut per conversionem provinciarum, id est Dardaniæ, Illyrici, vel Thraciæ, ad communionem gaudii provocatis; sic admonitione cautissima, ne quid per ignorantiam pervenire possit, instruitis. Eutychetis igitur, Nestoriique damnatio, quos jamdudum per beatissimos prædecessores sanctæ sedis vestræ calcavit auctoritas, ad notitiam C jampridem nostram apostolicæ ad nos diligentiæ provisione perlata est. Sed illud nos modo suspensos multum redigit & anxios, quod cum pendere nos ad effectum legationis " secundo Constantinopolim destinatæ omni expectationis studio jusseritis, nec quid filius vester sanctus frater meus Ennodius retulerit, nec utrum secura redierit indicastis: & promissionem vestram tanta silentii diuturnitate suspenditis, ut non minus modo prædicatoris taciturnitas reddat attonitos, quam antea fecerat legationis mora suspectos. Vnde sola hac causa servos vestros filios meos Alexium presbyterum, & Venantium diaconum, totius Viennensis provinciæ nomine, quæ ecclesiæ ad me pertinenti ab universis prædecessoribus vestris, & D ab apostolica sede commissa est, cum præsentis famulatus pagina destinavi; per quos oraculo beatissimæ responsionis agnoscam, utrum fervor schismatum præfatorum, qui intra Constantinopolitanam urbem vitio perniciosæ obstinationis exarserat, cuique, quod magis dolendum est, Alexandrinam vel Antiochenam ecclesias dicitis illigatas, vobis Christo favente dicentibus, digna fuerit correctione restinctus: aut si reversa legatio in paginis evidentibus, quod simplex legeretur exhibuit, an forte nuntio magis retulit, unde vobis adhuc qualiscumque suscipio reservetur. Veremur enim, ne pontificale judicium, dum non indicat prospera, sensisset adversa. His adjici- E tur, quod diversorum fida relatione comperimus, de reconciliatione vel concordia ecclesiæ Romanæ jactare se Græciam: quod sicut amplectendum, si veraciter dicitur, ita verendum est ne callide simuletur. Quæsumus ergo servitio meo juncto, ut quid filiis vestris fratribus meis, id est " Gallicanis, si consulant, respondere debeam instruatis: quia jam securus, non dicam de Viennensi, sed de totius Galliæ devotione pollicear, omnes vestram super statu

A fidei captare sententiam. Orate ut sic nos prædictorum professio fucata non fallat, sicut ab unitate, quam regitis, veritas comperta non separat. Accepta III. Kalendas Februarii, Agapito viro clarissimo consule ", per Alexium presbyterum & Venantium diaconum.

X. AD AVITVM VIENNENSEM EPISCOPVM.

Laudat in eo studium cognoscendi de statu ecclesiæ orientalis, a legatis autem ob perfidiam Græcorum nihil perfectum fuisse scribit. in animo sibi esse alteram ad illos legationem destinare.

Hormisda episcopus Avito episcopo & universis episcopis provinciæ Viennensis, vel sub tua diœcesi consistentibus.

QVI de his quæ ad disciplinam catholicam pertinent maxime sciens instrui cupit, quid studii circa mandata divina habeat evidenter ostendit. Non enim potest esse hujusmodi cura, nisi ubi fides fuerit infucata. Atque ideo exultamus in domino de sinceritate propositi tui, dilectissime frater, dum te secundum directas per Alexium presbyterum atque Venantium diaconum literas intuemur, & de impiis transgressoribus Eutychete atque Nestorio sedis apostolicæ constituta recolere, & si quid adversus eos admonitio nostra promoverit, per quos orientales ecclesiæ confunduntur, inquirere. Digna plane solicitudo fidelibus, ut de miserorum lapsibus ingemiscant, & ipsi ne aliena polluantur contagione provideant. Sed ne nos quidem hoc supersedisse credatis, ut ad notitiam vestram, si quid actum fuisset, competens perferret instructio. Verum breviter silentium nostrum, quod dilectio mordet vestra, purgamus. Nam quod non sæpius nostra admonitio vos frequentet, de conscientia vestra & fidei stabilitate confidimus. Solicitudo impendenda fortasse sit dubiis; satis est vitanda indicasse perfectis. Legationis vero nostræ, quam semel, non secundo, sicut scribitis, misimus, si votivus contigisset eventus, alacres illico vobiscum fueramus desiderata partituri; scientes hoc rationi, hoc nostro proposito convenire, ut quos participes solicitudinis fecimus, cum his de integritate unitatis gaudia jungeremus. Sed quantum ad Græcos, ore potius præferunt pacis vota, quam pectore, & loquuntur magis justa, quam faciunt: verbis velle se jactant, quod operibus nolle declarant: quæ fuerint professi, negligunt; & quæ damnaverint, hæc sequuntur. Nam unde est, quod cum per Ennodium fratrem & coepiscopum nostrum sacerdotales viros, ad confirmanda ea quæ sedes apostolica poposcerat, directuros se esse promisissent, multa quoque quæ ad correctionem pravitatis suæ a nobis quæsita fuerant pollicentes, non solum non religiosos viros, penes quos causæ illius plena esse posset instructio, secundum constituta propria non miserunt; verum etiam, quasi res parva gereretur, " laicos & alienos ab ecclesiastico corpore destinantes non se studuerunt de cœno, quo immersi tenentur, evolvere, verum etiam catholicæ fidei claritatem fulgentem sua, quod absit, se posse crediderunt obscuritate fuscare? Hæc fuit nostri causa silentii, quam vos quoque spi-

Margin notes: " Anno Christi 517. — " Theopompum comitem domesticorum & Severianum comitem sacri consistorii. — (left margin, partly cut off:) ...bentur ...87. in ...Sirm. ...1643. — ...at tum ...taxat ...in. 515 ...arab-...altera. — ...ormis- ...infra ...XI. ...ultimis ...es Gal-...directa ...io, &c.

A ſpirituali vobis prudentia revelante vidiſtis. Quid enim de hac cauſa poteram directis literis indicare, quam in ſtatu ſuo videbam duram pertinaciter cuſtodire perfidiam? Novi exitus ſolicitæ diligentiam relationis inquirunt. Qui de rebus cognitis nihil indicat, abunde in ſtatu ſuo manere priora declarat. Quapropter, dilectiſſime frater, & vos præſentibus hortamur alloquiis, & per vos quoque, quia occaſio data eſt, alios per Gallias, quos fides eadem nobiſcum amplectitur, admonemus, promiſſam & amabilem Deo fidei ſervare conſtantiam; & tranſgreſſorum ſocietate declinata, conſtantiam veſtram uni viro virginem caſtam, ſicut ſpopondiſtis, exhibere Chriſto. Et cavete,
B ne ſicut ſerpens Evam ſeduxit aſtutia ſua, ita ſenſus aliquorum corrumpantur a ſimplicitate & caſtitate quæ eſt in Chriſto Ieſu. Pernicioſa ſunt blandimenta nocentium, atque ideo vigilare vos convenit, quia adverſarius ſalutis humanæ, tamquam leo rugiens, circuit quærens quem devoret, cui reſiſtite fortes in fide: quia hoc ſpeciale habent patris ſui de cæli arce dejecti, qui veſtigia ejus ſequuntur & diligunt, ut illa veritatis luce privati, & alios gaudeant ſua obſcuritate fuſcari; & cum perverſitatis ſuæ pœnas luituros eſſe ſe ſciant, exultent ſi miſeros cum ſua damnatione conjungant. Nam unde eſt, quod cum pro magna parte a conterminis ſuis Thracibus, Dardanis, Illyricis, cognita
C eorum perverſitate deſerantur, procul poſitos ignorantiæ ſpe, fraudibus, & variis artibus nituntur allicere, niſi ut lucem, quam ipſi non habent, in aliis quoque impia contagione commaculent? Vt autem quæ ſint partium earum ſtudia poſſitis agnoſcere; plures Thracum, licet perſequentium incurſibus atterantur, in noſtra tamen communione perſiſtunt, ſcientes fieri fidem per adverſa clariorem. Dardania, & Illyricus vicina Pannoniæ a nobis, quod jam fecimus ubi neceſſarium fuit, ut ſibi epiſcopi ordinarentur expetiit; intantum ſe a communione perditorum ſeparare gaudentes, ut remedia quærerent, dummodo commune cum tranſgreſſoribus nihil haberent. Epiri metropo-
D litanus, hoc eſt Nicopolitanus epiſcopus, cum ſynodo ſua nuper ſegregatus ab impiis, ad apoſtolicam communionem deprompta quæ efficeret profeſſione ſe contulit. Quæ ideo ſcriptis æſtimavimus indenda præſentibus, ut ſicut ſortem nos convenit dolere pereuntium, ita lætemur pariter de ſalute remeantium; & ut fideles conſtituti ab eis longius inſtruantur, qua virus eorum ſolicitudine debeat effugi, quos & a ſuis videant tam juſta deteſtatione vitari. Et nos quidem diſpenſationis noſtræ memores, neceſſe eſt eos repetitæ legationis officio convenire: quo affectu ſalvationis ſuæ, ſi reſpectu
E Dei, ſi rationis intuitu non moventur, ſaltem pulſantibus importune & pertinaciter acquieſcant; & aut ad rectam viam declinantis erroribus revertantur, aut propter impœnitens cor ab omnibus inexcuſabiles judicentur, qui & moniti toties in perfidiæ obſtinatione perſiſtunt. Vos orate, & nobiſcum ad Deum preces & vota conjungite, ut per opem miſericordiæ ejus noſtra actio laborans pro catholicæ fidei ſtabilitate promoveat, immaculatos vos & integros ab omni tranſgreſſorum ſocietate ſervantes; ut aut cum correctis ſenſus & corda jungamus, aut ab eorum venenis intacti eſſe

A mereamur. Nam qui, ſicut vos quoque conſcientiam veſtram non latere teſtamini, novimus Eutychetem atque Neſtorium apoſtolicæ, id eſt catholicæ ſententiæ auctoritate damnatos; quemadmodum ſalvi eſſe poterimus, ſi eorum ſectatoribus ac poſteris qualibet parte communionis hæreamus, cum Belial cum Chriſto noſtro portionem habere non poſſit? Inſtructionis autem veſtræ intereſſe credimus, ut ea quæ apud nos a Nicopolitanis vel Dardanis acta ſunt, vel quo in communionem ordine ſunt recepti, vobis nota faceremus ipſarum lectione chartarum. Data xv. Kalendas Martias, Agapito conſule.

B
XI. AD ANASTASIVM AVGVSTVM.

Per Ennodium Ticinenſem, & Peregrinum Miſenatis eccleſiæ in Campania epiſcopos, ſecundæ legationis ad Anaſtaſium deſtinatæ munere fungentes, tranſmiſſa.

Pacem eccleſiæ non niſi damnato Acacio poſſe reſtitui.

Hormiſda Anaſtaſio Auguſto per Ennodium & Peregrinum epiſcopos.

DVDVM legatis manſuetudinis veſtræ remeantibus, ad literas veſtras & mandata reſpondi, non quidem univerſa plene, ſicut magnitudo rei poſtulabat, expediens, &
C tamen pro tempore certa perſtringens. Verum etſi ſufficienter me allegare omnia contigiſſet; numquid agens apud clementiam veſtram cauſam fidei, poteram repetitis precibus importunitatis inceſſi? Timeant notam hujus ingratitudinis, quibus cura eſt ſtudium negotiis navare mundanis. Opus non implet euangelii, qui a prædicatione ejus venialiter putat poſſe ceſſari. Pervigilem paſtorum oportet eſſe cuſtodiam, & lumbos ſine relaxatione præcinctos. Bonæ admonitionis ſicut conſtat dulcem fructum, ita ejus non decet eſſe faſtidium. Et alias, cur poſtulationis meæ moleſtam manſuetudini veſtræ quiſquam dicat eſſe frequentiam, cum per ea quæ fiunt ex officio
D meo, per remedia fidei veſtro conſulatur imperio? Etenim quæ me onerat cura, vos relevat: mihi incumbit, ſed vobis proficiet; licet ex diverſo ſemine unus fructus amborum eſt. Nam ſicut pœna eſt nec dicere Deo accepta, nec facere, ita certa remuneratio vel illi qui ſpiritalia prædicaverit, vel illi qui audita non ſpreverit. Dedit quidem clementia veſtra veluti obſidem propoſiti ſui ſub teſtimonio imperialis alloquii; & ſe quaſi pignore quodam bonæ voluntatis adſtrinxit: ſed opus eſt cœptis adiicere firmitatem: ſumant plenum decorem jacta fundamina: non remittantur propugnan-
E tes pro Dei eccleſiis manus. Toties Iſraeliticus hoſtis intercedit, quoties Moyſes brachia non remiſit. Effectus opera, finis commendat initia. Non prodeſt cœpiſſe deſerentem, quia ſola perſeverantia fidei dat ſalutem. Benedicimus Deum, cujus zelo pietas veſtra tranſgreſſores impios Neſtorium & Eutychetem, vel eos perſequitur qui cum nefandis & ſacrilegis dogmatibus profitentur. Probat odiſſe ſe vitia, qui condemnat errantes: nec relinquit ſibi locum deviandi, qui non pepercerit excedenti. Primus innocentiæ gradus eſt, odiſſe culpanda: ſed veritatis intereſt, domine fili, & catholicæ diſciplinæ, ut ſectatores etiam eorum atque participes

participes oderitis, quorum execrandos principes judicatis. Non in damnandis sola, id est, certa nomina, sed in his etiam, qui damnatos sequuntur, sunt crimina persequenda. Frustra aversari se plures asserit, qui unum de his, qui detestatione digni judicantur exceperit: non enim numerus errantium hominum, sed meritum consideratur errorum. Hoc ideo, ne facile putet vestra clementia Acacii prætereundam esse personam. Nonne ille est Acacius, qui cœno Petri, Dioscori & Eutychetis dogmate & communione pollutus, dum copulatur, immersus est? Illius sustinens in condemnatione supplicium, cujus elegit in communione consortium? Qui viritim propter impietates suas horum singulos odit, & in B illis Acacium necesse est oderit, & omnes in Acacio non amarit. Ab illo per orientales ecclesias fermentum nefandi erroris inolevit. Inde Alexandrinæ perfidiæ eousque nutrita superbia, ut non acquiescat, sicut scripsistis, mandatis salutaribus, cujus famulatur imperiis; & in errore declinando, non sequatur admonitionem, cujus in agendis rebus experitur sibi utilem potestatem. Vnde & majore hujusmodi homines convenit detestatione vitari, quia quæ docere debuerunt, necdum ab aliis instruuntur, assumunt; spernentes in his imperantis monita, in quibus tantum non timeri jubentur imperia; & immemores devotionis contra salutem animæ, quos contumaces esse oportuit pro salute. Hos menti- C bus perditis ausus nutrivit Acacii cum perfidis juncta communio: atque ideo æstimandus est auctoris loco, cujus gravius peccatur exemplo. Nihil enim vitia magis quam imitatio fovet, dum creduntur non improbanda esse, ad quæ alii quoque videntur accedere. Fragilis est & caduca mortalitas: vix nefariæ cogitationes dum comprimuntur intereunt. Iacet semen noxium sub errore, nec deficit: latum pandit derelinquentibus aditum qui jungit cum improbitate consensum. Vtinam, invictissime imperator, inter ipsa apostolicæ districtionis initia orientales ecclesiæ Acacii contagia nefanda vitassent: non per multos D error ille noxia venena diffunderet, ipsa quoque erecta nunc fortassis Alexandrinæ ecclesiæ tunc colla cecidissent, dum perculsam perfidiam suam in damnatione imitatoris agnoscerent, & displicere in complicibus se viderent. Sed dum male nutriti foventur errores, & pravorum consensus inutilis æquitate corrigenda dissimulatur, per impunitatem sequacium mala dogmata multiplicavit auctorum. Et vos quidem, si placet, * a Deo efficaciter impetretis, ut condemnetis vestrum de alieno errore propositum. Sed cogitandum est, clementissime imperator, si ei apud Deum sufficiat errata culpasse, cui dedit posse corrigere: non est differenda curatio: admoveantur E medicæ profundis vulneribus manus. Sola ante Acacium Alexandria perfidiæ suæ fœditate sordebat. Respicite quantas jam partes emendatio neglecta polluerit. Quousque pateris, domine fili, ecclesiam Dei divisionem suorum mœrere membrorum? anticipent beneficia tua ad Deum perventura suspiria: assume fidei curam: & vexillum salutis attollens, ad errores ab Israele removendos velut Ezechias alter exurge: fas tibi laude novorum operum titulos

(margin: * adeo)

A æquare priscorum. Ille dissipavit excelsa, tu superbiam erectæ impietatis inclina: ille simulacra contrivit, tu dura infidelium corda confringe: ille memoriam serpentis ænei sustulit, tu virus præsentis effunde. Offer Deo recta, quæ fecit; & spera dona quæ meruit. *Fidelis est enim dominus, qui reddit singulis secundum opera eorum.* (Matth. 16.) In aperto est quanta sit expectatio fidelium, quanta trepidatio perfidorum. Illi ambiunt gaudere cum angelis de receptis: isti metuunt, ne ab his quos deceperant destituti, pœnis remaneant præparatis. Pendent anxia corda cunctorum. Ab ultimis ad nos Galliis directa legatio, si quid de unitate redintegrationis solicitudo nostra promovisset, fama secuta, consuluit. Nec difficile opus clementiæ tuæ. Scit Deus suorum laboribus subvenire. In usu est ad principes suos convertere colla subjectos. Dat speciei maximum signum recens religiosæ memoriæ Marciani imperatoris exemplum. Quid egit tunc vulgus, aut populus? Non opus nota revoluere. Adulta est perfidia ista per devios, sopita per justos. Imitare religiosi integritatem propositi, quam studio civilitatis æquasti. Ad hæc nostris lacrymis, nostris precibus alleganda, Ennodium atque Peregrinum fratres & coepiscopos nostros vice nostra pro exhibenda etiam honorifica salutatione direximus; ideo maxime designato viro fasce secundæ legationis imposito, ut qui nobis spei bonæ detulit initium, nunc adjutore Deo plenum reportet effectum. Acquiescite precamur fidelibus monitis, cujus vos delectatos dudum legimus institutis. Data III. Nonas Aprilis, Agapito viro clarissimo consule. (Anno domini 517.)

XII. AD TIMOTHEVM CONSTANTINOPOLITANVM EPISCOPVM hæreticum commonitoria, per supradictos legatos.

Pro unitate ecclesiæ laborandum.

Hormisda Timotheo episcopo Constantinopolitano.

NON mirabitur dilectio tua rationem præteriti silentii mei, si quæ præcesserint universa consideret: non mirabitur præsens alloquium, si quæ sit vis caritatis expendat. Sustinere enim omnia caritatem, magistro gentium docente, cognovimus; quæ si sua, sicut continet doctrina ipsa, non quærit, an incongrue (1 Cor. 13.) abusus privilegio meo, quod tibi potius prodesse possit, exhibeo? Expectare enim me decuit ab errantium conjunctione te liberum, & sic amare correctum: videre ab improbandis dividi, atque ita literario sermone complecti. Sed quem optem reducem, cur differam vocare tardantem? Cur non detur locus moderationi, cum nihil detrahitur æquitati? Impendenda sunt quæ laborantibus prosunt, si nos societatis contagione non polluunt. Hæc causa mihi fuit præsentium literarum, ut hortter, ut moneam, ne terram nostram jacere patiamur negligentius infecundam. Non diu infructuosam arborem occupare solum diligens per- (Luc. 13.) mittit agricola: patienter expectat; sed numquid sub continuatione perdurat? Vocatus ad salutaria, non moreris. Prope ab innocentia non recedit, qui ad eam sine tarditate revertit. Movere patrum monitis, & insistens fidelibus sine lapsu aut errore vestigiis, præcedentia dilue per futura. Adjacet tibi modo ad

ad justa populos incitando, * modo pro fide A principalibus vestigiis supplicando, dirigere quod devium est, solidare quod dubium: magno te convenit labore providere, ut causas transacti temporis rectæ tegat sedulitas actionis. Præstat quidem animæ suæ, per quem universali aliquid confert ecclesiæ. Et ita se res habet, ut si studiosus, si indefessus institeris, fiet tibi utilis causa communis. Data ut supra.

Anno domini 517

XIII. COMMONITORIA AD UNIVERSOS HÆRETICOS EPISCOPOS ORIENTIS, per secundam legationem transmissa.

Vnitas catholicæ fidei custodienda.

Hormisda universis episcopis in orientis partibus constitutis.

ETSI admonitionis meæ cura desisteret; vos tamen proprii memores conveniret officii, non negligenter omittere quæ enixe omnes decet pro animæ suæ salute servare, ut mandatorum cælestium disciplina, non alieno studio, sed ipso vobis clareret inesse proposito. Nam licet laude non careat qui bonis consiliis obsecundat, tanto est tamen potior in honore sapientiæ qui prævenit recta, quam qui sequitur instituta, quanto est illustrius docere quam discere. Recordetur unusquisque in qua vocatione a domino sit vocatus, & quid ab eo expectetur advertat. Miserum est intra meritum jacere propositi, cum id quod præfertur nomine, non ostenditur actione. Magna meruimus, si quod * indulta postulant impleamus. Qui se ad pascendas dominici gregis oves gaudet adscitum, cogitet de commissa sibi gubernatione judicium. Pervigil adhibenda tutela est, continuanda custodia: non dandus lupis rapacibus locus, non ullis casibus relinquendus: quia neglectus error ovium, culpa pastorum est. Veniet qui rationes creditæ dispensationis examinet. Omnium quidem constat esse justitiam, nec ulli impunitam licentiam patere peccandi. Sed quis gradus nesciat esse meritorum, & sicut non æqua præmia; ita diversa esse supplicia? Multiplicantur scientibus plagæ: pauca flagella leguntur inscitiæ. Quod si ita est, sicuti esse non dubium est, existimandum quid in eo deceat esse propositi, cui alienos quoque errores necesse est imputari. Clamat sanctus Spiritus per prophetam: *O pastores Israel: numquid semetipsos pascunt pastores?* Certum est, plus ab eo, cui plus creditur, exigendum; & tanto magis nos obnoxios fieri, quanto effusiore gratia contigerit honorari. Magister bonus, & docens per obscura lucem, per similitudinum ænigmata veritatem, servum talenti a se traditi, præter augmenta, custodem non arguit infidelem, sed condemnavit inutilem. Vnde in aperto est in quo metu esse deceat eum qui dominicum numisma perdiderit, si culpatus est ille E qui acceptum sine imminutione servavit. Nullus contentus sit innocentia sua, quia Deo nostro universa cernenti, per prædicationis assiduitatem, rationem quoque propositi debemus alieni. Largam scientiam decet esse doctorum. Non amat fides Christiana secretum; quam quisquis in aure tantum effundit, abscondit. Per universas gentes verbi prædicatio mandatur apostolis, & quam inexcusabiliter hoc quisquam potest sibi tacere commissum. Quid prodest cuilibet paternarum reverentiam servare regularum, si concuti hæc ab aliis, si sine honore tractari patienter accipiat? Infirmum ostendit affectum, qui quod diligit non tuetur. Incursantur passim sancta a perfidis constituta, & rediviva subinde de compressis excessibus resurgit improbitas. Quemadmodum, rogo, pietatem in Deum probat, qui tam nefanda dissimulat? Recordemur qua catholicorum frequentia sacerdotum illa quibus nitimur celebrata didicerimus esse concilia: quantos nec debilitas impedivit, nec senectus onerosa tardavit. Exigua visa sunt spatiosarum intervalla regionum, & B labores ipsi pro quadam consolatione jucundi, dum spiritu sanctarum congregationum regente sapientiam, sera ætas quod servaret acciperet. Et hæc insectantibus impiis post damnatam in radice perfidiam, tacet, qui scit sibi esse mandatum: *Exalta vocem tuam qui euangelizas Ierusalem: exalta, noli timere.* Nonne hoc ante oculos habens, discipulum ita gentium doctor instituit, ut oportune euangelizare non cesset? admonens: *Attende tibi, & doctrinæ: insta in illis. Hoc enim faciens, & teipsum salvum facies, & eos qui te audiunt.* Ergo vel propheticis stimulis excitati, vel normis apostolicæ institutionis instructi, curam salutaris prædicationis assumite. Diligite, & vindicate C sententias probatas piis, infidelibus inimicas. Et ad petram, supra quam est fundata ecclesia, revertentes, apud illorum etiam vos patrum spiritus, quorum veneranda constituta improbe labefactantur, absolvite; æstimantes, cum dominus ad illud quod expectatur examen advenerit; qualis apostolis creditus, qualis aliquorum tentantium dubitatione compertus, qualis angelo prænuntiante promissus; utrum ab illis melius sit argui, an cum eorum cohorte conjungi? utrum talis qualis videbitur, aut qualis ab impiis negatur, dominum confiteri? Nil vos retrahat a salute: velocibus ad viam redite vestigiis. Lapsus ruentem non gravat, si resurgat. Larga est dominicæ doctrina clemen- D tiæ: noxia sunt erroris vincula, dum retinent. Odit justitia pertinaces, fovet clementia corrigentes. Data III. Nonas Aprilis, Agapito v.c. consule.

Margin notes: * indicta; Ezech. 33.; Matth. 25.; Luc. 19.; Psal. 40.; 1. Tim. 4.

Anno domini 517

XIV. AD EPISCOPOS ORIENTALES ORTHODOXOS EADEM SECUNDA Legatione transmissa.

Laudat eorum in fide constantiam, & ad pacem conciliandam a se legatos denuo Constantinopolim missos esse scribit.

Hormisda episcopis orthodoxis.

Deus est fidelium solatium.

EST quidem fidelium speciale solatium Deus, nec unquam inter quælibet dura deficiunt, qui se ad eum toto mentis studio contulerunt. Verumtamen hoc votum proposito vestro debere me fateor, ut sicut exulto de sinceritate fidei vestræ, ita de firmitate merear gaudere constantiæ. Vnde & aspectu interiore vos intuens, ad desiderium colloquendi vobiscum promptus assurgo, ut & dilectionem circa Deum vestram literario sermone remunerer, & spem paginali adhortatione confirmem; atque

atque ita his, cum quibus mihi est consortium sanctæ communionis, jucundum reddam testimonium caritatis. Non enim sufficit animo meo de vobis esse securum, nisi ostendero illum quoque, quo vos complector, affectum. Siquidem declarat se non ex judicio odisse a Dei dilectione divisos, qui potest non amare conjunctos. Benedico igitur Deum, dum fervorem fidei vestræ inter procellas varias, tempestatum adversa considero. Vos quoque, ut super his pietatem ejus glorificetis, uberiore exultatione suadeo; qui electorum suorum mentes quo acceptiores sibi reddat, examinat; & licet cognitos sibi, quibusdam tamen difficultatibus probat, ut justitiam quoque inesse dono quod largitur ostendat. Atque ideo pertinaciter bono vos convenit imminere proposito, nec in via quæ ducit ad cæli regna deficere. Qui intuetur dominica munera non æstimanda promissa, nullius potest respectum habere periculi. Non enim frangit consideratio præsentium malorum, nisi futurorum bonorum vincat oblivio: quando omnem amaritudinem laboris excludit, qui dulcedinem spei, quæ expectatur, amiserit. Quæ enim difficultas beatitudini par est? aut quæ condignæ præmiis passiones ad futuram scilicet gloriam, quæ in nobis apostolo annuntiante revelabitur? Absit ne quidquam a Christi caritate nos separet. Quanta est tribulatio, si gloriam parit? Materia prosperorum est, quæ putatur adversitas. Dum inclinamur, erigimur. Nemo haberet futuram remunerationem, nisi necessitates præsentium sustineret. Videte quanto opere hominum terrena messis assurgat. Quanto est igitur labore procurandum, ut cælestia dona non pereant? Quieta est negligentium vita, sed non voti opulenta substantia. *Dignus est operarius, ut fructum mercedis accipiat.* Indiscrete passim pietas cum impietate languesceret, si examinatio bonos a malis divisura cessaret. Gratum admodum spectaculum domino in agone justorum: nec quidquam ita supernam gratiam conciliat homini, sicut adversorum impetus patienter excepti. Quis milites sub pacis securitate miretur? Non est arduum in sicco secura fixisse vestigia; nec artem gubernatoris ostendit marina tranquillitas. Satis est intrepidum inter bella procedere, inter lubrica non labare, fluctus in tempestate contemnere. Sæviat & motus suos exerceat mundana tentatio, dum manifesti appareant qui probantur. Hæc scientes, carissimi fratres, fidei vestræ tenete constantiam, & ipsa etiam, si inciderint, militantia meritis vestris amate pericula. Annuntiate quæ colitis, & participate etiam per universum orbem mandata euangelica quæ tenetis: supra stipendia vestra, correctio quoque vobis adscribatur aliena. inter ceterorum enumerationem, quibus sibi divinam gratiam plenus spiritu Dei propheta conciliat, inter ea quibus misericordiam, qua conservetur, exorat: docere se iniquos vias domini, & conversionem per se fieri prædicat impiorum. Beati quibus vita innocenter acta dat præmium. Beati per quos aliis quoque præstatur exemplum. Et nos quidem, quantum in nobis est, nec solicitudine, nec labore cessamus, ut humilitatem, quam nos dominus noster docuit, imitati, quæ saluti eorum conveniunt postulemus: ut dispensationis mihi creditæ, dum agnoscitur cura, probentur officia. Nam repetita vice Ennodium atque Peregrinum fratres & coepiscopos nostros, mandata legatione, direximus, rationem, adhortationes, preces, lacrymas ingerentes, ut ab impiorum contagione separati, ad veram fidem iisdem, quibus vos modis, & apostolica scit sedes, se conferant, aut certe non nos defuisse prædicationi, sed illos propriæ saluti mundus agnoscat. Data Agapito viro clarissimo consule. Anno domini 517.

[Margin notes, left column: Rom. 8. — Luc. 10. — Psalm. 50.]

XV. [a] AD POSSESSOREM EPISCOPUM.

In fide catholica perseverandum.

Hormisda Possessori episcopo.

Optimam vestræ caritatis audientes instantiam, & cognoscentes rectæ vitæ tramitem, quem sine strepitu vindicatis, Deo nostro gratias sine cessatione persolvimus: ut & in ea dispositione persistas, & ceteris, quod sequantur, tribuere possis exemplum. Ista sunt dona cælestia: ista sunt divinæ retributionis indicia: ista sunt Dei judicia, quæ te a catholico sacerdotum noluerunt separari consortio. Unde, frater carissime, præsentibus hortamur alloquiis, ut in ea constantia, qua * electus es, perseveres, & augmenta probabilibus initiis subministres: quia bonum opus, præcipue quod ad doctrinam fidei pertinet, nisi semper creverit, videtur imminui. Et si tribulatio mundana contigerit, ante oculos vestros, futura præmia ponentes, apostolica vos admonitione consulimus, dicentes: *Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.* Rom. 8. Meliora tamen speramus; quia Deus qui per beatum apostolum dixit: *Qui vos non dimisit tentari super quod potestis;* 1. Cor. 10. ipse pro sua pietate, quos suos elegit esse, & de laqueis adversariorum, sicut semper, eripiet. Libellum dilectionis tuæ de confessione rectæ fidei per legatos nostros remeantes accepimus, & in eo sinceritatem tuæ fraternitatis agnovimus: quia quod recte credit, sub attestatione publica prædicare non distulit. Data III. Nonas Aprilis, Agapito viro clarissimo consule. Anno domini 517.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Ad Possessorem.*] Possessor episcopus Africanus pro fide catholica Constantinopoli exulabat, fidei catholicæ professionem ibidem edidit coram prima legatione Magno cum fructu & commodo omnium catholicorum Constantinopoli hoc tempore morabatur. Baronius anno 517. num. 26.

XVI. AD POPULUM ET MONACHOS CONSTANTINOPOLITANOS, per eosdem legatos directa.

Abstinendum a consortio hæreticorum, & in catholica fide perseverandum.

Hormisda clero, populo & monachis orthodoxis Constantinopoli consistentibus.

Si is qui calicem aquæ frigidæ, mandata euangelica secutus, obtulerit, mercedem boni propositi, ipso domino, qui hoc docuit, restituente, consequitur; nonne qui tanto populo fidelium veritatem annuntiare distulerit, juste pœnam damnationis incurrit? Hinc

Hinc est, quod interminationem mandati A cælestis effugiens, (quod decet loquendum est in his quæ ad Deum pertinent, nec tacendum) habens quoque vestræ salutis affectum, admonitionem eorum quæ præsens necessitas poscit assumpsi; omnes, quibus curæ est fide integra Christianam religionem servare, contestans, ut eos qui sanctam Calchedonensem synodum, & beati Leonis de fide catholica conscriptas epistolas declinant; quibus possunt viribus aversentur & fugiant: quando ipsi sunt, qui Eutychetis & Dioscori Alexandrini, vel potius nefanda Manichæorum contagione polluti, verbo quidem adversus constituta patrum videntur B habere certamen, rebus autem contra incarnationem domini nostri Iesu Christi evidenter insurgunt. Recordamini, carissimi, quæ fuerunt Basilisco palatinæ aulæ incubante tentata; & temporum illorum acta vel visa vel audita recolite. Quam scelesta tunc fuerit Timothei cognomento Æluri, quam imprudens & monstruosa præsumptio: quantus etiam per universum orbem fidei se vestræ fervor ostenderit. Probavit tunc Constantinopolitanus populus, quam pure deceat credentes Christiana servare mysteria. Sed transacta utinam studia fuissent, & non nunc similia tempus expeteret. Rursum enim iidem hæretici caput improbum de profun- C do, quo immersi tenebantur, attollunt. Atque ideo rogo, hortor, admoneo dilectionem vestram, ab eorum vos conciliis & communione secernite. Recordamini zeli prioris, & vivere in vobis lucem, scintillam ignis spiritualis ostendite, ne simplicem in vobis veritatis affectum perditorum astutia expugnasse se gaudeat. Et hæc quidem, quantum ad præsentem necessitatem, & assumendam contra impios cautionem, dixisse sufficiat. Spero tamen, quod si admonitio ista promoverit, & mihi & vobis utilis erit; quando & Deus in vestra salute glorificabitur, & fructus nostræ solicitudinis apparebit. D Data III. Nonas Aprilis, Agapito viro clarissimo consule.

Anno domini 517.

Nota Severini Binii.

a *Epistola.*] His omnibus literis datis, adjecit pontifex libellum confessionis catholicæ, quem supra recitavimus, cui subscribendo, quisque se vere catholicum esse probare, Romanæque ecclesiæ catholicam communionem consequi posset.

XVII. AD ENNODIUM ET PEREGRINUM EPISCOPOS.

A Ioanne Nicopolitano, quæ contra eum Thessalonicensis tentaverit, se cognovisse scribit, novamque causam sedi apostolicæ E ingestam, iisdem cognoscendam per literas hasce commisit.

Hormisda Ennodio & Peregrino episcopis.

Oderat Dorotheus Thessalonicensis quod Nicopolitanus communionem Romanæ ecclesiæ primus expetiisset.

POSTEAQUAM profecta est caritas vestra, Nicopolitanus diaconus, qui vobis etiam occurrit in itinere, Romam venit: quem præter moram vidimus, cogitantes ne forte esset, quod ad instructionem mandatæ vobis legationis adjicere deberemus: quod & rationabiliter factum ipsa res evidenter A ostendit. Obtulit enim nobis epistolam Ioannis episcopi sui, & aliam synodi sibi subjacentis ecclesiæ Nicopolitanæ, qua queruntur ab episcopo Thessalonicensi excitatas adversum se tam principales quam judiciarias potestates: concussionibus & dispendiis se vehementer affligi propter hoc, quia de ordinatione sua ad episcopum relationem secundum prisca exempla non miserit. Pro qua causa speraverunt, ut de remedio cogitare deberemus, consulentes etiam nos, ut daremus eis licentiam relationem ad designatum episcopum secundum consuetudinem destinandi. Unde tractavimus, & episcopum quidem Nicopolitanum admonuimus, ne tale aliquid audere tentaret, si nobiscum velit in communione persistere; ne per illum, si ab eo qui a communione nostra alienus est confirmationem petiisset, nostra quoque communio contagium sustineret. Hæc vos, ut omnia sciretis, instruximus. Quid autem propitio Deo vobis de hac agendum sit, subjecta declarant. Data pridie Idus Aprilis, Agapito consule.

XVIII. AD EOSDEM.

Quid in causa Nicopolitana cum Thessalonicensi agendum sit præscribit.

Hormisda Ennodio & Peregrino episcopis.

Sanctorum intercessio.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, intercedentibus & adjuvantibus sanctis, quid agendum sit de causa Nicopolitanæ ecclesiæ. Primum ubi Thessalonicam, Deo juvante, veneritis, epistolas nostras, quas in hac causa misimus, episcopo Thessalonicensi tradite, illum quidem ordinem in ejus salutatione servantes, quem scitis a nobis esse mandatum circa eos qui cum sede apostolica, hoc est, ecclesia catholica non communicant. Traditis autem epistolis, instanter agere debetis, ut se ab ejus ecclesiæ concussione suspendat: rationem reddentes, quia non potuit reversus ad communionem & ad corpus ecclesiæ cum illis qui necdum reversi sunt quidquam habere conjunctum. nos non solvere a prædecessoribus nostris concessa privilegia, si ipse ecclesiastica instituta non deserat. Certe redeat ad unitatem, & nos cum eo insistemus, ut omnia privilegia quæcumque consecuta est a sede apostolica ecclesia ejus, inviolata serventur. Dicite etiam aperte illum ostendere inimicum se esse fidei, si insequitur quos viderit ad catholicam communionem reverti. Quod si poteritis causam ibi Deo propitio componere, scriptis ad episcopum Nicopolitanum literis, quid vestra promoverit opera nuntiate. Si vero obstinatus fuerit, nec ab insecutione ejus cessare voluerit, secundum literas quas ad clementissimum imperatorem misimus, apud principem causam ecclesiæ Nicopolitanæ sic agite, ut dicatis: Alcyson episcopus Nicopolitanus satisfecit ecclesiæ catholicæ, susceptus est, & ad communionem reductus: hujus successor Ioannes episcopus & Deum ante oculos habens, & de salute sua cogitans, & prædecessoris sui bonum exemplum sequens, condemnatis hæreticis vel transgressoribus ad sedem B. Petri apostoli misit, & susceptus est: huic

huic nunc Thessalonicensis episcopus insidiatur, & eum concutit; contraria his fecit ab eo exigere volens. Hinc pater vester, & omnes orthodoxi rogant, ut jussionibus vestris removeatur ab eo ista molestia; ne videatur hominibus propter hoc illum persecutionem pati, quia ad communionem sedis apostolicæ rediit: & qui expectant per vos unitatem fieri, aliud incipiant credere, si pietatem vestram viderint hoc dissimulare, hoc negligenter accipere. Visum est nobis expedire, ut literas quas ad Thessalonicensem in causa Nicopolitana direximus, quolibet ordine prudentia vestra diversis in locis faciat publicari, magnopere tamen in civitate Thessalonicensium, quia hoc facto, & a persecutione nostrorum potest cessari, & ad ipsius, si se correxerit, credimus pertinere salutem.

XIX. AD ANASTASIVM AVGVSTVM.

Ioannem Nicopolitanum ei commendat.

Hormisda Anastasio Augusto, per Ennodium & Peregrinum episcopos.

DVM sapientiæ vestræ, clementissime imperator, profunda considero, providentes saluti propriæ, vobis displicere non æstimo. Neque enim aut divina monita, aut humana continent instituta, ut qui consulit bonæ spei, qualibet debeat reprehensione culpari: cum maxime pietas quoque vestra affectu se unitatis & pacis flagrare fateatur. Quæ res me quoque vel pro fiducia conscientiæ vestræ, vel pro creditæ quoque mihi dispensationis officio, emergente compulit non supersedere negotio. Ioannes frater & coepiscopus meus Nicopolitanæ civitatis antistes, prædecessoris sui sanctæ recordationis Alcysonis secutus exemplum, beati Petri apostoli communionem cum synodo sua, damnatis his quos ecclesia detestatur, expetiit. Is nunc gravibus fatigatur insidiis. Precor mansuetudinem vestram iniqua molientibus obviare, & removete molestias, & correctum fovete, cui, ut corrigeretur, debuisset insisti. Scient enim qui tardaverint, se reos futuros, cum a vobis foveri viderint jam reversos. Fateor, clementissime imperator, miror insidiantium pertinaciam neque Dei neque vestro intuitu permoveri. Nam qui oderunt in homine studium desiderii boni, quod de se æstimant judicari, insequuntur, ad recta reduces; jure culpandi, si non converterint deviantes. Date fidei vestræ clara documenta, si adfore cunctis ad unitatem reductis & officio omni & adhortatione cogitetis.

XX. AD IOANNEM EPISCOPVM NICOPOLITANVM.

Æquo animo ærumnas pro fide sustinendas, & ideo provinciales episcopos ad fidei unitatem ab eo confirmandos.

Hormisda Ioanni episcopo Nicopolitano.

REMEANTE Pulione subdiacono nostro, literas caritatis vestræ suscepimus, de constantia fidei, vel de intentione, quam circa communionem sedis apostolicæ geritis, gratulantes: sed contristati sumus, quod vos aliquas sustinere molestias perhibetis. Ista tamen diuturnam non possunt habere substan- A tiam; qui ubi Deus pure colitur, etsi adversa contigerint, in prospera commutantur, secundum apostolum dicentem; *spes non decipit.* Rom. 5. Dubitans apostolorum princeps incedens per Matth. 14. pelagus laboravit: mox tamen invocato domino suo, paratum habuit qui eum porrecta manu non pateretur sustinere discrimen. Ergo auctorum nostrorum sequentes exempla, & in ipsorum fide permanentes, illius poscamus auxilium, de quo scriptum est: *Qui nos* 1. Cor. 10. *non dimittit tentari supra quæ possumus.* Igitur salutantes caritatem tuam hortamur, ut quemadmodum prædiximus, in his quæ bene inchoata sunt perseveres: quia *qui persliterit us-* Matth. 10. B *que in finem, hic salvus erit.* Frequenter alloquiis tuis nostram solicitudinem relevare non desinas. Paroeciales quoque sacerdotes tuos competenti adhortatione confirma, quia ista faciendo, talentum tibi creditum poteris multiplicare quotidie. De illa quoque parte, quam dilectio tua postulat, cogitamus, ut ad imperatorem clementissimum pro generalitatis quiete preces nostræ perveniant. Tantum est, ut votum studiumque nostrum congruis orationibus juvare non cesses; quia nos in his Deo auctore perficiendis vacare minime potuerimus. Data v. Nonas Martias, Agapito viro Anno domini 517. clarissimo consule.

XXI. AD EVMDEM IOANNEM.

C *Hormisda Ioanni episcopo Nicopolitano cum synodo.*

OPTAREMVS, dilectissimi fratres, ab omnibus vos molestiarum fluctibus alienos, vitam sub tranquillitatis serenitate transigere, & Deo nostro, remota mundanarum tempestatum mentis perturbatione...... moverunt: quia quæ fieri nolumus, necesse est, ut facta doleamus. Sed abundat mundus incommodis & tentationibus: sæculum istud, in quo peregrinamur, expositum est passim, veluti magna moles, ventorum procellis. Ita fidelium mentes diabolicis pulsantur insidiis, &, sicut dictum est, *qui volunt pie vivere in* 2. Tim. 3. D *Christo, persecutiones patiuntur.* Sed consolatur spes a justo retributore promissa: *quia beatus* Matth. 11. *est, qui non fuerit scandalizatus in Domino.* Non dejiciant milites Dei impetus fragiles & Luc. 7. caduci. Qui assistit strenuis, non delectatur ignavis. Facile contemnuntur ista quæ transeunt, si illa quæ sunt mansura, cogitentur. Amplectenda est probationis occasio: quia licet sint dura onera laborum, præmia tamen majora virtutum. Quemadmodum par erit ei remuneratio, qui se imparem monstrat examini?

E Non simus segnes ad fortia, si pervenire cupimus ad promissa. Quis super hoc expectet vocem hominis, cum quotidie nobis insonet sententia veritatis: *Beati qui passiones patiuntur* Matth. 5. *propter justitiam?* Sed ne me, fratres carissimi, (licet apud fideles magna sint) spiritualia tantum vestræ exhibere credatis confirmationi solatia; providendis enim pro vestra tribulatione remediis, quantum in homine esse potuit, non quievi. Nam per legatos ad orientis principem destinatos, & Thessalonicensem episcopum, ut ab infestatione vestra cessaret, admonui; & protogatis paginis, ut imperatori supplicaretur, adjunxi.

Hæc

Hæc quantum ad præsentia sunt provisa: A sed illa quæ ad spem futuram pertinent, hæc sunt potius mentibus intuenda. Sane hoc me fateor fuisse miratum, quod inter allegationes angustiarum religiosæ prudentiæ vestræ hæc potuit cura subrepere, ut a me sub consolationis colore dirigendi ad Thessalonicensem episcopum solidas literas licentia posceretur. Egone hujus rei auctor existerem, quam si inscio me cognoscerem factam esse, culparem? Absit ista perversitas. Audite apostolicam vocem, sed personæ meæ convenienter aptan-

Galat. 2. dam: *Si quæ destruxi, hæc iterum reædifico, prævaricatorem me constituo.* Nolite, obsecro, ad evitata vix redire contagia; nec pedes luto, quo tenebantur, avulsos, patiamini male rursus immergi. Sinite obliterata esse transacta. B *Nemo*

Luc. 9. *mittens manum suam in aratrum, & aspiciens retro aptus est regno Dei.* Impediuntur a processu propositi itineris, qui reflexis oculis respiciunt quod relinquunt. Non amant ecclesiasticæ disciplinæ eos in quibus remanet memoria illa perfidiæ: totos ab errantibus oportet abscindi: quia in tantum detestabiles exi-

2. Pet. 2. stimantur ad spreta redeuntes, ut B. apostolus Petrus melius illis esse prædicaverit, ut non cognoscerent viam justitiæ, quam cognoscentes retrorsum reflecti in tradito sibi sancto mandato. In aperto est, qua pertinacia traditæ fidei debeat constantia custodiri, si tolerabilius est in errore persistere, quam coinquinationibus rursum, quas quis fugerit, implicari. C Data pridie Idus Aprilis, Agapito viro clarissimo consule.

XXII. AD DOROTHEUM EPISCOPUM THESSALONICENSEM.

Hormisda episcopus Dorotheo episcopo Thessalonicensi.

IOANNES frater & coepiscopus meus Nicopolitanæ urbis antistes cum synodo sua variis se concussionibus atque dispendiis graviter causatur affligi; quod a transgressorum societate divisus, postquam communionem sedis apostolicæ emeruit, ad Thessalonicensium ecclesiam ordinationis suæ initia non di- D rexit. Potuisset neglectus sic esse culpabilis, si unum esset inter omnes mysterium caritatis. At cum multi se a petræ illius, quæ Christus est, soliditate diviserint; quis non velit ab errantium conjunctione discerni, ut mereatur cum his qui consistunt in veritate conjungi? Non igitur consuetudo est neglecta, sed vitata contagia. Ergo objicere quis possit errorem, ubi cogitatam salubriter intelligit cautionem? At nos, quod debueras primus assumere, credebamus te sequi saltem post aliena exempla potuisse. Non sufficit in lapsibus mora, nisi ad reprehensionis cumulum circa eos quoque qui ad viam redeunt accedat invi- E dia? Quid aliud, quam beati Petri (quod sine impietate dici non potest) ipsum quod a domino datum est nomen oderunt, qui eos qui ad sedis ipsius altaria confugiunt insequuntur?

Quo pudore, rogo, privilegia circa te illorum manere desideras, quorum mandata non servas? & reverentiam quam non exhibes fidei, cupis tibi ecclesiastica potestate deferri? Si in iisdem vestigiis, quibus catholici nitantur, insisteres, insectationem tamen proximi vitare deberes; sciens secundum domini nostri & salvatoris, quem colimus, instituta, eum qui Marc. 9. scandalizaverit unum de minimis, obnoxium magnis esse peccatis. Ubi est, domine, humilitas, quam sub occasione discipulorum tuorum certantium de loci qualitate docuisti? Tu ostendis illum esse maximum, qui exhibere studuerit se pusillum, *Respice de cælo, &* Psalm. 79. *vide: visita vineam istam te cultore plantatam*; intende circa mandata tua minimos, & circa ambitum honoris elatos.

Cur recentia cupitis, & prisca deseritis, circa summa desides, & parva curantes? Nonne Matth. 23. hoc est rerum vilia decimare, & legis præcepta contemnere? Serva illa quæ Deo congruunt; & facile ea quæ sunt ab hominibus subsequentur. Quin potius curam salutis assume; & cur te alius prævenerit in veritate, suspira: ne si insectari eos qui ad ecclesiæ revertuntur membra perstiteris, tu quoque cum his, quos nominatim condemnat apostolica sententia, copuleris. Data pridie Idus Aprilis, Agapito viro clarissimo consule.

[a] EPISTOLA ANASTASII AD HORMISDAM.

Suggillat Hormisdæ nimiam duritiam.

Anastasius Augustus Hormisdæ papæ.

ETSI magnum aliquid taciturnitas judicatur, tamen necessarium est admirantes Dei misericordiam assidue frequentare sermonem. Et quia initium fidei, quam nos dominus & Deus salvator noster Iesus Christus docuit, in remissione peccatorum præcellit, nulli habetur ignotum. Ipse enim per propriam passionem omnia Adam peccata mundavit: & hæc fuit negotiatio humilitatis ipsius, ut & præfatum & omnes fratres liberaret ex servitute peccati, voluntarie personam servi suscipiens. Nam beatus Paulus apostolus docuit nos scribens ad Romanos: *Regnavit mors ab Adam* Rom. 5. *usque ad Moysen, & in eos qui non peccaverunt:* ex quo est universitati quodammodo declaratum ex generali dispositione, sive mirabilibus, specialia quæque exempla debere suscipere semel tam magnæ legis jussiones, & tam pia bonitate firmatæ, ut omnis doctrina, quam discipulis suis tradidit, in hoc firmamento consistit. Fugavit ægritudines, sive multifaria genera passionum: nodum peccati propria, sicut dictum est, passione resolvit; & agens, ad implenda similia discipulos factis & sermonibus instruebat. Verum, si sicut aliqui nituntur ostendere, certi ex ipsis apostolis tam piam doctrinam per inobedientiam implere dissimulant; ignoramus ubi magisterium misericordis domini & magni Dei nobis possit occurrere. Nos autem non ea credimus ratione, ut immisericordes esse putemus, qui misericordiam dicerunt: sed postulationem nostram a præsenti tempore taciturnitate comprimimus, irrationabile judicantes illis precum adhibere bonitatem, qui rogari se nolint, contumaciter respuentes: injuriari enim & annullari sustinere possumus, juberi non possumus. Data v. Idus Iulii Constantinopoli, Anastasio Augusto IV. & Anno domini 517. Agapito viro clarissimo consulibus.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Epistola.*] Hoc tempore contigerunt ea quæ scribit Anastasius bibliothecarius in vita Hormisdæ, his verbis: *Item secundo misit Ennodium*, &c. Quibus peractis, quas cædes quasve injurias orthodoxis Severus Antiochenus, ceterique Acephali intulerint in Syria, sequens epistola indicat.

EXEMPLUM RELATIONIS MINORUM ARCHIMANDRITARUM, & ceterorum monachorum secundæ Syriæ.

Scribunt quæ pro fide catholica ab Eutychianistis, quos imperator minime coercendos curaverat, patiantur, & quod ab imperatore non auditi, Romanum pontificem tamquam B communem patrem interpellent.

Sanctissimo & beatissimo universæ orbis terræ patriarchæ Hormisdæ, continenti sedem principis apostolorum Petri, deprecatio & supplicatio minimorum archimandritarum, & ceterorum monachorum secundæ Syriæ provinciæ.

GRATIA salvatoris omnium nostrum Christi nos ad vestram beatitudinem refugere velut de hieme & tempestate ad portum tranquillitatis admoniti, minime circumvallantibus teneri jam credimus. Nam etsi patimur, gaudentes sustinemus; scientes, *quia non sunt condigna passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.* C Quoniam vero Christus Deus noster principem pastorum & doctorem & medicum animarum constituit vos & vestrum sanctum angelum, dignum est passiones, quæ nobis contigerunt, exponere, & immisericordes ostendere lupos, qui dissipant gregem Christi: ut auctoritatis baculo eos expellat de medio ovium, verbo autem doctrinæ animam sanet, & orationis medicamentis mitiget. Qui autem sint isti, & qui hos adversum nos armaverint, audistis utique, beatissime: Severus ille & Petrus, qui nunquam in Christiano numero reputati sunt, qui per singulos dies sanctam Calchedonensem synodum, sanctissimum patrem nostrum Leonem publico anathemate impetentes, qui judicium Dei nihil æstimantes, & colendos canones sanctorum patrum conculcantes, episcopos quidem principali potentia facientes exhiberi, & nos cogentes illudere prædictam sanctam synodum, suppliciis inæstimabilibus affligentes. Unde & quidam eorum injectas plagas minime sustinentes, de hoc sæculo transierunt, & nostrorum vero non exigua multitudo perempta est. Euntibus namque nobis ad mandram domini Simeonis pro causa ecclesiæ, insidiati sunt nobis in itinere prædicti coinquinati, & supervenientes occiderunt ex nobis trecentos quinquaginta viros, quosdam autem vulneraverunt; alios vero, qui potuerunt ad colenda altaria confugere, ibidem E peremerunt, & monasteria incenderunt, per noctem mittentes multitudinem inquietorum hominum redemptorumque omnem paupertatem ecclesiasticam hujusmodi pestiferi homines consumentes. Ad singula autem delatæ ad vestram beatitudinem instruent chartæ a venerabilibus fratribus Ioanne & Sergio, quos miseramus Constantinopolim, spectantes vindictam fieri de his quę commissa sunt.

A Sed eos nec verbo dignatus est imperator, sed etiam cum grandi contumelia expulit, comminatus eis, qui ista porrigerent. Unde hinc est nos vel sero cognoscere, quoniam tanta pravitas & audacia talium malorum adversus ecclesias facta, ipsius immissione composita est. Deprecamur ergo, beatissime pater, supplicantes & rogantes, ut exurgatis cum fervore & zelo, & condoleatis juste pro corpore laniato, (nam caput estis omnium) & vindicetis fidem contemptam, canones conculcatos, patres blasphematos, & talem synodum anathemate impetitam. Vobis a Deo data est potestas & auctoritas ligare & solvere. *Non opus habent qui sani sunt medicis, sed male habentes.* Exurgite, patres sancti, venientes ad salvandos nos; imitatores estote domini nostri, qui de cælo super terram advenit quærere errantem ovem: Petrum illum respicite principem apostolorum; cujus sedem ornatis, & Paulum, qui est vas electionis, qui circumeuntes, orbem terrarum illuminaverunt: nam magna vulnera majoribus indigent adjumentis. Mercenarii videntes lupos venientes adversus oves dimittunt eas dissipari ab illis: vobis autem veris pastoribus & doctoribus, quibus cura pro salute ovium commissa est, occurrit ipse grex cognoscere suum pastorem, ab immitissimis bestiis liberatus, & vocem sequens pastoris, sicut dominus ait: *Oves meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me.* Non ergo despiciatis nos, sanctissime, qui a bestiis ferocibus quotidie vulneramur. Ad perfectam autem notitiam vestri sancti angeli, anathematizamus in eadem nostra deprecatione virtutem habente libelli omnes projectos & excommunicatos a vestra apostolica sede. Dicimus autem Nestorium, qui fuit Constantinopolitanus episcopus, Eutychetem, Dioscorum, & Petrum Alexandrinum, qui cognominatus est Balbus, & Petrum, qui dicebatur Fullo, Antiochenum, nihilo minus & Acacium, qui fuit Constantinopolitanus episcopus, eorum communicatorem, & omnes qui unum illorum hæreticorum defendunt.

Romanus pontifex caput omnium.

Matth. 16. Luc. 5.

Ioan. 10.

Rom. 8.

SUBSCRIPTIONES.

D Ego Alexander misericordia Dei presbyter & archimandrita sancti Maronis deprecatus sum.
Simeon misericordia Dei presbyter & archimandrita ut supra.
Ioannes misericordia Dei diaconus & dispensator ut supra.
Procopius misericordia Dei presbyter & archimandrita ut supra.
Petrus misericordia Dei presbyter ut supra.
Eugenius misericordia Dei presbyter ut sup.
Geladius misericordia Dei presbyter ut sup.
Bassus misericordia Dei presbyter ut supra.
Romulus misericordia Dei presbyter ut sup.
Eusealius misericordia Dei presbyter ut sup.
Malchus misericordia Dei presbyter ut sup.
Leontius misericordia Dei diaconus ut sup.
Stephanus misericordia Dei presbter ut sup.
Carusas diaconus ut supra.
Thomas presbyter ut supra.
Samuel diaconus ut supra.
Theodorus presbyter ut supra.
Ioannes misericordia Dei presbyter ut supra.
Ioannes presbyter ut supra.
Thomas diaconus ut supra.

Ioannes diaconus ut ſupra.
Simeonius diaconus ut ſupra.
Saulinus archimandrita ut ſupra.
Euſebius presbyter ut ſupra.
Mucymus presbyter ut ſupra.
Simeonius presbyter ut ſupra.
Thomas presbyter ut ſupra,
Iacobus presbyter ut ſupra.
Ioannes preſbyter ut ſupra.
Paulus preſbyter ut ſupra.
Priſcus preſbyter ut ſupra.
Antoninus preſbyter ut ſupra.
Ioannes preſbyter ut ſupra.
Thomas preſbyter ut ſupra.
Iulianus preſbyter ut ſupra.
Simeonius preſbyter ut ſupra.
Thomas preſbyter ut ſupra.
Simeonius preſbyter ut ſupra.
Zachæus preſbyter ut ſupra.
Thomas preſbyter ut ſupra.
Simeonius preſbyter ut ſupra.
Thomas preſbyter ut ſupra.
Simeonius preſbyter ut ſupra.
Thomas preſbyter ut ſupra.
Sergius preſbyter ut ſupra.
Thomas preſbyter ut ſupra.
Euſebius preſbyter ut ſupra.
Paulus preſbyter ut ſupra.
Ioannes preſbyter ut ſupra.
Sergius diaconus ut ſupra.
Item Sergius diaconus ut ſupra.
Iulianus preſbyter ut ſupra.
Sergius preſbyter ut ſupra.
Ammonius diaconus ut ſupra.
Thomas preſbyter ut ſupra.
Lucas preſbyter ut ſupra.
Thomas diaconus ut ſupra.
Simeonius preſbyter ut ſupra.
Flavianus archimandrita ut ſupra.
Monimus diaconus ut ſupra.
Ioannes diaconus ut ſupra.
Ioannes preſbyter ut ſupra.
Antonius diaconus ut ſupra.
Thomas diaconus ut ſupra.
Eliſeus preſbyter ut ſupra.
Sergius diaconus ut ſupra.
Iſaacius preſbyter ut ſupra.
Sergius preſbyter ut ſupra.
Thomas diaconus ut ſupra.
Ioannes preſbyter ut ſupra.
Philippus diaconus ut ſupra.
Iacobus preſbyter ut ſupra.
Zenobius preſbyter ut ſupra.
Moras diaconus ut ſupra.
Iſaacius preſbyter ut ſupra.
Ananias preſbyter ut ſupra.
Sergius preſbyter ut ſupra.
Simeon preſbyter ut ſupra.
Thomas preſbyter ut ſupra.
Ioannes preſbyter ut ſupra.
Simeon preſbyter ut ſupra.
Thomas preſbyter ut ſupra.
Ioannes preſbyter ut ſupra.
Simeon preſbyter ut ſupra.
David thos diaconus ut ſupra.
Thomas diaconus ut ſupra.
Ioannes diaconus ut ſupra.
Lamneus preſbyter ut ſupra.
Daniel archimandrita ut ſupra.
Simeon archimandrita ut ſupra.
Abramius preſbyter ut ſupra.

A David preſbyter ut ſupra.
Dorotheus preſbyter ut ſupra.
Antoninus preſbyter ut ſupra.
Thomas presbyter ut ſupra.
Darſumas presbyter ut ſupra.
Sergius presbyter ut ſupra.
Euſebius presbyter ut ſupra.
Simeonius presbyter ut ſupra.
Marcellus presbyter ut ſupra.
Priſcus presbyter ut ſupra.
Maras presbyter ut ſupra.
Sergius presbyter ut ſupra.
Iacobus presbyter ut ſupra.
Thomas presbyter ut ſupra.
Item Thomas presbyter ut ſupra.
B Thomas presbyter ut ſupra.
Salinus presbyter ut ſupra.
Thomas presbyter ut ſupra.
Ioannes presbyter ut ſupra.
Varaſaldas presbyter ut ſupra.
Ioannes diaconus ut ſupra.
Marcellus diaconus ut ſupra.
Simeonius presbyter ut ſupra.
Gennadius presbyter ut ſupra.
Thomas presbyter ut ſupra.
Simeonius presbyter ut ſupra.
Abramius presbyter ut ſupra.
Symeonius presbyter ut ſupra.
Iacobus presbyter ut ſupra.
Ioannes presbyter ut ſupra.
C Iſidorus archimandrita.
Iulianus presbyter ut ſupra.
Ioannes & Romanus & Thomas presbyteri ut ſupra.
Antoninus diaconus ut ſupra.
Abraham presbyter, Maras diaconus & Abraham presbyter ut ſupra.
Zenobius & Stephanus presbyteri ut ſupra.
Simeonius & Demetrius presbyteri ut ſupra.
Thomas & Domnus presbyteri ut ſupra.
Simeonius & Elias presbyteri ut ſupra.
Abramius & Pelagianus presbyteri ut ſupra.
Romanus & Abraham presbyteri ut ſupra.
Simeonius presbyter & Caruſas diaconus ut
D ſupra.
Simeonius & Ioannes presbyteri ut ſupra.
Simeonius & Iulianus presbyteri ut ſupra.
Eutychianus & Ioannes diaconus ut ſupra.
Thomas & item Thomas presbyteri ut ſupra.
Romanus diaconus & Ioannes presbyter ut ſupra.
Euſebius archimandrita & Euſtaſius presbyteri ut ſupra.
Iacobus & Euſebius presbyteri ut ſupra.
Sergius & Maras presbyteri ut ſupra.
Ioannes & Iulianus presbyteri ut ſupra.
Paulus & Iſacius presbyteri ut ſupra.
Thomas & Daſianus presbyteri ut ſupra.
E Ioannes & Daniel presbyteri ut ſupra.
Ievenas presbyter & Azizos diaconus & archimandrita ut ſnpra.
Antonius diaconus & archimandrita & Cyrillus presbyter ut ſupra.
Iob presbyter & Stephanus diaconus & archimandrita ut ſupra.
Baſſus diaconus & Baſilius presbyter ut ſupra.
Simeonius & Ioannes presbyteri ut ſupra.
Iacobus presbyter & Iulianus diaconus & archimandrita ut ſupra.
Simeonius & Alpheus presbyteri ut ſupra.
Ioannes presbyter & Petrus diaconus ut ſup.

Daniel diaconus & Eunus diaconus archimandrita ut supra.
Alexander & Epiphanius presbyteri ut supra.
Zoilus & Abramius presbyteri ut supra.
Iulianus presbyter & Ioannes diaconus & archimandrita ut supra.
Carusas & Simeonius presbyteri ut supra.
Timotheus diaconus & Petrus presbyteri ut supra.
Macedonius presbyter & archimandrita ut supra.
Dionysius archimandrita ut supra.
Ioannes archimandrita ut supra.
Simeonius presbyter & archimandrita ut supra.
Menas diaconus & archimandrita & Darabsabas presbyter ut supra.
Sergius presbyter & Theodorus archimandrita ut supra.
Benjamin archimandrita & Isacius presbyteri ut supra.
Daniel presbyter & archimandrita & Abraham archimandrita ut supra.
Simeonius archimandrita ut supra.

XXIII. AD ARCHIMANDRITAS SYRIÆ.

Eos solatur hortaturque ut in fide catholica perseverent.

Hormisda presbyteris, diaconis & archimandritis secundæ Syriæ.

LECTIS literis dilectionis vestræ, quibus C inimicorum Dei patefacta vesania est, & infidelium pertinax furor dolenter expositus, *&c. Extat Græce & Latine in concilio Constantinopolitano sub Menna celebrato actione* 5.[a] Tomo V. 43. D.

XXIV. AD IOANNEM TARRACONENSEM EPISCOPUM.

Libenter de ejus in Italiam adventu audivisse. Literas ad Hispanienses de ecclesiasticis institutis ab eo datas probat, eique vices suas committit.

Dilectissimo fratri Ioanni Hormisda.

FECIT dilectio tua rem caritati & fidei D congruentem, ut adventum suum ad Italiam nobis directis literis indicaret, & quæ in te sit summa religiosæ voluntatis ostenderet. Atque utinam ad plenioris affectus satietatem præsentiæ tuæ nobis gaudia contigissent, ut gratulemur nos & colloquio & præsentia frui, quam sumus ante per scripta complexi. Verumtamen probasti, dilectissime frater, quo Christianam fidem veneratis affectu, dum ea quæ ad regulas patrum pertinent, & ad mandata catholica, sine aliqua cupis transgressione servare; sperans, ut prorogatis generalibus ad Hispanienses ecclesias constitutis, quæ aut negligentius aut irreligiosius fiunt, ecclesiasticis disciplinis congruentia ' sanciamus; quod amplexi E sumus, captata istius desiderii facultate. Quid enim aut nobis dulcius, quam cum fidelibus loqui? aut ' Deo aptius, quam deviantes ab errore revocare? Salutantes igitur caritatem qua jungimur, per Cassianum diaconum tuum significamus, nos direxisse generalia constituta, quibus vel ea quæ juxta canones servari debeant competenter ediximus, vel circa eos qui ex clero Græcorum veniunt, quam habere oporteat cautionem, sufficienter instruximus. Sed & A causæ ipsius ordinem instructionemque abunde decretis ecclesiasticis vos docebunt, ut agnoscentes & impiorum transgressionem, & apostolicæ sedis curam pro patrum regulis excubantem, ostendatis vos ' perosos damnatorum consortia, & amare fidelium. Et quia per insinuationem dilectionis tuæ hujus nobis est viæ patefacta providentia, remuneramus solicitudinem tuam, & servatis privilegiis metropolitanorum vices vobis apostolicæ sedis eatenus delegamus, ut inspectis istis, sive ea quæ ad canones pertinent, sive ea quæ a nobis sunt nuper mandata serventur, sive ea quæ de ecclesiasticis causis tuæ revelationi contigerint, sub tua nobis insinuatione pandantur. Erit hoc studii ac B solicitudinis tuæ, ut talem te in his quæ injunguntur exhibeas, ut fidem integritatemque ejus, cujus curam suscipis, imiteris. Data IV. Nonas Aprilis, Agapito V. C. consule.'

Marginal notes: ...ntiamus. ...plexi ...mus cu... ...ã istius ...faculta... ...n ...eatius | ' perosa habere | ' Era DLV. Anno Chr. 517. in msf. codice.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Epistola.*] Has sequentes epistolas collector decretalium epistolarum, Surium imitatus, retulit ad consulatum Agapiti secundum, & ad annum domini 541. Quod si verum esset, oporteret Hormisdam viginti & pluribus annis pontificatum administrasse, qui communi omnium scriptorum sententia, non ultra novem annos sedem apostolicam tenuit. Quamobrem lectori pergratum me facturum judicavi, si hasce epistolas Hormisdæ, consulatu Agapiti consignatas, præcedentibus eadem nota consulari insignitis subjungerem.

Erravit Binius cum errasse credidit collectorem decretalium, qui hasce epistolas ad annum 521. referre voluit, quo nempe consulatum ordinarium gerebant Valerius & Iustinianus, extraordinarium vero Agapitus, ut ipsemet collector annotat. Mendum itaque fuit in editione, cum pro anno 521. 541. in margine positus est, inquit R. C.

XXV. AD VNIVERSOS EPISCOPOS HISPANIÆ.

I. *De sacerdotibus juxta statuta canonum ordinandis.*
II. *Vt pro episcopatu præmium non accipiatur.*
III. *De concilio per annos singulos celebrando.*

Dilectissimis fratribus universis episcopis per Hispaniam constitutis Hormisda.

BENEDICTA Trinitas Deus noster, qui per misericordiam suam Romanæ reipublicæ per universas partes suæ pacis tranquillitate diffusa, nobis quoque viam demonstrandæ circa nos invicem caritatis indulsit, ut qui cohæremus firmitate fidei, jungamur quoque votiva jucunditate colloquii, quo facilius, dum per literarum ministeria ad vos usque pertendimus, etiam corda vestra ad religiosum cultum apostolicis admonitionibus incitemus: & dum dilectionis nostræ pignus reddimus velut quoddam debitum, plenum circa Deum monstremus affectum. Iungamus igitur, dilectissimi fratres, continuas & humiles preces, & dominum nostrum oris & cordis lacrymis supplicantes jugi deprecatione poscamus, ut & institutione & opere illi, cujus esse membra cupimus, hæreamus: nec unquam ab illa via, quæ Christus est, devio tramite declinemus, ne ab eo juste, quem nos impie relinquimus, deseramur. Quod cum superni favoris auxilio ea nobis potest ratione contingere, si apostolica dogmata, si patrum mandata servemus. Dicit enim dominus noster: *Qui diligit me, sermonem meum servabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Ioan. 14.

Et licet hæc possint generaliter dicta sufficere ut vel declinemus errata, vel custodiamus catholica constituta; tamen quia Ioannis fratris & coepiscopi nostri nobis insinuatione vulgatum est, contra canonum reverentiam nonnulla præsumi, periculum, quod doctoribus imminet de taciturnitate declinans, & prophetica voce compunctus, qua dicitur: *Loquere, ne taceas*, generalibus edicendum credidi constitutis. (Isa. 18.)

I.

Vt in sacerdotibus ordinandis, quæ sunt a patribus præscripta & definita cogitetis: quia sicut est caput ecclesiæ Christus, Christi autem vicarii sacerdotes, sic & in eligendis his curam oportet esse perspicuam. Irreprehensibiles enim esse convenit, quos præesse necesse est corrigendis: nec quidquid illi deesse personæ, penes quam est religionis summa & substantia disciplinæ. Æstimet quis precium dominici gregis, ut sciat quod meritum constituendi deceat esse pastoris. Hoc ita fiet, si non sacerdotii gradus saltu quodam passim laicis transferantur. Longua debet vitam suam probatione monstrare, cui gubernacula committuntur ecclesiæ. Non negamus esse in laicis Deo placitos mores, sed milites suos probatos sibi quærunt instituta fidelia. Discere prius quisque debet antequam doceat; & exemplum religiosæ conversationis de se potius aliis præstare, quam sumere. Emendatiorem esse convenit populo, quem necesse est orare pro populo. Longa observatione religiosus cultus tradatur, ut luceat, & clericalibus obsequiis erudiendus inserviat, ut ad venerandi gradus summa perductus, qui sit fructus humilitatis ostendat. Nec leve nec vacuum fuit, quod nec apud veteres quidem, nisi Levitici generis viri, ad sancta admittebantur altaria, ne pessime, meritis contemptis, aut precio, aut præsumptione ad sacros cultus impar accederet. Tunc migrabant per illam prærogativam familiarum ad instituta cultorum: nunc est doctrina pro genere. Quod illis fuit nasci, hoc nobis imbui. Illos tabernaculo dabat natura, nos altaribus parturit disciplina. Nec tantum de laicis consecrari inhibemus, sed nec de pœnitentibus quidem quisquam ad hujusmodi gradum profanus temerator adspiret. Satis illi postulanti sit venia. Qua conscientia absolvat reum, qui se peccata sua populo scit teste confessum? Quis ' enim, quem paulo ante vidit jacentem, veneretur antistitem? Præferens ' miserandi criminis labem, non habet lucidam sacerdotii dignitatem.

' cum

' Perferens

II.

Hoc quoque ad præmissa adjungimus, ne benedictionem, quæ divina esse creditur per impositionem manus, quis precio comparet: quoniam ante oculos esse convenit, quod Simon Spiritum sanctum volens redemptione mercari, apostoli fuerit detestatione percussus. Tunc deinde quis non vile putat esse quod venditur? Istam sacerdotibus ordinandis reverentiam servet electio, ut in gravi murmure populorum divinum credatur esse judicium. Ibi enim Deus, ubi simplex sine pravitate consensus. Verum nec hanc quidem partem solicitudinis & admonitionis omittimus, ne vel ille se a culpa æstimet alienum, qui, etsi ipse quidem a redemptione liber, initiaverit benedictione mystica sacerdotem, & tamen ad alterius redempti voluntatem vel sponte in hoc vel necessitate consenserit. Quid prodest illi suo errore non pollui, qui consensum præstat erranti? Procul dubio contra mandata committit & qui habet peccatum proprium, & qui peccatum sequitur alienum. Incassum animus resistit cupiditati, si non resistit & timori. Adversus hæc facilius, Deo adjuvante, providebitur, si circa metropolitanos privilegia a sanctis patribus constituta permaneant; si metropolitani circa parochias suas ordinem suum ea qua decet veneratione custodiant, ut nec electio præsulis empta detur preciis, & nec obsequentis sit quæsita operibus, sed ita fixa habeantur in cordibus, quemadmodum releguntur in scripturis. Si nulla sint in templis emptionum semina, nulla erunt fomenta discordiæ; sed regnante caritate, sub illa, quam nobis promisit Deus & retribuit, pace vivatur. (Actor. 8.)

III.

Ob hoc patres providentia qua Spiritus sanctus cultores suos compungere dignatus est incitati, bis in anno per parochias singulas concilia haberi debere docuerunt, ut in unum juxta salubris institutionis dogmata congregati, pro ecclesiasticis causis tractandis libere convenirent, ut si juxta votum universa consistunt, Deum junctis vocibus, qui præstat desiderata, collaudent. Difficile est enim ut cujusquam cor pravis sic cogitationibus induretur, ut a se patiatur culpanda fieri, cum noverit ' se judicium subiturum esse concilii. Præcinctos ad hanc viam semper lumbos habeant, scientes rationem actuum suorum esse reddendam. Suspendantur ab illicitis per formidinem, & qui nequiverint per pudorem. De conveniendo bis in anno, notum est canones sanctos constituisse: & præfinitum quidem, si possibile est, inviolabiliter convenit custodiri. Sed si aut temporum necessitates, aut emergentes causæ hoc non patiuntur impleri, semel saltem (quamvis non licuerit) sine ulla excusatione præcipimus convenire. Hæc, fratres carissimi, & alia quæ patrum regulis continentur, in labiis & in cordibus nostris indivisa retractatione meditemur; & sicut scriptum est, *narremus ea filiis nostris, ut ea meditentur in cordibus suis, sedentes in domo, ambulantes in itinere, dormientes atque surgentes: quia beatus in domino, qui in lege ejus meditabitur die ac nocte*. Hoc & magister gentium, discipulum suum secutus instituit, admonens: *Hæc meditare, in his esto*. & subjiciens plenitudinem, *Attende tibi & doctrinæ*, inquit: quia si fidelibus sine intermissione incumbimus institutis, separamur a vitiis dum impensa cura divino operi humano locum non relinquit errori. Data IV. Nonas Aprilis, Agapito viro clarissimo consule. (Deut. 6. Psalm. 1. I. Tim. 4. Anno domini 517.)

' sibi subeundum

XXVI. AD SALVSTIVM. "

Sallustius apostolicæ sedis vicarius constituitur per Bæticam & Lusitaniam. '

' *Carissimo fratri Sallustio Hormisda.*

" SPALENSEM EPISC. ita ms. c. Iust.

' provincias.

' dilectissimo

SVSCIPIENTES plena fraternitatis tuæ votiva gratulatione colloquia, quæ nos geminæ salutis tuæ lætificaverunt indicio, (siquidem retulerunt te corporali cum spiritualibus officiis incolumitate subnixum) congruum esse perspeximus, hanc ipsam quam mente gerimus

gerimus' expedire lætitiam. Edidisti enim boni documenta pontificis, dum & prædicanda facis, & ea suadere non differs. Prærogativam de nostri sumpsimus electione judicii, quando id te sponte' amplecti didicimus, quod ceteris imperamus. Oramus siquidem ' divinam clementiam cunctos agnoscere, & hæc ad studia ecclesiasticæ pacis instrumenta transmisimus. Tu vota nostra & fideli intelligentia percepisti, & officii protinus devotione complesti, cunctis fratribus innotescens, quæ per cælestem gratiam cunctis profutura cognoveras. Suffragantibus igitur tibi tot meritis piæ solicitudinis & laboris, certe jam delectat injungere quæ ad nostri curam constat officii pertinere, ut provinciis tanta longinquitate disjunctis, & nostram possis exhibere personam, & patrum regulis adhibere custodiam. Vices itaque nostras per Bæticam Lusitaniamque provincias, salvis privilegiis quæ metropolitanis episcopis decrevit antiquitas, præsenti tibi auctoritate committimus, augentes tuam hujus participatione ministerii dignitatem, relevantes nostras ejusdem remedio dispensationis excubias. Et licet de singulis non indigeas edoceri, quem jam probavimus cautius universa servare; gratius tamen esse solet, si iterum trames ostendatur, & laboris injunctio superius formata monstretur. Paternas igitur regulas, & decreta a sanctis definita conciliis, omnibus servanda mandamus. In his vigilantiam tuam, in his curam fraternæ monitu exhortationis extendimus. His ea qua dignum est reverentia custoditis, nullum relinquit culpæ locum, nec sanctæ observationis obstaculum. Ibi fas nefasque præscriptum est: ibi prohibitum, ad quod nullus audeat adspirare: ibi concessum quid debeat mens Deo placitura præsumere. Quoties universalis poscit religionis causa, ad concilium te cuncti fratres evocante conveniant: & si quos eorum specialis negotii pulsat' contentio, jurgia inter eos oborta compesce, discussa sacris legibus determinando certamina. Quidquid autem illis pro fide & veteribus constitutis vel provida dispositione præcipies, vel personæ nostræ auctoritate * formabis, totum ad scientiam nostram instructæ relationis attestatione perveniat,' ut noster animus officii caritate dati, & tuus securitate perfruatur accepti. Deus te incolumem custodiat, frater carissime.

EPISTOLA IUSTINI IMPERATORIS AD HORMISDAM.

Se imperatorem electum esse significat.

Iustinus Augustus Hormisdæ papæ.

DEI beneficia, licet multis, maxime tamen summis pontificibus convenit indicari. Proinde sanctitati vestræ per has declaramus epistolas, quod primum quidem inseparabilis Trinitatis favore, deinde amplissimorum procerum sacri nostri palatii & sanctissimi senatus, nec non electione firmissimi exercitus ad imperium nos, licet nolentes ac recusantes, electos fuisse, atque firmatos. Precamur proinde, ut sanctis orationibus vestris divinæ potentiæ supplicetis; quatenus initia nostri roborentur imperii. Hoc enim & nos sperare, & vos decet implere. Data Kalend. Augusti, Constantinopoli, Magno viro clarissimo consule." Anno domini 518.

XXVII. AD IUSTINUM.

Illo imperante sperat fore ut ecclesiæ pax restituatur.

Hormisda Iustino Augusto.

VENERABILIS regni vestri primitiis, fili gloriosissime, loco muneris gratulationem suam catholica transmittit ecclesia, per quas se post tantam discordiæ fatigationem requiem pacis invenire confidit. Nec est dubium ideo ad rerum summam cælesti vos providentia pervenisse, ut vestris temporibus impacta religioni in orientis partibus aboleatur injuria. [a] Debitas beato Petro apostolo imperii vestri primitias reddidistis, quas hac ratione devoti suscepimus, quia ecclesiarum per vos proxime futuram credimus sine dubitatione concordiam. Deus qui pietatis vestræ sensibus alloquendi nos vota concessit, ipse circa sincerum religionis suæ cultum præstabit, sicut optamus, effectum. Significastis nolentibus & recusantibus vobis imperii pondus impositum, qua ratione electos vos cælesti constat esse judicio, secundum apostolum dicentem: *Non est potestas nisi a Deo: quæ autem sunt, a Deo ordinata sunt.* Rom. 13. Superest ut a Deo electi, sicut & credimus, ecclesiæ, quam laborare cernitis, manus vestræ solatia porrigatis. Cessent qui paci ejus obsistunt: obmutescant qui in forma pastorum conantur gregem Christi disperdere. Istorum correctio vires vestri firmat imperii: quia ubi Deus recte colitur, adversitas non habet effectum. Hanc gratulationis paginam per Alexandrum virum clarissimum non omisimus destinare, sperantes cum Dei nostri adjutorio per virum clarissimum filium nostrum de singulis quæ ad unitatem ecclesiæ pertinent nos clementiæ vestræ præbituros esse responsum. Anno domini 518.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Debitas B. Petro, &c.*] Postquam præcedente epistola Iustinus imperator, antiquum morem orthodoxorum imperatorum imitatus, de sui electione ad Romanum pontificem, quem ut parentem venerabatur, literas dedisset, ea intentione, ut aperte profiteretur nulla fortiore potentia, quam communione cum totius ecclesiæ primario antistite, populorum fidelium voluntatem conciliari posse; respondit illi Hormisda pontifex, præstitum esse id ad quod omnes orthodoxi imperatores jure sunt obligati. Vnde vides antiquitus observatum fuisse, ut de electo imperatore Romanus pontifex certior reddatur, electique consecratio & confirmatio petatur.

Imperator papæ sui electionem insinuat.

Cur id factum.

EPISTOLA IUSTINI AD HORMISDAM.

Ad petitionem concilii Constantinopolitani Iustinus per Gratum comitem petit, ut pontifex ad pacem orientali ecclesiæ reconciliandam, & ad lapsos recipiendos legatos Constantinopolim mittere dignetur.

Iustinus Augustus Hormisdæ papæ.

IOANNES vir beatissimus, hujus regiæ urbis antistes, & ceteri viri religiosi episcopi de diversis locis & civitatibus hic reperti, nostram serenitatem docuerunt pro concordia veram & orthodoxam fidem colentium, proque unitate venerabilium ejus ecclesiarum literas tuæ sanctitati offerendas confecisse, ac magnopere postularunt, nostras etiam epistolares paginas super hoc ad eam emanare. Quo-

Quorum petitiones, utpote semper unitatis A amatores, libenter amplexi, hos divinos apices ad tuam beatitudinem censuimus prorogandos. Quibus scriptis, desideriis supradictorum reverendissimorum antistitum subvenire, proque nobis & republica, cujus gubernatio nostræ pietati cælitus credita est, supernam majestatem suis orationibus placare dignetur. Ut autem tuæ sanctitati pacis & unitatis atque concordiæ jura plenius pateant, quosdam religiosissimos sacerdotes pacem amplectentes & desiderantes ad sacratissimum nostrum perveniæ disponat comitatum. Ob hanc enim causam Gratum virum clarissimum sacri nostri consistorii comitem, B & magistrum scrinii & memoriæ direximus, cujus præclaram opinionem multis antea notam habemus temporibus. Data VII. Idus Septembris, Constantinopoli, Magno viro clarissimo consule."

" Anno domini 518.

XXVIII. AD IUSTINUM AUGUSTUM RESPONSORIA.

Commendat ejus de concilianda pace solicitudinem, & cœptis monet insistendum, nomenque Acacii abolendum esse.

Hormisda Iustino Augusto.

SUMPTAM de imperii vestri ortu lætitiam, quamvis apud nos pollentem merito præcedenti, quoque geminastis alloquio, reciproca devotione testati. Iam tunc secutura prævidimus, quæ nunc de ecclesiasticæ unitatis affectu cælestis gratiæ inspiratione significastis. Habes ergo, clementissime imperator, præsentem de tali voto jam gloriam, sed expectatur de perfectione perpetua. Hæ sunt validissima imperii vestri fundamenta, quæ in ipso nascentis regni principio divinam universis præferunt sancta dispositione culturam. Tenete itaque hanc piæ solicitudinis curam, & pro catholicorum pace, sicut cœpistis, insistite: quia Deus noster, qui vobis hunc tribuit animum, elegit etiam per quos præstet effectum. D Nam & episcoporum vota precesque nobis effusas gratanter amplectimur: qui tamen loci sui consideratione commoniti, ea desiderant quæ dudum ut sequi vellent sedis apostolicæ exhortatio crebra non defuit. Et quoniam clementiam vestram id cupere, illos etiam hæc didicimus postulare, quæ res hactenus ecclesiarum pacem sub contentiosa obstinatione diviserit, nec pietatis vestræ, nec illorum refugit, velut latenti causa, notitiam. Quid igitur facere debeant, & literis nostris, & libelli, quem direximus, serie continetur. Hæc si Deo nostro, & clementia vestra adjuvante suscipiunt, & sequuntur; poterit ad E eam, quam maximo desideramus ardore, perveniri concordiam. Filius præterea noster vir clarissimus Gratus sacri consistorii comes & magister scrinii memoriæ ostendit in se vestrum allegationis suæ maturitate judicium: cujus mora sensibus vestris, eo referente, melius afferetur.

Anno domini 518.

EXEMPLUM RELATIONIS IOANNIS EPISCOPI Constantinopolitani per Gratum missæ.

Ut communionem Romanæ ecclesiæ impetret mittit libellum quo fidem catholicam profitetur: & ipsius pontificis a se nomen in diptychis descriptum esse: legatos per quos pax constituatur destinandos.

Domino & per omnia Dei amatori sanctissimo fratri & comministro Hormisdæ Ioannes in domino salutem.

SALUTO vestram sanctitatem, carissime in Christo frater, & salutans prædico: quoniam recta fides salva est, & caritas fraternitatis firmata est. Hoc Deus solus potens per studium Christianorum & piissimorum imperatorum fieri voluit. Scribere igitur apostolice, & rescripta suscipere fraterne Dei amore dignemini. Ego enim inquisibili ratione doctrinam sanctissimorum apostolorum secundum traditionem sanctorum patrum tenens, similiter honorem consubstantiali & per omnia sanctæ Trinitati offero, sicut in Nicæa CCCXVIII. cœtus promulgavit, & in Constantinopoli CL. conventus firmavit, & in Ephesina CC. firmavit, & in Calchedone conventus DCXXX. patrum firmavit. Hanc ergo fidem usque ad ultimum anhelitum per gratiam Dei custodiens, spiritalibus amplexibus, tam vestram sanctitatem quam etiam orthodoxas ecclesias ex C animo amplector, una tecum in veritate sentiens, & una tecum sperans in illo die per hanc fidem salvari bona voluntate Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Consubstantiali enim Trinitati omnis gloria debetur nunc & in sæcula sæculorum. Omnem in Christo fraternitatem, quæ cum vestra est sanctitate, ego & qui mecum plurimum in domino salutamus. Tantum ad satisfaciendum scripsimus, ut & venerabile nomen sanctæ recordationis Leonis, quondam urbis Romæ archiepiscopi, in sacris diptychis tempore consecrationis propter concordiam affigeretur, & vestrum benedictum nomen similiter in diptychis prædicetur. Ut de omnibus autem satisfiat vestræ sanctitati, (quoniam pacem vestram amplectimur, & de unitate sanctarum Dei ecclesiarum curamus) rogamus vos pacificos viros destinare, & vestræ dignos apostolicæ sedis, qui debeant satisfacere, & satisfactionem nostram suscipere, ut & in hac parte Christus Deus noster glorificetur, qui per vos pacem hanc mundo servavit. Accepta XIII. Kalendas Ianuarii", post consulatum Agapiti. " Anno domini 518.

XXIX. AD IOANNEM CONSTANTINOPOLITANUM EPISCOPUM responsoria.

Commendat Ioannem episcopum, & gaudet concilium Calchedonense & divi Leonis epistolas ab eo complexas. Ad ecclesiæ communionem admittendum pollicetur, si nomen Acacii e diptychis sacris expunxerit.

Hormisda Ioanni episcopo Constantinopolitano.

SPIRITUALE gaudium directis caritas tua significavit affatibus, docendo ut catholicæ religionis disciplinam ordine suo vestri pastores, Deo nostro juvante, receperint. Hæc esse beneficia misericordiæ supernæ quis dubitet? Hæc quis dubitet venerabilis principis trophæis

trophæis adjungi? Quis ambigat, quia major A ei de hac pace quam de quibuslibet prœliis triumphus acquiritur? Istius laboris gloria nescit occasum: quia ubi Deus recte colitur, nunquam adversariorum crescit iniquitas. Dilectionis tuæ confessionem gratanter accepimus, per quam sanctæ synodi comprobantur, inter quas instauratione constitutorum omnium Calchedonense concilium prædicastis, & catholicorum numero adjungi desiderans sancti papæ Leonis in diptychis nomen asseveras scriptum. Ista laudanda sunt, si perfectionis subsequatur effectus: quia recipere Calchedonense concilium, & sequi sancti Leonis epistolas, & adhuc nomen Acacii defendere, B hoc est inter se discrepantia vindicare. Quis Dioscorum, & Eutychetem condemnans, innocentem ostendere possit Acacium? Quis Timotheum, & Petrum Alexandrinum, & alium Petrum Antiochenum, & sequaces eorum declinans, sicut diximus, non abominetur Acacium, qui eorum communionem secutus est? De caritate siquidem tua meliora Dei omnipotentis expectamus auxilio, habentes optimæ promissionis spem, sicut ad nos quæ direxisti tua scripta ostendunt, tecum in veritate sentiens, & ipsa defendens, sperans in illo judicio per ipsa te posse salvari. Post hæc quid restat, nisi ut sedis apostolicæ, cujus fidem te dicis amplecti, sequaris etiam sine trepidatione C judicia? Igitur partibus orientalibus ostende per te quod sequantur exemplum, ut omnium laus, qui correcti fuerint, tuis laboribus applicetur. Ergo cum magna denunties, & fidem beati apostoli Petri te amplecti significes, recte credens in ea salutem nostram posse subsistere, libellum, cujus continentia subter annexa est, a caritate tua subscriptum ad nos dirige, ut sine conscientiæ formidine unam communionem, sicut oramus, habere possimus. Pro persona quoque filii nostri Grati viri clarissimi Deo nostro gratias sine cessatione persolvimus, cujus fides & recta credulitas nostrum circa se excitavit affectum D; dignus re vera qui tantæ curam susciperet actionis, & maximi principis ad nos mandata perferret.

EPISTOLA IVSTINIANI AD HORMISDAM MISSA per eumdem Gratum imperatoris legatum.

Pro pace & unitate orientalis ecclesiæ pontificem rogat, ut si minus se Constantinopolim velit conferre, legatos mittat.

**Iustinianus comes Hormisdæ papæ.*

DESIDERABILE tempus, quod summis votis optavimus, divina clementia, dolores E generis humani respiciens, largiri dignata est, quo omnes catholici & Deo perfecti fideles majestati ejus se valeant commendare. Idcirco has ad apostolatum vestrum, libera licentia jam mihi beneficio cælesti indulta, direxi. Dominus etenim noster invictissimus imperator orthodoxam religionem semper amplectens ardentissima fide, cupiensque sacrosanctas ecclesias ad concordiam revocare; mox ut adeptus est cælesti judicio infulas principales, sacerdotibus hic positis denuntiavit, ut pro regulis apostolicis unirentur ecclesiæ: & magna quidem pars fidei est composita Deo auctore. De nomine tantummodo Acacii vestræ beatitudinis convenit audire consensum. Quam ob causam dominus noster serenissimus princeps Gratum virum sublimem, unanimem mihi amicum, cum paginis Augustis ad sanctitatem tuam transmisit, ut modis omnibus dignetur Constantinopolim ad reliqua concordiæ componenda venire: sed absque quadam dilatione vestrum expectamus adventum, quem si qua tarditas, quod fieri non debet, forsitan retinuerit, interim vel sacerdotes idoneos destinare festinet; quia totus mundus partium nostrarum conversus ad unitatem moras non patitur. Accelerate ergo, domine sanctissime, ne vobis absentibus, quæ debent præsentibus, ordinari. . . . Scimus etenim literas vestræ beatitudinis, & antecessorum vestrorum ad orientem directas quid super hac eadem causa contineant. Vt autem nihil prætermittatur propter causam sæpius memoratam, ab invictissimo rege religionis quoque negotium filio vestro viro sublimi Grato est injunctum, favente domino nostro Iesu Christo.

XXX. AD CÆSARIVM ARELATENSEM.

Docet Dardaniæ & Illyrici episcopos ad sedis apostolicæ communionem, Eutychiana hæresi damnata, rediisse, & de legatione in orientem missa.

Dilectissimo fratri Cæsario, vel his qui sub dilectionis tuæ ordinatione consistunt, Hormisda.

IVSTVM est ut qui catholica communione lætamini, nobiscum de ecclesiæ, si qua provenit, concordia gaudeatis: ut quemadmodum unus nobis consensus est fidei, ita sit individua gratulatio prosperorum. Nostis qualiter detestabilis Eutychiana hæresis per orientales serpat ecclesias, & quoties præfatæ superstitionis virus synodus generalis extinxerit, vel quoties ejus sequaces salubria monita apostolicæ sedis spreverint, &, quasi erubescentes manus dare veritati, aut apostolicæ sedis prædicationibus obedire, in hac* tamen obstinatione perstiterunt. Elatio enim semper affert saluti periculum, per quam ipsius inventor diabolus angelica potestate privatus est. Pro his nobiscum sæpissime fraternitas vestra condoluit, apostolicæ non immemor lectionis, qua monstratur: *Si patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra.* (I Cor. 12.) Sed dominus qui vult omnes homines salvos fieri, & ad cognitionem veritatis venire, nunc multorum sensus illuminans, eis desiderium apostolicæ communionis infudit, ut quod dudum * intentione prædicabant, hoc nunc correctionis professione condemnent. Quorum reditum ideo absque suspicionis morsu recipimus, quia dum peccatum sine aliquo excusationis velamine confitentur, manifestum desiderium correctionis ostendunt. Ergo episcopi tam Dardani, quam Illyrici pene omnes, ne sint errore condemnandi præterito, petentes beati Petri apostolorum principis communionem, & scriptis & legationibus destinatis se *apostolicæ sedis regulis obedire confirmant. Pro quibus quantum nos oporteat gratulari, soli quorum fides fervet intelligunt. Sciendum vobis est igitur

igitur anathematizari nunc ab ipsis quoque Nestorium, qui dividit incarnationem domini nostri Iesu Christi, & per hoc duos filios conatur asserere. Eutyches carnis negans veritatem, & duas naturas in una persona non prædicans, ut Manichæam phantasiam ecclesiis Christi quemadmodum putavit insereret, simili ratione damnatur. His adjungitur Dioscorus Alexandrinus, qui malitiæ præfatæ consentiens, in sancto Calchedonensi concilio particeps damnationis effectus, & malorum seminum æquales fructus inveniens, in eam cecidit foveam, quam fidelibus parabat. Facti sunt istorum successores Timotheus Ælurus, & Petrus; quorum sibi ubique consensit iniquitas, & mentientes magistros in nullo deserunt, sed in omnibus pravitatibus antecedunt. Hi approbati sunt generalis materia læsionis, quorum & manus sacerdotalibus sanguinis maculavit effusio, & vitam innocentium peremit interitus. Habent per universum mundum a catholicis infixa æternæ damnationis stigmata, quos orthodoxi non solum fecerunt communionis expertes, verum etiam eos Christianorum spoliavere vocabulo. Petrum Antiochenum cum suis, sicuti ab his de quibus ne sermonum prolixitas nasceretur, hoc tantum dixisse sufficiat, Petrum & ejus socios in nullo ab eorum qui damnati sunt dogmate discrepare. Quos Acacius aliquando condemnans, in laudes suas omnium Christianorum ora converterat, & eos impugnans qui Eutychianam hæresim vindicabant, fidem colentibus gratissimus apparuerat. Sed huic solitis insidiator fraudibus quod fraudabatur invidit. Nam postea hos suos complices habere desiderans, & in catholicos arma convertens, cum ipsis invenit sortem quos optavit habere participes. Longum est epistolæ brevitate per universa discurrere. Vnde ex totius summa negotii partem aliquam pro instructione direximus, judicantes quod tanta res vestram non possit latere notitiam; præcipue cum hoc per prædecessorum nostrorum literas vestris fuerit regionibus nuntiatum. Quod & nos pro his quæ nuper acciderunt fraternitatem vestram curavimus instruendam, ne alicubi per ignorantiam fidelium locum invenire possit subreptio * prædictorum; sed qui nituntur talia vindicare sacræ consortio communionis arcendi evidentius innotescant. Igitur ubi interest fidei, quidquid ad gratiam hujus pertinet sæculi respuatur; cum nec naturalis affectio rebus debeat cælestibus anteponi, ut illud præceptum domini compleatur: *Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus.* De ceteris quæ in religionis causa, confidentes divinis beneficiis, præsenti tempore iterum de orientis partibus speramus, & legatos direximus, domino Iesu Christo supplicate, ut ipse qui pro pietate sua prosperum donavit initium, similem concedere dignetur effectum. Vrbanum sedis apostolicæ defensorem, etiam huic aptum negotio, ad caritatem tuam direximus: per quem de universarum effectu causarum responso congruo cupimus quæ sunt votiva cognoscere. Deus vos incolumes custodiat, fratres carissimi. Data VI. Idus Septembres, Florentio viro clarissimo consule.

* perditorum;

Matth. 10.

XXXI.[a] AD IVSTINIANVM AVGVSTVM.

Ad pacem assequendam Acacium damnandum. Legatos mitti significat.

Hormisda episcopus Iustiniano Augusto.

LITERARVM vestrarum serie religionis ope pollente devotionis optatissima gratulatione suscepta, gratias divinitati retulimus, quia dedistis indicium facile a vobis fieri quod potuissemus hortari. Hinc est quod quia sponte laudabilia cupitis, digne ad principatus apicem generis vestri stemmata pervenerunt. Quapropter insistite, & religiosæ vivacitatis animis imminete, ut quemadmodum pro bonæ voluntatis initio genus vestrum meruit culmen imperii, in æterna vobis de perfectione gloria sint triumphi. Videte quo desiderio ad pacis gaudia ludificatus diu mundus ' exhortet. Respicite generalitatis animos, vestri præsumptione beneficii, certa spe quietis attolli; non est quod se dubietas inserat, non est quod aliquid ambiguitatis accedat, cum testamini, quod & nos quidem bene novimus, accedere ad ecclesiarum concordiam ' religionis principis vota. Quapropter tantæ magnanimitati gratias agentes, quanta possumus petitione deprecamur, ut Acacii nomen cum sequacibus suis, quod plene unitatis ecclesiarum impedit gaudium, damnationis ordine sit remotum. Nos enim convenientes causæ qualitati direximus legatos, quibus præsentibus initium quod dedisti gaudii possit secundum quæ mandatis continentur impleri.

' exultet

' religiosi

Anno domini 519.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Epistola.*] Hanc epistolam cum novem sequentibus de pace & unitate orientalis ecclesiæ scripsit Hormisda pontifex anno domini 519. Curavit eas deferri per legationem sedis apostolicæ, qua Germanus & Ioannes episcopi, Blandus presbyter, Felix & Dioscorus diaconi fungebantur, quique sequentem indiculum rerum agendarum a pontifice acceperunt.

INDICVLVS QVEM ACCEPERVNT legati apostolicæ sedis.

Legatos instruit.

CVM Deo propitio partes orientales fueritis ingressi, si qui episcopi vobis occurrerint, & libellum, cujus continentiam percepistis, a se subscriptum offerre voluerint; suscipite, eisque præbete sanctæ communionis consortium. Si vero occurrentes ipsi, eo quo superius diximus ordine profiteri noluerint; a vobis equidem sub sacerdotali affectione tractentur: sed neque vobis sit cum his mensa communis, neque ab his vel victualia præsumatis accipere, nisi tantum subvectionem, si causa poposcerit, & hospitalitatem, ne credant se omnino fastidiose despectos. Cum autem Constantinopolim Deo adjuvante veneritis, in eam secedite, quam imperator præbuerit mansionem: & nullum ad salutationem vestram prius permittatis accedere, exceptis his quos ipse miserit imperator, aut quos nostræ communionis esse cognoscitis, donec ipsum principem videatis: cui præsentati, salutantes, literas nostras offerte, suggerentes magnum nos de ejus imperio gaudium percepisse, & nimium gratulari, quod eum Deus omnipotens ad hoc evexit, juxta ejus sacras literas, ut

ut secundum ea quæ sunt ab apostolicæ sedis A constituta præsulibus, Deo auctore, & regno ejus adnitente, ecclesiarum & pax & unitas his temporibus desiderata proveniat. Qui si vos hortatus fuerit ut Constantinopolitanum videatis episcopum; intimate vos præfinita habere, quæ etiam ab eis sæpe sunt cognita, quæ ab universis episcopis catholicam communionem amplectentibus professio debeat celebrari. Hæc si episcopus Constantinopolitanus implere paratus est, ei gratanter occurrimus: si vero sedis apostolicæ adhortationem sequi contemnit, quid necesse est ut ad occasionem contentionis salutatio nostra proficiat, quibus non est B disputationis aut certaminis causa in mandatis? Si vero imperator sibi aperiri voluerit, quid sit quod ab episcopo fieri postuletis; formam libelli quam portatis ostendite. Quod si de anathemate Acacii consentiens, successores ejus dixerit recitandos, ob hoc quod propter defensionem Calchedonensis synodi aliqui eorum † fuerint exilio deportati; insinuabitis nihil vos de libelli posse forma decerpere, in qua sequaces damnatorum pariter continentur. Sed si eos ab hac non potueritis intentione deflectere; saltem hoc acquiescite, ut anathematizato specialiter per libellum, quem vobis dedimus, Acacio, de prædecessorum ejus no- C minibus taceatur, abrasis eorum de diptychorum inscriptione vocabulis. Quo facto episcopum Constantinopolitanum in vestram communionem accipite. Libellum vero vel episcopi Constantinopolitani, vel aliorum, quos vos suscipere Deo volente contigerit, primo agite ut præsente populo recitetur. Quod si hoc fieri non potuerit, saltem in secretario præsentibus clericis & archimandritis relegatur. Hæc omnia si Deo fuerint volente completa, imperatorem rogate, ut destinatis sacris per metropolitanos episcopos, adjunctis ipsius episcopi Constantinopolitani literis innotescat, episcopum Constantinopolitanum, suo quoque con- D sensu celebrata professione quam sedes apostolica destinavit, in unitatem communionis fuisse susceptum: quibus literis etiam ipsos hortetur similia profiteri. Quod si in hac parte imperator aliquid difficultatis attulerit, episcopus Constantinopolitanus directis præceptionibus episcopis suis parœcialibus, vel ceteris metropolitanis, eis præsentibus qui a vobis pariter directi fuerint, quid ipse fecerit, innotescat: quod ab eo modis omnibus vos oportet exigere, ut facti hujus testimonio peragrante, etiam universos, vel qui longe sunt positi, latere non possit.

† Tempe[re] [Eup]hemius [M]acedo-[niu]s.

XXXII. AD IUSTINUM AUGUSTUM. E

Ab iis, qui admissis Calchedonensis concilii decretis Acacium damnare recusabant, cavendum: legatosque ob pacem & unionem orientalis ecclesiæ missos commendat.

Hormisda Iustino Augusto.

In tantum pro gratia divinitatis gloriæ vestræ famam constat extensam, & ita vos suffragante vitæ merito laudabiliter mundo contigit innotescere, probatissimorum hominum opinione vulgante, ut super vos potius credatur delatum culmen imperii, quam per imperium vos aliquis dicat agnosci. Certum est quidem hujusmodi provectione vestra pristino splendori accessisse decoris cumulum: sed sicut tenuistis olim moribus principatum, sic cum vos per ora gentium impatiens secreti magnitudo detulerit, ad nos quoque, sicut mystice loquuntur scripturæ, testimoniis suavitatis vestræ odor advenit. Et certe cum late prudentium hominum sententia religiosæ vitæ vestræ fuerint instituta dispersa, habere non potuimus incognitum quidquid de vobis fuerat mundi attestatione vulgatum: quia sicut mediocri laude digna in immensum sibi nequeunt vindicare pręconia, ita sine fine prędicandum rapitur in populum quidquid bono fuerit admirationis ornatum. Vindicat enim sibi quantitatis suæ jure magnitudo famæ testimonia, quia nesciunt latere miranda. Hinc est quod principatus vobis ac honores publica jura commiserunt: nam quod meritorum insignia generalitatis facta sunt vota, nemo ita rerum arbiter iniquus exstitit, qui passim vos æstimet arches inclytæ accepisse titulos, cum negari nequeat digne vos meruisse imperii culmen, quorum probitatem mundus agnovit. Sed parum est, quamvis judicio universitatis, suscipere loco præmii jura regnandi. Illud magis est admirabile quod ita vos hominum laudabilitate firmatos suscipiunt imperia, ut judicia sint divina. Non est dubium electos suos venerabili prædestinatione divinitatis ad tantæ potestatis ornamenta venire, quos sinceræ fidei documenta circumvallant. Vere vobis prophetici spiritus convenire verba dixerimus: *Priusquam te formarem in utere, novi te.* (Ier. 1.) Ad hanc vos gloriam, incomprehensibili supernæ majestatis dispositione procurante, obsequium naturæ mundo protulit, sub custodia fidei transactæ vitæ probitas instituit, atque ad imperia clementia divina provexit: ob hoc scilicet, ut tandem aliquando divisores dominici corporis fidei vestræ executione compressi, ecclesiarum concordia diabolica impedimenta succideret, & universitas de adunatione gauderet. Hoc religioni, hoc fidei, hoc serenitati vestræ specialiter cælitus mandatur officium: quibus & posse omnia, & perficere videmus indultum. Itaque sicut instituistis facere, navate suscepti operis munus quod superna vobis providentia videtis injunctum. Et vere sic decuit, ut per principem pax debeat fieri, quam reverentia divinitatis exposcit. Date has assumpti Deo nostro vestri oblationes imperii, ut per vos possit pacis fructus impleri. Sine dubio quidquid tali facto animæ vestræ fuerit præstitum, a vobis mundo judicatur impensum. Magnum, & inæstimabile est, venerabilis imperator, propter quod adsciti estis judicio divinitatis: extenduntur ecce vota pacem desiderantium: diuturni temporis tractu mœret ecclesiarum indivisibilis discissa communio: est in gemitu discerpta fraternitas, cum circa patrum dogmata varia sit voluntas. Accingite ergo lumbos viribus fidei: videte cui vos regi divinitas velit obsequi: quantum sit quod per vos procurat impleri. Ecclesię venerandę corpus, quod propria Christus noster passione fundavit, glorię vestrę adunare factis instituit. Non est quo magis circa vos gratia supernæ majestatis eluceat, quam si ecclesiæ corpus per vestrum reparetur officii, sanguinis domini redemptione formatum.

Est quidem causæ hujus vetustissima calamitas, sed pro immanitate sui recentissimus dolor, & tanto Christianis animis fortior gemitus, quanto temporibus est dilatus. Videndum vobis est inquantum quotidie antiqui hostis fervescat insania, &, cum olim causa sit decisa fine sententiæ, pacis faciat tarditatem: & cum Calchedonensis synodus, & B. papæ Leonis constituta placeant, quo ad caritatem reverti volumus, a certamine non desistas. Sequuntur quæ dogmatibus prædictis adscripta sunt, & ab eorum sequacibus, quos prædicta auctoritate damnatos intelligunt, non recedunt. Tenent adhuc in complexibus nomen Acacii, quem vident judicio sedis apostolicæ merito pœnā subjisse damnati. Quis non intelligat simulate dici: Sanctorum patrum sequimur dogmata, sed non diligimus facta? Quæ a sancta synodo Calchedonensi constituta sunt, & quæ beati Leonis epistola continet, fovemus, veneramur, amplectimur; sed Acacio, qui damnatorum communionem secutus est, impendimus vota. Sed quid opus est de judicatis rebus verba facere, cum nos hortari tantummodo deceat, ut expressa superius simulatione summota, sub omni puritate pacem debeant a quibus hæc dicuntur optare. Apud vos mihi est omnis deprecationis causa, imperator egregie: vos his ac talibus religiosi operis resistite viva caritate: vobis imminet, ut qui ecclesiasticæ concordiæ habuistis sub privata vita desiderium, sub principatu detis effectum. Non fuit quo magis gratiæ vestræ cumulus accederet, quam quod vobis divinitus datum est, ut quod semper voluistis fieri, per vos ad terminum possit adduci. Nec breve specimen circa vos gratiæ divinitatis effulsit, quibus datur posse facere, quod semper optastis. Quapropter quoniam vobis tantæ causæ titulum videtis esse servatum, removete quidquid ambiguum remansisse creditur ad plenitudinem gaudiorum. Nos enim qua decuit affectione per Gratum virum clarissimum, cui pro moderatione sui congrue sensimus officium legationis injunctum, literis vestri principatus acceptis, causæ magnitudini convenientes, [a] destinavimus viros Germanum & Ioannem episcopos, & Blandum presbyterum, nec non & Felicem diaconum, per quos si, quemadmodum præsumimus, serenitatis vestræ favor arriserit, secundum quæ mandata sunt, ecclesiarum adunatione generalitatis possint vota firmari.

Anno domini 519.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Destinavimus viros Germanum.*] Hoc loco desideratur nomen Dioscori diaconi, quod in epistolis sequentibus expressum invenitur, licet non hoc ordine. Nam in ipsis post nomina episcoporum legatorum mox nominati reperiuntur ambo legati diaconi, & novissime Blandus presbyter. Sed hujus epistolæ auctoritate dici potest, errore librariorum accidisse, quod ibi series nominum sit inversa, & diaconi ante presbyterum positi reperiantur.

XXXIII. AD EVPHEMIAM AVGVSTAM.

Augustum ad pacem ecclesiæ restituendam cohortandum.

Hormisda Euphemiæ Augustæ.

ECCLESIARVM pax jam cælesti ordinatione componitur, cum vos ad imperium Deus elegit, apud quos esse integrum semper religionis suæ cognovit affectum. Nam sicut in privata vita Deum semper recto dogmate coluistis, ut de religionis concordia cogitaretis; & multa quidem inter ipsa imperii vestri primordia facta sunt, quæ spem nobis correctionis integræ pollicentur. Vnde quia in vobis amorem fervere fidei gratulamur, agentes Deo gratias, quotidie pro vobis beato Petro apostolo supplicamus, ut votis vestris apud dominum suffragetur, & cursum bonæ voluntatis adimpleat. Nec dubium est, divinis vos auxiliis adjuvari, quia tanto religionis studio mandatis cælestibus obeditis. Hinc est, quod quia sanctum conjugii vestri constat esse propositum, has fiducialiter ad vestram clementiam literas destinamus, ut per vos ad perficiendam ecclesiæ pacem mariti vestri pietas amplius incitetur. Magnum opus arripuistis, magna vobis causa commissa est. Per vos etiam populos Christus vult ad ecclesiæ fœdera revocare, quos per se voluit a morte redimere. Magna etiam vestro sexui parata est laudis occasio, si vobis instantibus, ecclesiæ suæ Christus quæ divisa fuerant membra conjungat. Nec ejus major est gloria, quæ humanæ salutis lignum scrutata est, & sola crucem quam omnis veneratur mundus invenit. Superabitis quinimo illius merita, quia ecclesiæ unitas per illam suum invenit signum, per vos est habitura remedium. Agat igitur jugalis vestri religiosa clementia, ut fratres & coepiscopi nostri sub eo libelli tenore, quem dudum misimus, fidem suam dignentur asserere; quatenus perfecta possit esse quæ est inchoata correctio: quia irrita est quælibet in cultura Dei confessio, cui deest fidei plenitudo. Hoc enim quod a reliquis fieri poposcimus, a multis jam sacerdotibus constat effectum: & unitas esse justa in communione non poterit, si non fuerit in reversione servata.

Helena Constantini mater Christi crucem invenit.

Anno domini 519.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Ad Euphemiam.*] Euphemia conjux Iustini imperatoris, insignis pietate femina, antea Lupicina nominata fuit. Quando vero Iustinus imperator factus est, nomine Euphemiæ illustris martyris, in cujus basilica Calchedonense concilium celebratum fuerat, conjugem suam pietatis ergo appellari voluit, antequam illam Augustæ titulo decoraret. Zonaras & Cedrenus in Iustino.

Imperator imperatricis nomen mutat?

XXXIV. AD IOANNEM CONSTANTINOPOLITANVM episcopum.

Acacium damnandum, & in legatorum manibus fidei professionem emittendam.

Hormisda Ioanni episcopo Constantinopolitano.

REDDIDIMVS quidem, frater, congruum literis tuis sub ecclesiastica libertate responsum; & quid in his congratulati fuerimus insertum, qui taciturnitate præteritum, evidenter expressimus. Ac licet cuncta sensibus tuis nunc crebra legatio, nunc usu in ecclesia diuturnæ conversationis tuæ vetustas infuderit; juvat tamen adhuc latius aperire nostrum repetita ratione consilium: quia tunc bene de fidei firmitate differitur, quando simplicibus verbis conciliandæ pacis cupiditas explicatur. Desideria

Desideria quippe tua, quibus te ad ecclesiasticam testaris festinare concordiam, ut haberent partes illæ semper optavimus; nec sola votorum ambitione contenti, usi etiam precibus sumus. Vestro sunt hæc & mundi testimonio roborata quæ loquimur: quia ut catholicæ unitatis reparatio fiat, auctoritatem nostram intemeratæ fidei integritate submittimus. Inclinet orationibus nostris autem suam divina miseratio, ut quod creditis postulandum, sequamini, & ametis oblatum. Nobis una causæ solicitudo, una custodia est, ita pacem cupere, ut sic religionis, sic venerabilium patrum constituta serventur: quoniam quæ inter se consona credulitate non discrepant, æquum est ut simili observatione subsistant. Sed cur diutius immoramur? Scis ipse unitatis causa quid exigat: scis ipse qua via ad beati Petri apostoli debeas venire consortium. Habes itineris tui ducem, quem te jam sequi asseris, Calchedone habitum pro religione conventum. Iam te quoque, quod idem amplecti testatus es, beati Leonis redeuntem dogma comitabitur. Hæc si placent, Acacii defensio damnati non placeat: hoc est quod boni studii a perfectione vota suspendit. Si sunt enim illa adversum Dei & legis ejus inimicos venerabilium patrum congregatione disposita, ut quisquis eos in communione sequeretur, jam tunc latam subiret in sua damnatione sententiam; non sunt igitur nova quæ constanter exequimur, sed temporibus illis facta judicia justa patrum constitutione servamus. Hortamur itaque, frater, & mentem tuam Dei nostri misericordia adjuvante pulsamus, ut ab omni te hæreticorum contagione, Acacium cum sequacibus suis condemnando, disjungens, una nobiscum dominici corporis participatione pascaris. Si nobiscum universa prædicas, cur nobiscum non universa condemnas? Tunc enim nobiscum quæ veneramur amplecteris, si nobiscum quæ detestamur horrueris. Pax integra nescit aliquam habere distantiam, & unius Dei vera esse non potest nisi in confessionis unitate cultura. Quapropter salutantes te fraternæ caritatis affectu, petitionem tuam missis, sicut sperasti, religiosissimis viris Germano ac Ioanne episcopis, [a] Felice diacono, Dioscoro diacono, atque Blando presbytero, significamus esse completam. Hi vero quibus fuerint mandatis instructi ante allegationes eorum, si cogites, evidenter agnosces. Hi pacem tuam sub ea qua sæpe scripsimus professione suscipient. Imple ergo, frater carissime, gaudium nostrum, & tuum ad nos per eos rectæ fidei tuæ remitte præconium, ut per te universis detur exemplum.

ino domini 519.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Felice diacono, Dioscoro diacono, atque Blando presbytero.*] Ex epistola trigesima secunda præcedente patet, quod hoc loco nomina legatorum diaconorum ante presbyteri nomen posita reperiantur, ut dixi supra in notis ejusdem epistolæ.

XXXV. AD EVMDEM.

Cum jam fidem catholicam profiteatur, illi potissimum de stabilienda pace cogitandum, pro qua ipse legatos destinavit.

Hormisda Ioanni episcopo Constantinopolitano.

EA quæ caritas tua destinatis literis significavit agnovimus, & gratulamur ad conscientiam nostram fidei tuæ indicia pervenisse: optantes ut intentioni tuæ, quam rectam esse cupimus, plenum Deus noster circa ecclesiasticam pacem concedere dignetur effectum; cujus spem animo supernæ majestatis assumpsimus: quia imperatorem serenissimum ad hoc providentia divina judicamus electum, ut per eum ecclesiarum redintegratio tantis temporibus desiderata proveniat. Quapropter licet quæ pro fidei unitate facienda sunt tuæ caritatis notitiam latere non possint, legatos tamen direximus, quos ratio causæ poscebat: quibus hortantibus, & quæ jampridem a nobis significata, & quæ nuper iterata sunt, ad effectum, domino nostro auctore, perveniant.

XXXVI. AD ARCHIDIACONVM ET CLERVM CONSTANTINOPOLITANVM.

Catholicis hæreticorum molestia liberatis, legati ad pacem confirmandam mittuntur.

Hormisda Theodosio archidiacono Constantinopolitano, & universis catholicis a pari.

GRATIAS misericordiæ divinæ competenter exoluimus, quæ fidem vestram diu laborare non passa est: nam tempus oblatum est, quo fidos milites suos catholica recuperare possit ecclesia. Quæ enim major animum vestrum potest obtinere jucunditas, quam malorum commemorata depulsio? Gaudiis præsentibus compensate afflictionis incommoda: quia Deus noster, qui remedio fuit, adversis opprimi caritatem vestram noluit, sed probari. Nan si transacti temporis mala cum præsenti, quæ divina esse non ambigitur retributione compenseris, quis dubitat ampliora vos præmia consecutos, quam nocere potuisset adversitas? Et quamvis pro statu fidei catholicæ nunquam solicitudo nostra cessaverit; tamen serenissimi principis sacris affatibus incitati, legatos destinare curavimus, quorum officio, Deo auctore, in his quæ sæpe mandavimus subsequi non dubitamus effectum. Et ideo competenter enitere, ut ecclesiæ catholicæ hoc precipuum vestræ liberationis munus possitis offerre, quatenus repulsis omnibus quæ hactenus nocuerunt, in una quam semper optavimus communione gratulantes, Deo nostro laudes referre sine cessatione possimus.

XXXVII. AD IVSTINIANVM DOMESTICORVM COMITEM postea Iustini successorem.

Sperat fore, ut ejus opera pacem ecclesia adipiscatur, & missa ab eo munera se accepisse nuntiat.

Hormisda Iustiniano viro illustri.

MAGNITVDINIS vestræ literas sanctæ fidei plenas amore suscepimus, quibus ad exercendam apud vos prædicationis apostolicæ firmitatem, opportunitatem nobis provenisse divinitus nuntiastis. Vnde indesinenter domino nostro agimus gratias, qui ad tam præclara remedia & tempus vobis & animum dedit. Et nos quidem desuper ista agnovimus ordinari, postquam ei detulit divina majestas imperium, qui se ad componendam ecclesiarum pacem

pacem indicat ordinatum. Ergo restat, ut A universi episcopi partis orientalis, juxta libelli seriem, ad correctionis pervenisse se testentur effectum. Patet venerandæ via concordiæ: * nota sunt optatæ remedia sanitatis. Sacerdotes qui catholicam pacem desiderant, professionem catholicam non recusent: non enim opus est partibus errorem corrigi, sed radicitus amputari. Insistite igitur, sicut cœpistis, ut merces apud Deum vestra, quæ de boni operis inchoatione habet initium, de perfectione consequatur effectum. Animum quidem vestrum talem missa ad nos testantur alloquia, ut ad plenitudinem boni propositi non multum indigeatis hortatu: nostri tamen desiderii, ea quæ spem dedit * ratio, amplius accen- B dit ardorem: & avidius gaudia impleri cupimus, quæ instare jam divinitus arbitramur. Hinc est quod beatum Petrum apostolum quotidie suppliciter obsecramus, ut vobis, per quos integrari membra sua sancta jam sperat ecclesia, & effectum Deus celerem, & salutem tribuat longiorem. Nos quidem vestris animis obsequentes viros direximus, ad solidandam sub apostolicæ dispositionis ordinatione concordiam. Vestrum est, ut sicut nos bonæ intentioni deesse noluimus, ita eos apud nos optatum referre faciatis effectum. Munus vestrum veneranda sacraria susceperunt; quod amplius beato Petro apostolo facietis acceptius, si per vos optatam ecclesiæ receperint C unitatem.

* notata

* oratio,

Anno domini 519.

XXXVIII. AD CELEREM ET PATRICIUM CLARISSIMOS AULICOS.

Legatos in causa pacis coadjuvandos.

Hormisda Celeri & Patricio a pari.

QUAMVIS pro loci nostri consideratione de causa fidei catholicæ minime tacere possimus, tamen ad hanc partem serenissimus princeps magnopere directis affatibus nostrum incitavit studium, pro cujus legatos voluntate direximus. Et quia hujusmodi causa filiorum ecclesiæ sublevari debet auxilio; D salutantes vos cultu atque honorificentia competenti, poscimus, ut pro ecclesiastica pace allegationes eorum, qui directi sunt, apud animos serenissimi principis adjuvetis: siquidem vestræ celsitudinis laborem non parva retributio subsequitur, cum omnipotenti Dei nos gratias persolvere de vestris operibus feceritis.

Anno domini 519.

XXXIX. AD PRÆFECTUM PRÆTORIO THESSALONICENSEM.

Eadem quæ in superiori.

Hormisda præfecto prætorio Thessalonicensi, & ceteris illustribus a pari.

LICET pro causa ecclesiastica nunquam E sollicitudo nostra cessaverit, tamen imperatoris serenissimi sacris affatibus promptius incitati, legatos cum cælestis misericordiæ favore direximus; quorum officio bona, quæ de principis mente præsumimus, impleantur. Et ideo salutantes amplitudinem vestram, cultu & honore quo dignum est, poscimus, ut pro redintegratione fidei vestrum commodetis studium, nec tantis fidelium tardari vota temporibus permittatis: quia non est dubium celsitudinem vestram fructum tantæ laudis acquirere, si per eam, quæ ab omnibus bonis optantur, Dei nostri misericordia operante, proveniant.

Anno domini 519.

XL. AD ANASTASIAM ET PALMATIAM CLARISSIMAS FEMINAS SENATORIAS, quæ tempore persecutionis Anastasii pro fide catholica inconcussæ steterant.

Eadem quæ in superiori.

Hormisda Anastasiæ & Palmatiæ a pari.

BONÆ voluntatis studium divinæ semper comitatur prosperitatis effectus. Dei nostri providentia temporis facultas oblata est, in qua pro fidei vestræ præmio debeatis anniti. De superna primitus misericordia, deinceps de conscientia clementissimi principis præsumentes, legatos pro religionis catholicæ causa direximus, per quos amplitudinem vestram debitæ venerationis salutamus officio; postulantes ut pro ecclesiasticæ redintegratione concordiæ vestrum laborem atque operam non negetis, quatenus cum, repulsis remotisque iis quos apostolicæ sedis damnavit auctoritas, ad unam, quæ recta est, communionem plebs Christiana redierit, beatum Petrum apostolum, pro cujus fide nitimur, in vestris possitis habere actibus adjutorem.

Anno domini 519.

EXEMPLUM SUGGESTIONIS SECUNDÆ GERMANI.

& Ioannis episcopi, Felicis & Dioscori diaconorum, & Blandi presbyteri.

Relationes eorum quas legatis in itinere acciderunt.

Quanto cum honore Scampi fuerint accepti.

IN civitate Aulonitana quo ordine cum Dei adjutorio pervenimus, & quomodo sumus suscepti ab episcopo civitatis ipsius, & quid est actum, vel quale responsum dederunt, & quia hæc promisit, ut cum metropolitano suo faceret libellum, in alia epistola beatitudini vestræ significavimus. Quod in Scampina civitate factum est vestris orationibus tacere non permisimus. Antequam nos ingrederemur in civitatem ipsam, venerabilis * Troius episcopus cum suo clero vel plebe in occursum nobis egressus est. Et quomodo Deus in ipsa die benedictus est, & quæ festivitas per ipsius pietatem est subsecuta, ad notitiam apostolatus vestri referimus. Nobis præsentibus, vel suo clero & nobilibus viris ipsius civitatis, libellum subscripsit, porrexit: suscepimus, & præsente omni clero vel plebe, in gradu suo a servo vestro Petro notario sanctæ ecclesiæ Romanæ est relectus. Erat conventus in basilica sancti Petri. Confitemur beatitudini vestræ, tantam devotionem, tantas Deo laudes, tantas lacrymas, tanta gaudia difficile in alio populo vidimus. Prope omnes cum cereis viri cum mulieribus, milites cum crucibus in civitate nos susceperunt. Celebratæ sunt missæ, nullius nomen obnoxium religionis est recitatum, nisi tantum beatitudinis vestræ. Noster episcopus venerabilis Germanus missam celebravit. Et promiserunt nec postea recitari, nisi quos sedes apostolica suscepit. Quanta a nobis operata sunt, Deus propitius in vobis conservet. Istam epistolam ante triginta miliaria a Lighido fecimus, sperantes ipsa die in eadem civitate cum Dei adjutorio pervenire. Et quomodo ad nos pervenit Scampinus episcopus, speramus

Primam relationem excidisse, hinc colligitur.

* Troilus

ſperamus & ipſius civitatis Lignidi epiſcopum A ſimilia facere. Quod ſi factum fuerit, data occaſione reſcribemus. Scampis nobis poſitis, poſt miſſas, hora cœnatoria, Stephanus & Leontius vv. cc. ab imperatore miſſi in occurſum nobis venerunt, adhuc neſcientes nos in partibus Græciarum poſitos: quia talia mandata fuerunt comiti Stephano data, ut ad partes Italiæ tranſirent in occurſum noſtrum. Eſt Stephanus iſte, qui modo dicitur, de parentela filii veſtri magiſtri militum Vitaliani. Hi nobis nuntiaverunt Patricium ſenatorem proſcriptum, & in exilium miſſum. Pro qua tamen cauſa, niſi quomodo ad nos pervenerit, non B poſſumus dicere: quia non eſt de talibus rebus facile deliberare. Dicitur tamen & apocriſiarios Theſſalonicenſis eccleſiæ teneri, apud quos dicunt epiſtolas inventas: pro qua cauſa, neſcimus: cum ipſis & Philumenum, Demetrium, Magiſtrianum, & alias perſonas, quarum nomina ignoramus. Iſta ſunt, quomodo prædiximus, quæ audivimus. De cauſa tamen eccleſiaſtica cum Dei miſericordia proſpera nuntiantur. Coſmatem tamen medicum pro qua cauſa in Italia venit, penitus intelligere non potuimus, niſi hoc, quia fortiter quæritur, de quo debetis eſſe ſoliciti ut ſciatis, pro qua cauſa ibidem venit.

ITEM TERTIA SVGGESTIO LEGATORVM SVPRANOMINATORVM.

Lignidum perveniſſe, & juxta ejus mandata omnia peracta.

In alia epiſtola ſignificavimus beatitudini veſtræ de Scampina civitate de venerabili Troio epiſcopo, quo ordine libellum dedit, & qualis feſtivitas eſt celebrata in ipſa civitate. Cum Dei miſericordia venimus Lignidum, Theodoritus epiſcopus venerabilis vir ipſius civitatis ſimiliter libellum dedit, qui libellus in eccleſia eſt relectus, & omnia ſecundum D conſtitutionem veſtram ſunt facta. Rogate Deum: ſperate ab apoſtolis ejus beatiſſimo Petro & Paulo, ut Deus, qui initia talia donavit orationibus veſtris, ſimiliter ſequantur & proſpera, ut tempora coronæ veſtræ in correctione eccleſiarum ſemper prædicentur. Quam epiſtolam ad apoſtolatum veſtrum direximus die Nonarum Martiarum.

EXEMPLVM RELATIONIS ANDREÆ EPISCOPI Prævalitani.

Continet ſimulationem epiſcoporum in ſynodo Epiri novi, & quæ Scampis & Lignidi in adventu legatorum acta ſunt. E

Domino ſemper meo beatiſſimo, & apoſtolica ſede intima veneratione præferendo, atque angelicis meritis coæquando patri patrum papæ Hormiſdæ Andreas.

Commendans me humillime veſtigiis veſtris piiſſimis, indico propter ſynodum Epiri novi, quoniam finxerunt anathematizare intra ſemetipſos aliquas perſonas. Hoc tantummodo ingenio uſi ſunt, ut nos in ſua malitia caperent: quibus reſtitit divina Trinitas per veſtras ſanctas preces: & cum deprehenſi fuiſſent in ſua malitia, nunquam potuimus archiepiſcopo ſuadere, ut ad viam veritatis & ad veſtra præcepta verteretur. Sed modo cum advenerunt beatiſſimi atque ſanctiſſimi domini epiſcopi vel diaconi directi a ſancta corona veſtra, occurrerunt illis Scampinus epiſcopus vir beatiſſimus Troius cum omni gaudio & luminaribus: & porrecto libello ſecundum veſtram præceptionem, ſtatim recepti ſunt in pace Chriſti, & miſſas celebravere cum epiſcopo in Scampina civitate. Et videntes Lignidonenſes quod fecit Scampinus, ſimili modo & ipſi ſecuti ſunt. Nunc dum iſtas literas ordinaremus, ſupervenit Magiſtrianus de urbe Conſtantinopolitana, qui nuntiavit quia Deo propitio precibus ſanctis veſtris & Conſtantinopolitani miſerunt anathema Acacio, & cum pace paſcha celebraverunt. Iam quod ſequatur, veſtra interceſſio apud Deum laboret, ut ad perfectum ſervi ſedis apoſtolicæ inveniamur. Epiſtolas vero, quas deſtinaverunt ad meam humilitatem ſupra memorati viri beatiſſimi epiſcopi, pietati veſtræ junctas tranſmiſi. Accepta die, quo ſupra.

'EXEMPLVM LIBELLI IOANNIS EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI. ' Epiſtola ſive libellus

C Catholicam fidem profitetur. Hæreticos omnes, & præcipue Acacium deteſtatur.

Domino meo per omnia ſanctiſſimo & beatiſſimo fratri & comminiſtro Hormiſdæ Ioannes epiſcopus in domino ſalutem.

Redditis mihi literis veſtræ ſanctitatis, in Chriſto frater cariſſime, per Gratum clariſſimum comitem, & nunc per Germanum & Ioannem reverendiſſimos epiſcopos, Felicem & Dioſcorum ſanctiſſimos diaconos, & Blandum preſbyterum, lætatus ſum de ſpirituali caritate veſtræ ſanctitatis, quod unitatem ſanctiſſimarum Dei eccleſiarum ſecundum veterem patrum requiris traditionem, & laceratores rationabilis gregis Chriſti ' animo repulſare feſtinas. ' amore pulſare Certus igitur ſcito, per omnia ſanctiſſime, quia ſecundum quod vobis ſcripſi, una tecum cum veritate ſentiens, omnes a te repudiatos hæreticos renuo & ego, pacem diligens. Sanctiſſimas enim Dei eccleſias, id eſt, ſuperioris veſtræ, & novellæ iſtius Romæ unam eſſe accipio, illam ſedem apoſtoli Petri, & iſtius Auguſtæ civitatis unam eſſe definio. Omnibus actis a ſanctis illis quatuor ſynodis, id eſt, Nicæna, Conſtantinopolitana, Epheſina, & Calchedonenſi, de confirmatione fidei, & ſtatu eccleſiæ aſſentior, & nihil titubare de bene judicatis patior: ſed & conantes aut ' enixos uſque ad unum apicem ' ſciſſos placitorum perturbare, lapſos eſſe a ſancta Dei generali & apoſtolica eccleſia ſcio, & tuis verbis recte dictis evidenter utens, per præſentia ſcripta hæc dico: Prima ſalus eſt, rectæ fidei regulam cuſtodire, & a patrum traditione nullatenus deviare: quia non poteſt domini noſtri Ieſu Chriſti prætermitti ſententia, dicentis: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam.* Matth. 16. Hæc quæ dicta ſunt rerum probantur effectibus: quia in ſede apoſtolica inviolabilis ſemper catholica cuſtoditur religio. De hac igitur fide non cadere cupientes, & patrum ſequentes in omnibus conſtituta, ana-

anathematizamus omnes hæreses, præcipue vero Nestorium hæreticum, qui quondam Constantinopolitanæ urbis episcopus, damnatus in concilio Ephesino a beato Cælestino papa urbis Romæ, & a venerabili viro Cyrillo episcopo Alexandrinæ civitatis: & una cum illo anathematizamus Eutychetem & Dioscorum Alexandrinæ civitatis episcopum, damnatos in sancta synodo Calchedonensi, quam venerantes sequimur & amplectimur, quæ sequens sanctam synodum Nicænam, apostolicam fidem prædicavit: his conjungentes Timotheum parricidam, Ælurum cognominatum, anathematizamus, & hujus discipulum & sequacem in omnibus Petrum Alexandrinum similiter condemnantes. Anathematizamus similiter Acacium quondam Constantinopolitanæ urbis episcopum complicem eorum, & sequacem factum, nec non & perseverantes eorum communioni & participationi: quorum enim quis communionem complectitur, eorum & similem adjudicationem in condemnatione consequitur. Simili modo & Petrum Antiochenum condemnantes, anathematizamus cum sequacibus suis, & ' in omnibus suis. Vnde probamus & amplectimur epistolas omnes B. Leonis papæ urbis Romæ, quas conscripsit de recta fide. Quapropter, sicut prædiximus, sequentes in omnibus sedem apostolicam, & prædicamus omnia quæ ab ipsa decreta sunt, & propterea spero in una communione vobiscum, quam apostolica sedes prædicat, me futurum, in qua est integra Christianæ religionis & perfecta soliditas. Promittentes in sequenti tempore sequestratos a communione ecclesiæ catholicæ, id est in omnibus non consentientes sedi apostolicæ, eorum nomina inter sacra non recitanda esse mysteria. Quod si in aliquo a professione mea dubitare tentavero, his quos condemnavi per condemnationem propriam consortem me esse profiteor. Huic vero professioni subscripsi mea manu, & direxi per scripta tibi Hormisdæ sancto & beatissimo fratri & papæ magnæ Romæ, per suprascriptos Germanum & Ioannem venerabiles episcopos, & Felicem & Dioscorum diaconos, & Blandum presbyterum. *Et alia manu*: Ioannes misericordia Dei episcopus Constantinopolitanæ novellæ Romæ hac mea professione consentiens, omnibus supradictis subscripsi sanus in domino. Data mense Martio die ' 27. indictione duodecima ', consensu domini Iustini imperatoris Augusti, Eutharico viro clarissimo consule. "

' omnibus supradictis.

' 28.
' consulibus domno Iustino imperatore Augusto & Eraclio (Eutharico) v. c. æra DLVII.
" Anno domini 519.

ITEM SVGGESTIO GERMANI ET IOANNIS EPISCOPORVM, FELICIS, & Dioscori diaconorum, & Blandi presbyteri.

Quanto cum honore ab imperatore sint accepti: a Ioanne episcopo fidei subscriptum, & Acacio, ceterisque sectatoribus damnatis, pacem ecclesiæ redditam.

NON miramur apostolatus vestri precibus cuncta nobis prospera successisse, scientes quod amplius nostro ministerio vestra pro nobis elaboret oratio. Ita enim totus se ecclesiastici negotii tulit eventus, ut dubitari non possit beati Petri per singula provenisse miraculum; primum quod tantum in ipsis qui dignitate funguntur invenimus religionis ardorem, ut Vitalianus, Pompeius & Iustinianus nobis occurrerent in decem millibus, & de adventu nostro cum vestra gratiarum actione gloriari non arbitrarentur indignum. Deinde quod tanta fuit etiam in plebe devotio, ut pars maxima populorum cum cereis simul & laudibus vestris nostrum præstolaretur adventum. Sub hac itaque celebritate secunda feria hebdomadæ majoris Constantinopolim sospites hilaresque convenimus: posteroque die piissimo principi præsentati, tanto ejus relevati sumus affectu, ut si alia minime præcederent, sola nobis ad solatium piissimi principis gratia suffecisset: sed orationibus vestris majora secuta sunt. Nam eo die sub senatus cuncti præsentia episcopi quoque quatuor adfuerunt, quos Ioannes Constantinopolitanus antistes pro partis suæ defensione transmiserat, quibus, apostolicæ sedis libellum ostendimus, omniaque in eo recta canonicaque esse probavimus. Postremo quinta feria, hoc est, in cœna domini, ad palatium in generali conventu venit episcopus, & perfecto libello consentiens, cum summa devotione subscripsit. Quis explicet quanta illic principis pariter ac senatus lætitia fuerit, quas ibi lacrymas gaudia pepererint, quas voces vel in laudem principis, vel in sedis vestræ, totius cœtus & cleri favor emisit? Explicari hæc relatione non possunt, sed considerationi vestræ portitorique relinquimus quod eloqui non valemus. A palatio in ecclesiam summa cum celebritate pervenimus, ut fidei animorumque concordiam solennis quoque celebritas roboraret. Vix credi potest quis fletus lætantium, quæ immensitas fuerit exundatioque populorum: ipsa suam lætitiam turba mirabatur: nec dubitari poterat manum adfuisse cælestem, quæ talem mundo contulit unitatem. Acacii prævaricatoris anathematizati nomen de diptychis ecclesiasticis, sed & ceterorum episcoporum, qui eum in communione secuti sunt, sub nostro conspectu significamus erasos. Anastasii quoque ac Zenonis nomina similiter ab altaris recitatione submota: pax est orationibus vestris Christianorum mentibus reddita: una totius & ecclesiæ anima, una lætitia: solus luget humani generis inimicus, vestræ precis expugnatione collisus. Orate ut Antiochenam quoque similis felicitas illustret ecclesiam, de cujus antistite adhuc tractatus nutare conspicitur; quoniam inter diversa vota populorum de personę electione non constat. Credimus tamen quod precibus beatitudinis vestræ de ipsa quoque velociter ordinatio digna proveniat, ut cœpta pax temporibus vestris per omnem mundum pariter dirigatur, & cunctis in apostolicam partibus communionem fidemque convenientibus perfecte, sicut pridem fuerat, omnibus membris capiti suo connectatur ecclesia.

SVGGESTIO DIOSCORI DIACONI PER * PVLIONEM SVBDIACONVM.

* Pollianem

Nuntiat quæ Thessalonicæ & Constantinopoli acta fuerant.

INEFFABILIS Dei omnipotentis misericordia, & pietas ejus, quam super humanum genus

genus clementer effundit, humanis viribus æstimari non potest, nec sermonibus explicari; sed sufficit ejus tantum consilia devotis sensibus admirari, & scire omnia bona de ejus tantum gratiæ pendere remediis. Est ista quotidiana probatio: audacter tamen præsumo dicere, domine meus beatissime papa, quia præsens causa præterita cuncta transcendit, quam Deus vestris temporibus & meritis reservavit. Quid in Aulone sit actum, quid Scampis, quid Lignidi fuerit subsecutum, anteriore significatione suggessi. Ad Thessalonicam pervenimus quas *intentiones habuerimus cum episcopo Thessalonicensi, & quæ dicta fuerint, vel etiam cōstituta, harum portitoris viva insinuatione discetis. Quod tamen non oportet præterire silentio, insinuare non differo. Post multa certamina præfatus episcopus ratione convictus libellum subscribere voluit: sed quia episcopi qui sub ejus sunt ordinatione constituti omnes non aderant, in præsenti hoc convenit, hoc promisit, ut post dies sanctos, uno ex nobis a sede Constantinopolitanæ urbis directo, episcopis congregatis, qui in ejus sunt diœcesi constituti, libellum subscriberent: quod cum Dei adjutorio credimus esse complendum. Hæc sunt Thessalonicæ constituta. Vestris orationibus commendati ad Constantinopolitanam pervenimus civitatem feria secunda hebdomadis authenticæ. Decimo ab urbe prædictâ milliario sublimes & magnifici viri nobis occurrerunt, inter quos sunt magister militum Vitalianus, Pompeius, & Iustinianus, & alii senatores, * cunctique catholicæ fidei ardore ac desiderio redintegrandæ pacis ardebant. Quid plura? Cum summis pene omnium gaudiis ingredimur civitatem. Alia die, quæ est tertia feria, piissimi principis præsentamur aspectibus: cunctus illic aderat senatus, in quo conventu erant & episcopi quatuor, quos episcopus Constantinopolitanus pro sua persona direxerat. Obtulimus beatitudinis vestræ literas, quas clementissimus princeps cum grandi reverentia suscepit. Dicta sunt quæ ante examinationem causæ oportuit intimare: mox causa cœpta est. Hortabatur nos clementissimus imperator, hoc dicens: Videte civitatis hujus episcopum, & invicem vobis pacifico ordine reddite rationem. Nos econtra respondimus: Quid imus ad episcopum certamina facere? dominus noster beatissimus papa Hormisda, qui nos direxit, non nobis præcepit certare: sed præ manibus habemus libellum, quem omnes episcopi volentes sedi apostolicæ reconciliari fecerunt: si præcipit pietas vestra, legatur: & si est in ipso quod ignoretur, aut verum esse non credatur, dicant; & tunc ostendemus nihil extra judicium ecclesiasticum in eodem libello esse conscriptum: aut si illi possunt docere quia non convenit religioni catholicæ, tunc nobis incumbit probare. Relectus est libellus sub conspectu principis & senatus. Nos statim subjunximus: Dicant præsentes quatuor episcopi qui adsunt pro persona Constantinopolitani episcopi, si hæc quæ in libello leguntur gestis ecclesiasticis minime continentur? Responderunt omnia vera esse. Post quæ nos subjunximus: Domine imperator, & nobis grandem laborem episcopi abstulerunt, & sibi convenientem rem fecerunt dicere veritatem. Mox clementissimus imperator his qui aderant dixit episcopis: Et si vera sunt, quare non facitis? Similiter & aliquanti de ordine senatorio dixerunt: Nos laici sumus: dicitis hæc vera esse: facite, & nos sequemur. Intermissa quarta feria episcopus Constantinopolitanus in palatio suscepit a nobis libellum, & in primis quasi tentavit epistolam potius facere quam libellum. Sed non post multa certamina hoc convenit, procemium modicum facere, & subjungere mox libellum, quemadmodum vestra beatitudo dictavit. Subscriptio ab eodem facta est, libello conveniens, similiter & datarium, cujus exemplaria & Græce & Latine apostolatui vestro direximus. Post factum libellum nomen Acacii de diptychis est deletum, similiter & Phravitæ, Euphemii, Macedonii & Timothei: & non solum hoc in ipsa sola ecclesia, in qua episcopus manet, verum etiam per omnes ecclesias cum grandi diligentia, Deo adjutore, suggerimus fuisse factum. Similiter deleta sunt de diptychis Zenonis & Anastasii nomina. Episcopi diversarum civitatum, quanti inventi sunt, libellum similiter obtulerunt: & cum grandi cautela suggerimus custoditum, ne quis nobiscum communicaret episcopus, qui libellum primitus non dedisset. Pari modo & omnes archimandritæ fecerunt: apud quos archimandritas & certamina nos habuisse suggerimus, dicentibus illis: Sufficit quia archiepiscopus noster fecit: nos factum ejus sequimur. Quid amplius? Post multa certamina, ipsi quoque ratione convicti, libellos modis omnibus obtulerunt. Post hæc omnia, Deo juvante, in ecclesiam processimus: & qualia gaudia facta sint unitatis, & quemadmodum Deus benedictus sit, quæ laudes quoque beato Petro apostolo & vobis relatæ sunt, ipsius actionis consideratione perspicitis, quod mea lingua non valet explicare. Nihil est subsecutum secundum vota inimicorum, non seditio, non effusio sanguinis, non tumultus, quod veluti terrentes inimici antea prædicebant. Ipsi quoque ecclesiastici Constantinopolitani admirantes, & Deo gratias referentes, dicunt nunquam se meminisse ullis temporibus tantam populi multitudinem communicasse. His adimpletis etiam clementissimus imperator ad beatitudinem vestram sua scripta subjunxit, ordinem rei gestæ significans, similiter & vir reverendissimus Ioannes Constantinopolitanæ civitatis antistes. Noveris etiam & sacra generalia esse edita, atque credimus Deo propitio, & vestris sanctis orationibus per universas provincias quantocius destinari. Hæc Constantinopoli gesta sunt, & nunc de Antiochena ecclesia tractatur; & ideo adhuc laboratur, quia nondum persona congrua est electa. Oret ergo beatitudo vestra intentius, ut Deus, qui vestris precibus exoratus Constantinopolitanam ecclesiam apostolicæ sedi restituit, ipse & dignam personam donet in Antiochia ordinandam, & assiduas adunet ecclesias. Rescribite episcopo Constantinopolitano. Si videtur beatitudini vestræ facite mentionem damnationum Severi, & illorum quos nominastis in epistola illa quam scripsistis ad secundam Syriam per Ioannem & Sergium monachos, hoc ipsum det ad imperatorem rescribentes. Si feceritis, videtur mihi necessarium esse.

*inten-tiones (margin) · *ultique (margin)

EPISTOLA

' Sacra imperatoris

' EPISTOLA IUSTINI AD HORMISDAM.

Ioannem episcopum catholicam fidem amplexum hæreticos anathematizasse, atque nomen Acacii, cum aliorum schismaticorum nominibus, e sacris tabulis expunctum esse.

' sacratissimo
' almæ urbis Romæ.

Victor Iustinus, pius, felix, inclytus, triumphator semper Augustus, Hormisdæ ' sanctissimo ac beatissimo archiepiscopo ' & patriarchæ.

SCIAS effectum nobis, pater religiosissime, & quod diu summis studiis quærebatur, noveris patefactum; & antequam advenerint qui a vobis destinati sunt, quod Ioannes vir beatissimus antistes novæ * vestræ Romæ una cum clero ejus vobiscum sentiunt, nullis variantes ambiguitatibus, nullis divisi discordiis: scias libellum ab eo subscriptum, quem offerendum indicaveras, sanctissimorum patrum concilio congruentem. Omnes concurrunt alacri opere ad suscipienda vota tam vestra quam Constantinopolitanæ sedis, quos veritatis coruscus fulgor illuminat: omnes accelerant libentissime, quos oblectat via dilucida; sequuntur scita patrum sanctissima, leges probatissimas: & conciliis quorumdam firmatis qui rectum tenebant tramitem, aliorum correctis, qui vagabantur incerti, in eo res colligitur, ut unitatem individuæ Trinitatis ipsi quoque unitate colant mentium. Negatum est inter divina mysteria memoriam in posterum fieri ' pro tenore libelli quem diximus) Acacii prævaricatoris quondam hujus ' urbis episcopi, nec non aliorum sacerdotum, qui vel primi contra constituta venerunt apostolica, vel successores erroris facti sunt, nulla usque ad ultimum diem suum pœnitentia correcti. Et quoniam omnes nostræ ' regiones admonendæ sunt, ut exemplum imitentur civitatis regiæ, destinanda ubique principalia præcepta duximus, tanto flagramus religionis officio, tanto affectamus studio pacem catholicæ fidei pro remuneranda cælitus pace nostræ reipublicæ, pro conciliando subjectis meis superno præsidio. Quid ' autem gratius reperiri potest? quid justius? quid illustrius? quam quos idem regnum continet, ejusdemque fidei cultus irradiat, eos non diversa contendere, sed collectis in eodem sensibus, instituta venerari non humana mente lata, sed divini prudentia Spiritus? Oret igitur vestræ religionis sanctitas, ut quod pervigili studio pro concordia ecclesiarum catholicæ fidei procuratur divini muneris opitulatio, jugi perpetuitate servari annuat.

* nostræ
' regiæ
' religionis admonendi
' enim
Anno domini 519. cum legati essent adhuc Constantinopoli.

" ** Datum x. Kal. Maii Constantinopoli.

EXEMPLUM RELATIONIS EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI ad Hormisdam.

Ecclesiæ pacem initam esse nuntiat, ideoque plurimum eum gaudere monet.

Domino meo per omnia sancto & Deo amabili fratri & comministro Hormisdæ Ioannes in domino salutem.

QUANDO Deus propria mirabilia in suis operatur, tunc oportet ea quæ divinis literis continentur ipsius scripturæ vocibus fiducialiter exclamare: *Quis loquetur potentias* A *domini, aut auditas faciet omnes laudes ejus in omni tempore?* Ecce enim talem pium principem Romanæ reipublicæ suscitavit, quali multo ante & catholica indigebat ecclesia, & omne genus hominum videre cupiebat. Ideoque ita etiam * cornu gratiæ super eum cælitus declinavit, ut affluenter in sacrum ejus caput misericordia funderetur: omnique annuntiationis ejus tempore cum magna voce Deum omnium principem glorificaverunt, quoniam talem verticem meis manibus tali corona decoravit. Is vero maximus imperator primam suorum certaminum palmam, devicto inimico, evidenter ostendit: secundum virtutis ejus meritum adunationem sanctissimis ecclesiis sapientissime comparavit: B regnum ejus tertium bonum, dissipata conjunxit, & pacem mundi sapientissime procuravit. Idcirco in omnibus Deo magno gratias referens cuncta sapientissime gubernanti, annuntiare tibi pacem pacis filio nuntiavi, in omnibus Deo amantissime, ut illud gaudium salias, quo David quidem secundum legem in arcæ Dei revocatione figuraliter exultabat, apostoli vero per gratiam veraciter lætabantur. Gaude itaque in domino gaudium tuæ conveniens sanctitati, & scribe ea quæ vestrum benignum animum decent, homo Dei: nam quæ fuerant divisa conjuncta sunt, & dispersa collecta sunt, & quæ longe erant sibi invicem adunata sunt: & sicut o- C portet dicere, & olim scripsi, utrasque ecclesias tam senioris quam novæ Romæ unam esse evidenter intelligens, & utriusque earum unam sedem recte esse diffiniens, indivisibilem adunationem, & utriusque nostrorum consonam confirmationem cum judicii integritate cognosco. Unde rogo Deum semper eam inseparabilem permanere orationibus sanctorum apostolorum & tuæ precibus sanctitatis, per quas donari nobis & universo mundo clementissimum & Christianissimum principem Iustinum, & piissimam ejus conjugem, nostram autem filiam Euphemiam, in pace multis temporibus comprecatur, per D omnia beatissime frater. Gavisi igitur de præsentia reverendissimorum episcoporum, nec non & clericorum vestrorum, gratias agimus, quoniam secundum petitionem nostram tales pacificos viros, & vestræ dignos sedis apostolicæ destinastis, regulam patrum sine confusione servantes, fidemque indivisam custodientes. Quorum amplectentes in omnibus mentem, cuncta per eos ad satisfactionem vestræ egimus sanctitatis. Omnem in Christo fraternitatem, quæ cum vestra est sanctitate, ego quoque & mei plurimum salutamus.

Psal. 105.
* coronam
2 Reg. 6.
Anno domini 519. Huc referenda relationem Ioannis supra recensitam.

E EXEMPLUM EPISTOLÆ IUSTINIANI AD HORMISDAM,

cui de prostrata & inita pace congratulatur.

Cum jam ecclesia pace fruatur, pro imperatore ad Deum preces fundendæ.

Domino meo sanctissimo Hormisdæ primo archipontifici & papæ urbis Romæ Iustinianus comes salutem.

VENERANDÆ sanctitatis vestræ prædicatio regularum quæ Christo Deo pro ecclesiarum pace & pro plebis concordia jugiter supplicat, quidquid nunc per beatissimos suos

suos sacerdotes annuit peragendum, propitia divinitate cuncta effectui sociata sunt, nulla prorsus quorumdam valente discordia. Igitur vestris sacris orationibus ac præceptionibus orthodoxorum fide muniti, supplices petimus, ut hi pro sanctissimo Augusto nostro, totius fidei fautore, proque ejus republica, pro nobis quoque mandatorum vestrorum custodibus, æterno regi consueti impetrabiles preces offerre dignemini, nosque vobis fideliter supplices vestris salutiferis rescriptionibus visitare. [Anno domini 519.]

EXEMPLUM EPISTOLÆ POMPEII AD HORMISDAM.

De prostrata perfidia, & pace orientalis ecclesiæ inita, pontifici congratulatur.

Domino meo beatissimo & apostolico patri Hormisdæ archiepiscopo universalis ecclesiæ Pompeius.

SANCTIS beatitudinis vestræ precibus omnipotentis Dei pietas exorata, tantæ nobis fidei principem condonare dignata est, ut religiosissimis clementiæ ejus meritis redintegratio pacis ecclesiasticæ, quæ votis omnium fidelium poscebatur, jure videatur esse collata: in cujus regis proventu solidissima principatus sui fundamenta sancti Spiritus operatione constituit, quæ tantum robur obtinent stabilitatis invictæ, quantum actionis excellentia unica & admirabilis æstimatur. Et ideo reverendam vestri pontificatus beatitudinem cultu reciprocantis alloquii salutantes, quæsumus, ut magis magisque pro clementissimi atque invictissimi domini nostri principis prosperitate orare dignemini, quatenus ineffabilis omnipotentis Dei pietas sua dona, in quibus etiam fructus vestræ agricolationis exuberat, justis gratiæ opitulatione custodiat; nobis quoque filiis vestris spirituali vobis conglutinatis affectu, quos hujus operis maxime semper sollicitudo perstrinxit, suffragatrix intercessio sanctimoniæ pontificalis assistat. [Anno domini 519.]

EXEMPLUM EPISTOLÆ IULIANÆ ANICIÆ AD HORMISDAM.

Præsentia legatorum omnes ecclesiæ dissensiones compositas esse nuntiat: hos non nisi firmata pace discedere permittendum.

Domino beatissimo patri Hormisdæ Iuliana Anicia.

PRECIBUS vestræ beatitudinis, adventu legatorum principalis sedis apostolicæ, elisis erroribus hæreticorum, in unitatem fidei catholicæ convenimus congregati simul ad ubera materna ecclesiæ in die sanctæ resurrectionis. Quapropter stylo venerationis alloquentes sanctitatem vestram, admonemus, ut intimetis, destinatis a vobis reverendissimis viris, nullo modo abscedere, antequam, sicut prævideritis, ut oportet, firmentur ea quæ bene disposita sunt ab eis: ut amputatis omnibus reliquiis transacti erroris, impendiis vestræ beatitudinis roborata unitas ad effectum perpetuum deducatur. [Anno domini 519.]

EXEMPLUM EPISTOLÆ ANASTASIÆ AD HORMISDAM.

Ut pro piissimi imperatoris salute preces ad Deum fundat precatur.

Domino sancto & beatissimo patri patrum Hormisdæ archiepiscopo universalis ecclesiæ Anastasia.

DIVINI luminis illuxisse nobis gratiam merito profitemur, apostolatus vestri reverentiam in sancto corde nostri tenere memoriam, paginali assertione noscentes: veraci namque spe confidimus supernæ misericordiæ propitiationem de pontificali intercessione subsistere, domine beatissime & apostolice honore suscipiende pater. Pervigiles vestrarum orationum excubiæ, & miranda victoriosissimi principis fides splendore catholico semper irradians, diu expectatam sacrosanctis ecclesiis concordiam pacis restituit, quam omnibus triumphis suis solidissime firmatis invictum jure exultat præcoluisse vexillum. Ideoque illibata vestræ paternitatis sanctimonia pro incolumitate atque prosperitate prædicti domini nostri Augusti vota precesque omnipotenti Deo offerre indesinenti continuatione persistat, ut ineffabilem tantorum bonorum gratiam, quam ipse piis ejus sensibus inspiravit, ad futuræ quoque beatitudinis profectum conservare dignetur. Domino etiam jugali filio vestro, & mihi peculiari cultrici vestræ, cum sobole, quam nobis dominus donare dignatus est, a vestro pontificatu oratio benigniter impendatur, cujus suffragio divini favoris protectio nobis clementer aspiret. Anno domini 519.

EXEMPLUM EPISTOLÆ THEODORITI EPISCOPI LIGNIDENSIS ad Hormisdam papam.

Gratulatur pontifici de unione ecclesiarum.

Domino sancto beato prædicabili & adorando apostolico patri Hormisdæ papæ urbis Romæ humilis famulus tuus Theodoritus.

MEÆ quidem exiguitatis non esset tam magna præsumere, & ad vestrum pium sanctum apostolatum pusilli sermone præsentes parvulas destinare paginas. Sed quia, pro insita vobis humanitate, pio propitiationis animo omnia nutu divinitatis protegere consuevistis; lucidum diem, & totius festivitatis repletum omni reddidistis mundo, & omnia vestris prædicandis precibus ad pristinum veritatis revocastis statum, & in unum concordare, vel subjugare vestris prædicabilibus & adorandis meritis annuistis. Ideoque etsi meis obrutus iniquitatibus, & ab eis undique oppressus, ex ipsis recreatus infernis, recurrente ad religiosa vestigia vestra famulo tuo viro religioso * Pulione, usurpavi me tam per eum, quam etiam his parvulis & exiguis chartis, vestris prædicandis & adorandis præsentare vestigiis, divinum omnibus viribus exhortans favorem, & clara voce cum omnibus omnino canens: *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*, qui pro sua incomprehensibili pietate vestris mirificis operibus omnia illuminavit & liberavit, &

* Pollione.

Luc. 2.

& lucidum & totius festivitatis repletum diem in toto orbe vestris Deo dignis precibus præstitit, & ab omni iniquitate eripuit, & omnem nodum colligationis absolvit, & omnem semitam aperuit. Hanc itaque gratulationis repletam pio vestro pronus offerens apostolatui, deprecor uti pro meæ flebilitatis exiguitate vestris piis precibus memores esse dignemini, domine sancte beate apostolice pater. Accepta XIII. Kalendas Iulii, domino Eutharico viro clarissimo consule.

Anno domini 519.

XLI. AD GERMANVM CETEROSQVE LEGATOS.

De eorum incolumitate & rebus gestis certior fieri cupit.

Hormisda Germano & episcopis, Felici & Dioscoro diaconis, & Blando presbytero.

OPINIONVM diversitas diu nos facit de prosperitate vestra, vel de susceptæ actionis qualitate solicitos: præcipue cum nihil certum tam diuturno tempore vestræ dilectionis potuissemus rescriptione cognoscere. Nos tamen reperta latoris occasione hæc ipsa significare maluimus. Quapropter salutantes cum Dei omnipotentis auxilio incolumes nos esse cognoscite, quod & de vobis audire desideramus. Sed ut de omnibus quæ gesta sunt nostram plenius possitis instruere notionem, a quibus personis, vel in quibus locis bene, sicut credimus, suscepti fueritis, vel ubi, aut sub qua festivitate resurrectionis dominicæ caritas vestra tenuerit diem. Et quid deinceps egeritis, per omnia rescriptis currentibus declarate, quatenus vestram cogitationem de vestra & actuum prosperitate revelare possitis, & si quid instructioni quam suscepistis causæ defuerit, subjungere cum Dei nostri solatio valeamus. Data VII. Kalendas Maias, Eutharico viro clarissimo consule.

Anno domini 519.

XLII. AD EOSDEM LEGATOS.

Dolet illos non scribere: se Paulinum ad imperatorem misisse ait.

Hormisda quibus supra.

ANIMVS noster diuturna redditur expectatione solicitus. Præcipue ad tantum principem destinati, sub celeritate nos certiores debuissetis efficere. Nam ante diem ascensionis dominicæ literas vestras credebamus nos posse suscipere. Idcirco tam vestræ sospitatis indicia, quam profectum causæ, quam peragendam cum Dei nostri juvamine suscepistis, desideramus agnoscere. Paulinum ecclesiæ Romanæ defensorem cum scriptis præsentibus destinare curavimus, tam principi literas, quam singulis, quibus oportuit, dirigentes. Qua propter Deum nostrum congruis precibus oramus, ut ipse salutem vestram sua propitiatione custodiat, & causæ qualem desideramus concedere dignetur effectum. Quia nihil majus inter titulos optimi imperatoris adscribitur, quam si eum ecclesia Græca præsens & futura prædicare mereatur pacis auctorem. Data III. Kalendas Maias, Eutharico viro clarissimo consule.

Anno domini 519.

XLIII. AD EOSDEM LEGATOS.

De his quæ agant vult se moneri: Stephanum commendat.

Hormisda legatis nostris quibus supra.

NECESSE est ut vel de injunctæ actionis statu, vel de vestræ dilectionis cogitemus absentia: & pro his rebus solicitudo nostra non patitur scribendi quaslibet occasiones omittere. Antehac per Magistrianum, qui in Symmachi patricii remeavit obsequium, literas caritati vestræ direximus; hortantes, ut nos de universis, quæ in causa ecclesiastica gesta sunt vel geruntur, non omitteretis instruere, quod & facere pro nostræ cogitationis relevatione debetis. Nostri enim voti est, ut labori vestro Deus omnipotens desideratum concedere dignetur effectum. Stephanum negotiatorem per quem vobis nostra contradentur alloquia, in quo ratio proposcerit competentibus solatiis adjuvate; quia hunc semper nostrum fuisse recolitis. Data eodem die.

Anno domini 519.

XLIV. AD IVSTINVM AVGVSTVM.

Gratulatur cum ejus opera Constantinopoli pax vigeat, hoc ipsum Antiochiæ & Alexandriæ faciendum curet.

Hormisda episcopo Iustino Augusto.

Hæc epistola cum quinque sequentibus scripta est post pacem nuntiatam anno domini 519.

LECTIS clementiæ vestræ paginis, quæ restitutam fidei concordiam nuntiabant, in divinæ laudis canticum mens totius ecclesiæ læta prorupit, quo canitur: *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Hujus igitur fiducia hymni dignam fidelibus meritis gloriam felicitatemque præsumite. Neque enim te ita Deo placitum principem ad imperii verticem humanus tantum consensus evexit: te sibi divinus favor ante formaverat. Tradidit enim tibi orientis imperium, ut ejus operum fieres instrumentum; atque ideo ut hoc in te propheticum dictum jure conveniat efficiatis: *Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui, domine, in omni progenie & generatione.* Etenim cum tibi sit Christianam pacem servare propositum, quis te dubitet a Christo esse * dilectum? Hæc prima sunt vestri fundamenta principatus, Deum placasse justitia, & ascivisse vobis excellentissimæ majestatis auxilia, dum adversarios ejus velut proprios comprimitis inimicos. Hæc nimirum maxima reipublicæ fundamenta sunt, hoc solidum invictumque robur. Neque enim humanis ictibus potest esse pervium quod est divinæ gratiæ firmitate vallatum. Testis est huic prophetica scriptura; ait enim: *Elegi David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum.* Contra autem frustra arma frustra sibi copias quærit, quem gratia superna destituit. Etenim veraciter scriptum est: *Nisi dominus custodierit civitatem, in vanum vigilant qui custodiunt eam.* Bellabis tu quidem divino tutus auxilio, excellentissime princeps, & tuæ reipublicæ jugo ferocissimarum gentium colla submittes: sed nulla victoria potest esse præstantior, quam quod humani generis hostem post quæsita tam longi temporis firmamenta subvertis. Enim-

Luc. 2.

Psal. 44.

* delectus

Psal. 88.

Psal. 126.

Enimuero ceterorum natura præliorum distincta gentibus, regionibus terminata, cruore polluta: hæc omne genus humanum palma complectitur, hunc omnibus regionibus * imputabis triumphum; & quod divinæ proximum pietati est, qui paulo ante ductu diaboli grassabantur, nunc ad propriæ salutis effectum sine sanguinis effusione vincuntur. Durabit igitur hujus Christianæ victoriæ per ævum triumphus. Neque enim poterunt labe temporis aboleri quæ in sempiterna fidei stabilitate fundata sunt. Permanebit longe lateque vestrorum fama factorum, &, sicut divinis designatur eloquiis, *in omnem terram exivit sonus eorum, & in fines terræ verba eorum.* Et ceteris quidem bellis agros, urbes, opida, & quod supremum est, subjectorum libertatem tueris, quæ mortalium usibus comparata, simili quadam mortalitate solvenda sunt. In hoc certamine vita ipsa defenditur, & quodammodo pro sempiternæ beatitudinis arce pugnatur. Quocirca continuam tanti operis apparatus clementiæ vestræ intentionem requirit. Facite ut nullum prorsus receptaculum, ex quo rursus immanissimus hostis emergat, inveniat: cunctis eum nudate presidiis, & si quid usquam vestigiorum ejus reliquum est, id omne clementi remedio purgate: omne nequitiæ germen funditus eruatur: adversa Deo stirps ad vivum usque resecetur, ne minus compressa (quod absit) iniquitatis radix venenata latius iterum virgulta diffundat. Quorsum hæc? Quia superest adhuc vobis Alexandrinæ atque Antiochenæ & aliarum ecclesiarum nullo modo negligenda correctio: in qua si suam curam clementia vestra immiserit, spes est, quo auctore bona cuncta credimus incipi, eodem celeriter auxiliatore compleri. Commendamus preterea legatos ab apostolica sede directos, & apud vestram fidem religionemque deponimus: quos ita perfectis omnibus pietas vestra dimittat, ut divinis vestrisque beneficiis ad apostolicam sedem plenam referant de ecclesiarum omnium pace lætitiam. Quæ scripta per Paulinum Romanæ ecclesiæ defensorem famulum vestræ pietatis ingerenda transmisimus. Data VII. Idus Iulii, Eutharico viro clarissimo consule.

mpor- s | lm. 18. | nno domini 519.

XLV. AD IOANNEM EPISCOPUM CONSTANTINOPOLITANUM.

Laudat Ioannem ad unitatem ecclesiæ rediisse: hortatur ut Alexandrinæ & Antiochenæ ecclesiæ unionem procuret, legatosque ei commendat.

Hormisda Ioanni episcopo Constantinopolitano.

CONSIDERANTI mihi tuæ scripta caritatis, in quibus cum sede beati apostoli Petri unam tibi esse fidem professus es; prophetica libet exclamare licentia: *Ecce quam bonum & quam jucundum habitare fratres in unum.* Neque enim refert quam longinquis locorum spatiis dividamur, quando jam Deo auctore una fidei cohabitatione conjungimur: nunc enim misericordia procurante divina in unius corporis vultum dissipata olim Christi membra conveniunt, & ab iniquissimis direpta latronibus annuntiata a propheticis vocibus

alm. 32.

A domini nostri redintegratur hereditas; & vere in hujus petræ fide, id est, apostolorum principis firmitate, orientalis ecclesię fundamenta solidantur. quæ cum facta tuis literis indicentur, tempestiva exultatione dicendum est: *Quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona.* Rom. 10. Gratias igitur excellentissimæ Trinitati, quæ consentientes in Christum ecclesiæ, ac reipublicæ dedit esse rectores: enimvero rerum salus est, quotiens in fidei catholicę veritate sacerdotes ac principes mens una cōnectit. Hoc firmum pacis vinculum est, hęc cælitus dimissa societas: neque fas est enim in quo vident concordari prępositos, aliud sentire subjectos. B An dubium est cuncta hęc providentiam disposuisse divinam? Primum eum principem esse delectum, qui cum se hominum suscepisse videret imperium, non se oblitus est Deo esse subjectum. Dehinc quod talem fraternitatem tuam ecclesiæ suæ præsulem dedit, quem non esset ambiguum cum sede nostra, id est, apostolica, certam mansuramque fidei subiturum esse concordiam. Etenim libello a nobis fidei libenter accepto, cum redintegrationis in Christo fueris avidus, nunquam in prædestinatione divina fuisse a nobis cognosceris alienus. Itaque, dilectissime frater, Dei nostri sponte currentibus instare beneficiis, sparsi olim gregis plenius membra colligite, & custodite collecta. Memento nunc clementer assignatæ a Christo C navis esse te rectorem: fac cogites diabolicæ contumaciæ spiritus, quietem itineris & curam turbantes: nec te lateant fluctus tempestatis incertæ, quos evigili mente prospicias, & erecta in Deum ratione compenses. Nulla tibi commissi negotii negligentia clavum dominicæ ratis extorqueat. Illud unicum recti itineris signum fixis semper obtutibus intue, quo certius perflantis diaboli turbata contemnas, & ad promissi portus tranquilla pervenias. Hæc est Christiani palæstra certaminis: tali Christi militiæ sempiternæ vitæ palma proponitur. Hæc tibi rectissime cogitanti non deerit suo militi præsidium ducis: & quanto hostium multiplicantur insidiæ, tanto summi gratia D rectoris, adversantis venena misericordię suæ facit esse materiam, sicut sermo apostolicæ veritatis asseruit, dicens: *Ubi abundavit iniquitas, superabundavit & gratia.* Ioan. 14. Tu tantum divinis rectissimisque inhærens institutis, ecclesiasticam fovendo concordiam, veluti quodam pacificæ voluntatis signatus indicio, illius esse discipulus approberis qui ait: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.* Rom. 5. Hortare etiam, quamquam sponte ad recta tendentem, filium nostrum clementissimum principem Iustinum, Christiano sęculo divinitus comparatum, E ea perficere quæ regalibus literis dignatus est polliceri, ut missis ad eos edictis, quos ab ecclesiæ matris uberibus etiam nunc devius error abducit, diabolicam fraudem & auctoritate religionis & moderata potestate compescat imperii; eamque tibi contra communem totius humanitatis hostem maximam ducat esse victoriam, si supernæ auxilio divinitatis vetusti serpentis venena cōpresserit. De Antiochenæ quoque atque Alexandrinę ecclesiarum statu non supersedeas esse sollicitus, & clementissimo subinde principe supplicato, ut in his quoq; pacem religiosa ordinatione restituat, quatenus bonis cœptis plenæ cumulum perfectionis adjungat.

Frustra enim bonum opus incipitur, si non in A totum perfectio subsequatur. Commendamus prætereа legatos a sede apostolica destinatos, quos ita faciat ad nos tua dilectio remeare, ut nobis plenam referre queant de restituta universis ecclesiis pace lætitiam. Data VII. Idus Iulii, Eutharico viro clarissimo consule.

Anno domini 519.

XLVI. AD IVSTINIANVM.

Commendat eum, quod Iustino adjumento fuerit in pace ecclesiæ reddenda, ad quam perfecte ineundam hortatur.

Hormisda illustri viro Iustiniano.

BENEDICIMUS ineffabile divinitatis auxilium; quia de ecclesiarum pace universitatis desiderium sub tranquillitate agnovimus B fuisse completum. Quod quidem non præter opinionem nostram contigit fieri: quia religiosissimi Augusti præsumpti genere spem semper gessimus de quiete, & quod credidimus faciendum sub principe Christiano de adunatione, erat in votum. Quare habebit gloriosus imperator de hac causa triumphorum titulos, non quibus se oblivio mortalitatis interserat, sed quos divinitatis gratia super perpetuitate confirmet: & vobis quoque cælestis remunerationis non deerit præmium, qui adjuvistis boni principis institutum, atque obsequio convenienti desiderio horrorem segregationis fe- C cistis excludi. *Benedictus dominus Deus noster, qui visitavit, & fecit redemptionem plebis suæ.* (Luc. 1.) Superest nunc, ut quia vobis hujusmodi officium certum est providentia divinitatis injunctum, accingatis, ut ait, lumbos, & pacificæ adhortationis viribus persequamini, a quibus pacem non videtis agnosci, maxime quia gratiæ gloriæ vestræ detrahitur, si quid in hac causa fuerit minus impletum. Circumspicite omnia fide qua vivitis, & diligentia qua vigetis occurrite omnibus incursibus, quibus religionis Christianæ reverentiam videtis esse vexatam, ut instantiæ vestræ bene possimus cum exultatione dicere: *Reminiscentur, & convertentur ad* D *dominum omnes fines terræ.* (Psal. 21.) Quæ cum ita sint, vos qui ecclesiæ catholicæ tranquillitati fecistis initium, procurare decet effectum: non deerit salvatoris nostri favor in perfectione, qui vobis hoc opus inspiravit incipere. Data consule suprascripto.

Anno domini 519.

XLVII. AD POMPEIVM.

Laudat Pompeium, quod se pacis studiosum ostenderit: hortatur ad operam navandam, ut perfecta ecclesiæ tranquillitas reddatur.

Hormisda Pompeio.

ITA devotionis nostræ animum gaudio E concordiæ fatemur impletum, ut nulla credamus verba sufficere, quibus fidei vestræ puritatem valeamus explere. Magna profecto memoria felicitatis transibitis ad posteros, quia vos in facienda pace solicitudine certum est fuisse constrictos. Habetis apud divinitatem meritum, cujus religioni persoluitis affectum. Operati quidem estis generalitatis desideria, sed & vestra pariter completa sunt vota: & cum animæ vestræ paraveritis præmium, universitas sibi gaudet beneficium impensum. Quapropter debita honorificentia salutantes A hortamur, & petimus, ut vivacitate qua quietis ecclesiasticæ cœpistis initium, procuretis effectum; & quocumque contentionis alicujus videritis remansisse vestigia, curetis modis omnibus insequenda. Adeste ecclesiarum Dei plenissimæ tranquillitati, insistite labori, quem fidei vestræ munere domino curastis offerre. Facitis enim, ut majore a vobis fiducia exigamus plenitudinem, quos gratulamur desideratæ dulcissimæ adunationis initia votiva fundasse. Data consule suprascripto.

Anno domini 519.

XLVIII. AD IVLIANAM ANICIAM.

Eadem quæ in superiori.

Hormisda Iulianæ Aniciæ.

LITERIS amplitudinis vestræ perceptis gratias Deo nostro de catholicæ fidei redintegratione persolvimus; optantes, ut ipse vestris sensibus pro religione sua, quod concessit, longa ætate conservare dignetur studium: ut sicut personam vestram imperialis sanguinis vena nobilitat, ita conscientiæ bonorum meritorum luce præfulgeat. Unde salutantes cultu atque honorificentia competenti poscimus, ut in eo quo cœpistis permanere proposito debeatis, & dare operam, ut ad effectum conatus tantæ causæ perveniat, ne aliquod in posterum semen hujus mali remaneat, unde posthac sub qualibet occasione inimicus quilibet fidei revirescat.

Anno domini 519.

XLIX. AD ANASTASIAM.

Eadem quæ in superiori.

Hormisda Anastasiæ.

POSTQUAM Deus noster ecclesiæ suæ membra in pacem pristinam redeuntis solidavit, diu vos desiderasse certamina..... Quod provenisse gaudentes, & nos quidem indesinenter divinam clementiam deprecamur, ut sicut has regni primitias gratanter accepit, ita fidem boni principis omni semper adjuvet prosperitatis effectu, & tam ipsum quam vos omnes in sacrosancto religionis amore custodiat; ut quorum fides errorem pessimæ dissensionis abjecit, & tu ita in terris floreas, ut æternæ salutis remuneratio subsequatur. Nunc igitur vos quoque vota nobis conjungite, & omnibus a Deo viribus implorate, ut hujus correctionis exemplum omnes sequantur ecclesiæ, ut nihil sibi diabolus remansisse gaudeat, quem in totum pene nostra concordia gratulatur exclusum.

Anno domini 519.

L. AD GRATVM.

Gratum salutat, ab eoque certior fieri de ejus salute postulat.

Hormisda Grato viro sublimi.

CONTRISTAVIT nos amplitudis vestræ silentium, quia inter quaslibet occupationes nostri esse non debuistis immemores. Et ideo ne quod in vobis reprehendimus incurrere videamur, necesse fuit operam styli præsentis assumere, per quam nobilitatem tuam honorifice salutamus, postulantes ut solicitudinem nostram de bono vestræ prosperitatis non desinatis efficere certiorem, quia incolumitatis vestræ bona quibuslibet indiciis Deo nostro cupimus propitiante cognoscere.

LI.

LI. AD OMNES EPISCOPOS HISPANIÆ.

Ioannes Constantinopolitani episcopi professionem dirigit, propter orientales ' episcopos, qui eorum communionem poposcerant.

Dilectissimis fratribus universis episcopis per Hispaniam constitutis Hormisda.

INTER ea quæ notitiæ nostræ Ioannes frater & coepiscopus noster studio ecclesiasticæ utilitatis ingessit, hoc quoque pro affectu catholicæ fidei & apostolicæ sedis veneratione consuluit, quo ordine ex clero Græcorum venientibus tribui deberet sancta communio, propter causam scilicet Acacii, a predecessoribus nostris pro hæreticorum* communione damnati, in qua, qui se ab ejus contagione non dividunt, a nostra communione habeantur excepti. Laudo propositum viri hoc zelo circa fidem & apostolica instituta ferventis, ut nec per ignorantiam quidem quemquam cœno erroris alieni pateretur immergi. Digna hæc cur a fidelibus, ut solicito studio semper invigilent, & inculpatos se ab omni perversitate conservent. Ipsa est enim fidei innocentia, ut ' prævideat, ne vel casu possit errare. Satisfacientes igitur & laudabilibus desideriis memorati viri, & memores nostri (sicut oportet) officii, documenta quæque de ecclesiæ scriniis assumentes, ad concilium vestrum pro generalitatis instructione direximus, ut ex illis plenius, quæ sunt acta discentes, ab omni vos errantium * communione separetis. Neque enim est personalis odii causa in impios transgressores dicta (Deo inspirante) sententia, in qua quidem causa * nequaquam a prædicatione cessavimus, & principi supplicando, & sacerdotes & populos admonendo, ut transgressores absoluti, ad rectam se fidem & affectu Dei & judicii timore converterent. Sed obstinatio miseranda eo perduxerat illos, ut nullis modis mortifera venena vincantur, sed mala semina fixis in deterius pullulent radicibus. Ergo, dilectissimi fratres, ad omnia competenter instructi, servate vos & ecclesiam Dei apostoli exhortatione compuncti. Nos autem libellum misimus, sub quo si quis communionem vestram de orientalibus clericis poposcerit, ad eam possit admitti, secundum quam & de Thraciæ & Scythiæ, Illyricique partibus, vel Epiri veteris, sed & secundum 'quod de Syria multos jam constat esse susceptos, gaudentes ad recta confluere, & devia declinasse. Vnde pro subreptione mandamus, ut omnis cura & solicitudo omnis invigilet, & ut jam nullus sit ignorantiæ locus, nullus utatur simplicitatis excusatione * præterita. Scienti peccare necessaria confessio est.* Necesse est, ut errorem sibi scribat, qui monstratur instituisse pravo itineri. Bonifacius notarius sanctæ ecclesiæ Romanæ ex scrinio editi exemplaria libelli exequitur.

Prima salus est, rectæ fidei regulam custodire, & a constitutis patrum nullatenus deviare. Et quia non potest domini nostri Iesu Christi prætermitti sententia dicentis: *Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, &c.* hæc quæ dicta sunt rerum probantur effectibus: quia in sede apostolica extra maculam

A semper est catholica servata religio. De qua spe & fide minime separari cupientes, & patrum sequentes constituta, anathematizamus omnes hæreses, & præcipue Nestorium hæreticum, qui quondam Constantinopolitanæ fuit urbis episcopus, damnatus in concilio Ephesino a beato Cælestino papa urbis Romæ, & a venerabili viro Cyrillo Alexandrinæ civitatis antistite. Similiter & anathematizamus Eutychen & Dioscorum Alexandrinum in sancta synodo quam sequimur & amplectimur, Calchedonensi damnatos, quæ secuta sanctum concilium Nicænum fidem apostolicam prædicavit. Detestamur & Timotheum parricidam, Ælurum cognomento, discipulum quoque ipsius, & sequacem in omnibus Petrum Alexandrinum condemnamus. Et etiam anathematizamus Acacium Constantinopolitanum quondam episcopum ab apostolica sede damnatum, eorum complicem & sequacem, vel qui in eorum communione aut societate permanserint. Qui Acacius quorum se communioni miscuit, ipsorum similem habere meruit in damnatione sententiam. Petrum nihilo minus Antiochenum damnamus cum sequacibus suis, & omnibus suprascriptis. Suscipimus autem & probamus epistolas beati Leonis papæ universas, quas de religione Christiana conscripsit, sicut prædiximus, sequentes in omnibus apostolicam sedem, & prædicantes ejus omnia constituta. Et per omnia spero, ut in una communione vobiscum, quam sedes apostolica prædicat, esse merear, in qua est integra & vera Christianæ religionis & perfecta soliditas: promittens in sequenti tempore sequestratos a communione ecclesiæ catholicæ, id est, non consentientes sedi apostolicæ, eorum nomina inter sacra non recitanda esse mysteria. Quod si in aliquo a mea professione deviare tentavero; his, quos damnavi, complicem me ' mea sententia esse profiteor. Hanc autem professionem meam ego manu mea subscripsi, & tibi Hormisdæ sancto ac venerabili papæ urbis Romæ direxi.

LII. AD GERMANVM CETEROSQVE LEGATOS.

Monet ut cum imperatore ejusque conjuge agant, ut omnes ecclesiæ, præcipue vero Alexandrina & Antiochena, ad apostolicæ sedis communionem revocentur.

Hormisda Germano & Ioanni episcopis, Felici & Dioscoro diaconis, & Blando presbytero.

DE his quæ acta caritatis vestræ relatio comprehendit, gratias Deo nostro referimus, qui laborem vestrum juvare dignatus est, & hortamur ut clementissimo principi & piissimæ Augustæ conjugi ejus officiis imminere competentibus debeatis, & agere, auxiliante Christo nostro universis sub ecclesiastica observatione dispositis, ut omnes ecclesiæ, quæ in qualibet mundi parte sunt positæ, ad communionem sedis apostolicæ revocentur. De Alexandrina vero atque Antiochena ecclesiis laborate, ut nostræ fidei sub observatione rationabili connectantur, quia tantæ rei perfectio, tam clementissimo principi, quam vobis, gratiam divinæ propitiationis acquirit. Data Euthatico viro clarissimo consule. Anno domini 519.

Margin notes: hæreticos; ' prævidens vel caveat ne possit errores; contagione; neque; hac; Eph. 4. / Cor. 20.; quam; præteritæ; Et necesse; Matth. 16.

LIII. AD DIOSCORUM DIACONUM.

Vt cogitet quomodo ii, qui Calchedonense concilium scripro damnaverant, & ad ecclesiam redire cupiebant, recipiendi sint. Thomam, Nicostratum, & Ioannem episcopos ei commendat.

Hormisda Dioscoro diacono.

De laboris tui, quem cum Dei omnipotentis juvamine suscepisti, pro ea parte quæ acta est, gratulamur effectu; & indicamus, ut, quemadmodum revocandi sunt hi qui ex scripto Calchedonensis concilii constituta damnaverūt, debeas cogitare. Forsitan tales nō schismatici, sed magis hæretici videantur. An certe una sit causa tam eorum qui sermonibus, quam eorum qui convincuntur scripto damnasse: quia per hanc distantiam filius noster vir illustris Albinus religiosus videtur facere quæstionem: & cogita utrum & scribentes contra Calchedonense concilium, per illum generalem libellum tantum suscipi debeant, an certe aliquid amplius addicere. De Alexandrina & Antiochena ecclesiis solatio Dei nostri adjutus enitere, ut omnibus recte dispositis communioni catholicæ socientur. Thomæ quoque & Nicostrati fratrum & coepiscoporum nostrorum observatio nos longa contristat; & miramur cur apud catholicum principem rectæ fidei laborare videantur episcopi, quorum desideria tua debebit caritas sublevare, agendo quatenus optata consequendo mœror converti possit in gaudium. Ioannes Nicopolitanus episcopus per Ammonium diaconum nobis scripsit, quod ei aliqui malevoli apud principem nituntur generare calumniam: quem dilectioni tuæ commendamus, hortantes, ut elabores ne ejus quieti inimicorum possit nocere subreptio. Quem Ammonium diaconum ad nos venientem in sedis apostoltcæ noluimus communione suscipere, tamdiu, donec habito cum Sergio diacono tractatu, qui ordinari debuerit quæreremus: & hoc deliberatio nostra de supradicto diacono probabilis invenit, ut per testimonium libelli communioni catholicæ jungeretur; quem libellum solenniter oblatum, & nostræ offerentem communioni significamus adjunctum. Data consule suprascripto.

Anno domini 519.

LIV. AD EUMDEM.

Laudat ejus de firmanda pace solicitudinem. Ad imperatorem se literas daturum, ut cum Alexandrinæ ecclesiæ præficiendum curet. Thomam & alios ei commendat, & hortatur, ne pro reditus festinatione quidquam indispositum relinquat.

Hormisda Dioscoro diacono.

De laboris tui quidem, quem Dei omnipotentis juvamine suscepisti, pro ea parte quæ acta est, gratulamur effectu; indicantes omnibus Italiæ populis, quę auctore Deo nostro fine cessatione persolvimus, qui te fecit agnoscere, quia non pro odio, sed pro causę magis fueris amplitudine destinatus. Vnde quoniam supplicem, & puram cogitationem nostram per te misericordia divinę propitiationis adjuvit, necesse est ut de industrię vel fatigationis tuę prēmio & vicissitudine cogitemus. Nam sequenti tempore scribere domino & filio nostro imperatori disponimus, ut te Alexandrinum episcopum debeat ordinare. Iustum est enim ut ea doctrina & moderatione tua corrigatur ecclesia, in qua pręcipue ab ipsis ætatis tuę principiis militasti; nam displicuit nobis quod caritatem tuam amplissimus imperator Antiochenæ præponere nitebatur ecclesię. Melius enim in solo patriæ tanti accipies sacerdotii dignitatem, ut Ægyptios populos doceas, quam inter Syros, novos & incognitos homines, in alia orbis parte progenitus errare videaris. Thomæ quoque & Nicostrati fratrum & coepiscoporum nostrorum observatio longa nos contristat, & miramur cur apud catholicum principem rectæ fidei laborare videantur episcopi, quorum desideria tua debebit caritas sublevare, agendo quatenus optata consequendo mœror converti possit in gaudium. Ioannes Nicopolitanus episcopus per Ammonium diaconum nobis scripsit, quod ei aliqui malevoli apud principem nituntur generare calumniam: quem dilectioni tuę commendamus, hortantes, ut elabores ne ejus quieti inimicorum possit nocere subreptio. Quem Ammonium diaconum ad nos venientem in sedis apostolicæ noluimus communione suscipere, tamdiu, donec habito cum Sergio diacono tractatu, quid ordinari debuerit quęreremus: & hoc deliberatio nostra de supradicto diacono probabilis invenit, ut per testimonium libelli communioni catholicę jungeretur; quo libello solenniter oblato nostrę offerentem communioni significamus adjunctum. Paulinum ecclesię Romanę defensorem commendamus, & hortamur, ut nihil indispositum pro festinatione vestri reditus relinquatis: quia melius cuncta sub prolixitate temporis cum Dei nostri juvamine disponuntur; & gratius est, ut sub mora omnium ecclesiarum ordinetur status, quam cum per festinationem aliquid imperfectum remaneat, unde iterum & labor nobis generetur, & nostris afferatur ordinationibus difficultas. Data supradicto consule.

Anno domini 519.

LV. AD THOMAM ET NICOSTRATUM.

Se de eorum salute esse solicitum. Ioanni & Dioscoro per literas eos commendasse.

Hormisda Thomæ & Nicostrato episcopis.

Animum nostrum pro negotio vestro otiosum aut desidē non puletis nam non aliter de vestra fatigatione quam de propria cogitamus. Mena siquidem ecclesię nostrę notario insinuante, cognovimus caritatem vestrā adhuc observationum molestias sustinere: & ideo ut istis adversitatibus Deus omnipotens dignetur pręstare remedium, tam ad Ioannem fratrem & coepiscopum nostrum scripta direximus, quam dilectissimo filio nostro Dioscoro diacono per literas nostras injunximus, ut domino & filio nostro Iustino principi necessitatem & causam nostrę dilectionis insinuet, & instanter agat, quatenus desideriis vestris dominus noster congruum dignetur pręstare effectum: cum quo Dioscoro diacono debet loqui vestra fraternitas, quia necesse est ut intentioni vestræ, vel intuitu catholicæ communionis, vel consideratione nostræ adhortationis, studeat. Data quo supra consule.

Anno domini 519.

LVI.

A

LVI. AD IOANNEM ET DIOSCORUM LEGATOS.

Thomam & Nicostratum Constantinopoli congruo honore dolet non fuisse receptos.

Hormisda Ioanni episcopo & Dioscoro diacono.

REPERIMUS Thomatem & Nicostratum fratres & coepiscopos nostros Constantinopolim non ita susceptos sicuti nostra fuere desideria, & ipsi semper optabant: non solum enim loca eis debita dicuntur ablata, sed a communione quoque eos cognovimus fuisse suspensos. Quod quam acerbe ferat animus noster, etiam fraternitatem & dilectionem tuam credimus æstimare: & ideo quantam diligentiam causæ videtis magnitudinem poscere, tantam vos efficaciam debetis sine mora præstare; & agere, ne nos magis apud quos fuerunt, videamur esse contempti, cum illis, contra quam desiderium commune habuit, solicitudinis molestia fuerit indecenter injecta, intantum ut nec de facultatibus eorum (quæ eis dicuntur invasæ a fratre & coepiscopo nostro Ioanne) dicatur aliquod ordinatum, nec literas nostras, quas per eos misimus, fuisse susceptas. De quibus omnibus ita vos agere desideramus instanter, ut ad nos caritas vestra de effectu hujus causæ valeat sub celeritate rescribere. Data quo supra consule.

10 do- i 519

LVII. AD IUSTINUM AUGUSTUM.

Ut suis sedibus Heliam, Thomatem & Nicostratum restituendos curet.

Hormisda Iustino Augusto.

GLORIOSIS clementiæ vestræ laboribus ecclesiasticæ palma concordiæ, & orbis pacati votiva tranquillitas generali prædicatione respondent. Quæ res nostrum partum reddit ac retinet ad agendas gratias sermonis officium. Illud tamen quod pro vobis indesinenter domino nostro preces effundimus, non taceamus, quia in votis infinitus affectus est, finitum esse potest in prædicatione judicium. Verum inter hæc pietatis vestræ beneficia, una nos, quæ etiam vehementer afficit, cura non deserit, quod Heliam, Thomatem, atque Nicostratum fratres & coepiscopos meos, qui primi ecclesiasticam festina secuti sunt devotione concordiam, non solum magni frustratur palma principii, verum etiam mali miseria comitatur exempli. Quare clementiam vestram, mixto etiam precibus fletu, deposcimus, ne gaudia nostra, quæ de hæreticorum quotidie conversione præstatis, præfatorum abjectio intoleranda conturbet, quia non sola personarum nos causa solicitat, quibus & boni facti simul sufficere gloria posset & meriti: sed quod venerabilium constituta canonum contemnuntur, & quod non parvam eorum abjectio apostolicæ sedis tangit injuriam, ne Christianitatis vestræ sinceritas, qua & magnum patrocinium veteribus constitutis impenditis, & sedis apostolicæ principatum acta noviter veneratione sancitis, in uno inexpugnabilem relinquat posteris negotio quæstionem.

LVIII. AD EUPHEMIAM AUGUSTAM.

Perpetuas pro Euphemiæ & ejus viri salute ad Deum se preces effundere. Thomam & alios commendat.

Hormisda Euphemiæ Augustæ.

ORARE nos & pro vestra incolumitate Deo nostro vota persolvere, cum catholicorum etiam cœtu, sine cessatione pontificum, non vestræ studium exorationis invitat, sed devotum atque persistens in ecclesiastica stimulat reconciliatione propositum. Quis enim ab hæretica segregatus conspiratione se B teneat? Quis aliis in sua utatur deprecatione principiis, nisi ut vobis serenissimoque principi jugali vestro & vita sit longior, & ad prosperitatis augmentum gratia divina proximior; qui initia felicis imperii plectendis exsecrationibus consecrastis erroris, & amicam diabolo pacifica expulistis intentione discordiam. Unde nunc decet vos laudabilibus cœptis insistere, & per totum orbem perfectam spargere medicinam; quia Christo major numerus gregis oblatus mercedem confidenter exigit largiorem; inter quæ curæ vestræ sit, ut nullum satanas jamdudum prostratus vulnus efficiat, sed communionis unitas magnum sit justitiæ impetrandæ suffragium. Quæsumus C namque ut tandem de venerabilibus fratribus & coepiscopis nostris, Helia, Thomate, atque Nicostrato, quod sacratissimorum canonum dictat auctoritas, vobis decernentibus impleatur, ne videantur, ut auctores alicujus mali, quod primi ad unitatem sedis apostolicæ festinarunt, in communi omnium gaudio soli meruisse percelli, & in facto laudabili victam personali odio cessisse justitiam. Nostris ergo precibus apud clementissimum Augustum vestras adjungite, ut fructum, quem illis patrum regulæ tribui & conservari præcipiunt, inimica tergiversatio auferre non possit.

LIX. AD IUSTINIANUM.

D Iustiniani studium erga ecclesiasticam pacem laudat, eique Heliam, Thomatem, & Nicostratum episcopos commendat.

Hormisda Iustiniano viro illustri.

STUDIUM vestrum erga ecclesiasticam pacem, & damnatos hæreticæ contentionis errores, ipsius rerum effectibus approbamus; cujus vos operis magna immensaque sine dubio merces expectat. Hinc est quod quidquid pro canonum firmitate & pro apostolicæ sedis reverentia necessarium duxerimus, magnitu- E dini vestræ secura peragendum protinus præsumptione mandamus, quia cum magno vos gaudio pro causis talibus sperata suscipere, multiplicia hujusmodi exempla testantur. Quare omissis in longua circuitione principiis, ad rem ipsam præsentis paginæ verba convertimus. Mœret ecclesia, & magno votivæ unitatis exordio frui præstita non potest pro unius causæ afflictione lætitia: hanc ut nobis solicitudinem beneficia vestra submoveant, non parvis precibus exoramus. Angit nos enim & præsens dolor, & futurorum occasio procurata certaminum, per quam & venerabilium patrum regulæ negliguntur, & apostolicæ sedis putatur

putatur auctoritas posse contemni. Nam cum divino clementissimique principis beneficio, sed & vestro simul adnixu hi soli credantur esse pontifices, & jure ecclesias continere, qui ad communionem nostram damnatis erroribus redire consentiunt; Heliæ, Thomati, atque Nicostrato fratribus & coepiscopis nostris, qui bonum causæ etiam sub adverso imperatore dedere principium non solum nihil ad provectum bona studia profuerunt, verum etiam collatæ sibi a domino obtinere nequeunt officia dignitatis, & extorres a commissis sibi gregibus subire coguntur miserias damnatorum. Quapropter quæsumus, & per divinam vos misericordiam obtestamur, ut eorum causæ (quæ justa est) summum patrocinium & probatæ vivacitatis impendatis affectum, piissimi principis hærendo vestigiis, quatenus eos tandem suis ecclesiis & pietatis intuitu & justitiæ contemplatione restituat; quia in illorum contumeliam ab inimicis asseritur, optatum nostræ communionis displicuisse consortium.

Pontifices non sunt qui cum ecclesia Romana non communicant.

LX. AD GERMANUM VIRUM ILLUSTREM.

Eadem quæ in superiori.

Hormisda Germano viro illustrissimo.

EXCUBANTIBUS vobis probabili pro ecclesiastica pace proposito, & tanto fidei calore ferventibus, gratiarum actio sola non sufficit; quia nec vos humanæ laudis prærogativa solicitat, sed divinæ expectatio retributionis inflammat. Quod igitur maxime debemus exolvimus, & Deum nostrum, cujus vos causis impenditis, pro incolumitate vestra quotidie deprecamur, rogantes ut studium vestrum in omni pro ecclesiasticæ unitatis affectu parte sic ferveat, ut nullus boni relinquatur locus officii, ubi non paternis regulis vestræ patrocinium defensionis assistat. Præcipue tamen Heliæ, Thomæ, atque Nicostrati fratrum & coepiscoporum nostrorum causa nos commovet, qui primi mundo necessariam secuti concordiam, ecclesiarum suarum privatione perculsi, cum venerabilium quoque canonum contumelia deprimuntur, fitque illis propriæ reconciliationis gloria causa difficilis, quasi ipsi magis pertinaci mente restiterint, & aliis ad sedis apostolicæ redeuntibus unitatem ipsi ecclesiæ magis membra discerpserint. quod quam nobis durum sit, quamque clementissimi temporibus imperatoris indignum, prudentiam vestram convenit æstimare, & tandem præstare remedium, quo & illorum labores, & nostram grato possit solamine auferre mœstitiam.

LXI. AD HELIAM, THOMAM, ET NICOSTRATUM.

Ad imperatorem & alios se pro illorum causa scripsisse significat.

Hormisda Heliæ, Thomæ, & Nicostrato episcopis.

QUANTO mens nostra doloris vestri participatione fatigetur supervacuum est apud probantes mutuam caritatem verbis astruere: sed ille, qui & nostrum animum & vestros labores scrutator præscius intuetur, mœrorem nostrum vestra in gaudium prosperitate convertat. Verum ne unquam pro vestro negotio sub allegatione justissima & blanda intercessione cessemus; noveritis nos tam ad clementissimum principem, quam ad præcellentissimam Augustam, nec non ad illustres & magnificos viros Iustinianum atque Germanum filios nostros, literas destinasse, vestrum specialiter negotium continentes, quas viro sublimi Eulogio ita tradidimus, ut in vestro primum ponat arbitrio, utrum per vos eas eligatis offerre, an per ipsum potius perlatorem tam principi porrigantur quam ceteris, quas designavimus supra, personis.

LXII. AD LEGATOS.

De iis quæ Thessalonicæ ab Eutychianis gesta per famam audiverat. Dorotheum & Aristidem Romam venire compellendos.

Hormisda Germano & Ioanni episcopis, Felici & Dioscoro diaconis, & Blando presbytero.

CUM nos ecclesiasticæ prosperitatis gaudia sublevarent, & prope plenum laboris vestri fructum quotidie carperemus, repente nos inimica universi, quæ repente successerat, fama confundit: cujus opinionis ordinem, etsi vobis necdum referentibus suspicamur incertum, pro ipsius rei tamen magnitudine credidimus non tacendum. Itaque perlatum est fratrem & coepiscopum nostrum Ioannem dum ad Thessalonicam pro suscipiendis tantum libellis qui promittebantur accederet, ita plebis irrationabili seditione concussum, ut extincto primum eo qui hospitium venienti præbuerat, ipse quoque non dissimili cæde mactatus, & vix sacrosancti fontis reverentia vindicatus evaserit: cujus seditionis initium, sub interrogationis dolosæ commento ab Aristide presbytero narratur exortum. Verum nos, si hæc manifesta sunt, adeo de plebe non querimur. Erit in potestate venerandi principis, temporis sui, & catholici sacerdotis injuriam, qua jubeat resecare censura. Sed quod ad nos attinet, cura pervigili per vos (Deo propitio) desideramus impleri, quia nullum volumus, aut non reddita ratione converti, aut sic rectam viam fidei profiteri, ut sibi a principe aliquid sine doctrinæ remedio causetur imponi. Hæc igitur suggestione vestræ supplicationis peragite, ut Thessalonicensis episcopus, qui sub interrogationis obtentu ecclesiasticam pacem protracto in longum nititur dissipare negotio, quoniam a vobis suscipere noluit, a principe ad urbem directus, ab apostolica percipiat sede doctrinam, & quidquid sibi dubium putet, huc veniens præsenti a nobis inquisitione condiscat: sic enim probare potest se catholicæ professionis servare cautelam, non malitiose concepta vindicare certamina. Sciat nos paratos esse, & bene inquirentes instruere & errantes ad fidei rectum tramitem scientia duce revocare: quia si dubitans paratam non vult experiri doctrinam, nec rursus in simplicitate cordis quæ pacis & religionis causa jubentur admittere; in aperto est qua mente vel Dei nostri præceptis obsistat, vel orthodoxi principis exempla contemnat. In hac ergo parte totus suggestionis vestræ actus immineat, quia nec illi alia possunt ratione

ratione salvari, & incitatæ plebis sub hoc medius moderamine causa sedatur: cum quo etiam Aristidem presbyterum clementissimus princeps ad nos venire præcipiat, quia, sicut præfati sumus, omnes, quorum pax ecclesiastica ambiguitate dividitur, simul ad communionem nostram, depulsa mali erroris ægritudine, catholicæ scientiæ cupimus sentire medicinam. Præterea mox ut præsentia vos contigerit scripta suscipere, debebitis ad nos de vestris aliquem destinare cum relatione quæ universa contineat, unde his quæ gesta sunt, vel geruntur, solicitudinem nostram revelare debeatis. Datarium quoque literis vestris adjungite, ne vobis portitoris tarditas possit adscribi. Data III. Idus Octobris, Eutharico viro clarissimo consule.

Anno domini 519.

SUGGESTIO GERMANI EPISCOPI, FELICIS ET DIOSCORI DIACONORUM, & Blandi presbyteri.

Quæ Thessalonicæ a Dorotheo contra Ioannem episcopum acta fuerint.

MAGNA misericordia Dei est, & inæstimabilia ejus judicia, qui nihil occultum dimittit, ut probetur uniuscujusque conscientia. Dorotheus Thessalonicensis episcopus non novus apparuit, nec ad præsens factus, sed se demonstravit quem olim vera prędicabat opinio. Iste semper in malis desideriis suis involutus, data occasione exercuit quod contra fidem catholicam semper parturiebat scelus. In aliis literis significavimus beatitudini vestræ, quo ordine transeuntes Thessalonica libellos non potuimus suscipere. Erat tamen constitutum post ordinationem sanctæ ecclesiæ Constantinopolitanæ unum ex nobis ad ipsum dirigere, quia hoc sperabat prædictus, ut unus ex nobis post susceptos libellos cum ipso missas celebraret, quasi testimonio habens in generalitate se ad unitatem sedis apostolicæ esse conjunctum. Etsi tarde, factum est tamen: & venerabilem Ioannem episcopum ad ipsum dirigentes, directus est cum ipso ex communi electione Epiphanius presbyter. Germanus venerabilis & illustris episcopus erat cum eis, & Licinius comes scholæ ex ordinatione clementissimi imperatoris. Qui Licinius tamen cum prius pro alia causa esset Thessalonicam directus, congregrata synodo de paræcia ecclesiæ Thessalonicensis, ibi est inventus, expectans secundum promissionem unum ex nobis. Voluerunt ipso præsente libellos facere, & subscribere: quod factum est: signavit ipsos libellos prædictus vir, & veniens Constantinopolim, factum nuntiavit. Dicebatur nobis ab apocrisiario Dorothei: Iubete dirigere qui libellos suscipiat. Deliberatum est, sicut prædiximus, venerabilem Ioannem episcopum ambulare, ut haberet testimonium subscriptionis illorum. Rogavimus piissimum imperatorem, ut comes Licinius ambularet cum eo: quod & factum est. Et quia pervenerunt in civitatem, nuntiatum est Dorotheo per comitem Licinium præsentiam adesse nostrorum. Qui direxit Aristidem presbyterum cum aliis duobus episcopis, quos solos sciebat adversarios esse negotii, ut nostros videret: cum quibus voluerunt facere primum certamen de libellis, dicentes: Sunt capitula quæ debent emendari. Dixerunt nostri: Non esset in potestate ipsorum hoc facere: si vultis facere, Deo gratias: si non vultis facere, venimus, salutavimus vos, perambulavimus. Discesserunt post ista verba. Ad aliam diem convenerunt, iterum ista loquentes: & antequam propositionem verborum fecissent, ibi non est intentio generata, non injuria secuta est: subito populus insanus irruit super ipsum, & duos pueros occiderunt episcopi, caput etiam fregerunt episcopo in duabus partibus, & renes ejus dissipaverunt, & nisi misericordia Dei, & defensio sancti Marci basilicæ eruisset eos de manibus eorum, ibi perierant: liberati sunt tamen, quomodo dicitur, quia manus publica supervenit, quæ eos eruere potuit. Ista & istorum concinnamenta Dorothei malitia fabricavit, qui ante biduum quam pervenirent nostri Thessalonicam super duo millia baptizavit: ' sacramenta tanta erogavit in populo, quæ possint ipsis ad tempora sufficere, significans plebi, quia fides recta mutatur. Ista quomodo non habuerant excitare populum? ista quem non invitabant ad seditionem? Post hoc ipsum libellum quem fecerat cum episcopis ante populum scidit, dicens: Ego istud usque ad mortem meam nunquam facio, nec facientibus consentio. Occiderunt & hominem * venerabilem catholicum, qui nos venientes susceperat in domo sua, qui semper separatus fuit a communione Dorothei propter synodum Calchedonensem: in quo talem mortem exercuerunt, qualem illi qui sanctum Proterium occiderunt. Ista ad clementissimum imperatorem pervenerunt, & prope in tota civitate catholicus luctus est propter talia quæ contigerunt scelera. Promittit sancta clementia vindicare & citare Dorotheum, quia nos contestati sumus pietatem ejus, dicentes: Nulla ratione Dorotheum inter episcopos aut in communione sedis apostolicæ potest beatissimus papa recipere: & contra qui voluerint eum in sua communione recipere, scire se esse reos auctoritate ecclesiastica. Ista ad notitiam beatitudinis vestræ festinavimus referre, ut nihil vos lateat, quod in istis partibus agitur. Accepta IV. Kalendas Decembris, Eutharico consule.

' frumenta *minus bene, ut ex seq. indiculo patebit.*

* Ioannem

Anno domini 519.

LXIII. AD LEGATOS.

Dolet Ioannem occisum: & Dorotheo ab episcopatu remoto, alium, Aristide excepto, in ejus locum substitui præcipit. Thomam & Nicostratum suis ecclesiis restituendos. Monachos Scythas Romæ usque ad legatorum adventum detineri.

Hormisda Germano & Ioanni episcopis & Blando presbytero.

GRAVITER nos Ioannis catholici afflixit interitus, quem hæretici Dorothei vesania perhibetis extinctum. Nam eumdem Dorotheum Constantinopolim jussu principis didicimus evocatum. Adversus quem domino & filio nostro clementissimo principi debetis insistere, ne in eamdem civitatem denuo revertatur; sed episcopatus, quem nunquam bene gessit, honore deposito, ab eodem loco ac ecclesia longius relegetur, vel certe huc ad urbem sub prosecutione congrua dirigatur. Ad hanc etiam partem evigilare debetis, ne in locum ejus Aristi-

A Aristides totius mali incentor & conscius quibuslibet subreptionibus ordinetur: nam nulli prodest mutari personam, si ejusdem forma nequitiæ perseveret: sed talem virum debetis eligere, ut judicio vestro cuncta catholicorum congregatio gratuletur. Iis igitur observatis, pro Thomæ & Nicostrati fratrum & coepiscoporum nostrorum personis intentio dilectionis vestræ vehementer debet incumbere. Nam quid prodest ecclesiam redintegrasse, si ab ejus corpore sacerdotes videamus extraneos, quos in nostram communionem vos caute aut rationabiliter non ignorastis esse susceptos? Vnde non leviter nos res ista contristat, si ab his qui sedis apostolicæ prædicationem sequuntur, negligantur qui in ejus fide B & consensu recepti sunt. Idcirco, sicut hortati sumus, pro eorum communione, atque loco, serenissimo principi vehementer insistere: nam in eadem causa domino & filio nostro clementissimo principi & viro illustri Iustiniano filio nostro scripta direximus, hortantes eum, ut cum vestra, quantum ad ecclesiarum suarum receptionem pertinet, debeant caritate tractare. De eo vos articulo nostræ admonitionis suspicamur non immemores. Diximus enim quemadmodum exclusis occupatoribus, hi, de quibus loquimur, ad proprias revertantur ecclesias, ut illi alibi (si tamen rectæ sunt fidei) ordinentur. De personis Scytharum mo- C nachorum Iustinianus vir illustris nobis scripsit, quarum exemplaria literarum fraternitati vestræ direximus, qui cum nollent sustinere vestræ dilectionis adventum, & observationum moras se dicerent ferre non posse, tentaverunt clam de urbe discedere: quos tum nos faciemus solicitius custodiri, ea quæ de vobis contraria dixerunt volentes agnoscere, ut cum reversi, Deo propitio, fueritis, eorum error rationabilibus adhortationibus corrigatur. Data III. Nonas Decembris, Eutharico viro clarissimo consule.

Anno domini 519.

LXIV. AD IOANNEM ' MELICITANVM EPISCOPVM.

' Militanæ ecclesiæ

' ubi communioni C P. ecclesiæ subscribens ei gratulatur.

' Constantinopolitanam ecclesiam ad sedis apostolicæ communionem rediisse.

*Hormisda Ioanni episcopo * Melicitano.*

* *Miletopolitano.*

VOTA nostra caritatem tuam latere nolumus, ne qui particeps fuit solicitudinis, gaudiorum fructu reddatur extorris. Et ideo Constantinopolitanam ecclesiam ad communionem nostram rediisse, domino propitiante, tradentibus significamus alloquiis; & mandatorum, quæ legatis nostris dedimus, in omnibus seriem fuisse completam. De qua parte, ut E ad dilectionem tuam plenius perfectum gaudium perveniret, libelli Ioannis & consacerdotis nostri episcopi Constantinopolitani, & Iustini clementissimi principis orientis sacrarum literarum exemplaria pariter credidimus destinanda; indicantes nihilo minus per orientis partes plurimos episcopos sic fecisse. Superest, ut a nobis competentibus precibus divinitas exorata concedat, quatenus de aliarum quoque ecclesiarum redintegratione gratulemur. Ea vero quæ significare curavimus, in eorum sacerdotum, qui fraternitati tuæ vicini sunt, curabis perferre notitiam, ut & ipsi de effectu tantæ rei gratias nobiscum cælestis misericordiæ beneficiis referre non cessent. Deus te incolumem custodiat, frater carissime.

LXV. AD EPISCOPOS HISPANIÆ '.

' Bæticæ provinciæ

Gratulatur de pace orientalis ecclesiæ.

Fratribus dilectissimis universis episcopis per Bæticam provinciam constitutis Hormisda episcopus.

Eadem fere est Marcellini papæ epistola. '' Vide pag. 934. C. Tom. I.

QVID tam dulce solicito, quam ' quod mihi de vobis innotescunt illa quæ cupio? Quid tam religiosis conveniens institutis, quam ut inter se sacerdotes pacem, quam eos necesse est aliis pro officio annuntiare, conservent? Plena, fateor, gratulatione suscepi, quod votiva mihi de caritate (quæ inter vos est) ecclesiarum & pace literis indicastis. Sponte mihi, quidquid hortari poteram, quidquid monere, delatum est. *Confirmet hoc Deus, quod operatus est in nobis:* & quæ præcepit pro animarum salute facienda, hæc ipse qui præcepit, pro ea qua nos redemit pietate faciat. Et his tam bonis nuntiis nos quoque religiosorum vicem reddimus nuntiorum. Quidquid cum orientalibus, quos ad ecclesiæ corpus unitatemque revocatos dudum Dei nostri ope literis significavimus destinatis, denuo, cum aptum fuerit, repetitis vobiscum participabimus indiciis. Mox ' post nostrorum reditum ab orientalibus missa legatio est. Certa speravit, certa consuluit. Sed facimus de his quæ fuerant dicenda compendium, ipsi potius, ad instruendam notitiam vestram, quæ a nobis sunt responsa dirigentes, ne quid sibi sub spatio prolixiore terrarum aut opinio vindicet, aut error assumat, cum ad rerum fidem ipsam teneri sufficiat veritatem. Quod autem ad continentiam vestrarum pertinet literarum, oportuit quidem desideria plenius expedire, '' ut æstimatis omnibus responsum rationi congruum redderetur. Sed quia privilegiorum veterum & statutorum paternorum indidistis iisdem literis mentionem, ad Sallustium fratrem & coepiscopum nostrum D sub hac parte rescripsimus, vobis quoque strictim quæ dicta sunt illis latius indicantes, ne privilegia * nobis indulta convellerent, & nihil tam conveniens fidei judicare, quam ut in honore suo a patribus decreta serventur. Deus autem vos incolumes custodiat, fratres carissimi.

' quum

Psal. 67.

' pro nostro edicto

'' Alia his subjecit Pseudo-Marcellinus

* a nobis.

Anno domini 519.

SVGGESTIO DIOSCORI DIACONI.

Paulum Antiochiæ episcopum ordinatum. Scythas monachos tumultus excitasse, dicentes unum de Trinitate fuisse crucifixum.

VERVM est nulla esse gaudia magnopere spiritualia, a quibus ex toto tribulatio possit esse separata. Gaudemus de unitate Constantinopolitanæ ecclesiæ, quæ facta est cum sede apostolica: lætamur quotidie diversorum episcoporum libellos nobis satisfactionis offerri. Modicum in Ephesina civitate contigit scandalum, ubi contempta est & injuriata synodus Calchedonensis. Est invocatus clementissimus imperator hoc corrigere, quod & sperat cum Dei adjutorio fieri. Nunc, etsi post labores, etsi post intentiones plures, Antiochena ecclesia ordinata est, electus est

est quidam Paulus nomine presbyter Constantinopolitanæ ecclesiæ, quem huic honori aptissimum imperatoris testimonio comprobatum voluerunt & tentaverunt hic ordinare. Ego jussionis vestræ non immemor contradixi, dicens: Iussit dominus noster beatissimus papa, secundum antiquam consuetudinem, ibi eum episcopum ordinari. Hoc obtinuit quod præcepistis. Orate ut Deus precibus apostoli Petri & ipsam civitatem cum pace faciat electum suscipere sacerdotem. Et quia ista aguntur, & in his quotidie proficit ecclesia, insidiator antiquus suscitavit monachos de Scythia, qui de domo magistri militum Vitaliani sunt, omnium Christianorum votis adversarii, quorum inquietudo non parvas moras generavit unitati ecclesiarum, & magnopere de prædictæ ecclesiæ Antiochenæ ordinatione. Isti monachi, inter quos est Leontius, qui se dicit esse parentem magistri militum, Romam festinant, sperantes aliqua capitula a beatitudine vestra confirmari. Est in ipsis inter cetera ubi volunt dicere, unum de Trinitate crucifixum: quod est nec in sanctis synodis dictum, nec in epistolis sancti papæ Leonis, nec in consuetudine ecclesiastica. Quod si permittitur fieri, mihi videtur dissensiones & scandala non mediocria nasci inter ecclesias. Istud Anastasius imperator magnopere catholicis imponere festinavit: istud & Eutychetis discipuli in synodo Calchedonensi proposuerunt. Quia quotiescumque patres de Dei Filio domino nostro Iesu Christo disputaverunt, Filium Dei Verbum, consubstantialem Patris, homousion patri dixerunt. Iste autem sermo ideo nunquam est in synodis a patribus introductus, quia procul dubio catholicæ fidei minime poterat convenire. Cujus sermonis si subtiliter attendatur intentio, ad quantas hæreses pateat, & quæ mala per eum possint disputationibus ecclesiasticis introduci, quoniam longum est per præsentes insinuare, præterimus. Vnde sanum mihi videtur & utile, & ad pacem ecclesiarum conveniens, nihil aliud responsum dari, nisi: Sufficit sanctum Calchedonense concilium, in quo & aliæ synodi continentur: sufficiunt epistolæ papæ Leonis, quas synodus confirmavit. novitatem in ecclesia introducere nec volumus, nec debemus. Est in propositione eorum callida & hæc dicere: Nos synodum Calchedonensem suscepimus: hoc speramus, ut jubeatis nobis eam exponere, quia non sufficit sic quomodo est exposita contra hæresim Nestorianam: non quasi non intelligentes, nisi conantes per subtilitatem ad hoc nos adducere, ut disputetur de synodo Calchedonensi. Quod si factum fuerit, dubia & infirma ostenditur, & hæreticorum omnium patuit errori. Inter alia si post synodum Calchedonensem, si post epistolas papæ Leonis, si post libellos quos dederunt & dant episcopi, & per ipsos satisfecerunt sedi apostolicæ, iterum aliquid novum addatur, sic mihi videtur, quia quidquid factum est destruitur. Data III. Kalendas Iunias, Constantinopoli.

[Margin: ...itas ...intro- ...nda in ...sia.]

SVGGESTIO GERMANI ET IOANNIS EPISCOPORVM, FELICIS ET DIOSCORI diaconorum, & Blandi presbyteri.

Eadem quæ in superiori.

CVM Dei misericordia, quo ordine & qua cautela communicavimus in ecclesia Constantinopolitana, jam aliis literis per servum vestrum Pollionem directis vestra beatitudo cognovit. Et similiter in aliis literis non semel sed secundo, qualia æmuli homines religionis tentant, significare curavimus: ut nihil sit actum, aut cogitatum faciendum, quod lateat beatitudinem vestram. Stat nobiscum cum Dei adjutorio quidquid in Constantinopolitana ecclesia est ordinatum. Non titubant gaudia spiritualia, quæ celebrarunt & celebrant catholici. Causa Antiochenæ ecclesiæ ordinationis non solum nobis labores fecit, sed grandes tribulationes: quia homines festinantes impedimentum facere generali unitati, diversis modis diversa impedimenta fecerunt. Nostra erat propositio de his qui se suspenderant de anathemate in prædicta ecclesia ordinare sacerdotem. Non proposuerunt ante oculos suos futurum judicium palam dicentes: Omnes qui sedi apostolicæ communicabant Nestoriani sunt: & magis illis non debere credere, qui modo videntur ad communionem sedis apostolicæ revocati. Post multas afflictiones, & pene in tres menses a patribus protracta certamina, piissimus imperator sua auctoritate Paulum nomine presbyterum de ecclesia Constantinopolitana elegit episcopum fieri in ecclesia Antiochena, dicens inter alia & hoc testimonium de ipso, quia duobus annis in Antiochia positus non mediocriter resistebat Severo hæretico: similia & omnes catholici consonabant. Et omnia ista de persona prædicti imperator se promisit ad vestram beatitudinem relaturum. Harum tamen tribulationum provisores & socii & unitati ecclesiarum impedimento monachi de Scythia fuerunt, qui postea * hic defecerunt, assignati ab omnibus nihil pacificum cogitare, ad beatitudinem vestram cucurrerunt, sperantes surrepere, & per literas vestræ sedis suas intentiones confirmare. Isti de sua provincia episcopos accusant, inter quos est Paternus Tomitanæ civitatis antistes. Petitiones obtulerunt, & coacti piissimi principis & domini Vitaliani magistri militum jussione, frequenter ad audientiam causæ convenimus, non quasi volentes nos in his negotiis occupare: quia nobis sunt ante oculos beatitudinis vestræ præcepta, quibus præcepistis, ut causæ tantum cui veneramus intenti, nullis aliis negotiis misceremur: sed sperantes posse intentiones eorum pacari, ad hoc descendimus. Et quia nobis diu laborantibus, & illis nullam suscipientibus rationem, nihil proficiebat in eo quo tendebamus, clementissimus imperator in conventu publico, ubi & nos interfuimus, Paternum prædictum episcopum, & magnificum virum Vitalianum reduxit ad gratiam: accusatores quoque ejus suo præcepit episcopo supplicare. Monachi vero cum similiter ad concordiam quærerentur, fuga lapsi maluerunt de civitate discedere, quam ad concordiam pervenire. Prædicti monachi ad Italiam venientes, aliquanta capitula proponere habent, inter quæ & unum de Trinitate crucifixum continetur, sperantes ita confirmari ex auctoritate beatitudinis vestræ, sicut

* hinc discesserunt,

ſicut & in aliis literis ſignificavimus, & modo A hoc dicimus, ut nulla novitas a ſede apoſtolica ſcribatur: quia & nos ante imperatorem, & ante ſenatum hæc indicavimus, dicentes: Extra ſynodos quatuor, extra epiſtolas papæ Leonis, nec dicimus nec admittimus quidquid non continetur in prædictis ſynodis, aut quod non eſt ſcriptum a papa Leone non ſuſcipimus: quia ſi voluerit dominus noſter qualemvis novitatem ſcribere, peius erit iſtud * initium, quam illud quod factum eſt per Eutychetem. Sufficere debet eccleſiæ quod per ſexaginta annos ab Eutychete uſque modo ſuſtinuit. Nobis quod viſum eſt ſcripſimus: in veſtra poteſtate eſt deliberare quod vobis Deus imperaverit: B quoniam hæc illi nituntur aſſerere, eo modo ſibi ſatisfacere cupientes, ita ut profiteamur, & dicamus unum de Trinitate paſſum eſſe; quod nec patres nec ſynodi dixerunt. Iſta ideo per ſingula expoſuimus, ne illorum ſubtilitas glorietur in noſtra ſimplicitate propter iſtas novas ſuas intentiones. Vitaliano magnifico viro ſubrepſerunt, ut & talia vindicare pro talibus rebus, & contra nos quæcumque potuit impedimenta afferret; cujus immutationem omnis nobiſcum deflet eccleſia. Quapropter rogamus, ut conſueta cautela, & qua ſolet dominus noſter vigilantia cogitetis, & quomodo ſuſpendendi ſunt, qui a nobis taliter receſſerunt, & a noſtra communione fuerunt C ſejuncti; & quid eis reſpondeatur, vel quomodo eorum capitula repellantur; quia eos omnes Conſtantinopolitana catholica exhorret eccleſia. Data III. Kalendas Iulias, Conſtantinopoli.

* vitium,

SVGGESTIO LEGATORVM AD HORMISDAM PAPAM.

Reliquias S Laurentii, & ſanctuaria apoſtolorum Iuſtiniano concedi petunt, qui illa in baſilica apoſtolorum collocare cupiebat.

FILIVS veſter magnificus vir Iuſtinianus, res convenientes fidei ſuæ faciens, baſilicam ſanctorum apoſtolorum, in qua deſiderat & beati Laurentii martyris reliquias D eſſe conſtituit, ſperat per parvitatem noſtram, ut prædictorum ſanctorum reliquias celeriter concedatis. Habuit quidem petitio prædicti viri ſecundum morem Græcorum, & nos contra conſuetudinem ſedis apoſtolicæ expoſuimus. Accepit rationem. Et quia talis eſt fervor fidei ejus, qui meretur quidquid de apoſtolica ſede depopoſcerit, & talis eſt, qui ſperat unde & ſalus animæ & fidei effectus accreſcat; talibus deſideriis poſtulata competit non negare. Vnde ſi & beatitudini veſtræ videretur, ſanctuaria beatorum apoſtolorum Petri & Pauli, ſecundum morem, ei largiri præcipite; & ſi fieri poteſt, ad ſecundam cataractam ipſa ſanctuaria deponere, veſtrum eſt deliberare. E Petit & de catenis ſanctorum apoſtolorum, ſi poſſibile eſt, & de craticula beati Laurentii martyris. Iſta ſunt deſideria prædicti viri: in hoc fides ipſius eſt incitata. Propter hoc in urbem veſtram virum ſpectabilem Eulogium magiſtrianum direxit, hoc ſibi ſatisfacere judicans, ſi de ipſo fonte, de quo per omnem terram ſanctuaria apoſtolorum ſunt data, inde & ipſe reliquias ſuſcipere mereatur. Et bene facitis cauſam eccleſiaſticam magnopere in conteſtatione Dei tali homini commendare, cujus ſinceritas & integritas circa religionem catholicam nota eſt omnibus hominibus. Hic voluerunt capſellas argenteas facere, & dirigere; ſed poſtea cogitaverunt, ut & hoc quoque a veſtra ſede pro benedictione ſuſcipiat. Singulas tamen capſellas per ſingulorum apoſtolorum reliquias fieri debere ſuggerimus. Data III. Kalendas Iulias, Conſtantinopoli.

EXEMPLVM EPISTOLÆ IVSTINIANI AD HORMISDAM.

Diſſenſiones a monachis Scythis excitatas ab eo compeſcendas. Apoſtolorum reliquias ſe cupere.

Domino ſancto meritis beatiſſimo & apoſtolico domino patri papæ Hormiſdæ Iuſtinianus vir clariſſimus.

PROPITIA divinitate, quæ ſemper eccleſiam catholicam per incrementa fidei inſtituit, unitas ſanctarum eccleſiarum per doctrinam & auctoritatem apoſtolatus veſtri provenit. Sed quoniam comperimus quoſdam nomine monachos, quibus magis diſcordia in ſtudio eſt, quam caritas & pax Dei, cupientes quædam perturbare, ad angelum veſtrum hinc diſcedentes iter arripuiſſe: quos beatitudo veſtra, præſentibus ſcriptis cauſam livoris eorum cognoſcens, ita ut merentur ſuſcipere & a ſe longe pellere dignetur: quoniam vaniloquia ipſorum feſtinantium novitates introducere in eccleſia, quod neque quatuor ſynodi venerabiles, neque ſancti Leonis papæ epiſtolæ continere noſcuntur, in omni loco turbas excitare videntur. Quamobrem etiam & a viris reverendiſſimis epiſcopis & diaconibus directis ab apoſtolatu veſtro ad nos angelus veſter deſtinare dignetur, & ipſos digna correctione perculſos, ut ſuperius dictum eſt, pellere jubeat. Ergo hæc petimus ut (ſicut ſupradictum eſt) ipſas hujuſmodi literas per eumdem portitorem ad nos dirigere magnopere feſtinet. Sunt autem nomina eorum, Achilles, Ioannes, Leontius, & * Mauritius. Hæc noſtra eſt maxima ſolicitudinis cauſa, ne unitas, quam veſter labor oratioque perfecit, per inquietos homines diſſipetur, ſperantes in domino Deo, quia ſi quid eſt quod adhuc a totius orbis pace diſſentiat, hoc quoque orationibus veſtris apoſtolicæ ſedis communioni ſocietur. Præſumentes autem de beatitudinis veſtræ benevolentia, paternam dilectionem nimium petimus, quatenus reliquiis ſanctorum apoſtolorum tam nos, quam baſilicam eorum hic in domo noſtra ſub nomine prædictorum venerabilium conſtructam illuſtrare & illuminare large dignemini; cognoſcentes quod nullum nobis majus beneficium nec munus præſtare poteſtis, domine beatiſſime pater, quam ſi hanc noſtram petitionem adimpleveritis. Subito autem iter arripiente prædicto agente in rebus, etiam duo pallia ſerica ad ornamentum altaris ſanctorum apoſtolorum direximus, quæ ſuſcipientes, efficaciſſimis precibus veſtris, noſtri jubete jugiter facere memoriam.

* Maxentius.

EXEMPLVM EPISTOLÆ IVSTINIANI PER FRATREM PROEMPTORIS ad Hormiſdam papam.

Petit

Petit ut expedito monachorum negotio Ioannem & Leontium ad se remittat. A

QVIDQVID est cautius, quidquid firmius, ut pro sancta fide & concordia sacratum ecclesiarum geratur, optamus. Unde ad beatitudinem vestram & frater noster gloriosissimus Vitalianus per Paulinum virum sublimem defensorem vestræ ecclesiæ rescripsit, & nos per eumdem significare curavimus illa debere beatitudinem vestram perficere, quæ pacem & concordiam sanctis concedant ecclesiis. Subinde tamen, qui certius responsum ad sanctitatem vestram referat, cum literis piissimi nostri imperatoris destinavimus. Nam quanta quæstio in partibus nostris orta est, potest etiam antelatus vir religiosus defensor sanctitatem vestram instruere. Unde petimus, ut si est possibile, celerrimo dato responso, & satisfactis religiosis monachis, Ioannem & Leontium ad nos remittatis: nisi enim precibus & diligentia vestra ista quæstio soluta fuerit, veremur ne non possit ecclesiarum sanctarum pax provenire. Ergo cognoscentes quia & merces & periculum hujus rei vobis servatur, diligenter tractate, & firmissimum responsum per antelatos religiosos monachos, si est possibile, antequam legatus noster ad beatitudinem vestram perveniat, nobis remittite: in hoc enim solo omnis pendet intentio.

EXEMPLUM EPISTOLÆ IUSTINIANI AD HORMISDAM.

An dicendum sit unum de Trinitate fuisse crucifixum.

VT plenissima fidei perfectio doctrina beatitudinis vestræ nobis proveniat, iterum Eulogium virum strenuum agentem in rebus juxta alias causas, etiam hanc propter direximus, per quem valde petimus, ut per omnia responso apostolatus vestri circumspecto & cautissimo in confessione catholicæ fidei confirmetur. Post semel enim divina misericordia donatam ecclesiæ catholicæ unitatem, quidam D asserunt, Christum Filium Dei dominum nostrum pro nostra salute carne crucifixum unum de Trinitate debere prædicari: quod si suscipiendum sit, paterna provisione reverentia vestra cautissimo suo rescripto, quid sequi, quidve super hoc evitare debeamus, nos certiorare dignetur: quoniam verba videntur facere dissensionem: nam sensus inter catholicos omnes unus esse probatur. Imponite igitur vobis semel susceptum laborem, sancte ac venerabilis pater, etiam in hoc prædecessores vestros sequentes, quorum memoriam & amplectimini, & consortio pontificatus ornatis, & de hac intentione liberos nos properate reddere & E securos. Hoc enim credimus esse catholicum, quod vestro religioso responso nobis fuerit intimatum. Quia vero dictum est Scythicos monachos hac ratione ad sedem vestram accessisse pro traditione patrum, & ordine regulatum, præbito eis responso, nihil formidante; ad nos cum vestris literis jubete remittere. Quarum etiam exemplaria consignata prædicto viro strenuo Eulogio dari præcipite. Hæc enim omnia ideo petimus vos disponere cautius, ut ne locus mendacio vel insidiis detur: quoniam summo cum desiderio fidem catholicam amplectentes; vestra doctrina unitatem universo orbi petimus condonare.

LXVI. AD IUSTINIANUM.

Monachos Scythas ante legatorum adventum Roma non discessuros. Apostolorum sanctuaria transmittit.

Hormisda Iustiniano viro illustri.

ITA magnificentiæ vestræ animum vigere novimus religionis affectu, ut beneficium a vobis in perfectione pacis ecclesiæ velitis magis exigi, quam rogari, judicantes meritis excellentiæ vestræ proficere, quod vos generalitatis desiderio contingit offerre. Unde & nos B a vobis præsumpte quærimus tamquam debitum, quod meritis vestris novimus esse profuturum: & ideo, domine fili, sub omni caritate salutantes, speramus ut immineatis operi quod domino adjuvante fundastis; memores divini testimonii: *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.* Præterea monachos, Matth. 10.
quos venisse Romam significastis, literis vestris ad propria mox voluimus reverti. Sed quia sub testificatione potentiæ divinæ dicebant, per insidias in itinere paratas vitæ sustinere se posse discrimen, volentes redire Constantinopolitanam, passi non sumus violenter expelli. Quapropter necesse habuimus venientibus legatis nostris inquirere, qua revera faciente causa C inter eos fuerit commota discordia. Beatissimorum vero apostolorum Petri & Pauli sanctuaria, sicut religiosissimo quæsistis affectu, per harum portitorem sub omni veneratione transmisimus; optantes orationibus eorum, ut mentis vestræ oblatio & desideria gratiæ sint divinitatis accepta. Petimus itaque, ut tam de his quæ geruntur pro concordia, quam etiam de incolumitatis vestræ bono nuntietis solicitudini nostræ gaudium, currente pagina literarum. Data IV. Nonas Septembris, Eutharico viro clarissimo consule. Anno domini 519.

LXVII. AD EUMDEM.

Scythas monachos ante legatorum adventum Roma non discessuros.

Hormisda Iustiniano illustri.

EVLOGIO viro clarissimo filio nostro deferente, literas celsitudinis vestræ suscepimus, eoque remeante, debitum persolventes salutationis officium, significamus Scythas monachos allegasse plurima, quæ nos relinquere indiscussa non possumus: sed legatorum nostrorum Deo juvante festinemus adventum: pro qua re eos in Urbe credimus retinendos, a qua nec ipsi ordinatione dissentiunt. Amplitudinem vestram tamen retinere confidimus, quod de ipsis nobis præterito tempore literis destinatis scripserint. In quorum allegationibus cum legatis remeantibus competenter fuerimus instructi, si quid reprehensione dignum cognitio nostra repererit, necesse est ut circa eos teneamus ecclesiasticam disciplinam. Victorem præterea, qui diaconi habere perhibetur officium, cujus fidem hi ipsi monachi vehementer accusant, vel alios qui perversas forsitan objiciunt quæstiones, ordinatione domini filii nostri clementissimi imperatoris ad urbem vobis suggerentibus dirigantur, ut universas allegationes de quibus contendunt nos possimus agnoscere.

SVGGESTIO DIOSCORI DIACONI AD HORMISDAM PAPAM.

Ab hæreticorum consortio se cavere. Victorem diaconum catholicam fidem professum. Scythas monachos Calchedonense concilium damnasse. Suam fidem exponit, quam pontificis judicio submittit.

PER Eulogium virum sublimem literas beatitudinis vestræ suscepimus, in quibus significastis intentionem monachorum Scytharum, & quomodo visum fuerit apostolatui vestro episcopo Constantinopolitano causam delegare, ut ipse inter eos, & qui ab eis impetuntur audiret: mihi quidem non displicuerat, quia ubi conscientia cum Dei adjutorio B nulla formidine terretur, a nullo debet declinare; imo magis festinare, ut per examen quod verum est omnibus manifestetur. Significastis mihi ab illis contestationem datam, ut non mihi hæretici jungerentur. Quos dicunt hæreticos ego ignoro, nisi illos forte qui synodum Calchedonensem suscipiunt, quos ego catholicos dico. Victor diaconus dicitur: quidam cum isto, antequam nos Constantinopolim ingrederemur, habuerunt * intentionem de uno de Trinitate crucifixo, & de Christo composito, & de aliis capitulis a nobis hic positis: obtulerunt contra ipsum libellum tam nobis, quam episcopo Constantinopolitano. Convenimus in domum episcopi, ut inter eos intentionem, quæ vertebatur, agnosceremus. Prædictus episcopus synodum Calchedonensem protulit: legit ante omnes omnia quæ sunt in eodem concilio constituta, dicens: Præter ista nihil mihi aliud dicatur. Qui sequitur ista potest inter catholicos esse. Victor respondit: Suscipio similiter & epistolas papæ Leonis, & sancti Cyrilli epistolas synodales, quæ sunt in Calchedonensi concilio allegatæ: & manu subscribo, & sacramentis confirmo ista me suscipere, & præter ista nihil aliud prædicare: & si inventus fuero aliquando extra ista aliud prædicans, nullam circa me peto misericordiam. Scythæ e contra inchoaverunt dicere: Addatur & unus de Trinitate. Nos econtra diximus: Quod non est in quatuor conciliis definitum, nec in epistolis beati papæ Leonis, nos nec dicere possumus nec addere. Displicuit hoc dictum. Victor autem utrum sincero animo hæc diceret an dolose, quis nosse potest nisi qui corda cognoscit? Verba ista nos audivimus; Dei est animum judicare. Postea sine nobis magnificus vir Vitalianus magister militum inter se & episcopum Constantinopolitanum vocaverunt prædictum Victorem, locuti sunt cum eo: quid definierint inter se, nescimus. Postea nec Victor ad nos venit, nec est causa dicta. Isti tamen Scythæ (sciat beatitudo vestra) omnes qui accipiunt synodum Calchedonensem Nestorianos dicunt, dicentes: Non sufficit synodus contra Nestorium, & sic debere synodum suscipere quo modo ipsi exposuerint: qui homines quales sunt, & quales intentiones habent, & quid volunt in fide catholica introducere, cum Dei adjutorio manifestatum est omnibus catholicis: nec indiget causa meo labore, quam pro sua misericordia Deus produxit ad lucem. Ego quod a patribus didici, quod semper ecclesia catholica servavit, non tacui, non

* contentionem

A abscondi. Vnus est Deus, de quo Moyses loquitur, dicens: *Audi Israel, dominus Deus tuus, Deus unus est.* & in alio loco ait: *Dominus solus docebat eos.* Vnius substantiæ credimus Trinitatem, quomodo prædixi unam deitatem; tres personas, quia nec plures deos dicimus, credentes unum Deum esse, id est Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, nec tres personas negamus, ne Sabellii dogma videamur sequi. Verum est personam Filii, id est, Verbi Dei, consubstantialem Patri, & ipsa caro facta est: ipsa in utero Mariæ habitavit: ipsa naturam humanam suscepit sine peccato: ipse Filius Dei homo factus natus est de virgine Maria; propter quod eam Dei genitricem dicimus & credimus quia unitas divinitatis, & humanitatis, quæ fieri cœpta est ex quo Mariæ angelus Gabriel annuntiavit dicens: *Ave Maria gratia plena, Spiritus sanctus superveniet in te*, &c. non tantum in utero non est divisa, sed nec in partu, nec in nutrimentis, nec in passione, nec in sepulcro, nec in resurrectione, nec in cælo separata est: quia unus est Filius Dei dominus noster Iesus Christus, non in personis divisus, non in naturis separatus, neque in potentia diversus. Idem est namque & sustinens passionem, quia omnes homines, aut dividens quemadmodum Nestorius, aut negans quomodo Eutyches, aut minus incarnationem credens quomodo Apollinaris, aut C phantasiam introducens quomodo Manes, a fide catholica sunt incisi; homines operarii iniquitatis, & hostes doctrinæ apostolorum. Ista didici, ista audivi a majoribus nostris: & si forte extra ista quid debeamus sequi ignoro. exponente beatitudine vestra necesse est me sequi. Maxentius tamen, qui sub abbatis vocabulo dixit se congregationem habere, si interrogetur, aut cum quibus monachis vixit, aut in quo monasterio, aut sub quo abbate monachus factus est; dicere non potest. Similiter & si de Achille dicere voluero, rem facio supervacuam: cui sufficit semper latere propter conscientiam suam ab omnibus catholicis damnatam. Data Idibus Octobris, Eutharico consule." Accepta xv. Kalendas Decem- D bris Rustico viro clarissimo consule."

Deut. Luc. 1.

" Anno domini 519. " Anno domini 520.

EPISTOLA IVSTINI AD HORMISDAM.

Preces de fide quæstiones continentes sibi oblatas: eas Dioscorum non probasse. Se aliquem ad pontificem destinaturum ut quæstiones terminet.

Iustinianus Augustus Hormisdæ papæ.

QVANTO flagramus studio pro colligendis concordia sacratissimis ecclesiis, jam- E dudum nos palam fecisse dignoscitur: qui & ab ineunte nostro imperio sanctitudinem vestram admonendam duximus, quo certos dirigeret, ut interventu eorum remedium aliquod his rebus inveniri possit. Et antequam advenerint qui destinati sunt, cuncta præparavimus, quo facilius transigerentur quæ per hanc florentissimam urbem disponenda fuerant. Verum quoniam preces nostro numini porrectæ sunt ex diversis Eois provinciis, certa quædam differentibus pro fide catholica, secretaque suæ mentis declarantibus, quæ apud se pro individua Trinitate constituta testantur, quæque firmiter sese recepturos

* osten-

* ostenditur: hisque relectis, Dioscorus aliqua asseruit non convenienti ordine inserta fuisse: merito duximus aperienda vobis ea quæ sumus edocti. Non multo itaque post a nobis quidam destinabitur ad certiorem faciendam beatitudinem tuam super omnibus, & insinuandas vobis supplicationes quæ nobis oblatæ sunt, & responsum pietatis vestræ referendum, quo possint resecari tandem dubitationes incongruæ. Securi igitur de nostro consilio, solicitis orationibus placare nobis divinitatem summam dignemini. Data XIV. Kalendas Februarii, Constantinopoli, Vitaliano & Rustico consulibus.

RELATIO IOANNIS EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI.

Instantem dominicæ passionis diem recte celebrari XIII. Kalendas Maias.

Domino per omnia amabili Deo, sanctissimoque fratri comministratori Hormisdæ, in domino salutem.

QUEMADMODUM puro corde & caritate spirituali apud nosmetipsos habemus te, frater carissime, & quemadmodum te per omnia ducimus venerandum, ex operibus his satisfactum esse vestræ reverentiæ judicamus, dominicæ obsequentes voci manifeste clamanti: *Quæ vultis ut faciant vobis homines, sic & vos facite eis*: & apostolicam doctrinam amplectentes docentem: *Vos invicem honore prævenientes.* Hæc operibus ostendere festinamus, vinculum insolubile spirituali caritate ad unitionem sanctarum ecclesiarum continentes, quo nec contrariorum spirituum ictibus, nec fluctuationibus malorum principis, vel veritatis inimici titubare possimus, auxiliante nobis sancta & consubstantiali Trinitate intercessione gloriosæ & veræ Dei genitricis Mariæ: per quæ præcipue nobis, domine atque sanctissime, immobilem permanere oramus nostrarum vestrarumque sanctarum ecclesiarum statum, nihilo minus & inseparabilem custodire fidei unitionem: potens est enim Deus victoriæ palmam sperantibus in eum sine certamine condonare. Instantis autem dominicæ passionis numerum, qui vestris continetur literis, ex repositis apud nos diei paschalis annalibus recte habere significamus, & ante quidem scientes & nunc scrupulosius requirentes, sine dubitatione mundi festivitatem incolumes nos celebrare XIII. Kalendarum Maiarum die optamus; qui est proprie nonus decimus dies futuri mensis Aprilis. Orate igitur, & circa nostram memoriam nullam oblivionem vester animus, sanctissime, habere dignetur. Omnem quæ cum vestra est sanctitate in Christo fraternitatem ego quoque & mei plurimum salutamus. *Alia manu*: Incolumis in domino ora pro nobis, amabilis Dei & sanctissime frater. Data Constantinopoli, XIV. Kalendas Februarii, Vitaliano & Rustico VV. CC. consulibus.

SUGGESTIO GERMANI EPISCOPI, FELICIS ET DIOSCORI DIACONORUM, & Blandi presbyteri.

Dorotheum Heracleam fuisse perductum: nec imperatorem permisisse ut Romam duceretur: inde autem a quibus fuerit dimissus ignorari. De paschali die orientalem ecclesiam cum Romana convenire.

REVERENDA vestri apostolatus alloquia per filios vestros Leonem atque Eulogium desiderabili hilaritate suscepimus; quorum prius præceptum, cur quæ Thessalonicæ contigerunt non insinuavimus, arguebat. Sed longe ante ejus adventum, occasione comparata, curavimus significare quæcumque vel rumore venientium, vel eorum qui pertulerant scriptis, quorum exempla subter adjunximus, vel piissimi principis narratione comperimus. Secuta est vindictæ promissio: adeo ut Dorotheus Thessalonicensis episcopus ad Heracleam deduceretur civitatem, donec causa terminum reperiret. Inter hæc, secundum ea quæ præcepistis, auctoritatem apostolatus vestri principi insinuare curavimus, ut ad percipiendam doctrinam catholicæ puritatis Romam præfatus Dorotheus una cum Aristide mitteretur. Qui respondit causam non esse, pro qua Romam delegarentur audiendi, ubi sine accusatorum controversia sese possent liberius excusare. Sed repente, dum hæc geruntur, ab Heracliensi, quantum agnovimus, in qua tenebatur, dimissus est civitate: quam ob causam, vel qua ratione, aut conditione, vel quibus agentibus ignoramus. De paschali die vestra beatitudo cognoscat, concordare orientalium cum apostolica sede sententiam, ut XIII. Kalendarum Maiarum die festivitas celebranda speretur, sicut Ioannis quoque Constantinopolitani antistitis relatione clarebit. Superest ut orationis beatitudinis vestræ adminiculo celeriter, sicut cupimus, vestris mereamur præsentari vestigiis.

INDICULUS QUI DIRECTUS EST A IOANNE EPISCOPO, VEL AB Epiphanio presbytero de Thessalonica.

Thessalonicensium crimina narrantur.

SI pro peccatis nostris isti qui hinc adducti sunt episcopi Constantinopolim fuerint ingressi; non dicamus quod imperatorem visuri sunt modis omnibus, sed quod & suis locis restituentur. Tantas enim pecunias secum detulerunt, ut non homines, sed possint angelos excæcare. Si ergo (quod absit) ingressi fuerint; tanta falsa per nostram absentiam dicturi sunt, quanta potest diabolus invenire. Nam si hic in conspectu nostro plura tentaverunt, & domino nobiscum stante confusi sunt; quanta facient per absentiam nostri? Ut ergo eorum possit dissipari malignitas, jubete nobis præsentibus, si ad audientiam pro peccatis ventum fuerit, ut constet apud homines nos immerito mortuos esse, & illos patrocinio pecuniæ laborare. Nos enim eos in omnibus in conspectu senatus convincere possumus, quod hæretici perfecti sunt: tunc demum eorum potest monstrari fallacia. Item dicendum: Si hæretici non sunt, quomodo ante duas hebdomadas quam nos venissemus, steterunt omnes in unum episcopi, ne quis missas foras civitatem teneret? Sed hinc omnes, ut & multitudo esset futuræ seditioni congregata, & doceri possit secundum errores eorum. Qui postquam senserunt nos

A nos venisse, publicaverunt, festinandum esse cum parvulis, ne persecutione veniente pagani morerentur infantes: & tunc velut ad alterum pascha tantos baptizaverunt, ut consuetam festivitatem superarent. Item dicendum: Si hæretici non sunt, quomodo tanta sacramenta confecerunt, ut canistra plena omnibus erogarent, ne imminente (sicut dicebant) persecutione communicare non possent? Item si hæretici non sunt, postea quare accusati sunt gestis a Candido viro sublimi vicario magistri militum prætorianorum in judicio præfectorum? Et si maturum periculum cognoscerent adfuturum, quare denuo tamquam damnandi, velint subvenire iterum parvulis cupientes; tanta B rursum & confutati exercuerunt baptismata, ut vere cunctis se hæreticos ostendissent: ad quam rem satis & magnifica potestas præfectorum gravissime indignata est. Item si hæretici non sunt, quomodo in baptisterio absconditi essemus, consilium inter se habitum per noctem, veluti de periculo liberare nos volentes, in navi mittere voluerunt, ut hac occasione mari præcipites darentur? Cumque nos respondissemus per Demetrium & Andream diaconos: Omnes nos apud vos esse cognoscunt; quomodo per noctem navigare possumus? sed si vos vere pro nostra salute consuluistis, crastina die secrete quinque vel sex senatores, qui periculum substantię vel salutis suæ metuunt, una cum magistri militum vicario C Candido comite jubete advocare. Cognoscant & ipsi ubi transferimur, & facimus quod jubent: sin autem soli secretim, hoc non facimus. Tunc illi non invenientes effectum, ad horam tacuerunt, & alia die iterum seditionem populi commoverunt: unde vix, Deo volente, evasimus.

SUGGESTIO DIOSCORI DIACONI AD HORMISDAM PAPAM.

Epiphanium in locum Ioannis Constantinopolitani suffectum.

ERAT optabile, & voto nostro conveniens, D consonantia præteritis annuntiare, scilicet pontificem Constantinopolitanæ ecclesiæ Ioannem esse superstitem, & confessionem libello editam: cujus merita non est dubium Deo placere, qui inter catholicos & communicatores sedis apostolicæ meruit ad aliam ex hac vita discedere. In cujus locum Epiphanius quidam presbyter quondam syncellus ejus successit, cujus initia bona videntur: nam rationabilia loquitur, & promittit patrum se regulas servaturum, pacem unitatemque ordinatam non dissipare, sed magis augere. Ista sunt quæ promittit. Quid tamen opere possit implere, adhuc ignoramus. Has siquidem literas, E quarta post ordinationem ejusdem die, reperta occasione transmisimus: necdum cum eo communicavimus; non quasi resistentes, sed quia adhuc ab eo non sumus invitati. Superest ut beatitudinis vestræ insistat oratio, quatenus divinæ gratiæ adjutorio talis erumpat, per quem de perfecta possimus unitate gaudere.
Anno domini 520. Accepta VII. Idus Aprilis, Rustico viro clarissimo consule.

RELATIO SYNODI CONSTANTINOPOLITANÆ DE ORDINATIONE Epiphanii episcopi.

Epiphanium episcopum electum significant.

Domino nostro sancto ac beatissimo patri patrum archiepiscopo & patriarchæ Hormisdæ Theophilus, Basiliscus, Isaias, Anastasius, Paternus, Martianus, & cetera sancta synodus quæ in Constantinopolitana est civitate congregata.

INNUMERABILEM & ininvestigatam magni Dei & salvatoris nostri Iesu Christi sapientiam, quantum hominibus datur intelligi, considerantes, caritatem ejus immensam juste miramur, & cum magna clamamus voce: *Quis loquatur potentias domini, auditas faciet omnes laudes ejus?* Ecce enim per bonam voluntatem sanctæ & unius essentiæ Trinitatis, & intercessione gloriosæ Mariæ virginis, studio quoque & vigilantia Christianissimi & fidelissimi imperatoris, & piissimæ reginæ, olim quæ fuerant membra divisa, per Spiritus sancti gratiam ad unitatem & caritatem perfectam sunt redacta: & sicut Moyses & Aaron duces Dei veræ culturæ Israeliticæ nominati; nunc ita & nos gaudentes clamamus: *Cantemus domino: gloriose enim honorificatus est. Adjutor & protector factus est mihi in salutem.* Et hæc sentire & prædicare cum fiducia sumus edocti. Considerantes autem caritatem & Deo amabilem vestræ beatitudinis vitam etiam ex his qui a vobis sunt destinati reverendissimi legati, similiter & pacem sanctarum Dei ecclesiarum tam senioris quam novellæ Romæ, cui nos ipsi participes fuisse monstramur, bono pastori, & principi omnium Christo Deo nostro consuete gratias referimus. Nam post obitum sanctæ recordationis quondam archiepiscopi & patriarchæ Ioannis Constantinopolitanæ civitatis, Deus, qui propriam ecclesiam in petra rectæ fidei incorrupta fundavit, & portas inferni non prævalere ei decrevit, dedit nobis sanctum pastorem & patriarcham Epiphanium, virtutibus, & correctionibus, & meditatione divinarum florentem scripturarum, rectam quoque tenentem fidem, & orbatorum paternam regentem solicitudinem: & quid amplius dicam? omnem præconiorum fontem transcendentem. His ergo virtutibus pollens, non immerito proprias & creditas sibimet maximas ecclesiæ curas sapienter & honorifice gessisse dignoscitur, habens in mente illud quod a sacri cantici auctore relatum est: *Os meum loquetur sapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam.* Unde secundum rectam & probabilem fidelissimi & Christianissimi nostri principis, & piissimæ reginæ, & gloriosissimorum communis reipublicæ procerum sententiam, nostra quoque etiam omnium in hac urbe habitantium testificatione, judicium Pauli mirabilis communis ecclesiæ doctoris non est in eo fraudatum, qui irreprehensibilem debere esse episcopum denuntiat: ita & nostrum pontificem virtutibus undique coronatum esse videmus. Igitur ecclesiasticam legem implentes, apostolatui vestro salutationis debitum persolventes officium, speramus, ut amplius caritatis vinculum, & paternum affectum circa nos caritas vestra custo-

Marginalia: Anno domini 520. — Psal. 105. — Exod. 15. — Matth. 16. — Psal. 48. — 1. Tim. 3.

custodire dignetur, & sapienti gubernatione & humilitate, quæ Christianum decet, & mansuetudine, quæ ad rationabilis traditi vobis ovilis salutem pertinet, peragatis, commune lucrum existimantes, quod per vos & vestrum germanum & comministratorem, nostrum autem dominum & patriarcham, pacem totius orbis ecclesiarum esse provisam. *Frater enim a fratre adjuvari spiritualiter, murus est inexpugnabilis, & civitas munita,* ex divinis est accipere scripturis. Nam in intercessionibus vestræ beatitudinis generalis tranquillitas ecclesiis orthodoxorum fuerit redonata, gloria quidem in excelsis Deo omnium salvatori per angelos cum lætitia referetur, pax vero in terra confirmabitur: bona autem voluntas fidelibus communis domini & salvatoris nostri Iesu Christi servis fundetur. Adjicient igitur nostris supplicationibus, quod minus dictum est, Ioannes sanctissimus episcopus Claudiopolitanæ civitatis noster comministrator; & Heraclianus reverendissimus presbyter sanctæ majoris ecclesiæ & cohabitator prædicti sanctissimi archiepiscopi & patriarchæ Epiphanii, & Constantinus vir reverendissimus diaconus ejusdem sanctæ ecclesiæ, qui probationem suæ rectæ fidei, & bonæ voluntatis olim his, qui a vestra apostolica sede fuerant directi, dedisse cognoscuntur: digni autem & vestræ sanctitatis, & administratione pacis, & gratiæ domini nostri Iesu Christi Dei nostri, & unitionis sanctarum ecclesiarum monstrabuntur. Quos speramus lætantes in domino, & pacem desideratam nuntiantes, ad nos citius vestris Deo amabilibus correctionibus edoctos remeare dignemini. Omnem in Christo fraternitatem nos quoque & qui nobiscum sunt plurimum salutamus.

SUBSCRIPTIONES.

Theophilus misericordia Dei episcopus Heracliensis civitatis metropolitanus subscribens in synodalibus, saluto vos in domino, domine.

Basiliscus misericordia Dei episcopus, * qui Zicinentium metropolitanus ut supra.

Stephanus misericordia Dei episcopus Nicomediensium metropolitanus ut supra.

Isaias misericordia Dei episcopus Rhodiæ civitatis metropolitanus ut supra.

Anastasius misericordia Dei episcopus Nicænsium metropolitanus ut supra.

Ioannes misericordia Dei episcopus Claudiopolitanæ civitatis provinciæ Isauriæ ut supra.

Paternus misericordia Dei episcopus provinciæ Scythiæ metropolitanus ut supra.

Martianus misericordia Dei episcopus Calchedonensis civitatis metropolitanus ut supra.

Patricius misericordia Dei episcopus Eudoxiopolitanæ civitatis metropolitanus ut supra.

Polydeucius misericordia Dei episcopus Antiochenæ civitatis metropolitanus ut supra.

Eulogius misericordia Dei episcopus Melitenæ civitatis metropolitanus ut supra.

Stephanus misericordia Dei episcopus Philomeliensis civitatis provinciæ Pisidiæ ut supr.

Christodorus misericordia Dei episcopus Methymnensis civitatis ut supra.

Palmantius minimus episcopus Oenandæ civitatis provinciæ Lyciæ ut supra.

Ioannes misericordia Dei episcopus Attaliensis civitatis ut supra.

Ioannes misericordia Dei episcopus Olympinæ civitatis provinciæ Lyciæ ut supra.

Martianus minimus episcopus Martianæ civitatis provinciæ Lyciæ ut supra.

Phocas minimus episcopus Dardanæ civitatis provinciæ Hellesponti ut supra.

Zoticus misericordia Dei episcopus Carpatiensis civitatis provinciæ Insularum ut supra.

Sabbatius misericordia Dei episcopus Stratoniciæ civitatis provinciæ Lydiæ ut supra.

EPISTOLA IUSTINIANI AD HORMISDAM.

Eliam ecclesiæ suæ non posse restitui vivente eo qui in illius locum suffectus fuerat. Thomam & Nicostratum pace firmata suis sedibus se restituturum.

Iustinianus Augustus Hormisdæ papæ.

CUM in animo nobis sit, pater religiosissime, ut in omni re nostra inter se concurrant consilia, tum & in Elia viro reverendissimo episcopo id constituendum credimus, legatis admonentibus vestris, quod inter varias utrasque rationes expeditius esse perspectum est. Nam & in præsenti pontificem Cæsariensium urbis favor turatur omnium, quem ob instituta pulcerrima non solum incolæ validissime retinendum arbitrantur, sed prope cunctus oriens sine dubio veneratur; & qui prior in eodem fuit sacerdotio, injuria esse remotum queritur. Visum est itaque convenire ut nec faciamus impetum contra infinitarum vota multitudinum, aut homo integritate nobilis sede dejiciatur, qua se dignum exhibet, nec anteriori spem prorsus adimi patiamur, repetendi locum denuo, quo se spoliatum sine causa confirmat; sed in re dubia temperantius versemur, ita ut interim quidem hic idem Elias vir reverendissimus episcopus in quiete permaneat; verum postquam successor ejus vitam deposuerit, tum demum ad sedem revertatur, quia destitit adhibendis prius omnibus, quæ ad impetrandam reditionis licentiam sacratissimarum regularum postulant definita, interponendo etiam consensu tam tuæ sedis apostolicæ, quam florentissimæ hujus urbis, nec non aliarum quarum hoc interest. De Thoma etiam & Nicostrato viris religiosissimis episcopis omnia mancipabuntur effectui. Postquam ceteræ etiam vobis copulatæ fuerint; sed & ad unitatem venerabiles ecclesiæ, quæ præcedente superno præsidio statuenda duxerimus pro sacratissimarum regularum itidem ordine. Quoniam itaque vestræ quoque sanctitudini deliberationem nostram oportuerat declarare, ut ex hac etiam patefiat desiderium, in quo omnem operam intendimus ad compescendas atque temperandas controversias, & optatam inter omnes concordiam prorogandam, præsentes quoque literas duximus destinandas, moventes præcipue ut pro incolumi statu reipublicæ numen supernum vestris exoretur precibus. Data VII. Idus Iunias, Constantinopoli, Vitaliano & Rustico consulibus. Anno domini 520.

EPISTOLA IUSTINI
AD HORMISDAM.

Diligentia legatorum Constantinopoli & aliis civitatibus pacem restitutam. In damnandis episcoporum nominibus mitius agendum.

Iustinus Augustus Hormisdæ papæ per legatos Germanum & Ioannem episcopos, Felicem & Dioscorum diaconos, & Blandum presbyterum.

SUMMA quidem habenda vobis est gratia, quod alacrem operam non dubitatis impendere ad colligendas adunandasque venerabiles ecclesias, verum in ea prælucet maxime perfecta solertia, quod homines adoptatis, qui B voto benevolo tuæ sanctitudinis sincero & integro possint animo deservire. Germanus siquidem reverendissimus episcopus, nec non Felix, & Dioscorus, & Blandus viri religiosissimi tanta semet præbuerunt attentos industria, ac in tanta sapientia versati sunt, ut quantum ad officium eorum pertinet, transactis in plenum & elaboratis omnibus, nihil altercationis superesset ulterius; sed cum ea conditione sit mortalis fragilitas, ut remissius circa se agi desideret, & interrogationibus suis planum præberi responsum: maxime cum aliqua causa in immensa hominum fuerit multitudine devoluta, factum est, ut in hac quidem urbe florentissima quidquid ordinatum est de causa religionis, deque unitate celebranda cum apostolica sede sub temporibus Ioannis religiosissimæ memoriæ, cum in sacerdotio regiæ esset hujus urbis, id favente Deo servetur immobile; quin & in aliis compluribus civitatibus probata sit vestra ordinatio atque suscepta. Cetera vero clementiore quondam indigeant moderamine in nominibus antistitum, non eorum qui specialiter numerati sunt in epistola quam sanctitudo tua nobis destinasse noscitur, sed aliorum quorum memoriam maximæ civitates diligunt, in quibus floruisse noscuntur superstites. Quapropter legatis quidem tuæ sanctitudinis nulla fuit licentia mandati tenorem egrediendi, cum quo directi sunt. Omnis autem finis negotii D vestro jam tantum pendet arbitrio, ut solus pacem concludere debeat qui prima rei commovit exordia: sed ea quidem, nec non quædam commemorabuntur apertius per legatum nostrum, qui paulo post destinabitur. In præsenti vero redeuntibus viris religiosissimis, tam appellandam vestram reverentiam credidimus, quam commonendam, ut suis orationibus pro nostro utatur imperio, proque incolumi statu reipublicæ. Data VII. Idus Iulii, Constantinopoli, Vitaliano & Rustico viris clarissimis consulibus.

Anno domini 520.

EUPHEMIÆ AUGUSTÆ
AD HORMISDAM.

Sanctissimi pontificis orationibus se & virum suum commendat.

Euphemia Augusta Hormisdæ papæ.

BEATITUDINIS vestræ literas grato jucundoq; suscepimus animo: quem etenim non solum apostolicæ sedis auctoritas celebrat, sed vitæ quoque commendat integritas, & studiosa rectæ fidei solertia, hujus verba quis A non libentissimis suscipiet auribus? Igitur poscimus ac monemus, ut orationibus vestris nunquam excedat nomen meum, ac præcipue serenissimi conjugis nostri, sed tam utrique nostrorum, quam reipublicæ supernum precibus vestris placetur præsidium.

EPISTOLA CELERIS
AD HORMISDAM.

Legatorum opera Constantinopoli omnes pacifice vivere, quod & in aliis civitatibus brevi futurum sperat.

Domino beatissimo & apostolico patri Hormisdæ Celer vir illustris.

MAXIMA nobis gratulationis causa præstatur, quotiens ad apostolatum vestrum scribendi tempus emersetit. Nunc igitur remeante beatissimo Germano episcopo, vel reverendissimis viris, qui a vobis pro conjungendis sanctis ecclesiis fuerunt destinati, necessarium duximus sanctitatem vestram debere venerari, indicantes antedictos habuisse quidem studium ut voluntatem vestram plenus sequeretur effectus; sed quia totum corpus erat infirmum, interim caput, quod prius necessarium judicatur, adhibito medicamine vestro sanatum est, & dissensio quæ erat inter venerabiles ecclesias Romanam & Constantinopolitanam unitate interveniente sepulta est, & C alia non parva membra similis divinitatis gratia purgata atque conjuncta. Hanc etiam spem gerimus universi, quod gratia Dei, quæ semper sedi vestræ permansit & permanet, hujusmodi vobis inspirationem bonitatis præbeat, & mansuetudine, & dispensatione vestra, reliquum adhuc corpus, quod habetur infirmum, (sicut superius a nobis dictum) vestro medicamine unitate recepta jungatur. Specialiter autem deprecamur pontificium vestrum, ut pro nobis benigno patris animo orare jubeatis.

EPISTOLA IULIANÆ
AD HORMISDAM.

Pontificem salutat.

Domino beatissimo atque apostolicæ sedis probatissimo pontifici Hormisdæ patri Iuliana Anicia.

QUÆ prima sunt tuæ beatitudinis salutationis obsequia persolvimus, optantes ut hanc paginam tuis venerandis obtutibus divinitas faciat recenseri, & pro suæ ecclesiæ vigore augmenta salutaria vestræ vitæ suffragari dignetur, quatenus te pervigili possit contra adversos & rabidos canes status ecclesiæ vindicari. E Etenim, venerabilis pater, quod de nostræ fidei integritate curam geris, vicariis gloriosi Petri apostoli ista conveniunt, cui dominus pascendarum ovium injunxit officium. Cognoscat ergo tua pro nobis sancta solicitudo, nos firmius tenere rectæ fidei firmitatem immobilem: pro qua ne ejus violaretur sanctimonia hactenus repugnavimus. Quod vero tuus apostolatus pro tantæ pietatis causa curam ferre præcepit, inquantum potuimus pro nostris viribus non desivimus spiritu lenitatis adversos admonere, & Dei nobis gratia cooperante . . . . *deest reliquum.*

LXVIII.

LXVIII. AD LEGATOS SUOS.

De eorum salute & rebus gestis certior fieri cupit.

Hormisda legatis suis.

ITA nos incolumitatis & actuum vestrorum cura sollicitat, ut quamvis frequentibus occasionibus non prætermittamus hortari, certiores vos de his quæ circa vos aguntur fieri literis destinatis. Nam & cum per hominem illustris viri atque magnifici patricii filii nostri Agapiti desideriis vestris congruos misimus affatus, & nunc quoque anxietatis vestræ credidimus solatium, si ad vos præsentia scripta mitteremus: tantum est ut de actibus atque sospitate vestra, nec non & de mora, per quam vos detineri plurimum dolemus, relevetis vos alloquiis sub occasione idonea portitoris. Data IV. Idus Iulias, Rustico viro clarissimo consule.

LXIX. AD EOSDEM.

Cum eorum literas non acceperit, monet ut scribant.

Hormisda Germano episcopo, Felici & Dioscoro diaconis, & Blando presbytero.

ANIMOS nostros tam diuturnum dilectionis vestræ silentium, ut tantorum temporum contristat absentia, præcipue cum vir magnificus patricius Symmachus, & vir illustris Romanus magister militum filii nostri reditum apud nos caritatis vestræ sine dilatione promiserint; & ignoramus utrum illic causarum qualitas, an certe fraus aliqua simulata sub necessitate detineat; quia nobis solicitudinem sine cessatione gerentibus, & pene universos homines illarum partium percunctantibus, diversa & dissimilia nuntiantur: & ideo, quoniam vos causas tantæ tarditatis melius deprehendere & intelligere potestis atque cognoscere, significare nobis ista, de quibus noster cruciatur animus, debuistis; vel si est causa dilationis idonea, sicut constitutum est, aliquem de vestris ad nos oportuerat destinari, unde ne forsitan per versutias, aut aliquam concinnationem vobis dilatio & impedimenta generentur, sub celeritate nobis scribite, ut sub rationabili ordinatione pro vestra repetitione ad filium nostrum clementissimum imperatorem dirigamus. Ergo tam circa personas, quam de causa fidei, pro qua diu moramini, quid geratur instruite, atque plenissime nobis universa rescribite, ut omnibus cognitis, Deo nostro favente, tractemus, quemadmodum personis vestris, & causæ ipsius, cujus res agitur, possit misericordia subvenire. Data Idibus Iulii, Rustico viro clarissimo consule.

(Anno domini 520.)

RELATIO POSSESSORIS EPISCOPI AFRI PER IUSTINUM diaconum ejus.

Consulit pontificem de Fausti episcopi libro.

Domino beatissimo & ineffabiliter mirabili & in Christi gratia præferendo papæ Hormisdæ Possessor episcopus in domino æternam salutem.

DECET & expedit ad capitis recurrere medicamentum, quoties agitur de A sanitate membrorum. Quis enim majorem circa subjectos solicitudinem gerit, aut a quo magis est nutantis fidei stabilitas expectanda, quam ab ejus sedis præside, cujus primus a Christo rector audivit: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam?* Arbitror vestram beatitudinem non latere quantis in Constantinopolitana urbe ecclesia laboret insidiis, & ad morem veteris morbi in saniem vulnus iterum quærat erumpere, quod obductum creditur cicatrice. Vnde cum quorumdam fratrum animus de codice Fausti cujusdam natione " Galli " Reginæ civitatis episcopi, qui de diversis rebus & frequentius de B gratia Dei diserte visus est disputare, in scandalum moveretur, aliis (ut se habent humana studia) in contrarium renitentibus; me crediderũt de hoc ambiguo consulendum. Dixi quidem ea, quæ a tractatoribus pro captu proprii ingenii disputantur, non ut canonica recipi, aut ad synodalium vicem pro lege servari; sed habere nos certa scilicet, quæ veteri lege vel nova conscripta, & generalibus patrum sunt decreta judiciis ad fundamentum fidei, ac religionis integram firmitatem: hæc autem, quæ antistites diversi conscripserunt, pro qualitate sui sine præjudicio fidei solere censeri. Sed cum hæc (quantum in eorum frequenti postulatione persensimus) magis eis excusatio videretur: vel pro eorum prece, vel C pro obsequii occasione reddendi apostolatui vestro, per Iustinum diaconum meum præsumpsi apices parvitatis meæ ingerere; quibus principaliter orationum vestrarum munimen exposcens, quæso ut consulentes quid de præfati auctoris dictis videatur, auctoritate apostolicæ responsionis agnoscant: maxime quod filii quoque magistri militum Vitalianus & Iustinianus præcipue super hac re rescripto beatitudinis vestræ similiter informari desiderant. Codicem quoque * tractandum antehac direxisse memini, continentem beati Pauli apostoli epistolarum explanationes; pro quo rescripto gratulari non merui. Vnde simili prece deposco, ut prærogativam benedictionis vestræ competenti responsione merear adipisci. D Accepta XV. Kalendas Augusti, Rustico viro clarissimo consule.

Pontifex Romanus est caput ecclesiæ. *Matth. 16.*

Gelasius papa in decret. de scripturis apocryphis.

" errat: commoratione quidem Gallus, at natione Britannus fuit, ut vel ipsemet testatur pluribus locis.

" Reiensis in Narbonensi II.

* tractatuum

" Anno domini 520.

LXX. AD [a] POSSESSOREM EPISC.

Scythas monachos, suos errores damnare nolentes, ut hæreticos ab urbe expulsos. Fausti librum a Romana ecclesia non recipi.

Hormisda Possessori episcopo.

SICUT rationi congruit ut consulant ambigentes; ita par est respondere consultos, quia ipse impellit in errorem qui non instruit ignorantem; nec quidquam aptius est studioso religionis, quam inquisitio veritatis; quando E facilius devium vitat, qui iter per quod graditur rogat. Sed priusquam respondendi curam de his quæ dilectio tua percunctatur aggrediar, libenter in literis tuis fidei tuæ me fateor invenisse fervorem, cujus calore succensus, redivivam in illis partibus infidelium perversitatem vigere suspiras. Dignissimus dolor, qui dedita Deo corda contristet: nec enim est apud eos lapsus inlamentabilis, quibus est igniculus caritatis; quia unum spiritualium votum est

salus inconcussa cunctorum. Sed non est ignota ecclesiæ Dei de hujusmodi procellis aut insueta tempestas: & quamvis rectoris sui gubernaculo inconcussa persistat, variis tamen insurgentium fluctuum laborat vexata turbinibus. Nam unde est psalmidici vox prophetæ, qui ipsius ecclesiæ personam Spiritu quo impellebatur assumens: *Sæpe*, inquit, *expugnaverunt me a juventute mea: etenim non potuerunt mihi?* Concutiunt, sed in nihilo prævalebunt: adhuc in area sumus, mixta sunt frumenta cum paleis, gemunt boni consortia malorum, sed superest flamma non necessariis, & parata sunt horrea jam probatis. Vbi terrarum non est ista permixtio? Nos fixis decet * instare vestigiis: proficiemus inter adversantes " propriis bonis, si erroribus non involvamur alienis. Probat enim virtutis suæ validum robur, qui cum impellitur non movetur.

A — *Psal.* 128. — * insistere — " Super hæc verba calūniā struxit Hormisdæ Ioan. Maxentius. — Scythæ monachi quales.

Vbi non variæ tentationis aculei? Quales per hunc fere jugem annum quorumdam Scytharum, qui monachos præ se ferebant specie, non veritate, professione, non opere, subtili tectas calliditate versutias, & sub religionis obtentu famulantia odiis suis venena pertulimus, studentes eos ab interno vulnere medicabilis patientiæ moderamine sanare, beati Pauli monita non tacentes: *Noli verbis contendere: ad nihil enim utile est, nisi ad subversionem audientium.* Sed quando virus quod viscera penetravit evellitur? Quando corda male sibi credula veritatis obtemperant institutis? Quando induit obedientiæ humilitatem opinionibus suis vallata superbia? Quando acquiescunt paci contentionum studiis assueti, sola certamina amantes de religione captare, & mandata negligere? Nunquam apud eos caritas novo commendata præcepto, nunquam pax dominico relicta discessu; una pertinacis cura propositi, rationi velle imperare, non credere; contemptores auctoritatum veterum, novarum cupidi quæstionum; solam putantes scientiæ rectam viam, qualibet concepta facilitate sententiam: eousque tumoris elati, ut ad arbitrium suum utriusque orbis putent inclinandum esse judicium: nec in numero fidelium deputantes sequaces traditionis paternæ, si suæ viderint cedere nolle sententiæ: docti crimina serere; obtrectationum venena componere, integrum ecclesiæ corpus odisse, seditiones instruere, invidiam concitare, & pro obedientia, quæ in cœnobiis principatum regularis obtinet disciplinæ, obstinationem pertinacis amare superbiæ.

2. *Tim.* 2.

Non illos potuimus monitis, non mansuetudine, non auctoritate comprimere. In publicum usque prodiere conventum, ad concursionem quietis circa regum etiam statuas inclamantes: & nisi fidelis populi constantia restitisset, per diabolicæ semina nefanda zizaniæ apud illos dissensionem & discordiam commovissent, per quos adjutorio Dei de religione eorum est pulsa dissensio. De eis sero probavimus prophetica apostolum voce dixisse, in novissimis diebus instare tempora periculosa, & fore homines sui tantum amatores, habentes formam pietatis, virtutem autem ejus abnegantes; itaque esse vitandos. Hæc ideo dilectioni vestræ indicanda sub occasione credidimus, ne, si illuc fuerint forte delati, ignorantes quemadmodū se in urbe Romana tractaverint, sub aliqua verborum simulatione deciperent.

Turbas concitarunt Romæ Scythæ monachi. — 1. *Tim.* 3.

Hi vero, quos vos de Fausti cujusdam " Galli antistitis dictis consuluisse, literis indicastis: id sibi responsum habeant: Neque illum recipi, neque quemquam, quos in auctoritate patrum non recipit examen catholicæ fidei, aut ecclesiasticæ disciplinæ ambiguitatem posse gignere, aut religiosis præjudicium comparare. Fixa sunt a patribus, quæ fideles sectari debeant instituta: sive interpretatio, sive prædicatio, seu verbum populi ædificatione compositum, si cum fide recta & doctrina sana concordat, admittitur, si discordat, aboletur.

De libris Fausti sententia Hormisdæ papæ. — " in Gallia Reiensis episc.

Vnum est fundamentum, extra quod qualibet fabrica si consurgit, infirma est? super illud B quisquis ædificat, sive vilia, sive preciosa, consideret. Errat autem a via, qui ab eo quod patrum electio monstravit exorbitat, nec tamen improbatur diligentia per multa discurrens, sed animus a veritate declinans. Sæpe de his necessaria providetur, de quibus ipsi æmuli convincantur, instructio. Nec vitio dari potest nosse quod fugias; atque ideo non legentes incongrua in culpam veniunt, sed sequentes. Quod si ita non esset, nunquam doctor ille gentium acquievisset nuntiare fidelibus: *Omnia probate; quod bonum est tenete.* Non abs re est, etsi mundanum, non tamen a ratione discretum miscere sermonem. Fertur quidam nobilis arte pingendi, cum equum penicillo vellet explicare perfectum, asellum sibi C proposuisse pingenti, asserens, non ut jumentum imitaretur informe, sed ne in alicujus informis lineamenti similitudinem lapsus incideret.

Quomodo legendi libri improbati. — 1. *Thess.* 5.

Non improvide veneranda patrum sapientia fideli potestati quæ essent catholica dogmata definiit; certa librorum etiam veterum in auctoritatem recipienda, sancto Spiritu instruente, præfigens: ne opinioni suæ lector indulgens, non quod ædificationi ecclesiasticæ conveniret, sed quod voluptas sua concepisset, assereret. Quid ergo calumniantibus opus erat extra constitutos ecclesiæ terminos porrigere quæstiones, & de his quæ habentur dicta, quasi dicta non sint, movere certamina; cum D Christiana fides canonicis libris, & synodalibus præceptis, & patrum regularibus constitutis stabili & inconcusso * termino limitetur?

* tramite

De arbitrio tamen libero, & gratia Dei, quod Romana (hoc est catholica) sequatur & asseveret ecclesia, licet in variis libris beati Augustini, & maxime ad Hilarium & Prosperum, possit cognosci, tamen in scriniis ecclesiasticis expressa capitula continentur, quæ, si tibi desunt, & necessaria creditis, destinabimus, quamquam qui diligenter apostoli dicta considerat, quid sequi debeat evidenter cognoscat. Data Idibus Augusti.

NOTA SEVERINI BINII.

E [a] *Epistola.*] Ioannes Maxentius hæreticus & mendax scriptor primus est qui hanc epistolam Hormisdæ esse negavit; quam ipsa tamen connexio rerum gestarum, sententiarum atque verborum proprietas, ipse denique stylus Hormisdæ manifestæ adjudicant. Ioannem Cochlæum, virum fama celebrem, & hæreticorum nostri temporis acerrimum impugnatorem, idem cum Maxentio sensisse fatemur, sed errore & boni opinione lapsus fuit. Apologiam enim Maxentii in quam inciderat a catholico scriptam esse putavit, quam hæreticus pestilentissimus ediderat. Caruit vir doctus harum epistolarum Hormisdæ nunc recens editarum subsidio. Quo si instructus fuisset, fraudem & dolum hæretici animadvertere potuisset. Vide Baronnium anno 520. num.

Hæretici hanc epistolā Hormisdæ cur esse negāt?

num. 22. & ſequentibus. Poſſevinum in apparatu ſacro, *verbo Ioannes Maxentius.*

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. I.

Vaferrimi hujuſce hæretici, atque ut minimum loquar, Eutychiana fuligine tincti, patrocinium nuper ſuſceperunt procaces quidam atque infruniti novatores Ianſenii aſſeclæ: ſed infelici plane atque irrito ſucceſſu, ut pluribus alias docebimus. Neque enim in quæſtionem vocatur, utrum tolerari poſſit hæc aſſertio: *Vnus de Trinitate paſſus eſt*, ſed quo ſenſu, quibuſve adblandientis vulpeculæ ſubdolis artibus ſubtiliorum hæreticorum more eam protulerit defenderitque cum ſuis Scythis monachis Ioannes Maxentius; hoc uno patrocinium Ianſenianorum rite promeritus, quod in apoſtolicam ſedem injurius, & in Hormiſdam Romanum pontificem impudentiſſimus calumniator illorum in eandem ſedem conviciis & in ſummos eccleſiæ antiſtites calumniis præluſerit. Hæreamus in calumniis Ioannis Maxentii, ac ne evagemur latius, unam ex omnibus ſeligamus: Dixerat Hormiſdas: *Proficiemus inter adverſantes propriis bonis, ſi erroribus non involvamur alienis:* quo nihil ſanius, nihil verius dici potuit: Quid ad hæc perditiſſimus ſycophanta? *Callide*, inquit, *tuam niteris occultare perfidiam*, &c. *Pelagiana perfidia involutum erroribus cunctorum oculis anteponit, qui inter adverſantes non Dei munere, ſed propriis bonis proficere te poſſe tumida elatione confidis*, &c. Calumniaris impudens nebulo, dum Chriſti vicarium hæreticum & inimicum veritatis blaſphemo ore deblateras, & egregiis defenſoribus tuis magnifice præluces. Propria bona, non Dei donis, ſanctiſſimus pontifex Hormiſdas, ſed bonis opponit alienis. Cetera non patiuntur hujus obſervationis anguſtiæ: recte enim monuit vir eruditus ſuſpenſo pede & acri judicio hæretici hujus, eo pernicioſioris quo cultioris, legenda eſſe tironibus ſcripta, ne impingant.

LXXI. AD EPIPHANIUM CONSTANTINOPOLITANUM EPISCOPUM.

Epiphanium epiſcopum ordinatum nec ſcripſiſſe nec legatos miſiſſe nuntiat.

Hormiſda Epiphanio Conſtantinopolitano epiſcopo.

DIU nos non nuntiata tuæ primordia dignitatis tenuere ſuſpenſos, & in ipſa communis gratulatione lætitiæ, mirati admodum ſumus morem priſtinum fuiſſe neglectum; quia reparata eccleſiarum, Deo annuente, concordia plenum fraternæ pacis id flagitabat officium: præſertim quod illud ſibi non arrogantia perſonalis, ſed regularum obſervantia vindicabat. Decuerat ſiquidem, frater cariſſime, te legatos ad apoſtolicam ſedem inter ipſa tui pontificatus initia deſtinaſſe, ut & quem tibi debeamus affectum bene cognoſceres, & vetuſtæ conſuetudinis formam rite compleres. Sed licet his omiſſis, paginalia tantum ſufficere judicaſſes ex occaſione colloquia; nos tamen gratia * ſtipulante compulſi, interim juſte conſtantiam expectationis abrupimus, reciproca mutuæ caritatis verba reddentes; quia & noſter animus amoris impatiens, & legatorum noſtrorum votiva relatio excluſum quod imperabat cauſa ſilentium ad officia benigna traxerunt, quibus ad præſens gaudii noſtri ſigna monſtramus, & privatæ quodammodo amicitiæ votiva perſolvimus. Legationem autem tuam & ea qua dudum gratia ſuſtinemus, & fulti veteribus conſtitutis exigimus, ut quantum gaudii fructum, vel de tui pontificatus honore capiamus, vel quas tibi gratias referri conveniat pro impenſis in negotio propagandæ unitatis officiis (ficut noſtrorum multipliciter aſtruxit legatorum narratio) evidentius exprimamus.

[margin: ...opus ...ſtanti- ...lita- ...nitio ...piſco- ...lega- ...omam ...bat. ...mulan-]

LXXII. AD EUMDEM.

Queritur Eliam, Thomam, & Nicoſtratum ſuis ſedibus non reſtitutos ad Epiphanium ſpectare ut hæc executioni mandentur.

Hormiſda Epiphanio epiſcopo Conſtantinopolitano.

OPORTUERAT quidem fraternitatem tuam divini contemplatione judicii, atque caritatis noſtræ reſpectu, Eliam, Thomam, atque Nicoſtratum fratres & coepiſcopos noſtros, poſtquam in conſortium communionis noſtræ recepimus, ad divina tecum myſteria incunctanter admittere, atque ad eccleſias ſuas, a quibus eos diſcordiæ error excluſerat, pro pacis noſtræ plenitudine revocare: ut unitas, quam poſt annorum multa curricula per totum orbem ſuis Deus reſtauravit eccleſiis, nulla voluntatum noſtrarum diſtantia læderetur. Sed quia rem tam gratam, & patrum ſtatutis venerabilibus congruentem quibuſdam tarditatibus contigit nunc uſque differri, unde etiam ad deceſſorem fraternitatis tuæ nos ſcripſiſſe meminimus; hortamur ut lætitiam, quam de damnato præteritæ diſſenſionis errore percipimus, in nullo iterum diſcrepantium animorum cauſa contriſtet. Etenim nulli videtur vos nobiſcum pleno communicare mentis affectu, ſi eos qui nobiſcum communicant a veſtro conſortio ſegregatis. Incaſſum certe videntur pacem recipere qui pacis differunt præcepta complere. Quidquid enim in illorum ſuſcipienda communione moramini, quodammodo de noſtra reconciliatione detrahitis. Et providendum eſt, frater cariſſime, ne ſi eccleſiarum noſtrarum tandem deſuper indulta concordia ab his exordium ſumat exemplis, & religionis veneranda regula, & apoſtolicæ ſedis auctoritas imminuta (quod abſit) per orientem potius divulgata, quam reſtituta videatur.

RELATIO EPIPHANII EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI.

De ſua electione. Fidem catholicam profitetur, & de omnibus cum eccleſia Romana ſentit.

Sanctiſſimo ac beatiſſimo domino fratri & comminiſtratori Hormiſdæ Epiphanius epiſcopus in domino ſalutem.

DEUS *qui in alto habitat, & humilia reſpicit*, & omnia pro ſalute hominum affluenter providet, pro ſua bonitate & miſericordia meam reſpexit parvitatem, & poſt obitum ſanctæ memoriæ quondam archiepiſcopi & patriarchæ Ioannis ſedem ſacerdotalem ſanctæ eccleſiæ catholicæ regiæ urbis mihi conferre dignatus eſt, ſententia & electione Chriſtianiſſimi & juſtiſſimi principis noſtri Iuſtini, & piiſſimæ reginæ, quæ ei ad omne ſtudium communicat divinum, ſequentiumque eorum: his, quibus eſt bona converſatio, & qui regiis honoribus ſunt ſublimiores, ſimul & ſacerdotum, & monachorum, & fideliſſimæ plebis conſenſus acceſſit. Quapropter neceſſarium duxi hoc primum indicium meis inferre literis, ut oſtendam quam circa veſtram apoſtolicam ſedem habeo voluntatem. *Pſal. 112.*

Est mihi * oratio magnopere, beatissime, uniri me vobis, & divina amplecti dogmata, quæ ex beatis & sanctis discipulis & apostolis Dei præcipue summi Petri apostolorum sedi sanctæ vestræ sunt tradita, & nihil eis preciosius existimare. Neque enim extra aliunde veniens sanctæ ecclesiæ constituta ignoro, sed nutritus per Dei voluntatem ex teneris unguibus in sancta catholica ecclesia, parui per tempora sanctissimis sacerdotibus & patriarchis. Nam sæpius præpositus his, qui per sacratissimum & ineffabile baptisma sua exuunt peccata, & veram unius essentiæ Trinitatis docui fidem, quam (sicut præfatus sum) ex discipulis Dei magni & salvatoris nostri Iesu Christi procedentem omnium sacerdotum & omnium laicorum amplectitur cœtus. Divinum enim revera sanctum & a Deo datum symbolum trecentorum decem & octo sanctorum patrum in Nicæa congregatorum adoro & prædico, & Christiani splendoris manifestum judicium esse annuntio: & quinquaginta & centum sanctorum sacerdotum in hac urbe regia factam venerabilem synodum: similiter & ducentorum Dei amatorum patrum conventum in Ephesina factum: triginta & sexcentorum reverendissimorum patrum & sacerdotum synodum factam Calchedone * unam esse, & convenientem, & compaginatam prædictis sanctis conciliis, ipse ego didici, aliosque docere cognovi. In his ergo quatuor synodis sanctis & sacris magnum pietatis prædicatum mysterium, & omnium hominum est reposita salus. Eos enim qui fuerunt vel sunt ejusdem sententiæ & suscipio & amplector, & unire me eis diligo. Econtra autem eos, qui præter istas quid sentiunt aut prædicant, vel præterito tempore aliquid conati sunt, a cœtu orthodoxorum extorres esse existimo. Similiter rectas & revera religiosissimas epistolas venerabilis papæ Leonis pro recta fide conscriptas circumamplector & suscipio. Habeat igitur hanc sententiam circa me vestræ beatitudinis sancta fraternitas. Vobis enim manifestum feci, & sub me ecclesiis hæc prædico, festinans per omnia eas mihique & vestræ beatitudini vinculo caritatis adunari, quas omnino oportet esse unitas & inviolabiles, & corpus unum communis apostolicæ ecclesiæ idemque perpetuo custodire. Quantus enim circa vestram venerabilem fraternitatem in omnibus sit amor jubete perpendere; quia quos vestra apostolica sedes condemnans in sacris diptychis non recitare jussit, eos nec ego inter sacra facio nominari mysteria. Hoc autem & his notum est qui a vobis sunt directi viri reverendissimi, id est, Germano sanctissimo & Ioanni episcopis, Felici & Dioscoro diaconibus, & Blando presbytero, qui efficaciter secuti sunt ea, quæ eis sunt a vobis injuncta. Oret igitur vestra sanctitas tam pro me, quam pro subjectis meis sacerdotibus, ut perpetue custodiamur, rectam Dei tenentes confessionem; similiter & pro serenissimo principe nostro, & pro Christianissima Augusta, quia eorum salus communis sanctarum ubique est ecclesiarum profuturum firmamentum. Istam igitur vobis habentibus intentionem nullo modo jam licebit sanctam Dei dilacerari ecclesiam, per gratiam sancti Spiritus, & intercessiones sanctæ & gloriosæ Dei genitricis virginis Mariæ. Om emquam cumque vestram fraternitatem ego quoque & mei plurimum salutamus. Alia manu: Incolumis in domino ora pro nobis, Dei amator sanctissime frater. Accepta xv. Kalendas Octobris, Rustico viro clarissimo consule.

* ratio

* veram

Anno domini 520

EXEMPLUM EPISTOLÆ IUSTINIANI VIRI ILLUSTRIS AD HORMISDAM papam.

Acacio damnato Constantinopoli pacem vigere: Cum orientalibus pacem quoquo modo ineundam: & de sanctissima Trinitate.

DOMINO N. Iesu Christo favente regnat in sæculo qui sacra religione suum fundat imperium; quoniam bene gubernat humana, cui prius divina placuerint: quod præsentibus evenisse temporibus gratulamur. Filius etenim vester clementissimus imperator æternitatis beneficio sceptra sortitus, fidei causas arripuit explicandas, & ad tuam sanctitatem missa legatione sedis apostolicæ promeruimus sacerdotes, quorum adventu non mediocriter adolevit ecclesiarum concordia sacrosanctarum, vobis instantibus, ut decebat. Acacii namque, quod dissidium gerebat, nomine stirpitus amputato, pro tenore libellorum, quos direxistis, in hac urbe regia multisque civitatibus unitas optata provenit, quam summis inventam laboribus venerari convenit: in perpetuumque custodiri necesse est. Hæc quibuslibet argumentis retractari quispiam patietur, quæ sempiterna majestas rite composuit? Sed quia prosperos cursus frequenter impedire festinat humani generis inimicus, pars orientalium non exilis, nec ferro flammisq; compelli potest, ut episcoporũ nomina post Acacium defunctorum condemnet; quæ difficultas generali concordiæ moras nectit. Sanctitas itaque vestra cælitus inspirata, temporum rerumque qualitatem consideret, & condemnatis hujus erroris auctoribus, id est, Acacio Constantinopolitano, Petro, & Timotheo Æluro, & Dioscoro Alexandrinis, Petroque Antiocheno, finire dignetur inveteratum certamen, de ceterorum nominibus quæstione sopita: ut redimatis plebem de sanguine, quam Deus noster regendam commisit, ac non persecutionibus ac cruore, sed patientia sacerdotali populum domino nostro concilietis: ne, dum volumus animas lucrari, & corpora multorum perdamus & animas. Errores etenim diuturnos lenitate clementiaque convenit emendari, præcipue quia vestræ beatitudinis prædecessores sæpissime voluerunt reipublicæ nostræ antistites ad suam revocare communionem, si tantummodo taceretur Acacius ceterique prædicti. Non est ergo grave quod suasit vestra sedes: ut præstet illud etiam magis magisque deposcimus, ut tua sanctitas concepta gratia cælesti quæ prætendunt orientales episcopi tractare dignetur, eorumque fidei competentem præbere consensum. Nobis etenim videtur, quoniam Filius Dei vivi dominus noster Iesus Christus ex virgine Maria natus, quem prædicat summus apostolorum carne passum, recte dicitur unus in Trinitate cum Patre Spirituque sancto regnare: sicut enim videtur ambiguum dicere simpliciter unum de Trinitate, non præmisso nomine domini nostri Iesu Christi; sic ejus personam in Trinitate cum Patris Spiritusque sancti personis

nis non dubitamus esse: sine Christi namque A persona nec credi Trinitas religiose potest nec adorari fideliter, quemadmodum S. Augustinus ait: An aliqua ex Trinitate persona. & alio loco: Solus in Trinitate corpus accepit. & iterum: Unus trium. Rogamus igitur, reverendissime salutantes, ut futuri judicii memores, causam taliter ordinetis, ne quid dubitationis relinquatur in posterum, quatenus cum omni scrupulo discordiarum sublato, pacis desideratæ per orbem totum vincula renoventur, & venerandarum floreat ecclesiarum concordia, corporisque unius in pristinum statum membra recolligantur. Ille namque medicus jure laudatur, qui veteres ægritudines ita sanare deproperat, B ut ex his nova vulnera non nascantur. Specialiter ergo cognoscat vester apostolatus, compositis eisdem duobus capitulis, universos sacerdotes istius reipublicæ libenter amplecti vestram communionem. Accepta xv. Kalendas Octobris, Rustico viro clarissimo consule.

RELATIO EPIPHANII EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI.

Imperatoris ejusque conjugis, suamque de ecclesiarum unione animi alacritatem demonstrat. Ponti & Asiæ, & maxime orientis sacerdotes suorum episcoporum nomina damnare volentes in unionem admittendos. Calicem & alia pontifici munera mittit. C

Domino per omnia sancto ac beatissimo fratri & comministratori Hormisdæ Epiphanius episcopus in domino salutem.

QVANTAM habuimus alacritatem nos quoque & piissimus & Christianissimus imperator una cum fidelissima & in omnibus bonis florente conjuge sua circa rectam & puram sanctarũ ecclesiarum unitionem, & quemadmodũ cum caritate Dei qua nos decebat destinatos a vobis sanctos episcopos & religiosos suscepimus, & venerandos habuimus clericos, existimamus quidẽ & ante ex his quæ acta sunt D satisfactum vestræ beatitudini: credidimus tamen, quod si dominus salvator Iesus Christus Deus noster idem ipsos reverendissimos cõministratores nostros incolumes vestris obtutibus præsentavit, omnia quæ excitata sunt vobis sanctissimis manifesta fieri, & laborem, quem potuimus sustinere, per hos ipsos manifestius cognoscetis. Quemadmodum per Dei gratiam & fidelissimorum principum nostrorum, Constantinopolitanæ civitatis nostra ecclesia pacifice est gubernata: & nomina eorum inter sacra non sunt recitata mysteria, quæ sedi vestræ profana cognovimus; sed quatuor conciliorum pro recta fide consonantia prædicatur, & hoc ipsum omnibus sacrorum diptychorum recita- E tione manifestum est. Annuntient igitur vobis quia non pauci nobis subjecti sacerdotes, nec rursus sub eorum ordinatione episcoporum parva est subdita multitudo, quæ bonum hujus cœptæ unitionis amplectitur: vestra etiam sanctitas cognoscat istius se generalis boni & principem & inceptorem nihilo minus constitutum. Vnde fortiter ad vigilandum beatitudo vestra laudum est stimulis excitanda, ne id, quod divina in honorem vestri cœperat ordinare misericordia, non ad plenum ita ut condecet communis unitas pervenire videatur. Diligentius autem de his fidelissimi & piissimi nostri principes de sanctarum Dei ecclesiarum unitate & concordia gaudentes, ad vestram mandaverunt beatitudinem supplicationes a plurimis sanctis sacerdotibus suscipientes, tam Ponti, quam Asiæ provinciæ, & maxime orientis, apud quos nomina quondam sacerdotum suorum tacere difficile & impossibile esse videtur, tantaque eorum obstinatio est, ut omne periculum pro tali facto parati sint sustinere. Igitur præcedentes omnes circa pacis studium necessarium causas considerantes, quia per solam istam humilitatis viam communem omnibus unitionem & salutem invenimus, interrogantes, sicut dictum est, & satisfacientes vobis ab illis, qui a nobis in hoc negotio sunt destinati, causam cum pacifica, qua vos decet, gubernatione dispensetis: nam dum una utraque sit ecclesia, procul dubio & bona, quæ per vigilantiam eveniunt, communis exinde laudis gloria utrisque patriarchalibus sedibus rimatur, ut consuete omnium dominus & conditor Christus verus Deus noster magnificetur. De his autem omnibus summo vobis supplicentur affectu Ioannes sanctissimus episcopus, multos nobiscum sudores in præsenti deponens certamine, & Heraclianus reverendissimus presbyter sanctæ nostræ majoris ecclesiæ, & cohabitator noster, & Constantinus reverendissimus diaconus ejusdem majoris ecclesiæ, per quos & nostra synodalia secundum ecclesiasticas vestræ beatitudinis destinavimus leges. Nunc igitur piissimi nostri imperatoris studium circa sanctarum ecclesiarum unitionem ostendentis, pacificis ad vestram beatitudinem de his causis utendo literis, & oblatas sibimet ab Hierosolymitanis & orientalibus petitiones destinavit. Nos ergo occasionem salutationis invenire volentes, hanc ad vos fecimus epistolam, per quam supplicamus, proponentes vobis sanctissimis hanc vocem divinam: *Ecce tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.* (2. Cor. 6.) Ecce credidit nobis omniũ dominus talentum, quod augmentatum possit restitui boni operis fructu, & salvari per laudabilem vestram dispensationem tantas quidem sanctas ecclesias, tantosque eorum sacerdotes, & multitudinem innumerabilem, nunc quidem unitam sanctæ ecclesiæ, periclitantem autem & errantem, si vestræ beatitudinis gubernaculum * commoretur, (* commoveatur,) & maxime his, qui in sanctis locis habitant Christi Dei nostri, ita ubique sanctis adhærentes ecclesiis, ut eorum respui non debeat multitudo. Nam omnes per suggestionem eorum ita in obstinationis suæ malo perdurant, ut velint ante e vita recedere, quam excogitata relinquere: ut si Deus hos, per vestram beatitudinem adunari præceperit, vestræ laudis meritum, & præsentibus, & futuris ascribatur temporibus. Oret igitur vestra sanctitas tam pro piissimis & Christianissimis principibus, quam pro nostra parvitate, & universali unione, ut gratia sanctæ & unius essentiæ Trinitatis, & intercessionibus dominæ nostræ sanctæ & gloriosæ virginis, & Dei genitricis Mariæ, omnia ad unitatem indivisam conveniant, (Intercessio sanctissimæ virginis.) & fundamentum inconcussum catholicæ fidei confirmetur, per omnia sanctissime frater. Indicia autem nostræ secundum Christum dominum nostrum caritatis per viros reverendissimos destinavimus, ad administrationem divinæ culturæ, & sanctæ aposto-

apostolicæ vestræ ecclesię, calicem aureum gemmis circumdatum, patenam auream, & alium calicem argenteum, vela serica duo; quę suscipere vestram beatitudinem supplicamus cum illa caritate, quam vos habere secundum Deum non dubitamus. Omnem in Christo fraternitatem, quæ cum vestra est sanctitate, nos quoque & qui nobiscum sunt plurimum salutamus. Accepta pridie Kalendas Decembris, Rustico viro clarissimo consule. *Anno domini 520.*

SACRA IUSTINI AUGUSTI.

Ioannem episcopum ad tractandam ecclesiæ pacem destinatum, quamprimum convaluerit, profecturum.

Iustinus Augustus Hormisdæ papæ.

Dum beatissimum Germanum episcopum, vel eos, qui cum eo a vobis fuerant destinati, de hac dimitteremus regia civitate, hujusmodi illis mandata tradidimus, quod capitula, quæ ad perfectam unitatem ecclesiarum pertinebant, apostolatui vestro per reverendissimum Ioannem episcopum sequenter manifesta faceremus; quæ tamen ipsis hic præsentibus fuerant declarata. Sed evenit præfatum Ioannem antistitem longa ægritudine detineri. Ne qua igitur vestram reverentiam ingrediatur adversa sententia, quasi vobis promissa nostra desidia quadam ultronea minus ad effectum perducentibus, necessarium esse perspeximus dilationis causam vobis exponere per Eulogium V. S. tribunum & notarium, quem ad præcelsum regem Theodoricum super negotiis quibusdam transmisimus: hoc quoque adjicientes, quod dum propitia domini & Dei nostri majestas eumdem virum religiosissimum Ioannem pristinæ voluerit reddere sanitati, sicut semel promiseramus, statim illum ad tuam sanctitatem transmittemus. Superest ut sanctitudo tua divinum nobis præsidium orationibus suis dignetur acquirere. Data pridie Kalendas Septembris, Constantinopoli. Accepta Romæ Kalendis Octobris, Rustico viro clarissimo consule. *Anno domini 520.*

RELATIO DOROTHEI EPISCOPI THESALONICENSIS.

Objectum sibi crimen refellit.

Sanctissimo ac beatissimo patri ac comministratori Hormisdæ Dorotheus in domino salutem.

Propositi nostri & orationis est summum studium, per omnia beatissime & ter beate pater, & scribere frequenter ad vos sanctissimos, & mutua mereri colloquia, & nullo tempore extorrem me ab hujusmodi lætitia esse condecet. Quoniam igitur manifeste cognovi quosdam sanctas aures vestras perturbare, & scio procul dubio vos in omnibus esse perfectos, & quia nihil sine judicio audire possitis, nec ulli penitus vestrum animum accommodare, & ut non amplius per taciturnitatem largiri tempus videar illis, qui nihil quidem a nobis læsi sunt, sed sine causa & superflue adversus nos armati sunt: Deo tamen & vestræ satisfacio sanctitati, quia pro Ioanne viro reverendissimo episcopo, qui paulo ante a vestra venerabili corona directus est, prædestinavi me periculis, & mortem sustinui, & meam pro ejus scio me objecisse animam: & hoc ostenditur gestis, & ex his, qui quamquam per meam absentiam acerrime videantur esse discussi. Et quid longo sermone opus est uti? cum vobis omnia dominus Deus noster Iesus Christus patefacere & satisfacere possit; quia & quando cognovi vos ad apostolicæ sedis præsulatum advocari, commune gaudium totius mundi esse judicavi. Ab illo enim tempore, hoc ipsum scribens ad vos, quantum ad me, quidquid ad honorem & satisfactionem vobis & apostolicæ sedi pertinet, nihil prætermisi, sed nec prætermitto. Paulo post autem scietis per venerabiles, annuente domino Iesu Christo, quia hæc ab exordio mihi sunt excogitata, & quando dominus Deus tempus dedit ad effectum hæc sunt perducta. Omnem cum vestra sanctitate in Christo fraternitatem ego quoque & mei plurimum salutamus.

LXXIII. AD DOROTHEUM THESSALONICENSEM EPISCOPUM.

Romam ei veniendum, ut catholicam doctrinam percipiat, & objectum crimen purget.

Hormisda Dorotheo episcopo Thessalonicensi.

Considerantes tuæ fraternitatis ecclesiam ante prætereuntis mala discordiæ olim cũ sede apostolica præcipua fuisse caritate conjunctam, te nuper pacis redditæ esse credebamus auctorem, sed quia quos prævenire debueras, sequi etiam remoraris, non leviter pro fraternitatis tuæ dilatæ correctionis ingemiscimus tarditate; scribis enim aures nostras cujusdam sceleris atrocitate turbatas. Utinam usque ad nos tantum detestabilis fama percurreret, & non toto orbe Christianis mentibus tam dolendum, tam execrabile facinus nuntiaret; ut qui te innocentem nesciunt, a Christianitatis simul credant tramite deviasse. In qua enim mundi parte immanitatis hujus invidia non & catholicas contristat ecclesias, & hæreticorum prava vota lætificat? quæ nos a dilectionis tuæ conscientia, sicut literis intimas, ostendi cupimus aliena: quid enim votis nostris magis convenit, nisi ut redire ad pacem catholicam volentes episcopos, a crudelitate & criminibus contingat semper innoxios comprobari. Expectamus igitur, si non desunt fraternitati tuæ veritatis Deo nota præsidia, ut & tanti sceleris a te repellas invidiam, & in reconciliatione fidei tandem eorum, qui reversi sunt, sequaris exempla. Data IV. Kalendas Novembris, Rustico viro clarissimo consule. *Anno domini 520.*

LXXIV. AD IUSTINUM AUGUSTUM.

Accepisse ejus literas; & de ejus fide & pietate nunquam dubitatum.

Hormisda Iustino Augusto.

Benedicta Trinitas Deus noster, qui vobis gubernacula commisit mundani imperii, quibus non solum pro jure regni veneratio deberetur, verum etiam pro gloriosi modestia & integritate propositi. Vere enim glorificamus Deum, lectis vestræ pietatis epistolis, quibus promissæ legationis moram pro infirmitate ejus, qui dirigendus fuerat excusando, luce

luce clarius reddidisti quam curam fidei & pudoris haberetis, ostendentes rerum summam regentibus non sufficere ad dominationis apicem quam obtinent potestatem, nisi ornamenta morum preciosiorem faciant principatum. Servet circa vos, clementissime imperator, Deus noster beneficia sua, & respiciens bona vestra, largiatur æterna. Nec nos tamen momordit ulla suspicio aut implendi tarditatem promissi; nec mutatione credimus evenisse consilii. Nefas enim erat de ejus verbis qualibet solicitudine dubitari, cujus fidem in magnis rebus datum est tam evidenter agnosci. Redeunte igitur filio nostro spectabili viro Eulogio tribuno & notario cultum debitæ salutationis exolvimus, Deo magno continuis precibus supplicantes, ut qui vestro studio per infideles vulnera impacta curavit, ævo vobis per longiora tempora propagato, unitatem ecclesiæ redditam ex omni quoque faciat parte securam. Data IV. Kalendas Novembris, Rustico viro clarissimo consule. Anno domini 520.

EPISTOLA IUSTINI AD HORMISDAM.

Gratum ad pontificem mittit, suadetque ut Asianis & præcipue orientalibus suorum episcoporum nomina damnare nolentibus Anastasii exemplo indulgeat: ab iisdem preces pro ecclesiarum unione oblatas transmittit.

Iustinus Augustus Hormisdæ papæ.

QUO fuimus semper, & quo sumus studio pro conciliandis sententiis catholicam fidem colentium, ut eodem animo cuncti venerentur * numen individuum Trinitatis, palam fecisse dignoscimur: nunc legatum ad vestram beatitudinem ultro ob hoc ipsum dirigentes Gratum virum sublimem magistrum scrinii, quo remedium tandem reperiatur discordiis varia cunctantium, nunc prono libentique suscipientes affectu viros religiosissimos, quos interventores unitatis vestra sedes apostolica credidit destinandos. Profecto enim tamquam ipsam pacem, & jucundis eos oculis aspeximus, & extensis manibus duximus amplectendos. Quinetiam omni intentione ordinavimus, ut venerabilis ecclesia Constantinopolitana, nec non complures aliæ vota suscipiant vestra, non solum in ceteris, sed in auferendis etiam nominibus ex sacris diptychis, quæ removenda maxime postulastis. Verum nonnullæ fuerunt urbes & ecclesiæ tum Ponticæ, tum Asianæ, & præcipue orientales, quarum clerici vel populi omnibus pertentati minis & persuasionibus, tamen nequaquam flexi sunt ut tollant antistitum & repellant nomina, quorum apud eos opinio floruit, sed morte vitam duriorem æstimant, si mortuos condemnaverint; quorum gloriabantur vita superstitum. Quid igitur faciamus hujusmodi pertinaciæ, quæ nec dicto audiens existit, & tormenta intantum despicit, ut amplum sibi ac festivum judicet, si corpore prius quam religioso desistat consilio? Nobis quidem videtur opus esse mollius agendi & clementius: quæ si non in tua sanctitate, jam nec in alio poterunt inveniri, nam neque sanguinis & suppliciorum cupidi (quod dictu etiam grave est) libellum suscepimus, neque ut parvo discrimine remaneant imperfecta concordiæ desideria, sed ad propagandam quo possumus ordine conjunctionem membrorum ecclesiæ. Utrum itaque præstantius erit minorum gratia in totum esse nobis adjectas tantas multitudines, an, concessis exiguis & remissis, majora & omni ratione quærenda corrigi, ut quæ non licuit per omnia, saltem ex necessariis partibus allegentur? Veniam itaque nominum postulamus, non Acacii, non utriusque Petri, non Dioscori, vel Timothei, quorum vocabula ad nos datæ tuæ sanctitatis epistolæ continebant, sed quos in aliis celebravit civitatibus episcopalis reverentia, & hoc exceptis urbibus, ubi vestræ beatitudinis libellus jam in plenum admissus est, nisi hanc quoque partem benevolentia statuerit vestra mitius corrigendam. Verum nec judicio caret sedis apostolicæ, ut non magis venia dicenda sit quam deliberata jam ac perspecta diffinitio. Anastasius quidem religiosissimæ memoriæ vestræ culmen ecclesiæ palam aperteque constituit, cum hoc idem scriberet negotium prædecessori nostro, satis esse pacem affectantibus, si nomen tantum reticeatur Acacii. Ergo priora vestræ sedis constituta sequitur qui non omnes memorias mortuorum judicat contemnendas, ut indignum habeatur & incongruum, si non placidior omnibus non solum defunctis, sed etiam superstitibus vestra diuulgetur in omni fine terrarum lenitas. Et hoc quidem non dubitaverimus ita gratiosum vobis futurum, ut pacifico statim respōso lætior mundus reddatur. Retinet autem vestra sanctitas, quod dudum scripsimus, ex oriente supplicationes nobis esse destinatas, voluntatem ipsorum continentes & arbitrium, in quo sese duraturos ostendunt firmiter, & quo nulla ratione desistendum existimant. Hanc itaque chartulam secundum nostra promissa per Ioannem virum reverendissimum episcopum dirigendam vobis in præsenti merito credidimus, ut a vestra sede etiam tenor ejus admissus ad colligendas proficiat & adunandas ubique venerabiles ecclesias, & Hierosolymitanam præcipue; cui tamen omnes favorem impendunt quasi matri Christiani nominis, ut nemo audeat ab ea sese discernere: consensum itaque proprium tuam sanctitudinem epistolari quoque pagina convenit declarare; ut, cognito omnibus atque patefacto, tenorem eiusdem chartulæ a vobis etiam laudari, & tenaciter custodiri lætior mundus existat. Data Idibus Sept. Calchedone, Rustico viro clarissimo consule. Accepta pridie Kalendas Decembris, consule suprascripto. Anno domini 520.

EXEMPLUM PRECUM.

Ejus opera ad ecclesiæ unitatem admitti rogant. Catholicam fidem profitentur.

Deo amabili ac piissimo imperatori ex Deo Augusto & principi Iustino Christianissimo deprecatio & supplicatio ab Hierosolymitanis, & Antiochenis, & secundæ Syriæ clericis & abbatibus, & possessoribus Syriæ provinciæ.

HAURITE *aquam cum lætitia ex fontibus salutis*, vociferator Isaias propheta exclamat, fontes salutis euangelicæ veritatis prædicationes manifeste ostendens, ex quibus beati apostoli, & eorum qui per ordinem fuerunt discipuli & sapientes ecclesiæ doctores, Esai. 12.

Ecclesia Romana a rectis dogmatibus nunquam deviavit.

Matth. 16.

salutarem aquam fidei haurientes, omnem sanctam Dei ecclesiam irrigaverunt, quæ in petra summi apostolorum subnixa rectam & inflexibilem confessionem custodiens, fiducialiter cum eo ad unigenitum Filium Dei exclamat omni tempore, dicens. *Tu es Christus Filius Dei vivi.* Hanc salutarem confessionem a sanctis quatuor synodis, quæ euangelicis præceptis sunt honoratæ, suscipientes, nunquam per Christi gratiam a traditis nobis rectis dogmatibus deviavimus, sicut rerum testatur probatio, & tempore necessitatis fidei constantia demonstrat. Si igitur ut Christiani rationis fidei sumus participes, domine piissime, & ad communem pacem & unitatem festinamus, nostram fidem, quam ab initio suscepimus, per hanc satisfactionem nostram manifestam vestræ facimus pietati; ut notum sit quia & paci concurrimus, & a recta cum Dei juvamine non divertimus fide, sed omnem ex æquo hæresim execramur, non solum Eutychianistas & Acephalos, sed & Nestorianos, & hominem colentes toto animo audentes anathematizamus. Nos autem, domine carissime imperator, sicut supra dictum est, in Patrem & Filium & Spiritum sanctum, ab initio baptizati quoque, & credentes essentiam Dei in tribus subsistentiis, adoramus: secundum sanctorum patrum symbolum credentes in unum Deum Patrem omnipotentem, & in unum dominum nostrum Iesum Christum unigenitum Deum Verbum, similiter & in unum Spiritum sanctum; & secundum hoc divinum mathema, diffinitionem a sancta Calchedonensi synodo promulgatam intelligimus quoque & suscipimus, confidentes, & credentes, quia unam substantiam, vel personam, quod idem est, ipsa sancta synodus in duabus naturis, id est in deitate & humanitate indivise & inconfuse prædicavit Deum Verbum. Dominus noster Iesus Christus unus est ex sancta & unius essentiæ Trinitate; si enim unum Deum in tribus subsistentiis, sicut dictum est, accipimus, Pater autem non est incarnatus, nec Spiritus sanctus; Deus Verbum incarnatus est, & homo factus est unus ex sancta & unius essentiæ Trinitate; secundum filiationis proprietatem. Sic ita secundum prædictas quatuor synodos credentes, & secundam Dei Verbi nativitatem secundum carnem confiteri non renuimus. Vnde proprie Dei virgo genitrix esse creditur, tamquam natura & veritate unius essentiæ Patri Filium Deum Verbum, natura immutabilem, ex ipsa factum hominem, enixa est, & duas naturas in Christo per essentiam vel substantiam unitas confitentes sicut in unius persona, vel substantia; nec harum diversitatem vel proprietatem post unitionem auferimus, nec eas dividere in duabus personis & substantiis per unitionem sumus edocti; eumdemque scimus unigenitum Filium Dei, & ante incarnationem ejus, & post eumdem Deum quidem simul & hominem passibilem carne, impassibilem deitate, circumscriptum corpore, non circumscriptum spiritu, eumdem terrenum & cælestem, quem mundus ut hominem cepit, & ut Deum continere non potuit, mortalem & immortalem, nusquam naturarum diversitate ejus ablata, neque dividentes per essentiam unionem. Hoc enim veræ magnum pietatis mysterium, quia unus ex sancta unius essentia

A Trinitatis incarnatus, & homo factus Deus Verbum in utraque natura deitatis & humanitatis indivise & inconfuse cognoscitur & adoratur, non conversionem vel mutationem sustinens, sed proprietatem utriusque naturæ in una persona in semetipso conservans. Ob hanc igitur fidem prædictas sanctas synodos suscipientes & custodientes anathematizamus omnes, qui adversus eas quocumque tempore vel modo aliquid conscripserunt, præcipue Ioannem Ægeotam, qui adversus memoratam sanctam Calchedonensem synodum multas ut Nestorianus blasphemias evomuit; similiter & condemnantes Timotheum, Ælurum cognominatum, sicut Eutychianistam, adversus eam cum suis latrantem sequacibus. Ita B ergo cum Dei juvamine semper sensimus, & jam nunc sentimus. Quapropter hanc satisfactionem vestræ obtulimus pietati, & ut jubere dignata est, nos proprium intellectum, & quemadmodum de sana fide sentimus exponere: quia quidam hæretici, dum suam malam fidem occultare festinant, nostram in Christo libertatem & rectam fidem detrectare conantur. Supplicamus igitur vestram clementiam solicitudinem perfectam in ecclesiarum unitione sanctarum habere debere; ut unitas quæ cum Dei fuerit juvamine, nec ullo deinceps rationabili aut irrationabili occasionis fomite inquietari pax possit. Deus autem omnium vestrum pium adimpleat desiderium in gloriam C sui & reipublicæ disciplinam.

LXXV. AD SYNODUM CONSTANTINOPOLITANAM.

Gratulatur Epiphanium pontificem electum.

Hormisda synodo Constantinopolitanæ.

FRATREM & coepiscopum nostrum Epiphanium, apud felicissimam (Deo favente) Constantinopolim ad officium muneris sacerdotalis assumptum pervenisse ad nos, fraternitate vestra referente, gaudemus, quia gratius quodammodo suscipiuntur indicia, quæ significaverit D amata persona, & tanto majus pro auctoritate nuntii nascitur gaudium, quanto non est quod de testimonio disputetur. Sic erat congruum, carissimi nobis, sic se circa proximum patefacere decebat affectum, ut per vos sedi apostolicæ innotescat quod moribus & sanctitate fulgeret; quod usque adeo se omnium bonis (sicut & vos asseritis) imbuit institutis, ut non sit fortius meritis testimonium, quam in honorem sacerdotis adscitum. Quid est enim quod de eo habeatur ambiguum, in quo de bonis moribus sub probatione factæ concordiæ præsuscepta sunt divina. Quapropter facitis sancte, facitis religiose, facitis pie, quod E veritati testimonium libenter impenditis, quod præmium bene meritis non negatis. Quia idem error est tacere veritatem, qui est falsis assistere, & eadem injustitia est si negetur honor moribus placitis, quæ est si concedatur indignis. Certum est, amantissimi, participari vos cum sacerdotis laudibus intimatis, quia omni fraternitatis vestræ ordini transcribitur, quod in uno, quem ex vobis elegistis, esse laudatur. Deus omnipotens fidei suæ pacem sub perpetuitate conservans electionem ordinationemque vestram,

vestram, quam insinuandam sedi apostolicæ A per Ioannem fratrem & coepiscopum nostrum, nec non & Heraclianum presbyterum, atque Constantinum diaconum filios nostros religiose credidistis, tanta firmitate confortet, ita & omnium discordantium luctamina disjiciat, ita diffidentium corda compescat; & quemadmodum sub fratre & coepiscopo nostro Epiphanio pacificationis datum est indicium, gratulemur effectum. Data VII. Kalendas Aprilis, Valerio viro clarissimo consule. [Anno domini 521.]

Gesta in causa Abundantii episcopi Traianopolitani in scrinio habemus.

LXXVI. AD EPIPHANIUM EPISCOPUM CONSTANTINOPOLITANUM. B

Quod qua decuit via ad sacerdotium pervenerit. In unione ecclesiæ perseverandum. Et de acceptis muneribus.

Hormisda Epiphanio episcopo Constantinopolitano.

BENEDICIMUS dominum fraternæ caritatis affectu, quia non solum synodica relatione ad sacerdotium te digne pervenisse cognovimus, sed factis atque moribus comprobamus: & ita se meriti tui gradus patefecit effectibus, ut ante fratrum & coepiscoporum nostrorum testimonium cuncta crederemus. Quod enim illi te promittunt posse omnia agere, nos videmus implesse & tamquam fidei tuæ servata pacis fuerit gratia, sic unitatis hactenus dilata sunt vota divina. Eorum prædestinationi caritatis tuæ vocabulum quo nuncuparis accessit, sub quo spiritu apparente concordia, factum est ut dicamus: [Psal. 131.] *Ecce quam bonum & quam jucundum habitare fratres in unum.* Quapropter in Christo domino nostro reddentes officia salutationis, hortamur ut boni operis initium laudabile continuet institutum, secundum sanctum euangelium, quo moveamur: [Matth. 10.] *Qui perseveraverit in fine, hic salvus erit.* Adhortamini igitur reliquos, invitate monitis, colligite blandimentis: quia talenti crediti multiplicata compendia sacrificia sunt divina. Præterea gratissime tulimus, quod Ioanni fratri & coepiscopo nostro, nec non Heracliano presbytero, atque Constantino filiis nostris internuntiis promotionem caritatis tuæ cognovimus, qua esse aliquid dulcius non putamus. Et cum te prædicti viri, etsi pro obsequio suscepto facerent, non tantum ratione laudarent, beati omnium sumus, quod dignæ rei nuntius relator dignus extabat, ut tibi absolutissime de legatorum meritis probatio fit honoris. *Manu papæ.* Suscepimus calicem aureum gemmatum, patenam argenteam, & alium calicem argenteum, & vela duo ministerio basilicæ beati Petri apostoli profutura, a caritate tua directa. Data VIII. Kalendas Aprilis, Valerio viro clarissimo consule. [Anno domini 521.]

EPISTOLA EPIPHANII AD HORMISDAM.

Ab orientalibus imperatori preces oblatas se ad eum misisse.

Domino meo per omnia amabili Deo sanctissimoque fratri & comministratori Hormisdæ Epiphanius episcopus in domino salutem.

QUANTAM alacritatem aut quale desiderium piissimus & Christianissimus imperator caram perfectam unionem universarum ecclesiarum habeat, non voluntate tantum sed operibus ipsis habitantibus in hac regia urbe, & antequam ad regnum a Deo sibi datum perveniret, ostendit. Sanctitati autem vestræ ex correctis ab initio regni ejus, & usque nunc laboribus maxime manifestavit, per quos omnia catholicæ ecclesiæ membra in unum domini & salvatoris nostri Iesu Christi corpus cum prompto nititur animo conjungere: & quid opus est verbis uti prolixis, qui rebus ipsis, quamquam nos veri testes, existere valeamus. Habet tamen & vestra sanctitas experimentum, quod & per scripta cognovit: confirmat quidem hæc quod nunc additur. Nam quidam qui sub potentissima ejus manu sunt, religiosissimorum sacerdotum ex orientalium partium regionibus, preces porrexerunt, docentes de his quæ voluerunt. Nec hoc latere vestram volens sanctitatem, bene deliberavit ut quod jam factum est in præsenti nuntiaret vestræ sanctitati. Paulo post de ea his manifestius significare, ut, communi concilio præcedente omnium, domino C & salvatori nostro Iesu Christo ea quæ ad utilitatem communem conveniunt, & undique sunt irreprehensibilia, catholicæ fidei correctionibus clarescant. Opportune igitur existimantes fraternis literis vestram sanctitatem & carissimis alloqui rogamus, ut majus & instantius pro piissimo principe nostro omnium dominum Deum orare dignemini. Omnem in Christo fraternitatem quæ cum vestra est sanctitate ego quoque & mei plurimum salutamus. *Alia manu.* Incolumis in domino ora pro nobis, amabilis Deo & sanctissime pater.

RELATIO EPIPHANII EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI. D

Paulini solicitudinem laudat.

Domino meo per omnia amabili Deo sanctissimoque fratri & comministratori Hormisdæ Epiphanius in domino salutem.

PAULINUS vestræ sedis defensor, qui vestram retulit epistolam, vestræque sanctitatis virtutem in se ostendens, cum gaudio nobiscum conversatus, suam solicitudinem communibus consiliis actibusque contulit. Sed quoniam ad vos festinantem non oportebat eum prolixiore tempore remorari; ideoque reciprocis alloquentes vestram sanctitatem, E protegi præfatum virum & nostri dignum amoris fidelem servum subsistentem commendamus. Erit autem de his quæ a nobis gesta sunt pro vestro animo, & circa sanctas ecclesias solicitudinem quam gerimus, vigilare nobis dignus fide enarrator. Nam nos orationibus vestræ sanctitatis, ut naturalem bonitatem hujus rei respicientes, vigilantissimum habentem studium, & Deo cooperante in plurimis verbum gratiæ decurrens sine aliqua obsistentia ad effectum nostrum ducit & intentionem. Sed quia difficultates aliquæ accesserunt, gubernatione utique & inniti dispositione ea quæ hic movetur oportet, & competenter exponi, sicut & vestra cognoscit super omnia

omnia sanctitas. Et quemadmodum oportet A eos, qui Dei greges pascere sortiti sunt, universa ad gloriam Dei & agere & moliri, spem salutis in eum habentes: & sicut scriptum est: *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* (Rom. 8.) Ea enim, quæ vobis placeant, sicut dictum est, sentire quoque & agere nitimur, sanctissime. Omnem in Christo fraternitatem quæ cum vestra est sanctitate ego quoque & mei plurimum salutamus.

EXEMPLUM EPISTOLÆ IUSTINIANI VIRI CLARISSIMI ad Hormisdam.

Petit ut pro ecclesiarum unione laboret, & B sibi ad ea respondeat, quæ per legatos scripserat.

Domino beatissimo atque apostolico patri Hormisdæ papæ urbis Romæ Iustinianus.

QUANTA reverentia vestram beatitudinem veneremur multis epistolis, ex quo serenissimus imperator filius vester regnavit, cognoscitis. In præsenti quoque debito pudore salutantes tuam sanctitatem, postulamus enixius, ut assiduis precibus & frequentissimis orationibus pro concordia laboretis ecclesiarum vestrarum, nobisque (sicut per legatos etiam vestros post omnia scripsimus) tam de sermone, de quo vertitur controversia, quam C de nominibus episcoporum sub Acacio defunctorum, per Eulogium virum sublimem tribunum & notarium dignetur apostolatus vester integrum indubitatumque destinare responsum; omnibus videlicet quæ præsentibus legatis vestris ordinata sunt in perpetuo firmiter duraturis. Vir namque religiosus Ioannes episcopus, qui venturus est Romam, detinetur ægritudine corporali: nihil enim prohibet ante ejus quoque adventum concordiam prævenire, sublata dubitatione religionis, & eum tamen mox dimittemus favente divinitate; quia jam melius habet: quoniam nec difficilia sunt quæ ceciderunt in ambiguitatem; nec expedit diutius causam vitæ D protrahi sempiternæ; ne dilatis temporibus aliquid nascatur incertius. Æternitatis igitur supernæ, tremendique judicii non immemor sanctitas vestra, quæ sibi commissa sunt efficaciæ tradi deproperet, ut intelligant cuncti recte vos apostolicæ sedis esse primatum sortitos. Hæc igitur quæ scribuntur a nobis affectu paterno jubete quantocius adimpleri. Scitis namque quam sit admirabilis gloriæ tantorum errores annorum vestri pontificatus tempore stirpitus aboleri.

EXEMPLUM EPISTOLÆ IUSTINIANI AD HORMISDAM. E

Confitemur Christum dominum recte unum in Trinitate dici, secus unum ex Trinitate. In nominibus episcoporum damnandis non ita severe agendum.

Domino viro beatissimo sanctoque patri Hormisdæ urbis Romæ pontifici Iustinianus vir clarissimus.

QUANTAM venerationem religionis habeamus, quamque soliciti semper fuerimus propter uniendas sanctas ecclesias, testis est quoque vestra beatitudo. Postquam regnavit etenim dominus noster inclytus imperator, per omnes ad Italiam venientes direximus literas, apostolatum tuum rogantes sicut decebat. Nunc etiam ne quid eorum quæ fieri convenit prætermittatur, Ioannes vir reverendissimus antistes, Heraclianus presbyter, & Constantius diaconus sacrosanctæ ecclesiæ hujus inclytæ civitatis destinati sunt ad urbem feliciter, ut super omnibus quæ scripsit filius vester serenissimus imperator integrum responsum accipiant. Dignetur ergo sanctitas tua suscipere memoratos viros religiosissimos libenter, & habitis orationibus, placataque divinitate, sic omnia debeat ordinare venerabiliter, ut nihil ultra remaneat in ambiguum. Nobis etenim videtur quoniam Filius Dei vivi dominus noster Iesus Christus ex virgine Maria natus, quem prædicat summus apostolorum carne passum, recte dicitur unus in Trinitate cum Patre Spirituque sancto regnare, majestatisque ejus personam in Trinitate, & ex Trinitate non infideliter credimus. De nominibus autem defunctorum episcoporum clementer, & ut decet pacificum patrem disponite: quia vester quoque prædecessor beatæ recordationis ad memoriæ principalis Anastasium scripsit, ut si nomen Acacii tantummodo tolleretur, una nobis esset communio. Nonne igitur suasit vestra sedes, ut præstet imitari beatissimum & sanctissimum Leonem Romanum pontificem, ac sicut ille scripsit Leoni, ita & vos omnibus amputatis dubitationibus perfectas pacificasque paginas ad invictissimum principem filium vestrum rescribere ecclesiæ, ut ante tribunal venturi judicis participes eorum sitis, quorum sedem jure sacerdotali tenetis. Ostendat ergo tuus apostolatus quod Petro successit apostolo; quoniam dominus a vobis utpote summis pastoribus exacturus est universorum salutem, qui poterunt esse salvi firmata concordia. Nos etenim finitis capitulis, de quibus scripta suscepistis, ultra nos patiemur a quoquam controversiam religionis in republica nostra moveri, nec vestram sanctitatem convenit audire superflua concertantes.

LXXVII. AD IUSTINIANUM.

Commendat Iustinianum de reverentia sibi exhibita. Promissam legationem se expectare. Sanctissimæ Trinitatis mysteria explicat.

Hormisda Iustiniano viro illustri.

QUOD celsitudo vestra animi circa me sui benevolentiam dignatur ostendere, facitis rem Deo placitam, & rectæ conscientiæ congruentem; sed non parva sunt nobis hujus emolumenta propositi. Maior in nos fructus de tali bonitate revertitur, neque enim vacua honorificentia est quæ defertur antistiti. Indubitatum siquidem est quia honor ministri cultus est domini, & qui personam sacerdotis magni habet, majorem remunerationem ab eo cui sacerdos famulatur accipiet, dicente domino Iesu iis qui prophetas in honore suscipiunt, suam mercedem esse reddendam, & apud me quidem magni est gratia vestra momenti, eo tamen preciosior, quia quidquid mihi gratiæ dignanter

gnanter impenditis, in ecclesiarum defensione monstratis. Sed ut ad id quod celsitudo vestra desiderat noster sermo dirigatur, quamquam & clementissimus imperator, & vos promittatis legationem esse venturam, & id cum ratione convenerit, ut eorum qui dirigendi sunt super omnibus nos decuerit expectare præsentiam; tamen quia gratum nobis est studium, quod circa religionem vos habere declarastis, non gravat prælibare, dicendo non opus ut stabilitatem fidei vestræ[a] intentionis potius quam rationis sequaces procaci verborum novitate confundant. Sancta Trinitas Pater, & Filius, & Spiritus sanctus unus est Deus; hanc Israel jussus adorare, cujus inseparabilis & indiscreta substantia non potest dividi, non potest sacrilega distinctione separari; servata tamen proprietate sua unicuique personæ. Hæc interim commendanda fidei vestræ, epistolaris styli terminum cogitantes, congrua credimus brevitate sufficere, plenius differenda cum florente imperio clementissimi principis, si promissam legationem & nos suscipere Deo propitiante contigerit; & cognitis omnibus cum adjutorio Dei nostri responso reddito pro universitatis informatione remittere.

EPISTOLA IUSTINIANI VIRI ILLUSTRIS AD HORMISDAM.

Petit ut legatos rebus bene gestis redire quamprimum curet.

DILIGENTER apostolatus vester cognovit quanto fidei calore filius vester serenissimus imperator nosque fuimus ab initio. Nunquam cessavimus agere quæ pertinebant ad firmamentum religionis divinæ. Pro qua re nuper etiam reverendissimos sacerdotes Romam direximus, ut integrum componeretur de capitulis, quibus ad ea dubietas vertebatur. Sed ignoramus quæ difficultas provenerit ut minime sopirentur hactenus ea quæ videntur esse levissima. Salutantes ergo vestram reverentiam petimus ut nulla præbeatur occasio, qua de tua quisquam possit ambigere voluntate; sed habentes præ oculis judicium majestatis supernæ, modis omnibus festinare dignemini.

LXXVIII. AD IUSTINUM AUGUSTUM.

Ad evitandam discordiam nihil innovandum: & de his qui ad communionem admitti possunt Epiphanio scriptum.

Hormisda Iustino Augusto.

SCIO quidem, venerabilis imperator, clementiam tuam conscientia boni operis tantum esse contentam; nec in his, quæ pro catholicæ ecclesiæ unitate disponitis, humanis laudibus indigere, & ' magni studii gloria non digna remuneratione vilescat. Quanta est enim circa eum humani summa præconii, cui contigit terrarum regna committi? Cum eo noxia sint blandimenta adulationis suspicioni, quæ humilitas detulerit imperanti. Et alias secundum euangelicam traditionem necesse est ut fructu supernæ remunerationis careat, qui retributionis laudem expectat. Hinc mansuetudinem vestram omni bonitatis perfectione pollentem, ad Deum universa quæ memorabili-

A ter facitis referre non ambigo, nec caduca cogitantes ab illo expectatis pro actuum vestrorum retributione mercedem, quem bonorum omnium constat auctorem. Et tamen ego divinis, quibus obsecundo, convenio institutis, ne religiosæ conscientiæ vestræ beneficia conferta dissimulem, ne taciturnitas mea, quæ vobis crescit ad gloriam, mihi, quod absit, vertatur in culpam. Novi enim de illis decem domini & Salvatoris nostri pietate mundatis, quia & novem sunt nota ingratitudinis improbati, & unus testimonium fidei & merita receptæ salutis retulit, qui gratiarum actionem sanatus exoluit. Exequor exempla quæ didici, B & quod per officii mihi crediti materiam prædico, sub occasione literarii sermonis exhibeo. Ago gratias quanto amplius possum, & si quantas debeo non possum: sed solatium mihi est quod de beneficiis mecum vestris mundus exultat, & laceratæ hactenus ecclesiæ membra ad compagem suam revocata gloriantur. Reduxisti populis fidem, persecutus errorem; inclinata est superbia inimicorum ecclesiæ Dei, & humilitas erecta fidelium. Magna res tibi contigit, imperator: magna in te emolumenta cum potestate coierunt, quæ merearis intellige. Non exiguam in te partem boni operis illius, quod vadens ad cælos dominus noster Iesus Christus contulit, transtulisti: nam pa- C cem quam ille discipulis dedit per te mundus invenit: non dubium congratulari tibi angelos cæli: nam si juxta assertionem euangelicam lætitia est eis super uno peccatore salvato, quæ potest esse populo? *Luc. 15.* Salve Ezechias præsentis ætatis. Nam etsi fuerunt ante eum reges Iuda bonum qui facerent, nullus tamen eorum dissipavit excelsa; tu quoque schismatum & superbiæ dissipator, & cultus veteris restitutor, præsume tibi similitudine illius annorum augenda curricula, qui operum ejus imitaris exempla. Hæc omnia, quæ ad majus gloriæ tuæ spectant augmentum, non stimulo adhortationis alienæ, non ullis precibus excitatus aggrederis: solus tibi in consilio Deus: non est qui se ad participationem tanti operis tentet inserere: D tibi debes actionis hujus studium, tibi bonæ actionis effectum. Tu me, venerabilis imperator, ecclesiæ vulnera tam longa mœrentem ad spem reddendæ salutis animasti. Tu me post tam continuos turbines jam pene desperatione cessantem ad novam tranquillitatem directis ultro piis literis excitasti: hoc quoque procul dubio divina intelligentia conferente, ut inter ipsa tui principatus exordia fidei ejus dicares obsequium, cui acceptum debebas imperium, sed qui te ad incipienda hæc non potui primus impellere; nunc majore fiducia tantis beneficiis compellor provocatus orare, ne patiaris in re tam boni operis esse defectum; ne manus, quas ad Deum erigis, acceptis operis perfe- E ctione suspendas. Negare non possum pro domini nostri hæc me affectu & unitatis exposcere: sed fateor & saluti tuæ pro tanta mansuetudinis gratia hæc studia me debere. Scriptum *Matth. 10.* est enim *quia qui perseveraverit usque ad finem salvus erit.* Nec vos aliquorum obstinatio reddat a proposito pigriores. Durum est, ut efficacior sit eorum pertinacia qui dividunt pacem, quam eorum qui afferunt unitatem. Amentur vulnera cum provideantur pro salute remedia, & præoptabile...... putetur..... mor-

mortuis quam inhærere cum vivis. An non æquum est, ut religiosi principis subdantur imperio qui non moventur exemplo? Non omnis æger remediis salubribus acquiescit, & medendi studium sæpe ipsis quibus adhibetur ingratum est: & tamen grata est pro salute necessitas, nec ipsi post respirationem non sunt beneficiis obnoxii qui curantur inviti. Cavenda est subtilium magna circumspectione calliditas, qui ingerunt difficilia, dum nituntur labefactare composita. Et quis hoc possit admittere, ut ad illa per pacem credamur adduci, ad quæ non potuimus discordiæ necessitate compelli? Et putetur æquum, ut contra salutem princeps subjectorum voluntatem sequatur, quam pro sua salute subjecti, principis non famulentur imperio? Ipsam tibi mecum, venerabilis fili, crede ecclesiam Dei supplicare, ut eam sine macula & ruga, sicut scis domino placere, custodias; nec in eam oculus ille qui pervigilat nævum aliquem quem aversetur aspiciat. Ama quod a Deo compunctus elegisti, & intemeratum serva illud, cujus pars esse voluisti. Fuerit ante solicitudo tantum mea, nunc unam nobis causam tua fecit esse clementia. Nunc austeriorem me quisquam dicat esse prioribus, nec adhortatio alicujus pro sententiæ auctoritate teneatur. Diligentiorem me non pertinaciæ studium, sed scandala secuta fecerũt. Forte inter initia locus esse potuit lenitati: male (sicut notum est) per accessus præcedentium temporum errorum augmenta creverunt. Non parvi habeas, fili sanctissime, quod curasti, ubi sancta Calchedonensis synodus, & inter sanctos venerandi papæ Leonis religiosissima constituta locum alicujus honoris habuerunt? Vbi non adversum tanta fidei fundamenta quasi quoddam bellicum hostium Dei insonuit exercitus? Quanto acrioribus hæc impetita sunt jaculis, tanto validioribus sunt munienda subsidiis. Rogo, clementissime imperator, ne me aut ad deserenda hæc quæ dudum beneplacita sunt aut mutanda compellas. Vox enim illa auribus meis indesinenter immurmurat: Quia *nemo manum ad aratrum mittens, & post se respiciens aptus est regno Dei*, cum in evidenti sit, quia
Luc. 9. pœnitentia malorum est operum, non bonorum. Sed quamquam his urgemur angustiis, tamen propter mansuetudinis tuæ considerationem, & venerabilium legatorum Ioannis episcopi Heracliani presbyteri, & Constantini diaconi allegatio nos non inhumana permovit, qui innocentibus aut ignaris causæ remedia credidit esse poscenda: ad fratrem & coepiscopum nostrum Epiphanium scripta transmisimus, ut memor fidei, memor religionis, quos dignos susceptione esse crediderit, & alienos a communione quam respuimus, sicut asseritur, innocentes eos ad societatem suæ communionis admittat, libelli tamen qui a nobis interpositus est tenore servato. Melius est enim & magis Deo placitum, si salva fide ecclesiastico corpori jungantur abscissi, quam in abscissos transeant, qui in beati Petri immaculata communione manserunt. Data septimo Kalendas Aprilis, Valerio viro clarissimo consule.

Anno domini 521.

LXXIX. AD IVSTINVM AVGVSTVM.

Divinitatis & incarnationis mysterium exponitur.

Hormisda Iustino Augusto.

INTER ea, quæ ad unitatem ecclesiæ ' pertinentia, propter quam Deus clementiæ vestræ elegit imperium, in literas contulistis: hæc quoque, venerabilis imperator, cura fidei, cui multipliciter vos studere declaratis, adjecit, ut aliquorum preces perferendæ ad humilitatis meæ notitiam jungerentur, quibus vel quid quæstionis oriretur agnoscerem; vel ad summovendum propositæ consultationis ambiguum responsum a me religiosæ scientiæ conveniens redderetur. Legi omnia solicitudine qua decebat; & licet ad responsi plenitudinem sufficere potuisset, si illa tantum, quæ ' a veteribus sunt diffinita rescriberem; tamen ut religiosi propositi vestri remunerarem affectum, non subtrahendum credidi mei quoque sermonis obsequium. Quid enim est quod emergentibus Nestorii & Eutychetis venenis paterna omisit instructio? Pene omnes impietates cum inventoribus tam nefandorum dogmatum convenientia in unum synodica decreta presserunt: nec ulterius remansit locus ullus tam diris perfidiæ seminibus amputatis, aut Christum dominum nostrum credere sine carnis fuisse veritate, aut eumdem non Deum & hominem de materni uteri intemerata fecunditate prodiisse, cum alter eorum dispensationem, qua salvati sumus negando, quantum in se est, irritam faceret; alter opinione contraria, sed impietate consimili, in eodem domino nostro Iesu Christo potestatem divinam a vera humanitate secluderet; neque ille recordatus quia palpandam carnem suam Christus ostendit, nec ille euangelii memor Verbum carnem factum esse dicentis, cui vox domini indeficienter insonare debuerat, qua dixit & docuit: *Nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit Filius hominis qui est in cælo.* Sæpe hæc & multis præcedentium sunt comprehensa sententiis; sed nec clementia vestra licet jam dicta sint, fastidiose poterit repetita cognoscere: nec nobis pudor est ea quæ sunt a decessoribus nostris ' prædicta revolvere. Neque enim possibile est ut sit diversitas prædicationis, ubi una est forma veritatis; nec ab re judicabitur alienum, si cum his, cum quibus conveniemus fide, congruamus & dogmate. Revolvantur piis mansuetudinis vestræ auribus decreta synodica, & beati papæ Leonis convenientia sacræ fidei constituta: eadem invenietis in illis quæ ' recensueritis in nostris. Quid ergo est post illum fontem fidelium ' statutorum? quid amplius (si tamen fidei terminum servat) quamlibet curiosus scrutator inquirat, ' aut opere aut institutione perfectius? nisi forte mavult quisquã dubitare quam credere, certare quam nosse, sequi dubia quam servare decreta. Nam si Trinitas Deus, hoc est Pater & Filius & Spiritus sanctus, Deus autem unus specialiter legislatore dicente: *Audi Israel, dominus Deus tuus, Deus unus est*, qui aliter habet, necesse est aut divinitatem in multa ' dividens, aut specialiter passionem ipsi essentiæ Trinitatis impingat, & (quod absit a fidelium mentibus) hoc est, aut plures deos more profano gentilitatis inducere, aut sensibilem pœnam ad eam naturam quæ aliena est ab omni passione transferre. Vnum est, sancta Trinitas non multiplicatur numero, non crescit augmento; nec potest aut intel-

' pertinent | ' ab auctoribus | Ioan. 1. | Ioan. 3. | ' prædicata | ' inveneritis | ' statutum | ' non opus aut adjectione plenius aut institutione perfectius | Deut. 6. | ' dividat

intelligentia comprehendi, aut hoc quod Deus est discretione sejungi. Quis ergo illi secreto æternæ impenetrabilisque substantiæ, quod ' nulla vel invisibilium naturarum potuit investigare natura, profanam divisionem tentet ingerere, & divini ' arcana mysterii revocare ad calculum moris humani? Adoremus Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, * indistinctam distincte; incomprehensibilem & inenarrabilem substantiam Trinitatis, ubi etsi admittit numerum ratio personarum, unitas tamen non admittit essentiæ separationem; ita tamen ut servemus divinæ propria naturæ, servemus propria unicuique personæ, nec personis divinitatis singularitas denegetur, nec ad essentiam hoc quod est proprium nominum transferatur. Magnum est sanctæ & incomprehensibile mysterium Trinitatis, Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus, Trinitas indivisa: & tamen notum est quia proprium est Patris ut generaret Filium, proprium Filii Dei ut ex Patre Patri nasceretur æqualis, proprium Spiritus sancti ut de Patre & Filio procederet sub una substantia deitatis. Proprium quoque Filii Dei, ut juxta id quod scriptum est: *In novissimis temporibus Verbum caro fieret, & habitaret in nobis*: ita intra viscera sanctæ Mariæ virginis genitricis Dei unitis utrisque sine aliqua confusione naturis, ut qui ante tempora erat Filius Dei, fieret filius hominis; & nasceretur ' ex tempore hominis more, matris vulvam natus non aperiens, & virginitatem matris deitatis virtute non solvens. Dignum plane Deo nascente mysterium, ut servaret partum sine corruptione, qui conceptum fecit esse sine semine, servans quod ex Patre erat, & repræsentans quod ex matre suscepit. Nam jacens in præsepio videbatur in cælo, involutus pannis adorabatur a magis, inter animalia editus, ab angelis nuntiabatur, vix egressus infantiam, & annuntians mysticam sine instituente doctrinam, inter rudimenta annorum puerilium edens cælestia signa virtutum. Idem enim Deus & homo, non (ut ab infidelibus dicitur) sub quartæ introductione personæ: sed ipse Dei Filius Deus & homo, id est, virtus & infirmitas, humilitas & majestas, redimens & venditus, in cruce positus, & cæli regna largitus; ita nostræ infirmitatis particeps, ut posset interimi, ita ingenitæ potentiæ dominus, ne posset morte consumi: sepultus est juxta id quod homo voluit nasci, & juxta id quod Patri erat similis resurrexit, patiens vulnerum, & salvator ægrorum, unus defunctorum, & vivificator obeuntium; ad inferna descendens, & a Patris gremio non recedens: unde & animam, quam pro communi conditione posuit, pro singulari virtute & admirabili ' patientia mox resumpsit. Hæc ita esse, nec ullam dubitationem oportere recipere, idem dominus noster Iesus Christus, ne inter corporis passiones Deus non esse crederetur, aut ne Deus tantum, & non homo inter opera mirabilium stupenda virtutum, proposito nos duorum apostolorum informavit exemplo, Deum esse Christum dominum nostrum Petri fide: hominem Thomæ dubitatione declarans. Quid enim interérat, ut quem se homines dicerent discipulos suos vellet inquirere, nisi ut respondente Petro: *Tu es Christus Filius Dei vivi*, notum faceret hoc non de carne & sanguine proditum, sed a Patre Deo inspirante revelatum, & per testimonium laudatæ responsionis fides patefactæ fieret veritatis? Quid intererat, ut apparente post resurrectionem domino, Thomas tamen aut deesset ceteris, aut solus ambigeret, nisi ut mundus crederet, quod ambigens discipulus ' exploraret, ut dum unius manibus se pateretur tangi, ' ad universitatem fidelium quid esset, ' possit agnosci? Non ergo ad ' improbandum discipulum interposita est dubitatio, sed quæsita posteritatis instructio. Anne ' ad aliud spectat, quod se idem dominus Cleophæ cum alio discipulo, cum ad Emmaus tendentes de se loquerentur, inseruit; & quamquam de resurrectione domini per mulieres, quæ primæ ad monumentum convenerant, agnovissent; tamen ut per eorum dubitationem daret credendi futuris sæculis firmitatem, incipiens a Moyse & omnibus prophetis, oportuisse pati Christum, & ita intrare in gloriam suam, interpretatus scripturas ostendit, & per passionem humanam naturam, & divinam in eo esse per gloriam ', multipliciter hæc sanctarum scripturarum testificatus exemplis? Hæc ' apud religiosam conscientiam tuam, venerabilis imperator, tamquam ignota dicuntur. Fides enim ipsa, quæ a te constanter asseritur, tibi reddit hoc muneris, ut sensibus tuis & affectum sui inserat, & scientiam, per quam diligentius asseratur, infundat. Et tantum interest dispensationis mihi creditæ, ut ego quoque vel apud scientes nota non taceam; ut succedente sibi per vices temporum catholicorum prædicatione sensuum quod indeficienter asseritur sine fine credatur. Latius hæc, quæ ad deitatem humanitatemque domini nostri Iesu Christi pertinent, & in eo unitas duas sine confusione naturas potui secundum veterum definita disserere, si esset adversum eos, qui his dissentiunt, disputandum: sed cum in manibus omnium sint & synodica constituta, & beati papæ Leonis dogmata, perstrinxisse potius pauca, quam evolvere credidi convenientius universa. Nunc vero agnoscere satis est, & cavere proprietatem, & essentiam cogitandam, ut sciatur quid personæ, quid nos oporteat deferre substantiæ: quæ qui ' indecenter ignorant, aut callida impietate dissimulant, dum omittunt quid sit proprium filii, trinæ tendunt insidias ' unitati. Sed si quæ prædicta sunt, validis teneantur fixa radicibus, nec a paterna traditione receditur, & constanter quæstionibus obviatur. Data VII. Kalendas Aprilis, Valerio viro clarissimo consule."

' explorasset,
' ab universitate
' posset
' explorandum
' aliud expectat,
Luc.
' multiplicibus h. s. s. exemplis i. sinuavi.?
' nec, omnino leg. ex c. Iust.
' indigéter
' divinitati.
" Anno domini 521.

LXXX. AD EPIPHANIUM EPISCOPUM CONSTANTINOPOLITANUM.

Ut in communione sedis apostolicæ perseveret, & vices suas ei committat."

Hormisda Epiphanio episcopo Constantinopolitano.

MULTO gaudio sum repletus, quod circa ecclesiam pacem & sanctissimi imperatoris & dilectionis tuæ tale studium, quale literis indicasti, legatorum quoque meorum assertione cognovi. &c. *extat infra in concilio Constantinopolitano sub Menna actione V.*"

* Valerio v. c. consule hoc est anno Christi 521.
" Tomo V pag. 151. A

EPISTOLA

EPISTOLA IUSTINI IMPERATORIS AD HORMISDAM.

Paulum Antiochenum de quibusdam accusatum episcopatu se abdicasse significat.

Iustinus Augustus Hormisdæ papæ.

VT quod in Paulo viro reverendissimo contigit, apostolatui vestro pateficat; qui sacerdotio præditus Antiochenæ civitatis, ita versatus esse dicitur in multis causis, quæ religiosis alienæ sunt episcopis, ut clericorum suorum proditione, habitatorum etiam dictæ civitatis, aliorum insuper frequentium incusaretur, non tantum legatis vestræ sanctitudinis in hac regia positis urbe, (ut ipsos quoque retinere censemus) verum post eorum recessum; qui malæ conscientiæ suæ testimonio, veritus insuper, ne, quæstione habita, graviorem formam exitus rei posceret, recusatores libellos obtulit, ut liceret ei secedere a suscepto (sicut dictum est) episcopatus officio. Quoniam igitur cordi nobis est & fuit, ut semper civitatum antistites in amore sint omnium communi, quorum regendas acceperunt animas: Paulus autem reverendissimus ultro se de suo (prout memoravimus) abdicavit sacerdotio, præsentem epistolam duximus dirigendam, ut vobis aperiatur, & orationibus propriis cæleste nobis præsidium dignetur acquirere. Data Kalendis Maiis, Constantinopoli, Iustiniano & Valerio viris clarissimis consulibus. Anno domini 521.

RELATIO EPIPHANII EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI.

Eadem quæ in superiori epistola.

Per omnia sanctissimo ac beatissimo domino fratri & comministratori Hormisdæ Epiphanius episcopus.

FREQUENTIORES quidem literas facere ad vestram beatitudinem, & frui affectu fraternæ caritatis optamus. Nunc autem ea quæ evenerunt cupientes vestram sanctimoniam non latere, præsentibus usi sumus scriptis. Multis enim & non parvo spatio temporis perturbationibus Antiochiæ maximam civitatem, quæ est in diœcesi orientali prima, circumstantibus, sub occasione, quia Paulus amabilis Deo episcopatum memoratę habuit civitatis, & multis urbis ipsius habitatoribus, sicut dixerunt aliqui, a catholica sese separantibus, & assiduas interpellationes tranquillissimo & fidelissimo principi nostro ingerentibus, & eorum, quæ in accusationem ducebantur, inquisitionem supplicantibus fieri manifestam. Quæ quidem initium olim sumpserunt, sicut nec directos a vestra sanctitate Deo amabiles legatos latuit, cum in regia degerent civitate, agnoscentes super his omnia. Memoratus ergo amabilis Deo Paulus prodesse sibi hoc existimans, per libellos proprios designatæ civitatis desertionem & episcopatus elegit, & universalem quietem, & a causis alienationem se præferre monstravit. Quæ omnia & amabilem Christo principem nostrum manifesta reverentiæ vestræ fecisse novimus: sed nunc omnibus nobis preciosius, & de quo maxime noctibus & diebus bonum nuntium de his, qui ab amantissimo principe & a nobis directi sunt ad vestram beatitudinem Deo amabiles legati, amicam Deo pacem nuntiantes, & omnia pulcritudine decora unitatem sanctarum ecclesiarum annuntiantes, quam cito ad nos destinare dignemini, ut præsentis causæ (sicut sæpe scripsimus) sit cæleste lucrum his qui in celeritate sunt bonæ correctionis auctores, beatissime & sanctissime frater. Omnem quæ est cum tua beatitudine in Christo fraternitatem nos & qui nobiscum sunt multis salutamus annis.

DECRETA HORMISDÆ PAPÆ EX GRATIANO DESUMPTA quæ in prioribus epistolis non habentur.

PRIMUM.

Qui ad pœnitentiam agendam in monasterio recluditur, presbyter non ordinetur.

Si ille qui ultro petit pœnitentiam, quamvis eam perfecte agat, non potest episcopus aut presbyter ordinari, ita ut etiamsi per ignorantiam ordinatus fuerit, & postea convincitur pœnitentiam accepisse, dejiciatur: ille ergo qui invitus ad pœnitentiam agendam mittitur in monasterium, (qui utique nihil aliud quam pœnitens dicendus est) qua conscientia ad sacerdotium pervenire permittitur? Nemo mihi talia quælibet contra auctoritatem sedis apostolicæ, vel contra trecentorum decem & octo episcoporum & reliquorum canonum constituta objiciat; quia quidquid contra illorum definitionem, in quibus Spiritum sanctum credimus locutum, dictum fuerit, recipere, non solum temerarium, sed etiam periculosum esse non dubito. Dist. 50. Si ille qui.

SECUNDUM.

Nuptias occultas celebrare non licet.

Nullus fidelis, cujuscumque conditionis sit, occulte nuptias faciat, sed benedictione accepta a sacerdote, publice nubat in domino. 30. quæst. Nullus fidelis.

TERTIUM.

Palea. Idem Eusebio episcopo.

Tua sanctitas requisivit a nobis, frater venerande, de filio adulto, quem pater matrimonium contrahere vult, si sine voluntate filii adulti facere potest: ad quod dicimus: Si aliquo modo non consentit filius, fieri non posse. Potest autem de filio nondum adulto, voluntas cujus nondum discerni potest, pater eum cui vult in matrimonium tradere, & postquam filius pervenerit ad perfectam ætatem, omnino observare & adimplere debet. Hoc ab omnibus orthodoxæ fidei cultoribus, sancitum a nobis, tenendum mandamus. 31. quæst. Tua sanctitas.

QUARTUM.

Absque episcopi permissu in ecclesia consecrata non erigatur altare.

Nullus presbyter in ecclesia consecrata aliud altare erigat, nisi quod ab episcopo loci fuerit sanctificatum vel permissum, ut sit discretio inter sacrum, & non sacrum; nec dedicationem fingat, nisi sit. Quod si fecerit, degradetur, si clericus est; si vero laicus, anathematizetur.

OBSER-

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. I.

Certo certius visum semper fuit viris hactenus eruditis a Gelasio summo pontifice in synodo Romana LXX. episcoporum scriptum fuisse decretum sive notitiam de libris sacris & apocryphis: cujus, ut omittam innumerabiles codices mss. vetustissimos ac præcipuæ dignationis, & ipse Nicolaus I. papa meminit epistola 42 ad omnes Galliæ episcopos missa, his verbis: *Consonat autem huic beatissimo papa Leoni sanctus & facundissimus in decretis suis papa Gelasius ita inquiens; Decretales epistolas, quas beatissimi papa diversis temporibus de urbe Roma pro diversorum patrum consultatione dederunt, venerabiliter suscipiendas decernimus*, &c. Multisque post illum annis Gratianus retulit in suam discordantium canonum concordiam parte I. distinctione XV. cap *sancta Romana ecclesia*. Verum non defuerunt qui ex codicibus aliquot mss. præsertim Iurensi ex monasterio S. Eugendi, sive, ut cum vulgo loquar, S. Claudii, & antiquissimo optimæ notæ Vrgellensi, ut qui vidit Stephanus Baluzius mihi testis est, tribuere voluerint Hormisdæ papæ, qui a Gelasio tertius Romanam rexit ecclesiam. Vide quæ Chifletius noster, (cum sub prælo properaret ad metam tomus hic noster quartus) Divione emisit in lucem, pag. 149. notarum in Vigilium Tapsensem episcopum, hoc initio:

Incipit decretale in urbe Roma ab Hormisda papa editum.

De scripturis divinis quid universaliter catholica recipiat ecclesia, vel post hæc quid vitare debeat.

TITVLI.

I. *De ordine librorum canonicorum veteris & novi testamenti.*
II. *De numero apostolicarum sedium.*
III. *De constitutionibus sanctorum conciliorum.*
IV. *De opusculis sanctorum patrum quæ recipiuntur.*
V. *De opusculis apocryphorum quæ recipienda non sunt.*

I.

Ordo de veteri testamento quem sancta, &c. Quæ non est opus hoc loco iterare, cum supra edita sint, pag. 1260. D. Si quæ occurrant alicujus momenti variantes lectiones a nostris distinctæ, in notis ad Gelasii decretum non omittentur.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. I.

Fundatum a Sigismundo Burgundionum rege catholico Agaunense monasterium aut certe instauratum nemo sanus ambigit: De anno controversia non levis; quam non est nostri instituti modo pluribus agitare. Sufficiet hocce instrumentum, quod a nonnullis in dubium, jure, an injuria? revocatur, proponere, quod plurium episcoporum (præterquam Aviti Viennensis metropolitani, quod mihi permirum accidit, per ea tempora celeberrimi, & apud Sigismundum gratia atque auctoritate potentissimi) in eo fiat mentio; præsertim cum in vetustissimis schedis bibliothecæ Thuanæ, teste Sirmondo pag. 158. operum Alcimi Aviti, extet titulus homiliæ 7. dictæ in basilica SS. Agaunensium in innovatione monasterii ipsius, vel passione martyrum.

*** In timore domini nostri Iesu Christi cum felicitate. Domino nostro Sigismundo pio, sub die pridie Kal. Maii a LX. episcopis, totque comitibus, habito concilio in Dei nomine Agauni publice, idem rex exorsus est dicere.

Audivi in euangelio dominum dicentem, *ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, in medio eorum sum*. Certus sum ego de vestra sanctitate, dominici patres, ut in isto conventu adjutor sit nobis omnipotens Deus.

A Tunc sanctus Maximus urbis Genevensis episcopus ait; Quoniam nihil est quod ex ipso non agatur, petendum nobis est, ut adminiculo ejus adjuti viam veritatis gradiamur, ut ad æterna gaudia pervenire mereamur.

Tunc rex ait: Ad hoc enim vos adunavi, ut mœrentem me consolemini, & quid agam vel respuam, addiscatis?

Responderunt episcopi: Honor tuus est o rex, judicium deligere, & facere misericordiam, & sollicitum ambulare cum Deo tuo.

Quibus rex dixit: Iam abjeci omnem ambiguitatem, & abstersit Deus a me omnem perfidiam Arianorum, adeptus sum fidem catholicam, servus sum Iesu Christi, instruite me quomodo ei placeam, cujus me profiteor amicum;

B Iam præfatus strenuus prædicator Maximus dixit: Audi sanctissimum regem o rex dicentem: *Accedite ad eum & illuminamini, & vultus vestri non erubescent*; & alibi: *Iacta cogitatum tuum in domino, & ipse te enutriet*. Et dominus in euangelio. *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.* *Psal. 33.* *Psal. 54.* *Matth. 11.*

Ad hanc ergo rationem compunctus rex ait: dic ergo alme pater, valde delector in tuis sermocinationibus. Tunc sanctissimus ille ait; quamvis indigni nostrum officium est ad annuntiandum, sed tuum est ad implendum; sit ergo eloquium nostrum sale conditum, ut audiant mansueti & lætentur, & non ut vituperetur ministerium nostrum, sermones nostri

C Deo adjuvante & divina authoritate salutem tuam præferant: dilige eos qui recto sunt corde & ambula simpliciter coram domino, in omni bonitate, justitia & veritate, te ipsum castum custodi, & noli communicare peccatis alienis, ut cum beato David securus dicas; *Odivi congregationem malignam, & invocantes, & recti adhæserunt mihi: hoc enim faciens teipsum salvum facies, & eos qui te audient*; Nobis oportunum est, ut tu juste vivas propter illud quod propheta ait; *Qualis fuerit doctor civitatis, tales & habitatores civitatum.* *Psal. 25.*

Hæc & iis similia beato Maximo dicente, rex & omnis populus qui cum eo erant suspi-

D rantes, & Deo gratias agentes, quia talem haberent instructorem, qui omnem hæsitantiam auferret a cordibus eorum.

Tum sanctus Theodorus episcopus Sedunensis ait: Instantia cordis mei est, ut proferam sermonem vestris salubribus consiliis, quid agendum sit de beatorum martyrum Thebæorum corporibus, id est Mauricii cum suis commilitonibus, qui pro Deo a Maximiano perempti sunt, & inhumati jacent; nescio qui sit homo, qui prævaleat secundum merita eorum singulis fabricare ecclesias.

Tunc omnes episcopi dixerunt: De cruore eorum locus iste sacer est & electus, illi exules fuerunt a patria, vitam mundi contemnentes,

E caduca respuentes, consanguinitatem proximi non recogitantes, juventuti non parcentes, pro Christi amore mortui sunt, & per Christum sanctificati sunt.

Tunc rex ob devotionem lacrymabili voce prorumpit: Vtinam impietas mea mihi impedimentum non fecisset, ut cum illis fuissem & occubuissem, & socius fierem gaudio eorum, sed nunc auxiliante Deo videte quomodo honorifice accipiant sepulturam;

Inito concilio ad regem dixerunt. Visum est A nobis bonum esse, ut hi tantum quorum nomina comperta sunt, id est, Mauricii, Exuperii, Candidi, Victoris, infra ambitum basilicæ quam clementia regis ad hoc opus ornare jussit, reliqua vero corpora congerantur in tutissimo loco, atque aptissimo, in uno condantur loco, & sub eximia custodia sanctissimi custodes deputentur, ne forte, quod absit, falsato ex eis furentur, & constituatur officium psallendi die noctuque indesinenter.

Vna cum rege omnibus placuit, & virum sanctissimum in omnibus operibus bonis comprobatum, in ipso loco Hymnemondum B constituerunt abbatem, qui & accersitus a venerabilibus episcopis, una cum sanctissimis viris, sancto Acino, sancto Ambrosio, sancto Proto & sanctis viris, qui ad hoc opus suscipiendum de monasterio Granensi venerant.

Hæc episcopi inter se agitantes cum præclaro rege Sigismundo, quam monachis regulæ institutionem imponere deberent, quia propter illud institutum psallentium, quod ibidem Deo protegente amodo in perpetuum sit conservandum, non potest, ut cetera monasteria, exercere opera.

Sanctus Victorius urbis Gratianopolitanæ
Prov. 11. episcopus ait: Dixit Salomon, *ubi plurima sunt* C *consilia, maxima est salus*, ad hoc venimus, ut prolatis ex divina scriptura sententiis, devotio legis suppleatur, seriusque roboretur; tandem quid utilius invenire possumus? favere est, non silere, ut subdito queant subire, & ne versuti judices videamur, de quibus Deus in
Matth. 23. euangelio ait: *Alligant enim onera gravia & importabilia, & ponunt ea in humeros hominum, digito autem suo ea nolunt movere.* Ecce enim jam dictus noster rex Sigismundus, monasterium Agaunense largitatis operibus ditavit. Conveniens itaque est, ut juxta quod dictus pater Hymnemondus Abbas perfectissimam vitam gerit, posteri ejus imiten- D tur, & exemplum sanctitatis ejus corde meditentur, & in opere exerceant. Recte mihi videtur ut secundum plenissimam devotionem domini regis, ex psallendi institutionibus, fiant novem normæ, id est, Granensis, Isiana, Iurensis, & Meluensis, & cetera; ut succedentes sibi in officiis canonicis, id est nocturnis*, matutinis, prima, tertia, sexta, nona, vespertina, in hac die, noctuque indesinenter domino famulentur.

His vero dictis omnes episcopi consenserunt. Quibus rex ait: Iam enim de psallendi officio, desiderio meo satisfactum est, quid vobis videtur, de munificentia mona- E sterii, & exhortatione doctrinæ, vel qualiter ipsi monachi vivere debeant; jam enim supradictum est, ut quia sicut cetera monasteria propter institutum psallentium non queant opera exercere, quam regulæ institutionem debeant sortiri diligenter examinetur, ut ex nostra authoritate sit munitum, & firmitate manus nostræ roboratum, atque sub vinculo anathematis obligatum.

Ad hanc interrogationem Viventiolus urbis Lugdunensis episcopus, una cum aliis episcopis dixit: Optime vobis videtur, ut munificentiam ad regem habeant, exhortationem, & doctrinam habeant ad sedem apostolicam; jam quia scimus comprobatam habere disciplinam, & sanctam conversationem sanctum Hymnemondum, quem præesse constituimus monasterio huic, & posteri ejus ipsum sequantur, ad omne opus implendum, tamen sub brevitate instituimus, ut omnes obediant ei, & sine præceptis illius nihil agatur: quidquid a prioribus ordinatum fuerit, juniores sine murmuratione expleant, & per singulas normas decani constituantur digni, ut abbas diviso pondere, de providentia eorum sit securus: de vestimentis vero scimus, quia locus iste aeris intemperie intemperatus est; propterea tam ad induendum, quam in lectis in abbatis sit consideratione: similiter de cibo & potu: unum habeant dormitorium, unum refectorium, unum locum ad calefaciendum. De disciplina vero, de gravioribus culpis secundum canones judicentur, de minoribus autem ut abbas judicaverit, & fratres consenserint, melius est enim cum amico flagellari, quam cum adversario in interitum præcipitari. Iejunium ut cetera monasteria agant, & die noctuque in orationibus vacent, & semper meditentur, & egredi de monasterio sine permissione prioris nullus præsumat. Placuit nobis ut & ipse abbas, qui nunc est, & qui futuri sunt, sint instructi ex necessitate, tam de veteri testamento quam de novo, ut alii ædificentur, & per capitalia scribantur, ut posteri teneant. Hæc instituta sunt propter eum *qui dilexit nos, & tradidit semetipsum* Ephes. 5.
pro nobis in odorem suavitatis; videat ne quis sit qui violare hæc audeat, & iram omnipotentis Dei incurrat; & si tempus advenerit, quod Deus avertat, quod divulsione aut disceptatione contra hæc agere tentaverit, tunc abbas prædicti monasterii concursionem ad sedem apostolicam habeat, quasi lumen potens illuminans, & inde ad causam suam revertatur, & probet quod omnium potentior est sapientia. & ideo ut Deo auxiliante monachi de exhortatione sancta confortati, inconcussa stabilitate permaneant indivisa caritate; & sicut nunc est gloriosissimi regis devotio suppleta, & omnium consensus sit in perpetuum conservatus atque roboratus.

Propterea ego Sigismundus gratia Dei rex Burgundionum, Christo auspice consideravi una cum supradictis LX. episcopis & comitibus, de jamdicto monasterio, quod vocatur Agaunum, quod nunc domino adjuvante infra regnum nostrum Burgundionum construximus, & venerabilem virum Hymnemondum ibidem constituimus abbatem, ubi tanta & talia sacra corpora Thebæorum martyrum qui pro Christo eorum sanguinem non dubitaverunt fundere, ad luminaria vel stipendia monachorum, quid agere debeo, nisi sicut dominus noster Iesus Christus loquitur dicens: *Beati miseri-* Matth. 5.
cordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur; &, *date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis*; &, *quicumque reliquerit* Matth. 19.
domos aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Ideo

Ideo ego pertractans verba redemptoris nostri, eidem monasterio pro animæ meæ salute de rebus meis dono, donatumque in perpetuum esse volo, hoc est in pagis vel territoriis, Lugdunensi, Viennensi, Gratianopolitano, & Augusta, Cameraria; & pago Genevensi, Valdensi, & fine Aventicensi, & Lausanensi, & Visontiensi, curtes sic nuncupatas Briogia, Olona, Cacusa, Rubregio, Statice, Communiaco, Mariniaco, Muratto, una cum appenditiis earum, & in Vallense pago, & in valle Augustana, quæ est a finibus Italiæ, alias cortes, Sidrio, Bernona, Leuca, Bromusio, Duodecimo; Paterno. In B civitate Augusta turrem unam, quæ respicit ad occidentem, & Levira, Lagona, Gizorolis, & Morga, cum omni integritate & appenditiis & adjacentiis earum, in terris, domibus, ædificiis, mancipiis, libertis, plebeiis, accolis, vineis, sylvis, olivetis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus & incursibus, mobilibus & immobilibus, seu decimis, exquisitam totum ad integrum quidquid ad ipsas villas aspicere videtur, ad locum præfati monasterii de sancto Mauritio donamus, tradimus atque indulgemus, ea enim ratione, ut ab hac die ipsas res superius intimatas prædicta C casa Dei, vel rectores ejus in luminaribus ipsius ecclesiæ, vel ad stipendium ibidem decertantium monachorum habeant & possideant, vel quidquid exinde facere elegerint, libero perfruantur arbitrio. Propterea hanc donationem nostram fieri jussimus, per quam omnino jubemus, ut nullus de fidelibus nostris, non de judiciaria potestate prædictam casam Dei vel beatorum martyrum & rectores ejus & monachos ibidem consistentes inquietare, nec calumniam generare præsumant, sed sub firmitatis nostræ studium Dei propitient, nostris & futuris temporibus, sicut diximus, pro mercedis augmento in D luminaribus ipsius ecclesiæ vel ad monachorum ipsorum stipendia perficiat in augmentis qualiter ipsius congregationem beatorum martyrum melius delectet, pro nobis Dei misericordiam attentius exorare, & ut hæc donatio vel authoritas firmior habeatur, & pro tempore conservetur & per manus nostras signaculum omni tempore obtineat firmitatem.

Maximus urbis Genevensis episcopus subscripsit.

Victor urbis Gratianopolitanæ episcopus subscripsit.

Viventiolus urbis Lugdunensis episcopus subscripsit.

Vmbdemarus comes signavit. E

Fremodus comes signavit.

Gundeulfus comes, Benedictus comes, Agano, Bonifacius, Teudemaudus, Fredeboldus comes subscrip.

Data sub die Idus Maii in virorum cœtu prope Agauno monasterio feliciter.

" * * *Mirum vero, quod jam monuimus, hinc abesse nomen ac subscriptionem S. Aviti archiepiscopi Viennensis.*

A ## SYNODVS VETERIS EPIRI IN CAVSA IOANNIS NICOPOLITANI episcopi & metropolitani veteris Epiri celebrata sub Hormisda anno domini 516.

Synodus] Mortuo Alcysone episcopo Nicopolitano, anno domino 516. qui est tertius Hormisdæ, subrogatus est Ioannes, qui statim more majorum coacta synodo episcoporum veteris Epiri, cujus ipse erat metropolitanus antistes, communionem sedis apostolicæ amplexurus fidei suæ libellum illico per Rufinum diaconum ad Hormisdam papam misit, probans quatuor generalia concilia, damnansque omnes hæreticos, eorumque in primis socium Acacium. Synodicam ejusdem argumenti ipsa synodus universa adjunxit, & per eumdem Rufinum ad pontificem transmisit. Vtraque epistola excusa est supra inter epistolas Hormisdæ. Prior sic incipit: *Cura mihi extitit semper*, &c. Posterior tale initium habet: *Si dignis præmiis uti tentemus*, &c.

CONVENTVS CELEBERRIMVS OMNIVM POTESTATVM BRITANNIÆ, videlicet archiepiscoporum, episcoporum, abbatum, &c. ad coronationem inclyti regis Arthuri solennizandam habitus.

In quo sanctus Dubritius archiepiscopatu cedit, & alii ad episcopatus promoventur.

CONSVMPTIS ergo primis in hunc modum tribus diebus, instante quarto, vocantur cuncti qui ipsi [*regi Arthuro*] obsequium præstabant, & singuli singulis possessionibus, civitatibus videlicet atque castellis, archiepiscopatibus, episcopatibus, abbatiis, ceterisque honoribus donantur.

Beatus igitur Dubritius in eremiticam vitam anhelans, sese ab archiepiscopali sede deposuit, in cujus locum sacratur David regis avunculus, cujus vita exemplum totius bonitatis erat his quos doctrina imbuerat. In loco vero Sampsonis Dolensis archipræsulis destinatur Chelianus illustris presbyter Landaviæ, annuente Hoelo rege Armoricorum Britonum, cujus vita & boni mores virum commendaverunt. Episcopatus vero Silcestriæ Mauganio, & Guintoniæ Diuvanio decernitur. Decernitur quoque pontificalis infula Alclud Elidanio.

CONCILIVM * TARRACONENSE DECEM EPISCOPORVM TEMPORE Hormisdæ papæ habitum, æra DLIV. anno domini 516.

TITVLI CAPITVLORVM.

ANNO CHRISTI 516.

* diœcesim
* parochiis

VII. *Ut diœcesani clerici septimanas teneant, & die sabbato omnes in unum conveniant.*

VIII. *Ut annis singulis episcopi * diœcesani visitent, & ut non plus quam tertiam de * parochiis accipiant.*

* prohibeantur.

IX. *De clericis & ostiariis, qui adulteris mulieribus admiscentur, ut * projiciantur.*

X. *Ut nullus episcopus pro judiciis munera accipiat.*

XI. *Ut monachus missus alicubi, ministerium clericatus agere non præsumat, nec negotiator, nec executor existat.*

XII. *Ut si episcopus intestatus obierit, inventarium de rebus ejus clerici faciant, & nullus exinde aliquid auferat.*

XIII. *Ut episcopus diœcesanos presbyteros, & quosdam ex laicis convenire literis ad synodum moneat.*

PRÆFATIO.

*In nomine Christi habita synodus Tarracone, b anno sexto c * Theuderici regis, consulatu * Petri, sub die octavo Idus Novembris.*

* Theodorici
* forte Agapeti.
" infelix omnino Garsiæ conjectura ac delenda: fuit enim Petrus an. 516. consul.
* hac observatione.
* metropolitana observantissime fundata,

ANTIQUI patres statuta de his censuisse videntur, quæ in tempore, aut ad illos relata pervenerunt, aut certe acta testimonio proprio comprobaverunt. Cujus rei & nos sequentes exemplum, illa quæ nunc fiunt placuit, observanda decernere, ut præterita absque ambage custodiantur, & præsentia * observatione sint firma. Igitur cum in unum pariter convenissemus in urbem Tarraconensem, quæ est * metropolitana, titulos subter adnexos conscripsimus observandos.

CAPITULA.

I.

* sustineat,
* longius præb.

De his, quibus cura pro parentelæ proximitate haberi permittitur, ut cautela eorum necessitates * sustentent, pietatis beneficia, quæ eis sunt necessaria, * præbeant: ipsi vero pro visendis eis, cum ingressi fuerint, celeri salutatione recurrant, nec inibi faciant mansionem: qui tamen, cum ad earum visitationem pergunt, testem solatii sui, * fide & ætate probatum adhibeant secum. Si quis hæc a nobis statuta contempserit; si clericus est, loci sui dignitate privetur; si vero religiosus vel monachus, in cella monasterii reclusus pœnitentiæ lamentis incumbat; ubi singulari afflictione, panis & aquæ victum ex abbatis ordinatione percipiat.

* fide & ætate providum

14. quæst. 4. can. Statutis.

II.

Decret. Ivonis parte 13. c. 13. Burch. lib. 2. cap. 122.
* ut quicumque
* quod certe.

Sicut canonum statutis firmatum est, * quicumque in clero esse voluerit, emendi vilius, vel vendendi carius studio non utatur: * certe si voluerit hæc exercere, cohibeatur a clero.

III.

* præstiterit, hoc
14. quæst. 4. Si quis clericus in necessitate. Decret. Ivo. part. 6. cap. 369.

Si quis vero clericus solidum in necessitate * præstiterit, ut hoc de vino A vel frumento accipiat quod mercandi causa tempore statuto decretum fuerit * venumdari: ceterum si speciem non habuerit necessariam, ipsum quod dedit sine ullo augmento recipiat.

* venumdare:

IV.

15. quæst 4. Nullus episcoporum aut presbyterorum. Ivo part. 4. cap. 22.
* vendicare, *al.* ventilare,
* *fors.* ad
* vindicandi,
* excepto criminali.

Ut nullus episcoporum, aut presbyterorum, vel clericorum die dominico propositum cujuscumque causæ negotium audeat * judicare; nisi * ut hoc tantum, ut Deo statuta solennia peragant. Ceteris vero diebus convenientibus personis, illa quæ justa sunt B habeant licentiam * judicandi, * exceptis criminalibus negotiis.

V.

Dist. 65. Si quis in metropolitana
* quam suscepta benedictione
* episcopi

Si quis in metropolitana civitate non fuerit episcopus ordinatus, postea * cum susceperit benedictionem, per metropolitani literas honorem fuerit * episcopatus adeptus, id optimum esse decrevimus, ut postmodum statuto tempore, id est, impletis duobus mensibus, se metropolitani sui repræsentet C aspectibus, ut ab illo monitis ecclesiasticis instructus, plenius quod observare debeat recognoscat. Quod si forte hæc implere neglexerit, in synodo increpatus a fratribus corrigatur. Quod si forte infirmitate aliqua, ne hoc impleat, fuerit præpeditus, hoc suis literis metropolitano indicare procuret.

VI.

Dist. 18. Si quis episcoporum commonitus. Simile est in Panor. lib. 4. c. 18. ex Arvernens.
* episcoporum
* sanxerunt,

Si quis * episcopus commonitus a metropolitano ad synodum, nulla gravi intercedente necessitate corporali, venire contempserit, sicut statuta patrum * censuerunt, usque ad futurum concilium cunctorum episcoporum caritatis communione privetur. D

VII.

* sabbati

De diœcesanis ecclesiis, vel clero id placuit definiri, ut presbyteri, vel diaconi, qui inibi constituti sunt, cum clericis, septimanas observent: id est, ut presbyter unam faciat hebdomadam; qua expleta succedat ei diaconus similiter: ea scilicet conditione servata, ut omnis clerus die * sabbato ad vesperam sit paratus, quo facilius die dominico solennitas E cum omnium præsentia celebretur: ita tamen ut omnibus diebus vesperas & matutinas celebrent; quia desistente clero (quod est pessimum) comperimus in basilicis nec luminaria ministrari. Si qui sane negligentiæ vitio hæc implere noluerint, noverint se secundum statuta canonum pro modo personarum canonicæ disciplinæ subdendos.

VIII.

VIII.

A Multorum casuum experientia magistrante, reperimus nonnullas diœcesanas esse ecclesias destitutas: * ob quam rem, id hac constitutione decrevimus, ut antiquæ consuetudinis ordo servetur, & * annuis vicibus ab episcopo diœcesano visitentur: & si qua forte basilica reperta fuerit destituta, * ordinatione ipsius * reparetur: d quia * tertia ex omnibus per antiquam traditionem, ut accipiatur ab episcopis, * novimus statutũ.

IX.

B Si quis * lectorum adulteræ mulieri voluerit misceri, vel adhærere consortio; aut relinquat adulteram, aut a clero habeatur extraneus. * Similis sententia ostiariorum manebit scholam.

X.

Observandum quoque decrevimus, ne quis sacerdotum, vel clericorum, more sæcularium judicum, audeat * accipere pro impensis patrociniis munera, nisi forte in ecclesia oblata gratuita, C quæ non favore muneris videatur accepta, sed collatione devotionis illata. Quia si qui ista probantur accipere, veluti exactores fenoris, aut usurarum possessores, secundum statuta patrum se noverint degradandos.

XI.

Monachi a monasterio foras egredientes, ne aliquod ministerium ecclesiasticum præsumant agere, prohibemus, nisi forte cum abbatis imperio. Similiter, ut nullus eorum (id est monachorum) forensis negotii susceptor vel D executor existat, nisi id quod monasterii exposcit utilitas; abbate sibi nihilo minus imperante, canonum ante omnia Gallicanorum de eis constitutione servata.

XII.

Sicubi defunctus fuerit episcopus intestatus, post * depositionem ejus, a presbyteris & diaconibus de rebus ipsius * breve fideliter conscribatur, a minimo usque ad maximum, id est, de utensilibus, vel omni supellectile: E ita tamen, ut si quis exinde vel * præsumpsisse, vel occulte fuerit tulisse convictus, secundum furti tenorem restituat universa.

XIII.

Epistolæ tales per fratres a metropolitano sunt dirigendæ, ut non solum * a cathedralibus ecclesiis presbyteri, verum etiam de diœcesanis ad concilium trahant, & aliquos de filiis ecclesiæ sæcularibus secum adducere debeant.

d SUBSCRIPTIONES.

Ioannes in Christi nomine episcopus Tarraconensis civitatis * constitutiones a nobis conscriptas subscripsi. [* constitutionibus conscriptis]

Paulus in Christi nomine episcopus * Impuritanæ civitatis subscripsi. [* in Tirassonensi civitate]

Hector * episcopus Carthaginensis metropolis subscripsi. [* in Christi nomine episc. Carthaginis]

* Frontinianus in Christi nomine episcopus Gerundensis civitatis subscripsi. [* Fortunianus]

Agritius in Christi nomine episcopus Barcinonensis civitatis subscripsi.

Ursus in Christi nomine episcopus Dertosanæ civitatis subscripsi.

Orontius in Christi nomine episcopus * Illeberitanæ civitatis subscripsi. [* Eliberitanæ]

Vincentius in Christi nomine episcopus Cæsaraugustanæ civitatis subscripsi.

* Camidius in Christi nomine episcopus Ausonitanæ civitatis subscripsi. [* Cinidius, al. Divadius]

e Nibridius in Christi nomine minimus sacerdotum constitutionem sanctorum canonum subscripsi, sanctæ ecclesiæ * Egarensis minister. [* Bigerrensis]

FRAGMENTUM TARRACONENSIS CONCILII EX GRATIANO.

Gratianus de consecr. dist. 5. cap. Dictum est. Habetur etiam in concilio Cabilonensi II. cap. 27. usque ad verbum: Quia bis vel ter. *Ita etiam est annotatum in decreto Gregoriano.*

Dictum est nobis quod quidam de plebe bis vel ter, vel eo amplius episcopis ignorantibus, tamen ab eisdem episcopis confirmentur. Unde visum est nobis, eamdem confirmationem sicut nec baptismum iterari minime debere: quia bis vel ter vel amplius baptizatos, aut confirmatos, non sæculo, sed soli Deo, sub habitu regulari, vel clericali religiosissime famulari decretum est. [Burch. lib. 4. cap. 50. Ivo part. 1. cap. 144.]

NOTÆ SEVERINI BINII EX GARSIA.

a *Tarraconense.*] Tarraco celeberrima etiam nunc in comitatu Cathaloniæ metropolitana civitas. Meminere hujus Ptolemæus libro 2. geographiæ cap. 2. 4. & 6. Plin. lib. 3. cap. 1. & 3. & Strabo lib. 3. Antoninus in itinerario, Pomponius Mela atque alii. Fuit autem Tarraconensis hæc synodus celebrata sub Hormisda Romano pontifice anno domini 516. ex Isidoro & aliis est æra 554. *Hæc Garsias.* Idem sentit Baronius anno eodem in fine. [Locus concilii.]

b *Anno sexto Theodorici.*] Non intelligas hæc de sexto anno regni Italiæ: nam ejus regni hic 516. numeratur vigesimus quartus. Sed potius cum regnare cœpit in Hispania, quod contigit (ut sanctus Isidorus scribit) anno regni ejus in Italia decimo octavo, a quo ipso hic ipsius regnantis in Hispania sextus dicetur. Hæc Baronius prædicto loco. [Quo tempore habitum.]

c *Theuderici.*] Theodoricus Ostrogothorum & Italiæ rex Arianus pro Alarico rege Hispaniæ genero suo bellum contra Clodoveum Gallorum regem suscepit, cumque fudit. Mortuo autem Alarico, pro Amalarico, Alarici filio, ejusque ex filia nepote, Hispaniam sapienter & pie rexit, eamque a Francorum incursionibus liberam servavit, donec Amalaricus regimen regni susciperet. " Hujus ingenium, mores, ætatem, vitamque omnem Sidonius Apollinaris eleganti epistola describit ad Agricolam. *Garsias.* [Theodoricus rex.] [" errant Garsias & Binius: Vvisigothũ Theod. laudavit Sidonius, non hunc.]

d *Quia tertia ex omnibus.*] Gelasius papa cap. 29. epistolæ ad episcopos per Lucaniam & Brutium, *Quatuor* (inquit) *tam de reditu, quam de oblatione fidelium, prout cujuslibet ecclesiæ facultas admittit (sicut dudum rationabiliter est decretum) convenit fieri portiones: quarum una sit pontificis, altera clericorum, tertia pauperum, quarta fabricis applicanda.* Ex quo decreto constat ecclesiasticarum rerum divisionem quadripartito fieri solitam. [Cap. II. Ecclesiasticorum bonorum quadripartita divisio.]

ANNO CHRISTI 517.

Qua de re Gregorius agit libro 3. epistolarum, epistola 11. Idemque ad Augustinum episcopum Anglorum, *Mos est*, inquit, *apostolicæ sedis, ordinato episcopo præcepta tradere, ut de omni stipendio quod accedit quatuor debeant fieri portiones.* Refert idipsum Gratianus 12. quæstione 2. ex decretis Gelasii. Quam divisionem ex concilio Romano, sub Silvestro primo celebrato, originem ducere existimo. Nam in canone ejus 4. id sancitur, nec ante id tempus mentionem illius invenio: vocaturque a Gregorio canonica partitio, libro tertio epistolarum epist. 11. In Hispania vero hanc divisionem non receptam, sed eam, quæ fit in tres tantum portiones, constat ex concilio Tarraconensi cap. 6. & concil. Tolet. IV cap. 32. & ex Toletano IX. cap. 6. ex Bracarensi etiam II. cap. 2. refertque Gratianus 12. q. 3. c. Si episcopus, & Ivo lib. 3. c. 171. Et apertius id ostendit concilium Agrippinense c. 6. *Item quod decima, quæ a fidelibus datur, Dei census nuncupandus est, & Deo integre reddenda; cujus tertia pars, secundum canonem Toletanum, episcoporum esse debet. Nos vero hac potestate uti nolumus, sed tantum singulis annis quartam partem, juxta usum Romanorum pontificum, & observantiam sanctæ Romanæ ecclesiæ, de eadem habere volumus.* In principio vero ecclesiæ hanc divisionem nondum in usu positam existimo, quod arbitrio episcopi res ecclesiæ regebantur: postea vero crescente ecclesiæ peculio, in concilio Nicæno sunt qui dicant, ut quieti & paci consuleretur, hanc divisionem esse factam. Quod vero omnia bona ecclesiæ sub unius pontificis potestate principio ecclesiæ fuerint, ex canone apostolorum 14. constat, ubi sic habetur: *Præcipimus ut in potestate sua episcopus ecclesiæ res habeat.* Canone etiam 5. jubetur ut omnia quæ offeruntur ad domum episcopi & presbyteri mittantur, ut eorum arbitrio diaconis & ceteris clericis dividantur: & can. 39. omnium ecclesiasticorum negotiorum soli episcopo æqua dispensatio curaque committitur: sicut etiam concil Lucens. can. 16. De qua re eruditissimam & sanctissimam scripsit epistolam Vrbanus primus ad universos episcopos, & Lucius primus. Consule etiam concil. Gangrense, 7. & 8 & concil. Antiochenum canone 24. & 25. Citat hoc caput D. Thomas 2. 2. quæst. 185. artic. 7. ut probet episcopos plenam suarum rerum habere potestatem. *Hæc Garsias.*

Alii tripartita.

d *Subscriptiones*] In concilio Gerundensi habito æra 555. uno anno post hoc Tarraconense, fere iidem episcopi subscribunt, ut Paulus, Ioannes, Fontinianus, seu Frontinianus, Agritus, seu Agritius, Orontius, Nibridius *Garsias.*

e *Nibridius*] Frater Iusti Vrgelitani, qui in cantica scripsit, & Iustiniani, Valentini, & Elpidii. Non fuit episcopus Agathensis, sed potius Egarensis, ut hac subscriptione constat, consentientibus omnibus codicibus manuscriptis, *Garsias.*

CONCILIVM GERVNDENSE

SEPTEM EPISCOPORVM HABITVM tempore Hormisdæ papæ æra DLV. anno domini 517.

TITVLI CAPITVLORVM.

In nomine Christi synodus habita Gerundæ, anno VII. Theuderici regis, VI. Idus Iunias, Agapeto viro clarissimo consule.

ANNO CHRISTI 517.

I.

De institutione missarum, ut quomodo in metropolitana ecclesia fuerit, ita Dei nomine in omni Tarraconensi provincia, tam ipsius missæ ordo, quam psallendi, vel ministrandi consuetudo servetur.

[De consecr. dist. 2. Institutio. Burch. lib. 3. cap. 66. Ivo part. 3. c. 68.]

II.

De litania, ut expleta solennitate pentecostes, * sequens septimana, a quinta feria usque in sabbatum, per hoc triduum abstinentia celebretur. [* sequenti]

III.

Item secundæ litaniæ faciendæ sunt Kalendis Novembris, ea tamen conditione servata, ut si iisdem diebus dominica intercesserit, in alia hebdomada, secundum prioris abstinentiæ observantiam, a quinta feria incipiantur, & in * sabbato vespere missa facta finiantur. Quibus tamen diebus a carnibus & a vino abstinendum decrevimus. [* sabbati]

IV.

De catechumenis baptizandis id statutum est, ut in paschæ solennitate, * vel pentecostes, quanto majoris celebritatis major celebritas est, tanto magis ad baptizandum veniant: ceteris solennitatibus infirmi tantummodo debeant baptizari: quibus quocumque tempore convenit baptismum non negari.

[De consecr. dist. 4. De catechumenis. Ivo part. 1. c. 60. Pan. lib. 1 c 20. * vel natalis domini.]

V.

De parvulis vero qui nuper materno utero editi sunt, placuit constitui, ut si infirmi, ut assolet, fuerint, & lac maternum non appetunt, etiam eadem die qua nati sunt (si oblati fuerint) baptizentur.

[Ivo part. 1. cap. 226.]

VI.

De * conversione vitæ id statuere placuit a pontifice usque ad subdiaconum, post suscepti honoris officium, si qui * ex conjunctis fuerint ordinati, ut sine conjuge habitent: quod si habitare noluerint, alterius fratris utatur auxilio, cujus testimonio vita ejus debeat clarior apparere.

[* conversatione] [* si quis ex conjugatis fuerit ordinatus, ut semper alterius fratris]

VII.

De his vero qui sine conjugibus ordinantur, & familias domi habent, habito secum, pro vitæ conversatione, fratre in testimonium, non per quamcumque feminei sexus personam ejus substantia gubernetur: nisi aut per puerum, aut per amicum, suam domum debet ordinare *. Si vero matrem in domo habuerit, aut sororem, secundum priorum canonum statuta, per earum personas ejus debet contutari substantia.

[*; nisi matrem aut sororem in domo habuerit, ut secundum.]

VIII.

VIII.

Si quis vero de laicis poſt uxorem aliam cujuſcumque conditionis cognoverit mulierem in clero nullatenus admittatur.

IX.

Is vero qui ægritudinis languore depreſſus pœnitentiæ benedictionem (quam viaticum deputamus) per communionem acceperit, & poſtmodum reconvaleſcens caput pœnitentiæ in eccleſia publice non ſubdiderit, ſi prohibitis vitiis non detinetur obnoxius, admittatur ad clerum.

X.

Ita nobis placuit, ut omnibus diebus, poſt matutinas, & veſpertinas, oratio dominica a ſacerdote proferatur.

[e] SVBSCRIPTIONES.

[f] Ioannes in Chriſti nomine epiſcopus ſubſcripſi.

* Frontinianus in Chriſti nomine epiſcopus ſubſcripſi.

Paulus in Chriſti nomine epiſcopus ſubſcripſi.

Agritius in Chriſti nomine epiſcopus ſubſcripſi.

* Cinielius in Chriſti nomine epiſcopus ſubſcripſi.

Nibridius in Chriſti nomine epiſcopus ſubſcripſi.

Orontius in Chriſti nomine epiſcopus ſubſcripſi.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Gerundenſe.*] De Gerunda Hiſpaniæ citerioris nobili opido Cathaloniæ vide Ptolemæum lib, 2. cap. 6. Plinium lib. 3. cap. 3. & Antonini itinerarium. *Hæc Garſias.* Tarraconenſis provinciæ civitatem eſſe ſcribit Baronius anno 517 num. 67.

b *Theodorici* VII.] Regnantes in Hiſpania, qui eſt regni illius Italici 25. & Chriſti nati 517. qui cum Agapiti conſulatu in faſtis emendationibus coincidunt:

c *De litania.*] Cap. 2. & 3. His duobus capitibus agitur de primis & ſecundis litaniis faciendis. Litaniæ Græce, Latine rogationes dicuntur, ut conſtat ex concilio I. Aurelian. can. 27. & Moguntiaco ſub Carolo Magno. Sunt autem rogationes ad rogandum Deum a patribus & ad impetrandam Dei miſericordiam inſtitutæ ſunt autem aliæ majores, aliæ minores: neque ſtatuto tempore in principio celebrari ſolitas invenio, ſed multoties & pluries pro conſuetudine & devotione eccleſiæ, & ingruentibus neceſſitatibus, cum auxiliares ſint ad cor populi ad pœnitentiam emolliendum. Apud S. Gregorium epiſt. 76. lib 7. indict. 2. ad Caſtorium habetur memoria de quatuor vel quinque ſolennibus litaniis in Ravennate eccleſia celebrari ſolitis.

A quo autem fuerint primo editæ nondum conſtat. Hoc autem certum, fuiſſe totius eccleſiæ catholicæ vetuſtiſſimum inſtitutum, ſupplicationes publicas in calamitatibus & populi preſſuris habere: unde Gregorius, urgente aliqua neceſſitate, non tantum Romanis, ſed etiam externis litanias indicebat, ut apparet libro 9. regiſt. epiſt. 49. indict. 4. Orientales eccleſiæ litaniis utuntur, ut conſtat ex Baſilio epiſt. 63. ad Neocæſareenſes, quas a ſancto Gregorio Thaumaturgo in ea eccleſia celebratas, & in more poſitas tradit: & deinde omnes orientales patres, Arianos etiam ſolenni pompa eas fuiſſe æmulatos, auctor eſt Socrates lib. 6. cap. 8. & Sozomen. lib. 8. cap. 8. quas Arcadius imperator edicto promulgato illis inhibuit, libro 30. de hær. cod. Theod. Sanctus etiam Mamertus epiſcopus Viennenſis non inſtituit celebres illas quas pene tota eccleſia recepit, ſed ad meliorem formam ſacras rogationes reduxit, conſopitaſque & frigidas excitavit, ut conſtat ex Adone in chronico,

A & Alcimo Avito, ejuſdem eccleſiæ epiſcopo, & ex epiſt. Sidonii Apollinaris ad ſanctum Mamertum, libro 7. epiſtola 1. & alia ad Aprium, libro 14. epiſt. 5. Sanctus Gregorius litanias majores ad ſanctum Petrum indixit, earumque annuam celebritatem decreto confirmavit, ut in principio libri ſecundi regiſtri: *Solennitas* (inquit) *annua devotionis nos, fratres dilectiſſimi, admonet, ut litaniam, quæ major ab omnibus appellatur, ſolicitis ac devotis debeamus, auxiliante Deo, mentibus celebrare.* Idem pontifex, occaſione imminentis peſtilentiæ, litaniam, quam ſeptiformem appellant, inſtituit. Extat de ea re conſtitutio data IV. Kalendas Septembris lib. 11. cap. 2. Ejuſdem meminit Gregorius Turonenſis de geſtis Franc. lib. 10. cap. 1. & Paulus diaconus de geſtis Longobardorum, libro 3. capite 11. *Hæc Garſias.* Vide etiam quæ notavimus ſupra in notis concilii Aurelian. I. canone 27. & epiſtol. 1. & in notis epiſt. 11. Hilarii papæ.

Fiebant autem litaniæ inceſſu & cantu: unde proceſ- *Quis modus litaniarum?*
B ſiones dicuntur concilio Laodiceno can. 17. Fuit autem penes Chriſtianos Latinos antiqua conſuetudo, devote & ſimul ad loca martyrum procedere, ut conſtat ex Hieronymo epiſt. 12. ad Euſtochium, & Tertulliano lib. 2. ad uxorem. De tempore celebrationis conſtat, *Quo tempore habitæ ſint?* temporibus divi Auguſtini ante ſolennitatem aſcenſionis rogationes ſacras fieri, ut eſt in ejus ſermone 173. de tempore, habito in vigilia aſcenſionis, & ex concilio I. Aurelian. can 27. relato a Gratiano in cap Rogationes, de conſecr diſt. 3. ubi ſic ſcriptum eſt: *Rogationes ante aſcenſionem domini placuit celebrari: ita ut præmiſſum triduanum jejunium in dominicæ aſcenſionis ſolennitate ſolvatur: per quod triduum ſervi & ancillæ ab opere relaxentur.* Quem morem nunc ſervat eccleſia. In quinta dominica poſt paſcha majores rogationes tribus diebus celebrat, fer. 2 3. & 4. quæ eſt vigilia aſcenſionis: minores vero rogationes, in die S. Marci euangeliſtæ. Fiebant & aliæ a die Iduum Decembrium, triduo ubi-
C que, ut conſtat ex V. conc. Tolet. c. 1. & VI. cap. 2. & II. Bracar c. 9 Et Kalendis Novembris aliæ inſtitutæ, ex Gerund. c. 3. Tribus etiam continuis diebus magna populi conſenſione & numero celebrabant, orando, jejunando, & pſallendo, ita caſte & pie, ut in concilio Moguntiaco ſub Carolo magno dicatur, celebrandas eſſe, ſicut cuncti patres ſancti noſtri inſtituerunt, non equitando, nec precioſis veſtibus induti, ſed diſcalceati, cinere & cilicio induti, &c. Idem Tertul. l. 2. ad uxorem Et hos rogationum dies laicis denuntiandos inter miſſarum ſolennia ſtatuit concilium Lugdunenſe a Gratiano citatum in c. 1. de conſecr. diſt. 4. Hæc de litaniis, ad populi devotionem excitandam, ſubjecimus. Nicephorus auctor eſt lib. 14. cap. 3. Theodoſium juniorem litaniam pro ſerenitate & aeris clementia impetranda inſtituiſſe. Ponam verba, ut quæ diximus aptius comprobentur. *Litania* (inquit) *inſtituta eſt: ſupplicantes proceſſere, laudibus Deum vexere, atque una concors eccleſia civitas tota facta; & ipſe Theodoſius hymnis canendis præit, habitu pri-*
D *vato incedens. Minime vero eum fefellit opini; ſtatim enim cælum aerem turbidum cum ſerenitate commutavit, & frumenti non mediocrem inopiam ingens quædam frugum copia & ubertas eſt ſecuta.* Gentilibus etiam ſupplicationes publice fiebant: ut a ſenatu Romano, dierum 20. vel 30. decernebantur, bello geſto, vel victoria parta. Dei enim anticipata cognitio ita mentibus hominum inſidet, ut rerum humanarum procurationem ab ipſo pendere, atque ipſi eſſe gratias agendas, publicis ſupplicationibus faterentur. *Garſias.*

d *Vel pentecoſtes.*] Sic habetur de conſecr. diſtinct 4. cap. de catechumenis: quam lectionem exiſtimo eſſe ſequendam. Nam quamvis apoſtolorum tempore, & infra, non erant diffinita diſtinctaque tempora ad baptiſmum ſuſcipiendum, ſed petentibus conferri quo-
E cumque tempore ſolebat, ut auctor eſt divus Ambroſius ad cap. 4. epiſtolæ ad Epheſios. Tertulliani verba, libro de baptiſmo, de hac re ponam, cap. 19 *Diem baptiſmo ſolenniorem* (inquit) *paſcha præſtat; cum & paſſio domini, in qua tinguimur, adimpleta eſt; nec incongruenter ad figuram interpretabitur, quod eum ultimum paſcha dominus eſſet acturus, miſſis diſcipulis ſuis ad præparandum.* Invenietis *(inquit)* hominem aquam bajulantem, *Marc. 14.*
paſchæ celebrandæ locum de ſigno aquæ oſtendit. Exinde pentecoſte ordinandis lavacris latiſſimum ſpatium eſt, quo & domini reſurrectio inter diſcipulos frequentata eſt, & gratia Spiritus ſancti dedicata, & ſpes adventus domini ſubostenſa; quod tunc in cælos recuperato eo, angeli ad apoſtolos dixerunt, ſic venturum, quemadmodum & in cælos conſcendit, utique in pentecoſte. Sed enim Ieremias, cum dicit; Et *Ierem. 31.*
congregabo illos ab extremis terræ in die feſto, *paſcha diem ſignificat, & pentecoſtes, quod eſt proprie dies feſtus.*

Ceterum

ANNO CHRISTI 517.

Ceterum omnis dies domini est, omnis hora, omne tempus habile baptismo: si de solennitate interest, de gratia nihil refert. Hæc Tertullianus. Sed propter baptismi solennitatem, & præstantiorem catechumenorum institutionem, statuta diffinitaque sunt duo hæc tempora, pascha & pentecoste. Auctores sunt Siricius papa, epistola ad Himerium Tarraconensem, canon. Non ratione. de consecr. dist. 4. Hieronymus ad cap. 14. Zachar. & epist. 61. ad Pammachium, cap. 16. Leo Magnus, epist. 4. ad universos episcopos per Siciliam constitutos, can. Cum tempora, de consecr. dist. 4. & epist. 68. ad universos per Campaniam, &c. constitutos: & Gelasius papa ad universos episcopos per Lucaniam: & in hoc cap. 4. Alcuinus de ecclesiasticis officiis, cap. de baptismo domini, & capite de sabbato sancto paschæ. Fuit vero hæc consuetudo antiquata tunc, propter communis vitæ pericula. Vnde Socr. lib. 5. hist. ecclesiasticæ c. 19. refert in Thessalia complures obiisse absque baptismo, quod diebus paschæ dumtaxat baptisma conferri consueverit. Fontis vero consecratio stata & solennis, tam in pascha quam in pentecoste fit, ut in ritu Romano in missali constat: & aqua illa benedictionibus lustrata, summa populi observantia in urceolos per domos deducta, ad omne malum repellendum eximie prodest. Vide notas epist. 4. Leonis supra " tomo 7. *Garsias.*

" Tomo III. p. 1297. E.

e *Subscriptiones*] Ex Tarraconensi concilio constat, quod Ioannes fuerit Tarraconensis, Frontinianus Gerundensis, Paulus Empuritanæ, Agritius Barcinonensis, Nibridius Egarensis, Orontius Eliberitanæ: hæc est Cauco Illiberis, ad radices Pyrenæi montis vergentis ad mare mediterraneum.

f *Ioannes in Christi nomine.*] Ad hunc episcopum habes epistolam Hormisdæ papæ in collectione nostra decretalium epistolarum. *Garsias.* Omnes consentiunt eumdem Ioannem Tarraconensem episcopum huic Gerundensi concilio præsedisse, qui præcedenti synodo Tarraconensi præfuit. Baronius prædicto loco.

NOTÆ GABR. ALBASPINEI EPISC. AVREL.

AD CANONEM X. GERVNDENSIS.

In hoc canone sermo est de iisdem de quibus in præcedenti qui in ipso discrimine mortis, quo exploratior salutis æternæ spes eos consolaretur, pœnitentiam sibi dari obnixe efflagitabant: quamquam nullam mortiferam noxam prudenter se commisisse, nec quicquam unquam se præstitisse arbitrarentur, quod vel levissima pœnitentia mulctandum esset: est enim in fine canonis ita scriptum, *si prohibitis vitiis non detinetur,* unde id judices, sentiasque causam obeundæ pœnitentiæ, non aliam fuisse, quam quod mortis ipsius metu & terrore perfunderentur, cum tamen nulla peccata commisissent; quod & fusius etiam ex eodem canone confirmari potest, quodque ipso morbo sæviente aut ingravescente, imposita quædam esset pœnitentia, & quam se facturos recepissent, non eam proferre longius cogerentur; quod contra eos facere, aut perficere canon adegisset, si peccati cujusdam lethalis eos conscios esse deprehendisset. Idem omnino corroboratur decerniturque can. 54. concilii Toletani quarti, quo clarissimam lucem huic canoni intelligendo adferri videas.

Quia vero severe & rigide satis prohibebatur, ne quis ad clericatum admittatur, a quo pœnitentiam factam esse constaret: quærebatur utrum qui eam peregisset, aut se eam peracturum in ultimo vitæ periculo constitutus novisset, recuperata valetudine ad clericatum promoveri eum oporteret, aut deceret: canonis quidem hæc est opinio ac sententia, quamquam eam quispiam noverit, tonsuramque & habitum præ se tulerit, si tamen morbo depulso perspicuum sit, id timore esse factum, & majore quadam cura ac sollicitudine salutis æternæ consequendæ impulsum pœnitentiam accepisse & vovisse, nulloque illum videri crimine aut flagitio, quod expiandum sit pœnitentia aspersum, posse in numerum clericorum adscribi: sin autem ubi valetudinem recuperaverit, se voto exolverit; impositionem illam manuum publicam, quæ pœnitentibus tertii gradus dabatur, subierit, tum ob eam rem excluditur, quamvis nullius culpæ, aut criminis affinis fuerit, metuque aliquo conturbatus ad pœnitentiam voto se obligarit. Nam cum omnium se oculis seu toti ecclesiæ conspiciendum dedisset, atque adeo inter pœnitentes visus fuisset, non mediocriter sane perturbata fuisset, si inter præsidentes eum aspexisset, qui cum aliquo pudore manuum impositionibus palam & publice purgatus esset.

Pœnitentiæ benedictionem per communionem acceperit, hoc est qui pœnitentiam per benedictionem simplicis reconciliationis acceperit: qua enim impositione manuum, aut benedictione aut oratione, absolutionem largiebantur morienti, qui excommunicatus esset; aut alii qui in morte peccatum lethale detegebat, eamdem etiam pœnitentiam largiebantur, quæ separatim & impositione manuum dabatur aliquando, cum nulla urgeret necessitas; propterea canon ait per communionem, hoc est, per absolutionem & simplicem reconciliationem; ideoque canon iste benedictionem pœnitentiæ viaticum vocat, cum sola, nisi addatur absolutio, neque communio, neque viaticum dici possit.

Viaticum, simplex reconciliatio & absolutio morienti sufficiens erat viaticum; quamvis eucharistia non donaretur.

Pœnitentiæ in ecclesia publice non subdiderit, hæc verba ad impositionem manuum tertii gradus pœnitentiæ referuntur, cum patres omnes, conciliaque omnia verbis prope iisdem, aut ad eumdem sensum pertinentibus eadem dicant, & interpretentur, ut papa Felix, aliique exposuerunt, *pœnitentiæ colla subdere*: docent igitur patres si has manus impositiones quæ fierent in tertio gradu non subierit, eum posse inter clerum adsumi.

[a] CONCILIVM " INCERTI LOCI.

IN QVO HÆRETICVS ARIANVS CORAM sancto Remigio episcopo divinitus obmutescens ad fidem catholicam circa hæc tempora conversus est.

" Binius & quidam alii recentiores post Baronium Rhemense appellant, & anno 514. affigũt, cum Hormisdæ epistolam ad se missam recepisset S. Remigius.

Synodi *hujus meminerunt Hincmarus archiepiscopus in vita sancti Remigii, & ex Hincmaro Flodoardus presbyter, cujus hæc verba sunt libro 1. histor. ecclesiæ Rhemensis capite 16.* Galliæ præsules ad synodum fidei gratia convenientes, beatum Remigium, utpote virum divinis eloquiis eruditissimum, & doctrinis ecclesiasticis exercitatissimum, ad idem concilium venire petierunt. Cui conventui Arianus quidam episcopus, acerrimus disputator, & dialecticis propositionibus ac conclusionibus confisus, hincque nimis elatus intererat. Ingrediente vero concilium sancto Remigio, & a multitudine fratrum reverenter ei cunctis assurgentibus excepto, superbus hæreticus illi assurgere dedignatur. At mox ut beatus Remigius ante ipsum transiit, ille locutionis officium ore obstructo amisit. Expectantibus universis ut post allocutionem sancti Remigii loqueretur, ille ne unum quidem verbum proferre potuit. Sicque beati viri vestigia pronus tandem petens, nutibus veniam postulavit. Cui S. Remigius: In nomine, inquit, domini nostri Iesu Christi veri Filii Dei, si sic de eo recte sentis, loquere, & de illo sicut catholica credit ecclesia crede, & confitere. Ad cujus vocem hæreticus ante superbus, humilis jam factus atque catholicus, orthodoxam fidem de divina & inseparabili Trinitate, ac de incarnatione Christi catholice confessus, in eadem confessionis suæ fide se permansurum repromisit. Sicque in anima per infidelitatem perdito, & corporali voce propter superbiam juste condemnato, virtute divina venerabilis pontifex & animæ reddidit & corporis sanitatem: cunctis qui aderant, vel hæc cognituri forent, sacerdotibus patenter ostendens in hoc male sentiente de Christo, qui proximus & frater nobis per humanitatem fieri dignatus est, qualiter contra peccantes in ipsum, vel in ecclesiam, atque rebelles, & erga post recognoscentes ac pœnitentes debeant agere.

NOTA

ANNO CHRISTI 517.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Concilium.*] Cum S Remigius scriptam ad se epistolam Hormisdæ papæ accepisset, usurpata potestate sibi delegata, concilium Gallicanorum episcoporum Rhemis collegit: in quo Arianus quidam episcopus tanta superbia inflatus fuit, ut solus omnes catholicos ad certamen provocaret. At vero ingredienti Remigio synodum ceteri episcopi omnes, ut par erat, assurgunt: ille fastu plenus assurgere dedignatur. Sed transeunte apud illum Remigio, obmutuit; admirantibus omnibus garrulam hæretici linguam sola Remigii umbra compressam. Qui postmodum, cum eloqui nihil posset, ad pedes S. Remigii procidens nutibus veniam petiit, & sancti præsulis sanctimonia, & ab hæresi, & a linguæ impedimento sanatus est, promens confestim catholicam professionem, tam de mysterio Trinitatis, quam de Christi incarnatione. Hincmarus in vita sancti Remigii apud Surium tom. 1. die 13. Ianuarii. Recitat ejusdem concilii acta Baron. an. 514. num. 19. & 20. summatim. Flodoardus autem prolixius eadem describit in histor. Rhem. lib. 1. cap. 19.

I[a] CONCILIVM [b] EPAONENSE

SIGISMVNDI BVRGVNDIONVM IN Gallia regis tempore celebratum a [c] XXV. episcopis XVII. Kalendas Octobris, Agapito v. c. consule, id est anno Christi DXVII. " Hormisdæ papæ IV. Childeberti regis VI.

Aviti episcopi Viennensis epistola tractoria generalis ad episcopos provinciæ Viennensis, ut ad synodum veniant Epaonensem.

DIV est quod rem valde necessariam, & non sine divina inspiratione a patribus institutam, aut oblivione, aut occupatione deserimus. Sed rumpenda sunt interdum vincula necessitatum, ut aliquando impleri possint a præceptore conventus. Ergo quos bis per annum a sacerdotibus fieri seniorum cura decreverat, si bene perpenditis, utinam vel singula post biennia faceremus. Nam & venerabilis papæ urbis, nobis hanc negligentiam succensentis, mordacia mihi nonnunquam scripta perlata sunt. Vnde supplicat per me, si dignamini, ecclesia Viennensis, poscit intermissæ consuetudinis rediviva salubritas, quod hactenus infrequentatum torpuit excitari. Iustum est, quantum reor, ut constitutis prioribus sub communis præsentiæ opportunitate tractatis, nostris simul nobisque, prout ordo collocutionis invenerit, vel insinuemus vetera, vel, si necesse, etiam nostra jungamus. Idcirco cunctos simul poscimus fratres, ut Deo favente octavo Iduum Septembrium in parochia Epaonensi adesse dignemini. Qui locus, omnium fatigatione perpensa, conventui satis opportunus electus est; sicut & tempus, in quantum potest, ab instantia ruralis operis vacuum, liberiorem cunctis permittit excursum: quamquam ecclesiæ potior causa intermitti quaslibet terrarum posceret actiones. Supplicamus ergo, & quæsumus, testamur, obtestamur, ne quem a dispositione tam sancta obex ullius excusationis abducat, ne quem a tali caritatis vinculo nexus temporaneæ necessitatis impediat. Sed si forte, quod Deus avertat, tanta cuicumque acerbitas corporeæ infirmitatis ingruerit, ut spirituale desiderium carnali vincatur incommodo, duos presbyteros magnæ ac probabilis vitæ, mandati instructione firmatos, fratribus pro se præsentare procuret. Sed tales dignetur eligere, quos episcoporum concilio non minus scientia quam reverentia jure faciat interesse. cum quibus delectet summos pontifices conferre sermonem, quos ad definitiones pro episcopo suo sanciendas, subscribendasque, cum fuerit solertia eligi, sit auctoritas legi. sed istud non extorqueat nisi summa necessitas. Ceterum dilectionis fraternæ ac pastoralis diligentiæ magnitudo nisi laboris magnitudine non probatur. Conjicit enim sanctitas vestra, post hoc longum abusionis nostræ silentium, qualiter aut definiri debeant quæ Deo præstante tractanda sunt, aut quæ definita fuerint universi ecclesiarum provinciæ nostræ ministri debeant imitari.

"** NOTÆ IACOBI SIRMONDI, S.I.

" Ex edit. omnium operum Aviti an. 1643.

Quintiano episc.] In confesso est Quintianum hoc tempore Arvernorum episcopum fuisse quare falsa videtur epistolæ inscriptio. Cum enim ad provinciæ Viennensis episcopos scripta sit, ut ad concilium Epaonense veniant, quis locus foret episcopo Arvernorum qui non modo extra Viennensem provinciam erant, sed extra ditionem quoque Burgundionum. Nam ut Agathense concilium eorum tantum fuit, qui Vvisigothorum imperio parebant, & Aurelianense primum dumtaxat eorum, qui sub Francorum erant potestate: sic ad Epaunense ii tantummodo convenerunt, qui Burgundionum finibus continebantur. Hinc apparet deesse hoc loco epistolam ad Quintianum, cujus sola restat inscriptio; hujus vero, quam ad episcopos provinciæ scriptam diximus, inscriptionem desiderari.

Conventus bis per annum.] Hoc decreverat synodus Nicæna, can v. καλῶς ἔδοξεν, ἑκάστου ἐνιαυτοῦ καθ᾽ ἑκάστην ἐπαρχίαν δὶς τοῦ ἔτους συνόδους γίνεσθαι. *Recte habere visum est, ut singulis annis, per unam quamque provinciam, bis in anno concilia fiant.* Quo spectans concilium Regense can. VIII. *Statuit ut secundum antiquam consuetudinem, si quies temporum erit, bis in anno conventus agant.* Et Arausicanum I. can XXIX. *Qui patrum statuta despiciunt, quibus bis in anno, quod nobis pro temporum qualitate difficile est, sanctum est concurri.* Ob hanc opinor difficultatem, placuit deinceps synodos singulis annis celebrari, quod apud nos in conc. I. Agathensi statutum, in aliis postea multis repetitum est.

In parochia Eponensi.] Pro Epaonensi. Epao enim plerumque dicitur, quæ alias Epauna. De hoc enim concilio agi certum est: sed incertum hactenus quis locus, & quod illi hodie sit nomen. De quo multi varia conjiciunt. Qui S. Firmati vitam conscripsit, auctor est illum, Turonibus relictis, pervenisse ad locum, cui nomen Eona super Rhodanum; ibique consedisse. Quod si Eonam ab Epona deflexisse annuimus, ut absurdum certe non est, qui S. Firmati sepulcrum nactus fuerit, a concilii fortasse loco non aberrabit.

Acerbitas corporea infirm.] Excusationem quo minus episcopi ad synodum veniant, præter infirmitatem corporis, canones Galliæ nullam agnoscunt. Itaque in hoc ipso Epaonensi concilio, can. I. Decretum est, *ut nisi causa tadii evidentis extiterit, nullus excuset.* Et in Aurelianensi II. can. I. *Vt nullus episcoporum, nisi certa tadii causa detentus, ad concilium venire penitus ulla excusatione detrectet.* Quare excusationes alias excludere solent, ut divisionem regiæ sortis, concilium Aurelianense III. can. I. *Hanc excusationem sibi noverint esse sublatam, si absentiam suam divisione sortis crediderint excusandam.* alias omnes concilium Turonense II. can. I. *Præter infirmitatem certissimam, nullius occasione velaminis, neque per impedimentum ordinationis regiæ, neque sub occasione utilitatis, aut causæ propriæ, debeat a concilio separari.*

Duos presbyteros pro se.] Quibus ad concilium venire infirmitatis causa non licebat, hi legatos vice sua mittebant: concilium Arelatense II. can. XVIII. *Si quis commonitus infirmitatis causa defuerit, personam vice sua dirigat.* & Carpentoratense in epistola ad Agræcium episcopum, *licet ad synodum aut per vos, aut per personam vicariam, debueritis adesse.* Quamquam ergo duos hoc loco exigat, & duos pro uno episcopo vicarios in conc. Arelatensi V. subscripsisse compertum sit, singulos tamen sat fuisse superiora demonstrant. Neque presbyteros omnes mitti necesse fuit, cum ex conciliorum subscriptionibus liqueat, nunc abbates & presbyteros, nunc archidiaconos vel diaconos legari consuesse.

TITVLI CANONVM.

A

PROOEMIVM.

QVOD præcipientibus tantis dominis meis ministerium proferendi sermonis assumo, facio hoc non tam præsumptionis ausu, quam subjectionis obsequio, dum exequi & implere contendit non audacia temeritatem, sed obedientia jussionem: simulque tanto major obtemperantis apparebit humilitas, quanto minor comprobatur facultas: majorque profecto præcipientium reverentia prodetur, quando obedientiæ nulla possibilitatis fiducia suffragatur. Sic dominus B meus mediocritatis meæ eo amplius honoravit imperitiam, quo minus potest ornare doctrinam. Caritas quoque vestra, si nequaquam facundo oblectabitur aut instruetur eloquio, ædificetur saltem humilitatis exemplo. Quoniam ergo, sicut volumus, tacere non sinimur, aliquid, ut possumus, jam loquamur.

PRÆFATIO.

DEO propitio ad Epaonensem ecclesiam congregati, quid vel de antiquis regulis, vel de novis ambiguitatibus senserimus, C expressis sigillatimque discretis constitutionibus, præsentibus titulis credidimus annotandum.

CANONES.

I.

Prima & immutabili constitutione decretum est, ut cum metropolitanus fratres vel comprovinciales suos ad concilium, aut ad ordinationem cujuscumque consacerdotis crediderit evocandos, nisi causa tædii evidentis extiterit, [2] nullus excuset.

II.

D Ne secundæ uxoris aut renuptæ maritus presbyter aut diaconus ordinetur, abunde sufficeret ab apostolo constitutum. Sed quia præceptum hujusmodi excedi quorumdam fratrum simplicitate cognovimus, speciali observantia renovamus, sciente eo qui contra interdictum ordinaverit, reum fratribus se futurum: illo autem qui contra fas honorem prohibitæ benedictionis ambierit, nihil se clericalis ministerii præsumpturum. 1. Tim. 3.

III.

E Pœnitentiam professi ad clericatum penitus non vocentur.

IV.

Episcopis, presbyteris, atque diaconibus canes ad venandum, & accipitres habere non liceat. Quod si quis talium personarum in hac fuerit voluntate detectus, si episcopus est, tribus mensibus se a communione suspendat; duobus presbyter abstineatur, uno diaconus ab omni officio & communione cessabit.

V.

ANNO CHRISTI 517.

V.

Ne presbyter territorii alieni, sine conscientia sui episcopi, in alterius civitatis territorio præsumat basilicis atque oratoriis inservire, nisi forte episcopus suus illum cedat episcopo illi, in cujus territorio habitare disposuit. In quo si excessum fuerit, episcopus cujus presbyter fuerit fratri suo noverit culpabilem se futurum, qui clericum juris sui illicita facientem sciens, ab scandali admissione non revocat.

VI.

Presbytero, vel diacono, sine antistitis sui epistolis ambulanti communionem nullus impendat.

VII.

Quidquid parochiarum presbyteri de ecclesiastici juris possessione distraxerint, inane habeatur & vacuum, [3] in venditorem comparantis actione vertenda.

VIII.

Presbyter dum diœcesim tenet, de his quæ emerit, aut ecclesiæ nomine scripturam faciat, aut ab ejus quam tenuit ecclesiæ ordinatione discedat. Similis quoque de venditionibus quas abbates facere præsumpserint, forma servabitur, ut quidquid sine episcoporum notitia venditum fuerit, ad potestatem episcopi revocetur. Mancipia vero monachis donata ab abbate non liceat manumitti. Injustum enim putamus, ut monachis quotidianum rurale opus facientibus, servi eorum libertatis otio potiantur.

IX.

Vnum abbatem duobus monasteriis interdicimus præsidere.

X

Agathēse Can. 18. Cellas novas, aut congregatiunculas monachorum absque episcopi notitia prohibemus institui.

XI.

Clerici sine ordinatione episcopi sui adire, vel interpellare publicum non præsumant; [4] sed si pulsati fuerint, sequi ad sæculare judicium non morentur.

XII.

Nullus episcopus de rebus ecclesiæ suæ, sine conscientia metropolitani sui vendendi aliquid habeat potestatem, utili tamen omnibus commutatione permissa.

XIII.

Si quis clericus in falso testimonio convictus fuerit, reus capitalis criminis censeatur.

XIV.

Quisquis clericus aliquid de munificentia ecclesiæ cui servierat adeptus, ad summum sacerdotium alterius civitatis est aut fuerit ordinatus, quod dono accepit vel acceperit reddat; quod usu, vel proprietate, secundum instrumenti seriem [5] probatur emisse, possideat.

XV.

Si superioris loci clericus hæretici cujuscumque clerici convivio interfuerit, anni spatio pacem ecclesiæ non habebit. Quod juniores clerici si præsumpserint, vapulabunt. A Iudæorum vero conviviis etiam laicos constitutio nostra prohibuit; nec cum ullo clerico nostro panem comedat, quisquis Iudæorum fuerit convivio inquinatus.

XVI.

Presbyteros, propter salutem animarum, quam in cunctis optamus, desperatis & decumbentibus hæreticis; si conversionem subitam petant, chrismate permittimus subvenire. Quod omnes conversuri, si sani sunt, ab episcopo noverint expetendum. " Arausic. Can. 1.

XVII.

Si episcopus condito testamento aliquid de ecclesiastici juris proprietate legaverit, aliter non valebit, nisi vel tantum de juris proprii facultate suppleverit.

XVIII.

Clerici quod etiam sine precatoriis, qualibet diuturnitate tēporis de ecclesię remuneratione possederint cum auctoritate domni gloriosissimi principis nostri, in jus proprietarium præscriptione temporis non vocetur, dummodo pateat ecclesiæ rem fuisse: ne videantur etiam episcopi administrationis prolixæ aut precatorias, cum ordinati sunt, facere debuisse, aut diu tentas ecclesiæ facultates proprietati suæ posse transcribere. " Desid. ep. 18. lib. 2.

XIX.

Abbas si in culpa reperiatur aut fraude, & innocentem se asserens ab episcopo suo accipere noluerit successorem, ad metropolitani judicium deducatur.

XX.

Episcopo, presbytero, & diacono, vel ceteris clericis, horis præteritis, id est meridianis vel vespertinis, ad feminas prohibemus accessum: quæ tamen, si causa fuerit, cum presbyterorum aut clericorum testimonio videantur.

XXI.

Viduarum consecrationem, quas diaconas vocitant, [6] ab omni regione nostra penitus abrogamus, sola eis pœnitentiæ benedictione, si converti ambiunt, imponenda.

ANNO CHRISTI 517.

XXII.

Si presbyter aut diaconus crimen capitale commiserit, ab officii honore depositus in monasterium retrudatur, ibi tantummodo, quamdiu vixerit, communione sumenda.

XXIII.

Si quis accepta professaque pœnitentia, boni immemor, ad sæcularia relabatur, prorsus communicare non poterit, nisi professioni, quam illicite prætermiserat, reformetur.

XXIV.

Laicis, contra cujuslibet gradus clericum, si quid criminale parant objicere, dummodo vera suggerant, proponendi permittimus potestatem.

XXV.

Ivo part. 3. cap. 78. Sanctorum reliquiæ in oratoriis villaribus non ponantur, nisi forsitan clericos cujuscumque parochiæ vicinos esse contingat, qui sacris cineribus psallendi frequentia famulentur. 7 Quod si illi defuerint, non ante proprii ordinentur, quam eis competens victus & vestitus substantia deputetur.

Ex manuscripto Lugdunensi.

XXVI.

De consecr. dist. 1. Altaria nisi. Altaria nisi lapidea 8 chrismatis ' unctione non sacrentur.

' infusione Ibidem.

XXVII.

Ad celebranda divina officia ordinem, quem metropolitani tenent 9 provinciales eorum observare debebunt.

XXVIII.

11. q. 3. Si episcopus. Si episcopus ante damnati absolutionem obitu rapiatur, correctum aut pœnitentem successori licebit absolvere.

XXIX.

" Agath. 60. Lapsis, id est qui in catholica baptizati prævaricatione " damnabili post in hæresim transierunt, grandem redeundi difficultatem sanxit antiquitas. Quibus nos, annorum multitudine breviata, pœnitentiam biennii conditione infrascriptæ observationis imponimus; ut præscripto biennio tertia die sine relaxatione jejunent, ecclesiam studeant frequentare, in pœnitentum loco standi & orandi humilitatem noverint observandam: ac etiam ipsi, cum catechumeni procedere commonentur, abscedant. Hoc si observare voluerint, constituto tempore admittendis ad altarium observatio relaxetur. Quam si arduam vel duram forte putaverint, statuta præteritorum canonum complere debebunt.

XXX.

" Agath. 61. Incestis conjunctionibus nihil prorsus veniæ reservamus, nisi cum adulterium separatione sanaverint. Incestos vero, nec ullo conjugii nomine prævelandos, præter illos quos vel nominare funestum est, hos esse censemus. Si quis relictam fratris, quæ pene prius soror extiterat, carnali conjunctione violaverit: 10 si quis frater germanam uxoris suæ accipiat: si quis novercam duxerit: si quis consobrinæ, sobrinæve se societ: quod ut a præsenti tempore prohibemus, ita ea quæ sunt anterius instituta non solvimus. Si quis relictæ avunculi misceatur, aut patrui, vel " privignæ concubitu polluatur. Sane quibus conjunctio illicita interdicitur, habebunt ineundi melioris conjugii libertatem. ' id est filiastræ

XXXI.

De pœnitentia homicidarum, qui sæculi leges evaserint, hoc summa reverentia de eis inter nos placuit observari, quod Ancyritani canones decreverunt. Conc. Ancyr. c. 21. & 22.

XXXII.

Relicta presbyteri, sive diaconi, si cuicumque renupserit, eatenus ab ecclesia pellatur, donec a conjunctione illicita separetur: marito quoque ejus simili usque ad correctionem severitate plectendo.

XXXIII.

Basilicas hæreticorum, quas tanta exsecratione habemus exosas, ut pollutionem earum purgabilem non putemus, sanctis usibus applicare despicimus. Sane quas per violentiam nostris abstulerant, possumus revocare.

XXXIV.

Si quis servum proprium sine conscientia judicis occiderit, excommunicatione biennii effusionem sanguinis expiabit.

XXXV.

Vt 11 cives superiorum natalium nocte paschæ, ac nativitatis domini solennitate, episcopos, nec interest in quibus civitatibus positos, accipiendæ benedictionis desiderio noverint expetendos.

XXXVI.

Ne ullus sine remedio, aut spe veniæ ab ecclesia repellatur, neve ulli, si aut pœnituerit, aut se correxerit, ad veniam redeundi aditus obstruatur. Sed si cui forsitan discrimen mortis immineat, damnationis constituta tempora relaxentur. Quod si ægrotum accepto viatico revalescere fortasse contingit, statuti temporis spatia observare ' conveniet. ' conveniat.

XXXVII.

Ne laicus, nisi religione præmissa clericus ordinetur.

XXXVIII.

XXXVIII.

Monasteria puellarum non nisi probatæ vitæ, [12] & ætatis provectæ, ad quascumque earum necessitates vel ministrationes permittantur intrare. Ad faciendas vero missas qui ingressi fuerint, statim exacto ministerio regredi festinabunt. Alias autem nec clericus, nec monachus juvenis, ullum ad puellarum congregationem habebit accessum, nisi hoc aut paterna, aut germana necessitudo probetur admittere.

XXXIX.

Servus reatu atrociore culpabilis si ad ecclesiam confugerit, a corporalibus tantum suppliciis excusetur. [13] De capillis vero, vel quocumque opere, placuit a dominis juramenta non exigi.

XL.

Quocirca hæc quæ superna inspiratione communi consensu placuerunt, si quis sanctorum antistitum, qui statuta præsentia subscriptionibus propriis firmaverunt, nec non & quos eorum Deus esse voluerit successores, relicta integritate observationis excesserit, reum se divinitatis pariter & fraternitatis judicio futurum esse cognoscat.

SUBSCRIPTIONES EPISCOPORUM.

Avitus episcopus constitutiones nostras, id est sacerdotum provinciæ Viennensis, relegi & subscripsi die XVII. Kalendas mensis octavi, [14] Agapito viro clarissimo consule, Epaone.

Viventiolus episcopus ecclesiæ Lugdunensis, provincialibus meis, constitutiones nostras relegi & subscripsi, die & consule suprascripto.

Silvester episcopus ecclesiæ Cabillonensis relegi & subscripsi, die & consule suprascripto.

Gemellus in Christi nomine episcopus ecclesiæ ' Vasensis relegi & subscripsi, die & consule suprascripto. ['al. Vasionensis ex c.]

Apollinaris episcopus civitatis Valentinæ relegi & subscripsi, die & consule supra scripto.

Valerius in Christi nomine civitatis Segestericæ relegi & subscripsi, die & consule suprascripto.

[15] Victurius in Christi nomine episcopus civitatis Gratianopolitanæ relegi & subscripsi, die & consule suprascripto.

Claudius in Christi nomine episcopus ecclesiæ Vesontionensis relegi & subscripsi, die & consule suprascripto.

Gregorius in Christi nomine episcopus civitatis Lingonicæ relegi & subscripsi, die & consule suprascripto.

Pragmatius in Christi nomine episcopus civitatis Augustodunensis relegi & subscripsi, die & consule suprascripto.

' Constantius in Christi nomine episcopus civitatis Octodorensis relegi & subscripsi, die & consule suprascripto. ['Constantinus]

A Catulinus in Christi nomine episcopus civitatis Ebredunensis relegi & subscripsi, die & consule suprascripto.

Sanctus in Christi nomine episcopus civitatis ' Darantasiensis relegi & subscripsi, die & consule suprascripto. ['al. Tarantasiensis, aut Darantasionensis ut in c. Vat.]

Maximus in Christi nomine episcopus civitatis Genavensis relegi & subscripsi, die & consule suprascripto.

Bubulcus in Christi nomine episcopus civitatis Vindonissæ relegi & subscripsi, die & consule suprascripto.

Sæculatius in Christi nomine episcopus civitatis Deensis relegi & subscripsi, die & consule suprascripto.

B Iulianus in Christi nomine episcopus civitatis Carpentoratensis relegi & subscripsi, die & consule suprascripto.

' Constantius in Christi nomine episcopus civitatis Vappincensis relegi & subscripsi, die & consule suprascripto. ['Constantinus]

Florentius in Christi nomine episcopus civitatis Arausicæ relegi & subscripsi, die & consule suprascripto.

Item Florentius in Christi nomine episcopus civitatis ' Tricastinæ relegi & subscripsi, die & consule suprascripto. [' Tricastinensis]

C Philagrius in Christi nomine episcopus civitatis Cabellicæ relegi & subscripsi, die & consule suprascripto.

Venantius in Christi nomine episcopus [16] civitatis ' Albensium relegi & subscripsi, die & consule suprascripto. [' Vivariensis sive]

Prætextatus in Christi nomine episcopus civitatis Aptensis relegi & subscripsi, die & consule suprascripto.

' Tauricianus in Christi nomine episcopus civitatis Nivernensium relegi & subscripsi, die & consule suprascripto. [' Taurentianus]

[17] Peladius presbyter, jussu domini ' Salutaris episcopi civitatis ' Avennicæ, huic definitioni interfui & subscripsi. [' mei] [' Aventicæ]

D

NOTÆ IACOBI SIRMONDI, S.I.

1. *Concilium Epaonense.*] Et hoc etiam concilium anno suo assignat Agapiti consulatus, id est anno Christi DXVII. Agapito enim consule habitum testatur Aviti Viennensis, qui synodo præfuit, subscriptio in codice Corbeiensi, Lugdunensi, Tiliano, Fossatensi, & aliis. Epaonense vocare maluimus, quam ut alii Epaunense: tum quia sæpus ita scribitur & citatur ab antiquis, tum quia in iisdem veteribus libris Epaone celebratum dicitur, non Epaunæ, itemque in Aviti Viennensis epistola.

2. *Nullus excuset.*] Pithœi codex addit: *Quod si fecerit, sex mensibus a communione privetur.* [Can. 1.]

3. *In venditorem comparantis actione vertenda.*] Rhemensis, *in venditorem, vel heredes suos, actione vertenda.* [Can. 7.]

4. *Sed si &c. non moveantur.*] Rhemensis, & Bellovacensis, *sed & si &c. non permittantur.* haud dubium quin lectione interpolata, quemadmodum & illa in vulgatis, *non præsumant.* Certa enim & constans est omnium fere codicum scriptura, quam edidimus. [Can. 11.]

E

5. *Probatur emisse.*] Optimi quique, *probabitur.* [Can. 14.]

6. *Ab omni regione nostra penitus abrogamus*] Quidam, *ab omni religione penitus abrogamus*, ut Fossatensis & Tilianus. [Can. 21.]

7. *Quod si illi defuerint.*] Appendix ista, quamquam in uno tantum reperta est codice Lugdunensi, & in ejus germano Anitiensi, neque extat apud Burchardum & Ivonem, agnoscitur tamen citaturque, ut membrum canonis hujus, in vetustissimis collectionibus canonum, Andegavensi, Divionensi S. Benigni, & aliis. [Can. 25.]

8. *Chrismatis unctione.*] Lugdunensis, *Chrismatis unguine.* quomodo & apud Ivonem parte 3. cap. 30. [Can. 26.]

9. *Provinciales observare.*] Omnes fere, *provinciales eorum observare* quidam *comprovinciales.* [Can. 27.]

ANNO CHRISTI 517.

Can. 30.

10. *Si quis frater uxoris suæ germanam accipiat.*] τὸ *sua* in unico est Corbeiensi. in ceteris consentiunt Lugdunensis, Fossatensis & Tilianus. Rhemensis vero sic habet : *Si quis frater germanam uxorem accipiat:* male.

Can. 35.

11. *Vt cives superiorum natalium*] Restitutus est totus canon ex Corbeiensi potissimum & Lugdunensi.

Can. 38.

12. *Et ætatis provecta.*] Quidam *perfecta*, ut Tilianus & Fossatensis. In aliis hæc verba desunt, ut in Lugdunensi.

Can. 39.

13. *De capillis vero.*] Ita omnes manuscripti. Iidem mox, *placuit dominis*, omissa præpositione.

14. *Agapito viro clarissimo consule, Epaone.*] Consentiunt, ut præfati sumus, in his verbis, atque in nota diei & mensis, codices plurimi & optimæ notæ.

15. *Victurius:*] Tilianus & Fossatensis, *Victorinus*: Lugdunensis, *Victorius.* Sed Victurium quoque appellat Avitus in epistola quam ad eum scribit, de quodam qui duas germanas uxores duxerat.

16. *Civitatis Albensium.*] Pithœanus, *Albensium, sive Vivariensis.* Eadem enim est civitas Alba Helviorum quæ Vivarium, ut patet ex notitia.

17. *Peladius presbyter.*] Hæc in Pithœano non sunt, sed horum loco superius post Catulinum Salutaris episcopi subscriptionem habet his verbis: *Salutaris episcopus civitatis Avennicæ subscripsi.* Rhemensis etiam, hac omissa clausula, Salutaris episcopi nomen habet post Catulinum. Sed rectius videtur quod ex aliis expressimus.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Sigismundi studium in catholicam religionem.

a *Concilium.*] Cum Sigismundus filius Gundebaldi regis Burgundiæ studio & labore Alcimi Aviti episcopi Viennensis viri sanctissimi ex Ariana perfidia ad catholicam religionem accessisset, nihil antiquius habuit, quam ut ditionem sibi subjectam æque ab Arianorum pollutione purgaret, collapsamque antiquam ecclesiasticam disciplinam secundum sancitos canones in integrum restitueret. Quod Clodoveus rex Christianissimus post Alaricum Arianorum principem e Gallia Narbonensi fugatum monitu sancti Remigii præstitit in Gallia, Sigismundus post sublatum e vita parentem Arianum, suasu & hortatu Alcimi Aviti Viennensis episcopi, fecit in Burgundia. Præfuit in concilio Viennensis provinciæ primas Alcimus sæpe nominatus. Nihil hoc loco noviter constitutum est, quod non ante aliarum synodorum decretis sancitum fuit. Baronius anno 509. num. 11.

* Errat gravissime hic & deinceps.

b *Epaonense*] Sic dictum ab opido Aquitaniæ vel Narbonensis Galliæ : nam episcopi qui huic interfuerunt omnes hujus tractus fuisse videntur. Creditur " esse Apamia illa, cujus meminit Platina in Bonifacio octavo, quæ teste Massono sita est ad Aurigeram amnem, cis Pyrenæos montes, sub diœcesi Tolosana. Baronius in martyrol. Pamiam vocat. Hæc Abrahamus Ortelius in thesauro geographico.

Numerus episcoporum.

c. *Viginti quinque episcopis.*] Quorum nomina subscripta inveniuntur. Ex his sanctorum catalogo adscripti sunt Alcimus Viennensis, Apollinaris Valentinus, Claudius Vesontiensis, Gregorius Lingonensis, Pragmatius Augustodunensis, Viventiolus Lugdunensis episcopi. Quo die horum solennitas anniversaria colatur, vide martyrol. Baronii. Sanctus Silvester Cabilonensis episcopus, qui subscriptus habetur, huic concilio interfuisse non potuit; ut qui Cæsarium adhuc puerum, hoc tempore provectioris ætatis senem, sacris officiis imbuerat. Magis ergo placet ut pro Silvestro Cabilonensi legatur Silvester Cabilicensis.

Tempus concilii.

d *Symmachi papæ XI.*] Anno pontificatus illius undecimo. Ante hæc tempora convocare concilium Sigismundo (cujus opera coactum esse scribitur) liberum non fuit. Nam non nisi defuncto patre rege Ariano ipse catholicus catholicæ favit ecclesiæ. Vnde nulla subest ratio, ut contra Arianos eorumque ecclesias sancta synodus tempore Gelasii papæ, quando nondum regnaret Sigismundus, quidquam decernere potuerit. Baronius prædicto anno in fine.

" ** NOTA GABR. ALBASPINEI EP. AVR.

Ad can. ultimum concil. Epaunensis.

In hoc canone de excommunicatis, quibus mors ante obeunda est, quam pœnitentiam obtinuerint, agitur: Excommunicationes autem primis temporibus frequentissimæ fuerunt, ob eam rem maxime, ut antiqua illa vitæ sanctimonia & ecclesiæ disciplina conservaretur, majorique & ardentiori quodam studio metuque peccatorum raperentur ad restitutionem seu pristinum illum statum, unde dejecti excidissent, recuperandum,

A uno verbo ut ad meliorem vitæ frugem, & morum commutationem inflammarentur.

CONCILIVM LVGDVNENSE I.

SYNODVS VEL CONSTITVTIO sanctorum patrum contra Stephanum, qui oblitus divinas & humanas leges cognatæ suæ ausu nefario se sociavit, tempore Sigismundi Burgundionum regis, & Viventioli episcopi Lugdunensis, eodem, ut videtur, anno Christi DXVII.

TITVLI CANONVM.

I. *De incesti crimine, & causa Stephani.*

B

II. *Vt episcopo uno in tribulatione posito reliqui compatiantur.*

III. *Si rex ab episcoporum communione se suspenderit.*

IV. *Vt nullus alienam parochiam usurpet, aut ejus ordinationem præsumat.*

V. *Vt nullus in locum viventis episcopi audeat aspirare.*

VI. *De observatione horum canonum, & Stephano concessa indulgentia.*

CANONES.

I.

IN nomine Trinitatis congregati iterato in unum, in causa Stephani incesti crimine polluti, atque in Lugdu-
C nensi urbe degentes decrevimus, ut hoc factum nostrum, quod in damnationem ejus, vel illius, quam sibi illicite sociavit, uno consensu subscripsimus, inviolabiliter servaremus. quod non solum de præfatis eisdem personis placuit custodiri; sed in omnibus quolibet loco vel tempore in hac fuerint perversitate detecti.

II.

Id quoque adjecimus, ut si quicumque nostrum tribulationem quamcumque, vel amaritudinem, aut commotio-
D nem fortasse potestatis necesse habuerit tolerare, omnes uno cum eodem animo compatiantur: & quidquid vel dispendiorum obtentu causæ unus susceperit, consolatio fraternæ anxietatis relevet tribulatos.

III.

Quod si se rex præcellentissimus ab ecclesia, vel sacerdotum communione, ultra suspenderit, locum ei dantes ad sacræ matris gremium veniendi, sancti antistites in monasteriis se absque ulla dilatione, prout cuique fuerit opportu-
E num, recipiant, donec pacem integram, ad caritatis plenitudinem conservandam, sanctorum flexus precibus, restituere pro sua potentia vel pietate dignetur. Ita ut non unus quicumque prius de monasterio, in quo elegerit habitare, discedat, quam cunctis generaliter fratribus fuerit pax promissa vel reddita.

IV.

ANNO CHRISTI 517.

IV.

A Illud etiam juxta statuta antiquorum canonum specialiter renovamus omnino, ut nullus frater, vanitatis vel cupiditatis stimulis incitatus, ecclesiæ alterius aggredi vel parochias præsumere absque ejus ad quem pertinere noscuntur cessione vel permissione præsumat. Nec quisquam sub necessitate absentante episcopo, in ejus qui abierit locum, aut sacrificiorum, aut ordinationum audeat mysteria celebrare. Quod si in hac temeritate vel audacia quisque proruperit, non solum se in concilio redarguen- B dum, verum etiam communione fratrum futurum noverit alienum.

V.

Id quoque etiam, quod antiquissima vel celeberrima observatione decretum est, nihilo minus iteramus; ut nullus in locum viventis ad ambiendum sacerdotii gradum audeat aspirare. Quod si qualibet impia vel temeraria voluntate præsumpserit, simul & ipse qui fuerit ordinatus, & hi fratres, quos ordinationi ejus interfuisse constiterit, perpetuæ ex- C communicationis sententia feriantur.

VI.

Hæc vero quæ a nobis inspiratione divina tractata vel finita sunt, quisquis excesserit, aut implere, quod absit, adversa persuasione neglexerit, quasi divinorum mandatorum transgressor,[2] reum se concilio fraternitatis futurum esse cognoscat. Domini quoque gloriosissimi regis sententiam secuti, id temperamenti præstitimus, ut Stephano prædicto, vel Palladiæ, usque ad orationem plebis, quæ post euangelia legeretur, orandi in locis sanctis spatium præsta- D remus.

SVBSCRIPTIONES EPISCOPORVM.

Viventiolus episcopus in Christi nomine consensi.

Iulianus episcopus in Christi nomine consensi.

Silvester episcopus in Christi nomine consensi.

Apollinaris episcopus in Christi nomine consensi.

Victurius episcopus in Christi nomine consensi.

Claudius episcopus in Christi nomine con- E sensi.

Gregorius episcopus in Christi nomine consensi.

Maximus episcopus in Christi nomine consensi.

Seculatius episcopus in Christi nomine consensi.

Florentius episcopus in Christi nomine consensi.

Philagrius episcopus in Christi nomine consensi.

A NOTÆ IACOBI SIRMONDI, S.I.

ANNO CHRISTI 518.

1 *Concilium Lugdunense I.*] Non liquet utrum hoc concilium præcesserit an posterius sit Epaonensi. Codex enim Rhemensis, ex quo a nobis descriptum, etsi id subjicit Epaonensi, temporis notam nullam exhibet, præter nomen Sigismundi regis, hoc modo: *Incipit epistola tempore Sigismundi regis ab episcopis in urbe Lugduno facta contra Stephanum.* Ceterum, utut res se habeat, nomen Sigismundi regis, & quod omnes episcopi, qui huic concilio adfuerunt, Epaonensi quoque interfuerint, non longo utrumque intervallo habitum demonstrat. Fidem autem huic nostro adstruunt collectiones antiquæ, tum Andegavensis & Divionensis, quarum paulò ante facta est mentio, cum tertia Bonævallis, quæ omnes sextum ejus canonem commemorant.

2 *Reum se in concilio fraternitatis.*] Ita collectiones antiquæ quas diximus, nam paulo aliter in codice Rhemensi: *reum fraternitate futurum esse cognoscat.*

[a] CONCILIVM CONSTANTINOPOLITANVM

[b] EX PARTE REPROBATVM, QVO EPISCOPI quadraginta [c] sacrosancti concilii Calchedonensis, sancti Leonis papæ, Euphemii & Macedonii episcoporum Constantinopolitanorum nomina sacris diptychis restituerunt, & Severum aliosque ejusdem concilii adversarios condemnarunt, [d] anno domini DXVIII. die Iulii 20. sub Hormisda pontifice & Iustino imperatore.

[a] *Concilium.*] Postquam Iustinus imperator, magnus catholicorum patronus & defensor, singulari Dei beneficio imperium adeptus fuisset, populus ecclesiam ingressus 15. & 16. Iulii magno zelo extorserat, ut excommunicatis Eutychianis eorumque defensoribus, sacrosanctum Calchedonense concilium cum sancti Leonis papæ & Euphemii & Macedonii episcoporum nominibus sacris diptychis restitueretur. Quod cum importunis clamoribus populi convictus Ioannes episcopus præstitisset, idque minus legitime factum judicasset, procuravit idem episcopus, ut eadem rite more majorum in conventu patrum agerentur. Post quatuor dies a dictis publicis actis in ecclesia habitis, nempe 20. Iulii, Constantinopoli collecta est synodus quadraginta episcoporum ibidem commorantium, vel in vicinia proxima habitantium. In qua principio oblatus est a monachis orthodoxis libellus, quinque petitiones continens: quibus cognitis & examinatis quinque pariter decreta edita sunt, quæ publicis literis ad Ioannem episcopum transmissa, ipse universo Christiano orbi nota fieri voluit.

Causa concilii.

Acta concilii.

EPIST. SYNODICA AD IOANNEM CONSTANTINOPOLITANVM.

CVM Deus omnium dominus, &c. *Extat infra in concilio Constantinopolitano sub Menna contra Anthimum actione 5.*"

" Tom. V. p. 162. E.

Post quadraginta episcoporum subscriptionem adjectus est ibidem monachorum libellus, qui sic incipit: *Curam equidem* &c. Extat loco supradicto: "

" Ibidem p. 171. A.

His constitutis Ioannes Constantinopolitanus omnes orientis episcopos de omnibus per literas ad eos missas certiores reddidit. Exordium literarum est: *Christus Deus noster*, &c. Extant in concilio Constantinopolitano sub Menna infra actione 5." Ejusdem argumenti idem Ioannes scripsit ad Epiphanium archiepiscopum Tyri, quarum exordium est: *Deus qui omnia ad utilitatem*, &c." Extant ibidem actione 5."

" Ibidem p. 186. D.

" Ibid. E.

Synodus

ANNO CHRISTI 518.

Orientales cōmunionem Romanæ ecclesiæ expetunt.

Synodus ab Hormisda pontifice per synodicam quamdam, & Iustini imperatoris intercessionem expetivit, primum ut Romanæ ecclesiæ communione donentur; secundo ut legati Constantinopolim mittantur, qui auctoritate apostolica lapsos ad ecclesiam recipiant, omnibusque ecclesiis pacem concilient.

Hoc concilium in quibus reprobatum sit?

b *Ex parte reprobatum.*] Auctoritate Hormisdæ Romani pontificis, per legatos anno 519. nomina Euphemii & Macedonii, una cum nomine Acacii e sacris tabulis vicissim expuncta sunt, quæ synodus Constantinopolitana edito decreto diptychis restituerat: idque propterea quod nomen Acacii schismatici & hæreticorum communione polluti nimis pertinaciter retinentes, communione sedis apostolicæ exciderint, quantumvis in schismate pro fide catholica exulassent. Reliqua vero quæ in hac synodo pro firmitate Calchedonensis concilii, & contra Severum aliosque Eutychianos hæreticos decreta fuerunt, ab eodem Romano pontifice rata habita sunt, & novis accedentibus scriptis firmata atque fortius roborata.

c *Sacrosancti concilii*, &c.] Hæc ex epistola synodali supradicta constant.

Tempus concilii.

d *Anno domini*, &c.] Sub consulatu Magni, (ut patet in ipso exordio prædictæ epistolæ) qui cum anno Christi 518. Hormisdæ quinto, & Iustini primo anno imperii coincidit.

SYNODI TRES SVB HORMISDA PAPA.

" ** *Ex libello synodico.*

CONSTANTINOPOLITANA.

ΑΛΛΑ καὶ Ορμίσδας, διαδεξάμενος Φίληκα, ὁ πάπας Ῥώμης, Βιταλιανὸν καὶ Εὐόδιον σὺν ἑτέροις διακοσίοις ἐπισκόποις, εἰς τὸ Βυζάντιον ἐξαπέστειλε, Τιμοθέου ἔτι βιοῦντος ἐπίσκοπα. Ηντινα θείαν καὶ ἱερὰν σύνοδον ὁ βασιλεὺς Αναστάσιος, καὶ Τιμόθεος ὁ ἀνόσιος, πολυχρονίως κακῶς αἰκίσαντες, ἄπρακτον ἀπεπέμψαντο.

" Gelasio, Anastasio II. & Symmacho.

HORMISDAS vero papa Romanus, qui Felici " successerat, Vitalianum & Euodium cum aliis ducentis episcopis Byzantium ablegavit, Timotheo adhuc suaviter vivente. Quam divinam & sanctam synodum imperator Anastasius, & impius Timotheus, multo tempore male excruciantes, re infecta dimiserunt.

THESSALONICENSIS.

ΑΝΑΣΤΑΣΙΟΥ γοῦν ἐν τῷ κοιτῶνι ὀργῇ Θεοῦ τὴν μιαρὰν ψυχὴν ἀστραπῇ ἀπορρήξαντος, καὶ Ιουστίνου τοῦ εὐσεβοῦς βασιλεύσαντος. Ορμίσδας ὁ μακάριος πάπας Ῥώμης, πλείστους ἐπισκόπους ἐν Θεσσαλονίκῃ ἀπέστειλεν, ὡς ἂν τὴν ἁγίαν ἐν Καλχηδόνι σύνοδον βεβαιώσειεν: Ηντινα θείαν καὶ ἱερὰν σύνοδον νύκτωρ οἱ φονώδεις ἐπελθόντες κακόδοξοι, τὴν οἰκίαν ἀνῆψαν, ἔνθα συνήθροιστο, καὶ τοὺς ἁγίους ἡμικαύστους ἐκεῖθεν ἀπήλασαν.

A CVM igitur Anastasius in lecto impiam animam fulgure ab irato Deo immisso efflasset, eique Iustinus pius in imperio successisset: Beatus Hormisdas papa Romanus, plurimos episcopos Thessalonicam misit, ut sacram Calchedonensem synodum confirmarent. Quam divinam & sanctam synodum, qui male sentiebant, noctu crudeliter incensa domo, ubi erant congregati, dissiparunt: & sanctos illos viros semiustulatos abegerunt.

ANNO CHRISTI 518.

CONSTANTINOPOLITANA, HORMISDÆ.

B ΟΡΜΙΣΔΑΣ οὖν αὖθις ἐν Κωνσταντινουπόλει θείαν καὶ ἱερὰν ἐξαπέστειλε σύνοδον, καὶ τὰ ἐν Καλχηδόνι δογματισθέντα ἐκύρωσε. καὶ τὰ περὶ δύο φύσεων δόγματα μακαρίου Κυρίλλου προεκθέμενος, τὸν νοητὸν στατῆρα, τὸ βασιλικὸν νόμισμα, ᾧ ἐνενόητο διπλοῦς χαρακτὴρ ὁ Χριστὸς, διεσάφησε. Καὶ Ορμίσδα πρὸς κύριον ἐκδημήσαντος, Αγαπητὸς τὸν θρόνον αὐτοῦ διεδέξατο.

HORMISDAS igitur iterum divinam & sanctam synodum Constantinopolim misit, & decreta Calchedonensis confirmavit: & doctrinam de duabus naturis, beati Cyrilli proponens, rationalem illum staterem, imperatorium numisma, cui duplici charactere C Christus impressus erat, declaravit. Hormisda autem ad dominum demigrante, " Agapetus solium ejus excepit.

" pluribus interjectis.

a SYNODVS HIEROSOLYMITANA, QVA TRIGINTA TRES EPISCOPI OMNIA, quæ pro confirmatione concilii Calchedonensis, & pro restituendis nominibus orthodoxorum & damnatione hæreticorum concilio Constantinopolitano acta sunt, confirmant.

Extat epistola synodalis infra in concilio Constantinopolitano sub Menna contra Anthimum actione 5. exordium illius tale est:

D QVONIAM duplex," est lacrymarum motus, alter quidem qui in dolorem fert, alter vero qui in lætitiam, *&c.*

" Tom. V. p. 187. C.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Synodus.*] Cum Hierosolymitana eclesia por literas Ioannis de rebus Constantinopoli in synodo gestis certior reddita esset, subito convocato episcoporum concilio protritam fidem catholicam erigunt, & in pristino majestatis suæ throno honorifice collocant. Quid in hac synodo gestum fuerit, synodalis epistola ad Ioannem Constantinopolitanum & concilium ibidem congregatum reddita liquido demonstrat.

Tempus & acta concilii.

E

a CONCILIVM TYRIVM, QVO ACTA LEGITIMA CONSTANTINOPOLITANI concilii confirmantur. Celebratum fuit anno domini DXVIII. die 16. Septembris sub Hormisda.

Extat hujus concilii epistola synodalis infra in concilio Constantinopolitano sub Menna contra Anthimum actione 5. Exordium illius epistolæ hujusmodi est:

BENEDICTVS Deus" pacis dominus, qui misit nobis honorabilem literam vestræ sanctitatis, *&c. prædicto loco.*

" Tom. V. p. 194. B.

ANNO CHRISTI 519.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Concilium Tyrium.*] Non tantum Palæstinæ, sed etiam Tyrii episcopi habito synodali conventu sacrosancti concilii & orthodoxorum patrum restitutionem atque Severi aliorumque hæreticorum condemnationem confirmarunt. Rusticus Romanæ ecclesiæ cardinalis diaconus, hujus sæculi scriptor luculentissimus, dùm contra Acephalos per dialogismum disputat, testatur duo mille & quingentos sacerdotes sub hoc eodem Iustino imperatore fidem catholicam probasse. Extat allegatus dialog. tom. 4. bibl. sanctorum patrum, quo sic ait: *Sufficeret tibi unica auctoritas synodi universalis, quæ toties cunctarum ecclesiarum consona sententia confirmata est, tam per encyclicas epistolas, regnante Leone, quam per libellos sacerdotum forsan duorum millium & quingentorum, imperante Iustino, post schisma Petri Alexandrini & Acacii Constantinopolitani.* Fragmenta libellorum, quos clerici & monachi Apameni & Antiocheni hac de re ad prædictum Ioannem Constantinopolitanum scripserunt, extant prædicto concilio Constantinopolitano sub Menna act. 5. Cum hæc perferrentur ad Iustinum imperatorem, calumniati sunt apud eum proceres Eutychiani hos omnes quorum querelæ perlatæ sunt Constantinopolim esse Nestorianos hæreticos, ideoque dignos qui pœnis subjicerentur. Quibus auditis imperator Syros ac Palæstinos scripto admonuit, ut cujus essent fidei docerent. Qua occasione Antiocheni & Hierosolymitani clerici cum monachis earumdem ecclesiarum convenientes, libellum scripserunt ad Iustinum imperatorem, quo se vere catholicos esse absque ullà ambiguitate perspicue declararunt. Exordium libelli tale est: *Haurite aquam cum lætitia ex fontibus salutis, vociferator Isaias propheta exclamat,* &c. Extat supra inter epistolas Hormisdæ, pagina 1542 E.

His acceptis Iustinus imperator pro ipsorum voto primo promulgavit edictum, quo præcipiebatur, ut omnes exules fidei causa sub Anastasio condemnati ad propria postliminio redirent, pristinosque gradus & honores reciperent: subrogati vero in locum ipsorum hæretici procul pellerentur, aliisque pœnis exagitarentur: sacrosanctum Calchedonense concilium in sacras tabulas referretur, & ab omnibus pie & religiose observaretur, omnibusque ecclesiis tutissima pax redderetur. Vide acta magni Sabæ apud Surium tom. 6. die 5. Decembris. Deinde iterum edixit imperator piissimus, ne hæretici publicis muneribus fungantur, sintque ab omni militia alieni. Mentio est hujus edicti in constitutione novell. Iustiniani adversus omnes hæreticos.

a CONCILIVM ROMANVM DE ACACII, EVPHEMII ET MACEDONII Constantinopolitanorum episcoporum nominibus e sacris diptychis expungendis, celebratum Romæ sub Hormisda anno domini DXVIII.

a *Concilium Romanum.*] Acceptis ex oriente Iustini imperatoris, synodi Constantinopolitanæ, Ioannis ejusdem Constantinopolitanæ ecclesiæ episcopi, nec non comitis Iustiniani epistolis, pacem & communionem cum Romana ecclesia expetentibus, detento paulisper Romæ Grato legationis imperatoriæ officio fungente, Hormisda pontifex episcoporum conventum collegit. Qui omnes post diligentem inquisitionem, quid hac de re prædecessores Romani pontifices, Simplicius, Felix, Gelasius & Symmachus sensissent, una eademque sententia decreverunt, recipiendam orientalem ecclesiam ad communionem apostolicæ sedis, si Acacium schismaticum condemnarent, nomen ejusdem penitus abolerent, denique si Euphemium & Macedonium, eadem schismatis labe respersos, e sacris tabulis delerent & expungerent. Quibus ita peractis legatio pontificia designata est, quæ decretum synodi exequeretur. Ad hoc munus obeundum delecti sunt Germanus Capuæ episcopus, alias ad Anastasium imperatorem legatione perfunctus, Ioannes episcopus, Blandus presbyter, Felix & Dioscorus diaconi. Qui ne transversum unguem a mandatis recederent, indiculum sive commonitorium illud, quod extat supra inter epistolas Hormisdæ, estque hujus exordii: *Cum Deo propitio,* &c. acceperunt. * p.1476.D. Responsoriæ literæ, quas Hormisda ad Iustinum imperatorem, Iustinianum comitem, Ioannem episcopum, & clerum Constantinopolitanum de pace & communione orientalis ecclesiæ cum Romana rescripsit, quasve prædicti legati secum detulerunt, extant supra inter epistolas Hormisdæ 25. 26. 27. 28 29 30. 31. 32. 33 34.

Hac legatione orientalis ecclesia Romanæ est reconciliata, postquam juxta admonitionem pontificis e sacris diptychis nomina Acacii, Euphemii & Macedonii episcoporum Constantinopolitanorum, Zenonis & Anastasii hæreticorum imperatorum expunxissent, ut patet ex iis quæ supra ad vitam Hormisdæ ejusque epistolas annotavi.

SYNODVS BRITANNICA CONTRA FÆCEM PELAGIANÆ HÆRESIS ADHUC redolentem celebrata, sub Davide archiepiscopo Menevensi, qui sedem illam ope & licentia inclyti regis Arthuri a Caer Legionum urbe Meneviam jam transtulerat.

DAVID Menevensis Britannus, vigente adhuc post Germani episcopi labores, qui ob id in Britanniam bis venerat, Pelagiana labe, ac desperato pene remedio, ex universæ gentis synodo præsul constitutus anno Christi 519. diutina prædicatione ac disceptationibus publicis eamdem profligavit, atque aream ecclesiæ purgavit. Cambriæ metropolites & primas propterea factus, tantam cum rege Arthuro gratiam iniit, ut ab urbe Legionum ad suam Meneviam archiepiscopalem transferret sedem, ut lib. 1. cap. 52 fusius tradit Ranulfus Cestriensis: quod ita permansit ad Normannorum usque de Cambria victorias, & omnes ab eo Cambrorum episcopi ut a suo primate consecrationem acceperunt, adhibito ei deinceps Davidis hujus titulo.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. I.

Qui Dioscori diaconi missam ad Romanum papam Hormisdam ab urbe CP. relationem de monachis Scythis qui unum de Trinitate passum & crucifixum affirmabant, itemque Germani & Ioannis episcoporum sequentes suggestionem, tum Hormisdæ papæ LXVI. aliasque multas deinceps ejusdem eam in rem epistolas paulo ante a pag 1512. D. excusas attente perpenderit, is haud dubie non invitus leget ineditam hactenus Trifolii presbyteri de eodem argumento epistolam ad Faustum senatorem, quam inter schedas Sirmondi nostri delitescentem reperi, tibique nunc lector repræsento, ut de tota hac controversia certius judicium feras.

** EPIST. TRIFOLII PRESBYTERI AD BEATVM " FAVSTVM SENATOREM contra Ioannem Scytham monachum.

" Is videtur Faustus, ad quem Præf. prætorio extant plures epistolæ apud Cassiodorum lib. IV. Variarum.

MANDARE mihi dignatus es, monachos Scythas a Constantinopoli advenisse, qui unum de Trinitate prædicant crucifixum, sperans a parvitate mea, si tale aliquid in doctrina patrum repererim. Ista doctrina de fonte Arii prodivit, & est conveniens omnibus hæresibus. Vita quidquid quatuor synodi in definitione fidei non posuerunt, id est Nicæna, Constantinopolitana, Ephesina prima, & Calche-

chedonensis & quod in epistolis sanctorum patrum, quas quatuor sanctæ synodi in auctoritate fidei esse voluerunt, id est Athanasii episcopi Alexandrini ad Epictetum episcopum, Cyrilli ad Nestorium una, & ad Ioannem Antiochenum altera, & epistolis papæ Leonis. Si quis addere, aut minuere, aut aliter interpretari voluerit, quam patres in suprascriptis, aut in definitione sua non posuerunt synodi, quivis ille sit qui superponit, hæreticus est. Nam Pater & Filius & Spiritus sanctus tres personæ, unus Deus, vox & verbum & flatus. Vox Pater est, verbum Filius, flatus est Spiritus sanctus. Persona Patris & persona sancti Spiritus sine carne: persona vero Filii, quæ semper cum Patre & Spiritu sancto fuit, in Trinitate est, id est verbum Dei. Deus ingressus in utero virginis Mariæ adsumpsit de ea naturam carnis, non personam. Ideo quod dominus noster Iesus Christus duæ naturæ, una persona Verbum, id est Filius Dei, Deus immortalis, invisibilis, impassibilis. Caro istius verbi mortalis, visibilis, passibilis. Pater non est Pater Trinitatis sed Filii, & Filius non est Trinitatis, sed Patris, & Spiritus sanctus non procedit de Trinitate, sed de Patre & Filio. Non sunt tres dii, neque tres Patres, neque tres Filii, neque tres Spiritus sancti. Qui unum de Trinitate dicunt passum, si Ariani non sunt, dicant de quibus tribus unus passus est. De tribus Patribus, aut de tribus Filiis, aut de tribus Spiritibus sanctis, aut certe de tribus Diis, sicut dicit Arius. Vnus Deus cerator, impassibilis, immortalis. Alter vero Deus creatus, passibilis, & mortalis, aut sicut Sabellius dicit, quia tres personas esse negat, sed tantum dici putat. Ideo unum de Trinitate Patrem dixit incarnatum & passum. Apolinaris vero negat Christum animam & intellectum habuisse. & pro anima & intellectu, inquit, Deus ei fuit. Ideo dicit unum de Trinitate passum in carne. Si unus de Trinitate passus est in carne, caro mansit impassibilis: Qui unum de Trinitate Filium dicunt passum, duos aut tres Filios colunt, ex quibus unus passus est, duo manent impassibiles. Si vero de Trinitate est Filius, non est de Patre secundum deitatem, neque de matre secundum carnem, sed de Trinitate. Trinitas, & unus de Trinitate quatuor fiunt, sicut dicit Nestorius, Filius Mariæ adsociatus est Filio Dei, & factus est communis Trinitati, & passus est unus de Trinitate. Arius unum Deum dividit in duos Deos, Nestorius addendo alterum Filium secundum carnem Trinitati, facit quatuor personas. Eutyches duas naturas unici Filii Dei commiscet, sicut pistor farinam & aquam, jam nec farinam nec aquam, sed tertium id est panem. Sicut & Eutyches commiscet naturas Dei & hominis, & jam nec Deus nec homo, nec Pater, nec Filius, nec Spiritus sanctus est, sed est ille unus de Trinitate. Quomodo isti synodum Calchedonensem se dicunt sequi, & prædicant quæ illi non receperunt! Nam in quarto secretario synodi Calchedonensis ad finem, requisiti sunt a judicibus Carosus & Dorotheus archimandritæ taliter: " *Eutyches corpus domini nostri Iesu Christi dixit non esse nostræ substantiæ, vos de hoc quomodo confitemini! Dorotheus archimandrita dixit, in nomine Patris & Spiritus sancti baptizati sumus, confitentes salvatorem nostrum Iesum Christum, qui descendit & incarnatus est a sancta virgine Maria & hominem indutus est, & crucifixus, unum de Trinitate esse passum.* Talia dicentes suprascripti archimandritæ acceperunt damnationem cum Eutychete. & omnes hæretici. In epistola, inquiunt, Procli scriptum est, unus de Trinitate passus est. Si epistolas Patrum Athanasii, Cyrilli, & Leonis, quæ per universales sanctas synodos relectæ & confirmatæ sunt, hæretici fraudaverunt, quanto magis epistolas Procli, quæ nec in unius synodi definitione posita est? Semper hæretici male interpretando dicta patrum hæreses suas confirmare conantur, sicut dicit S. Cyrillus episcopus Alexandrinus ad Ioannem Antiochenum inter alia; " *Quando autem quidam eorum qui recta pervertere solent, meas voces in sibimet placitum mutant. non admiretur hoc tua sanctitas, sciens quoniam omnes hæretici, de scripturis divinitus inspiratis sui colligant erroris occasiones.* Et post pauca. " *Quoniam vero adjicimus quod epistolam opinabilis patris nostri Athanasii, ad beatissimum Epictetum destinatam, recte habentem corrumpentes quidam ediderent, ut per hoc plurimi nocerentur.* Item papa Leo ad Marcianum imperatorem, inter alia: (Epist. 75.) " *Quia vero quorumdam hæreticorum versuta nequitia, ad conturbandam nostrorum simplicitatem, epistolam meam, quam ad beatæ memoriæ Flavianum dedi, falsasse perhibetur, ut commutatis quibusdam verbis vel syllabis, receptorē me Nestoriani erroris assereret.* Si quid tale in dictis sanctorum patrum invenitur, quod non convenit sanctis epistolis, aut definitioni synodi Calchedonensis, apparet illud ab hæreticis fraudatum esse. Iniquitas semper dicitur, & numquam cedit. Quid est dicere unum de Trinitate passum, nisi ostendere & alterum de Trinitate impassibilem, sicut Arius? aut quid est dicere unum de Trinitate passum carne, nisi ostendere & alterum impassibilem, sicut Nestorius? sedes vero apostolica Romana super fidem synodi Calchedonensis nunquam permisit unam syllabam aut unum apicem addi aut minui. Videte ne quis vos decipiat per philosophiam & inanem fallaciam. Suprascripta fides synodi ipsa est quæ convenit euangelio & apostolis, dicente salvatore: *Sic oportebat Christum pati & resurgere secundum scripturas.* (Luc. 24. 46.) Ait Petrus apostolus, *Christo igitur passo carne, & vos igitur eadem cogitatione armamini.* (1. Pet. 4. 1.) Paulus apostolus dicit: *Nos Christum prædicamus & hunc crucifixum.* (1. Cor. 1. 23.) Et iterum dicit: *Quicumque vobis aliud prædicaverit præter quod a nobis prædicatum est, anathema sit:* (Gal. 1. 9.) —— Cetera videntur in ms. desiderari.

SYNODVS CONSTANTINOPOLITANA AB EPIPHANIO EIVSDEM ecclesiæ episcopo collecta anno domini DXX. Hormisdæ VII. & Iustini imperatoris III. ex qua ad Hormisdam papam una cum legatione synodica epistola missa fuit.

ANNO CHRISTI 520.

EPISTOLA SYNODI CONSTANTINOPOLITANÆ AD HORMISDAM PAPAM.

INNVMERABILEM & ininvestigatam magni Dei & Salvatoris nostri Iesu Christi sapientiam, *&c.* " *Extat supra inter epistolas Hormisdæ pag.* 1524. A.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. I.

Ioannes Maxentius, natione, ut creditur, Scytha, presbyter Antiochenus, sub abbatis sive archimandritæ vocabulo habere se monachorum congregationem fingens, forte quod esset monachorum Scytharum, Achillis, Ioannis (is alicubi lector dicitur) Leontii atque Mauricii, qui ex oriente profecti cum Constantinopoli tum Romæ plurimas turbas excitarunt, socius pariter ac defensor, in veteratoria illa sua epistola, quam (ut monuimus supra pag. 1532. E.) adversus Hormisdæ Romani pontificis epistolam ad Possessorem Africanum episcopum insigni impudentia scripsit, sub finem pluribus agit de Fausto Reiensi Galliarum episcopo Semipelagianorum antesignano, ejusque doctrinam cum Augustiniana comparans acerbissime insectatur. Idem cum Venerio quodam diacono celeberrimos illos 60. Africanos Byzacenæ provinciæ episcopos in Sardinia vicinisque insulis pro Christi fide sub persecutione Trasamundi Vandalorum regis Ariani exulantes consuluit de vulgatissima illis temporibus controversia, quæ gratiam Dei cum humani arbitrii libertate committebat. Eam scribendi occasionem nactus S Fulgentius Ruspensis episcopus (qui concilii illius Byzaceni, teste Ferrando vitæ ejus scriptore, lingua, manus, ingeniumque fuisse dicitur) plurima exaravit volumina: atque imprimis libros septem adversus Faustum (quos R. P. Hieronymus Vignierius Oratorii presbyter habuit, sed pluribus in locis mutilos ac fœdissime deformatos) libros tres de veritate prædestinationis & gratiæ, librum unum de incarnatione & gratia D. N. Iesu Christi, librum itidem unum de fide ad Petrum diaconum, ubi universam fidei orthodoxæ regulam præscripsit, &c. Neque vero ab ejusdem stylo abhorret, quæ a nobis modo subjicietur, epistola synodica episcoporum illorum pro Christo in Sardiniam a Vandalis deportatorum, licet in ejus inscriptione duodecim dumtaxat antistitum nomina appareant, atque in iis Fulgentii ipsius nomen desideretur. Existimo enim post *Quod vult Deus, & ceteri famuli Christi*, sive quid aliud simile, fuisse librariorum incuria prætermissum; præsertim cum in fine epistolæ, numero 28. hæc habeantur adscripta: *Ceterum unus ex nobis tribus libris vestro nomini dedicatis sufficienti disputatione respondit, quique adversus duos libros Fausti Galli* (imo Britanni, sed in Gallia Narbonensi episcopatum Reiensem adepti) *septem libros edidit, quos cum recensueritis*, &c. quæ mox excudentur.

** EPISTOLA SYNODICA EPISCOPORUM AFRICANORUM in Sardinia exulum, anno, ut quidam asserunt, Christi DXXI. aut circiter.

De gratia Dei, & humano arbitrio.

Dei gratia plurimum amplectendis sanctis fratribus, Ioanni presbytero & archimandritæ, & Venerio diacono, & fidelibus viris, quorum in vestra epistola subscriptio continetur, Datianus, Fortunatus, Boethus, Victor, Scholasticus, Orontius, Vindicianus, Victor, Ianuarius, Victorianus, Photinus, Quod vult Deus, famuli Christi in domino salutem.

I. QUANTUM membra ecclesiastici corporis per Christi gratiam in unitate fidei compages retinet caritatis: tantum necesse est, ut pro invicem sollicita sint membra: ut repulso cujuslibet pravi dogmatis verbo, non solum servandæ, verumetiam reparandæ sanitati jugis atq; indefessa tam sermonis quam orationis impendatur instantia. Sic enim fit, ut dum sollicitudo fraternæ puritatis invigilat, ipse Spiritus sanctus, per quem caritas Dei diffusa est in cordibus nostris, diligentibus dominum, & in domino proximum, omnia cooperentur in bonum. Quia sicut ipsam dilectionem dono gratiæ spiritualis accipimus, ita dum pro fratribus solliciti sumus, non solum divinam in-A esse nobis gratiam demonstramus, verumetiam, quanto magis a nobis puritas caritatis impenditur, tanto magis gratia nobis divinæ retributionis augetur.

II. Accepimus itaque vestræ caritatis epistolam, quæ nostrum ex parte relevavit, ex parte vero mœstificavit exilium. Gaudemus enim, quia rectam tenetis de gratia Dei sententiam, cujus lumine illuminatur, & juvamine gubernatur liberum humanæ mentis arbitrium. Sed quadam sumus nebula mœroris affecti, quia significastis quosdam fratres in quæstione de gratia Dei, & humano arbitrio non rectum tenere fidei catholicæ tramitem: sed adversus Dei gratiam elevare velle humani arbitrii li-B bertatem.

III. Ubi primum, dilectissimi, debetis agnoscere, immo vos non ambigimus agnovisse, ad hoc divinitus ista permitti, ut hinc divinæ gratiæ virtus documento possit judicii manifestioris intelligi. Quandoquidem ipsa gratia nullatenus agnoscitur nisi detur: quæ quamdiu est in homine, tamdiu non necesse est ut ei aut sermone repugnet, aut opere. Nam sermone repugnat gratiæ Dei, qui sensum gerit fidei Christianæ contrarium: repugnat autem opere, qui in moribus suis Christianæ vitæ non tenet institutum. Hoc quippe in homine agit gratia divinitus data, ut animus dono fidei caritatisque præcepto, & sermonem bonum proferat, & studio bo-C næ operationis insistat. Quod fidelibus divinitus dari, beatus & ostendit & poposcit apostolus dicens: *Ipse autem dominus noster Iesus Christus, & Deus Pater noster, qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam, & spem bonam in gratia, exhortetur corda vestra & confirmet in omni opere bono & sermone.* 2. Thess. 2.

IV. A Deo itaque nobis est omnis gratia boni sermonis & operis, a quo nobis etiam ipsius cogitationis bonæ manifestum est sufficientiam tribui: ut discat homo non in se, sed in domino gloriari. Divinæ quippe gratiæ bonam cogitationem hominis beatus assignabat apostolus, quando dicebat: *Fiduciam* 2. Cor. 3.
D *autem talem habemus per Christum ad Deum, non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.* Proinde, & siquidem gratiam necdum habentes, non se intelligunt non habere: illi tamen qui gratiam divinitus acceperunt, eo magis debent in ipsius gratiæ assertione firmari, quo eam vident non omnibus tribui. Necesse est autem, ut ab eis, quibus non tribuitur, ignoretur; & ab eis agnoscatur, quibus divina largitate donatur. Testatur enim apostolus, dona Spiritus sancti ejusdem Spiritus sancti acceptione cognosci. Ideo ait: *Nos autem non spiritum hujus* 1. Cor. 2.
E *mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est. ut sciamus quæ a Deo donata sunt nobis, quæ & loquimur non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus, spiritualibus spiritalia comparantes. Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei. Stultitia est enim illi: & non potest intelligere, quia spiritaliter dijudicantur. Spiritualis autem judicat omnia, & ipse a nemine judicatur.* Per sanctum ergo Spiritum gratiam accipimus, quo accepto fit in nobis ut quod accepimus, novimus.

V. Proinde sciendа est, dilectissimi, & recto tenore veræ fidei profitenda, tam humani arbitrii egena paupertas, quam divinæ gratiæ indeficiens largitas. *Quid enim habes*, ait apostolus, *quod non accepistis? si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?* Ante largitatem quippe gratiæ est in homine quidem liberum arbitrium, sed non bonum, quia non illuminatum. Proinde, nisi gratia detur, bonum ipsum arbitrium non habetur. Sic namque est liberum hominis arbitrium absque dono gratiæ, sicut est oculus sine luce. Nam & oculus ad videndum factus est: sed nisi lumen acceperit, non videbit. Illa autem est lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: illuminat autem hominem, seipsam dando per gratiam. Sicut ergo corporis oculus semper indiget lumen accipere, ut ipsum possit aspicere: sic & libero arbitrio hominis nulla potest gratiæ suffragari cognitio, nisi detur ipsius gratiæ spiritualis infusio.

1. Cor. 4.

VI. Proinde ut de iis quæ vestris literis indidistis, quid habeat catholici dogmatis veritas intimemus, singula breviter definire curavimus, sequentes donum eiusdem gratiæ, quod sanctorum patrum cordibus & linguis ipsa est dignata infundere.

VII. Dixistis itaque, quod vobis dicentibus, quod Esau & Iacob necdum natis, Iacob per misericordiam gratuitam eligitur: Esau autem originale peccato detentus justo judicio Dei est odio habitus. Illi e contrario dicunt, in Esau figuram esse populi Iudæorum, ex futuris malis operibus condemnandi; in Iacob vero figuram esse populi gentium, ex futuris operibus bonis salvandi. Hæc duo, quæ singula proponitis, bonum est ut catholica consensione jungatis. Sic enim & ab illis Dei gratia competenter agnoscitur, & a vobis propheticum mysterium non negatur.

VIII. In illis namque duobus fratribus digne accipitur duorum significatio populorum: præsertim cum ipsi Rebeccæ dominum consulenti duo prænuntientur populi, ab ejus utero separandi. Veruntamen agnoscenda est in illa discretione & gratuita bonitas, & justa severitas. Nam quia omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens a patre luminum, & gratia discernuntur, quicumque salvantur: profecto non sunt electa, neque dilecta in Iacob humana opera, sed dona divina.

IX. Rursus quia iniquitas nostra justitiam Dei commendat, proculdubio in Esau humanæ iniquitatis est damnata nequitia. In eo quippe gratuitum in Iacob dominus ostendit beneficium misericordiæ suæ, in quo eum non pro meritis futuræ cujusquam bonæ operationis elegit, cui seipsum, & fidem, & bona opera donaturum esse præscivit. Inde est quod semini Abrahæ, cujus in Iacob figura præcessit, beatus apostolus dicit: *Gratia salvi facti estis per fidem.* Vt ostenderet fidem non aliquibus bonis meritis dari, sed ipsius fidei dono omne bonum meritum inchoari, ipsamque donum Dei esse, sequutus adjunxit, *& non ex vobis, sed donum Dei est,* Ac ne quisquam sibi quorumlibet bonorum operum audeat meritum vendicare, & pro quibuscumque operibus fidem se æstimet accepisse; subjecit, *non ex operibus, ne quis glorietur.*

Ephes. 2.

X. Vt autem ostenderet non solum fidem, sed etiam bona opera divinitus tribui, continuo subdidit: *Ipsius enim factura sumus creati in Christo Iesu, in operibus bonis*, quæ non solum a Deo donata, sed ab ipso præparata testatur, dicens, *quæ præparavit Deus ut in illis ambulemus.*

XI. Gratia itaque Iacob salvus factus est per fidem, gratia consequutus est bonorum operum facultatem. Quocirca quia certum est Esau fuisse vas iræ, Iacob autem vas misericordiæ; certissime tenendum est, quod & ille ut damnaretur, iram juste meruit: non enim injustus dominus, qui iram infert: & iste ut salvaretur, gratis donum misericordiæ prævenientis accepit. Iacob itaque justificatus gratis per gratiam Dei, factus est vas misericordiæ per indebitam gratiam, & per ipsam misericorditer est præparatus ad gloriam: Esau vero per iram justam juste est præparatus ad pœnam. Iniquitas autem nostra justitiam Dei commendat. Deus ergo in Iacob misericordiam gratuitæ bonitatis, in Esau vero judicium justæ severitatis ostendit, qui sacramento quidem circumcisionis octavo die secundum tenorem divinæ constitutionis accepto, reatu peccati originalis caruit, sed per nequitiam cordis in hominis terreni vetustate permansit; illius ibi judicio derelictus, qui gratis salvat, justeque damnat. In cujus persona significati sunt non illi tantum, qui fidem negant; sed & illi qui usque in finem vitæ suæ intra ecclesiam positi, in malis operibus perseverant. De quibus apostolus ait, *Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.* Galat. 5.

XII. Nam sicut ille circumcisus periit, quia dilexit tenebras magis quam lucem: sic omnis qui non deposuit veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris, condemnabitur in judicio, quia non condigne usus est baptismatis sacramento. Ad eumdem quippe veterem hominem pertinent, non solum illi, qui ignorant dominum, sed etiam illi de quibus dicit apostolus, *Confitentur se nosse dominum, factis autem negant.* Tit. 1.

XIII. De parvulis vero indubitanter tenenda catholicæ regula veritatis: Quia parvulus qui baptizatur, gratuita Dei bonitate salvatur: qui vero sine baptismate moritur, propter peccatum originale damnatur. Nec aliquo dicendus est Dei beneficio futuræ impietati præreptus, qui absque justificationis gratia mortuus, est impiorum consortio deputatus: a qua impietate sive parvulus, sive majoris ætatis, solo quisque remedio eripitur, si Christi sanguine redimatur.

XIV. De gratia vero non digne sentit, quisquis eam putat omnibus hominibus dari: cum non solum non omnium sit fides, sed adhuc nonnullæ gentes inveniantur, ad quas fidei prædicatio non pervenit. Beatus autem apostolus dicit, *Quomodo invocabunt, in quem non crediderunt? aut quomodo credent ei quem non audierunt? quomodo autem audient sine prædicante?* Non itaque gratia omnibus datur, quandoquidem ipsius gratiæ participes esse Rom. 10.

non

non possunt; qui fideles non sunt, nec possunt credere, ad quos invenitur ipse fidei auditus minime pervenisse.

XV. Ipsa vero gratia quibuscumque datur, non equaliter datur, sed secundum mensuram donationis Christi, & unicuique sicut dominus divisit mensuram fidei: qui non hominum personas accipit, sed omnia operatur unus, atque idem Spiritus, dividens propria singulis, prout vult.

XVI. Quod autem vos dicitis, sola Dei misericordia salvari hominem, illi autem dicunt, nisi quis propria voluntate cucurrerit, & elaboraverit, salvus esse non poterit: digne utrumque tenetur, si rectus ordo servetur divinæ misericordiæ, & voluntatis humanæ, ut illa præveniat, hæc sequatur: sola Dei misericordia initium salutis conferat: cui deinde voluntas hominis cooperatrix suæ salutis existat, ut misericordia Dei præveniens voluntatis humanæ dirigat cursum, & humana voluntas obediens, eadem misericordia subsequente, secundum intentionem currat ad bravium, per hoc humana voluntas in eo quod currit utiliter, laborat, & ex Dei misericordia sibi esse donum cursus, ac laboris agnoscat: nec sit ingrata misericordiæ, per quam salutis accipit initium, ut per ipsam perveniat ad plenum sempiternæ salutis effectum, quia tunc erit bona, si Dei præveniatur dono, & tunc permanebit bona, si ejus non destituatur auxilio. Errat autem quisquis putat sic a domino tribui, velut si quis accepto idoneo pignore, pecuniam det: cum dominus utique & pignus Spiritus sancti ipse, quibus vult conferat, & pecuniam suam nummulariis expetendam, sicut ipse lo-
[...]th. 25. quitur in euangelio, servorum suorum curæ, officioque distribuat.

XVII. Illa vero apostoli sententia, qua
[...]. 9. dicitur, *Ergo cujus vult miseretur; & quem vult obdurat:* melius quidem ex persona confirmantis accipitur: quam si quis non vult ex persona confirmantis accipere, illud sine contentione attendat: quod subsequenter di-
[...]em. citur: *An non habet potestatem figulus luti, ex eadem massa facere aliud quidem vas in*
[...]. 9. *honorem, aliud vero in contumeliam?* Et cum in utroque vase faciendo figuli cognoverit potestatem in vase honoris indebitam gratiam Dei miserantis intelligat, & in vase contumeliæ debitum judicium Dei obdurantis, id est, deserentis agnoscat.

XVIII. Deus autem obdurare dicitur, non quia ad iniquitatem compellit, sed cum ab iniquitate non eripit: quod quia justus est, juste facit. Deo ergo miserante, sine suis meritis homo salvatur, obdurante autem, juste recipit quod meretur. Dominus quippe dono bonitatis salvat: judicio severitatis obdurat.

XIX. Illud etiam quod vos dicitis, *Dominus est enim, qui operatur in vobis, & velle, & operari pro bona voluntate:* Illi autem dicunt, *Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis:* Si utrumque, sicut oportet animus in fide tranquillus acceperit, nulla de gratia & libero arbitrio quæstio remanebit. Iubet enim Deus homini, ut velit, sed dominus in homine operatur, & velle: jubet ut faciat, sed operatur & facere. Ideo utrumque beatus

A jungit apostolus, dicens: *Cum timore, & tremore salutem vestram operamini. Dominus est enim, qui operatur in vobis, & velle, & perficere pro bona voluntate.* Philip. 2. Vt ergo cum timore, & tremore suam quisque operetur salutem, opus est volentis hominis, sed hoc ipsum dominus operatur in suis, ac per hoc quoniam habet homo liberum arbitrium, audit præcepta, quę faciat: sed ad implenda pręcepta liberum arbitrium idoneum nullatenus efficitur, nisi divinitus adjuvetur. Ita fit, ut se operari debere homo cognoscat, dum pręceptum accipit, & domino se sciat semper omne bonum debere, quo vult ac facit: B quem teste apostolo cognoscat operari in homine, & velle: & perficere pro bona voluntate. Qui suis fidelibus hanc dignatus est gratiam promittere per prophetam, dicens: *Spiritum meum dabo in vobis, & faciam, ut in justificationibus meis ambuletis, & judicia mea observetis, & faciatis.* Ezech. 36. Cum ergo dominus in homine operari cœperit velle, tunc homo ad dominum convertitur, & eodem in se operante, unde ipsi placeat, operatur. De domino enim dicit apostolus: *Aptet vos in omni bono, ut faciatis voluntatem ejus, faciens in vobis, quod placeat coram se.* Hebr. 13. Ad vitam quoque in tantum potest homo manum porrigere, in quantum habuerit dominum protectionem suam super manum dexteram C suam.

XX. Nimis autem absurdum, illos putare vasa misericordiæ, qui vel sæcularem habent, vel ecclesiasticam dignitatem; vasa vero contumeliæ, clericos, & monachos, ac laicos æstimare: cum utique apostolus vasa misericordiæ illa dicat, quæ præparavit dominus in gloriam, non præsentem utique, sed futuram, quibus dicit: *Cum Christus apparuerit, vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria.* Ideo paulo superius eis ait, *Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram.* Coloss. 3. Vasa quippe misericordiæ sunt, quibus dicitur, *Venite benedicti patris mei, percipite regnum.* Vasa vero contumeliæ sunt, quibus dicitur, Math. 25. D *Ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus est diabolo, & angelis ejus.* Vasa itaque misericordiæ non ecclesiastica, vel sæcularis dignitas, sed in ecclesia spiritalis caritas facit. Quapropter in quacumque professione tenuerit homo fidem, quæ per caritatem operatur, erit vas in honorem sanctificatum, & utile domino, ad omne opus bonum paratum.

XXI. Contra prędestinationem vero sanctorum magnę pervicacię est aliquem vel parare, vel habere conflictum, cum apostolicę E prędicationi nullus audeat refragari, qua non solum dicitur de domino. *Quos autem præscivit, & prædestinavit conformes fieri imaginis filii ejus,* Rom. 8. & alio loco: *prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum:* Ephes. 1. verumetiam ipsum caput nostrum, ipsum primogenitum in multis fratribus, beatus Paulus prędestinatum confidenter prędicat dicens: *Qui factus est ei ex semine David secundum carnem, qui prædestinatus est filius Dei in virtute secundum Spiritum sanctificationis.* Rom. 1. Quisquis ergo prędestinatum Christum, & sanctos ejus negat, apostolicam fidem perversus oppugnat.

XXII. Omnes autem prædestinati ipsi A sunt, quos vult salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Qui propterea omnes dicuntur, quia in utroque sexu, ex omni hominum genere, gradu, ætate & conditione salvantur. Semper quippe voluntas Dei omnipotentis impletur, quia potestas ejus nullatenus vincitur. Ipse est enim qui omnia quæcumque voluit fecit in cælo, & in terra, in mari, & in omnibus abyssis, & cujus voluntati nemo resistit. Verum namque est, quod de se testatus est filius, quia in vivificandis nullum initium humanæ voluntatis expectat, sed ipsam voluntatem bonam faciendo vivificat. Hoc in majoribus. Parvulos autem, in quibus necdum potest bo- B na voluntas fieri, solius gratiæ facit operatione salvari.

XXIII. Liberum vero arbitrium, quod fuit in primo homine sanum ante peccatum, nunc in filiis Dei propria quidem infirmitate concutitur, sed majore divini muneris gratia sublevatur.

XXIV. Quæstionem vero animarum, aut tacitam debemus relinquere, aut sine contentione tractare, quia sive ex propagine veniant, sive novæ singulis corporibus fiant, quod sanctarum scripturarum auctoritas non manifeste pronuntiat, cum cautela debet inquiri: maxime quod sine fidei detrimento potest a C fidelibus ignorari.

XXV. Illud præcipue observandum est & tenendum, parvulorum animas nexu peccati originalis obstrictas, omnibusque necessarium esse sancti baptismatis sacramentum, quo dimittitur peccati originalis vinculum, & amissa in primo homine per secundum hominem recipitur adoptio filiorum.

XXVI. Vos itaque, dilectissimi fratres, per gratiam Dei estote stabiles, & immobiles: ac tenentes veram fidem, exhibete fratribus aliter sentientibus caritatem, nec de aliquo desperetis: quia qui hodie veritatem in aliquo non agnoscit, potest cras Deo revelante cognoscere. Deo enim subest, cum volet, posse. Oremus ergo pro eis, ut dominus operetur in eis. D Exhibeamus eis bonam voluntatem, de qua nos possumus habere mercedem: scientes quoniam in conspectu Dei quisquis de numero prædestinatorum fuerit, non peribit, & in omnibus voluntas omnipotentis implebitur, ut per gratiam salvi fiant, & agnitionem veritatis, domino illuminante, percipiant.

XXVII. Præ omnibus studium gerite, libros S. Augustini, quos ad Prosperum & Hilarium scripsit, memoratis fratribus legendos ingerere. Quorum mentionem beatæ memoriæ Hormisda sedis apostolicæ gloriosus antistes in epistola, quam consulenti se sancto fratri, consacerdotique nostro Possessori " rescripsit E cum magno præconio catholicæ laudis inseruit. Cujus hæc verba sunt: *De arbitrio tamen libero & gratia Dei, quid Romana, hoc est catholica sequatur & servet ecclesia, licet in variis libris beati Augustini, & maxime ad Prosperum & Hilarium abunde possit agnosci, tamen & in scriniis ecclesiasticis expressa capitula continentur.*

" Quid ad hæc vetera-tor Maxentius?

XXVIII. Hæc itaque, dilectissimi fratres interrogantibus vobis, breviter communi voluimus respondere rescripto. Ceterum unus ex nobis, in quantum dominus servis suis recti gratiam dignatur donare sermonis, illis omnibus, quæ memoratos fratres adversus gratiam, & prædestinationem intimastis, vel sentire, vel dicere, tribus libris vestro nomine dedicatis sufficienti disputatione respondit, quique adversus duos libros Fausti Galli septem libros edidit: quos cum recensueritis, agnoscetis protinus, quemadmodum memorati Fausti commenta veritati contraria catholicæ fidei penitus inimica discussio prodidit, ratio manifesta convincit, auctoritas divina compressit, & præcedentium patrum consona prorsus attestatio confutavit.

XXXI. Speramus autem in domino quoniam gratiæ suæ ita subsidium largietur, ut & bene sentientibus tribuat augmentum & aliter quam oportet credentibus donet agnoscendæ veritatis intuitum. Ipsa enim facit gratiæ suæ participes, quos prædestinavit ad vitam: ut in omnibus bonis suis humanæ arbitrium voluntatis gratię Dei subjiciant, & ab ipso sibi cognoscant descendere omne datum optimum, & omne donum perfectum: sciant etiam ab ipso expectandum semper auxilium, qui prędestinatis suis & gratiam, & perseverantiam donat: ut gratiam, pro gratia, donum vitę perennis accipiant.

ANNO CHRISTI 523.

VITA,
EPISTOLÆ, ET DECRETA IOANNIS PAPÆ I.

Ex libro pontificali.

IOANNES [a] natione Tuscus, ex patre Constantio, sedit annos duos, menses novem, dies septemdecim. Fuit autem a consulatu Maximi usque ad consulatum Olybrii, temporibus Theodorici regis & Iustini Augusti Christiani. Hic vocatus est a rege Theodorico Ravennam, quem ipse rex rogans misit in Constantinopolim ' cum legatione ad Iustinum imperatorem orthodoxum. Eodem quippe tempore imperator vir religiosissimus, summo amore religionis Christianæ, voluit hæreticos extricare. Nam summo fervore religionis Christianitatis hoc consilio usus est, ut ecclesias Arianorum catholicas consecraret. Pro hac causa rex Theodoricus hæreticus hoc audiens, exarsit in iram, & totam Italiam voluit gladio extinguere. Eodem tempore Ioannes papa ægrotus egressus cum fletu ambulavit pergens ad urbem Constantinopolim, & senatores cum eo ', scilicet Theodorus, Importunus & Agapetus exconsules, & alius Agapetus patricius, accipientes hoc in mandatis legationum ab ipso rege, ut redderentur ecclesiæ hæreticis in partibus ' orientis. Quod si non, omnem Italiam gladio perderet. Qui cum ambulassent cum Ioanne papa, occurrerunt beato Ioanni papæ, a miliario duodecimo, omnis civitas cum cereis & crucibus in honorem beatorum apostolorum Petri & Pauli: quia veteres Græcorum hoc testificabantur, dicentes, a tempore Constantini & a beato Silvestro sedis apostolicæ episcopo, usque ad Iustini tempora, non meruisse partes Greciarum vicarium B. Petri apostoli suscepisse cum gaudio & gloria.

' in

' religiosi exconsules & patricii

' Græciarum

Tunc

Tunc Iuſtinus Auguſtus dans honorem Deo, humiliavit ſe pronus in terram, & adoravit beatiſſimum Ioannem papam. [b] Eodem tempore beatus Ioannes papa cum ſenatoribus ſupra ſcriptis, cum grandi fletu rogaverunt Iuſtinum Auguſtum, ut legatio acceptabilis eſſet in conſpectu ejus. Qui Ioannes papa & ſenatores viri religioſi omnia meruerunt, & liberata eſt Italia a Theodorico rege hæretico. Iuſtinus autem imperator gaudio repletus eſt, quia meruit temporibus ſuis vicarium beati Petri apoſtoli videre in regno ſuo, de cujus manibus cum gloria coronatus eſt Iuſtinus Auguſtus. [c] Eodem autem tempore cum hi ſupra ſcripti, id eſt, papa Ioannes cum ſenatoribus, Theodoro, Importuno, & Agapeto exconſulibus (Agapeto patricio defuncto Theſſalonicæ) poſiti Conſtantinopoli eſſent, Theodoricus rex hæreticus tenuit duos ſenatores præclaros & exconſules [d] Symmachum & [e] Boetium, & occidit interficiens gladio. Eodem tempore revertens papa Ioannes venerabilis, & ſenatores cum gloria, dum omnia obtinuiſſent a Iuſtino Auguſto, rex Theodoricus hæreticus cum grandi dolo & odio ſuſcepit eos, ſcilicet Ioannem papam & ſenatores, quos etiam gladio voluit occidere, ſed metuebat indignationem Iuſtini Auguſti. Tamen in cuſtodia omnes afflictos maceravit, ita ut beatiſſimus Ioannes epiſcopus primæ ſedis, in cuſtodia afflictus, deficiens moreretur. Qui defunctus eſt Ravennæ * XII. Kalendas Iunii.

Poſt hoc factum, nutu omnipotentis Dei, 98. die poſtquam defunctus eſt Ioannes beatiſſimus papa in cuſtodia, Theodoricus rex hæreticus ſubito interiit, & mortuus eſt. Hic papa Ioannes refecit cœmeterium beatorum martyrum Nerei & Achilei, via Ardeatina. Item renovavit cœmeterium ſanctorum Felicis & Adaucti. Item renovavit cœmeterium Priſcillæ. Eodem tempore poſitum eſt ornamentum ſuper confeſſionem beati apoſtoli de gemmis praſinis & hyacinthinis. Item hujus temporibus Iuſtinus imperator obtulit patenam auream cum gemmis, penſantem libras viginti. Calicem aureum cum gemmis, penſantem libras quinque. Scyphos argenteos quinque. Pallia auro texta quindecim, quæ ipſe Ioannes detulit ad beatos apoſtolos Petrum & Paulum, & ad ſanctam Mariam, & ad ſanctum Laurentium. Hic ordinavit epiſcopos per diverſa loca 15. Cujus corpus tranſlatum eſt de Ravenna, & [f] ſepultum eſt in baſilica beati Petri ſub die IX. Kalendas Iunias, Olybrio conſule. Et [g] ceſſavit epiſcopatus dies quinquaginta octo.

Nota Severini Binii.

a *Ioannes.*] Cum ſeptem dierum ſpatio ſedes apoſtolica paſtore vacaſſet, totius cleri conſenſu ſubrogatus eſt in locum Hormiſdæ Ioannes Etruſcus Conſtantii ex preſbytero filius, Idibus Auguſti, an. Chriſti nati 523. qui eſt Iuſtini ſextus imperii, & Theod. 31. regni Italici. Hujus temporibus magna Æthiopum copia ad eccleſiam acceſſit. Ex Manichæis plurimi per Iuſtinum imperatorem & Cabadem Perſarum regem interfecti fuerunt. Euphemia Auguſta de catholica fide optime merita ex hac vita migravit. Iuſtinus imperator anno imperii ſui ſexto, Arianis ex oriente expulſis, eccleſias eorum ubique catholica religione conſecrari mandavit. Quod cum Ariani orientales Theodorico regi Italiæ ſuæ perfidiæ patrono ſignificaſſent, ab eoque miſſis legationibus plurimis ſubſidium & patrocinium expetiviſſent, apud Iuſtinum imperatorem pro eorumdem libertate agere cœpit. Verum cum ex literis ultro citroque datis & acceptis intelligeret, ſe minime id quod optabat conſecuturum, impulit Ioannem pontificem ad munus legationis ſuſcipiendum, mutuæque pacis & concordiæ conſervandæ ſequeſtrum agendum, comminatus, niſi delegatam provinciam ſubiret, ſe in occidente adverſus orthodoxos illa facturum, quæ in oriente adverſus ſuos Arianos legibus Iuſtini Auguſti decreta fuiſſent. His minis pontifex commotus, invitus & præter conſuetudinem anteceſſorum legationem ſubjit.

Ioānes papa a Theodorico Arianorum patrono in orientem ablegatur.

Eidem in itinere poſito acciderunt quæ ſanctus Gregorius libro 3. dialog. capite 2. narrat his verbis: *Gothorum tempore, cum Ioannes vir beatiſſimus hujus Romanæ eccleſiæ pontifex ad Iuſtinum ſeniorem principem pergeret, in Corinthi partes advenit, cui neceſſe fuit, ut in itinere ad ſedendum equus requiri debuiſſet. Quod illic quidam vir nobilis audiens, equum, quem pro magna manſuetudine ejus conjux ſedere conſuevit, ita ei obtulit, ut eo ad loca alia perveniente, cum alius equus potuiſſet inveniri, deberet ille quem dederat propter ſuam conjugem tranſmitti. Factumque eſt ut dum uſque ad certum locum prædictus vir equo eodem ſubvehente perductus eſſet: qui mox ut alium reperit, illum quem acceperat remiſit. Cumque eum prædicti nobilis viri conjux ex more ſedere voluiſſet, ultra non valuit: poſt ſeſſionem tanti pontificis mulierem ferre recuſavit. Cœpit namque immenſo flatu & fremitu atque inceſſanti totius corporis motu, quaſi deſpiciendo prodere, quia poſt membra pontificis mulierem ferre non poſſet. Quod vir ejus prudenter intuitus, hunc ad eumdem venerabilem virum protinus remiſit, magnis precibus petens, ut equum ipſe poſſideret, quem juri ſuo ſedendo dedicaſſet. De eodem etiam illud*, inquit idem ſanctus Gregorius, *mirabile a noſtris ſenioribus narrari ſolet, quod in Conſtantinopolitana urbe, ad portam, quæ vocatur Aurea, veniens, populorum turbis ſibi occurrentibus in conſpectu omnium, roganti cæco lumen reddidit, & manu ſuperpoſita oculorum tenebras fugavit.* His præcurſantibus miraculis voluit eum Deus honorifice recipi. Quomodo autem a Conſtantinopolitanis exceptus fuerit, refert Anaſtaſius: quid vero ibidem in cauſa Arianorum egerit, infra dicemus, verbis: *Eodem tempore beatiſſimus*, &c.

Quid Ioanni papæ apud Corinthum acciderit.

Cæcus a Ioanne papa illuminatur.

b *Eodem tempore.*] Iuſtinum imperatorem pontificis aliorumque legatorum precibus permotum, quod hic refert Anaſtaſius, Arianis jura ſua reliquiſſe, iiſque ablatas eccleſias reſtituiſſe, falſum eſt. Fatetur enim ipſe pontifex Ioannes epiſtola 2. ad epiſcopos Italiæ, ſe cum in cauſa Theodorici regis Conſtantinopoli eſſet, ſuaſu & hortatu Iuſtini imperatoris eccleſias Arianis oblatas viciſſim reconciliaſſe, & divino cultui conſecraſſe. *Eccleſias vero Arianorum*, inquit, *ubicumque inveneritis, catholicas eas divinis precibus & operibus abſque ulla mora conſecrate; quia & nos quando fuimus Conſtantinopoli, tam pro religione catholica, quam & pro Theodorici regis cauſa & negotiis, ſuadente atque hortante, Arianoſque extirpante, piiſſimo atque Chriſtianiſſimo Iuſtino orthodoxo imperatore, quaſcumque illis in partibus eorum eccleſias reperire potuimus, catholicas eas (domino opem ferente) conſecravimus.* At ne vel levis ſaltem de impoſtura ſuſpicio in adverſariorum refractariam mentem irrepere poſſit, quaſi epiſtola hæc ſpuria ſit & ſuppoſititia, accipe tantæ veritatis teſtem ejuſdem ſæculi ſcriptorem Gregorium Turonenſem, eadem ipſa diſertis verbis teſtantem, cum in libro de gloria martyrum cap. 40. ait, nullam aliam ob cauſam Ioannem pontificem detruſum in carcerem, coactumque ibi in ærumnis vita perfungi, quam quod Arianorum eccleſias in catholicas conſecraſſet. Verba illius hæc ſunt: *Hic* (intellige Ioannes papa) *cum ad epiſcopatum veniſſet, ſummo ſtudio hæreticos* (Arianos) *execrans, eccleſias eorum in catholicas dedicavit: quod cum Theodoricus rex comperiſſet, furore ſuccenſus, quia eſſet ſectæ Arianæ deditus, juſſit gladiatores per Italiam dirigi, qui univerſum, quotquot inveniſſent, catholicum populum jugularent. Hæc audiens beatus Ioannes, ad regem, ne hæc fierent, deprecaturus acceſſit: a quo cum dolo ſuſceptus, alligavit eum, & poſuit in carcerem, dicens: Ego te faciam, ne audeas contra ſectam noſtram amplius muſſitare. Poſitus vero ſanctus Dei in carcere, tantis attritus eſt injuriis, ut non poſt multum tempus ſpiritum exhalaret: obiitque in carcere cum gloria apud urbem Ravennam: Domini autem miſericordia ſtatim ultionem ſuper improbum regem irrogavit: nam ſubito a Deo percuſſus, plagis magnis exinanitus interiit, ſuſcepitque protinus perpetuum gehennæ flammantis incendium.* Hæc Gregorius Turonenſis prædicto loco. Anaſtaſius hic pontificem reverſum a legatione Conſtantinopolitana, juſſu regis carceribus mancipatum & in vinculis defunctum eſſe aperte ſcribit. Mirum eſt, qua auctoritate

Quid Ioannes papa in oriente effecerit.

Ioannes papa cur incarceratus.

S. Ioannes papa in carcere occiſus.

referat

referat ad inſtantiam papæ Arianis in oriente eccleſias ſuas reſtitutas fuiſſe. ſi hoc beneficium a Iuſtino imperatore obtinuiſſet, non ſane rex Arianus redeuntem in carcerem detruſiſſet, ibique eum mori coegiſſet, ſed potius eidem tamquam liberatori ſuarum gentium ipſe Theodoricus occurriſſet, publicos honores decreviſſet, & ſi non triumpho, ſaltem aliqua ovatione comitante univerſo Gothorum exercitu illum in urbem introduxiſſet. Vide Baronium anno 526. numero 8. 9. & 10.

Theodoricus Romæ catholicos perſequitur.

c *Eodem tempore cum hi ſuprascripti, id eſt, papa,* &c] Cum Theodoricus audiiſſet Ioannem pontificem pro eccleſiis Arianorum reſtituendis nihil egiſſe, ſed potius ablatas Arianis eccleſias divino cultui dedicaſſe, in nobiliſſimos ſenatores gladium Romæ convertit. Hæc eadem auctor hiſtoriæ Miſcellæ, lib. 15. & Gregor. Turon. prædicto loco teſtantur.

Symmachus quis?

d *Symmachum.*] Symmachus ſocer fuit Boetii, vir conſularis, omnium ſcientiarum, & præcipue rerum theologicarum peritiſſimus. Ad hunc Boetius ſcripſit librum de trinitate, ſuorumque ſcriptorum arbitrum appellat. Priſcianus grammaticus Conſtantinopoli docens, librum ſuum de ponderibus & menſuris eidem inſcripſit, cujus initio ait: *Omni te, Symmache, nobilitatis ſplendore celebratum, ac omni naturæ munere præſtantem, omni virtutis luce fulgentem, ſtudiis etiam optimarum artium diſciplinarumque florentem, juſtiſſimeque proſpera fortuna meritis vitæ probantem, fama quidem antea nobis abſentem venerabilem faciebat; nunc autem præſentem veritas ſupergreſſa laudes prædicationis oſtendit*, &c. Ennodius dum recenſet urbis cives clariſſimos, quoſque imitandos proponit, de Feſto & Symmacho ait: *Feſtus & Symmachus omnium diſciplinarum materia & conſtantes forma ſapientiæ de urbe ſacratiſſima non recedunt. In ipſis eſt nobilis curia principatus: quos vidiſſe erudiri eſt*, &c. In hoc magnum antiquæ probitatis decus & ornamentum truculentus tyrannus violentas manus injecit, venerandamque canitiem ſanguine cruentavit; at licet gladio necari, non tamen extingui potuit: cujus ſecti capitis vel ſola memoria ſub prægrandis piſcis capitis aſpectu phantaſiæ repræſentata, eumdem crudeliſſimum barbarum tanto tremore concuſſit, & talem timorem incuſſit, teſte Procopio, ut necem attulerit corpori; anima in ignem inextinguibilem condemnata. Vide Baron. anno 526. & Poſſevin. in apparatu ſacro.

Priſcianus grammaticus hoc tempore vixit.

Theodoricus ex viſione apparentis ſibi capitis Symmachi conſternatus obiit.

Severinus Boetius quis & cur occiſus.

e *Boetium.*] Severinus Boetius ſecundum conſul Symmachi filiam Ruſticianam nomine uxorem habuit, ex qua duos ſuſcepit filios conſulares, quos optimis moribus imbui curavit. Philoſophus, theologus & mathematicus inſignis fuit, ſcriptis philoſophicis & theologicis clariſſimus. Hunc Theodoricus, ideo quod ſenatum de crimine læſæ majeſtatis calumniæ accuſatum defendiſſet, Ticinum relegavit, ibique tandem, poſt multas carceris anguſtias, eumdem capitis ſupplicio affecit, & glorioſo martyrio condecoravit. De ſcriptis illius, vide Baron. anno 526. Poſſevin. in apparatu ſacro.

f *Sepultum* IX. *Kalendas Iunias.*] Sexto Kalendas Iulias legi debet. Nam VI. Kalendas Iunias mortuus eſt: ſexto autem Kalendas Iulias Romam tranſlatus, ſepultus fuit in baſilica Vaticana.

Quid actum Romæ tempore interregni pontificii.

g *Ceſſavit epiſcopatus dies* 58.] Hoc toto 50. dierum interſtitio ſedis vacantis altercatum eſt Romæ de electione pontificis: & licet vota eligentium in alium conſpiraſſent, accidit tamen juſſu Theodorici regis Ariani, ut quem ille deſignarat Felicem IV. eligere debuerint. Sicut ergo Conſtantinus imperator Arianus relegato Liberio, illi ſubrogavit Felicem ſecundum; ita Theodoricus princeps Arianus ejuſdem nominis Felicem IV. Hac occaſione factum eſt, ut quando poſt hæc tempora etiam orientales imperatores non alium a clero Romano pontificem eligi permiſerint, quam talem quem ipſi ſuo aſſenſu confirmarent: ob quod ſanctus Gregorius plurimis in locis graviſſime ingemiſcit.

"Hanc cum ſequenti ſuppoſititiam multa evincunt.

"EPISTOLA I. IOANNIS PAPÆ I. AD ZACHARIAM ARCHIEPISCOPUM.

De non accuſandis epiſcopis.

Ioannes urbis Romæ epiſcopus, Zachariæ archiepiſcopo ſalutem.

" Zachar. epiſt. 1.

EXIGIT dilectio tua, frater cariſſime, præceptum " apoſtolicæ ſedis, in quo pa-
A trum decreta conſentiunt, quod nec tibi, nec ulli recte viventium & credentium ſacerdotum, negare fas eſſe credimus. Et licet tibi pro merito " & honore ſacerdotii, quo plurimum polles, vivendi & docendi eccleſiaſticæ regulæ ' nota ſint omnia, tamen quia Romanæ eccleſiæ normam atque auctoritatem magnopere poſtulaſti, ſcriptis tuis breviter reſpondere curavimus '. De occultis " enim cordis alieni temere judicare, iniquum eſt, & eum, cujus non videntur opera niſi bona, peccatum eſt ex ſuſpicione reprehendere. Oves ergo, quæ paſtori ſuo commiſſæ fuerint, eum nec reprehendere, niſi a recta fide exorbitaverit, debent, B & nullatenus accuſare poſſunt: quia facta paſtorum oris gladio ferienda non ſunt, quamquam recte reprehendenda videantur. Ideo iſta dicimus, quia in ſcriptis veſtris reperimus, quoſdam epiſcopos veſtris in partibus a propriis ovibus accuſatos, aliquos videlicet ex ſuſpicione, & aliquos ex certa ratione, & idcirco quoſdam ſuis eſſe rebus expoliatos, quoſdam vero a propria ſede pulſos. Quos ſcias nec ad ſynodum comprovincialem ", nec ad generalem poſſe convocari, nec in aliquo dijudicari, antequam cuncta, quæ eis ablata ſunt, legibus poteſtati eorum redintegrentur. Prius ergo oportet omnia illis legibus redintegrari, & eccleſias, quæ eis ſublatæ ſunt, cum omni privilegio ſuo reſtitui, & poſtmodum non ſub ' an- C guſti temporis ſpatio, ſed tantum temporis ſpatium eis indulgeatur, quantum expoliati vel expulſi eſſe videntur, antequam ad ſynodum convocentur, & ab omnibus quiſque ſuæ provinciæ epiſcopis audiatur.

" Innoc. epiſt. 2.
' notæ ſint per omnia
' non denegavimus.
" Proſperi ſent. 21.
Quæ ſequuntur uſque ad finē epiſtolę habentur in decr. 2. Euſebii, to. 1. concil. p. 1387. D. 2. q. 7 Oves paſtor. 2. q. 2. In ſcripturis veſtris. Et in decr. Ivon. lib.
" Horum pleraque in concil. V. Rom. ſub Symmacho.
5 q. 2. Prius ergo. Et in decr. Ivo. lib. 4.
' anguſto

Nam nec convocari ad cauſam, nec dijudicari poteſt expoliatus vel expulſus: quia non eſt privilegium, quo expoliari poſſit jam nudatus. Vnde & antiquitus decretum eſt: Omnes poſſeſſiones, & omnia ſibi ſublata, atque fructus cunctos ante litem ' conteſtatam, " perceptor vel primas poſſeſſori reſtituat. Et alibi ſcriptum habetur: Ille qui violentiam pertulit, univerſa in ſtatu quo fuerant, recipiat, & quæ ' poſſidet, ſecurus teneat. Et alibi in ſynodalibus patrum decretis, & regum edictis legi- D tur ſtatutum: Redintegranda ſunt omnia expoliatis vel ejectis epiſcopis præſentialiter ordinatione pontificum, & in eorum, unde abſceſſerunt ', poteſtatem funditus revocanda, quacumque conditione temporis, aut dolo aut captivitate, aut virtute majorum, aut per quaſcumque injuſtas cauſas, res eccleſiæ vel proprias, aut ſubſtantias ſuas perdidiſſe noſcuntur ante accuſationem, aut regularem ad ſynodum ' vocationem eorum, & reliqua. Eſt etiam in antiquis eccleſiæ ſtatutis decretum, ut qui alie- E na invadit, non exeat impunitus, ſed cum multiplicatione omnia reſtituat. Vnde & in euangelio ſcriptum eſt: *Quod ſi aliquid defraudavi, reddo quadruplum.* Et in legibus ſæculi cautum habetur: Qui rem ſubripit alienam, illi, cujus res direpta eſt, in undecuplum, quæ ſublata ſunt, reſtituat. Et in lege divina legitur: *Maledictus omnis, qui transfert terminos proximi ſui. Et dicet omnis populus, Amen.*

In decr. Ivo. lib. 4.
' conſtitutam
" perceptos legendum arbitror non vero, ut habet c. Iuſt. præceptor.
' poſſedit
3. q. 1. Redintegranda.
' dominium
' convocationem, &c.
In decr. Ivo. lib. 4.
Luc. 19.
12. q. 2. Legibus cautum.
Deut. 27.

Talia ergo non præſumantur abſque ultione, nec exerceantur abſque ſua damnatione. Tu vero, frater cariſſime, hæc vide ne tranſgrediaris, & reliquos epiſcopos, tam tuæ curæ commiſſos, quam & alios firmiter tenere doceto,

doceto, quia transgredi apostolica statuta absque transgressoris gradus periculo nullatenus possunt. Inimicis vero " accusatoribus, vel de inimici domo prodeuntibus, seu qui cum inimicis morantur, non credatur: ne irati nocere cupiant, ne læsi se velint ulcisci. Hi quoque rejiciendi sunt, non approbandi. Hæc, carissime, tene, & prohibita semper cave. Illud adimplere stude, quod bene ad Iesum filium Sirach dictum est: *Vsque ad mortem certa pro veritate, & semper dominus Deus tuus pugnabit pro te.* Hujus ergo rei gratia vobis & nobis sancta commissa est ecclesia, ut pro omnibus ' laboribus & cunctis opem ferre non negligamus: quoniam *dum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quæ possidet.* Ideoque tanta urgente necessitate, summopere vestra apostolicaque auctoritate, & reliquos episcopos oportet reprimere infestos, relevare oppressos, ut absq; gravi (domino auxiliante) difficultate, ipsi gratanter omni tempore sacrificare ' mereamur illæsi. Ad vos " quoque me reverti cogit propositi operis amica conditio, qui melioribus hactenus ' operam volui navare sermonibus, dum talem rationem exigit toxicata necessitas. Mandati cælestis habitatio nos aut miscet, aut separat. Nec interest, quæ intervalla nos segregent, si una in ' supernæ mansionis clave retinentur. Nec vobis tales nocere valebunt, si invicem adjutorium ferre non distuleritis. Inauditum autem genus sacrilegii est; quod mentitæ religionis ' honorem præfixi æmuli colorant. Dehonestat enim venerandi reverentiam nominis, qui adjutorem se in his quæ in Deum jactat commissa pollicetur. Contumeliæ genus est, quasi in solatio adesse * sublimi, juxta apostolum: *Tu quis es, qui judicas alienum servum?* Quid auribus imperitis illudunt, & graviorem vindictæ speciem faciunt esse quam culpæ? Si odium habent, excessibus * emendent. Cur ergo liberius condemnant scelera, quam vitant? Sui profecto impugnator est omnis qui patres insequitur, aut detrahere non formidat. Nihil est enim in quo inimicorum tela, domino opem ferente, superare non valeatis, si, juxta veritatis vocem, *talem, qualem dominus præcepit, habueritis dilectionem adinvicem.* Data xv. Kalendas Novembris, [a] Maximo " & Olybrio " viris clarissimis consulibus.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Maximo*, &c.] Hæc consularis nota mendosa est, ut patebit ex iis quæ infra dicemus. Puto hanc referendam esse ad consulatum Maximi sine collega, qui incidit in annum domini 523.

II. AD [a] EPISCOPOS ITALIÆ.

De Theodorico rege, atque de fide catholica adversus Arianos defendenda, deque ecclesiis eorum sacro ritu consecrandis, & divino cultui reconciliandis.

Ioannes episcopus omnibus per provincias Italiæ constitutis episcopis, in domino salutem.

SÆPISSIME multo " jam experimento didici, sanctum pietatis vestræ studium circa religionem Christianam gloriosis crescere & dilatari augmentis, & fides recta, quæ non solum me, sed omnes domini sacerdotes consolatur & roborat, vestris in mentibus & operibus per sacerdotale agnoscitur opus & dilatatur.

A Quapropter (fratres) hortor vos & moneo, contra Arianam perfidiam, quæ olim non semel, sed sæpe damnata est, & modo in quibusdam reviviscit, armari gladio Spiritus sancti, ut eam ita (adminiculante divina gratia) opprimere & extirpare valeamus, ut nec radix ejus in posterum inveniatur. [b] Ecclesias vero Arianorum ubicumque inveneritis, catholicas eas divinis precibus & operibus absque ulla mora consecrate: quia & nos, quando fuimus Constantinopoli, tam pro religione catholica, quam & pro regis Theodorici causa & negotiis, suadente atque hortante, Arianosque extirpante piissimo atque Christianissimo Iustino orthodoxo imperatore, quascumque illis in partibus eorum " ecclesias reperire potuimus catholicas eas domino opem ferente consecravimus. Et quamquam prædictus Theodoricus rex, eorum peste tactus intrinsecus, & obvolutus extrinsecus, nos, & omnem regionem ' nostram perdere, & gladio & igne consumere minetur, nolite tamen propterea deficere, sed viriliter in agro dominico elaborare studete, & (juxta veritatis vocem) *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potius eum timete, qui potest & animam & corpus mittere gehennam.* Et egregius gentium apostolus inquit: *Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum dominum nostrum, nos autem servos vestros per Iesum: quoniam Deus, qui dixit de tenebris lumen splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei in faciem Christi Iesu. Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus, ut sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur: aporiamur, sed non destituimur: persecutionem patimur, & non derelinquimur: * dejicimur, * & non perimus: semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circumferentes, ut & vita Iesu in corporibus nostris manifestetur. Semper enim nos, qui vivimus, in mortem tradimur propter Iesum, ut & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. Ergo mors in nobis operatur, vita autem in vobis. Habentes autem eumdem spiritum fidei, sicut scriptum est: Credidi, propter quod locutus sum: & nos credimus, propter quod & loquimur: scientes quoniam qui suscitavit Iesum, & nos cum Iesu suscitabit, & constituet vobiscum. Omnia enim propter vos, ut gratia abundans per * multas gratiarum * actiones, abundet in gloriam Dei. Propter quod non deficimus. Sed licet is qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est, renovatur de die in diem. Id enim, quod in præsenti est momentaneum & leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ videntur enim, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna sunt. Scimus enim, quoniam si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur, quod ex Deo ædificationem habemus, domum non manufactam, æternam in cælis. Nam & in hoc ingemiscimus, habitationem nostram, quæ de cælo est, superindui cupientes, si tamen vestiti, & non nudi inveniamur. Nam & qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus gravati, eo quod nolumus spoliari, sed supervestiri, ut absorbeatur, quod mortale est, a vita. Qui autem efficit nos in hoc ipsum, Deus, qui dedit nobis pignus Spiritus. Audentes* igitur

Marginal notes: Eccles. 4. — Matth. 10. — 2. Cor. 4. — 2. Cor. 4. — " Gregor. Turonensis eadem ferme habet c. 40. libri de gloria martyrum. — ' vestrum — * sed — * sed — * multos in — gratiarum * actione, — Anno domini 523. — " Leo c. 70.

igitur semper, & scientes quoniam dum sumus in hoc corpore, peregrinamur a domino: (per fidem enim ambulamus, & non per speciem) audemus autem, & bonam voluntatem habemus, magis peregrinari a corpore, & præsentes esse ad Deum: & ideo contendimus, sive absentes, sive præsentes, placere ei. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum. Scientes, ergo timorem domini, hominibus suademus, Deo autem manifesti sumus. spero autem & in conscientiis vestris manifestos nos esse. Non iterum nos commendamus vobis, sed occasionem damus vobis gloriandi pro nobis, ut habeatis ad eos, qui in facie gloriantur, & non in corde. Sive enim mente excidimus, Deo; sive sobrii sumus, vobis. Caritas enim Christi urget nos: æstimantes hoc, quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est Christus, ut & qui vivūt, jam non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit. Itaque nos ex hoc neminem jam novimus secundum carnem: & si agnovimus secundum carnem Christum, sed nunc jam non novimus. Si qua ergo in Christo nova creatura, vetera transierūt, ecce facta sunt omnia nova. Omnia autem ex Deo, qui reconciliavit nos sibi per Christum, & dedit nobis ministerium reconciliationis: quoniam quidem Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo, Eum, qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, 2. Cor. 6. *ut nos efficeremur justitia Dei in ipso. Adjuvantes autem exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Ait enim: Tempore accepto exaudivi te, & in die salutis adjuvi te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum, sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in jejuniis, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suavitate, in Spiritu sancto, in caritate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei per arma justitiæ a dextris & a sinistris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam: ut seductores, & veraces, sicut qui ignoti, & cogniti: quasi morientes, & ecce vivimus: ut castigati & non mortificati: quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egentes, multos autem locupletantes: tamquam nihil habentes, & omnia possidentes. De cetero (fratres) gaudete, perfecti estote, exhortamini, pacem habete, ut Deus pacis & dilectionis sit semper vobiscum. Amen.*
[c] Data 3. Idus Iunii, [d] Maximo [u] & Olybrio viris clarissimis consulibus.

[u] mendosa hęc quoque temporis annotatio cum anno 526. die 27. Maii obierit Ioannes. Anno 526. Quo loco hæc epistola scripta sit.

Notæ Severini Binii.

a *Epistola.*] Hanc epistolam Ioannes pontifex, jussu Theodorici ab urbe relegatus, scripsit ex carcere illo, in quo non multo post hæc tempora pœdore fameque consumptus expiravit. Hortatur episcopos Italiæ, ut fidem catholicam contra Arianos defendant, ecclesiasque ab iis usurpatas sacro ritu catholicas reddant.

b *Ecclesias vero Arianorum.*] Ex hoc loco Anastasium bibliothecarium erroris & mendacii redarguimus supra in notis ad vitam Ioannis, verbo *Eodem tempore.*

Nota temporis mendosa.

c *Data tertio Idus Iunii.*] Erroneum est hoc & mendosum. Si enim vigesima septima Maii, ut habet martyrol. Romanum, idem Ioannes anno domini 526. sub consulatu Olybrii mortuus esse ponitur, nequaquam sustineri potest, eumdem tertio Idus Iunii, eodem anno & sub eodem consulatu Olybrii hanc epistolam scripsisse.

d *Maximo & Olybrio.*] Consulatus Maximi hoc loco superadditus est, adeoque expungendus: uterque enim diversis annis consulatum gesserunt: ille anno Christi 523. hic 526. Accedit, quod neque 3. Idus Iunii sub consulatu Maximi hanc epistolam datam esse concedi possit. Nam eo tempore Ioannes nondum erat pontifex, qui mense Augusti ejusdem anni sedere cœpit, ut supra dixi. Dicendum ergo hanc epistolam scriptam esse tempore consulatus Olybrii absque collega anno domini 526. Hinc patet cur supra dixerim epistolam præcedentem referendam esse ad consulatum Maximi sine collega.

Consulatus Maximi datæ surrepsit.

EPISTOLA REMIGII EPISCOPI REMORUM AD TRES EPISCOPOS.

De Claudio presbytero, in cujus causa spretum se ab illis fuisse conqueritur.

Dominis vere sanctis, & merito beatissimis in Christo fratribus, Heraclio, Leoni, & Theodosio, Remigius episcopus.

PAULUS apostolus in epistola sua loquitur, *Caritas nunquam excidit:* quæ ut tales 1. Cor. 13.
ad me literas mitteretis in vestris sensibus non resedit. Nam pro Claudio fudi simplicem precem, quem vos non presbyterum scribitis, ut in me indignationem vestri pectoris proderetis. Illum non abnego graviter deliquisse: sed vos ætati meæ, etsi non meritis, decuerat detulisse. Quod propitia divinitate sit dictum, quinquaginta & tribus annis episcopali sedi præsideo, & me appellavit tam procaciter nemo. Dicitis melius vos fuisse natos. Hoc mihi fuerat opportunum, ne audissem transgressoris opprobrium. Ergo Claudium presbyterū feci, non corruptus prę mio, sed pręcellentissimi regis testimonio, qui erat non solū prædicator fidei catholicæ, sed defensor. Scribitis, canonicum non fuisse quod jussit. Summo fungimini sacerdotio. Regionum præsul, custos patriæ, gentium triumphator injunxit. Tanto in me prorupistis felle commoti, ut nec episcopatus vestri detuleritis auctori. Rogavi ut Claudius sacrilegii perpetrator pœnitentiæ servaretur. Legimus namque, legimus Ioan. 3.
quod excidium cælesti denuntiatione prædictū evaserunt per pœnitentiam Ninivitæ: quod Io- Matth. 3.
annes præcursor domini in euangelio prædicavit, ut regno appropinquante cælorum eam populi agerent ne perirent. In Apocalypsi angelis Apocal. 2.
ecclesiarum scribitur ex præcepto domini salvatoris, ut quæ digne minus egerant, pœnitentiæ satisfactione corrigerent. De iracunda dictione sanctitatis vestræ intelligo, quod lapsum non misereamini post ruinam. Sed magis velle vos video, ne convertatur & vivat, cum dominus dixerit, *Nolo mortem morientis, sed ut convertatur & vivat.* Ezech. 33.
Hoc nos expedit sequi, hanc domini voluntatem non pretermittere, sed tenere: quia nos posuit non ad iracundiam, sed ad hominum curam, & servire pietati potius quam furori. Ponitis in epistola vestra, quod Celsus quidam, qui Claudio credidit, quo abductus, & utrum vivat, an sit mortuus ignoratis, atq; hujus inquisitorem me esse pręcipitis, & nescitis si in sęculo, aut si apud inferos sit quęrendus: & res suas a me vultis restitui, quas sublatas fuisse non novi. Impossibilia pręcipitis, ut impia peragatis. Annorum numero me esse scribitis Iubileum, irridentes potius, quam pro dilectione gaudentes, cui vinculo caritatis irrupto insinceriter a vobis nec parcitur, nec defertur.

EPISTOLA

EPISTOLA II. REMIGII EIUSDEM AD FALCONEM EPISCOPUM TUNGRENSEM.

Arguit illum, quod in Mosomagensi ecclesia jurisdictionem sibi adversus Rhemensis ecclesiæ jura usurparit.

Domino vere sancto, & in Christo beatissimo fratri, Falconi episcopo, Remigius episcopus.

QVANTVM comperi, rebus gestis probavi, prius curæ beatitudini tuæ fuit, ut mihi inferres injuriam, quam salutationem deferres. O conveniens principium quod dedisti, ut læderes episcopus ante me, quam episcopum te viderem! Nimium cito pennis tenerulis evolasti, levitate animi, non maturitatis consilio. In ipso siquidem episcopatus exordio jus ingredi tentas alienum, qui adhuc tuum verecunde debueras introire. Fas ergo fuit, ut illicitis ordinationibus tuis a te credideris occupandam loci Mosomagensis ecclesiam, quam metropolitani urbis Rhemorum sub ope Christi sua semper ordinatione rexerunt? Adhuc arbitror tua nescis, & jam aliena pervadis. In qua igitur cum Levitas feceris, presbyteros consecraris, archidiaconos institueris, primicerium scholæ clarissimæ, militiæque lectorum; non queror quod me consilio inter ista non videris, C utinam te vidisses. Si enim canones tua sanctitas ignorabat, satis præproperum fuit, ut transgredereris antequam disceres. At vero ecclesiarum statuta si noveras, tanto gravius tantoque periculosius insipientia tua priscorum magnificorumque pontificum decreta calcavit. Cave qui aliena præsumis, ne quod habere videris amittas. Cum factæ ordinationis jura non constent, quo potissimum consilio sacerdotalis officii tirocinia defensabis, si temerariæ transgressionis admissum pertinacia vel impotentia miscueris? Majoris discriminis erit antiquam sanctionem fuisse violatam, quam laus sit loco stare contra canones quos creasti. Sed quid de eorum loquar ordinibus, quos a beatitudine tua non licuit promoveri? Plus illud D est, quod si juxta majorum statuta severitatemque discutimus, non minus, quam status illorum, vester veniet episcopatus in dubium.
m. 21. Dominus in euangelio dicit ad Petrum: *Simon Ioannis diligis me?* & Petrus: *Etiam domine, tu scis quia amo te.* Cui bis terque a domino sub hac responsione præcipitur: *Pasce oves meas.* Ego quia oves Christi pascere, omnimodis imperitus, alimoniæ cælestis ubertate non possum; qui es sacris eruditionibus eruditus, eas quæ mihi Christo jubente traditæ E sunt, ut pascas admoneo, ut invadas inhibeo. Age semper ut te digna comitentur. Ecclesiæ, quam divina dispensatione meruisti præsidendam, deservi, & pro salute gregis dominici solicitus pastor invigila. Utinam mediocritati meæ ista suppeterent, quæ in nomine domini habere vos cupio. Sed quia desunt meæ, vel credita mihi sunt obsequia salvatoris, salvari mercenario non requiro. Ioannes in Apocalypsi septem quippe angelis suis comprehendit, & unicuique scribit ecclesiæ. Facta igitur merita quæ præpositis: quæ probata corrigenda, castigat. Cum ergo sub vocabulo an-A geli tradatur actionis forma pontificiæ, doleo super tuæ præsumptionis audacia, ut jura permutes vetera nouus, cauta temerarius, divina terrenus. Audiant nos, audiant quos elegeris sacerdotes. Sacerdotes tui ipsi nos audiant. Creatoris confido sententiam non pro te, sed in te, a judicantibus proferendam. Quis enim pro sensus sui probitate non improbet eum contra ecclesię regulam prorupisse, qui debuerat ecclesię regulam custodire! Mandas, ut audio, colonorum tibi tributa portari, & pręcipis ut reditus deferantur agrorum. Datur intelligi, quod ecclesiæ rem, non ecclesiam concupisti; quādo solicitus exquisitor exposcis, B quę ego, ad quem jure veniebant, remisi potius quam quęsivi. Nolo te lateat, Levitas atque presbyteros, contra ordinem quos fecisti, ab ordine jam remotos. Perpendi enim quod a me non decebat admitti, quos a te non licuerat ordinari. Heu quantum me a cultus tui proposito repulisti, dum mavis perperam agere, quam fœdera fraterna servare! Optaveram namque ut clericus permansisses, quia factus fueras vi sacerdos. Sed si mentem tuam cura ista non tangit, ego tamen pro sinceritate profiteor, quod animum non minus angit a te inexcusabiliter erratum, quam me fuisse contemptum.

CONCILIUM [a] ILERDENSE OCTO EPISCOPORUM.

ANNO CHRISTI 524.

Habitum anno XV. Theodorici regis, VIII. Idus Augusti, tempore Ioannis papę, anno domini DXXIV.

TITULI CANONUM.

I. *De his qui altario ministrant, ut a sanguine hominis abstineant.*
II. *De his qui abortum faciunt, vel natos suos extinguunt.*
III. *De monachis, ut clerici ordinentur cum voluntate abbatis, & quæ monasterio offeruntur, non auferantur, & de basilicis quas laici fecerint.*
IV. *De incestis, ut quamdiu in scelere sunt, inter catechumenos habeantur.*
V. *De his qui altario serviunt, si subito carnis fragilitate corruerint.*
VI. *De eo qui viduæ pœnitenti, vel religiosæ virgini stuprum intulerit.*
VII. *De his qui sacramento se obligant, ne ad pacem redeant.*
VIII. *Si clericus servum vel discipulum de ecclesia traxerit, ut pœnitentiam agat.*
IX. *De his qui rebaptizati sunt, quantum pœniteant.*
X. *De his qui jubente episcopo, * omissa culpa, ab ecclesia exire contemnunt.* * remissa
XI. *De clericis qui in mutuam cædem prorumpunt.*
XII. *De his qui contra canones ordinati sunt, ut deponantur.*
XIII. *De catholicis qui filios suos baptismati hæreticorum dederunt.*
XIV. *De catholicis, ut cum rebaptizatis non conversentur.*
XV. *Ut clerici cum extraneis mulieribus non habitent.*
XVI. *Si sacerdos moritur, quid de rebus ecclesiæ observetur.*

ANNO CHRISTI 524.

' in basilica S. Eulaliæ.
* Theoderici
' Domni nostri Theudi.
', Idus

SYNODUS HABITA [b] IN CONVENTU Ilerdensi ' anno quindecimo * Theudutedi ' regis, sub die octavo ' mensis Augusti.

CANONES.

I.

Dist. 50. De his clericis, qui.
* corpus & sanguinem

De his clericis, qui in obsessionis necessitate positi fuerint, id statutum est, ut qui altario ministrant, & Christi * sanguinem tradunt, vel vasa sacro officio deputata contrectant, ut ab omni humano sanguine, etiam hostili abstineant. B Quod si in hoc inciderint, duobus annis, tam officio, quam communione priventur: ita ut his duobus annis, vigiliis, jejuniis, orationibus, & eleemosynis, pro viribus, quas dominus donaverit expientur, & ita demum officio, vel communioni reddantur; ea tamen ratione servata, ne ulterius ad officia potiora promoveantur. Quod si infra præfinitum tempus negligentiores circa salutem suam extiterunt, protelandi ipsius pœnitentiæ tempus in C potestate maneat sacerdotis.

II.

Ivo p. 9 c. 102. ubi ita legitur; De illis mulieribus, quæ male conceptos ex adulterio, &c. Et ita apud eumdem p. 10 c. 182. Vide constitutiones Sixti V. de hac re.
* consumpserint,

Hi vero qui male conceptos ex adulterio fetus, vel editos necare studuerint, vel in uteris matrum potionibus aliquibus * colliserint, in utroque sexu adulteris, post septem annorum curricula, communio tribuatur: ita tamen, ut omni tempore vitæ suæ, fletibus, & humilitati insistant. Si vero clerici fuerint, officium eis ministrandi recuperare non liceat; attamen in choro psallentium a tempore receptæ communionis intersint. Ipsis veneficis in exitu tantum, si facinora sua omni tempore vitæ suæ defleverint, communio tribuatur.

III.

Canone 27. con. Agathensis, 16. quæst. 1. Cum pro utilitate

De monachis vero id observari placuit, quod synodus Agathensis, vel Aurelianensis noscitur decrevisse: hoc tantummodo adjiciendum, ut pro ecclesiæ utilitate, quos episcopus probaverit in clericatus officio, cum abbatis voluntate debeant ordinari. Ea vero quæ in jure monasterii de facultatibus offeruntur, in nullo diœcesana lege ab episcopis contingantur. Si autem ex laicis quisquam a se factam basilicam consecrari desiderat, nequaquam sub monasterii specie, ubi congregatio non colligitur, vel regula ab episcopo non constituitur, eam a diœcesana lege audeat segregare.

10. q. 1. Si ex laicis.

IV.

3. q. 2. & 4. De his qui incest.

De his qui se incesta pollutione commaculant, placuit ut quousque in ipso A detestando & illicito carnis contubernio perseverant, usque ad missam tantum catechumenorum in ecclesia admittantur: cum quibus etiam nec cibum sumere ullum Christianorum, sicut apostolus jussit, oportet.

ANNO CHRISTI 524. Burch. lib. 7. c. 3. Ivo. p. 9. c. 29. 1. *Cor.* 5.

V.

Dist. 50. Hi qui altario sancto, & 15. q. 8. Hi qui altario Dei. Burch. l. 19. c. 74. Ivo p. 15. c. 87. Raban. pœnit. 1.

Hi qui altario Dei deserviunt, si subito in flenda carnis fragilitate corruerint, & domino respiciente digne pœnituerint, ita ut mortificato corpore cordis contriti sacrificium Deo offerant, maneat in potestate pontificis, vel veraciter afflictos non diu suspendere, vel desidiosos prolixiore tempore ab ecclesiæ corpore segregare; ita tamen, ut sic officiorum suorum loca recipiant, ne possint ad altiora officia ulterius promoveri. Quod si iterato, velut canes ad vomitum, reversi * fuerint, non solum dignitate officii careant, sed etiam sanctam communionem, nisi in exitu, non percipiant.

Prov. 26. 2. *Petr.* 2.
* fuerint, & veluti sues in volutabris luti jacuerint, non solum

VI.

Qui pœnitenti viduæ, vel virgini religiosæ vim stupri intulerit, si se ab eo sequestrari noluerit; pariter a communione & a Christianorum consortio segregetur. Si vero illa quæ vim pertulit ad sanctam religionem redierit; in illo solo, quoadusque publice pœniteat, data sententia perseveret.

VII.

12. quæst 4. Qui in sacraměto se oblig. Burc. lib. 12. c. 17. Ivo p. 12 c. 74. Raban. in pœnit. c. 10.
* ut litiget cum quolibet, ne ad pacem ullo modo
* a corpore & sanguine domini segregetur, & reatum
1. *Petr.* 4.

Qui sacramento se obligaverit, * ut litigans cum quolibet, ad pacem nullo D modo redeat pro perjurio, uno anno * a communione corporis & sanguinis domini segregatus, reatum suum eleemosynis, fletibus, & quantis potuerit jejuniis abluat, ad caritatem vero, quæ operit multitudinem peccatorum, celeriter venire festinet.

VIII.

17. quæst. 4. Nullus clericorum servum. Ivo lib. 3 c. 117. & lib. 6. c. 370.

Nullus clericorum servum, aut discipulum suum, ad ecclesiam confugientem, extrahere audeat, vel flagellare præsumat; quod si fecerit, donec digne pœniteat, a loco, cui honorem non de- E dit, segregetur.

IX.

' rebaptismi. *ut quidem v. c. habet.*
Can. 10. Nicænæ synodi.
* in oblatione eucharistiæ.

De his qui in prævaricatione ' rebaptizati, sine aliqua necessitate vel tormento delapsi sunt, placuit ut circa eos illa Nicænæ synodi statuta serventur, quæ de prævaricatoribus censita esse noscuntur: id est, ut septem annis inter catechumenos orent, & duobus inter catholicos, & postea moderatione & clementia episcopi, fidelibus; * in oblatione & eucharistia communicent.

X. Qui

X.

Qui jubente sacerdote, pro quacumque culpa, ab ecclesia exire contempserit, pro noxa * contumaciæ, tardius recipiatur ad veniam.

XI.

Si qui clerici in mutuam cædem proruperint, prout dignitas officiorum in tali excessu contumeliam pertulerit, a pontifice districtius vindicetur.

XII.

Qui contra decreta canonum, indiscrete clericos usque nunc ordinaverint, eis dominus, vel sancta ecclesiastica caritas ignoscat: amodo vero, si in tali ausu proruperint, decretum canonum, quod circa eorum personas statutum est, id est, ut nullum ordinare audeant, observetur; vel qui deinceps ordinati fuerint, deponantur: hi vero qui tales hactenus ordinati sunt, nullo tempore * promoveantur.

XIII.

Catholicus qui filios suos in hæresi baptizandos obtulerit, oblatio illius in ecclesia nullatenus recipiatur.

XIV.

Cum rebaptizatis fideles religiosi, nec in cibo, participent.

XV.

Familiaritatem extranearum mulierum, licet ex toto sancti patres antiquis monitionibus præceperint * ecclesiasticis evitandam, id nunc tamen nobis visum est, ut qui talis probabitur, si post primam & secundam commonitionem se emendare neglexerit, donec in vitio perseverat, officii sui dignitate privetur. Quod si se, Deo juvante, correxerit, sancto ministerio restauretur.

XVI.

Licet de re hujusmodi, quam constituere salubri ordinatione decrevimus, prisca auctoritas canonum nequaquam siluerit, sed evidenti sanctione præceperit, ut cujuscumque ecclesiæ, pontifice defuncto, non passim pro libitu suo de earum rerum direptione, quas obiens derelinquit, quisquam irruat, domumque subvertat, sed sacerdos qui exequiarum tempore adest, omnia, quæ ad utilitatem & conservationem pertinent, debeat diligenti circumspectione munire: tamen quia hæc ipsa sanctio (quod pejus est) a multis clericis cognoscitur violari, (ita ut occumbente sacerdote, expectorato affectu, totaque disciplinæ severitate posthabita, immaniter, quæ in domo pontificali reperiuntur, * invadunt & abradunt) * ideo nunc hæc, hujus * placiti vel constituti inter nos censura, placuit custodiri, ut defuncto antistite, vel etiam adhuc in supremis agente, nullus clericorum cujuslibet ordinis, officii, gradusve sit, quidquam de domo auferre præsumat, vel de utilitate, quæ instrumenti domus esse noscitur, id est, mobili, & immobili rei ecclesiasticæ, conetur invadere, nihil furto, nihil vi, nihil dolo supprimens, auferens, atque abscondens: sed is cui domus commissa est, subjunctis sibi, * cum consilio cleri, uno vel duobus fidelissimis, omnia usque ad tempus pontificis substituendi debeat conservare, vel his, qui in domo inveniuntur, clericis consuetam alimoniam administrare. Substitutus autem antistes, * suscepta ea, prout decessor suus ordinavit, vel huic Deus imperavit, * uti cum his debeat, quos cognoverit disciplinæ & caritati decessoris sui fideliter paruisse. Quod si quisquam post hæc cujuslibet ordinis (ut superius dictum est) clericus, quacumque occasione, de domo ecclesiæ, vel de omni facultate quidpiam probatus fuerit abstulisse, vel forsitan dolo aliquo suppressisse, reus sacrilegii, prolixiori anathemate condemnetur; & vix quoque peregrina ei communio animæ concedatur. Quia durum est, ut hi, quos constat in servitio domini cum primæ sedis antistite desudasse, * illorum qui suarum rerum * incubatores, vel utilitatibus servientes atque vacantes fuisse noscuntur, despectibus aliquatenus crucientur.

SVBSCRIPTIONES EPISCOPORVM.

Sergius, in Christi nomine episcopus, has constitutiones, secundum quod nobis cum fratribus nostris, Deo inspirante complacuit, relegi & subscripsi.

Iustus, in Christi nomine episcopus, his constitutionibus interfui, & subscripsi.

* Casonius, in Christi nomine episcopus, his constitutionibus interfui, & subscripsi.

Ioannes, in Christi nomine episcopus, his constitutionibus interfui, & subscripsi.

* Paternus, in Christi nomine episcopus ecclesiæ catholicæ Barcinonensis acquievi, & subscripsi.

Maurelio, in Christi nomine ecclesiæ Dertosanæ episcopus, his constitutionibus interfui, & subscripsi.

Taurus, in Christi nomine ecclesiæ Agarensis episcopus, his constitutionibus interfui, & subscripsi.

Februarius, in Christi nomine episcopus ecclesiæ Ilerdensis his constitutionibus interfui, & subscripsi.

Gratus, in Christi nomine presbyter, directus a domino meo * Stafilio episcopo, his constitutionibus interfui & subscripsi.

Margin notes: ANNO CHRISTI 524. — * id nunc hujus placiti vel constitutionis — * placiti constitutione inter nos censoria, 12. quæst. 2. Hæc hujus placiti. Idem in conc. Valentino cap. 2. — * cum consilio, uno vel duobus fidelissimis clericis, — * susceptæ sedis commoda ordinabit, velut Deus imperavit, — * ut eis uti cum his debeat, — * ab his qui — * incubitatores atque vagantes fuisse noscuntur, despecti aliquatenus — * Castonius, al. Carontius, — * Petrus — * Stephano, forte Staphilio Gerundensi

Left margin (cut off): [ANNO CH]RISTI 524. — ...3. Qui ...nte sacerdote. ...ontumaciæ. — ...ch. l. 2. ...16. Ivo c.291. — ...moveantur — ...p. 1. c. ...apud ...m male ...tur; cur ...ptizareligiosi ...icipēt. — ...eclesiis — ...vadant ...radant

ANNO CHRISTI 524.

FRAGMENTA EX CONC. ILERDENSI.

Ex cap. 3.

33. quæst. 4. Non oportet. Burch. lib. 7. c. 4. Ivo part. 8. cap. 142.

Quod non oporteat a septuagesima usque in octavas paschæ, & tribus hebdomadibus ante festivitatem sancti Ioannis Baptistæ, & ab adventu domini usque post epiphaniam, nuptias celebrare: quod si factum fuerit, separentur.

EX CONCILIO ILERDENSI, *Cap. 7.*

Burch. lib. 2. cap. 217.

Frater in fratrem si ausus fuerit manum mittere, legitimam disciplinam accipiat.

EX CONCILIO ILERDENSI, *Cap. 10.*

2. q. 5 Presbyter. Bur. lib. 2. cap. 184. Ivo p. 6. cap. 219.

Si quis presbyter a plebe sibi commissa mala opinione infamatus fuerit, & episcopus legitimis testibus approbare non potuerit, suspendatur ab officio presbyter, usque ad dignam satisfactionem; ne populus fidelium in eo scandalum patiatur. Digna enim satisfactio est, si eis a quibus reus creditur, post rectam securitatem, de imposito crimine innocens esse manifestatur. Quod ita nobis a majoribus constitutum esse docetur. Sed sive secundum canones, sive ad arbitrium episcopi, sibi collegas septem conjungat, & juret in sacro coram posito euangelio, quod eum sancta trinitas, & Christus Filius Dei, qui illud fecit & docuit quod euangelium continet, & sancti quatuor euangelistæ, qui illud scripserunt, sic adjuvent, quod ille prænominatam actionem ita non perpetrarit, sicut ei de illis oblatum est. Et in hac satisfactione purgatus, secure deinceps suum exerceat ministerium. Quam satisfactionem nonnulli præcedentium patrum sanctum Leonem papam in basilica sancti Petri, coram reverendissimo " Cæsare Carolo, ac cleto, & plebe, ita fecisse commemorant; atque ita mox venerandum principem, contra ejusdem sancti papæ adversarios, dignæ ultionis vindictam exercere.

" aliud a præcedenti necesse est fuisse hoc Ilerdense concilium posterius Leone III. papa & Carolo Magno imperatore: quod mirũ est non advertisse Garsiam, Binium, aliosque.

EX CONCILIO ILERDENSI, *Cap. 10.*

Burch. lib. 19. cap. 150.

De his ergo visum est nobis conscribi, qui sacros ordines habent, & ante, vel post ordinationem, contaminatos in capitalibus criminibus se esse profitentur. In quibus, ut mihi videtur, hæc distantia esse debet, ut hi qui deprehensi vel capti fuerint publice in perjurio, furto, atque fornicatione, & ceteris hujusmodi criminibus secundum sacrorum canonum instituta, a gradu proprio deponantur: quia est scandalum populo Dei, tales personas super se positas habere, quas ultra modum vitiosas constat esse. Nempe inde detrahuntur homines a sacrificio Dei, sicut quondam filiis Heli peccantibus fecisse leguntur: & rebelles hinc, atque contrarii existentes, eorum pravis exemplis quotidie pejores fiunt. Qui autem de prædictis viris, per occultam confessionem, mala a se absconse commissa coram oculis Dei, præsente etiam sacerdote, qui eis indicturus est pœnitentiam, confitentur, & semetipsos graviter deliquisse accusant, si veraciter pœnituerint, & se per jejunia, & eleemosynas, vigiliasque, atque sacras orationes, cum lacrymis purgare certaverint, his etiam, gradu servato, spes veniæ de misericordia Dei promittenda est, *qui omnes vult salvos fieri, & ad agnitionem veritatis pervenire*, *neque vult mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat.*

1. Tim. 2. — 1. Tim. 1.

EX CONCILIO ILERDENSI, *Cap. 20.*

Burch. l. 7. cap. 17. Deut. 17. Matth. 18. 1. Cor. 13.

Vt omnis controversia, quæ de ecclesiasticis rebus fit, secundum divinam legem, *sub duobus vel tribus testibus terminetur*, testis est dominus cum dixit: *Non unus stet contra alium, sed in ore duorum vel trium testium stet omne verbum.*

EX CONCILIO ILERDENSI, *Cap. 20.*

Si quis in infirmitate positus clericus in medicorum incisione claudus efficitur, promoveri eum ad sacros ordines non denegamus.

Dist. 55. Si quis in infir. Ivo p. 6. cap. 34.

EX CONCILIO ILERDENSI.

Omnis presbyter qui fontem lapideum habere nequiverit, vas conveniens solummodo ad baptizandi officium habeat, quod extra ecclesiam non deportetur. Similiter ad corporale lavandum, & ad pallas altaris, propria habeantur vasa, in quibus nihil aliud fiat.

De consecr. dist. 4. Omnis presbyter. Burch. lib. 4. cap. 13. Ivo p. 1. cap. 208.

Hæc duo decreta adducit Surius ex vetusto codice manuscripto.

Episcopi, presbyteri, diaconi relicta, si maritum acceperit, in fine non communicet.

Quod non oporteat Christianos euntes ad nuptias plaudere vel saltare, sed venerabiliter cœnare, vel prandere, sicut Christianos decet.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Ilerdense.*] Ilerda, Ilergetum urbs in Hispania Tarraconensi, de qua in commentariis Cæsaris de bello civili frequens fit mentio. Abluitur fluvio Sicore: ejus meminere Ptolemæus lib. 2. cap. 6. Plinius lib. 3. cap. Antoninus, & alii. Vnum vero tantum Ilerdense concilium ab Ivone, Burchardo, Gratiano, atque aliis collectoribus canonum citatur; sed illud mutilum ex eo videtur, quod Burchardus lib. 7. cap. 17. vigesimum hujus capitulum adducit, quod hic nusquam comparet, cum sexdecim tantum habeantur. Adverte scribendum, Ilerda, non Illerda; Horatius: *Aut fugies Vticam, aut unctus mitteris Ilerdam. Hæc Garsias.* Adde De tempore hujus concilii a Garsia recedo, propterea quod acta hujus & sequentis Valentini expresse habeant annum 15. Theodorici, quo in Hispania regnavit: quique cum pontificatu Ioannis papæ, & anno domini 524. coincidit.

Ilerda urbs Hispaniæ quæ & qualis. — Quo tempore celebratum.

d *In conventu Ilerdense.*] A Plinio municipium non conventus dicitur. Conventus sunt septem, Tarraconensis, Carthaginensis, Cæsaraugustanus, Cluniensis, Asturum, Lucensis, Bracarensis. Municipia tredecim; Saguntum, Bœtulum, Illurco, Blandæ, Emporiæ, Dertosani, Bigargitani, Bellitani, Calagurris, Ilerda, Osca, Tarracona, Bilbilis. *Garsias.*

Quot conventus Hispaniæ.

e *Vix quoque peregrina ei communio concedatur.*] Communio corporis & sanguinis Christi non uno eodemque modo omnibus fidelibus tradebatur, unde diversis quoque nominibus appellatur, *Sacerdotalis communio* dicitur, quam sacerdos sumit, in concilio II. Arelatensi can. 10. & *ecclesiastica* in conc. Aurelianensi IV. can. 10. *laica* de qua frequens mentio est, præsertim in Eliberitano conc. cap. 76. & Sardicensi can. 1. Quid vero sit clericum laicam communionem accipere, explicat canon apostolorum decimusquintus, his verbis; *Tamquam laicus ibi communicet*, & Toletanum concilium I. cap. 4. *Inter laicos reconciliatus, per pœnitentiam communicet.* item Cornelius papa epist. ad Fabium Antiochenum, & Eusebius lib. 6. historiæ ecclesiasticæ cap. 35. Niceph. lib. 6. cap. 3. Sanctus Cyprianus lib. 1. epist. 4. de Martiale & Basilide. Nam hoc certum est, quod orabant & communicabant laici extra cancellos per ministerium archidiaconi, ut constat ex concil. Tolet. IV. capite 18. Et Brac. I. capite 13. sic dicitur; *Item placuit, ut intra sanctuarium altaris ingredi ad communicandum non liceat laicis, viris vel mulieribus, nisi tantum clericis, sicut antiquis canonibus statutum est.*

Communio quibus nominibus nominatur. — Laica communio quid.

Episcopi

Epiſcopi vero, & ſacerdotes, & clerici orabant, & communicabant intra cancellos, per miniſterium epiſcopi, vel ſacerdotis, ut patet ex ſynodo Nicæna canone 14. & Laodicenſi capite 19. & ſexta ſynodo in Trullo canone 68. Quod divus Ambroſius factum in pœnitentia Theodoſii ſimiliter affirmat. Ordinem ſtandi in templo invenies in conſtititutionum apoſtolorum libr. 2. capite 57. Dicitur etiam *Peregrina communio* in concilio Agathenſi can. 2. & Gratiano cap. Clerici. 13. quæſt. 2. & diſtinct. 59. cap. Contumaces: ubi gloſſa: *Peregrina, quæ alias dicitur laica.* Ibi Archidiaconus, & Turrecremata, & Dominicus, non ſatis aſſequuntur quid ſit peregrina communio: ſed exiſtimo " laicam, & peregrinam communionem idem eſſe, nullumque diſcrimen inter utramque verſari. Nam duo tantum ordines communicandi erant, clericorum & laicorum: peregrinus autem ſuperveniens, aut inter clericos, aut inter laicos habebat locum; ex concilio Carthaginenſi III. capite epiſcopi, vel preſbyteri. Aliter ſentit Lindanus vir doctiſſimus in Panoplia, libro 4. capite 58. *Garſias.*

d *Subſcriptiones epiſcoporum.*] Subſcribunt in concilio Sergius, qui erat metropolitanus Tarraconenſis, ut dicitur in canonibus Barcinonenſibus, & colligitur ex verbis ſubſcriptionis; Cum fratribus noſtris. Iuſtus erat Vrgelitanæ, Caſonius ſeu Caſtorius Emporitanæ, Ioannes Cæſarauguſtanæ, Maurelio Dertoſanæ; Februarius ſucceſſit Andreæ Ilerdenſi; Stafilius Gerundenſis per procuratorem ſubſcribit; Paternus ſucceſſit Nebridio Barcinonenſi. *Garſias.*

CONCILIVM [a] VALENTINVM

HISPANIÆ SEX EPISCOPORVM,

habitum anno XV. Theodorici regis, tempore Ioannis papæ, I. anno domini DXXIV.

TITVLI CAPITVLORVM.

I. *Vt euangelium poſt apoſtolum legatur.*

II. *Vt defuncto epiſcopo, de rebus ipſius vel eccleſiæ, nullus quidquam * præſumat.*

III. *Vt propinqui morientis epiſcopi de rebus ejus nihil uſurpent, ſine metropolitani, & comprovincialium conſcientia.*

IV. *De exequiis morientis epiſcopi, & qualiter humetur.*

V. *De vagis, & inobedientibus clericis.*

VI. *Vt clericum alienum nullus ordinet, nec ſit clericus, qui non ſpoponderit locum, ubi ſit delegatus.*

CAPITVLA.

I.

Anno decimoquinto Theodorici regis, ſub die 2. Nonas Decembris, in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, Valentiæ in concilio congregati, cum de eccleſiaſtica regula ' tractaremus, antiquos canones relegentes, inter cetera, hæc cenſuimus obſervandum: ut ſacroſancta euangelia ante munerum illationem, [b] * vel miſſam catechumenorum, in ordine lectionum, [c] poſt apoſtolum legantur: quatenus ſalutaria præcepta domini noſtri Ieſu Chriſti, vel ſermonem ſacerdotis, non ſolum fideles, ſed etiam catechumeni, ac pœnitentes, & omnes, qui ex diverſo ſunt, audire licitum habeant. Sic enim pontificum prædicatione audita, nonnullos ad fidem attractos evidenter ſcimus.

II.

Hoc etiam placuit, ut epiſcopo ab hoc ſæculo, jubente domino, accerſito, clerici ab omni omnino ſupellectili, vel quæcumque ſunt in domo eccleſiæ, vel epiſcopi, in libris, in ſpeciebus, utenſilibus, vaſculis, frugibus, gregibus, animalibus, vel omni omnino re rapaces manus abſtineant, & nihil latronum more diripiant. Qui ſi nec canonum auctoritate * cohibiti fuerint; omnia, quæ pervaſerint, metropolitani, vel omnium comprovincialium ſacerdotum diſtrictione coacti, in priſtinum ſtatum * reddere integra cogantur: ut nihil antiſtiti, vel diſpenſatori futuro neceſſariorum, ſub hac juſta conſtitutione, depereat. Quod ut confidentius, juſtitia manente, ſervetur, ſecundum Regenſis ſynodi conſtituta, epiſcopo a corpore recedente, vicinior illi accedat epiſcopus; qui ex more exequiis celebratis, ſtatim eccleſiæ ipſius curam diſtrictiſſime gerat; ne quid ante ordinationem futuri pontificis * inhiantium clericorum ſubverſioni, vel direptioni jam liceat. Ita ut * de repertis omnibus inſpectior cenſitio, deſcriptioque fideliſſima (ſi fieri poteſt) intra octavas defuncti, ſub diligentia præſentis epiſcopi, peragatur. Dehinc ad metropolitani notitiam habita * ordinatio, vel deſcriptio deferatur: ut ejus electione talis perſona ordinandæ domus eccleſiaſticæ procuretur, quæ vel conſueta clericis ſtipendia diſpenſet, & creditarum ſibi rerum (ſi forſitan tarditas in epiſcopo ordinando ſucceſſerit) metropolitano congruis temporibus reddere poſſit rationem: ut, ſub hac ſalubri conſtitutione, clerici ſtipendiis ſuis omnino contenti, labores non diripiant epiſcopi decedentes, & in vacuam eccleſiæ domum futurus pontifex, non ſine dolore, ſuccedat, ſed magis de prædeceſſoris ſui dimiſſo poſſit & ipſe gaudere, & aliis miniſtrare.

* prohibiti

* redintegrare cog.

Can. 6. Regenſis ſynodi.

* remanentium

* directis hominibus, inſpectio certior, & deſcriptio fidelior

* ordinate deſcriptio

III.

Simili quoque modo, parentibus, & propinquis decedentis epiſcopi, ſi inteſtatus obierit, denuntietur, ut ſine metropolitani, vel comprovincialium ſacerdotum conſcientia, nihil de rebus defuncti * occupare pertentent; ne forte * in hereditariis rebus etiam aliqua ad eccleſiam pertinentia, vel permixta uſurpent: ſed aut uſque ad ordinationem futuri expectent antiſtitis, aut certe, ſi longum fuerit, ad metropolitani (ut dictum eſt) ordinationem recurrant.

* aucupare

* cum

Si

ANNO CHRISTI 524.

Si quis autem * immemor divini timoris contra hæc * sancita synodica clericus quisquam vel laicus venire improba mente tentaverit, & communione & consortio privetur ecclesiæ: quia durum est, ut ad illam conveniat, quam expoliare non metuit. Nisi forte spiritu meliori * correctus, dum a præsumptione cessaverit, recuperet indulgentiam. Si autem rationabiliter modesteque unusquisque repetit quod sibi jure debetur, ei, absque aliqua animadversione, a metropolitano, vel cui injunxerit, aut res, aut ratio non negetur. Hoc etiam omnes canone constringendi, * qui in præteritum res ecclesiæ, vel episcopi usurpantes diripuerint.

* contemptor
* sancta
* correptus,
* qui tam in præteritum quam in futurum res eccles.

IV.

Illud etiam provido concilio decretum est, ut quia sæpe sanctorum antistitum, per absentiam commendatoris episcopi, exequiæ differuntur; ita ut veneranda pontificis membra, dum tardius funerantur, injuriæ omnino subjaceant; episcopus, qui post mortem fratris ad sepeliendum eum solet invitatus occurrere, infirmum magis, & adhuc in corpore positum, admonitus visitare non differat: ut aut de " revelatione consacerdotis amplius gaudeat, aut certe de ordinatione domus suæ fratrem admoneat, ejusque probabilem voluntatem in effectum transmittat, ac recedentem a sæculo, post oblatum in ejus commendatione sacrificium Deo, mox sepulturæ tradat diligentissime, & superius constituta * canonica non differat adimplere. Si autem, ut fieri solet, antistes obitu repentino discesserit, & conlimitanei sacerdotes de longinquo minime adesse potuerint, uno die tantum cum nocte exanimatum corpusculum sacerdotis maneat; non sine fratrum ac religiosorum frequentia, vel psallentium excubatione servatum, a presbyteris, cum omni diligentia, in * loculo conditum seorsum, non statim humetur, sed honorifice commendetur, donec sine mora, invitato undecumque pontifice, * ab ipso, ut condecet, solenniter tumuletur, ut & injuriæ tollatur occasio, & [d] mos antiquus in sepeliendis sacerdotibus observetur.

" relevatione
* canonice
* loco
* sacerdotis corpus ab ipso

V.

Hoc etiam placuit, ut vagus, atque instabilis clericus, sive etiam in diaconi ministerio, vel presbyteri officio constitutus, si episcopi, a quo ordinatus est, præceptis non obedierit, ut in delegata sibi ecclesia officium dependat assiduum; quousque in vitio permanserit, * a communione, & honore privetur.

* &

VI.

Vt nullus alienum clericum, secundum decreta canonum, sine consensu episcopi sui, audeat ordinare. Sed nec illum sanctorum sacerdotum quispiam ordinet, qui localem se futurum primitus non spoponderit: ut per hoc nullus a regula vel disciplina ecclesiastica deviare permittatur impune.

SVBSCRIPTIONES EPISCOPORVM.

Celsinus, in Christi nomine episcopus, hæc capitula subscripsi.

Iustinus, in Christi nomine episcopus, hæc capitula subscripsi.

Reparatus, in Christi nomine episcopus, hæc capitula subscripsi.

Setabius, in Christi nomine episcopus, hæc capitula subscripsi.

Benagius, in Christi nomine episcopus, hæc capitula subscripsi.

Ampellius, in Christi nomine episcopus, hæc capitula subscripsi.

Sallustius archidiaconus, vicarius domini mei Marcellini episcopi, subscripsi.

FRAGMENTA QVÆ CITANTVR EX CONCILIO VALENTINO, sive id Hispanum, sive Gallicum sit.

Cap. 4.

Clerici, etiam vel sæculares, qui oblationes parentum, aut donatas, aut testamentis relictas retinere perstiterint, aut id quod ipsi donaverint ecclesiis, vel monasteriis, crediderint auferendum, sicut synodus sancta constituit, velut necatores pauperum, quousque reddant, ab ecclesiis excludantur. Burch. lib. 3. cap. 140. " Concil. Agathense can. 4.

Cap. 4.

Qui oblationes defunctorum, aut negant ecclesiis, aut cum difficultate reddunt, tamquam egentium necatores excommunicentur ". Burch. lib. 3. c. 141. " statuta eccles. ant. c. 86.

Cap. 16.

Vt episcopus nullum prohibeat " ingredi ecclesiam, & audire verbum Dei, sive Gentilem, sive hæreticum, sive Iudæum, usque ad missam catechumenorum. Burch. lib. 3. cap. 28. " eadem c. 84.

Cap. 50.

Irrita erit episcoporum donatio ", vel venditio, vel communicatio, absque eorum collaudatione, & subscriptione. Burch. lib. 3. cap. 170. " eadem c. 50.

Cap. 101.

Sponsus & sponsa cum benedicendi " sunt a sacerdote, a parentibus, vel a paranymphis, in ecclesia sacerdoti offerantur: & cum benedictionem acceperint, eadem nocte, pro reverentia ipsius benedictionis, in virginitate permaneant. Burch. lib. 9. cap. 5. " Eadem statuta c. 101.

NOTÆ

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Valentinum.*] Civitatis Valentiæ in Hispania meminit Ptolemæus libro 2. cap. 5. & Plinius 3. cap. 3. *Valentia*, inquit, *colonia tria passuum a mari Mediterraneo remota.* De ea Pomponius Mela libro 2. cap. 6. & itinerarium Antonini. Fuit hoc concilium celebratum sub Symmacho papa: ejus mentio habetur in VII. concilio Toletano cap. 3 Tres sunt in Hispania Valentiæ: prima in ora maris Mediterranei, celebre & nobile opidum, in quo actum est hoc concilium; sedes hodie archiepiscopalis: altera Valentia de don Iuan, in diœcesi Palentina: tertia Valentia de Alcantara, in diœcesi Cauriensi; neque hæc obscura opida. *Hæc Garsias.* Cujus sententiam non probo; primum in hoc, quod hanc synodum sub pontificatu Ioannis celebratam sub Symmacho habitam fuisse scribat, cum tamen manifeste constet annum decimumquintum Theodorici in Hispania regnantis cum pontificatu Ioannis papæ I. & cum anno Christi nati 524. coincedere. Secundo non probo ejusdem sententiam in hoc, quod hanc synodum, sicut etiam Ilerdensem supra collocatam, habitam esse scribat æra 584. Quod si verum esset, non sub Symmachi, sed pontificatu Vigilii, anno domini 546 celebrata foret. Quæ cum meo judicio actis synodalibus repugnent, veriorem sententiam secutus, volui utramque hanc synodum Hispanicam sub pontificatu Ioannis collocari, quo cum 15. Theodorici coincidit.

b *In missa catechumenorum*] Catechumeni ante oblationem corporis & sanguinis Christi extra templum ejiciebantur, dicto euangelio. Idque constat ex Dionysio Areopagita, libro de cælesti hierarchia capite 3. tertiæ partis, & ex concilio Laodic. can. 19. & Clemente libro 8. constit apostolic. cap. 12. Tertulliano de præscript. adversus hæreticos, S. Athanasio in apolog. 2. contra Arianos, Cyrillo Alexandrino libro 12. in Ioannem cap. 50 & ex aliis Catechumenus, & audiens appellabatur: quia ut fide imbueretur, humiliter sacramenta religionis & domini præcepta ex ore sacerdotis audiebat. Augustinus libro de fide & operibus cap. 6. *Garsias.*

c *Post apostolum legatur*] Qua ratione, in munerum illatione, epistola ante euangelium legatur, annotat Rupertus libro 1. capite 32. & Innocentius capite 29. Alcuinus de celebratione missæ; Simon Thessalonicensis in libro de mysteriis missæ capite 22. VValfrid. de rebus ecclesiasticis cap. 22. *Anteponitur*, inquit, *in ordine epistola euangelio, etsi inferior dignitate, ut ex minoribus animus audientium ad majora sentienda proficiat, & gradatim ab imis ad summa conscendat.* Garsias.

d *Mos antiquus in sepeliendis sacerdotibus.*] Sepulturam & exequias mortuorum maxima observantia coluerunt antiqui patres; quasi argumentum evidensque præsagium resurrectionis corporum; & in honorem organi quo Spiritus sanctus ad officia pietatis est usus; dum illud corpus defunctum vitam ageret. Vnde concilium Bracar. I. cap. 16. his qui sibi inferunt mortem commemorationem in oblatione negat, & officium psalmorum in funere: idem de catechumenis capite 17. Neque uno eodemque modo funeris ritus & ceremoniæ apud Christianos fuerunt, sed pro diversitate status, dignitatis, & ordinis, alius præsulis, alius laici Christiani justa solvendi modus, diversæque ceremoniæ: & sicuti in vita, ita in morte discrepans cultus & religio corporibus tributa. Fuit interdictum Christianis intra templa sepeliri, ut de imperatoribus Constantinopolitanis (quorum corpora extra ecclesiam pendebant) refert Chrysostomus, homil. 66. ad populum Antiochenum; præsertim de Constantino magno, cujus corpus pro foribus piscatoris, ut janitor excubias agebat: & de Theodosio juniore, & Arcadio tradit Nicephorus libro 14. capite 58 Et miraculum insigne de hac re refert sanctus Gregorius magnus libro 4. dialog. capite 53. Verum hoc quod imperatoribus fuit negatum, sacerdotibus fuit indultum, ex Enagrio, libro 4. capite 30. De hac re multa ab antiquis & neotericis scriptoribus adversus hæreticos traduntur, qui in vivos & mortuos catholicos Christianos bellum immane gerunt. Sed pro decreto describam locum divi Augustini libro 1. de civitate Dei capite 13. *Non sunt contemnenda*, inquit, *& abjicienda corpora defunctorum; maxime justorum atque fidelium, quibus tamquam organis, ac vasis, ad omnia bona opera, sanctus usus est Spiritus. Si enim paterna vestis & annulus, ac si quid ejusmodi, tanto carius est posteris, quanto erga parentes major affectus; nullo modo ipsa spernenda sunt corpora, quæ utique multo familiarius, atque conjunctius, quam qualibet indumenta gestamus.* Et infra: *Vnde & antiquorum justorum funera officiosa pietate curata sunt, exequiæ celebratæ, & sepultura provisa: ipsique, dum viverent, de sepeliendis, vel etiam transferendis suis corporibus, filiis mandaverunt.* Hæc & alia Augustinus, præsertim in libro de cura pro mortuis agenda. *Garsias.* ANNO CHRISTI 524.

[1] a CONCILIVM ARELATENSE IV.

CONSTITVTIO SANCTORVM EPISCOPORVM qui in civitate Arelatensi ad dedicationem basilicæ S. Mariæ convenerunt, VIII. Idus Iunias, [2] Opilione V. C. consule, id est [b] anno Christi DXXIV. Ioannis papæ secundo Theodorici Italiæ regis XXXII.

TITVLI CANONVM.

I. *Vt diaconus ante vigintiquinque annos, & sacerdos ante triginta non ordinetur.*

II. *Vt laicus ante annum conversionis non ordinetur.*

III. *Vt pœnitentes & digami non ordinentur.*

IV. *Vt qui clericum alienum susceperit, communione privetur.*

PRÆFATIO.

CVM in voluntate Dei ad dedicationem basilicæ sanctæ Mariæ in Arelatensi civitate sacerdotes domini convenissent, congruum eis & rationabile visum est, ut primum de observandis canonibus attentissima sollicitudine pertractantes; qualiter ab ipsis ecclesiastica regula servaretur, salubri consilio definirent.

CANONES.

I.

Et quia in ordinandis clericis antiquorum patrum statuta non ad integrum, sicut expedit, observata esse cognoscuntur, ne forte quorumcumque importunis & inordinatis precibus sacerdotes domini fatigentur, & ea quæ toties sunt præcepta transgredi compellantur, hoc inter se observandum esse definiunt, ut nullus episcoporum diaconum, antequam vigintiquinque annos impleat, ordinare præsumat. Episcopatus vero, vel presbyterii hono- Ivo part. 3. cap. 70.
rem, nullus laicus ante [3] præmissam conversionem, vel ante triginta ætatis annos accipiat.

II.

Et licet de laicis prolixiora tempora antiqui patres ordinaverint observanda, tamen quia crescente ecclesiarum numero, necesse est nobis plures clericos ordinare, hoc inter nos sine præjudicio dumtaxat [4] canonum convenit antiquorum, ut nullus metropolitanorum cuicumque laico dignitatem episcopatus tribuat, sed nec reliqui pontifices presbyterii vel diaconatus honorem conferre præsumant, nisi anno integro fuerit ab eis præmissa conversio.

ANNO CHRISTI 524.

III.

Distinct. 55. Nullus pœnitentem.

Nullus pœnitentem, nullus digamum, vel internuptarum maritum, in prædictis honoribus audeat ordinare. Et licet hæc jam prope omnium canonum statuta contineant; tamen ne cui sacerdotum supplicantum, sicut jam dictum est, importunitas vel suggestio iniqua subripiat, necesse fuit, ut nunc severiorem regulam sibi velint domini sacerdotes imponere. Et ideo quicumque ab hac die, contra ea, quæ superius sunt comprehensa, clericum ordinare præsumpserit, ab hac die, qua hoc ei potuerit approbari, anno integro missas facere non præsumat. Quam rem si quis observare noluerit, & contra consensum fratrum faciens, missas celebrare præsumpserit, ab omnium fratrum caritate se noverit alienum: quia dignum est, ut severitatem ecclesiasticæ disciplinæ sentiat, qui toties salubriter a sanctis patribus instituta observare contemnit.

*IV.

... quæst. 5. Si forte aliquis.

Et si forte aliquis clericorum, regulam disciplinæ ecclesiasticæ subterfugiens, fuerit evagatus, quicumque eum susceperit, & non solum pontifici suo non reconciliaverit, sed magis defensare præsumpserit, ecclesiæ communione privetur.

SVBSCRIPTIONES EPISCOPORVM.

Cæsarius in Christi nomine episcopus definitionem hanc sanctorum fratrum meorum, vel meam, relegi & subscripsi. Not. 5 sub die VIII. Idus Iunias, Opilione viro clarissimo consule.

Contumeliosus episcopus consensi & subscripsi.

Philagrius episcopus consensi & subscripsi.

Prætextatus episcopus consensi & subscripsi

Maximus episcopus consensi & subscripsi.

Iulianus episcopus consensi & subscripsi.

Florentius episcopus consensi & subscripsi.

Item Florentius episcopus consensi & subscripsi.

Cyprianus episcopus consensi & subscripsi.

[6] Montanus episcopus consensi & subscripsi.

Cælestinus episcopus consensi & subscripsi

Porcianus episcopus consensi & subscripsi.

Eucherius in Christi nomine episcopus consensi & subscripsi.

Cataphronius presbyter, directus a domnis meis Agrœcio & Severo episcopis, consensi & subscripsi.

Desiderius presbyter, directus a domno meo Ioanne episcopo, consensi & subscripsi.

A Leontius presbyter, directus a domno meo Constantio episcopo, subscripsi.

Ego Emeterius, directus a domno meo Gallicano episcopo, consensi & subscripsi.

ANNO CHRISTI 524.

EX GRATIANI DECRETO, ac certis aliis in quibus ponuntur certa decreta sub titulo Arelatensis concilii.

Ex concilio tertio Arelatensi secundum Gratianum.

Dist. 28. Præterea placuit, ut deinceps.

Præterea placuit, ut deinceps non ordinentur diaconi conjugati, nisi prius conversionis proposito confessi fuerint castitatem.

B Et nota, quod sententialiter hoc capitulum est in quarto isto concilio, capitulo secundo, ubi dicit: Sed nec reliqui, &c. Et in capite secundo concilii Arelatensis secundi.

Secundum decretum Ivonis ex concilio tertio Arelatensi cap. 3. sed non invenitur.

Hoc cap. habetur in concilio Arausic. 16. can.

Energumeni non solum assumendi non sunt ad clerum, sed inventi, ab officio removendi.

Ex concilio tertio Arelatensi secundum Gratianum.

3. q. 8. Eos qui pass.

Hos qui fratribus suis capitalia crimina objecisse convicti fuerint, placuit, usque ad exitum non communicare, nisi digna satisfactione C pœnituerint.

Nota quod hoc decreti capitulum legitur in primo concilio sententialiter, & verbis mutatis, can. 14.

Ex Arelatensi concilio juxta Gratianum, non tamen ponit quoto.

18. q. 2. Monasteria, vel monachorum.

Monasteria, vel monachorum disciplina, ad eum pertineat episcopum, in cujus sunt territorio constituta.

Ex Arelatensi concilio cap. 6. ut supra.

De consecr. dist. 2. Qui non bene. & in decr. Ivo lib. 1.

Qui non bene custodierit sacrificium, & mus vel aliquod aliud animal comederit illud, quadraginta dies pœniteat. Qui autem perdiderit illud in ecclesia, aut pars ejus D ceciderit, & non inventa fuerit, triginta dies pœniteat.

Ex Arelatensi concilio. cap. 7. ut supra.

27 quæst. 1. Sciendū est omnibus. Et in decr. Ivo. lib. 3.

Sciendum est omnibus, quod Deo sacrarum feminarum corpora, per votum propriæ sponsionis, & verba sacerdotis, Deo consecrata templa esse, scripturarum testimoniis comprobantur. Et ideo violatores earum, sacrilegi ac juxta apostolum filii perditionis esse noscuntur. 1. Cor. 3.

Ex Arelatensi concilio, juxta alios decretorum libros ex Gandavo habitos, & vetustos in monasterio sancti Bavonis.

E

Vt ordinatus quisque in illis permaneat, ubi ordinatus est, locis.

De his qui quibuscumque locis ordinati fuerint ministri, in*ipsis locis perseverent.

Nota quod hoc capitulum legitur sententialiter certis verbis mutatis in primo concilio Arelatensi can. 21.

Ex ubi supra, titulo de vita clericorum.

Providendum necesse est unicuique episcopo, qualiter canonici vivere debeant, nec non & monachi secundum ordinem canonicum vel regularem vivere studeant, ut ait apostolus: *Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat.* 1. Cor. 7.

Ex

[A]NNO [C]HRISTI 524.

Ex ubi supra, titulo ut episcopi provideant quid presbyteri dominicis suis faciant.

Vt episcopi provideant, quem honorem presbyteri pro suis ecclesiis facere debeant.

Ex ubi supra, titulo de his qui vanitates in excubiis funeralibus exercuerint.

Laici qui excubias funeris observant, cum timore & terrore & reverentia hoc faciant. Nullus ibi diabolica carmina præsumat cantare, nec joca, nec saltationes facere, quæ pagani, docente diabolo, adinvenerunt. Quis enim nesciat diabolicum esse, & non solum a religione Christiana alienum, sed etiam humanæ naturæ esse contrarium, ibi lætari, cantare, inebriari, & cachinnis ora dissolvi, & omni pietate & affectu caritatis postposito, quasi de fraterna morte exultare, ubi luctus & planctus flebilibus vocibus debuerit resonare pro amissione cari fratris? Patres siquidem veteris & novi testamenti mortes sanctorum virorum legimus multis in locis cum fletu deplorasse, in nullo autem loco de illis, qui a sæculo decesserant, exultasse. Nam & Iacob patriarcham tota flevit Ægyptus septuaginta diebus. Et Ioseph & fratres ejus, cum patrem deferrent in terram Chanaan ad sepeliendum, celebrantes exequias ad aream * Azael, quæ sita est trans Iordanem, planctu magno atque vehementi impleverunt septem dies. Tantus autem fuit planctus, ut locus inde nomen acceperit. Et de beato Stephano legimus, quod *sepelierunt eum* sive curaverunt *viri timorati, & fecerunt planctum magnum super eum.* Et ideo talis inepta lætitia & pestifera cantica, ex auctoritate interdicenda sunt. Si quis autem cantare desiderat, Kyrie eleison cantet: si autem aliter, omnino taceat. Si autem tacere non vult, in crastino a presbytero taliter coerceatur, ut alii timeant.

[Ge]nes. 50.
[I]dem. [*] Atad, vel [A]ad,
[Ac]t. 8.

Ex concilio Arelatensi IV. aut V.

Viduæ, si priusquam continentiam profitentur, nubere elegerunt, illis nubant quos propria voluntate velint habere maritos. Similiter hæc conditio & de virginibus habeatur. Nec extra voluntatem parentum cogantur accipere maritum.

Ex concilio Arelatensi IV. aut V. cap. 6.

[...] quæst. 5. [N]ullum fi-

Nullum sine dote fiat conjugium. Iuxta possibilitatem fiat dos, ne publicis nuptiis quisquam nubere, vel uxorem ducere præsumat.

NOTÆ IACOBI SIRMONDI, S.I.

1. *Concilium Arelatense* IV.] Hactenus tertium numerabatur; nobis est quartum, quia tertii titulum supra dedimus novo concilio, quod a Ravennio episcopo celebratum est in causa insulæ Lirinensis.

2. *Opilione* v.c. *consule.*] Qui primi hoc concilium in lucem dederunt, cum Opilionis consulis nomen in ejus subscriptionibus deprehendissent, non intelligentes Opilionem illum designari, qui cum " Rustico consul fuit anno Christi DXXIV. de altero suspicati sunt Opilione, qui ante annos LXXI. consulatum gesserat cum Vincomalo. Itaque in concilii fronte annotarunt, Leonis papæ tempore habitum fuisse, Opilione & Vincomalo consulibus, an Christi CCCCLIII. Qua de re admonitus olim a nobis æternæ memoriæ cardinalis Baronius, & concilium hoc Arelatense, & cetera, quibus Cæsarius idem præfuit, id est, Carpentoratense, Arausicanum II. & Vasense II. ab iis sedibus, in quibus male constituta fuerant, ad suas deinceps revocanda docuit.

" [C]orr. Iusti- [...] Aug.

3. *Præmissam conversionem.*] Ivo, & vulgati, addita vocula legunt, *anni conversionem.* sed hanc veteres libri non habent, & supervacaneam hoc loco esse qui sequitur canon ostendit. Can. 1.

4. *Canonum convenit antiquorum.*] Lugdunensis, *constet*, Pithœanus & Arelatensis, *canonum constitit antiquorum.* Can. 2.

5. *Sub die* VIII. *Idus Iulias, Opilione* v. c. *consule.*] Sic fere omnes. Addit Rhemensis, atque idipsum repetit in tribus sequentibus conciliis, facta fuisse tempore Liberii præfecti: quod verum est. Præfecturam enim per eos annos pro Theodorico Italiæ rege, ac deinceps pro Athalarico, egit Arelate, & in vicinis provinciæ locis, quæ Italiæ regibus hoc tempore parebant.

6. *Montanus episcopus.*] Hujus nomen & subscriptio adjecta sunt ex codice Lugdunensi & Arelatensi: in reliquis non erant.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium Arelatense.*] In hoc concilio de ecclesiastica disciplina, in ordinandis ministris ecclesiæ servanda; plura decreta sancita fuerunt: alias quasdam hujus concilii constitutiones collegerunt alii, quos prudens lector consulere poterit. Hac synodo subscriptione episcoporum approbata est illa epistola Fausti Reiensis, quam dedit ad Lucidum quemdam magni nominis presbyterum, prædestinatorum hæresim sectantem, ut hominem in errorem lapsum ad catholicam fidem revocaret " Vt ita sentiam, movent me subscriptiones episcoporum, quia iidem magna ex parte Epaonensi concilio paulo ante hæc tempora sub pontificatu Symmachi celebrato interfuisse & subscripsisse inveniuntur. Libellum ejus Pelagianis erroribus plenissimum, quem de gratia & libero arbitrio inscripsit, & toti orbi vulgavit, quemque Cæsarius Arelatensis, Avitus Viennensis episcopi, Ioannes presbyter Antiochenus contrario scripto refutarunt; quem denique Gelasius pontifex merito inter apocrypha detulit, hunc inquam libellum, sacer episcoporum conventus nequaquam approbavit. In fine hujus commentarii & libelli ipse Faustus vel alius quis dolose addiderat hæc verba: *In quo quidem opusculo post Arelatensis concilii subscriptionem novis erroribus deprehensis adjici aliqua synodus Lugdunensis exegit*, ut scilicet aliquo fuco venditari posset, quasi scriptum de gratia & libero arbitrio commentarium duæ synodi recepissent & approbassent. Fraude hac animadversa, supra recensita verba prudenter meritoque nunc inde sublata, & ante illud Fausti opus collocata, ut sua quæque tempori & auctoribus redderentur, neve Faustus simpliciores infauste decipere posse.

Quid actū in hoc concilio.
An epistola Fausti Reiensis hic approbata fuerit.
" Errat Binius.
Libellus Fausti de gratia & libero arbitrio.

b *Anno Christi 524.*] Sub consulatu Opilionis & Iustini imperatoris. Agentibus consulatum Opilione & Vincomalo anno domini 453. hoc concilium celebratum fuisse collector Venetæ editionis existimavit, ideoque illud sub Leonis pontificatu collocavit; sed male: nam ex eo quod Arelatensis episcopus Cæsarius huic concilio præsedisse & subscripsisse reperitur, verius esse putamus, ut dum in codice legitur celebratum Arelatense concilium sub consulatu Opilionis, id intelligamus de illo Opilione qui in fastis anno domini 524. una cum Iustino imperatore consulatum gessit: quodque collector male cautus sibique nimis sapiens visus Vincomalum addiderit Opilioni, qui in actis hujus concilii; prætermisso orientali consule, sine collega positus fuerat. Vt ita sentiam, admonuerunt me imprimis tempora Cæsarii Arelatensis episcopi, quem sub Symmacho ejusque successoribus pontificibus Hormisda, Ioanne, Felice, Bonifacio, Ioanne secundo, Agapeto, Silverio & Vigilio usque ad annum domini 554. supervixisse, literæ ad eum scriptæ & redditæ manifeste indicant. Confirmatus sum in hac sententia, tum quod omnes ferme episcopi huic Arelatensi concilio interfuisse legantur, qui Arausicano concilio secundo subscripti reperiuntur, de cujus certo tempore infra sub Felice IV. pluribus agam: tum etiam, quod illustrissimus cardinalis Baronius, monitu reverendi patris Iacobi Sirmondi Arverni e societate Iesu, mutata priori sententia, hanc tamquam veriorem, in appendice ad annum domini 453. superaddita, amplexus fuerit.

Quo tempore celebratum.

ANNO CHRISTI 524.

" ** CONCILIVM IVNCENSE PROVINCIALE EPISCOPORVM PROVINCIÆ Byzacenæ sub Liberato primate, anno primo Hilderici catholici Vandalorum regis æræ Christianæ DXXIV. mense Decembri habitum in causa Vincentii Girbitani episcopi provinciæ Tripolitanæ, qui plebes Tamallumensis ecclesiæ invaserat, cui synodo S. Fulgentius Ruspensis episcopus interfuit.

Epistola Liberati primatis Byzaceni, & universi concilii Iuncensis ad Bonifacium episcopum Carthaginensem.

Domino sancto, ac beatissimo, nimiumque suspiciendo merito venerabili fratri, ac consacerdoti Bonifacio Liberatus cum omnibus sanctis fratribus, & consacerdotibus meis, qui in Iuncensi concilio adfuimus in domino æternam salutem.

VENERANTER excepi tuæ sanctitatis epistolam: quæ mihi eo gratior facta est, quo vestræ præferebat indicium sospitatis: quam necesse habui sancto concilio allegare. Ea vero quæ merito Maximianensium tua sanctitas scribere dignata est, advertimus: ideoque cum omnibus sanctis fratribus, & consacerdotibus meis, qui in sancta synodo Iuncensi adfuimus, salutans venerationis obsequio, nosque omnes tuæ sanctitati commendans insinuo famulis tuis divina misericordia instigante in omnibus pacem esse firmatam. Quæso autem, ut quæ sanctis fratribus, & coepiscopis nostris Pontiano, & Restituto sanctitati tuæ mandavimus adleganda, & clementer audire, & sapienter ordinare tua beatitudo dignetur. Novimus enim sapientiam tibi divinitus infusam qua præcipue hoc studeas, ut nullus permittatur ecclesiasticorum canonum aliquatenus convellere firmitatem; teque cunctis formam præbere virtutum, ut terminos paternis definitionibus constitutos non negligat servare posteritas. *& subscriptio:* Orantem pro nobis beatitudinem tuam summa tueatur divinitas, quod optamus.

Hæc epistola inserta est concilio Carthaginensi quod Bonifacius episcopus sequentis anni principio habuit, ubi & legatorum mandata, & Bonifacii, ad hanc epistolam responsum continetur.

Ferrandus autem diaconus Breviario canonum cap. 26. inseruit,

Statutum concilii Iuncensis.

Vt in plebe aliena nullus sibi episcopus audeat vindicare.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. I.

Idem Ferrandus diaconus cap. 29. vitæ S. Fulgentii, tum de hoc Iuncensi concilio, tum de aliis ad ista tempora spectantibus, hæc habet;

" ** *In omni denique concilio Byzaceno de rebus majoribus ipse primus consulebatur: in monasterio proprio de rebus etiam minimis abbatem Felicem suppliciter consulebat.*

In concilio quoque Vincensi (sic enim imperitia librariorum legitur vulgo pro Iuncensi) *judicio sacerdotum omnium qui convenerant episcopo cuidam nomine Quodvultdeo, qui priorem se illius existere confirmabat, antepositus* A *& prælatus ipso die & tempore tacuit; nec auctoritatem concilii excusando minuere voluit. Sed ubi post concilium dolere sensit episcopum, timens propter suum honorem generare fratri scandalum, meliusque judicans per caritatem se fieri minorem quam sine caritate majorem.*

Sufetani postea concilii " *gloriosum respiciens adesse conventum, precem supplicem coram omnibus fudit, ut sibi rursum se volente Quodvultdeus episcopus præferreretur, ut nomine suo posterius recitato lætus deinceps viveret consacerdotis animo reconciliato. Mirati sunt episcopi humilitatem talia postulantis, nec contristare voluerunt offerentem Deo sacrificium humilitatis* B *ad custodiendam societatem spiritus in vinculo caritatis. Vbi sunt nunc illi quibus eminendi super cæteros dominatur affectus; qui se etiam suis prioribus anteponunt indebita sibi privilegia vindicantes. Ecce beatus Fulgentius nec primatum quem meruit, defendere voluit, quia sine caritate prior esse alicui minime concupivit.*

" Concilii illius Suffetensis tempus nobis incompertum.

" ** SYNODVS CARTHAGINENSIS BONIFACII " EPISCOPI HABITA anno Christi DXXV.

" Bonifatii plerique habent cc. mss quod semel monuisse sufficiat.

Nunc primum ex vetustissimo codice Palatino bibliothecæ Vaticanæ in lucem prolata studio Lucæ Holstenii, qui exscribendam curavit, C *& jussu eminentissimi S. R. E. Principis Francisci Cardinalis Barberini ad nos Roma per R. P. Petrum Possinum cum pluribus aliis missa.*

DE BONIFACIO CARTHAGINENSI EPISCOPO, EIVSQVE SYNODO sub Hilderico rege, veterum aliquot scriptorum testimonia.

Ferrandus diaconus in vita S. Fulgentii cap. XXVIII.

MORS Trasamundi regis, & mirabilis bonitas Hilderici regnare incipientis, ecclesiæ catholicæ per Africam constitutæ libertatem restituens, Carthaginensi plebi proprium donavit antistitem; cunctisque in locis ordinationes pontificum fieri clementissima auctoritate mandavit. Beatus itaque Fulgentius reversus Carthaginem, invenit habentes spiritalem patrem, quos reliquerat dolentes viduatam ecclesiam matrem.

D *Mox:* Resonabat divina laus ex omnibus linguis. Ad sancti quippe Agilei basilicam sequens populus & præcedens confessorum beatorum triumphum nobilem celebrabat. Vix ergo appropinquante vespere, sanctæ memoriæ Bonifacio episcopo repræsentati, benedixerunt omnes & laudaverunt communiter Deum. *Vide etiam cap.* XXIX. *sub fin. ubi iterum ejus meminit.*

Appendix Chronici Tironis Prosperi, apud Canisium tom. I. *ant. lect.*

POST Trasamundum regnavit Hildrix filius Hunerici annos VIII. dies VIII. qui in exordio regni sui Bonifacium episcopum apud Carthaginem in ecclesia sancti Agilei ordinari præcepit, & omnibus catholicis libertatem restituit.

Victor Tunnonensis in chronico ad an. Chr. DXXIII.

E Maximo V. C. cons. Trasamundus Vandalorum rex Carthagine moritur.

HILDERIC, qui ex Valentiniani Imper. filia, a Giserico captivata, & Vgnerico juncta, natus est, regnavit annos VII. menses VII. Hic ergo sacramento ab decessore suo Trasamundo obstrictus, ne catholicis in regno suo aut ecclesias aperiret, aut privilegia restitueret; priusquam regnaret, ne sacramenti terminos præteriret, præcepit & sacerdotes catholicos ab exilio redire, & ecclesias aperire, & Bonifacium cum dogmatibus divinis satis strenuum, ad postulationem totius urbis, Carthaginensis ecclesiæ episcopum consecravit.

Vita

ANNO CHRISTI 525.

Vita S. Baboleni abbatis Fossatensis ad an. Chr. DCXLVII. *tomo* I. *scriptorum Francicorum opera Andreæ Chesnei editorum.*

CONTVLIT idem præsul Audobertus sancto Baboleno privilegium suæ auctoritatis, ut tam ipse quam successores liberi & securi ab omni inquietudine tam ecclesiasticorum quam laïcorum ibidem manere possent. Si quis vero contra patrum statuta eum fecisse causatur, legat canones a sancto Bonifacio Carthaginensi episcopo & aliis episcopis factos, nec non ejusdem sacerdotis epistolas ad Liberatum episcopum missas, & inveniet, quod monasteria, in quibus regulariter vivitur, libera esse debent ab omni infestatione episcoporum & clericorum.

Vide tom. VI. 487. E.

[a] *Privilegium libertatis monasterio S. Dionysii concessum a Landerico episcopo Parisiensi an. Chr.* DCLVIII. *tomo* I. *concil. Gallicanorum.*

QVANQVAM sancta Carthaginensis synodus, facta a beatæ memoriæ domino Bonifacio ejusque coepiscopis, non prohibeat monachos sub privilegio proprio residere.

Ibidem 527. C.

[a] *Privilegium libertatis monasterio Corbeiensi concessum a Bertefrido episcopo Ambianensi anno Christi* DCLXIV. *ibidem.*

LICET sancta Carthaginensis synodus a bonæ memoriæ Bonifacio ejusque coepiscopis facta, vel ipsius sacerdotis epistola ad Liberium: (lege Liberatum:) porrectæ non prohibeant monachos sub privilegio proprio residere.

Acta concilii Carthaginensis sub Reparato episcopo anno Christo DXXXV.

FELIX episcopus ecclesiæ Zactarensis provinciæ Numidiæ dixit: Quæ de abbatis Petri monasterio apud Carthaginem temporibus sanctæ memoriæ episcopi Bonifacii in universali concilio nobis etiam præsentibus acta sunt, inconvulsa permaneant.

SYNODVS CARTHAGINENSIS SVB BONIFACIO EPISCOPO.

ANNO secundo gloriosissimi regis Hilderici nonis Februariis Carthagine in secretario basilicæ sancti martyris Agilei, cum Bonifacius episcopus ecclesiæ Carthaginensis cum coepiscopis suis diversarum provinciarum Africanarum, quorum nomina subscriptiones ostendunt, consedisset, adstantibus diaconis, Bonifacius episcopus dixit: Dies mihi omni festivitate jucundior plus de sacerdotum præsentia D quam de sole resplendet. Benedico domino, qui sinceritatem vestram meis literis fecit tam faciliter obedire, meis quoque conspectibus tam decentius apparere, atque ad istius ecclesiæ venerabilem sedem, juxta priscam consuetudinem, pro fide & utilitate ecclesiæ convenire. Nunc profectu reparatæ libertatis innovata quodammodo videtur crevisse lætitia: nunc divinæ misericordiæ manifestata potentia. Vellem cunctos adesse collegas, totiusque Africani concilii sicut spiritualiter ita corporaliter, interesse pontifices. Verumtamen quia manu caritatis in præsentibus tenemus absentes, omnes simul judicamus esse præsentes. Absit enim, E ut deesse aliquis æstimetur, ubi ipse Christus sacerdotum princeps non deesse cognoscitur: qui duobus aut tribus in nomine suo congregatis propterea medium se fore promisit, ne in numero multitudinis statuenda putaretur inquisitio veritatis: Gaudes quidem beatissime pater, & veraciter gaudes, quia diversarum provinciarum concilia, sicut mos antiquus habuit, in conspectu vestræ beatitudinis unum facta concilium vides: Sed audemus dicere, plus gaudemus, quibus restitutum caput & utilitatem contulit & decorem. Diu tribula-

A tionum nebulis obscuratam lucem suam licet numquam perdiderit, palam tamen prodere timuit ecclesiasticam disciplinam, nec transgredientium cohibere permittebatur excessus. Benedictus dominus, qui beatitudinem tuam tandem aliquando in hac venerabili sede consecravit antistitem. Habent nunc quem diligant boni, revereantur mali; cui subditi atque subdendi discant cedere pertinaces. Dominus enim, qui erexit cornu salutis nobis in domo David, ipse te ad hanc gratiam prædestinavit, elegit, adsumsit. Imple, quæsumus, diligenter ministerii tui partes, ut ecclesiæ Africanæ generalis utilitas, sanctorumque canonum vigor iterum reflorescat: & quod beatissimæ B memoriæ Aurelius hujus urbis antistes instituit, tua nunc beatitudo restituat: Te enim dominus ei constituit successorem honoris, libertatis, & pacis. Iube proinde, quod loquente in corde paternitatis tuæ sancto Spiritu peragendum cognoveris, proponatur. Bonifacius episcopus dixit: Olim cupio moris omnibus intermissis de communi utilitate tractari: sed legitimæ disputationis ordo flagitat, ut consacerdotum mecum confidentium ante causam personæ firmentur. Epistola ergo, quam beatissimo sancto fratri & consacerdoti meo seni Missori, primati provinciæ Numidiæ, pro dirigendis legatis transmisimus, ab officio recitetur. Redemptio- C lus notarius recitavit.

ANNO CHRISTI 525.

Beatissimo & honorabili sancto fratri & consacerdoti seni Missori Bonifacius.

POST gravissimæ tribulationis jugem pene molestiam, quam communiter universa provinciæ Africanæ toleravit ecclesia, renovatæ libertatis oportebat quietissimam custodire lætitiam; ne domesticis dissensionibus pax ex parte reddita turbaretur. Sed quoniam sive per apertas oppugnationes, sive per latentes insidias semper tamen nititur inimicus murum caritatis evellere, nolens inter domini sacerdotes ordinem qui servandus est, reservari, multa sibi quosdam fratres usurpare potius, quam vindicare velle, sentimus. Quibus ita indiscreta præsumi videtur æqualitas, ut priores se apud alios haberi volentes, reverentiam congruam suis dedignentur exhibere prioribus. Occurrendum est, beatissime frater, tam superbissimæ præsumptioni, viribusque omnibus insistendum, donec ad humilitatis viam si redire sponte neglexerint, compellantur. Nisi enim fuerit Christo adjuvante provisum, profecto hæc licentia evadet in aliquod magnum malum. De fraterna igitur congregatione fratres consacerdotesque nostros Firmum Tipassensem, Marianum Tulliensem, & Felicem Zactarensem Kalend. Februar. die dignare dirigere: quorum sapientia spiritalis in communi disceptatione vigilanti nobiscum examinatione perpendat, quanta sint quæ in nostræ mediocritatis contumeliam fiunt; dum putatur leve esse, si huic ecclesiæ privilegia olim debita denegentur. Sanctitatis quippe vestræ propterea concupitam minime postulavimus mereri præsentiam; quia habita ratione temporis & ætatis, fatigationem tanti itineris difficilius posse suscipi. Tempus sane dominicæ passionis, in qua ille, qui sine peccato vixit inter aliena peccata, sine peccato mortuus est propter nostra peccata, III. Kalendas Apriles die, anniversaria solen-

solennitate celebrandum, secundum priscam consuetudinem nuntiamus. Præstet rerum omnium dominus, ut mortificatis voluntatibus pravis cum fraterna concordia tantæ pietatis mysterium celebremus. Decedentium vero ac succedentium sibi episcoporum matriculam memores antiquæ consuetudinis nobis dirigi suademus: ut de multis provinciis ad nos venientes, principue ii, qui se prioribus suis anteponere non dubitant, qualiter unusquisque eorum sedere debeat, sciamus. Et subscriptio: Opto te frater in domino bene valere, & mei memorem esse semper. Data VI. Idus Ianuarias anno secundo.

Bonifatius episcopus dixit: Tenor hujus epistolæ ecclesiasticis inhæreat monumentis. Suadeo deinceps, utrum fratres venerabiles consacerdotesque mei qui ex Numidiæ partibus advenerunt, senis secum Missoris scripta detulerunt, dignentur edicere. Florentianus episcopus ecclesiæ Vicopacensis, unus ex legatis concilii Numidiæ, dixit: Tanta est benevolentiæ tuæ & tam dulcis hilaritas, tamque gravis auctoritas, ut domnum primatem nostrum nisi senectutis imbecillitas retardaret, ipse tuis aspectibus meruisset suam præsentiam exhibere. Veruntamen quia salutari consilio omnibus consulens, hanc ei facultatem donare dignatus es, ut legationem tantummodo instructam dirigeret, cum epistolari conloquio, parvitatem nostram cognoscitur transmisisse. Quare poscimus, ut epistolæ seriem coram cunctis fratribus jubeas suscipi recitandam.

Bonifatius episcopus dixit: Recitetur epistola beatissimi senis Missoris, quæ præsentium fratrum manibus relegenda nobis offertur.

Redemptiolus notarius recitavit.

Domino beatissimo & venerabili sancto fratri & consacerdoti Bonifatio Messor senex primæ sedis Numidiæ.

QUOD tui pontificatus statutum mihimet detulit epistolaris adsertio, fortioris lætitiæ muneribus cumulatus immensam altioris gratiæ laudare non destiti bonitatem, sperans mei cordis interiora talibus semper vegetare colloquiis: repedantibus quoque calamis reverentiæ vestræ persolvens omnigenæ resalutationis officia, Deum ac dominum nostrum precibus exoramus assiduis, ut tui honoris censor eam dignitatem multo melius ubique faciat indiciis clarioribus promicare. Proinde tuæ sanctitatis dicta cum relegerem, primitus congratulari merui, ut ante factus sum, nuncio sospitatis; dehinc nimiis dolorum mœroribus sauciatus sum, quod fratres quosdam condidici, si tamen fratres debeant, aut rebelles potius appellari, calcatis canonum statutis, aliquanta in vestri nominis contumeliam contulisse; & velint suis se, quod nunquam accidit, præponere prioribus. Quidem in hoc admodum tuæ mansuetudinis patientiam collaudamus, quod incorruptæ caritatis gratiam tenens, ista te passus es tolerare. Nam cum noverim multa sanctæ Carthaginensi ecclesiæ privilegia fuisse concessa, cur, prout qualitas exigebat, culpam incurrentes tuo de recenti minime arbitrio vindicasti? Sed quoniam clementialis pietas temetipsum cunctis benignum ostendit, ideo superborum horrendus error invaluit, tamen

A ne hæc mala male, dum ne reciduntur, increscant, & sit in postmodum ingens lucta certaminis, dum cœperit evincere temeritas adstruentes, de vitiis contumaciam competit judicari. Ob quam causam sanctos fratres consacerdotesque nostros, Firmum Tipasensem, Marianum Tulliensem, & Felicem Zactarensem a nobis dirigi præsumpsisti. Et quoniam fratrem Marianum illuc antea profectum fuisse comperimus, idcirco meliore provisione ejus loco sanctum fratrem coepiscopumq; nostrum Florentianum direximus, ut numerus non minueretur dilectorum; qui cum denominatis fratribus Firmo & Felice in vestræ sanctitatis adjutorio consistentes, quidquid pro disciplinis dominicæ domus contuleris peragendum, B studio implere sagaciori festinent. Nam & venerabilem fratrem consacerdotemque nostrum Ianuarium, ordinatorem tuum, ibidem esse non ambigo: quem affatibus literariis adhortatus sum, ut mea totiusque concilii vice perfunctus, cum his fratribus, quos transmittere non destiti, pro justæ partis utilitatibus impiger esse non abnuat mediator. Age ergo nunc nostri decus honoris, ut ecclesiastici ordines erigatur, qui variis oppressionibus longa intercapedine temporum jacuerunt; & illos quos beatitudo vestra conspexerit antiquioris regulæ lineas velle obliquis mentibus diffugere, monitis salutaribus increpatos in rectam viam studeas retorquere. Limites namque quos patres nostri C sancti Spiritus infusione repleti pro communi negotio non sine laboris instantia confixerunt, ullis nemo audeat novitatibus submovere. Si vero quisquam insaniæ stimulatus habenis hos arietare maluerit, nullatenus admittatur: & aut admonitus redeat; aut confusus sagacem sentiat disciplinam. Tuis itaque privilegiis vindica quod debetur; & redde ceteris quod te debere non nescis. Speramus enim in domino, a quo cuncta quæ videntur adversa possunt pacatius explanari, quia molimine antiqui hostis infracto ecclesiam suam concordiæ sagenis conclusam faciet pacificis vinculis colligari: ut triumphalis lætitiæ motibus congaudentes, nostrum collaudemus per omnia redemptorem. D Matriculam vero hujus concilii, ne priscorum obliteretur auctoritas, demandavi. Superest ut fides circa nos reservetur archivis, atque subsequentium conciliorum superimpositione deposita nobis debita prioratus reverentia non negetur: quo universa possint, quæ a patribus dudum canonibus indita sunt, firma stabilitate servari. Et subscriptio: Ora pro nobis beatissime sancte frater.

Bonifatius episcopus dixit: lecta epistola gestis præsentibus adhærebit. Collaudetur dominus in operibus suis, a quo ita sancto fratri & consacerdoti meo Missori primæ sedis concilii Numidiæ revelata veritas, inspirata caritas, quasi E singula verba dictavit, ut antiquam reverentiam sanctæ hujus ecclesiæ detulisset. Vere modo apparuit quantum possit in ecclesiasticis negotiis ætas omnis exacta. Sic oportuit, sic decebat scribere eum, qui ad tanti concilii regimen meruit pervenire. Sed jam quid etiam proconsularibus vel Tripolitanis fratribus atque coepiscopis nostris scriptum fuit relegatur.

Redemptiolus notarius recitavit:

Dilectissimis

ANNO CHRISTI 525.

Dilectissimis fratribus & consacerdotibus peregrino Curubitano, Venerio Carpitano, Juniano Simminensi, Marciano Culusitano, Cresconio Binensi, & ceteris per tractum Proconsularis provinciæ constitutis Bonifacius episcopus.

HONOR hujus ecclesiæ, quem volumus apud omnes incolumem permanere, sicut semper vobis quoque præstitit ornamentum, sic adversus aliquorum temerarias assumptiones vestrum flagitat ministerium. Date operam dilectissimi fratres, ut nonodecimo Kal. Februar. die matris vestræ secretario præsentati generali festinetis adesse tractatui, quicquid emendare volumus pia nobiscum sollicitudine diligentius audituri: ut Spiritu sancto cooperante nihil amplius relinquatur, quod superbia sibi permittatur arrogare, vel nos necesse sit sustinere. Et subscriptio: Opto fratres domino vivatis, nostri minime immemores. Data III. Kal. Ianuarii anno II. *Similis Tripolitanis episcopis.*

Et post recitationem, Ianuarius episcopus ecclesiæ Masculitanæ legatus concilii Numidiæ dixit: Admonitionem tuæ sanctitatis lecta pagina publicavit, qua de re satis congruit rationi quæ concordat, ut condiscamus, si hi qui commoniti sunt obedientiam præbuerunt. Universi episcopi concilii Proconsularis, qui præsentes fuerunt, sed etiam & Vincentius Gerbitanus & Gallus Tacapitanus provinciæ Tripolitanæ dixerunt: Ad testimonium obedientiæ nostræ sufficit, quantum arbitramur, nostra præsentia.

Bonifacius episcopus dixit: Gaudeo & congratulor, sicut dixit apostolus, in omnibus vobis, quorum corda possidens caritas generali fecit interesse conventui. Nam & sanctum fratrem & coepiscopum nostrum Secundum episcopum ecclesiæ Minensis concilii Cæsariensis in communi collatione nobiscum residere conspicimus: ut quamvis dura belli necessitas alios evocare prohibuerit, auctoritatem tamen sui concilii solus obtineat. Fratrem vero coepiscopumque nostrum Optatum Sitifensem hic nobiscum fuisse, nullus est qui ignoret: quem etsi reddidit præceptio regalis absentem, confidimus tamen, quia definitionibus nostris, cum cognoverit, præbebit assensum. Valde autem miror, & adhuc incerta mecum suspicione perpendo, cur frater consacerdosque noster Liberatus, quem scriptis semel & secundo destinatis ad hunc diem, quatuor aut ut multum quinque comitantibus fratribus suaseramus occurrere, vel distulerit, vel omnino venire noluerit. De quo qualis debeat ab hoc glorioso cœtu æstimatio nunc haberi, prosecutione universorum desideramus audire. Episcopi dixerunt: Serva beatissime pater patientiam, quam reservaverunt semper hujus sedis antistites. expectetur adhuc, sicut prisca consuetudo demonstrat, memorati fratris adventus: qui si etiam crastino minime cognoscitur suam adhibere præsentiam, de tanto inobedientiæ vitio erit cum tua beatitudine postmodum pertractandum.

Felix episcopus ecclesiæ Zactarensis, legatus concilii Numidiæ dixit: Innumeras Deo domino gratiarum referimus actiones, quod concessa exoptati temporis libertate te beatissime papa Bonifaci, post discrimina exitialia, quibus perstrictim episcopalis honor subjacebat arctatus, promotionibus summis pertribuit huic sanctæ sedi Carthaginensis ecclesiæ sacerdotem; cujus exercitationis instantia pontificalem numerum qui perierat renovaret, & quicquid in ecclesiastici ordinis ministerio collapsum fuerat repararet: In hoc namque divini muneris beneficio exultat cælum, & totus triumphat orbis; quia per te Christus sibi consecravit antistites, & ministros instituit. Universalis igitur concilii synodo, habens juris antiqui licentiam, me cum ceteris adesse censuisti, præcipue sacerdotum. Parvi junior majoris imperio; debitam monitus exhibui servitutem: & retractatis circa me tuæ honorificentiæ privilegiis, viator præcucurri festinus, donec aulam divini nominis, in qua infulatus sacerdos præsides, & primus palmatus irradias, religiosa mente ingrediens, beatitudinis tuæ fuissem conspectibus præstolatus. Quamobrem extremus ego ipse in tanto subsistens gremio sanctitatis, precor tuæ patientiæ bonitatem, ut legum institutio paternarum, quam noviter constat esse * sancitam inculcetur mentibus singulorum: ut & doctor servet quod antea didicit; & minus instructus discat scire quod noscit. Tunc etenim tironum proles spiritualibus doctrinis imbuta perecrescet, dum veternosi tramitis forma sub tanti cœtus examine luciflua demonstrata ratione claruerit. Tuæ igitur beatitudinis innocuam expecto caritatem, & Africanarum provinciarum concilia qualiter sint paternis institutionibus ordinata, his gestis apertius demonstretur; & in porpatulo qui post te sit alteris primus, non differas sanctis interlocutionibus publicare: ut superbientis odiosa temeritas evicta dictis veracibus compescatur; juniores majoribus deferenda obsequia præstent; & intra sui ordinis metas disciplinæ freno se cognoscant esse constrictos: ne ruinæ fæditatibus canones obscurentur, dum minime quæ in eis præcepta sunt reservantur.

* *fort.* sanciatam,

Bonifacius episcopus dixit: Prosecutionem fratris coepiscopi mei Felicis legati concilii Numidiæ diligenter adverti. Iusta eum postulare omnis mecum sine dubio fraternitas sentit. Ordo ergo provinciarum requisitus ex canonibus recitetur.

Agilejus diaconus recitavit.

" Gloriosissimo imperatore Honorio Augusto XII. conf. Kalend. Maias Carthagine in secretario basilicæ Fausti. Cum Aurelius episcopus in universali concilio consedisset, astantibus diaconis, placuit omnibus episcopis, quorum nomina & subscriptiones inditæ sunt, in sancta synodo Carthaginensis ecclesiæ constitutis, inter alia quæ gesta sunt, Ne diutius universi episcopi, qui ad concilium congregati sunt, tenerentur, ab universo concilio judices ternos de singulis provinciis eligi. Electi sunt de provincia Carthaginensi, Vincentius, Fortunatianus, & Clarus: de provincia Numidia, Alypius, Augustinus, & Restitutus: de provincia Byzacena, cum sancto sene Donatiano primate Cresconius, Iucundus & Æmilianus: de Mauritania Sitifensi, Severianus, Asiaticus, Donatus: de provincia Tripolitana, Plautius, qui ex more legatus unus est missus; Qui omnes cum sancto sane Aurelio universa cognoscant: a quo petiit universum concilium, ut cunctis sive gestis quæ confecta jam sunt, sive

" Tom II. p. 1667. E.

ANNO CHRISTI 525.

sive epistolis ipse subscribat. Et post recitationem Bonifacius episcopus dixit: Ex paternis definitionibus evidenti veritate colligimus, proconsularem provinciam Numidiæ, Numidiam vero Byzacenæ vel ceteris antelatam. Quisquis ergo perturbare statutum ordinem quandocumque tentaverit, honoris sui judicabitur pati jacturam. Sed quatenus nisi corde mundato difficilius veritas invenitur; fide autem corda mundantur; fidem primitus, quam fideliter prædicamus, fidelissima confessione pandamus. Hæc est autem vera & catholica fides, quam Nicæno concilio a trecentis octodecim convenientibus episcopis, sancto spiritu revelante conscriptam, per universum mūdum, quacumque diffunditur, universa suscipit ecclesia. Hæc si placet huic sancto cætui, recitetur. Episcopi dixerunt: Placet, placet. Agilejus diaconus ex codice canonum recitavit: Exemplum concili Nicæni, de græco in latinum translati, quod transmisit Atticus episcopus ecclesiæ Constantinopolitanæ per Innocentium presbyterum.

Credimus in unum Deum patrem omnipotentem, omnium visibilium creatorem, & in unum dominum Iesum Christum, filium Dei, natum de patre unigenitum, hoc est de substantia patris: Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero: natum, non creatum, unius substantiæ cum patre, quod Græci dicunt homousion, per quem omnia facta sunt, sive quæ in cælo sunt, sive quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est; homo factus, passus est, resurrexit tertia die, ascendit in cœlos, venturus judicare vivos & mortuos. Et in spiritum sanctum. Eos etiam, qui dicunt, erat quando non erat, & priusquam nasceretur non erat; &, quia ex nullis extantibus factus, vel ex alia substantia. dicentes mutabilem & convertibilem filium Dei, hos anathematizat catholica & apostolica ecclesia. Cumque recitaret, Bonifacius episcopus dixit: Fides Nicæno concilio lecta actis indatur. Superest ut hanc nos sequi subscriptionibus propriis ostendamus. Ianuarius episcopus Masculitanus dixit: Quamvis universos de salute sua cogitantes fides, quæ nunc publice recitata personuit, minime lateat; tamen quia propter nuper ordinatos etiam quæ sunt nota salubriter intimantur, singulorum subscriptionibus eam roborari vestra beatitudo præcepit: non ut firmitatem modo, quam provisione salvatoris ante multos annos accepit, accipiat; sed ut in eorum cordibus inhæreat, quorum manibus quasi quoddā testimonii genus perenniter observāda susceperit. Ab universis episcopis dictū est: Hęc est fides quam discimus, & docemus: cui quisquis reluctaverit, aut subscribere devitaverit, ipse se catholicum negat. Vnde jam pro benevolentia animi tui ampliorem fiduciam gerentes, beneficium nobis alterum præstari deposcimus. Ecclesiasticas definitiones, quas instructioni nuper promotorum necessarias tua judicat providentia, in communem notitiam debere perferri suggerimus. Satis enim consequens est, ut qui rectæ credulitatis regulam sumpsimus, disciplinæ quoque ecclesiasticæ instituta noscamus; ne a recta credulitate observatio inordinata discordet: cum oporteat fidem moribus decorari; ne sit quispiam religionis integerrimus prædicator, nisi mandatorum fuerit diligentissimus observator.

Bonifacius episcopus dixit: Ad profectum pertinet scientiæ semper quęrere augmenta doctrinæ. merito quoniam sanctissimæ voluntati respondere celeriter decet, proferantur ex scrinio hujus ecclesiæ antiquorum patrum venerabilia constituta: recitetur quid vetustas observandum posteris dereliquerit. audiant qui custodiunt, quod se custodisse gratulentur; audiant qui transgrediuntur, quod de reliquo custodire dignentur.

Agilejus diaconus ex libro canonum recitavit.

Nicæno concilio inter alia ad locum. Vt clerici de civitate ad civitatem non transeant.

Concilio Grati episcopi inter alia ad locum: Contra superbos & contumaces.

Elpidophorus episcopus Cuiculitanus provinciæ Numidiæ dixit: Statuat sanctitas vestra, ut clerici, qui superbi vel contumaces sunt coerceantur; qui minores majoribus irrogaverint injurias, ut metum habeant disciplinæ.

Gratus episcopus dixit: Manifestum est illum non esse Dei, qui humilitatem mandat; sed diaboli, qui superbiæ inventor & princeps est. Vnde si quis tumidus vel contumeliosus extiterit in majorem natu, vel aliquam causam habuerit, a tribus vicinis episcopis, si diaconus est, qui arguetur; si presbyter, a sex; si episcopus, a duodecim ex sacerdotibus audiatur. Vniversi dixerunt: Contundi debet contumacia, & superbia in omnibus frangi; causæ vero pro personis ab statuto numero audiantur.

Item recitavit: Ex libro canonum temporibus sancti Aurelii concilio tertio, inter alia ad locum.

Vt ante xxv. annos ætatis nec clerici ordinentur, nec virgines consecrentur.

Eodem concilio. Vt ordinatis episcopis & clericis prius conciliorum placita inculcentur.

Vbi supra. Vt per dies solemnissimos paschæ sacramentum cathecumenis non immutetur.

Vbi supra. Vt cadaveribus eucharistia non detur.

Vbi supra. Vt mortui non baptizentur.

Vbi supra. Vt episcopi & clerici, si apud judices publicos non provocati causas egerint, in criminali, honorem; in civili, rem quam evicerint, amittant.

Vbi supra. Vt gentilibus & hæreticis filiæ episcoporum & clericorum non nubant.

Vbi supra. Vt ępiscopi & clerici nisi catholicis res suas non dimittant.

Vbi supra. Vt episcopi & clerici non sint conductores privatorum, nec turpi lucro victum quærant.

Vbi supra. Vt nullus ordinetur, nisi suos omnes fecerit Christianos catholicos.

Vbi supra. Vt nullus ordinetur, nisi probatus episcopi examine, vel plebis testimonio.

Vbi supra. Vt nemo in precibus Patrem pro Filio, vel Filium pro Patre nominet; sed ad Patrem semper dirigatur intentio: & ipsæ preces cum prudentioribus discutiantur.

Vbi supra. Vt nullus recipiat nisi quod commendaverit.

Vbi supra. Vt nihil in sacramentis offeratur, nisi panis & vinum aquæ mixtum: primitiæ vero, vel mel & lac propriam precem habeant, nec amplicius offeratur quam de uvis & frumentis.

Vbi

Vbi supra. Vt primæ sedis episcopus non appelletur princeps vel summus sacerdos.

Vbi supra. Vt sacramenta, excepta quinta feria paschæ, nisi a jejunis non celebrentur.

Vbi supra. Vt ægrotantes, si pro se respondere non possunt, cum voluntatis eorum testimonium sui periculo proprio dixerint, baptizentur.

Vbi supra. Vt presbyter inconsulto episcopo virgines non consignet, & numquam chrisma conficiat.

Vbi supra. Vt clerici sine causa in aliena civitate non immorentur.

Vbi supra. Vt nihil in ecclesia præter canonem legatur; & die solenni martyrum passiones.

Vbi supra. Vt si quis episcopus rebellis forte fuerit, nec conventus concilio voluerit interesse, & diœceses amittat, & propria.

Vbi supra. Vt nullus clericum alienum usurpet.

Vbi supra. Vt diœcesis quæ episcopos acceperit, diœceses sibi alias non vindicet.

Concilio sexto. Vbi supra. Vt res ecclesiæ nemo vendat.

Vbi supra. Ne relicta principali cathedra ad diœcesim se conferat, vel diu in propriis demoretur.

Vbi supra. Vt parvuli, quotiens non inveniuntur testes, qui eos baptizatos certissime sciant, absque ullo scrupulo baptizentur.

Vbi supra. Vt interventores cathedras in eisdem plebibus non sedeant.

Vbi supra. Vt intra annum episcopum provideant, aut alius interventor detur.

Vbi supra. Vt rebaptizati non ordinentur.

Vbi supra. Vt si heredes extraneos, vel hæreticos aut paganos consanguineos ecclesiæ prætulerit, post mortem anathema sit; & ejus nomen inter episcopos non recitetur, etiamsi intestatus defecerit: quia factus episcopus rem propriam debuit ordinare.

Vbi supra. Vt nulla memoria martyrum acceptetur, nisi ubi corpus, aut reliquiæ, aut origo alicujus habitationis fideliter traditur.

Concilio septimo. Vt quæ in Hipponensi concilio, vel Carthagine statuta sunt, etiam hoc concilio confirmentur.

Vbi supra. Vt nullus episcoporum se prioribus anteponat.

Concilio decimo. Vt episcopi ad transmarina pergere non facile debeant.

Concilio undecimo. Vt preces altaris, quæ probatæ fuerint in concilio, ipsę ab omnibus episcopis dicantur.

Vbi supra. Vt quicumque ab imperatore recognitionem judicii publici, & non episcopalem petierit, honore privetur.

Vbi supra. Qui in Africa non communicat, si ausus fuerit in transmarinis, damnetur.

Concilio sextodecimo. Ad transmarina qui putaverit appellandum a nullo intra Africam in communionem suscipiatur.

Concilio vigesimo. Vt nullus ad transmarina audeat appellare.

Quibus recitatis episcopi dixerunt: Quid generali definitione patres nostri constituerint, diligenter advertimus; huic etiam sanctæ sedi quid speciali honorificentia detulerint, intimari palam omnibus poscimus: ut reverentiam tantæ urbis antistiti jure debitam utrum cuncti voluntaria devotione persolvant, an negantes compelli deceat ad solvendum, necessaria inquisitione tractemus. Nam profecto licet gratis paternitas tua fratres suos diligere dignetur, studiique humilitatis dilectetur se communem suis filiis exhibere; nobis tamen convenit, quod antiquitas constituit, multo amplius & instantius exhibere.

Bonifacius episcopus dixit: Deus occultorum cognitor & mentium testis, quantum circa singulos affabiliter cupiam vivere, solus agnoscit. Sed quoniam privilegia propter hujus ecclesiæ dignitatem custodiendam, me necesse est custodita pacis caritate a consacerdotibus meis exigere; recitetur ex volumine canonum, quid ecclesia Carthaginensis, quæ est omnium in Africanis regionibus prima, meruit.

Ex Nicano concilio, inter alia ad locum,
Confirmationem eorum quæ fiunt dandam uniuscujusque suæ provinciæ metropolitano.

De præcipuis honoribus, qui majores ecclesias gubernantibus episcopis constituti sunt. Antiqui mores obtineant, qui apud Ægyptum sunt, ut Alexandriæ episcopus omnium habeat potestatem; quia & urbis Romæ episcopis hoc solitum est. Similiter autem & circa Antiochiam, & in ceteris provinciis privilegia servent ecclesiæ.

Item recitavit: *Concilio sexto sancti Aurelii inter alia ad locum.*

Ab universis episcopis dictum est, ut si quæ literæ dictandæ in concilio placuerint, venerandus episcopus, qui huic sedi præsidet, omnium nomine dictare & subscribere dignetur.

Item recitavit: *Inter alia ad locum, concilio nono.*

Placuit etiam petitum omnium episcoporum, ut epistolis omnibus de concilio dandis sanctitas tua subscribat.

Item recitavit: *Ex concilio decimonono inter alia ad locum.*

Placuit ut primates diversarum provinciarum nomina episcoporum sive decedentium, sive in eorum locum succedentium, ad ecclesiam Carthaginensem mittant.

Item recitavit: *Concilio tertio inter alia ad locum.*

Aurelius episcopus dixit: Sermonem meum admittite fratres. Contigit nonnumquam, ut postulentur ab ecclesiis, quæ præpositis egent vel presbyteris, vel episcopis: & tamen memor statutorum id sequor, ut conveniam episcopum ejus, atque ei inculcem, quod ejus clericus a qualibet ecclesia postuletur. Sed forte in hodiernum non reluctati sunt; & ne quando contingat ut reluctentur, cum fuerint a me in hac causa postulati; quem scitis multarum ecclesiarum & ordinandorum curam sustinere. Iustum est ergo ut quemlibet consacerdotum conveniam cum duobus e consortio nostro vel tribus testibus. Sin vero indevotus extiterit, quid censet caritas vestra faciendum? Ego enim cunctarum ecclesiarum dignatione Dei, ut scitis fratres, sollicitudinem sustineo. Numidius episcopus dixit: Fuit semper hæc licentia huic sedi, ut unde vellet, & de cujus nomine fuisset conventus, pro desiderio cujusque ecclesię ordinaret episcopos. Epigonus episcopus dixit: Bonitas sequestrat possibilitatem; minus enim præsumis frater, cum te bonum & clementem omnibus reddis:

ANNO CHRISTI 525.

habens enim hoc in arbitrio satis est ut satisfiat personæ uniuscujusque episcopi in prima tantummodo conventione. Si autem quod licet huic sedi, vindicandum sibi fuerit arbitratus, necesse habes tu omnes ecclesias suffulcire. Vnde tibi non potestatem damus, sed tuæ adsignamus ut liceat voluntati, & semper tenere quem voles, ut præpositos plebibus vel ecclesiis constituas, qui postulati fuerint, & unde voles. Posthumianus episcopus dixit: Deinde qui unum habuerit, numquid debet illi unus ipse presbyter auferri? Aurelius episcopus dixit: Sed episcopus unus esse potest, per quem dignatione divina presbyteri multi possint constitui: Vnus autem episcopus difficile invenitur constituendus. Quapropter si episcopatui necessarium quis habuerit presbyterum, & unum, ut dixisti, frater habuerit, etiam ipsum ad promotionem dare debebit. Posthumianus episcopus dixit: Ergo si habet alios abundantes clericos, debet mihi alia plebs subvenire. Aurelius episcopus dixit: Sane quando tu ecclesiæ alteri subveneris, persuadebitur illi, qui plures habet clericos, ut unum tibi ordinandum largiatur.

Concilio Hipponensi. Cæcilianus & Theodorus episcopi inter alia dixerunt: Hoc etiam rogamus sinceritatem vestram, ne ultra aliquis error oriatur in civitate Sitifensi, deinceps de sede Carthaginensis ecclesię statutis diversarum provinciarum primæ sedis episcopos literis conveniri, ut sciant qua die sanctum pascha debeant celebrare: quo possint etiam & fratres nostri in Mauritania Cæsariensi positi ex nobis similiter instrui; ut ab omnibus uno tenore dies paschæ celebretur. Legatione fungimur, salva sanctitate vestra ore omnium loquimur, ne in aliqua culpa cum Numidis inveniamur. Aurelius episcopus dixit: " Sicut suggessit sanctitas vestra glorioso huic cœtui placet, ab omnibus confirmetur. Vniversi episcopi dixerunt: Omnibus placet, ut a sede Carthaginensi de die sancto paschæ diversarum provinciarum primæ sedis episcopi literis informentur.

" f. Siut, vel Si sicut

Item in eodem concilio. Cæcilianus & Honoratus episcopi dixerunt: Carthaginensem ecclesiam cognoscimus favente divinitate habere primæ sedis episcopum omnium provinciarum Africanarum. Hoc desideramus, ut in provincia nostra consequatur se ordo, ut primæ sedis episcopum habeamus, specialiter de concilio electum, de quo necesse est eligatur. Vnde profitemur in conscientiam ecclesiæ Carthaginensis perferre, quandocumque voluerimus habere primæ sedis episcopum. Ita ut cum primæ sedis episcopus de corpore recesserit, qui in ejus locum succedit, ad ecclesiam Carthaginis mittat, & eam instruat, ut fiat primæ sedis episcopus. Et si qua de eadem ecclesia Carthaginensi nuntianda sunt ad provinciam Mauritaniam, causa regulæ & disciplinæ, hoc profitemur episcopum Sitifensem debere conveniri, per quem omnes episcopi in Mauritania constituti possint informari. Aurelius episcopus dixit: Vt ecclesia Carthaginensis de constituendis primæ sedis episcopis consultetur, impedimento nulli esse posse mecum pariter cognoscit sanctitas vestra. Nunc igitur ut Mauritania habeat primæ sedis episcopum, si placet, a nobis omnibus confirmetur. Epigonius episcopus dixit: Numidia consulatur, ut accipiat & prosecutionem legationis Maurorum: quod ipsum

A si placuerit hæreat. Megalius episcopus dixit: Ad compendium venit ista provisio, ut & voluntatibus satisfiat, & se provinciæ teneant, responsuris tamen primæ sedis episcopis cunctarum provinciarum ad ecclesiam Carthaginensem, in quocumque usus exegerit. Cæcilianus & Honoratus episcopi dixerunt: Sanctitas tua prosecuta est, ut omnium præsentium fratrum responsio teneatur. Illud oramus, ut quod favente Deo inchoatum est, hoc ad finem deduci præcipias: ceterarum provinciarum desideramus episcopos huic rei adsensum commodare. Ab universis episcopis dictum est: Placet, B placet: quod petierunt justum est. Concedatur ut singulæ provinciæ habeant primæ sedis episcopos. Bona suggestio omnibus placet; sub eo tamen, ut in quocumque usus exegerit, respondeatur ecclesiæ Carthaginensi a primæ sedis episcopis, salva reverentia ejusdem ecclesiæ. Quandocumque autem habere voluerit quæcumque provincia primæ sedis episcopos, instruat primitus ecclesiam Carthaginensem, & sic quod desiderat faciat.

Et cum recitaret, episcopi dixerunt: Ineffabiles gratias agimus Deo, qui paternos sensus dono gratiæ spiritualis illuminans, hanc in animo beatitudinis tuæ sollicitudinem generavit, C ut pro rudibus informandis universas patrum definitiones in notitiam nostram pervenire jussisses. Magna hæc & vere multo tempore utilis futura provisio, quam subscriptione singulorum confirmari cupientes, manu propria nos consensisse profitemur.

Bonifacius episcopus dixit: Quoniam diei pars major exempta conspicitur, reliqua, si placet, in crastinum differantur: ut refectis corporibus ad discutiendas ceteras quæstiones vigor animi reparetur. Nunc interim quicquid pro ecclesiarum generali utilitate recitatum est, & memoriæ singulorum diligenti inculcatione penitus mandatum, ad perennem D firmitatem propria, sicut ipsi quoque postulastis, subscriptione firmemus.

Episcopi dixerunt: Fiat, fiat.

SUBSCRIPTIONES.

Bonifacius episcopus plebis Carthaginensis his placitis in concilio definitis, a cunctis nobis custodiendis subscripsi.

Similiter & omnes episcopi subscripserunt.

Ianuarius episcopus plebis Vegeselitanæ provinciæ Numidiæ his placitis in concilio definitis, a cunctis nobis custodiendis pro me & pro sancto Ianuario Masculitanæ memoratæ provinciæ, eo quod merito senectutis subscribere non potuit, subscripsi.

Florentianus episcopus plebis Vicopacatensis E legatus provincię Numidiæ.

Firmus episcopus plebis Tipasensis legatus provinciæ Numidiæ.

Marianus episcopus Municipii Tulliensis legatus provincię Numidiæ.

Felix episcopus ecclesię Zactarensis legatus provincię Numidiæ.

Vincentius episcopus plebis Gervitanæ legatus provinciæ Tripolitanæ.

Secundinus episcopus plebis Minensis provincię Mauritaniæ.

Peregrinus episcopus plebis Curubitanæ, provincię Proconsularis.

Venerius episcopus plebis Carpitanæ, provinciæ consularis.

Iunianus

ANNO CHRISTI 525.

Iunianus episcopus plebis Siminensis.
Mustulus episcopus plebis Uzalensis.
Palmatius episcopus plebis Hipponensis.
Faustinianus episcopus Uticensis.
Florentius episcopus plebis Lamsortensis.
Pontius episcopus plebis Lamfuensis.
Columbus episcopus plebis Naraccatensis.
Gajus episcopus plebis Tacapitanæ, legatus provinciæ Tripolitanæ.
Marcianus episcopus plebis Culusitanæ.
Cresconius episcopus Binensis.
Victor episcopus plebis Lapdensis.
Numidius episcopus plebis Maxulitanæ.
Ioannes episcopus plebis Neapolitanæ.
Patronianus episcopus plebis Senemsalensis.
Servus Dei episcopus plebis Missuensis.
Segetius episcopus plebis Mullitanæ.
Æmilianus episcopus plebis Araditanę.
Fortunatus episcopus plebis Puppitanę.
Avus episcopus plebis Horreensis.
Victorinus episcopus plebis Nagargaritanæ.
Restitutus episcopus plebis Timedensium regiorum.
Vitulus episcopus plebis Larensis.
Felicissimus episcopus plebis Sedelensis, qui & Vtinensis.
Reparatus episcopus plebis Taburficuburensis.
Reparatus episcopus plebis Abitinensis.
Saturus episcopus plebis Abtungnensis.
Sementius episcopus plebis Vzipparensis.
Restitutus episcopus plebis Vallitanæ.
Cresconius episcopus plebis Simingitanæ.
Simeon episcopus plebis Furnitanæ.
Paschasius episcopus plebis Membressitanæ.
Constantius episcopus plebis Cerbalitanæ.
Sabinianus episcopus plebis Gummenartarum.
Restitutus episcopus plebis Sebargensis.
Restitutus episcopus plebis Viltensis.
Placidus episcopus plebis Mizigitanæ.
Crescens episcopus plebis Clipiensis.
Gaudiosus episcopus plebis Pupianensis.
Porphyrius episcopus plebis Vullensis.
Servus Dei episcopus plebis Honoriopoli.
Quod vult Deus episcopus plebis Bullamensis.
Felix episcopus plebis Vicoturrensis.
Octavianus episcopus plebis Tuzudrumes.
Florentinus episcopus plebis Tifilensis.
Redemptus episcopus plebis Gisipensis.
Restitutus episcopus plebis Cilibiensis.
Ruffinus episcopus plebis Tatiæmontanæ.
Optatus episcopus plebis Tononensis.
Donatus episcopus plebis Gerbitanæ.

Concilii sub sancto Bonifacio episcopo Carthaginensis ecclesiæ celebrati acta pridie finiunt.

INCIPIT DIES SECUNDA.

Anno secundo gloriosissimi regis Hilderici, die nona Idus Februarias Carthagine in secretario basilicæ sancti martyris Agilei, cum Bonifacius episcopus ecclesiæ Carthaginensis cum coepiscopis suis diversarum provinciarum Africanarum, quorum nomina subscriptiones ostendunt, consedisset, adstantibus diaconis, Bonifacius episcopus dixit: Post hesterni diei disputationem, quæ nos pene usque ad vesperum detinuit occupatos, quia jam nihil arbitror superesse quod de generali ecclesiarum utilitate tractemus,

A si quæ sunt specialiter discutienda, singulorum suggestio manifestet; ne vel privata commoditas videatur omissa. Gaudiosus diaconus regionis quintæ dixit: Petrus abbas cum aliquantis senioribus monasterii sui pro foribus observans rogat se tuæ beatitudinis & sanctissimi cœtus præsentari judicio. Bonifacius episcopus dixit: Ingrediantur.

Quibus ingressis Bonifacius episcopus dixit: Quæ vos causa ad concilium compulit convenire? Petrus abbas cum præsentibus monachis fratribus suis, dixit: Offerimus libellum, cujus series recitata vim doloris nostri melius proloquitur.

B Bonifacius episcopus dixit: Susceptum quod ingeritur percurratur, & cum tradidisset; Redemptiolus notarius recitavit.

Data a Petro abbate, & ab universa congregatione ejus.

Rogamus, beatissime & apostolica dignitate prædite, Christi venerande pontifex, Bonifaci episcope, & omnes sancti sacerdotes, qui nunc adesse videmini, ut suggestionem nostram intente adverti præcipias. Diu ad strepitus publicos interrupta quiete pervenire noluimus. Diu infra monasterii latebras solis fletibus occupari voluimus, & amica pœnitentibus studuimus servare silentia. Vicit modo verecundiam dolor, C ac privata necessitas generale propositum conturbavit. Ex quo enim desiderii paginam voluntaria devotione conscribentes huic venerabili sedi libertatem monasterii nostri commisimus vindicandam, nova subito sanctissimi sacerdotes adversum nos exurrexit tempestas invidiæ. Sāctus quippe Liberatus episcopus primæ sedis provincię Byzacenę congregationibus sacerdotum sępe collectis, in perniciem nostram multa, & multipliciter machinatur: dum in nobis quasi quamdam materiem suæ assumptionis inveniēs, post audientiæ præfixum diem, post pacificę disputationis facultatem datam atque concessam, monasterium nostrum gravi excommunicatione percutere voluisset. Absit enim ut percussisse D dicamus; scientes nos sub vestro velamine constitutos nullis posse jaculis quorumlibet consiliorum penetrabiles deseri. Succurrite igitur tandem aliquando, & a nostris cervicibus jugum quod neque nobis, neque patribus nostris quisquam superponere aliquādo tentavit, excutite. Nihil contra fidem, neque contra bonos admisimus mores. Quia si discutiatur ratio, licet liberis quocunque voluerint pertinere: si consideretur auctoritas, nulla adversum nos antiquorum patrum definitio profertur: si quærantur exempla, multos ante fecisse irreprehensibiliter docemus quidquid modo fecisse culpamur. Ceterum quod a proprio subdiacono E monasterium sicut audivimus, dicunt esse fundatum; Quid præjudicat olim mortui persona viventibus? quando etiamsi conditionem clericatus alicui debuit, conditio cum persona defecit. An fortasse dominus fuit? aut sic congregationi fratrum præfuit, ut aliquid sibi proprium vindicaret? quem cœnobialis regulæ non ignorari dispensationem tantummodo dicimus habuisse. Nec ideo nos eum quia subdiaconus, sed propterea quia monachus fuit, abbatem habuimus. Vnde etsi forsitan alicui episcopo aliquando subdiaconus, nobis tamen monachus fuit, nec nos heredes honoris ecclesiastici,

stici, quem eum habuisse nescimus, sed sanctissimæ professionis extitimus. Proinde lacrymabiliter obsecramus, nihil novum fiat in nobis, quia nihil novum factum docetur a nobis. Illuc ne opprimeretur confugimus, ubi solent etiam clerici, si se opprimi viderint, appellare: Cur per dies singulos inauditis minis ab spiritali intentione deponimur? Cur ecclesiæ simplex prohibetur accessus? Cur etiam in ecclesiis positi imprudeter jubemur foras a sacerdotibus pelli? Cur etiam hospitalitas, quam semper exhibuimus, denegatur? Timent salutare qui diligunt: mutus Dei servus viator occurrit: benedictionem nobis transeuntibus nemo audet accipere. Satisfiat tandem aliquando pietati. Nos de conscientia nostra securitatem plenissimam gerimus: Vos sciatis, qualem de tribulationibus nostris rationem Deo nostro reddatis: aut nos qualiter priori securitate confirmata, nostræ libertati restituatis. Quam consecuti, Deo & vestræ beatitudini uberes referamus gratias. Et subscripserunt.

Ego Petrus abbas hunc libellum nostrum subscripsi.

Ego Octavianus diaconus hunc libellum nostrum subscripsi.

Ego Felix diaconus hunc libellum nostrum subscripsi.

Ego Fortunatus presbyter hunc libellum nostrum subscripsi.

Ego Renatus hunc libellum nostrum subscripsi. Et ceteri.

Quo recitato Bonifacius episcopus dixit: Recitatum libellum acta suscipient. Proinde cognovit sinceritas vestra, fratrem consacerdotemque nostrum Liberatum de levissimis rebus grave jurgium suscitare, captaque unius injustissimę querelæ occasione, privilegia hujus sanctæ ecclesiæ moliri subtrahere: Dum procaci contentione turbans ordinem caritatis, putat publicis contentionibus studendum. Nec invidiæ flammam timens accedere adversum servos Dei, quibus nihil est commune cum sæculo, congregationes pontificum, sicut pariter audivimus, frequenter adducens, & quotidianis nimis Christi famulos inquietans; ut mutata vice quos nec generalis ecclesiarum gravatio molestavit, pax ecclesiastica videatur affligere. Relegantur itaque singula, quæ in hoc negotio per alternas epistolas acta sunt: quo facilius universa fraternitas revelante intrinsecus domino quid pacifice definire oporteat, cum auctoritate, & veritate disponat. Ianuarius episcopus ecclesiæ Vegezelitanæ provinciæ Numidiæ dixit. Dolemus satis audientes quia reverentiam sanctæ huic sedi debitam frater consacerdosque noster Liberatus audet in aliquo denegare. Miramur quæ sic tanta pernicies repente surrexerit, quæ compelleret monasteriorum turbari silentia. Poscimus igitur ut secundum beatitudinis tuæ præceptum cuncta nobis legi censeas. Quibus diligenter consideratis, causa tanti jurgii penitus abscindatur: & hoc omnes tuæ gloriæ exhibeamus, quod antiquitas prædecessoribus tuis detulisse evidenter ostenditur. Episcopi dixerunt: Hæc etiam nostra postulatio. Fiat omnibus notum quicquid in hac causa dignoscitur gestum, ne remanere aliquid permittatur incertum. Bonifacius episcopus dixit: Fiat quod hæc congregatio sacerdotum justissime flagitat. Proferantur ex archivo hujus ecclesiæ scripta quæ direximus, & rescripta quæ sumpsimus, vel quæcumque ad præsentis negotii pertinent firmitatem. Redemptiolus notarius ex volumine chartarum recitavit.

Data a Petro abbate, & ab universa congregatione ejus.

ROGAMUS, domine beatissime & apostolica dignitate prædite, Christi venerande pontifex Bonifaci, nobis aurem placidam inclinare digneris. Quoniam vos & in tribulationibus adjutores, & in solicitudinibus nostris consolatores nobis Deus præposuit, ut non solum vestro suffragio in tentationibus adjuvemur, verum etiam vestro consilio in quibusque dubiis cõfirmemur. Propterea tui apostolatus orationibus nos commendantes poscimus, ut nostrum monasterium facias tuæ beatitudinis regimini subjacere. In absentia enim sacerdotis Carthaginensis ecclesiæ de proximo Bonifaciũ Gratianensem sanctum episcopum primæ sedis provincię Byzacenæ petiimus, ut quamdiu huic sanctæ ecclesiæ Carthaginensi rectorem dominum concessisset, nobis qui divina ministeria celebrarent, ordinaret. Quod & factum est: ita tamen, ut defuncto primate, non successor plebis illius aliquam in nobis haberet licentiam, sicut est moris in subditis. Sed neque plebi nos vicinę aliquando subjecimus, aut episcopis vicinis, aut interventori ecclesiæ, quæ proxima est nobis; Expectantes ut diximus, sanctæ hujus ecclesię Carthaginensis libertatem. Nunc autem quoniam divina misericordia dignum te nobis donavit episcopũ, supplices exoramus, ut vota, vel subscriptiones nostras suscipi jubeas, atque congregationem nostram, sicut credimus & speramus, fovere, & consolari digneris: ut tantę sedis, quæ primatum totius Africanæ ecclesiæ tenere cognoscitur, defensione muniti, creatori nostro domino laudes debitas referamus. Hunc enim libellum, sive a me, sive ab omni congregatione subscriptum, reverentiæ tuæ offerimus, petentes ut eum a nobis suscipere jubeas, & chartis ecclesiæ sociare, acturi Deo; & apostolatui tuo uberes gratias. Et subscripserunt. Ego Petrus abbas huic libello nostro in omnibus quæ superius continentur relegi, consensi, & subscripsi. Ego Fortunatus presbyter monasterii huic libello nostro in omnibus quæ superius continentur relegi, consensi, & subscripsi, & fratribus subscribendum tradidi. Ego Victor senior monasterii subscripsi. Ego Vincentius senior monasterii subscripsi. Ego Gentius senior monasterii subscripsi. Et item recitavit.

Domino sancto, ac beatissimo, nimiumque suspiciendo, merito venerabili fratri, ac consacerdoti Bonifacio, Liberatus cum omnibus sanctis fratribus, & consacerdotibus meis, qui in Iuncensi concilio adfuimus, in domino æternam salutem.

VENERANTER excepi tuæ sanctitatis epistolam, &c. *Ut supra pag. 1627. B.*

Accepta Idibus Decembris anno primo.

POST recitationem hujus epistolæ memorati episcopi verbo quę mandata sunt dixerunt; Id est de Sasifense plebe, Umbrianense, & Villaminorense: & ut Vincentius episcopus Girvitanus provinciæ Tripolitanæ plebes, quas Tamallumensibus invasisse videtur, admoneatur ut restituat; & ut in procemio epistolarum aliquid

ANNO CHRISTI 525.

aliquid honorificentiæ addatur; & de monasterio Petri abbatis. Ad quæ omnia sic rescriptum est.

Dilectissimis, & desiderabilibus sanctis fratribus, & consacerdotibus, seni Liberato, & ceteris qui in concilio Iuncensi adfuistis, Bonifacius.

ADVENIENTIBUS fratribus, consacerdotibusq; nostris Ponticano & Restituto, optatam gratulationem suscepi, dum relecta pagina fraternitatis vestræ de pace, & concordia eorum, de quibus antehac scripsisse cognoscimur, lætari promerui. Proinde iisdem fratribus repedantibus necesse habui officiositatis meæ paginam dare portandam, salutans plurimum, & me cum effectu sanctitatis vestræ orationibus commendans. Creatorem nostrum, B & dominum deprecor, ut hæc legentes addatis precibus, ut diebus nostris, sublatis his, quæ communes animos offendere possunt, quieta nobis omnia præstentur. Illud autem, dilectissimi & desiderabiles sancti fratres, quod sinceritas vestra per memoratos coepiscopos nostros verbo mandare dignata est, fateor valde mihi difficillimum. Neque enim poterimus statuta mutare, quæ per tot sacerdotes instinctu divino servata noscuntur. Si enim admiserimus, ea quæ antea constituta sunt in retractionem vocari, nihil in divinis, humanisque actibus, nihil in sacris, publicisque rebus obtinere ullam poterit firmitatem: dum post annorum spatia tanquam in emendationem patrum velut in- C structior nostra videatur mutare posteritas. Sed potius exoremus, ut manentibus his, quæ cum omni affectu a prioribus nostris custodita sunt, vel ex consuetudine descendunt, pius dominus, quæ pacis sunt, votis nostris & precibus concedere jubeat sanctorum canonum statuta servantes. Et quia constitutum est, ut ab hac sancta Carthaginensi sede diversis provinciis Africanis petentibus paschæ dies intimetur, intimamus resurrectionis dominicæ sacramentum VII. Iduum Aprilium die adfuturum fore. Quam festivitatem ut cum quiete domus Dei celebrare mereamur, assiduis precibus fraternitas tota, & omnis anima Christiana de domini clementia expetere non prætermitrat. D Et subscriptio: Opto te, frater, in domino bene valere, & mei memorem esse. Data die XVII. Kal. Ianuarias anno primo.

Item recitavit. Quæ autem per memoratos episcopos remandata sunt, sequentia monstrant. Ad ea quæ sanctum concilium Byzacenæ provinciæ per fratres nostros verbo mandavit, decuit respondere, id est de Sasifense plebe, Vmbrianense, & Villaminorense, quia sunt documenta quid in tempore fuerit gestum, atque reservatis his, quæ canonum judicia continent, tempore quo oportet necesse est ostendantur.

De locis autem, de quibus frater noster Vin- E centius Giruitanus provinciæ Tripolitanæ impetitur, dum ad petitum eorum, qui adversus eum agunt, nobis a memorato concilio fuerit scriptum, necesse est ut illa ordinentur, quæ patrum nostrorum constitutio terminavit. De procemio autem mutando, illa nos facere profitemur, quę a nobis directis literis intimata sunt. De monasterio autem Petri abbatis juste nos fecisse, ut a " nobis ordinatio fieret, ipsa res, quæ prolata est in medium, præsentibus sanctis fratribus nostris diversarum provinciarum ostendit: ut etiam fratres nostri, qui directi sunt audierunt, & proprio ore sensum fratrum nostrorum instruere possunt. Item recitavit.

vobis

Data a Petro abbate, & ab universa congregatione.

ROGAMUS, beatissime & apostolica dignitate prędite Christi venerande pontifex Bonifaci episcope, ut suggestionem nostram intente advertere jubeas. Perlatum est ad nos quod S. Liberatus, episcopus primæ sedis provinciæ Byzacenæ, beatitudini vestrę de nomine nostro querelam movisse videatur: & satis mirati sumus ejus sanctitatis prudentiam de nobis, qui contemptis facultatibus nostris, ut a conditione liberi efficeremur, Deo nostro servire decrevimus, mentionem facere juberet, diceretque, quod conditione Byzacenæ provinciæ teneamur obstricti, cum constet nos de diversis locis Africanis, vel de transmarinis ad hunc nostrum locum, in quo esse videmur, congregatos fuisse, & numquam alicui obnoxios fecisse. Et cum in libertate vocati sumus, sicut apostolus dicit, cur de nobis, qui ad Deum fletibus & orationibus exclamamus, causatio fuerit facta, ignoramus. Monasterium enim, in quo domino protegente esse videmur, sumptu parentum nostrorum, vel aliorum religiosorum fundatum esse firmamus, a sancto Reparato episcopo Puppianensi provinciæ Proconsularis dedicatum esse non silemus. Et quousque proprium episcopū concedente domino hęc sancta ecclesia Carthaginensis haberet sustinuimus: á quo non solum nos, verum etiam & omnes in Africa constituti fomenta quotidie accipimus. Ad quam salva libertate arbitrii nostri, quam semper Deo protegente habemus defendendā, confugium fecimus, desiderium nostrum propriis suscriptionibus roboravimus: Ideoque humiles supplicamus, ut inanes querelas beatitudo vestra repellere dignetur; & currente justitia, in qua vestra semper deget beatitudo, a jugo nos clericorum, quod neque nobis, neque patribus nostris quisquam superponere aliquādo tentavit, eruere digneris. Num docemus monasterium de Precisu quod in medio plebiū Leptiminensis ecclesię ponitur, prętermisso eodem episcopo vicino, Vico Ateriensis ecclesiæ episcopi consolationem habere, qui in longinquo positus est. Et Baccense monasteriū, quod Maximianensi ecclesiæ vicinum est, ad consolationem primatis Byzacenæ provinciæ se conferre. Nam & de Adrumetino monasterio nullo modò silere possumus, qui prętermisso ejusdem civitatis episcopo de transmarinis partibus sibi semper presbyteros ordinaverunt, id est Valentinum, Epiphanium, Victorianum, & Paulum. Et cum sibi diversa monasteria, ut ostenderent libertatem suam, unicuique prout visum est, a diversis episcopis consolationem quæsierint; quomodo nobis denegari poterit, qui de hac sede sanctā Carthaginensis ecclesiæ, quæ prima totius Africanæ ecclesiæ habere videtur, auxilium quęsivimus? Ob hoc obsecramus, iterumque supplices poscimus, ut desiderium nostrum nullius suggestione permittatur: ut possimus auxilio hujus sanctæ ecclesiæ muniti in congregatione qua sumus cū quiete manere. Extant enim venerabilium sanctorū patrum dicta, libertatē monasteriorum defendentiū; quæ si vestra jusserit recensere beatitudo præ manibus habetur.

ANNO CHRISTI 525. Ex quorum lectione cognoscant hi, qui de nomine nostro apud beatitudinem vestram talem videntur facere invidiam, quæ congregationibus monachorum fuerint a domino concessa. Acturi domino, & vestræ sanctitati maximas gratias. Et subscripserunt.

Ego Petrus abbas hunc libellum nostrum subscripsi.

Ego Fortunatus presbyter hunc libellum nostrum subscripsi.

Ego Octavianus diaconus hunc libellum nostrum subscripsi.

Ego Felix diaconus hunc libellum nostrum subscripsi.

Ego Renatus hunc libellum nostrum subscripsi. Et ceteri.

Tom. 10. serm. div. 50. *Sancti Augustini de moribus clericorum in secundo libro ad locum.* Vobis dico, qui forte nescitis, nam vestrum plurimi sciunt, presbyterum Leporium, quamvis sæculi natalibus clarum, & apud suos honestissimo loco natum, tamen jam Deo servientem, cunctis quæ habebat relictis inopem suscepi. Non quia nihil habuit, sed quia jam fecerat, quod ista lectio persuadet. Hic non fecit, sed nos scimus ubi fecit. Unitas Christi, & ecclesiæ una est: ubicumque fit opus bonum pertinet & ad nos, si congaudeamus. Hortus est unus, ubi nostis, ibi monasterium constituit; quia & ipsi Deo serviunt. Ille hortus ad ecclesiam non pertinet, sed nec ad ipsum. Et ad quem dixerit aliquis? Ad illud quod ibi est monasterium. Sed quod verum est usque ad hoc tempus curam pro illis ita gerebat, ut sumpticulos, quibus sustentabantur apud se haberet, & se ut videbatur impenderet. Sed ne propter hoc locus daretur hominibus suspiciones suas rodentibus, & ventrem non implentibus, hoc placuit & mihi & ipsi, ut sic se illi transigant, quasi iste jam de seculo exierit. Numquid enim cum obierit ipse illis dispensaturus est aliquid? Melius est ut videat illos bene versantes regente Deo in disciplina Christi sic viventes, ut de illis tantummodo gaudeat, non eorum necessitatibus occupetur.

Ibidem. *Item in libro 11. de moribus clericorum.* Locus etiam ubi monasterium constitutum est a memorato honorabili filio meo Eleusinio ipsi presbytero Barnabæ donatus est antequam ordinaretur presbyter, in ipso loco monasterium instituit. Sed tamen quia nomine ipsius donatus erat locus, mutavit instrumenta, ut nomine monasterii possideatur.

Et alia exemplaria auctoritatis sancti Bonifacii episcopi primatis provinciæ Byzacenæ.

Dilectissimis, atque in Christi gratia nominandis filiabus meis universis Dei ancillis, Bavagalianensis Bonifacius primæ sedis episcopus in domino salutem.

VESTRÆ sanctimonię libellum recipiens dum intente percurrerem, attentius auscultavi quid in se contineret. Quapropter reciprocum pręmittens salutationis obsequium, insinuo semper servorum Dei vel ancillarum monasteria liberum habere arbitrium a conditione omnium clericorum. Quorum priscorum patrum sequentes ritum, etiam vestrum monasterium hoc habere, & in vobis manere usque in ævum. Unde per hanc vos auctoritatem duximus commonendas, ut licentiam habeatis unde volueritis spiritalem sumere cibum, liberam in omnibus facultatem habētes. Si quis autem contra hoc salubre venire voluerit pręceptum, rigorem illico sentiat ecclesiasticū. Ergo ut superius connexuimus, hanc vobis attribuimus licentiam, ut quem velitis vobis corrogetis presbyterum, qui vobis in monasterio peragat sacrosancta, & illa quę ad normam pertinent unitatis celebranda usque in perpetuum. Et si quis presbyterorum ibidem in monasterio divina celebraverit mysteria, ipsius primatis altario domini nomen recenseatur, ut jurgiorum semina in omnibus careant. *Et subscriptio.* Deus vos in timore suo conservet quod oramus. Data sub die Kal. Maii anno XXI. gloriosissimi regis Trasamundi. Anno Christi 517.

Item recitavit.

Exemplar epistolæ generalis quæ ad episcopos invitandos in causa insulæ Lerinensis missa est.

Supra pag. 1023. E. hujusce IV. Tomi. QUOTIES membrum aliquod quodlibet infirmitatis genere laborat, fieri non potest quin ejusdem corporis etiam cetera membra condoleant. Et ideo causa quę inter sanctum episcopum Theodorum, & Valerianum, vel Maximum item episcopos, atque abbatem Faustum, nec non & reliquos fratres insulæ Lerinensis acciderat, absque dubio omnes nos qui in Christo unum sumus differre non possumus, nisi id agamus qualiter curetur, & abstergatur. Ad hoc itaque remediandum scandalum orationibus vestris III. Kalendas Ianuarias audientiæ dies est constitutus: Rogamus ergo ut sanctitas vestra se usque Arelate fatigare dignetur; quatenus tantum malum, quod dilatione plus crescit, beatitudinis vestræ præsentia terminetur. Talis enim causa quę tam grande scandalum genuerit, sicut atrocitate sui multos involvit, ita plures qui in Christo medeantur, exposcit.

Ad eos qui in ipsa insula sunt: Beatitudinem vero vestram pręcipue adesse convenit, quos insula ipsa velut sinu quodam genitricis fovens ad eam gratiam, quæ nunc in vobis est, domino instigante produxit. *Ad sanctum Rusticum.* Ac pręcipue beatitudo vestra ut adsit primum deprecamur: quia major infirmitas necessario medicos peritissimos inquirit.

Ibidem p. 1024. B. *Incipit institutio sanctorum episcoporum Ravennii, Rustici, Nectarii, Flori, Constantii, Asclepii, Maximi, Iusti, Salonii, Ingenui, Enantii, Zotici, Chrysanthi, in causa insulæ Lerinensis.*

CUM Arelate in secretario ecclesiæ convenissemus, pręmissa prece ad dominum, nullo extrinsecus arbitro interveniente resedimus, de remedio scandali quod in monasterio in insula Lerinense obortum fuerat, pertractantes. Placuit ergo nobis, sancto ut credimus Spiritu gubernante, ut omnibus quæ in querelam venerant sollicite ventilatis atque discussis, sanctus & beatissimus frater Theodorus episcopus primum exoretur a nobis, ut scandalum quod & ipse, sicut & nos, graviter dolebat exortum, differendo in tempora manere diutius non pateretur; sed potius ad recipienda satisfactionum remedia festinaret: & sanctum presbyterum Faustum abbatem supradicti monasterii, indulta, si qua illa esset, culpæ venia in pristina pace toto caritatis affectu reciperet, & ad insulam ac congregationem ipsi Deo dispensante cōmissam cum sua gratia, & caritate remitteret.

Nec

NNO RISTI 25.

Nec quidquam deinceps ex his quæ ſibi fratrem Fauſtum arguebat feciſſe aut verbis repeteret, aut animo retineret: quin potius collationem ut pote antiquus abbas, & epiſcopus ei, ut piam & neceſſariam perpetuo exhiberet; & ſolatia ſecutura, quę verbis dignabatur promittere rebus ipſis, prout uſus exegerit, pleniſſime exhiberet. Hoc tamen tantũmodo ſibi vindicaturus, quod deceſſor ſuus ſanctę memorię Leontius epiſcopus vindicaverat, ideſt ut clerici, & altaris miniſtri a nullo niſi ab ipſo, vel cui ipſe injunxerit, ordinentur: chriſma non niſi ab ipſo, ſperetur. Neophyti ſi fuerint ab ipſo confirmentur: peregrini clerici abſque ipſius præcepto in communionem, vel ad miniſterium non admittantur. Monaſterii vero omnis laica multitudo ad curam abbatis pertineat; neque ex ea ſibi epiſcopus quidquam vindicet, aut aliquem ex illa clericum, niſi abbate petente præſumat. Hoc enim & rationis, & religionis plenum eſt, ut clerici ad ordinationem epiſcopi debita ſubjectione reſpiciant; laica vero omnis monaſterii congregatio ad ſolam, ac liberam abbatis proprii, quem ſibi ipſa elegerit, ordinationem diſpoſitionemque pertineat; regula, quę a fundatore ipſius monaſterii dudum conſtituta eſt, in omnibus cuſtodita.

Cetera in manuſcripto deſiderantur.

Decretum autem hujus concilii extat in alio codice Langobardico vetuſtiſſimo bibliothecæ Vaticanæ numero 5845.

In concilio ſub ſancto Bonifacio epiſcopo apud Carthaginem.

Erunt igitur omnia omnino monaſteria, ſicut ſemper fuerunt, a conditione clericorum modis omnibus libera, ſibi tantum, & Deo placentia.



NNO HRISTI 526.

VITA,

EPISTOLÆ, ET DECRETA FELICIS PAPÆ IV.

Ex libro pontificali.

amnita
n 3 m. 2.
3. a 24.
ii an.
Mavortii

[a] FELIX natione [*] Samnius, ex parte Caſtorio, [b] ſedit annos 4. menſes 2. dies 13. "Fuit autem temporibus Theodorici regis & Iuſtiniani Auguſti, a conſulatu * Maburti uſque ad conſulatum Lampadii & Oreſtis, a die IV. Iduum Iuliarum, uſque in diem IV. Idus Octobris. Hic fecit baſilicam ſanctorum Coſmæ & Damiani in urbe Roma, in loco qui appellatur Via ſacra, juxta templum urbis Romæ. Hujus temporibus conſumpta eſt incendio baſilica ſancti martyris Saturnini, via Salaria, quam a ſolo refecit. Qui etiam ordinatus eſt cum quiete, & vixit uſque ad tempora Athalarici. Hic fecit ordinationes duas in urbe Roma per menſem Februarium & Martium: presbyteros 55. diaconos 4. epiſcopos per diverſa loca 29. ' Qui etiam ſepultus eſt in baſilica beati Petri apoſtoli, IV. Idus Octobris. Et [c] ceſſavit epiſcopatus dies 3.

biit tem-
ribus A-
arici re-
ſub die
Octo-
s qui
ultus eſt
d bea-
n Pe-
m.
ix a quo
quando
tifex
ignatus.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Felix.*] Theodoricus interfector Ioannis, uſurpato ſibi jure temere eligendi & nominandi ſedis apoſtolicæ epiſcopum, poſtquam hac de re quinquaginta & octo dierum interregno diſceptatum eſſet, Felicem virum in Romano clero probatiſſimum nominavit; ne qua occaſione ſuæ voluntati reſiſti poſſet. Accidit ea nominatio, nominatique a toto clero facta approbatio, vigeſima quarta Iulii, anno domini 526. Iuſtini imperatoris anno imperii nono, Theodorici regis 34. anno regni Italiæ. Sed abſque dilatione Deus auctorem tanti ſceleris Theodoricum ſævum, barbarum, durumque tyrannum repentina vindicta cælitus immiſſa proſtravit, & poſt acceleratum dirum exitium ad inferos perpetuo relegavit. Accidit, inquit Procopius de bello Gothorum lib. 1. cum cœnanti illi miniſtri appoſuiſſent miræ magnitudinis piſcis caput decoctum, Symmachi nuper occiſi caput illi viſum fuerit præfixis & extantibus inferiore in labro dentibus & torue intuentibus oculis furibunde ſibi & acerbe comminari; qua viſione territus in morbum inciderit, & non longe poſt mortuus fuerit. Refert S. Gregorius lib. 4. dial. cap. 30. quod quidam ſolitarius viderit eum inter Ioannem papam & Symmachum patricium, quos occiderat, diſcinctum & diſcalceatum, & vinctis manibus deductum in Vulcani ollam jactari. Succeſſit illi in regno Italiæ Athalaricus ex filia nepos, qui exacto a Romanis fidelitatis juramento, precibus epiſcoporum regnum ſuum ſtabiliri per literas expetivit. Hujus tempore S. Ephrem Antiochenæ eccleſiæ factus eſt epiſcopus. Iuſtinus morbo ſenioque gravatus, cum ſumma æquitate & religione imperium uſque ad nonum annum adminiſtraſſet, conſulens futuris reipublicæ commodis, cum conſenſu totius ſenatus Iuſtinianum ex ſorore nepotem imperii ſucceſſorem delegit. Principio imperii Agapetus diaconus S. R. eccleſiæ ſcripto eum admonuit, quomodo ſe in adminiſtratione imperii gerere deberet. Inita cum Athalarico aliiſque nationibus pace & concordia fidem catholicam edictis & ſanctionibus confirmavit. De rebus eccleſiaſticis leges quas promulgavit, ipſius ſaltem nomine Conſtantinopolitani epiſcopi ediderunt, ut major earum eſſet obſervantia: vel ſi quas ille ſancivit, fecit illud non quod ſibi munus epiſcopi aſſumeret; ſed potius ut hæreticos canonum contemptores auctoritate imperatoria coerceret. Cum ex hoc fœdere Gothi arrogantiores facti jura eccleſiarum invaderent, & clericos paſſim ad laicalia tribunalia traherent, Felix pontifex una cum Romano clero de his apud ipſum regem vehementer expoſtulavit: qui ubi eos benigne audiſſet, humaniterque tractaſſet, ex ipſorum ſententia ſanctionem edidit, qua adeo nefaria & inconceſſa, temereque præſumpta, fieri omnino prohibuit. Ipſa conſtitutio extat apud Caſſiod. lib. 8. cap. 24.

Theodorici obitus qualis.

Athalaricus Theodorico ſubrogatus.

Iuſtinianus quando imperium adeptus.

Dionyſius Exiguus, qui primus a nativitate Chriſti annos numerare cœpit, canoneſque Græcorum male tranſlatos elegantiori latinitate donavit, a ſecundo anno Felicis, qui eſt Chriſti 527. cyclum paſchalem exorſus, eum ad 95. annorum curricula perduxit. Fragmentum illius cycli recitat Marianus Scotus in chronicis ſub conſulatu Mavortii anno quarto "pontificatus Felicis, qui eſt Chriſti 529. Iuſtinianus imperator codicem de nomine ſuo Iuſtinianeum appellatum, abſolutum confirmauit & vulgavit. Vſus eſt hac in re opera imprimis Triboniani hominis ethnici aurique cupidiſſimi, apud quem juſtitia venalis erat. Ne mireris ergo ſi impios imperatores Zenonem & Anaſtaſium ſententia pontificis, concilii Conſtantinopolitani & Iuſtini e catalogo imperatorum abraſos, penituſque damnatos, inſigni pietatis titulo in codice nominatos reperias.

Dionyſii cyclus paſchalis.

" Errat Binius.

Quo tempore codex Iuſtiniani cõpilatus, & a quo.

b *Sedit annos, 4.*] Annis 4. menſibus 2. & diebus 18. ſediſſe, colligitur ex principio & fine pontificatus.

Quamdiu Felix ſederit.

c *Ceſſavit epiſcopatus dies tres.*] Ab obitu Felicis uſque ad electionem Bonifacii ſecundi tres dies interceſſerunt. Quod alicubi legitur ſedes vacaſſe uno menſe & quindecim diebus; intelligendum eſt de tempore illo, quando poſt ſchiſma ſublatum Bonifacius cognitus eſt ab omnibus legitimus pontifex.

Interregnũ ſedis.

EPISTOLA I. "FELICIS PAPÆ IV. AD OMNES EPISCOPOS.

" Hæc & ſequens epiſtola νοθείας vitio laborant.

I. *Quod miſſarum celebratio alibi, quam in Deo dicatis locis, non debeat fieri niſi magna compulerit neceſſitas.*

II. *De eccleſiarum ſacrationis dubitatione quid ſit agendum.*

Dilectiſſimis fratribus omnibus epiſcopis per diverſas provincias conſtitutis, Felix epiſcopus in domino ſalutem.

MAGNO munere " miſericordiæ Dei, totius eccleſiæ catholicæ multiplicata ſunt

" S. Leo ep. 54.

sunt gaudia, cum ecclesiarum status eo viget A ordine, quo apostolorum successores illum statuerunt. Et cum antiqui hostis astutia eum turbari agnoscimus, non modico contristamur mœrore. Quam ob causam (fratres) hortamur, monemus & flagitamus, ut a tramite apostolicæ institutionis nequaquam recedatis, "nec a capite diffideatis, sed fidem & ordinem, quem apostoli & apostolici viri statuerunt, absque ulla hæsitatione teneatis. Nam si columnæ alicujus magnæ domus ruerint, ipsa postea domus minime stabit. Sic & vos, qui columnæ ecclesiæ estis, si labefactari cœperitis, sancta ecclesia, quæ per vos regitur, tabescit & labitur. Hæc (fratres) quæ dico valde timenda sunt, & summo moderamine pensanda, atque ne fiant cavenda. Ipsa enim per se veri- B tas ait: *Vos estis sal terræ; quod si sal evanuerit, in quo salietur?* Ideo (carissimi) vos moneo, quia debitor sum vobis, & valde vos diligo. Et quando bona audio de vobis, nimis sum gavisus: & econtra quando mala, nimis conturbatus. Ego vero, "quamvis a vobis per longa terrarum atque maris intervalla disjunctus sim, sum tamen omnino vobis corde conjunctus. Idque de beatitudine vestra erga me modis omnibus confido, quia cum me vicissim diligitis, a me longe non estis. Unde gratias referimus illi grano sinapis, qui ex modici despicabilisque seminis specie, ita ramis ex eadem radice surgentibus, atque se distendentibus, usquequaque diffusis, ut in eis volatilia C cæli ' nidificent: gratiaque sit fermento illi, quod tribus farinæ satis totius humani generis massam in unitate conspersit: atque parvo lapidi, qui abscissus est de monte sine manibus, & occupavit universam faciem orbis terræ, qui ad hoc se usquequaque distendit, ut omni humano genere in unitatem redacto, totius corpus perficeretur ecclesiæ, atque ita ad totius compagis pertineret commodum membrorum partialis ista distinctio. Unde nos quoque a vobis non longe sumus: quia in illo, qui ubique est, unum sumus. Agamus ergo ei gratias, qui solutis inimicitiis in carne sua fecit, ut in omni orbe terrarum unus esset grex, & unum ovile sub se uno pastore, semper me- D mores quid nos egregius prædicator admoneat dicens: *Soliciti servate unitatem spiritus in vinculo pacis.* Sanctitatis vestræ scripta, quæ ad sedem apostolicam misistis super quibusdam consultis, quasi ad "caput, ut inde acciperitis responsa, unde omnis ecclesia totius religionis sumpsit exordium, gratanter suscepi, & breviter vobis respondere curavi.

" Idem ep. 84. — *Matth.* 5. — " S. Greg. ep. 36. lib. IV. — *Luc.* 14. *Matth.* 13. — ' cuncta — *Dan.* 2. — *Joan.* 20. — *Ephes.* 4. — " Innoc. ep. 4. & 2. Siricius ep. 4.

I.

In decretis Ivo. lib. 2. De ecclesiarum enim consecratione, & de Missarum celebrationibus, non alicubi quam in sacratis domino locis, absque magna necessitate fieri debere, liquet omnibus, quibus sunt nota novi ac veteris testamenti præcepta. Tabernaculum vero Mosen domino præcipiente fecisse, & sacrasse, cum mensa & altari ejus, & ceteris vasis utensilibus ad divinum cultum explendum legimus: & non solum divinis præceptis ac precibus ea sacrasse, sed etiam sancti olei unctione, domino jubente, perlinisse novimus. Qualiter autem hæc facta sint, & quomodo ipsa sacra non alii, quam sacerdotes sacra unctione delibuti; dominoque cum vestibus sanctis sacrati, & Levitæ tractabant, ferebant, erigebant, & deponebant, in ipsis institutionibus, quæ (domino jubente) per Mosen conscriptæ sunt, in lege domini reperitur. Qualiter ergo David regum piissimus amplificaverit cultum Dei, & templum domini ædificare voluit, sed propter multum sanguinem, quem effuderat, prohibitus est, & ipse collegerat expensas, Salomonque filius ejus idipsum, quod ipse facere optaverat, jubente & auxiliante Deo perfecit, & templum cum altari, & reliqua, ad divinum cultum peragendum, consecravit, in libro Regum inter cetera legitur ita: *Ædificans* (inquit Salomon domino) *ædificavi inhabitaculum tuum,* fortissimum solium tuum in sempiternum. Convertitque rex faciem suam, & benedixit omni ecclesiæ Israel. Omnis enim ecclesia Israel stabat, & ait: Benedictus dominus Deus Israel, qui locutus est ore suo ad David patrem meum, & in manibus ejus perfecit, dicens: A die, qua eduxi populum meum Israel de Ægypto, non elegi civitatem de universis tribubus Israel, ut ædificaretur domus, & esset nomen meum ibi: sed elegi David, ut esset super populum meum Israel. Voluitque David pater meus ædificare domum nomini domini Dei Israel, & ait dominus ad David patrem meum: Quod cogitasti in corde tuo ædificare domum nomini meo, bene fecisti, hoc ipsum mente tractans. Verumtamen tu non ædificabis domum, sed filius tuus, qui egredietur de renibus tuis, ipse ædificabit domum nomini meo. Confirmavit dominus sermonem suum, quem locutus est, stetique pro David patre meo: & sedi super thronum Israel, sicut locutus est dominus. Et ædificavi domum nomini domini Dei Israel. Et constitui ibi locum arcæ, in qua fœdus domini est, quod percussit cum patribus nostris, quando egressi sunt de terra Ægypti. Stetit autem Salomon ante altare domini in conspectu ecclesiæ Israel, & expandit manus suas in cælum, & ait: Domine Deus Israel, non est similis tui in cælo desuper, & super terram deorsum, qui custodis pactum & misericordiam servis tuis, qui ambulant coram te in toto corde suo. Qui custodisti servo tuo David patri meo quæ locutus es ei. Ore locutus es, & manibus perfecisti, ut hæc dies probat. Nunc igitur domine Deus Israel, conserva David famulo tuo patri meo quæ locutus es ei, dicens: Non auferetur de te vir coram me, qui sedeat super thronum Israel: ita tamen, si custodierint filii tui viam suam, ut ambulent coram me, sicut tu ambulasti in conspectu meo. Et nunc Deus Israel firmentur verba tua, quæ locutus es David servo tuo patri meo: Ergone putandum est, quod vere Deus habitet super terram? Si enim cælum & cæli cælorum te capere non possunt, quanto magis domus hæc, quam ædificavi? Sed respice ad orationem servi tui, & ad preces ejus, domine Deus meus. Audi domine hymnum & orationem, quam servus tuus orat coram te hodie, ut sint oculi tui* E *aperti super domum hanc nocte & die, super domum de qua dixisti: Erit nomen meum ibi, ut exaudias orationem, quam orat in loco isto ad te servus tuus; ut exaudias deprecationem servi tui, & populi tui Israel, quodcumque oraverint in loco isto, & exaudias in loco habitaculi tui in cælo, & cum exaudieris, propitius eris. Si peccaverit homo in proximum suum, & habuerit aliquod juramentum, quo teneatur adstrictus, & venerit propter juramentum coram altari tuo in domum tuam, tu exaudies in cælo, & facies, & judicabis*

Num. 7. — 3. *Reg.* 8. per totum. — *firmissimum ita & c. Iust.

judicabis servos tuos, condemnans impium, & reddens viam suam super caput ejus, justificansque justum, & retribuens ei secundum justitiam suam. Si fugerit populus tuus Israel inimicos suos. (quia peccaturus est tibi) & agentes pœnitentiam, & confitentes nomini tuo, venerint, & oraverint, & deprecati te fuerint in domo hac, exaudi in cælo, & dimitte peccatum populi tui Israel, & reduces eos in terram, quam dedisti patribus eorum. Si clausum fuerit cœlũ & non pluerit propter peccatum eorum, & orantes in loco isto pœnitentiam egerint nomini tuo, & a peccatis suis conversi fuerint propter afflictionem suam, exaudi eos in cælo, & dimitte pecata servorum tuorum, & populi tui Israel, & ostende eis viam bonam, per quam ambulent, & da pluviam super terram, quam dedisti populo tuo in possessionem. Fames si oborta fuerit in terra, aut pestilentia, aut corruptus aer, aut ærugo, aut locusta, vel rubigo, & afflixerit eum inimicus ejus portas obsidens, omnis plaga, universa infirmitas, cunctaque devotatio & imprecatio, quæ acciderit omni homini de populo tuo Israel: si quis agnoverit plagam cordis sui, & expanderit manus suas in domo hac, tu exaudies in cælo, in loco habitationis tuæ, & repropitiaberis, & facies, ut des unicuique secundum omnes vias suas, sicut videris cor ejus, (quia tu nosti solus cor omnium filiorum hominum) ut timeant te cunctis diebus quibus vivunt super faciem terræ, quam dedisti patribus nostris. Insuper & alienigena, qui non est de populo tuo Israel, cum venerit de terra longinqua propter nomen tuum, (audietur enim nomen tuum magnum, & manus tua fortis, & brachium tuum extentum ubique) cum venerit ergo, & oraverit in loco hoc, tu exaudies in cælo, in firmamento habitaculi tui, & facies omnia pro quibus invocaverit te alienigena, ut discant universi populi terrarum nomen tuum timere, sicut populus Israel: & probent quia nomen tuum invocatum est super domum hanc, quam ædificavi. Si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra inimicos suos, per viam quocumque miseris eos, orabunt te contra viam civitatis, quam elegisti, & contra domum, quam ædificavi nomini tuo, & exaudies in cælo orationem eorum & preces eorum, & facies judicium eorum. Quod si peccaverint tibi, (non est enim homo qui non peccet) & iratus tradideris eos inimicis suis, & captivi ducti fuerint in terram inimicorum longe vel prope, & egerint pœnitentiam in corde suo in loco captivitatis, & conversi deprecati fuerint te in captivitate sua, dicentes: Peccavimus, inique egimus, impie gessimus, & reversi fuerint ad te in universo corde suo, & tota anima sua, in terra inimicorum suorum, ad quam captivi ducti fuerant, & oraverint te contra viam terræ suæ, quam dedisti patribus eorum, & civitatis, quam elegisti, & templi, quod ædificavi nomini tuo; exaudies in cælo, in firmamento solii tui, orationem eorum & preces eorum, & facies judicium eorum, & propitiaberis populo tuo, qui peccavit tibi: & omnibus iniquitatibus eorum, quibus prævaricati sunt in te: & dabis misericordiam coram eis, qui eos captivos habuerint, ut misereantur eis. Populus enim tuus est & hæreditas tua, quos eduxisti de terra Ægypti, de medio fornacis ferreæ, ut sint oculi tui aperti ad deprecationem servi tui & populi tui Israel, & exaudies eos in universis pro quibus invocaverint te. Tu enim separasti eos tibi in hæreditatem de universis populis terræ, sicut locutus es per Mosen servum

A *tuum, quando eduxisti patres nostros de* terra Ægypti domine Deus. Factum est autem, cum complesset Salomon orans dominum omnem orationem & deprecationem hanc, surrexit de conspectu altaris domini. Utrumque enim genu in terra fixerat, & manus expanderat ad cælum. Stetit ergo, & benedixit omni ecclesiæ Israel, voce magna dicens: Benedictus dominus, qui dedit requiem populo suo Israel juxta omnia quæ locutus est: non cecidit ne unus quidem sermo* in omnibus quæ locutus est per Mosen servum suum. Sit dominus Deus noster nobiscum, sicut fuit cum patribus nostris, non derelinquens nos, neque projiciens, sed inclinet corda nostra ad se, ut*
B *ambulemus in universis viis ejus, & custodiamus mandata ejus, & ceremonias, & judicia, quæcumq; mandavit patribus nostris, & sint sermones mei isti; quibus deprecatus sum coram domino; appropinquantes domino Deo nostro die ac nocte, ut faciat judicium servo suo; & populo suo Israel per singulos dies, & sciant omnes populi terræ, quia dominus ipse est Deus, & non est ultra absque eo. Sit quoque cor nostrum perfectum cum domino Deo nostro, ut ambulemus in decretis ejus, & custodiamus mandata ejus sicut & hodie. Igitur rex & omnis Israel cum eo immolabant victimas coram domino. Mactavitque Salomon hostias pacificas, quas immolavit domino, boum viginti duo millia, & ovium centum viginti millia, & dedicaverunt templum domini rex & filii*
C *Israel. In die illa sanctificavit rex medium atrii, quod erat ante domum domini. Fecit autem ibi holocaustum, & sacrificium, & adipem pacificorũ: quia altare æneum, quod erat coram domino, minus erat, & capere non poterat holocaustum, & sacrificium, & adipem pacificorum. Fecit ergo Salomon in tempore illo festivitatem celebrem, & omnis Israel cum eo, multitudo magna ab introitu Emath usque ad rivum Ægypti coram domino Deo nostro septem diebus & septem diebus, id est, quatuordecim diebus, & in die octava dimisit populos.* Iudæi ergo loca, in quibus domino sacrificabant, divinis* habebant supplicationi-
D bus consecrata, nec in aliis, quam in Deo dicatis locis munera domino offerebant. Si enim Iudæi, qui umbræ legis deserviebant, hæc faciebant: multo magis, quibus veritas patefacta est, templa domino ædificare, & (prout melius possumus) ornare, eaque divinis precibus, & sanctis unctionibus suis cum altaribus & vasis, vestibus quoque & reliquis ad divinum cultum explendum utensilibus, devote & solenniter sacrare, & non in aliis locis quam in domino sacratis ab episcopis, & non a chorepiscopis, qui sæpe prohibiti sunt, nisi (ut prædictum est) summa exigente necessitate, missas celebrare, nec sacrificia offerre domino debemus. Et hoc si summa necessitas agere compulerit, non in domibus,
E quia in sacris canonibus sacrificia in domibus" offerri prohibita sunt: sed in tabernaculis, divinis precibus a pontificibus dicatis, & in mensis domino sacratis, & sacra unctione a pontificibus delibutis, pro summa (ut præfixum est) necessitate, & non pro libitu cujusquam & pigritia agatur. * Satius ergo est, " missam non cantare; aut non audire, " quam in illis locis, ubi fieri non oportet: nisi (ut sæpe dictum est) pro summa contingat necessitate, quoniam necessitas non habet legem. Unde scriptum est: *Vide ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris, sed in loco quem*

SSsss elegerit

* Ægypti

* ex omnibus bonis.

* supplicationibus consecrabant,

Ioan. 1.

De cõsecr. dist. 1. Sicut non alii quam.

" Laodic. can. 58.

* Statutum " Concil. Parisf. lib. 1. cap. 47. & Capitul. vii. 334. " S. Greg. ep. 18. lib. iii.

Deut. 12.

Exod. 20. *elegerit dominus Deus tuus.* Et in Exodo legitur: *Vos vidiſtis, quia de cælo locutus ſum vobis: Non facietis deos argenteos, nec deos aureos facietis vobis: altare de terra facietis mihi, & offeretis ſuper illud holocauſta & pacifica veſtra: oves veſtras & boves in omni loco in quo memoria fuerit nominis mei.* Et ſicut non alii, quam ſacrati domino ſacerdotes, debent miſſas cantare, nec ſacrificia ſuper altare offerre: ſic nec in aliis, quam in præfatis domino ſacratis locis, miſſas cantare aut ſacrificia offerre licebit. Si autem, ut legitur in concilio Laodicenſi " cap. 26. quod hi, qui non ſunt ab epiſcopis ordinati, tam in eccleſiis, quam in domibus exorcizare non poſſunt; multo * magis majoris gradus miniſteria, niſi ab eis, qui ad eos gradus ſunt ſacrati, quibus fungi debent, officia agi vel ſacrificia offerri licet. Quod autem (ut paulo ſuperius prælibatum eſt) oblationes in domibus offerri non debent, in eodem concilio cap. 58. prohibitum habetur, ita: *Non oportet in domibus oblationes celebrari ab epiſcopis & preſbyteris.* Solennitates vero dedicationum eccleſiarum & ſacerdotum, per ſingulos annos ſolenniter ſunt celebrandæ, ipſo domino exempla dante, qui ad feſtum dedicationis templi, omnibus id faciendo dans formam, cum reliquis populis eamdem feſtivitatem celebraturus venit, ſicut ſcriptum eſt: *Facta ſunt encænia in Hieroſolymis, & hiems erat: & ambulabat Ieſus in templo, in porticu Salomonis.* Quod autem octo dierum ſint encænia celebranda, in libro Regum, peracta dedicatione templi ', reperies.

De cõſecr. diſt. 1. Sicut non alii.

" ex verſione Dionyſii Exigui

* minus

De cõſecr. diſt. 1. Sicut non alii.

De cõſecr. diſt. 1. Solennitates dedicationum.

Ioan. 10.

3. Reg. 8.

' reperietis.

II.

De eccleſiarum vero conſecratione " quoties dubitatur, & nec certa ſcriptura, nec certi teſtes exiſtunt, a quibus conſecratio ſciatur, abſque ulla dubitatione ſcitote eas eſſe conſecrandas, ne talis trepidatio faciat deteriorationem: quoniam non monſtratur eſſe iteratum, quod neſcitur factum. His, fratres, teſtimoniis ſcripturarum apoſtolica auctoritate confirmatis, conſultis veſtris breviter reſpondiſſe ſufficiat. Vobis tamen prævidendum eſt, & omnibus prædicandum, ut illicita non agantur, & domini præcepta conſerventur, & fideliter peragantur. *Rogamus autem vos, fratres,* ut dicta apoſtoli replicemus, *corripite inquietos, conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patientes eſtote ad omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat: ſed ſemper, quod bonum eſt, ſectamini in invicem, & in omnes. Semper gaudete, ſine intermiſſione orate, in omnibus gratias agite. Hæc eſt enim voluntas Dei in Chriſto Ieſu in omnibus vobis. Spiritum nolite extinguere, prophetias nolite ſpernere; omnia autem probate, quod bonum eſt, tenete. Ab omni ſpecie mala abſtinete vos. Ipſe autem Deus pacis ſanctificet vos per omnia, ut integer ſpiritus veſter, & anima, & corpus ſine querela in adventu domini noſtri Ieſu Chriſti ſervetur.* Data Kalendis Martii, Lampadio & Oreſte viris clariſſimis conſulibus.

" S. Leo ep. 92. cap. 15.

1. Theſſ. 5.

" Anno domini 530.

II. EXHORTATORIA AD SABINAM.

Laudat in ea ſtudium cultumque in eccleſiam, quodque ſtirpis honores vanamque pompam religioni poſthabeat.

A SINGVLARE membrum eccleſiæ ", tuæ religionis amplitudinem exiſtere, & a nobis reverentiſſime coli, ſatis eſt omnibus manifeſtum. In ipſo enim apice nobilitatis, multo nobiliorem eccleſiæ devotionem impendis, & magis læta Chriſti agnitione præceptis ejus obtemperas, & in fide potius exultas, quam tanti generis flore jactaris, ' Summa virtus eſt, viciſſe gloriam carnis: & ' magna eſt Chriſti gratia, nobilitatem moribus ſuperaſſe, domina filia merito illuſtris. Certa igitur exiſtens, dilectiſſima, vitæ hujus, quæcumque ſunt, ſpatia æternis diviniſque officiis illuſtrare contende, ut qui inſignem te præſtitit, reddat ſibi per ſæcula clariorem.

" Quæ ſequuntur deſcripta ſunt ex ep 13. Innocentii, quæ eſt ad Iulianam. Tom. II. p. 1265. B.

' Summæ virtutis

' magnæ gratiæ

B Quapropter tuam hortamur dilectionem, ut bonum, quod cœpiſti, " ſemper implere non differas: quia non laudatur initium, sed finis. Sapientiam enim te hortamur diligere & ſcrutari, ut rationabiliter & ſapienter diſponas & judices ea quæ tibi commiſſa ſunt, dicente domino per prophetam: *Erudimini, qui judicatis terram. Time ergo dominum, & mandata ejus ſerva, & dilige eum totis viſceribus, & proximum tuum ſicut teipſum. Deus altiſſimus creavit ſapientiam in Spiritu ſancto, & vidit, & dinumeravit ea terram, & menſus eſt, & effudit illam ſuper omnia opera ſua, & ſuper omnem carnem ſecundum datum ſuum præbuit illam diligentibus ſe.* C *Timor domini, gloria & gloriatio, & corona exultationis. Timor domini delectabit cor, & dabit lætitiam & gaudium in longitudinem dierum. Timenti dominum bene erit in extremis, & in die defunctionis ſuæ benedicetur. Dilectio Dei honorabilis ſapientia: quibus autem apparuerit in viſu, diligunt eam in viſione, & in agnitione magnalium ſuorum. Initium ſapientiæ timor domini: & cum fidelibus in vulva concreatus eſt, & cum electis feminis graditur, & cum juſtis & fidelibus agnoſcitur. Timor domini, ſcientiæ religioſitas. Religioſitas cuſtodiet & juſtificabit cor, jucunditatem atque gaudium dabit. Timenti dominum bene erit, & in diebus conſummationis illius benedicetur.* D *Plenitudo ſapientiæ eſt, timere dominum, & plenitudo a fructibus illius. Omnem domum illius implebit a generationibus, & receptacula a theſauris illius. Corona ſapientiæ, timor domini, replens pacem & ſalutis fructum: & vidit, & dinumeravit eam, utraque autem ſunt dona Dei. Scientiam & intellectum prudentiæ ſapientia compartietur, & gloriam tenentium ſe, exaltat. Radix ſapientiæ eſt timere dominum, & rami illius longævi, In theſauris ſapientiæ, intellectus & ſcientiæ religioſitas: execratio autem peccatoribus, ſapientia. Timor domini expellit peccatum: nam qui ſine timore eſt, non poterit juſtificari.* E *Iracundia enim animoſitatis illius, ſubverſio illius eſt. Vſque in tempus ſuſtinebit patiens, & poſtea redditio jucunditatis. Bonus ſenſus uſque ad tempus abſcondet verba illius, & labia multorum enarrabunt ſenſum illius. In theſauris ſapientiæ, ſignificatio diſciplinæ: execratio autem peccatori, cultura Dei. Fili, concupiſcens ſapientiam, ſerva juſtitiam, & Deus præbebit illam tibi. Sapientia enim & diſciplina, timor domini: & hoc, quod beneplacitum eſt illi, fides & manſuetudo, & adimplebit theſauros illius. Contumax non ſis, & incredibilis timori domini, & ne acceſſeris ad illum duplici corde. Ne fueris hypocrita in conſpectu hominum, & non ſcandalizeris labiis tuis.* Attende

" S. Greg. epiſt. ad S. Auguſtinũ ejuſque comites in Angliam miſſos apud Bedam lib. 1 cap 13.

Pſal. 2.

Eccleſ. 1.

Ibidem.

Attende in illis, ne forte cadas, & ponas scandalum animæ tuæ, & adducas inhonorationem tibi, & revelet Deus absconsa tua. Pro fide & justitia, ac pro salute animæ certa semper, & pro adjutorio fratrum viriliter age, ut a domino recipias remunerationem. Scriptum est enim: *Fili, conserva tempus, & devita a malo. Pro anima tua non confundaris dicere verum. Est enim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gratiam & gloriam. Ne accipias faciem adversus faciem tuam, nec adversus animam tuam mendacium. Non verearis proximum tuum in casu tuo, nec retineas verbum in tempore salutis. Non abscondas sapientiam tuam in decore ejus. In lingua enim agnoscitur sapientia, & sensus, & scientia, & doctrina * in verbis veritatis, & firmamentum in operibus justitiæ. Non contradicas veritati ullo modo, & de mendacio ineruditionis tuæ confundere. Non confundaris confiteri peccata tua; & ne subjicias te omni homini pro peccato. Noli resistere contra faciem potentis; nec coneris contra ictum fluminis. Pro justitia agonizare pro anima tua, & usque ad mortem certa pro justitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos. Noli citatus esse in lingua tua; & inutilis & remissus in operibus tuis. Noli esse sicut leo in domo tua, evertens domesticos tuos, & opprimens subjectos tibi. Non sit tibi manus tua porrecta ad accipiendum, & ad dandum collecta.* His fulta scripturarum auctoribus, semper sta recta, & a via veritatis ne avertaris, ut gratiam Dei acquiras, & bonorum hominum amicitia fruaris: tantoq; tua ' voluntas facilius ab amore hujus sæculi exeat, " quanto & impellitur, dum vocatur. Nam nos & præsentes vos videre cupimus, & absentibus per epistolam saltem colloqui desideramus. Vnde & optamus, ut vos beatus Petrus apostolorum princeps ad sua limina feliciter perducat, quatenus in omnipotentis gratia perfrui vestra præsentia mereamur. Data XII. Kalendas Novembris," Lampadio & Oreste viris clariss. Coss.

[Left margin, partly cut off: ...hes. 4. — * verbo ...nsu, — ' mens — Greg. ep. ...o. lib. IX. ...79. lib. II. — " an. 530. ...xeunte Octobri sedebat Romæ Bonifa...ius non Felix. ...sed & tota ...pist. ficta]

NOTA SEVERINI BINII.

a *Data XII. Kalend Novembris.*] Hæc chronologia menstrua mendosa est ". Nam hoc mense Bonifacius jam pontifex creatus erat, ut patet supra.

III. AD [a] CÆSARIUM ARELATENSEM.

De laicis ad sacerdotium ante probationem non promovendis.

Dilectissimo fratri Cæsario Felix.

LEGI quod inter fraternitatem vestram est constitutum, non licere ex laica conversatione ad officium sacerdotale ante probationem temere promoveri: de qua re etiam ad nos pervenit opinio, aliquos post ordinationem ad vitæ sæcularis mores fuisse transgressos. Et licet sit talis nefanda præsumptio, plus tamen est periculosa neglectio. Qui enim potest venienti malo resistere, & hoc dissimulans fieri permittit, ipse magis mali auctor operis approbatur. Nemo se itaque per antiquam consuetudinem speret eruere: quia quæ illicite inchoata sunt, si damnentur in posterum, suos fructus generare non possunt. Nam quod gradibus eruditur, si sine perfectione doctrinæ ad suum perveniat constitutum, errat per examinationem, quia non recipit firmitatem: nec honorem quis per timorem potest servare, qui in ejus gloriam semel labore pervenit. Et laus inanis cui tribuitur lædit, ad elationem nutriens magis, quam provocans ad operam veræ virtutis. Vas electionis ad suum vernaculum Timotheum scribit dicens: *Nemini cito manus imposueris, nec communicaveris peccatis alienis.* 1. Tim. 5. Quid sibi vult: Ne citius imponas manus? Quia dignitas quæ datur, ideo datur, ut duret immobilis. Debet enim, antequam concedatur, longa sub deliberatione tractari. Vnde magister, qui elementorum ignorat initia? Vnde gubernator, qui inter nautas sua servitia non monstravit? Ignorat quænam ratio magistris debetur, qui ad obedientiam sua corda non flexit, unde quemadmodum in domo Dei conversari debeat, posteris sit exemplum. Sit in omnibus clericis, & in his maxime, qui sunt ad sacerdotia deligendi, apostolicæ monitionis eloquium, qui ait: *Oportet & testimonium habere bonum ab his qui foris sunt.* 1. Tim. 3. Quapropter communi consensu, sub observatione venerabilium canonum, ordinandum eligite sacerdotem: ut & de nostra simus salute soliciti, & illorum utilitatibus consulamus, qui fuerint ad hunc ordinem diligenter adsciti. Deus te incolumem custodiat, frater carissime. Data III. Nonas Februarias post consulatum Mavortii viri clarissimi. " [" Anno Christi 528.]

NOTA IACOBI SIRMONDI, S. I.

1. *Post consulatum Mavortii.*] Vulgati P. C. M. SEV BOETII V. C. Quæ falsa subscriptio suspensos dudum habuit viros doctos, cum Felicis III. temporibus, cui hæc epistola propter Boetii consulatum tribuebatur, Cæsarii, qui episcopus nondum erat, congruere nomen non posse intelligerent, & contra cum Felice IV. cui congrueret Cæsarii episcopatus, Boetii consulatum minime convenire. Nunc vero, restituta ex codice Arelatensi vera lectione, discussæ sunt ambages, & reddita auctori suo epistola, id est Felici IV. cujus annus secundus in eum incidit, qui fuit post consulatum Mavortii, id est in annum Christi 528. quo Cæsarius annum agebat in episcopatu suo 25. " [" imo 27. cum ad eum jam ab an. 602. scripserit Symmachus papa.]

PROSPERI EX MANICHÆO CONVERSI PRISTINOS MANICHÆORUM errores detestantis anathematismi, & fidei catholicæ professio.

Capitula sancti Augustini, quæ debeant publica voce relegere, & manu propria subscribere, in quibus suspicio est quod Manichæi sint.

I.

QUI credit duas esse naturas ingenitas diversis principiis existentes, unam bonam, quod est Deus, alteram malam, quam non creavit Deus ", sibi invicem adversantes, anathema sit. [" *In codice Gervasiano:* habentem principes suos, & mala sua quæ non creavit Deus, anath. sit.]

II.

Qui credit duas naturas bellum inter se gessisse: & partem naturæ Dei in eodem bello principibus tenebrarum, & omnibus gentibus ad malam naturam pertinentibus fuisse permixtam, & ab eis teneri colligatam, oppressam, inquinatam, per quod & credi facit Dei naturam esse mutabilem & coinquinabilem, anathema sit.

III.

Qui credit partem Dei ligatam & inquinatam teneri in dæmonibus, & in omnibus animalibus, ' fructuumque generibus, & per escas Manichæorum electorum solvi atque purgari; ut [' fruticumque]

ut credatur par. Dei polluta teneri in cucumeribus, in melonibus, & radiculis, & porris, & quibuscumque vilissimis, ' herbulis, & ei subveniri, cum ab electis Manichæorum ista eduntur, anathema sit.

' herbis

IV.

Qui credit hominem primum ' non a Deo factum, sed a principibus tenebrarum genitum, ut pars Dei, quæ in eorum membris captiva tenebatur, copiosius & abundantius in eo teneretur, anathema sit.

' qui est appellatus Adam,

V.

Qui credit eo modo creatum hominem, quod masculi & feminæ principes tenebrarum concubuissent, & fœtus suos majori principi tenebrarum dedissent, & ille omnes comedisset, & cum sua conjuge concubuisset, atque ita ex illa Atlantem quem blasphemant patrem Adæ generasset, ligans in illo magnam partem Dei, quæ ligata fuerat in omnibus fœtibus principum tenebrarum, quos ei manducandos dederunt, anathema sit.

VI.

Qui credit principes tenebrarum ligatos esse in cælo velut sphæra, habentes in se colligatam in angustiis atque angoribus vitalem substantiam, hoc est partem Dei, '& modo liberari de membris eorum, cum beatus pater, qui lucidas naves habet diversoria & habitacula', id est, Solem & Lunam, virtutes suas transfigurat in feminas pulcras, quas opponit concupiscendas masculis principum tenebrarum; & in masculos pulcros, quos opponit concupiscendos feminis principum tenebrarum, ut per ipsam concupiscentiam solvatur ex eis vitalis substantia, id est, pars Dei, & ex eorum membris liberata purgetur, anathema sit.

VII.

Qui credit partem Dei, quæ de ' admixtione gentis tenebrarum non potuerit liberari atque purgari, damnari eam, & in æternum ' affigi horribili globo, in quo globo includitur gens tenebrarum, anathema sit.

' commixtione

' affici

VIII.

Qui credit legem quæ data est per Moysem, non esse a bono & vero Deo datam, ' & Spiritu Dei boni & veri locutos prophetas qui fuerunt in populo Israel, & in canone scripturarum divinarum habentur apud catholicam ecclesiam, anathema sit.

' nec

IX.

Qui credit non habuisse veram carnem Filium Dei Iesum Christum, neque ex semine David natum esse de virgine Maria, neque verum corpus habuisse, nec veram carne mortem fuisse perpessum, & a mortuis resurrexisse, sed tantummodo spiritum fuisse ', sic autem in carne apparere voluisse, ut & caro putaretur quæ non erat; atque hoc modo contradicit euangelio, domino ipso dicente: *Videte manus meas & pedes meos: palpate & videte, quia spiritus ossa & carnem non habet, sicut me videtis habere.* Qui ergo sic confitetur Christum Deum verum, ut integrum etiam hominem neget, anathema sit.

' sine carne

Luc. 24.

X.

Quicumque adventum Spiritus Paracleti, quem dominus in euangelio promittit esse venturum in apostolos, post ascensionem domini, in die pentecostes, non statim credit impletum; sed post multos annos in Mane vel in Adimanto discipulo eius venisse credit, anathema sit.

XI.

" Quicumque carnem hanc quam gestamus, id est, corpora humana, resurrecturam negat, anathema sit.

" Qui sequuntur articuli non leguntur in c. Gervasiano exceptis 18. & 19. quemadmodum nec in appendice penultima ad Tomum X. operum omnium S. Augustini.

XII.

Qui animas humanas transfundi iterum in aliis corporibus, vel animalibus credit, anathema sit.

XIII.

Quicumque solem & lunam naves esse cælestes dicit, ad animas vel Dei substantiam transferendam, & honorem eis, vel luci isti visibili aliquid divinitatis adscribit, & non sicut reliquam creaturam ad ministerium humanum a domino cæli ac terræ conditam, anathema sit.

XIV.

Qui credit omnem carnem quadrupedum, serpentium, volatilium, & natatilium, vel omnium quæ in mundo sunt, non a Deo vero creatam, sed a principibus tenebrarum, anathema sit.

XV.

Qui symbolum vel orationem Manichæorum non detestans, sed venerans, aut recordari, aut ore proferre voluerit, anathema sit.

XVI.

Qui credit animas humanas ex substantia Dei esse, & corpora humana a principe tenebrarum vel facta, vel fieri, anathema sit.

XVII.

Qui credit diabolum non esse a Deo factum angelum bonum, & propria voluntate per superbiam lapsum factum esse diabolum, eumdemque asserit non esse inter reliquos angelos a Deo creatum, sed semper coæternum Deo fuisse, anathema sit.

XVIII.

Qui credit Manem, sive Manichæum, qui suprascripta omnia, quæ anathemate & damnatione sunt digna, prædicavit ', Spiritum sanctum habuisse Paracletum, cum ea omnia docere non potuit Spiritus veritatis. sed spiritus falsitatis, anathema sit.

XIX.

Anathema etiam ipsi Mani, vel Manichæo, qui omnes supradictas impietates, & alias sacrilegas & damnabiles fabulas docuit, & conscripsit, & credendas miseris persuadere conatus est, intendens spiritibus seductoribus, & doctrinis dæmoniorum & mendaciloquorum.

XX.

Anathema Adimanto, & omnibus discipulis ac sectatoribus ejus: & sicut jam dictum est, qui in eum Spiritum Paracletum venisse credit, anathema sit.

XXI.

Omnibus etiam supradictæ perversitatis auctoribus, & doctrinæ, vel legi eorum, vel omnibus secretis, & catholicæ fidei contrariis, orationibus ac sacrilegiis eorum, & cunctis scripturis eorum, quæ citra canonem habentur ecclesiæ, quas fides recta non suscipit, anathema sit.

Abjuratio & professio Prosperi.

In Christi nomine, ego Prosper hanc chartulam anathematis Manichæorum relegi, & anathema

anathema dicens omnibus suprascriptis erroribus, manu propria subscripsi, & repudiatis omnibus eorum impietatibus, fide plenissima doctrinis eorum & traditionibus anathema dixi, & dico: & me quæcumque ecclesia catholica confitetur credere, & sequi in omnibus sub testificatione divina polliceor atque promitto. Not. sub die XIII. Kalendas Decembris, Olybrio Iuniore viro clarissimo consule."

Anno Christi 526.

NOTÆ IACOBI SIRMONDI, S.I.

In codice ecclesiæ Lugdunensis, qui hæc capitula nobis suppeditavit, subjiciuntur concilio Carpentoratensi: sed consulum ordo exigit ut antecedant. Olybrius enim anno Christi DXXVI. consulatum gessit, Mavortius anno sequenti. His porro simillima sunt, nisi quod pauciora, quæ apud S. Augustinum tomo X. in appendice leguntur sub hoc titulo: *Commonitorium B. Augustini ad ' ecclesiam, sub qua cautela Manichai, si conversi fuerint; suscipi debeant.*

' universæ ecclesiæ, de...atum,

OBSERVATIO PHILIPPI L'ABBE, S.I.

In veteri codice, qui est in bibliotheca collegii Gervasiani Parisiis diciturque fuisse liber prioratus S. Salvii episcopi & martyris ad Valentianas in marchia Franciæ scriptus tempore Hugonis prioris, post librum S. Augustini de hæresibus ad Quodvultdeum episcopum proxime sequuntur nonnulla, quæ lucem concilient præcedenti opusculo:

Item Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ.

" ** IAM anathemavi Manichæum & doctrinam ejus & spiritum qui per eum tam execrabiles blasphemias locutus est, quia spiritus seductor erat, non veritatis sed nefandi erroris, & nunc anathemo supradictum Manichæum & spiritum erroris ipsius. Ego Felix qui Manichæo credideram nunc anathemo eum & doctrinam ipsius & spiritum seductorem qui in illo fuit, qui dixit Deum Patrem suum genti tenebrarum miscuisse naturam, & eam turpiter liberare, ut virtutes suas transfiguret in fœminas contra masculina dæmonia, ita ut postea reliquias ipsius partis suæ configat in æternum labe tenebrarum. Has omnes & ceteras blasphemias Manichæi anathemo:

Ego conversus unus ex Manichæis scripsi, quia si discessero antequam gesta subscribantur sic sum habendus ac si Manichæum non anathemaverim.

Felix conversus ex Manichæis dixi sub testificatione Dei me omnia vera confiteri, de quo scio esse Manichæos vel Manichæas in partes Cæsarienses Mariam & Lampadiam uxorem Mercurii argentarii, cum quibus etiam apud electum Eucharisum pariter oravimus, Cęsariam & Lucillam filiam suam, Candidum qui commoratur Thipasa, Victorinam Hispanam, Simplicianum Antonini patrem, Paulum & sororem suam qui fuit Hippone, quas etiam per Mariam & Lampadiam scivi esse Manichęas. Hoc tantum scio. Quod si aliud inventum fuerit me scire supra quam dixi, me reum ego ipse confiteor.

" ** *Commonitorium S. Augustini episcopi ad presbyterum Manichæum.*

SINE causa tergiversaris, cum longe appareat qualis sis. Qui tecum locuti sunt fratres, indicaverunt mihi. Bene quia non A times mortem, sed eam mortem debes timere quam tibi ipse facis talia de Deo blasphemando, & quod intelligis mortem istam visibilem quam omnes homines norunt separationem esse mentis a corpore, non est magnum intelligere. Sed quod adjungis de vestro separationem esse boni a malo, si mens bonum est, & corpus malum, qui ea commiscuit non est bonus: dicitis quia Deus bonus ista commiscuit. Ergo aut malus est aut malum timuit. Quid tu gloriaris quia non times hominem; cum Deum talem tibi fingas qui tenebras timuit; ut commisceret bonum & malum. Noli autem extolli animo sicut scripsisti, quia B vos magnos facimus eo quod impedire volumus venena vestra, ne ad homines pestilentia serpat. Non enim apostolus quos canes appellat, magnos facit cum dicit: *Cavete canes:* aut illos magnos faciebat, quorum sermonem dicebat *serpere ut cancer.* Itaque denuncio tibi in nomine Christi, ut si paratus es solvere quæstionem, in qua defecit præcessor tuus Fortunatus, & ita hinc ierat, ut non rediret nisi cum suis disputatione collata inveniret quid contra respondere posset, disputes cum fratribus. Si autem ad hoc non es paratus, discede hinc & noli pervertere vias domini & illaqueare, & venenis inficere animas infirmas, ne adjuvante dextera domini nostri quomodo non putaveris erubescas.

C

" ** *Commonitorium S. Augustini episcopi ecclesiæ catholicæ, quomodo sit agendum cum Manichæis qui convertuntur, & quos pœnitet hujus nefandi erroris.*

CUM anathematizaverint eamdem hæresim Manichæorum secundum formam infra scriptam, libellumque dederit unusquisque eorum ' confessionis & pœnitentiæ suæ, atque anathematis eorum petens " in ecclesia vel catechumeni, vel pœnitentis locum, si libellus ejus " episcopo placuerit, eumque susceperit, det ei epistolam cum die & consule, ut nullam de superiore tempore molestiam, vel de publicis legibus, vel de disciplina D ecclesiastica patiatur. Et post ipsum diem si aliquibus indiciis Manichæus apparuerit, sentiat justitiæ severitatem, quæ talibus rebus adhibenda est, id est, ut ab ejus consortio, vel amicitia, vel quacumque societate Christiani se abstineant secundum apostolicam ' disciplinam.

" mendose in editis appendicibus tom. x. operum S. Augustini legitur, *potens.*

" hæc vox penitus necessaria abest ab editis.

' auctoritatem.

Commendentur autem qui epistolas ab episcopo acceperint religiosis catholicis vicinis vel cohabitatoribus suis, sive clericis, sive laicis, per quorum erga se curam frequentent audientiam sermonis Dei, & quorum testimonio possint innotescere. Nec facile admittantur ad baptismum si catechumeni sint, nec ad reconciliationem, si pœnitentiæ locum E acceperunt, nisi periculo mortis urgente, vel si eos aliquanto tempore probatos esse cognoverint episcopi per eorum testimonium quibus fuerint commendati.

Forma ergo, secundum quam debent hanc hæresim qui corriguntur, anathemate, ista est.

I.

Qui credit duas esse naturas, &c. *quæ paulo ante sunt excusa nonnullis omissis ut ad oram articuli XI. strictim observavimus.*

[a] mendose habet appendix Tomi X. hactenus vulgata *de quodam episcopo ipsius secta.* Indidem quoque gravissima sustulimus menda, ut ex collatione colliges.

Item forma epistolæ [a], quam dat episcopus conversis, ista est.

QVONIAM te Manichæorum auditorem pœnitet fuisse, sicut ipse confessus es anathema dicens blasphemiis, & impiissimæ atque immundissimæ hæresi eorum, ex quo te non nisi fides catholica salvum fecit, habebis hanc epistolam adversus eos, qui tibi temporis præteriti errorem, quantum ad istam nefariam pertinet sectam, objiciendum putaverint. quæ scripta est die illo & consule illo.

Electis vero Manichæorum qui se converti dicunt ad catholicam fidem, etiamsi & ipsi secundum superiorem formam eamdem hæresim anathemaverint, non facile dandæ sunt B literæ · sed cum Dei servis esse debebunt, sive clericis, sive laicis, in monasterio, vel in xenodochio, donec appareant penitus ipsa superstitione caruisse : & tunc vel baptizentur, si non fuerint baptizati, vel reconcilientur, si pœnitentiæ locum acceperint, ne acceptis cito literis loca, in quibus fuerant commendati, deserant.

Explicit commonitorium beati Augustini episcopi de hæresi Manichæorum sub execratione anathematis.

ANNO CHRISTI 527.

[a] CONCIL. [b] CARPENTORACTENSE. C

CONSTITVTIO SANCTORVM EPISCOPORVM concilii Carpentoractensis, sub die VIII. Idus Novembres Mavortio V. C. consule, id est, [1] anno Christi DXXVII. Felicis IV. papæ 2. Athalarici Italiæ regis 2.

CANON VNICVS.

De eo quod parochiis fuerit a Christianis collatum, quantum aut qualiter ab episcopo præsumatur.

LICET omnia quæ ecclesiastica regula præcepit observari, in multis canonibus contineatur inserta, nascuntur tamen causæ, pro quibus ne- D cesse habent sacerdotes domini, quod ad justitiam pertinet, secundum disciplinam ecclesiasticam ordinare Et ideo quia Carpentoracte convenientes hujusmodi ad nos querela pervenit, quod ea quæ a quibuscumque fidelibus parochiis conferuntur, ita ab aliquibus episcopis præsumantur, ut aut parum, aut prope nihil ecclesiis, quibus collata fuerant, relinquatur: hoc nobis justum & rationabile visum est, ut si ecclesia civitatis eius, cui episcopus præest, ita est idonea, ut Christo propitio nihil indi- E geat; quidquid parochiis fuerit derelictum, clericis qui ipsis parochiis deserviunt, vel [2] reparationibus ecclesiarum rationabiliter dispensetur. Si vero episcopum multas expensas, & minorem substantiam habere constiterit, parochiis, quibus largior fuerit collata substantia, hoc tantum, quod clericis [3] vel sartis tectis rationabiliter sufficiat, re- A servetur : quod autem amplius fuerit, propter majores expensas episcopus ad se debeat revocare : ita tamen ut nihil de facultatula ipsa, vel de [4] ministerio, clerici loci ipsius licentiam habeant minuendi. Hoc etiam placuit custodiri, ut sequenti anno in vico Vasensi octavo Idus Novembres debeat concilium congregari.

ANNO CHRISTI 527. Ex Cod. Lugdun.

SVBSCRIPTIONES EPISCOPORVM.

Cæsarius in Christi nomine episcopus constitutionem nostram relegi & subscripsi. Not. sub die VIII. Idus Novemb. Mavortio V. C. consule.

Contumeliosus consensi & subscripsi.
Eucherius peccator consensi & subscripsi.
Lupercianus peccator consensi & subscripsi.
Constantius peccator consensi & subscripsi.
Alethius peccator consensi & subscripsi.
Iulianus consensi & subscripsi.
[c] Prosper peccator consensi & subscripsi.
Vindemialis consensi & subscripsi.
Porcianus peccator consensi & subscripsi.
Heraclius peccator consensi & subscripsi.
Philagrius peccator consensi & subscripsi.
Vranius peccator consensi & subscripsi.
Cyprianus peccator consensi & subscripsi.
Gallicanus peccator consensi & subscripsi.
Principius peccator consensi & subscripsi.

[d] EPISTOLA SYNODI CARPENTORACTENSIS AD AGROECIVM episcopum Antipolitanum.

Suspenditur anni spatio a missarum celebratione episcopus qui ordinationem quamdam contra canones fecerat.

Domino sancto ac venerabili fratri, Agrœcio episcopo, Cæsarius episcopus, & ceteri episcopi in Carpentoractensi synodo congregati.

LICET ad synodum aut per vos aut per personam vicariam debueritis adesse, ut ordinationis tuæ, quam fecisse diceris, in synodali conventu redderes rationem, ut si recte feceras, absolutus cum caritate Deo propitio remeares. sin certe transgressorem te canonum esse constaret, præsenti denuntiatione cognoscereris, ut Deo medio prolata sententia, aut percelleret reum, aut absolveret supplicantem: quia licet sacerdotibus canones ignorare non liceat, tamen pene levior error fuerat, si per ignorantiam deliquisses, quam ut [5] eorum quibus tua, vel vicarii tui manus subscripserat, canonum transgressor existeres. At nunc vero duplici reatu teneris adstrictus, cum non solum contra venerabilium patrum, sed etiam contra tua venisse decreta temere comprobaris. Quapropter hoc communi in Christo deliberatione sanximus, ut quia filium nostrum Protadium statuta canonibus per vos inserta, & vos simili sententia constringunt, usque emenso [6] anno missas facere non præsumas; quia æquum est, ut quod apud antistites Deo medio statuitur, inviolabiliter Deo propitio conservetur. Quæ enim observationis reverentia a posteris exhibebitur, si ab iis primum lex, a quibus constituta est, violatur?

Cæsarius

Cæsarius episcopus subscripsi.
Cyprianus episcopus subscripsi.
Constantinus episcopus subscripsi.
Porcianus episcopus subscripsi.
Gallicanus episcopus subscripsi.
Alethius episcopus subscripsi.
Heraclius episcopus subscripsi.
Principius episcopus subscripsi.
Contumeliosus episcopus subscripsi.
Iulianus episcopus subscripsi.
Philagrius episcopus subscripsi.
Eucherius episcopus subscripsi.
Prosper episcopus subscripsi.
Vranius episcopus subscripsi.
Lupercianus episcopus subscripsi.
Vindemialis episcopus subscripsi.

NOTÆ IACOBI SIRMONDI, S. I.

1 *Anno Christi* DXXVII.] Hunc annum docuit Mavortii consulatus, quem in Cæsarii episcopi subscriptione nobis exhibuit unicus, sed longe optimus, codex ecclesiæ Lugdunensis, cui & diei quoque ac mensis notam debemus, quæ in reliquis exemplaribus mutila erat.

2. *Reparationibus ecclesiarum.*] Lugdun. idem, & Anit. *basilicarum.*

3. *Vel sartis tectis.*] Vulgati *architectis*, Lugdunensis *sarchitectis*, Rhemensis *sarthitictu*. facilis fuit conjectura *sartis tectis*.

4. *Vel de ministerio, clerici, &c. habeant.*] Ita diserte libri quatuor, quibus hoc loco usi sumus Lugdunensis, Anit. Rhemensis, & Bellovac. Nec tamen aliena lectio vulgata, quæ ad episcopum hæc referebat: *ut nihil de ministeriis clericorum loci ipsius, licentiam habeat minuendi.*

5. *Eorum quibus tua.*] Rhemensis & vulgati *eorum custodia*. Sed cum in Rhemensi eodem, atque in Bellovacensi, (Lugdunensis enim hanc epistolam non habet) *subscripserat* legeretur, pro *custodia* scriptum conjecimus, *quibus tua*. De canonibus quippe agi videtur concilii IV. Arelatensis; quibus Agrœcius per Cataphronium vicarium subscripserat.

6. *Anno missas facere non præsumat.*] Hanc pœnam statuerat canon III. Arelatensis in eos qui contra statuta canonum quempiam ordinarent. Quare eo spectare Agrœcii causam verisimile est, ut dixi.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium.*] Ex actis hujus concilii illud tantum reperitur hic sancitum esse decretum, quid non, & quantum ex bonis parochiali ecclesiæ ablatis episcopo sumere liceat. Agrœcium episcopum, ideo quod perperam ordinasset, vocatusque ad concilium contumaciter remansisset, auctoritate hujus concilii a missarum sacrarum celebratione suspensum fuisse, patet infra ex epistola synodali ad eum scripta. Baron. anno 463. num. 13. Quo anno præcise, quove die hæc synodus celebrata fuerit, non constat: eamdem vero circa hæc allegata tempora habitam fuisse, facile conjicere possumus ex eo quod ferme omnes iidem episcopi huic interfuisse, & subscripsisse reperiantur, qui subsequentibus duobus, Arausicano II. & Vasensi III. conciliis subscripserunt. Placuit igitur hunc conventum hisce præfigere, quibuscum eorumdem episcoporum præsentiam & subscriptionem habere meruit.

b *Carpentoractense.*] Carpentoracte est urbs Galliæ Narbonensis, cujus meminit Plinius lib. 3. cap. 4.

c *Prosper, &c.*] Qui inter alios sanctos episcopos huic synodo interfuit. Prosper non Regensis, "sed Aurelianensis antistes fuit, ad quem extat Sidonii data epistola lib. 7. cap. 15. Hunc sanctitate celebrem fuisse, testantur publicæ ecclesiarum tabulæ, ex quibus ejus præconium annis singulis, quinto Kalend. Augusti in ecclesia decantatur. Iulianum Carpentoractensem episcopum fuisse, patet ex concilio Epaonensi, cui ibidem subscriptus habetur. De reliquis episcopis celebrioribus hic subscriptis alibi infra agemus.

d *Epistola synodi ad Agrœcium.*] Hac epistola significatur, ipsum Agrœcium patrum sententia suspensum esse per annum a sacrarum missarum celebratione, ob ordinationem ab eo perperam factam, & quod ad dicendam causam ad synodum vocatus, neque ipse venerit, neque alium quemquam suo loco miserit. Hunc illum

A esse putamus cujus fit mentio in concilio Arelatensi III. & ad quem scriptæ extant literæ "Sidonii. Probabile est, quod apud Sidonium in titulo multarum epistolarum Græcus episcopus pro Agræcio episcopo mendose legitur. Vide Baron. anno 463. num. 13.

ANNO CHRISTI 529.

" Errat hic quoque Binius.

a CONCILIVM ARAVSICANVM II.

DE GRATIA ET LIBERO ARBITRIO,

In dedicatione basilicæ a Liberio patricio constructæ celebratum, v. Nonas Iulias, Decio juniore V. C. consule, id est anno Christi DXXIX. b Felicis IV. papæ 3. Athalarici Italiæ regis 3.

TITVLI CAPITVLORVM.

I. *Quod per peccatum Adæ non solum corpus,*
B *sed anima etiam læsa fuerit.*
II. *Quod peccatum Adæ non ipsi solum nocuit, sed ad posteros quoque transiit.*
III. *Quod gratia Dei non ad invocationem detur, sed ipsa faciat ut invocetur.*
IV. *Quod Deus ut a peccato purgemur voluntatem nostram non expectet, sed præparet.*
V. *Quod initium fidei non ex nobis, sed ex gratia Dei sit.*
VI. *Quod sine gratia Dei credentibus & petentibus misericordia non conferatur, cum gratia ipsa faciat, ut credamus & petamus.*
VII. *Quod viribus naturæ bonum aliquid, quod ad salutem pertineat, cogitare aut eligere sine gratia non possimus.*
C VIII. *Quod per liberum arbitrium ad gratiam baptismi pervenire nullus possit.*
IX. *De adjutorio Dei per quod bona operamur.*
X. *De adjutorio Dei omnibus semper implorãdo.*
XI. *De obligatione votorum.*
XII. *Qualis nos diligat Deus.*
XIII. *De reparatione liberi arbitrii.*
XIV. *Quod ut liberemur a miseria misericordia Dei prævenimur.*
XV. *Quod per gratiam Dei in melius mutetur fidelis.*
XVI. *Quod ex eo quod habemus non sit gloriandum, cum ex Deo sit.*
XVII. *De fortitudine Christiana.*
XVIII. *Nullis meritis gratiam præveniri.*
D XIX. *Neminem nisi Deo miserante salvari.*
XX. *Nihil boni hominem posse sine Deo.*
XXI. *De natura & gratia.*
XXII. *De his quæ hominum propria sunt.*
XXIII. *De voluntate Dei & hominis.*
XXIV. *De palmitibus vitis.*
XXV. *De dilectione qua diligimus Deum.*

"PRÆFATIO.

CVM ad dedicationem basilicæ, quam illustrissimus c præfectus & patricius filius noster Liberius in Arausica civitate fidelissima devotione construxit, Deo propitiante, & ipso invitante convenissemus, & de rebus E quæ ad ecclesiasticam regulam pertinent, inter nos spiritalis fuisset oborta collatio; pervenit ad nos esse aliquos, qui de gratia & libero arbitrio per simplicitatem minus caute, & non secundum fidei catholicæ regulam, sentire velint. d Vnde id nobis, secundum admonitionem & auctoritatem sedis apostolicæ, justum ac rationabile visum, ut pauca capitula" ab apostolica nobis sede transmissa, quæ ab antiquis patribus de sanctarum scripturarum voluminibus in hac præcipue causa collecta sunt, ad docendos eos qui aliter quam oportet

" Incipiunt constituta episcoporũ in civitate Arausica de gratia & libero arbitrio, *in v. c. Cl. Hardy, sen. Paris.*

" Videntur ex pluribus Roma trãsmissis selecta tantum a patribus Arausicanis octo sequẽtia capitula Consule subjunctam observationem nostram.

ANNO CHRISTI 529.

oportet sentiunt, ab omnibus observanda proferre, & manibus nostris subscribere deberemus. quibus lectis, qui hucusque non sicut oportebat de gratia & libero arbitrio credidit, ad ea quæ fidei catholicæ conveniunt, animum suum inclinare non differat.

e CAPITVLA.

I.

Si quis per offensam prævaricationis Adæ non totum, id est secundum corpus & animam, in deterius dicit hominem commutatum, sed animæ libertate illæsa durante, corpus tantummodo corruptioni credit obnoxium, Pelagii errore deceptus, adversatur scripturæ dicenti: *Anima quæ peccaverit ipsa morietur*, &, *Nescitis quoniam cui exhibetis vos servos ad obediendum, servi estis ejus cui obeditis?* &, *A quo quis superatur, ejus & servus addicitur.* (Ezech. 18. Rom. 6. 2. Petr. 2.)

II.

f Si quis soli Adæ prævaricationem suam, non & ejus propagini, asserit nocuisse; aut certe mortem tantum corporis, quæ pœna peccati est; non autem & peccatum, quod mors est animæ, per unum hominem in omne genus humanum transisse testatur, injustitiam Deo dabit, contradicens apostolo dicenti: *Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt.* (Rom. 5.)

III.

Si quis [f] ad invocationem humanam gratiam Dei dicit posse conferri, non autem ipsam gratiam facere, ut invocetur a nobis, contradicit Isaiæ prophetæ, vel apostolo idem dicenti: *Inventus sum a non quærentibus me: palam apparui his, qui me non interrogabant.* (Isai. 65. Rom. 10.)

f invocatione humana.

IV.

Si quis, ut a peccato purgemur, voluntatem nostram Deum expectare contendit, non autem ut etiam purgari velimus, per sancti Spiritus infusionem & operationem in nos fieri confitetur, resistit ipsi Spiritui sancto per Salomonem dicenti: *Præparatur voluntas a domino*, & apostolo salubriter prædicanti: *Deus est qui operatur in vobis & velle & perficere pro bona voluntate.* (Prov. 19. juxta 70. Philip. 2.)

V.

g Si quis sicut augmentum, ita etiam initium fidei, ipsumque credulitatis affectum, quo in eum credimus qui justificat impium, & ad generationem sacri baptismatis pervenimus, non per gratiæ donum, id est per inspirationem Spiritus sancti corrigentem voluntatem nostram ab infidelitate ad fidem, ab impietate ad pietatem, sed naturaliter nobis inesse dicit, apostolicis dogmatibus adversarius approbabatur, beato Paulo dicente: *Confidimus, quia qui cœpit in nobis bonum opus, perficiet usque in diem domini nostri Iesu Christi.* & illud: *Vobis datum est pro Christo non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo patiamini.* &, *Gratia salvi facti estis per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim donum est.* Qui enim fidem qua in Deum credimus dicunt esse naturalem, omnes eos, qui ab ecclesia Christi alieni sunt, quodammodo fideles esse definiunt. (Philip. 1. Ibidem. Ephes. 2.)

VI.

Si quis sine gratia Dei credentibus, volentibus, desiderantibus, conantibus, laborantibus, vigilantibus, studentibus petentibus, quærentibus, pulsantibus nobis misericordiam dicit conferri divinitus; non autem ut credamus, velimus, vel hæc omnia, sicut oportet, agere valeamus, per infusionem & inspirationem sancti Spiritus in nobis fieri confitetur, & aut humilitati aut obedientiæ humanæ subjungit gratiæ adjutorium, nec ut obedientes & humiles simus ipsius gratiæ donum esse consentit, resistit apostolo dicenti: *Quid habes quod non accepisti?* & : *Gratia Dei sum id quod sum.* (1. Cor. 4. & 15.)

[f] orantibus,

VII.

h Si quis per naturæ vigorem bonum aliquid, quod ad salutem pertinet vitæ æternæ, cogitare ut expedit, aut eligere, sive salutari, id est euangelicæ prædicationi consentire posse confirmat, absque illuminatione & inspiratione Spiritus sancti, qui dat omnibus suavitatem in consentiendo & credendo veritati, heretico fallitur spiritu, non intelligens vocem Dei in euangelio dicentis: *Sine me nihil potestis facere:* & illud apostoli: *Non quod idonei simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.* (Ioan. 15. 2. Cor. 3.)

VIII.

Si quis alios misericordia, alios vero per liberum arbitrium, quod in omnibus, qui de prævaricatione primi hominis nati sunt, constat esse vitiatum, ad gratiam baptismi posse venire contendit, a recta fide probatur alienus. Is enim omnium liberum arbitrium per peccatum primi hominis asserit infirmatum; aut certe ita læsum putat, ut tamen quidam valeant sine revelatione Dei mysterium salutis æternæ per semetipsos posse conquirere. Quod quam sit contrarium, ipse

ANNO CHRISTI 529.

ipse dominus probat, qui non aliquos, sed neminem ad se posse venire testatur, nisi quem Pater attraxerit: sicut & Petro dicit: *Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in cælis est:* & apostolus: *Nemo potest dicere dominum Iesum nisi in Spiritu sancto.*

Ioan. 6. Matth. 16. 1 Cor. 12.

IX.

Divini est muneris, cum & recte cogitamus, & pedes nostros a falsitate & injustitia continemus. Quoties enim bona agimus, Deus in nobis atque nobiscum ut operemur operatur.

Quæ sequuntur nō ... canones quam sententiæ ex S Augustino alisque in eius... fidei confirmationem collectæ erudi... viris ... dentur.

X.

Adjutorium Dei etiam [2] renatis ac sanctis semper est implorandum, ut ad finem bonum pervenire, vel in bono possint opere perdurare.

sanatis

XI.

[k] Nemo quidquam domino recte voverit, nisi ab ipso acceperit quod voveret, sicut legitur: *Quæ de manu tua accepimus damus tibi.*

1 Par. 29.

XII.

[l] Tales nos amat Deus, quales futuri sumus ipsius dono, non quales sumus nostro merito.

XIII.

[3][m] Arbitrium voluntatis in primo homine infirmatum nisi per gratiam baptismi non potest reparari: quod amissum, nisi a quo potuit dari, non potest reddi. Vnde veritas ipsa dicit: *Si vos Filius liberavit, tunc vere liberi eritis.*

libertatis. Ioan. 8.

XIV.

[n] Nullus miser de quacumque miseria liberatur, nisi qui Dei misericordia prævenitur, sicut dicit Psalmista: *Cito anticipet nos misericordia tua, domine.* & illud: *Deus meus, misericordia ejus præveniet me.*

Psalm. 78. Psalm. 58.

XV.

[o] Ab eo quod formavit Deus mutatus est Adam, sed in pejus per iniquitatem suam: ab eo quod operata est iniquitas mutatur fidelis, sed in melius per gratiam Dei. Illa ergo mutatio fuit prævaricatoris primi: hæc secundum Psalmistam *Mutatio est dexteræ excelsi.*

propter. Psal. 76.

XVI.

[p] Nemo ex eo quod videtur habere glorietur, tamquam non acceperit; aut ideo se putet accepisse, quia litera extrinsecus, vel ut legeretur apparuit, vel ut audiretur sonuit. Nam sicut apostolus dicit: *Si per legem justitia ergo Christus gratis mortuus est. Ascendens in altum captivavit captivitatem, dedit dona hominibus.* Inde habet quicumque habet. Quisquis autem se inde habere negat; aut vere non habet, aut id quod videtur habere aufertur ab eo.

in eo. Galat. 2. Psal. 67. Ephes. 4. aufertur

XVII.

[q] Fortitudinem gentilium mundana cupiditas, fortitudinem autem Christianorum Dei caritas facit, quæ diffusa est in cordibus nostris, non per voluntatis arbitrium quod est in nobis, sed per Spiritum sanctum qui datus est nobis.

XVIII.

Nullis meritis gratiam prævenientibus, debetur merces bonis operibus si fiant: sed gratia quæ non debetur præcedit ut fiant.

Dei

XIX.

[r] Natura humana, etiamsi in illa integritate in qua est condita permaneret, nullo modo seipsam, creatore suo non adjuuante, servaret. Vnde cum sine Dei gratia salutem non possit custodire quam accepit, quomodo sine Dei gratia poterit reparare quod perdidit?

XX.

[f] Multa Deus facit in homine bona, quæ non facit homo: nulla vero facit homo bona, quæ non Deus præstat ut faciat homo.

XXI.

[t] Sicut eis qui volentes in lege justificari, & a gratia exciderunt, verissime dicit apostolus: *Si in lege justitia est, ergo Christus gratis mortuus est:* [4] sic eis qui gratiam, quam commendat & percipit fides Christi, putant esse naturam, verissime dicitur: Si per naturam justitia est, ergo Christus gratis mortuus est. Iam hic enim erat lex, & non justificabat: jam hic erat & natura, & non justificabat. Ideo Christus non gratis mortuus est, ut & lex per illum impleretur qui dixit: *Non veni legem solvere, sed adimplere:* & natura per Adam perdita per illum repararetur, qui dixit venisse se quærere & salvare quod perierat.

Galat. 2. Matth. 5.

XXII.

[u] Nemo habet de suo, nisi mendacium & peccatum. Si quid autem habet homo veritatis atque justitiæ, ab illo fonte est, quem debemus sitire in hac eremo, ut ex eo quasi guttis quibusdam irrorati non deficiamus in via.

XXIII.

[x] Suam voluntatem homines faciunt, non Dei, quando id agunt quod Deo displicet. Quando autem id faciunt quod volunt, ut divinæ serviant voluntati, quamvis volentes agant, illius tamen voluntas est, a quo & præparatur & jubetur quod volunt.

ita

ANNO CHRISTI 529.

XXIV.

[y] Ita sunt in vite palmites, ut viti nihil conferant, sed inde accipiant unde vivant: sic quippe vitis est in palmitibus, ut vitale alimentum subministret eis, non sumat ab eis. Ac per hoc & manentem in se habere Christum, & manere in Christo, discipulis prodest [ʹ] utcumque, non Christo. Nam præciso palmite, potest de viva radice alius pullulare. Qui autem præcisus est, sine radice non potest vivere.

ʹ utrumque. quæ lectio videtur omnino præferenda vulgatæ.

XXV.

[z] Prorsus donum Dei est diligere Deũ. Ipse ut diligeretur dedit, qui non dilectus diligit. Displicentes amati sumus, ut fieret in nobis unde placeremus. Diffundit enim caritatem in cordibus nostris Spiritus Patris & Filii, quem cum Patre amamus & Filio.

Ac sic secundum suprascriptas sanctarum scripturarum sententias, vel antiquorum patrum definitiones, hoc Deo propitiante & prædicare debemus & credere, quod per peccatum primi hominis inclinatum & attenuatum fuerit liberum arbitrium, ut nullus postea aut diligere Deum, sicut oportuit, aut credere in Deum, aut operari propter Deum quod bonum est possit, nisi eum gratia misericordiæ divinæ prævenerit. Unde & Abel justo, & Noe, & Abrahę, & Isaac, & Iacob, & omni antiquorum patrum multitudini, illam præclaram fidem, quam in ipsorum laude prædicat apostolus Paulus, non per bonum naturæ, quod prius in Adam datum fuerat, sed per gratiam Dei credimus fuisse collatam. Quam gratiam, etiam post adventum domini, omnibus qui baptizari desiderant, non in libero arbitrio haberi, sed Christi novimus simul & credimus largitate conferri; secundum illud quod sæpe jam dictum est, & quod prædicat Paulus apostolus: *Vobis datum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo patiamini.* & illud: *Deus qui cœpit in vobis bonum opus, perficiet usque in diem domini nostri Iesu Christi.* & illud. *Gratia salvi facti estis per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim donum est.* Et quod de seipso ait apostolus: *Misericordiam consecutus sum, ut fidelis essem.* Non dixit quia eram, sed *ut essem.* & illud: *Quid habes quod non accepisti?* & illud: *Omne datum bonum, & omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum.* & illud: *Nemo habet quidquam, nisi illi datum fuerit desuper* [ʹ]. Innumerabilia sunt sanctarum scripturarum testimonia, quæ possunt ad probandam gratiam proferri: sed brevitatis studio prætermissa sunt, quia & revera cui pauca non sufficiunt, plura non proderunt.

Hebr. 11. Philip. 1. Ibidem. 6. Ephes. 2. 1. Cor. 7. Iacob. 1. Ioan. 3.

ʹ Sequentia absunt a e. H.

Hoc etiam secundum fidem catholicam credimus, quod [s] accepta per baptismum gratia omnes baptizati, Christo auxiliante & cooperante, quæ ad salutem animæ pertinent possint & debeant, si fideliter laborare voluerint, adimplere.

Aliquos vero ad malum divina potestate prædestinatos esse non solum non credimus, sed etiam, si sunt qui tantum malum credere velint, cum omni detestatione illis anathema dicimus.

Hoc etiam salubriter profitemur, & credimus quod in omni opere bono non nos incipimus, & postea per Dei misericordiam adjuvamur: sed ipse nobis, nullis præcedentibus bonis meritis, & fidem & amorem sui prius inspirat, ut & baptismi sacramenta fideliter requiramus, & post baptismum cum ipsius adjutorio ea quæ sibi sunt placita implere possimus. Unde manifestissime credendum est, quod & illius latronis, quem dominus ad paradisi patriam revocavit, & Cornelii centurionis ad quem angelus domini missus est, & Zacchæi, qui ipsum dominum suscipere meruit, illa tam admirabilis fides non fuit de natura, [6] sed divinæ largitatis donum.

Luc. 23. Act. 10. Luc. 19.

Et quia [7] definitionem antiquorum patrum, nostramque, quæ suprascripta est, non solum religiosis, sed etiam laicis medicamentum esse & desideramus & cupimus; placuit ut eam etiam & illustres ac magnifici viri, qui nobiscum ad præfatam festivitatem convenerunt, propria manu subscriberent.

SUBSCRIPTIONES EPISCOPORUM, ET ILLUSTRIUM VIRORUM.

[a] Cæsarius in Christi nomine episcopus constitutionem nostram relegi & subscipsi. Not. sub die v. Nonas Iulias, Decio juniore V. C. consule.

Iulianus amartolus episcopus relegi & subscripsi.

Constantius in Christi nomine consensi, & subscripsi.

Cyprianus in Christi nomine episcopus consensi & subscripsi.

[b] Eucherius in Christi nomine episcopus consensi & subscripsi.

Heraclius in Christi nomine episcopus subscripsi.

Principius in Christi nomine episcopus consensi & subscripsi.

Philagrius in Christi nomine episcopus consensi & subscripsi.

Maximus

NNO RISTI 529.

Maximus in Christi nomine episcopus consensi & subscripsi.

Prætextatus in Christi nomine episcopus consensi & subscripsi.

Alethius in Christi nomine episcopus consensi & subscripsi.

Lupercianus in Christi nomine episcopus consensi & subscripsi.

Vindemialis in Christi nomine episcopus consensi & subscripsi.

9 [c] PETRUS MARCELLINUS FELIX LIBERIUS V. C. & illustris [d] præfectus prætorii Galliarum, atque patricius, consentiens subscripsi.

Syagrius vir illustris consensi & subscripsi.

Opilio vir illustris consensi & subscripsi.

Pantagathus vir illustris consensi & subscripsi.

Deodatus vir illustris consentiens subscripsi.

Cariatto vir illustris consentiens subscripsi.

Marcellus vir illustris consentiens subscripsi.

Namatius vir illustris consensi & subscripsi.

ADMONITIO AD LECTOREM IACOBI SIRMONDI, S. I.

De confirmatione synodi suprascriptæ.

fra excu- tur post imam e- dem Bo- cii episto- n suo lo- atque dine, ne a llectione gia rece- mus lon- us.

" * * Quæ sequitur " epistola Bonifacii papæ approbationem continet synodi Arausicanæ II. ideo illam post synodum ne ab ea longius divelleretur, mox subjici placuit; quam alioqui si temporum ordo spectetur post concilium etiam Vasense, ut subscriptiones declarant, collocari oportebat. In codice autem Fossatensi, unde á nobis illa excepta est, & in altero consimili, qui extat in bibliotheca S. Mariæ Laudunensis, epistola synodo ipsi propter reverentiam sedis apostolicæ præponitur, & epistolæ brevis de synodi ejusdem auctoritate præfixa est adnotatio his verbis: *In hoc loco continetur synodus Arausica, quam per auctoritatem sanctus papa Bonifacius confirmavit. Et ideo quicumque aliter de gratia & libero arbitrio crediderit, quam vel ista auctoritas continet, vel in illa synodo constitutum est, contrarium se sedi apostolicæ & universæ per totum mundum ecclesiæ esse cognoscat.* Quæ Sirmondi verba in regia collectione subducta nos hic reponenda curavimus.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. I.

De eadem Bonifacii papæ auctoritate videndus omnino Cyprianus diaconus libro primo vitæ S. Cæsarii, nec omittenda quæ codicem ms. V. C. Claudii Hardy percurrenti occurrerunt ante Arausicanos canones eadem hæc prorsus verba repetiri: *In hoc loco continetur synodus Arausica*, &c. *Continentur etiam in hoc codice satramenta quorum sunt sententiæ: Et quamvis synodus Arausica prius sit facta quam auctoritas ista, tamen pro reverentia sedis apostolicæ hoc mihi justum visum est, ut prius domini papæ auctoritas scriberetur.* Observavit quoque Lucas Holstenius in vetustissimo codice Palatino eamdem Bonifacii papæ epistolam huicce concilio subjici, atque inde R. P. Sirmondi judicium maxime commendari.

NOTÆ EIUSDEM IAC. SIRMONDI, S. I.

1 *Anno Christi* DXXIX] Non est dubium, quin is sit annus, quem Decii junioris consulatus designat, qui in Cæsarii subscriptione annotatur. Intererat autem concilium istud, quod Leonis olim papæ temporibus asserebatur, ad hæc potius tempora differri, propter multos doctrina & pietate præstantes viros, qui spatio interjecto favere in Gallia visi sunt Semipelagianis, quorum placita in hac demum synodo, quam sedis apostolicæ auctoritas comprobavit, penitus explosa ac rejecta sunt. Simplex ejus in codice Lugdunensi est inscriptio: *Constitutio episcoporum in civitate Arausicana, de gratia & libero arbitrio.*

Can. 10. 2. *Renatis ac sanctis.*] Ita & Fossatensis. In Lugdunensi vero, & Rhemensi, scriptum est: *venatis ac sanatis*

Can. 13. 3 *Arbitrium voluntatis.*] Tilianus, Fossatensis, & alii, *arbitrium libertatis.* in Lugdunensi, *voluntatis.*

4 *Sic eis qui per gratiam.*] Totum hoc membrum usque ad *mortuus est*, aberat a vulgatis. extat autem in omnibus antiquis, ut in Lugdunensi, Rhemensi, Fossat. Tiliano, Bellovac. & aliis.

ANNO CHRISTI 529.

Can. 21. 5 *Accepta per baptismum gratia.*] Lugdunensis, *sed acceptam baptismi gratiam.*

Can. 25. 6. *Sed divinæ largitatis donum.*] Lugdunensis, *sed gratiæ largitate donatæ.* Rhemensis & Bellovac. *sed de divinæ largitatis dono.*

7 *Definitionem antiquorum patrum nostrámque, quæ*] Lugdunensis, *definitionem nostram, quæ.*

8 *Item Eucherius.*] Hunc inseruimus ex codice Lugdunensi, Principium vero ex Lugdunensi & Rhemensi.

9 *Petrus Marcellinus Felix Liberius.*] Quatuor hæc unius Liberii sunt nomina, quæ male in vulgatis divellebantur. Restitutus est locus ex codice Lugdunensi & Rhemensi: sed Namatium, qui postremo loco subscribit, solus habuit Lugdunensis.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Causa habiti concilii.

a *Concilium.*] Hic sacer conventus episcoporum habitus est occasione scriptorum quorumdam Fausti Regensis, qui circa annum Christi 472. sancto " Prospero in Regensi episcopatu substitutus (extant enim epistolæ Sidonii ad eum velut episcopum Regensem his temporibus datæ) de gratia Dei, *qua salvamur*, in quo sub specioso titulo Pelagium damnans, vere Pelagianizat. Hoc opus, cum magna aviditate legentium non tantum in Galliis, ut constat testimonio Sidonii lib. 9. epist. 9. neque etiam in Italia dumtaxat, sed & Constantinopoli, & in Africana ecclesia expeteretur atque divulgaretur, Cæsarius Arelatensis episcopus, non tantum libellum de gratia & libero arbitrio auctoritate Felicis IV. approbatum contra eum conscripsit, verum etiam hoc episcoporum concilium indixit, ut in eo communi omnium patrum consensu definiretur, quid circa hanc orthodoxæ fidei doctrinam credendum atque tenendum esse videretur Sancti Augustini scripta contra Pelagium edita nemo jam in Galliis aperte impugnare audebat. Pelagio jam prope infami nemo citra infamiam adhærescere conabatur, sed per fraudes & insidias latenter id cum Fausto Regensi episcopo quidam Gallicani presbyteri moliebantur. Hoc itaque episcoporum conventu pro fide catholica; scriptisque Augustini asserendis & defendendis, de gratia & libero arbitrio vigintiquinque canones constituti sunt, qui omnes fere ad unum sunt sententiæ & verba sancti Augustini, ex ipsius scriptis diversis desumpta, ut infra in notis singulorum canonum ostendemus.

" Prosper non fuit ep. Regensis.

Hanc synodum anno 529. celebratam fuisse probatur duabus rationibus. Prima ratio.

b *Felicis IV. papæ tertio*] Hanc synodum celebratam fuisse anno domini 529. sub pontificatu Felicis IV. evidenter ostenditur: primo ex fine actorum concilii, ubi dicitur Cæsarius hanc constitutionem relegisse & subscripsisse; idque quinto Nonas Iulii Decio juniore viro clarissimo consule, quæ procul dubio de illo consulatu Decii intelligenda sunt, quo Cæsarius Arelatensi ecclesiæ præsidebat. Et quamquam plures anni alicujus junioris Decii consulatu consignati reperiantur in fastis, hic tamen consulatus ille est, quem Cassiodorus assignat anno domini 529. quando Felix IV. Romanæ, & Cæsarius Arelatensis ecclesiæ episcopatum administrabant. Vixisse autem Cæsarium sub pontificatu Felicis IV. indicat scripta ad eum epistola, quam supra ex codice Arelatensi acceptam, huic conciliorum editioni inseruimus. Secundo ex subscriptione Liberii patricii Galliarum præfecti patet hanc synodum celebratam esse illis temporibus, quibus idem Liberius patricius Galliarum præfecturam a Theodorico acceptam agebat. Quod cum acciderit sub finem Theodorici & initium Athalarici, ut ex epistolis eorumdem regum ad ipsum scriptis colligere licet, dubium nullum est, quin acta concilii consulatu junioris Decii consignata, & subscriptione allegati patricii approbata, prædicto anno domini 529. sub pontificatu Felicis IV. habita fuerint. Quod plurimi viri doctissimi senserint, hoc Arausicanum concilium II. tempore sancti Leonis papæ celebratum, quo Arausicanum primum habitum esse liquido constat, accidit ex subscriptione S. Prosperi, & S. Eucherii episcoporum, quorum ille, ut infra dicemus, male creditus est esse idem Prosper, qui S. Leonis papæ temporibus vixisse certo scitur. Quis vero fuerit ille Eucherius ibidem subscriptus, diximus in notis prædicti concilii Arausicani primi: ubi etiam annotavimus Cæsarium illum, cujus nomen ibidem subscriptum invenitur, plane alium fuisse ab hoc magni nominis Cæsario Arelatensis ecclesiæ episcopo: siquidem illo tempore Hilarius Arelatensem episcopatum ad-

Secunda ratio.

Cur existimatum fuerit hoc concilium sub Leone celebratum esse.

Cæsarius quis.

ANNO CHRISTI 529.

administraret, & non prius quam post tres alios intermedios episcopos defunctos Cæsarius Arelatensis episcopus creatus fuerit. Vide Baron. anno 463. Item in append. anni 529. tom. 10. Vasquius tom. 1. disp. 91. num. 76. & sequentibus aliter sentit.

Liberius præfectus quis.

c *Præfectus & patricius Liberius.*] Ex hoc loco constat, non quatuor præfectos prætorio, sed unum dumtaxat huic concilio interfuisse Liberium, quatuor nominibus in subscriptione recensitis cognominatum: cujus gratia reges Italiæ Theodoricus & Athalaricus epistolas, quas recitat Cassiodorus, scripserunt. Unum autem eumdemque fuisse Liberium, de quo Theodoricus scribit ad senatum, & ad quem Athalaricus epistolam dedit, docet ejusdem Liberii sepulcralis inscriptio, quæ Arimini posita, a Petro Pithœo accepta, extat apud Baron. anno 529. in appendice tom. 10. Unde patet depravatum esse textum concilii hujus in subscriptionibus, ubi quatuor præfecti prætorio, contra lectionem codicis Vaticani, huic concilio interfuisse & subscripsisse inveniuntur.

d *Unde nobis secundum auctoritatem & admonitionem sedis apostolicæ.*] Ea quæ supra dixi de 24. capitulis a sede apostolica in Gallias transmissis, deque horum patrum constitutionibus, sancti August. & Romanorum pontificum sententiæ conformatis stabiliuntur, & firmantur.

Canones Concilii quot, & unde desumpti.

e *Capitula.*] Quot sunt capitula hujus concilii, tot sententiæ catholicæ ecclesiæ hic sunt stabilitæ, a quibus absque prævaricationis piaculo nulli fideli recedere licet. Ex diversis locis sancti Augustini, quos infra annotavimus, ad verbum fere omnes desumptæ videntur. S. Prosper easdem a se excerptas retulit in librum cui titulus est, sententiarum. Canones vigintiquatuor numero dumtaxat constituti sunt, quia totidem capitula (fortassis ea quæ continentur in epistola Cælestino attributa quam supra tom. II. concilior. pag. 1614. una cum annotationibus meis excusam invenies) de gratia & libero arbitrio pontifex Romanus in Gallias miserat. Unde illud summa diligentia observandum, quod sanctissimi atque doctissimi patres pugnaturi adversus hostes gratiæ Dei, nimium libero arbitrio tribuentes, nullo potentiore modo id fieri posse existimarint, quam si sacrosanctæ sedis apostolicæ auctoritati innixerentur. Plane illicitum esse putabant, vel nimium obniti sancti Augustini de gratia & libero arbitrio sententiis, quas Cælestinus pontifex præallegata epistola sedis apostolicæ auctoritate confirmaverat. Nihil igitur prætetea novitas sibi deinceps vendicet, nihilque humana præsumptio præsumat: sed potius approbatam antiquorum patrum definitionem amplectatur, & illi acquiescat.

Cap. 2. f *Si quis soli Adæ,* &c.] Hoc capitulum desumptum esse videtur ex capite 4. libri 4. contra duas epistolas Pelagii.

Cap. 5. g *Si quis sicut augmentum.*] Vide sanctum Augustinum lib. de prædestinatione sanctorum usque ad cap. 9.

Cap. 7. h *Si quis per naturæ,* &c.] Eadem Augustinus libro de gratia Christi cap. 26.

Cap. 9. i *Divini est muneris.*] Sententia eadem est apud S. Prosperum 22. & ad vers. *Cogitavi vias meas.*

Cap. 11. k *Nemo quidquam domino,* &c.] Idem sanctus Augustinus lib. 17. civit. cap. 4. sententia vero apud Prosperum est 54.

Cap. 12. l *Tales nos amat Deus,* &c.] Sententia est apud Prosperum 56.

Cap. 13. m *Arbitrium est voluntatis,* &c.] Ita sanctus Augustinus lib. 14. de civitate Dei cap. 12.

Cap. 14. n *Nullus miser,* &c.] Sententia est 211.

Cap. 15. o *Ab eo quod,* &c.] Sententia est 225.

Cap. 16. p *Nemo ex eo,* &c.] De spiritu & litera cap. 28.

Cap. 17. q *Fortitudinem Gentilium,* &c.] Vide sententiam 295.

Cap. 19. r *Natura humana,* &c.] Vide S. Augustinum epistola 106.

Cap. 20. s *Multa in homine,* &c.] Vide Aug. contra 2. epist. Pelag. lib. 2. cap. 8.

Cap. 21. t *Sicut eis qui,* &c.] Augustinus de gratia & libero arbitrio cap. 13. eadem verba eamdemque sententiam habet.

Cap. 22. u *Nemo habet de suo,* &c.] Hæc ex Augustini tractatu quinto in Ioannem: estque sententia apud Prosperum 313.

Cap. 23. x *Suam voluntatem homines faciunt,* &c.] Extat apud S. Augustinum tract. 19. in Ioannem. Estque sententia apud Prosperum 336.

Cap. 24. y *Ita sunt in vite palmites,* &c.] Ex August. super Ioannem tract. 81.

z *Prorsus domini Dei est,* &c.] Augustinus tract. 102. in Ioannem eadem iisdem prope verbis.

Cap. 25. Cæsarius Arelatensis quis & qualis?

a *Cæsarius.*] Hic est ille magni nominis Cæsarius Arelatensis episcopus, de quo hæc Gennadius cap. 86. *De gratia quoque & libero arbitrio edidit testimonia divinarum scripturarum & sanctorum patrum judiciis munita, ubi dicet nihil hominem de proprio aliquid boni agere posse, nisi eum divina gratia prævenerit. Quod opus etiam papa Felix per suam epistolam roboravit, & in latius promulgavit.* Hæc de Cæsario Gennadius. Vide quæ de eodem diximus supra in notis concilii Arausicani I. tempore Leonis, tom. 3. item in quadam admonitione ad lectorem sub Felice III. notas denique concilii Arelatensis tertii, ubi qui, quotve fuerint Cæsarii, quo tempore vixerint, prolixius explicavi. Qua de re etiam consulere poteris Baron. anno 453 num. 43. & sequentibus, item anno 490. num. 10. Possevinum in apparatu sacro, verbo *Cæsarius.*

Eucherii qui & quot?

b *Eucherius.*] Duos fuisse Eucherios Lugdunensis ecclesiæ episcopos, alterum seniorem, cujus meminit Claudianus, alterum juniorem, qui huic concilio Arausicano secundo interfuit & subscripsit, cujusque mentionem fecit Cyprianus in vita Cæsarii capite 22. apud Surium, dixi supra in notis concilii Arausicani primi. Plura vide apud Baron. anno 529. in appendice.

Liberius quadrinominis.

c *Petrus Marcellinus Felix Liberius.*] Hæc, ut indicat codex Vaticanus, quatuor sunt nomina unius personæ: sicut Lucius Aurelius Avienus Symmachus, & alia plura id genus. Probatur sententia ex iis quæ supra dixi verbo *Liberius Patricius.* Unde mendosa est & depravata lectio quæ subjungitur hæc: *Viri clarissimi & illustres præfecti prætorio consentientes subscripserunt.* Ex codice autem Vaticano emendari debet sic: *Petrus Marcellinus Felix Liberius vir clarissimus & illustris præfectus prætorii Galliarum atque patricius, consentiens subscripsit.* Ita Baron. præallegato loco appendicis. Viri consulares distincti subscribentes hanc sententiam probabiliter satis confirmant.

Textus concilii depravatus emendatur.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. I.

Transmissa fuisse ab apostolica sede nonnumquam capitula ad fidem moresque spectantia, atque ex sancti Augustini præsertim doctrina selecta, cum alia multa edocent, tum synodi hujusce Arausicanæ præfatio: ex qua paulo ante pag. 1666. E adnotavimus non improbabili conjectura posse elici priores octo canones Arausicenses excerptos fuisse delibatosque ex ampliori quadam collectione quam in Galliam misisset Romanus pontifex. Quid vero si ea ipsa, quam ex codice ms. celeberrimæ Benedictinorum sancti Maximini apud Treviros abbatiæ descriptam cum aliis pluribus huc transmisit R. P. Alexander Vviltheimius e societate nostra vir eruditissimus mihique amicissimus? Tu lector accipe, expendesis ipse, ac judica.

** INCIPIUNT CAPITULA sancti Augustini in urbe Roma transmissa.

Ex codice MS. S. Maximini Trevirensis.

I.

Si quis rectum in omnibus non credit a Deo creatum Adam, qui possit per liberum arbitrium in bonum proficere gratia creatoris adjutus, & ad malum " exponente declinare, sed naturæ " expulsum dicit eum in prævaricationis facinus devolutum, indubitanter a catholica fide exorbitat, scripturæ divinæ resistens dicenti. *Fecit Deus ab initio hominem rectum, ipsi autem quæsierunt cogitationes multas.* Eccles. 7.

" ex pondere declinare, suæ naturæ compulsum

II.

Si quis mortem corporis non ex prævaricatione, sed ex conditione naturæ asserat accidisse, ut sive peccasset, sive non peccasset, Adam moriturus esset, hic Pelagianus est contradicens prophetæ dicenti: *Dominus mortem non fecit, sed invidia diaboli mors intravit in orbem terrarum.* Sapien. 2.

III.

ANNO CHRISTI 529

III.

Si quis per offensam prævaricationis Adæ non totum, &c. *Vide canonem 1. concilii Arausicani II.*

IV.

Si quis soli Adæ &c. *Vide II. canonem Arausicanum.*

V.

Si quis ad invocationem, &c. *Vide can. Arausic III.*

VI.

Si quis, ut a peccato purgemur &c. *Vide canonem Arausicanum IV.*

VII.

Si quis sicut augmentum &c. *Vide can. Arausicanum V.*

VIII.

Si quis accedentibus, volentibus, desiderantibus, &c. *Vide can. Arausicanum VI.*

IX.

Si quis per naturæ vigorem &c. *Vide canonem Arausicanum VII.*

X.

Si quis aliquos, &c. *Vide canonem Arausicanum VIII.*

XI.

Si quis eos qui post gratiam sacri baptismi scelerate in ecclesia vivunt, apostatæ efficiuntur, & ita de hac vita transeunt, non per vocationem misericordiæ, sed per ipsos, hoc est, per liberum arbitrium credidisse & ad baptismum venisse dicit, quasi quod non conveniat gratiæ mediatoris, ut eos quos per donum misericordiæ vocavit, & suo nomine credentibus per mysterium baptismi peccata donavit, perire permittat, hic fallitur, & regis Salomonis confutatur exemplo, qui post prophetiæ gratiam contraxit offensam, sive servi illius, qui talentum defodit in terram. Matth. 25. c. 19.

XII.

Si quis eos, qui post perceptam baptismi gratiam iterum in peccatis damnabilibus implicantur, aut apostatæ effecti sic ab hac vita discedunt, asserit remissa per baptismum peccata rursus exsolvere, eisque mala præterita cum posterioribus imputari, quia scriptum est, si enim refugientes coinquinationes mundi per agnitionem domini nostri Iesu Christi iisdem rursus implicati superantur, facta sunt illis posteriora deteriora prioribus. Sic ignarus nimium fallitur, nesciens quid loquatur, nec ideo tales deteriora merentur supplicia, quia eis illa quæ per lavacrum regenerationis dimissa sunt replicentur, sed quia post perceptam scientiam veritatis ad ea prolapsi sunt, quæ æterna perditione mulctentur.

XIII.

Si quis negat diversa esse supplicia ignis æterni secundum qualitatem & merita peccatorum, inimicus euangelii comprobatur, dicente domino per comparationem quorumdam, *Amen dico vobis tolerabilius erit terræ Sodomorum in die illa quam illi civitati.* Matth. 10.

XIV.

Si quis eos quos Deus per propriam præscientiam ante constitutionem mundi prædestinavit conformes fieri imaginis filii sui, posse perire dicit, aut eos quos minime prædestinavit participes æternę vitę seu regni cęlestis fieri posse asserit, a numero fidelium prorsus excluditur, non quod pręscientia Dei liberum nostrum peccare cogat arbitrium, quamvis per ipsum liberum arbitrium nos peccaturos esse pręscierit, unde apostolus ait, *quos præscivit & prædestinavit, conformes fieri imaginis filii sui,* de quibus & dominus, *Oves meæ vocem meam audiunt & cognosco meas & sequuntur me, & ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum & nemo eas rapiet de manu mea.* Inter pręscientiam enim & prędestinationem hoc interest, quod non omnia quę pręsciuntur prędestinantur, omnia autem quę prędestinantur pręsciuntur. Rom. 8. Ioan. 10.

XV.

Si quis confitetur quod animam tantum fecerit homini Deus, & satanas corpus plasmaverit, anathema illi.

XVI.

Si quis confitetur animas hominum de propria substantia Dei esse, quod absit, ut nec factas a Deo adfirmet, anathema illi.

XVII.

Si quis confitetur hominem in animo tantum in die judicii resurrecturum, & non cum corpore, qualem illum Deus fecit, anathema illi.

XVIII.

Si quis confitetur animas hominum rursus in hunc mundum, in homines, aut pecora, vel in serpentes reverti, anathema illi.

XIX.

Ad imaginem Dei factus est homo illa imagine qua postea homo factus est Deus. In anima vero sexus diversitas non est. Si una in masculo aut fœmina anima est, quomodo vir dicitur imago esse Dei, fœmina imago viri? nisi quod Christus Deus creator hominis, viri formam assumpturus postea virum ad imaginem suam præfiguravit, feminam vero ex viro sumptam viri imaginem expressit, ambo tamen imago Dei, quia unus ex altero, dicente scriptura, *Creavit Deus hominem, ad imaginem Dei creavit illum,* id est, Deus masculum, & feminam creavit. Explicit. Genes. 1.

*** CONCILIUM VALENTINUM AD RHODANUM IN GALLIA VIENNENSI circa hæc tempora celebratum, de gratia & libero arbitrio, cui S. Cæsarius præsens adesse non potuit.

Non aliunde discere possumus, quæ in eo peracta sint, quam ex Cypriano diacono auctore vitæ S. Cæsarii Arelatensis episcopi libro primo Chronologiæ sive Bibliothecæ Lerinensis collectore Vincentio Barrali: *Susurris & mala interpretatione quorumdam oboritur in Galliarum partibus contra prædicationem Dei hominis frustra suspicio. Ob hoc antistites Christi* (Viennensis provinciæ episcopos intelligit) *ultra Isaram consistentes caritatis amore collecti in Valentina civitate conveniunt ubi etiam beatus Cæsarius infirmitatis causa solicitans, sicut disposuerat, properare non potuit, misit tamen præstantissimos viros de episcopis cum presbyteris & diaconis, inter quos etiam Cyprianus Tolonensis episcopus antistes magnus & clarus exituit, omnia quæ dicebat de divinis utique scripturis firmans & de antiquissimis patrum instructionibus probans, nihil per se in divinis profectibus quemquam accipere posse nisi fuerit primitus Dei gratia praeveniente vocatus.* Sed dum suam justitiam quærebant statuere, justitię Dei non Ioan. 15.

ANNO CHRISTI 529.

non erant subjecti, *non reminiscentes dominum* A *dixisse*: Sine me nihil potestis facere &c. Ego vos elegi, non vos me: nemo habet quicquam nisi datum illi fuerit desursum *& apostolum*: Gratia Dei sum id quod sum; *& alium*: omne datum optimũ desursum est:*& prophetam*: gratiam & gloriam dabit dominus: & quod tunc vere liberum homo resumat arbitrium, cum fuerit Christi liberatione redemptus: sub qua etiam absolutione valeat consequi perfectionis effectum. *Quorum intentionibus vir Dei Cæsarius dedit veram & evidentem ex traditione apostolica rationem, nam beatæ memoriæ*[a] *Bonifacius Romanæ ecclesiæ papa eadem colluctatione comperta, calcata intentione jurgantium prosecutionem sancti Cæsarii apostolica authoritate firmavit.* B

(Ioan. 3. Cor. 15. Psal. 84.)

[a] Hanc Bonifacii papæ epistolã postea exhibebimus.

[a] CONCILIVM VASENSE [b] III. QVOD IN VASENSI VICO LIBERII præfecti prætorio atque patricii tempore celebratum est, Nonis Novembris, Decio juniore V. C. consule, id est, [1] anno Christi DXXIX. [b] Felicis iv. papæ 4. Athalarici Italiæ regis 4.

[b] Vel ut alii II. R. P. Iac. Sirmondus societatis Iesu duo tantum Vasensia concilia agnoscit, quorũ hoc secundum est.

TITVLI CANONVM.

I. *Vt presbyteri per parochias juniores lectores domi nutriant & erudiant.*

II. *Vt presbyteris per parochias prædicare liceat, & ut his impeditis homiliæ patrum a diaconis recitentur.*

III. *Vt Kyrie eleison in ecclesiis, & Sanctus, Sanctus, Sanctus in omnibus missis dicatur.*

IV. *Vt nomen papæ in ecclesiis recitetur.*

V. *Vt post Gloria, dicatur etiam, Sicut erat in principio.*

PRÆFATIO.

Cum secundum statuta canonum in Vasensi vico sanctorum pontificum fuisset concilium congregatum, juxta consuetudinem antiquorum patrum regulas relegentes, propitiante domino, nullum de præsentibus domini sacerdotibus aliquid contra decreta spiritalia, aut præterisse aut præsumpsisse cognovimus. De qua re uberes Deo gratias egimus, D quia servis suis secundum pietatis suæ consuetudinem præstare dignatus est, ut pro solo perfectæ caritatis affectu, & tantùm pro desiderio se videndi ad synodum convenirent. Et quamvis omnia quę a sanctis sacerdotibus vel clericis observari debeant, & antiqui & novelli canones continere probentur, tamen ne congregatio sancta sine aliqua definitione discederet, vel parum aliquid, quod ad ædificationem ecclesiarum pertinere possit, inspirante domino, decreverunt.

CANONES.

I.

Hoc enim placuit, ut omnes presbyteri, qui sunt in parochiis constituti, secundum consuetudinem, quam per totam Italiam satis salubriter teneri cognovimus, juniores lectores quantoscumque sine uxore habuerint, secum in domo, ubi ipsi habitare videntur, recipiant: & eos quomodo boni patres spiritaliter nutrientes, psalmos parare, divinis lectionibus insistere, & in lege domini erudire contendant: ut & sibi dignos successores provideant, & ad domino præmia æterna recipiant. Cum vero ad ætatem perfectam pervenerint, si aliquis eorum pro carnis fragilitate uxorem habere voluerit, potestas ei ducendi conjugium non negetur.

II.

Hoc etiam pro ædificatione omnium ecclesiarum, & pro utilitate totius populi nobis placuit, ut non solum in civitatibus, sed etiam in omnibus parochiis verbum faciendi daremus presbyteris potestatem: ita ut si presbyter, aliqua infirmitate prohibente, per seipsum non potuerit prędicare, sanctorum patrum homilię a diaconibus recitentur. Si enim digni sunt diacones quod Christus in euangelio locutus est legere; quare indigni judicentur sanctorum patrum expositiones publice recitare. (Ivo part. 6. cap. 307.)

III.

Et quia tam in sede apostolicâ, quam C etiam per totas orientales atque Italiæ provincias, dulcis & nimium salutaris consuetudo est intromissa, ut Kyrie eleison frequentius cum grandi affectu & compunctione dicatur; placuit etiam nobis, ut in omnibus ecclesiis nostris ista tam sancta consuetudo & ad matutinum, & ad missas, & ad vesperam Deo propitio intromittatur. Et in omnibus missis, seu in matutinis, seu in quadragesimalibus, seu in illis quæ pro defunctorum commemoratione fiunt, semper Sanctus, Sanctus, Sanctus eo ordine, quo modo ad missas publicas dicitur, dici debeat: quia tam sancta, & tam dulcis & desiderabilis vox, etiamsi die noctuque possit dici, fastidium non poterit generare.

IV.

Et hoc nobis justum visum est, ut nomen domini papæ, quicumque sedi apostolicæ præfuerit, in nostris ecclesiis recitetur. (Ivo part. 6. cap. 305.)

V.

E Et quia non solum in sede apostolica, sed etiam per totum orientem, & totam Africam, vel Italiam, propter hæreticorum astutiam, qui Dei filium non semper cum Patre fuisse, sed a tempore cœpisse blasphemant, in omnibus clausulis post Gloria, Sicut erat in principio dicitur, etiam & nos in universis ecclesiis nostris hoc ita dicendum esse decernimus.

SVB-

ANNO CHRISTI 530.

SVBSCRIPTIONES EPISCOPORVM.

A

[a] Cæſarius in Chriſti nomine epiſcopus chartulam hanc definitionis noſtræ relegi & ſubſcripſi. Not. ſub die Nonas Novemb. Decio juniore V. C. conſule.

Contumelioſus ita conſenſi in omnibus, ut cum ſanctus papa Vrbis ſuam oblatam dederit, recitemus ante altarium domini.

Conſtantius in Chriſti nomine epiſcopus relegi, conſenſi & ſubſcripſi.

Cyprianus peccator conſenſi & ſubſcripſi.

Maximus peccator conſenſi & ſubſcripſi.

Porcianus peccator conſenſi & ſubſcripſi.

Heraclius epiſcopus ſubſcripſi.

Eucherius peccator relegi & ſubſcripſi.

Gallicanus peccator relegi & ſubſcripſi.

Proſper peccator conſenſi & ſubſcripſi.

Vindemialis peccator conſenſi & ſubſcripſi.

" * * Additur in quibuſdam codicibus: Aquitanus epiſcopus ſubſcripſi.

CONCILII VASENSIS CAPITVLVM ex decreto Gratiani.

De ſepulturis quomodo non eſt accipiendum precium.

Præcipiendum eſt ſecundum canonum auctoritatem, ut de ſepulturis & hominibus ſepeliendis, nil muneris exigant: niſi forte, qui ſepelitur, vivens juſſerit, eccleſiæ, in cujus atrio ſepelitur, aliquid de rebus ſuis tribuere: aut etiam poſt mortem ipſius, illi, quibus commiſſum eſt ejus eleemoſynam facere, de rebus illius aliquid ſponte dare voluerint. Et tamen nullatenus a preſbyteris eccleſiæ illius aliquid exigatur, ſive ab illis qui locis & villis præſunt.

NOTÆ IACOBI SIRMONDI, S. I.

1 *Anno Chriſti* DXXIX.] Eodem anno quo Arauſicanum. Verum Arauſicana epiſcoporum collatio fortuita fuerat, cum ad baſilicæ dedicationem conveniſſent: Vaſenſis vero ſynodus legitima, ac ſuperiore anno denuntiata in Carpentoractenſi. Vnde falluntur, qui ad alium annum ſynodum hanc referunt, aut qui alibi, quam hoc anno, Decium juniorem conſulem quærunt, qui junior dictus eſt Decii alterius comparatione, qui ante annos quadragintatres conſul in occidente fuerat, cum Longinus eſſet in oriente. Præter hos enim, Decius in faſtis antiquis toto illo ſæculo nullus memoratur.

2 *Cæſarius epiſcopus.*] Subſcriptiones integræ ſunt ex Lugdunenſi, niſi quod Heraclius, quem ſeptimo loco ſtatuimus ex Rhemenſi, penultimus eſt in Lugdunenſi ante Vindemialem. Nam Aquitanus, qui poſtremo loco in vulgatis legitur, extatque etiam in Rhemenſi ac Bellovacenſi, non eſt in Lugdunenſi, neque in Corbeienſi.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Concilium Vaſenſe.*] Canones tertii & primi Vaſenſis concilii confuſi ſunt, ut diximus ſupra tom 3. in notis concilii Vaſenſis primi ſub Iulio. Et quamquam ibidem duo capitula hinc deſumpta primo Vaſenſi adſcripſerimus; placuit tamen eadem ſuis locis relicta hic viciſſim adſcribere, ne quam lector confuſionem incurrere, vel quid præter auctoritatem antiquorum & doctiorum ablatum culpare valeat. Cur Vaſenſe dictum fuerit, & quare Vaſenſe tertium nomine, hoc quod hactenus Vaſenſe ſecundum appellari conſuevit, ex notis duorum priorum ſub Iulio & Leone pontificibus poſitorum cognoſcere poteris.

b *Felicis* IV. &c.] Hoc concilium, prout acta demonſtrant, celebratum eſt, quando ſimul eodem tempore Decius junior in occidente conſulatum agebat, & Cæſarius in Arelatenſi eccleſia epiſcopali titulo ac honore fulgebat. Hoc nullo alio tempore, quam ſub pontificatu Felicis IV. anno domini 529 contigiſſe poteſt, ſi verum eſt quod tempore Felicis aliorumque ejuſdem ſucceſſorum pontificum Cæſarius adhuc ſupervixerit. Vide quæ hac de re notavimus ſupra ad concilium Arauſicanum II. De canonibus hujus concilii nihil dicendum vel annotandum occurrit amplius, quod non ſupra in notis primi vel ſecundi Vaſenſis concilii, vel etiam alibi notatum fuerit.



VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA BONIFACII PAPÆ II.

Ex libro pontificali.

B

BONIFACIVS natione Romanus, ex patre Sigiſbuldo, [b] ſedit annos 2. dies 26. Fuit autem temporibus Athalarici regis hæretici, & Iuſtiniani Auguſti. Hic cum Dioſcoro ordinatur ſub contentione. Qui Dioſcorus ordinatur in baſilica Conſtantiniana, Bonifacius vero in baſilica Iulii. Et fuit diſſenſio in clero & ſenatu dies 29. Eodem tempore defunctus eſt Dioſcorus pridie Idus Octobris. [c] Ipſis diebus Bonifacius zelo & dolo ductus, cum grandi amaritudine ſub vinculo anathematis & chirographi reconciliavit clerum, quem chirographum eccleſiæ archivio recluſit, quaſi [d] damnans Dioſcorum, & congregavit clerum, cui tamen in epiſcopatu nullus ſubſcripſit, dum plurima multitudo fuiſſet cum Dioſcoro. Hic preſbyteris & diaconibus & ſubdiaconibus & notariis ſcutellas de adeptis hereditatibus obtulit, & alimoniis multis in periculo famis clero ſubvenit. [e] Hic congregavit ſynodum in baſilica beati Petri apoſtoli, & fecit conſtitutum, ut ſibi ſucceſſorem ordinaret. Quo conſtituto cum chirographis ſacerdotum, & jurejurando, ante confeſſionem beati apoſtoli Petri in diaconem Vigilium conſtituit. [f] Eodem tempore facta iterum ſynodo, hoc cenſuerunt ſacerdotes omnes propter reverentiam ſanctæ ſedis: & quia contra canones hoc fuerat factum, & quia culpa eum reſpiciebat, ut ſucceſſorem ſibi conſtitueret, ipſe Bonifacius papa reum ſe confeſſus eſt majeſtatis, quod diaconem Vigilium ſua ſubſcriptione chirographi ante confeſſionem beati apoſtoli Petri conſtituiſſet, ac ipſum conſtitutum in præſentia omnium ſacerdotum & cleri & ſenatus incendio conſumpſit. [g] Eodem tempore venit relatio ab Afris epiſcopis de conſtitutione, & ut cum conſilio ſedis apoſtolicæ omnia Carthaginenſis epiſcopus faceret. Qui Bonifacius ſepultus eſt in baſilica beati Petri apoſtoli, ſub die 17. menſis Octobris, poſt conſulatum Lampadii. Et [h] ceſſavit epiſcopatus menſes 2. dies 15.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Bonifacius.*] Poſt interregnum triduanum in baſilica Iulii anno domini " 530. qui eſt quartus Iuſtiniani, & ſecundus Athalarici regis Italiæ Bonifacius II. genere Gothus, creatus eſt pontifex, 15. die Octobris. Contra eum in ſchiſmate electus eſt in baſilica Conſtantiniana Dioſcorus ille, quem Hormiſda pontifex una cum Germano & Ioanne epiſcopis, aliiſve preſbyteris & diaconis ad Iuſtinianum imperatorem Conſtantinopolim ablegavit, quique de ſimoniæ labe infamatus, injuſta ſententia condemnatus fuit. Cauſam ſchiſmatis dediſſe videtur rex Athalaricus, qui dum fortaſſe exemplo anteceſſoris ſui pontificem deſignaret ac præſentaret,

Quando pontifex factus.

" 529. melius

ANNO CHRISTI 530.

ex clero alios sibi suffragantes, alios adversantes habuit. Accidit autem singulari Dei beneficio, ut schismatico cita morte prævento schisma extinctum fuerit.

Causam schismatis quis dederit.

Initio pontificatus Bonifacii Belisarius dux militum imperialium cum exercitu suo a Persis in discrimen adductus est, cum quatuor annis feliciter contra eos pugnasset. Gentes maritimas, quarum subsidium contra Persas implorarat, ex idololatris Christianas reddidit: Procopius de bello Pers. libro 1. Theodorico Francorum regi Theodobertus filius Theodorici, & Clodovei nepos successit. Ex Procopio & Gregor. Turonensi Baron. anno 530. num. 49. De Bonifacio scribit Ado in martyrologio, quod ecclesiam sancti Michaelis archangeli nomine constructam in summitate Circi dicaverit.

Quamdiu sedem obtinuerit.

b *Sedit annos duos dies 26.*] Verius anno [b] uno & duobus diebus. Nam cum fateatur hic, ipsum 17. Octobris anno post consulatum Lampadii qui est Christi 531. defunctum esse, constetque ex iis, quæ supra initio harum annotationum dixi, ipsum 15. Octobris, anno domini 530. pontificem esse creatum, non nisi uno anno & duobus diebus pontificem fuisse oportuit.

" Errat hic Binius.

Bonifacii acta contra Dioscorum.

c *Ipsis diebus Bonifacius, &c.*] Post obitum Dioscori, Bonifacius nimio zelo commotus eumdem Dioscorum, tamquam simoniæ crimine pollutum, anathematis sententia condemnavit: & ad evitandum deinceps futuri schismatis periculum, convocata synodo, Vigilium diaconum successorem sibi designavit. Quæ cum post semotos affectus sacris canonibus adversari cognovisset, secundo congregato concilio, res a se perperam gestas plane irritavit, factumque erroneum peracta pœnitentia expiavit. Successores Bonifacii, Agapetus & Silverius, res in hac synodo gestas confirmarunt.

d *Damnans Dioscorum.*] Ob causam pecuniariam, Dioscorum velut simoniacum a Bonifacio condemnatum fuisse, aperte scribitur in epistola Iustiniani imperatoris ad Ioannem papam scripta, & ad Vigilium data, qua sic ait: *Dioscorus, cum nihil in fidem peccasset, tamen solum propter ecclesiasticum ordinem, post mortem ab eadem ecclesia Romana anathematizatus est. Si igitur nihil in fidem peccantes episcopi, propter solum ecclesiasticum ordinem, & propter causam pecuniariam anathemati & post mortem subjiciuntur, quanto magis Theodorum*, &c. Dioscorum injusta sententia condemnatum, Agapetus absolvit, ut patet apud Anastasium in vita ejusdem Agapeti.

Qua occasione Bonifacius successorem sibi eligere voluerit.

e *Hic congregavit synodum.*] Cum Gothorum reges impie sibi usurpassent Romani pontificis electionem, ad ejusmodi præsumptam & vi usurpatam licentiam ex Gothorum manibus extorquendam, Bonifacius ecclesiæ consultum esse judicavit, ut nullo relicto sedis vacantis loco, successorem sibi eligeret. Quod licet speciem quamdam justitiæ præ se ferret, postea tamen ab omnibus est reprobatum.

f *Eodem tempore facta iterum synodo.*] Secundam synodum Romanam intelligit, qua acta prioris concilii rescidit & irritavit. Vide quæ dicemus infra in notis secundæ synodi Romanæ.

g *Eodem tempore venit relatio.*] Præerat his temporibus Carthaginensi ecclesiæ Reparatus episcopus, de quo infra suo loco plura dicemus.

Mendum Anastasii.

h *Cessavit episcopatus menses 2. dies 15.*] Ex hoc mensium & dierum numero dicendum foret, Ioannem successorem Bonifacii creatum esse pontificem ipsis Kalendis Ianuarii, secundo anno post consulatum Lampadii & Orestis, quem primo anno post dictorum consulatum Bonifacio subrogatum fuisse non tantum ipse sibi contrarius fatetur Anastasius, sed etiam inscriptio in titulo Eudoxiæ, quæ est in ecclesia S. Petri ad vincula, idem manifeste indicat. Vide Baron. an. 531. num. 8.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. I. IN SEQUENTEM EPISTOLAM.

Hanc falsam & adulterinam prædicant Baronius, Bell. aliique viri eruditi, nec diffitetur ipse Binius tum hic, tum in notis ad conc. Carth. VI. ubi impostorem, veteratorem & mendaciorum concinnatorem appellat Isidorum Mercatorem, seu quem alium sub ejus larva latentem: Et vero id luce meridiana clarius evincunt cum alia plura, tum verba Romanorum pontificum S. Leonis, Hormisdæ & Gregorii Magni: Non est credibile, inquit Bell. lib. II. cap. 25. de Rom. Pont. Gregorium a Bonifacio illa verba sumpsisse, siquidem stilus omnino Gregorianus est. quo argumento exsufflantur omnes pseudo-Isidori merces. Facessant hæc, inquit Baronius ad 16. Octobris, non innititur vel fulcitur paleis Dei ecclesia, quæ est columna & firmamentum veritatis, sed detegamus technam & aperiamus imposturam, &c. Eumdem vide anno 419. n. 92. & seqq. 530. n. 5.

a EPISTOLA I. " BONIFACII PAPÆ II. AD EULALIUM ALEXANDRINUM episcopum.

" Vide observationem præcedentem

De reconciliatione Carthaginensis ecclesiæ.

Bonifacius episcopus Eulalio coepiscopo salutem.

OLIM ab initio tantam percepimus a beato Petro apostolorum principe fiduciam, ut habeamus " auctoritatem universali ecclesiæ (auxiliante domino) subvenire, & quidquid nocivum est, auctoritate apostolica corrigere & emendare. Ad hoc enim divinæ * dispositionis provisio gradus diversos & ordines constituit esse distinctos, ut dum reverentiam " minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, una concordiæ fieret ex diversitate contextio, & recte officiorum * generaretur administratio singulorum. Neque enim universitas alia poterit ratione subsistere, nisi hujusmodi magnus eam differentiæ ordo servaret. Quia vero quæque creatura in una eademque æqualitate gubernari vel vivere non potest, cælestium militiarum * exempla nos instruunt: quia dum sint angeli, sint archangeli, liquet quia non æquales sunt, sed in potestate & ordine (sicut nostis) differt alter ab altero. Si ergo inter hos qui sine peccato sunt constet istam esse distinctionem, quis hominum abnuat, libenter illorum se dispositioni submittere? Hic ' enim pax & caritas mutua se vice complectuntur, & manet firma concordia, ac in alterna & Deo placita dilectione sinceritas. Quia igitur unumquodque salubriter tunc completur officium, cum fuerit unus ad quem possit recurri, præpositus: vota " nostra caritatem tuam latere nolumus, ne qui particeps fuit solicitudinis, gaudiorum ' fructus reddatur extorris. Et ideo Carthaginensem " ecclesiam ad communionem nostram redisse (domino propitiante) tradentibus significamus alloquiis, & mandatorum, quæ legatis nostris dedimus, seriem in omnibus fuisse completam. De qua parte, ut ad dilectionem tuam plenius perfecte gaudium perveniret, libelli Eulalii " fratris & consacerdotis nostri Carthaginensis episcopi, & Iustiniani clementissimi principis orientis sacrarum exemplaria credidimus destinanda, indicantes nihilominus per orientis partes plurimos episcopos sic fecisse. Superest, ut a nobis competentibus precibus divinitas exorata concedat, quatenus de aliarum quoque ecclesiarum redintegratione gratulemur. Ea vero quæ significare curavimus, in eorum sacerdotum, qui fraternitati tuæ vicini sunt, curabis perferre notitiam, ut & ipsi de affectu tantæ rei gratias nobiscum cælestis misericordiæ beneficiis referre non cessent. Aurelius enim præfatæ Carthaginensis ecclesiæ olim episcopus, cum " collegis suis (instigante diabolo) superbire temporibus prædecessorum nostrorum Bonifacii atque Cælestini contra Romanam ecclesiam cœpit: sed videns se * modo * peccatis Aurelii Eulalius a Romanæ ecclesiæ communione segregatum, humilians recognovit * se,

" S. Leo ep. 24.

Dist 89. Ad hoc dispes.

* dispensationis

" S. Greg. ep. 52. l. IV.

* gereretur

* exemplar nos instruit:

' Hinc

" Hormisd. ep. 64.

' fructu

" Constantinopolitana leges apud Hormisdam.

" Episcopi CP. & Iustini habet Horm. ex quo vel maxime patet fraus interpolatoris ridiculi.

" hæc falsissima

* more

* peccantis

* ſe, pacem & communionem Romanæ eccleſiæ petens, ſubſcribendo una cum collegis ſuis, damnavit apoſtolica auctoritate omnes ſcripturas quæ adverſus Romanæ eccleſię privilegia factæ quoquo ingenio fuerunt.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Epiſtola.*] Hac epiſtola dicitur, a temporibus Bonifacii & Cæleſtini pontificum, Africanam eccleſiam, propter inviſum ipſi modum proſequendæ appellationis ad ſedem apoſtolicam interpoſitæ, opera Aurelii Carthaginenſis epiſcopi ſchiſmate diviſam eſſe ab eccleſia Romana, neque ulterius illi communicaſſe uſque ad tempora Bonifacii papæ ſecundi; cum Eulalius Carthaginenſis epiſcopus, pro incunda concordia, & recuperanda Romanæ eccleſiæ communione, prædicto Bonifacio libellum ſupplicem obtuliſſet, & ſic ad communionem rediiſſet. Quæ omnia commentitia ſunt & notorie falſa.

B

Nam manifeſtum eſt communionem Africanæ eccleſiæ a Bonifacio I. Cæleſtino, eorumque ſucceſſoribus permultis, uſque ad Bonifacium II. ne quidem ad unius diei ſpatium, aut horæ unius momentum interciſam fuiſſe. Aurelius, & qui cum eo vivebant, Cæleſtino communicarunt, ut patet ex fine epiſtolæ ſynodicæ illius, quam ex concilio Africano ad ipſum dederunt: ubi ſic ſcribunt: *Dominus noſter ſanctitatem veſtram ævo longiore orantem pro nobis cuſtodiat, domine frater.* Quæ ſane mutuæ pacis, concordiæ & communionis catholicæ ſymbola, in formatis uſurpari ſolita, ad pontificem, velut ſchiſmaticum non ſcripſiſſent, ſi a Romanæ eccleſiæ unione ſe præſcidiſſent: maxime cum teſte Auguſtino epiſtola 162. & 163. prædicta verba ad catholicos dumtaxat, non ad ſchiſmaticos ſcribi conſueverint. De Auguſtino Aurelii collega ſcribit Cæleſtinus epiſtola ad epiſcopos Galliæ capite 2. *Auguſtinum ſanctæ recordationis virum, pro vita ſua meritis in noſtra communione ſemper habuimus,* &c. Capreolum Auguſtini ſucceſſorem, ſacroſancto œcumenico concilio Epheſino, adeoque univerſæ eccleſiæ, per literas & legatos, ibidem honorifice acceptos, communicaſſe, videre eſt ex notis ejuſdem concilii ſupra. Succeſſores Africanæ eccleſiæ epiſcopos, per literas quæſtionum diverſarum ſolutionem petentes, Leo pontifex inſtruxit: Hilarius eoſdem ad Romani concilii deciſiones recepit: Symmachus papa relegatos in Sardiniam a Traſamundo rege Ariano pavit atque veſtivit. Dum tempore perſecutionis epiſcopis ac ſacerdotibus, propter edictum regis de aliis epiſcopis in locum defunctorum non ſubrogandis, deſtituerentur, Romana eccleſia iiſdem miniſtros baptiſmi, aliorumque ſacramentorum procuravit, ut conſtat ex Victore libro primo de perſecutione Vandalica. Sanctus Eugenius Carthaginenſis epiſcopus, in publico conventu cum Arianis acturus, eccleſiam Romanam, teſte eodem Victore libro 2. de perſecutione Vandalica, caput omnium eccleſiarum publice profitetur. Quid? quod gentiles & Ariani, (ut videre eſt apud eumdem Victorem lib. 1. de perſecutione Vandalica, & Greg. Turon. de gloria mart. cap. 25.) Africanos catholicos, Romanos appellarint, non alia de cauſa, quam quod cum Romana eccleſia in fide & religione communicarent, ejuſque paſtorem Chriſti vicarium, pari cultu omnes in literis ſuis colerent & obſervarent.

C

D

Cum itaque ex his manifeſtum ſit, Africanam eccleſiam non modo nunquam a Romanæ eccleſiæ unitate & communione deſciviſſe, verum potius eamdem, etiam perſecutionis tempore, velut matrem ſuæ aliarumque eccleſiarum agnoviſſe, quis falſitatis non arguat hanc epiſtolam, qua Eulalius aliquis Carthaginenſis epiſcopus pro integranda unione libellum obtuliſſe dicitur, quando omnes epiſcopi catholici regnante Gilimere rege Ariano exulabant? Quis mendacii non accuſet eam, quæ, ſedente Alexandriæ Timotheo ejus nominis tertio epiſcopo hæretico, fingitur ad Eulalium " Alexandrinum antiſtitem tranſmiſſa? Quis denique impoſtura & fraude pleniſſimam eſſe non dicat, qua ſcribitur Africanam eccleſiam ultra centum annos ſchiſmaticam fuiſſe, quæ ne quidem unius horæ ſpatio ab unitate eccleſiæ Romanæ ſe unquam præcidit? Oportebat tale commentum excogitare, ut Auguſtinos, Eugenios, Fulgentios, viros ſanctitate celeberrimos, cum Aurelio, quem ipſi ſchiſmatis auctorem, Proſper vero Aquitanus, *Patrem & digna memoria nominandum antiſtitem, cæleſtis patriæ civem appellat,* cum agminibus quibuſdam ſanctorum martyrum ac confeſſorum, qui tempore perſecutionis Vandalicæ pro fide

E

A catholica obierant, e matricula & ſacra ſanctorum tabula expungere poſſent. Nam ſi integro abhinc ſæculo, nempe a Bonifacio uſque ad hæc tempora, Africana eccleſia in ſchiſmate perſeveravit, nihil eſt, ut interea aliquis legitima corona martyrii impertiri, vel aliquo confeſſionis præmio munerari potuerit: cum unanimi omnium patrum conſenſu certum ſit, nullam poſſe eſſe ſchiſmaticorum coronam, utpote quæ non aliis, quam in ſtadio catholicæ eccleſiæ legitime certantibus, concedatur. Vide Baronium in notis martyrol. die 16. Octobr. b. Item ea quæ notavimus ſupra in concilio Carthaginenſi VI. verbo, *Concilium.*

EXEMPLAR " PRECVM EIVS, ET IVSTINIANI PRÆDICTI PRINCIPIS.

" Hæ quoque a callido veteratore confictæ

a PRIMA ſalus eſt, rectæ fidei " regulam cuſtodire, & a conſtitutis patrum nullatenus deviare: & quia non poteſt domini noſtri Ieſu Chriſti prętermitti ſententia, dicentis: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam.* Et hęc, quæ dicta ſunt, rerum probantur effectibus: quia in ſede apoſtolica extra maculam ſemper eſt catholica ſervata religio. De qua ſpe & fide minime ſeparari cupientes, & patrum ſequentes conſtituta, anathematizamus omnes, qui contra ſanctam Romanam & apoſtolicam eccleſiam ſuperbiendo ſuas erigunt cervices; ſequentes in omnibus apoſtolicam ſedem ", & prædicantes ejus omnia conſtituta, & per omnia ſpero, ut in una communione vobiſcum, quam ſedes apoſtolica prędicat, eſſe merear, in qua eſt integra & vera Chriſtianæ religionis & perfecta ſoliditas, promittens ſequeſtratos a communione eccleſiæ catholicæ, id eſt, non conſentientes ſedi apoſtolicæ, eorum nomina inter ſacra non recitanda eſſe myſteria. Quod ſi in aliquo a profeſſione mea deviare tentavero, his quos damnavi complicem mea ſententia me eſſe profiteor. Hanc autem profeſſionem meam manu mea ſubſcripſi, & Bonifacio " ſancto & venerabili papæ urbis Romæ direxi, damnans & anteceſſores & ſucceſſores meos, & omnes qui S. Romanæ & apoſtolicę eccleſię privilegia caſſare nituntur. Hinc enim supernę miſericordiæ documentum perdocetur ", quando & mundani principes cauſas fidei cum reipublicæ ordinatione conjungunt, & eccleſiarum præſules, quod ad diſpenſationem ſuam pertinet, officii memores exequuntur. Talibus enim indigebat poſt diſcordię procellas religio Chriſtiana rectoribus, qui compreſſis provida diſpenſatione turbinibus, diu peregrinatam pacem depulſa tempeſtate reducerent, ut in futura poſt ſęcula ad propoſiti ſui exempla tendentes, ſibi adſcribendum indubitanter oſtenderent, quidquid domino placitum poſteris pro ſua imitatione feciſſent. Benedicamus dominum, fratres cariſſimi, noſtris hoc diebus fuiſſe conceſſum, & totis orationum & curarum viribus annitamur, ut quæ Dei ope bene cœpta ſunt, ipſo adjuvante per omnia compleantur. Sperandum enim eſt, ut ad compagem corporis ſui reliqua, quę adhuc diviſa ſunt, membra feſtinent, & a potioribus minora non diſcrepent. Ad quod, cum me dilectio tua Chriſtianę ſtudio caritatis hortatur, debet quod invitat, ſequi, & quod amandum ſuadet, amplecti. Similem enim jam fidei curam gerentes, per religioſam patientiam, par etiam prę-mium de boni operis ſperamus affectu. Neque enim difficultatibus eſt cedendum. Non enim fatigatur aſperis fides, nec ad cęlorum

" Hormiſdæ ep. 51. & in libello miſſo ad Ioannem Nicopolitanum, &c. Item Ioannes ep. CP. ad Hormiſdam.

Matth. 16.

" Ex eodem libello

" Hormiſdam habet libellus.

" Hormiſdæ ep. 80. act. 5. concilii CP. ſub Menna.

ardua per proclive tenditur, nec remunerationem citra laboris exercitium quis meretur. Vnde ne facientes bona deficiamus, specialiter admonemur etiam testante psalmista : *Beati qui custodiunt judicium, & faciunt justitiam in omni tempore* : quia non initium laboris remunerationem præmii consuevit invenire, sed terminus. Ergo studium solicitudinis assumentes, quibus est una in communione societas & credulitas, quemadmodum de unitate sedis apostolicæ & Constantinopolitanæ ecclesiæ pariter exultamus in domino, ita de reliquorum quoque (sicut affectione admones) redintegratione lætemur, & curemus * præmium, ut fidem integritatemque nostram immaculatam ab omni contagione servemus. Nosti enim, frater carissime ac sanctissime, quia ecclesiastica servant vincula concordiam, quæ nos ab hæreticorum tueatur insidiis, per quam etiam canonum custoditur ' integritas. His in robore suo omni circumspectione servatis, remedia sperantibus conservantur. Habet enim ecclesiasticarum ordo regularum, & ipsius forma justitiæ, ut medicina rationabilis benigne & fideliter sperantibus non negetur, nec quisquam est ita ab humanitate discretus, quem non a rigore districtionis inclinet cauta simplicitas. Sed ut caute hoc, ceterasque querelas, aut errores alicujus * ævi valeas expedire, dilectissime frater, personam meam te in hoc oportet induere, scientem in hujusmodi causis (sicut prædictum est) quid cavendum sit, & ita omnia prævidendum, ut a te non ambigas rationem dispensationis hujus Deo esse reddendam, ita tamen ut eos, qui vobis fuerint communione sociati, vel per vos sedi apostolicæ vestra nobis scripta declarent, quibus etiam & ' quam continentiam libellorum obtulerint, inseratur. Sic quoque " humilitatem debemus tenere in mente, ut ' inde ordinis nostri dignitatem servemus in honore, quatenus in nobis nec humilitas timida, nec ratio sit superba. Omnipotens " Deus, carissime, sua te protectione custodiat, atque ad cælestis remunerationem patriæ ' multiplici animarum fructu perducat. Deus te incolumem custodiat, reverendissime frater. Amen. Datum VIII. Kalendas Octobris " Iustiniano tertium ' & Oreste viris clarissimis consulibus."

Psalm. 105.

* forte primum & ita legitur in c. Iust.

' auctoritas.

* rei

' continentia libellorum quos obtulerint,
" S. Greg. ep. 36. l. IV. ad Eulogium
' tamen
" Idem ep. 127. l. VII.
' cum
" Hæc falsa consulum nota,
' Valentino II. & Horeste.
" Anno Christi 530. vel 533. Professio hæc fidei suspecta.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Prima salus.*] Hæc professio fidei Iustini esse non potest, cum is quatuor annis ante tempus editæ ac datæ hujus professionis obierit. Iustiniani esse nequit, tum quod ex epistola Hormisdæ pontificis ad Hispaniarum episcopos, & ex Ioannis Constantinopolitani episcopi, aliisve pluribus mixta sit, adeo cento quidam male consutus esse videatur : tum etiam, quod data habeatur sub consulatu Iustiniani tertio, cum jam non amplius Bonifacius, sed Ioannes Romanæ ecclesiæ præsideret. Hæc prudens collector epistolarum pontificiarum diligenter considerans, suspectam de obreptione fidei formulam explosit. Baron. anno 530. num. 5.

II. AD CÆSARIVM ARELATENSEM.

" Vide quæ supra observata sunt p. 1673. B. C. de hac auctoritate Romani pontificis quam primus edidit Sirmondus

Ejus rogatu confirmat " ea quæ in synodo Arausicana fuerant definita.

Dilectissimo fratri 1 *Cæsario Bonifacius.*

PER filium nostrum Armenium presbyterū & abbatem literas tuæ fraternitatis accepimus, 2 quas ad nos ut apparet inscius adhuc

A sacerdotii mihi commissi, sub ea qua in Deo tenemur caritate direxeras : quibus credideras postulandum, ut id quod a beatæ recordationis decessore nostro papa Felice pro catholicæ fidei popósceras firmitate, mea explicaretur instantia. Sed quia id voluntas superna disposuit, ut quod per nos ab illo speraveras, a nobis potius impetrares; petitioni tuæ, quam laudabili fieri solicitudine concepisti, catholicum non distulimus dare responsum. Indicas enim, quod aliqui episcopi Galliarum, cum cetera jam bona ex Dei acquieverint gratia provenire, fidem tantum, qua in Christo credimus, naturæ esse ' velint, non gratiæ; & hominibus ex Adam, quod dici nefas est, in libero arbitrio
B remansisse, non etiam nunc ' in singulis misericordiæ divinæ largitate conferri : postulans ut pro ambiguitate tollenda, confessionem vestram, qua vos e diverso fidem rectam in Christo, totiusque bonæ voluntatis initium, juxta catholicam veritatem, per prævenientem Dei gratiam singulorum definitis sensibus inspirari, auctoritate sedis apostolicæ firmaremus. Atque ideo, cum de hac re multi patres, & præ ceteris beatæ recordationis Augustinus episcopus, sed & majores nostri apostolicæ sedis antistites, ita ratione probentur disseruisse latissima, ut nulli ulterius deberet esse ambiguum, fidem quoque nobis ipsam venire de gratia, supersedendum duximus responsione
C multiplici; maxime cum secundum eas, quas ex apostolo direxisti sententias, quibus dicit : *Misericordiam consecutus sum, ut fidelis essem*; & alibi : *Vobis datum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, verum etiam ut pro eo patiamini*; evidenter appareat fidem, qua in Christo credimus, sicut & omnia bona, singulis hominibus ex dono supernæ venire gratiæ, non ex humanæ potestate naturæ. Quod etiam fraternitatem tuam, habita collatione cum quibusdam sacerdotibus Galliarum, juxta fidem gaudemus sensisse catholicam : in his scilicet, in quibus uno, sicut indicasti, consensu definierunt fidem, qua in Christo credimus, gratia divini-
D tatis præveniente conferri : adjicientes etiam, nihil esse prorsus secundum Deum boni, quod sine Dei quis gratia aut velle, aut incipere, aut operari, aut perficere possit, dicente ipso salvatore nostro : *Sine me nihil potestis facere.* Certum est enim atque catholicum, quia in omnibus bonis, quorum caput est fides, nolentes nos adhuc misericordia divina præveniat, ut velimus; insit nobis cum volumus; sequatur etiam ut in ' fide duremus, sicut David propheta dicit : *Deus meus misericordia ejus præveniet me.* & iterum : *Misericordia mea cum ipso est.* & alibi : *Misericordia ejus subsequetur me.* Simi-
E liter & B. Paulus dicit : *Aut quis prior dedit ei, & retribuetur illi? quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia.* Vnde nimis eos qui contra sentiunt, admiramur, usq; eo vetusti erroris adhuc reliquiis prægravari, ut ad Christum non credant Dei beneficio, sed naturæ veniri; & ipsius naturæ bonum, quod Adæ peccato noscitur depravatum, auctorem nostræ fidei dicant magis esse quam Christū, nec intelligant se dominicæ reclamare sentētiæ dicenti : *Nemo venit ad me, nisi datum fuerit illi a Patre meo.* Sed & B. Paulo simul obsistere clamanti ad Hebræos : *Curramus ad propositū nobis certamen, aspicientes in auctorem fidei, & consummatorem Ies. Christū.*

' dicant,

' abest hæc propositio a c. Palatino & aliis.

1. Cor. 7.
Philip. 1.

' fine, ex c. Pal.
Psalm. 58.
Psalm. 88.
Psalm. 22.
Rom. 11.

Ioan. 6.

Hebr. 12.

Quæ

Quæ cum ita sint, invenire non possumus quid ad credendum in Christo, sine Dei gratia, humanæ deputent voluntati, cum Christus auctor consummatorque sit fidei. Quapropter affectu congruo salutantes, supra scriptam confessionem vestram consentaneam catholicis patrum regulis approbamus. Illos autem qui præcedente ' fide cetera, sicut indicas, volunt gratiæ deputare, sua professione constringimus, ut multo magis dono gratiæ etiam fidem cogantur adscribere, præter quam nihil est boni, quod secundum Deum quilibet valeat operari, sicut beatus apostolus dicit: *Omne quod ex fide non est, peccatum est.* Quod cum ita sit, aut nullum bonum gratiæ deputabunt, si ei fidem subtrahere moliuntur; aut si quod bonum esse dicunt de gratia, ipsa necessario fides erit gratiæ deputanda. Si enim nihil boni est sine fide; fides autem ipsa venire negetur ex gratia; nullum, quod absit, bonum erit gratiæ deputandum ". Ait enim Iacobus apostolus: *Omne donum bonum, & omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum.* Sed & ipsi fatentur, ut dicis, dona cetera donari per gratiam; ipsa autem bona per fidem subsistere non ambigunt universa. Ipsa ergo necessario fides erit gratiæ deputanda, a qua bonum, quod gratiæ tribuunt, separare non possunt. His itaque breviter assignatis, contra reliquas Pelagiani erroris ineptias, quas illa videtur epistola continere, quam a quodam tibi mandasti sacerdote transmissam, respondendum non duximus: quia speramus de misericordia divina, quod ita per ministerium tuæ fraternitatis atque doctrinam, in omnium, quos dissentire mandasti, dignabitur cordibus operari, ut ex hoc omnem bonam voluntatem non ex se, sed ex divina credant gratia proficisci, cum se senserint id jam velle defendere, quod nitebantur pertinaciter impugnare. Scriptum est enim: *Præparatur voluntas a domino.* & alibi: *Scio quia non possum esse continens, nisi Deus dederit: & hoc ipsum erat sapientiæ, scire cujus esset hoc donum.* Deus te incolumem custodiat, frater carissime. Data VIII. Kalendas Februarias, [3] Lampadio & Oreste viris clarissimis consulibus."

[Margin: ...de secun... loco cæ... a, sicut ...licas, bo... volunt — ...m. 14. — ...ddit cod. ...l. Etenim ...nne bo... ...m donū ...nstat esse ...vinum: ...ut scri... ...um est: ...mne, &c. ...c. 1. — ...ov. 19. ...xta LXX. ...p. 8. — " Anno ...risti 530.]

NOTÆ IACOBI SIRMONDI, S. I.

1 *Cæsario Bonifacius.*] Tertium epistolæ hujus exemplum vidimus in codice Tiliano Engolismensi: meminitque ejusdem Cyprianus diaconus in vita sancti Cæsarii lib. 1. sub finem.

2 *Quas ad nos sub ea.*] Quædam hoc loco depravata erant in antiquis exemplaribus, ex quorum vestigiis hæc erui videbantur: *quas ad nos, ut apparet, in hujus aditu sacerdotii mihi commissi, sub ea, &c.*

3 *Lampadio & Oreste conss. libus.*] Non potuit his consulibus Ianuario mense scribere Bonifacius, qui juxta Anastasium mense tantum Octobri eodem anno creatus est pontifex. Quare mendum irrepsit, & legendum fortasse, post consulatum Lampadii & Orestis, qui fuit annus Christi DXXXI.

* CONCILIUM ROMANUM I.

ANNO CHRISTI 531.

QUO BONIFACIUS VIGILIUM DIACONUM sibi successorem delegit: & quod idem Bonifacius paulo post reprobavit.

* *Concilium Romanum I.*] Hujus concilii Romæ ob prædictam causam congregati mentio habetur apud Anastasium in vita Bonifacii, his verbis: *Hic congregavit synodum in basilica B. Petri apostoli, & fecit constitutum, ut sibi successorem ordinaret. Quo constituto cum chirographis sacerdotum, & jurejurando, ante confessionem beati apostoli Petri, in diaconem Vigilium constituit.* In vita Agapeti apud eumdem Anastasium colligi videtur, quod sententia anathematis in mortuum Dioscorum pronuntiata, de qua supra in notis ad vitam Anastasii plura dixi, hoc concilio lata ac promulgata fuerit, quamquam in vita Bonifacii ab Anastasio illud factum sic referatur, quasi ante convocationem synodi contigisset. Utut sit, illud certo constat, quod postquam suum ipsius factum, velut illegitimum, Bonifacius detestatus fuisset, Agapetus papa non minus damnationem Dioscori, quam etiam designationem successoris pontificis a Bonifacio factam condemnarit. Vide Baron. an. 531. n. 1.

ANNO CHRISTI 531.

* CONCILIUM ROMANUM II.

QUO AUCTORE BONIFACIO ELECTIO Vigilii vivente adhuc pontifice facta, velut illegitima & sacris canonibus contraria irritatur & rescinditur.

* *Concilium Romanum.*] Idem Anastasius in vita Bonifacii hujus etiam concilii, ob assignatam in titulo causam Romæ convocati, meminit hisce verbis: *Eodem tempore facta iterum synodo, hoc cassaverunt sacerdotes omnes propter reverentiam sanctæ sedis, & quia contra canones hoc fuerat factum: & quia culpa eum respiciebat, ut successorem sibi constitueret, ipse Bonifacius papa reum se confessus est majestatis, quod diaconem Vigilium sui subscriptione chirographi ante confessionem beati Petri successorem constituisset; ac ipsum constitutum in præsentia omnium sacerdotum, & cleri, & senatus, incendio consumpsit.* Hunc conatum merito reprobavit pontifex Bonifacius, cum non tantum universo clero, sed etiam Romano populo displiceret. Silverius papa in decreto anathematis in Vigilium, scribit ab eodem procuratum esse ut hæc contra canones decernerentur, ideo hæc illi exprobravit: *Quia contra jura canonica temporibus sanctæ memoriæ Bonifacii papæ, ipso vivente, designari conabaris, nisi tibi amplissimi senatus obviasset justitia: tunc providentia pastorali ac pontificali auctoritate tua execranda debuerant auspicia detruncari: sed dum parvum vulnus in te neglectum est, insanabile accrevit apostema, &c.* Hæc eadem ab Agapeto reprobata esse testatur Anastasius in vita ejusdem Agapeti infra, his verbis: *Hic in ortu episcopatus sui libellos anathematis, quos invidiæ dolo extorserat Bonifacius presbyteris & episcopis contra Dioscorum, in medio ecclesiæ congregatis omnibus, incendio consumpsit, & absolvit totam ecclesiam ab invidia perfidorum.* Plura hac de re diximus supra in notis ad vitam Bonifacii.

[Margin: Acta concilii.]

" ** CONCILIUM " ROMANUM III.

QUO LECTI SUNT LIBELLI A STEPHANO Larissæ metropolitano transmissi, atque prolatæ e scrinio sedis apostolicæ complures epistolæ, quibus constat quamvis in toto mundo sedes apostolica ecclesiarum sibi jure vindicet principatum, specialem tamen in ecclesias Illyrici gubernationem sibi vindicasse.

[Margin: " Posterius quidem fuit Toletano II. sed ne Romana ab invicem divelleremus, huicce loco inservimus.]

ANNO CHRISTI 531

" Leo Allatius plurima ex eo fragmenta publicavit pag. 1364. & 1371. Concordiæ ecclesiæ orientalis cum occidentali.

" Anno Christi 531 die 7. Decembris.

" Ex Barberina bibliotheca integrum primus edidit Lucas Holstenius Vaticanæ basilicæ canonicus & bibliothecæ præfectus."

SESSIO PRIMA.

POST consulatum Lampadii & Orestis " virorum clarissimorum die VII. Iduum Decembrium, in consistorio B. Andreæ apostoli; præsidente venerabili viro papa Bonifacio, una cum Sabino Canosinæ civitatis, Abundantio Demetriadæ civitatis, Caroso Centumcellensis civitatis, Felice Numentanæ civitatis episcopis: residentibus etiam Sanctulo, B Mercurio, Viuulo, Petro, Eventio, Hilario, Vrso, Petro, Bacauda, Gaudioso, Petro, Epiphanio, Benedicto, Servo Dei, Innocentio, Paulo, Andrea, Gaudioso, Petro, Philippo, Valentino, Ianvario, Dulcitio, Ioanne, Redempto, Crescentione, Cælestino, Sebastiano, Libertino, Cyriaco, Pullione, Barbaro, Laurentio, Viuulo, Seleuco, Bono, Florentio, Rustico & Laurentio presbyteris: adstantibus quoque Tribuno, Agapio, Donato & Palumbo diaconibus; Tribunus archidiaconus dixit: Theodosius vir venerabilis Thessaliæ provinciæ Echiniensis civitatis episcopus adstans præ foribus ingredi desiderat, quid præcipitis? Bonifacius episcopus ecclesiæ catholicæ urbis Romæ dixit: Ingrediatur. Bonifacius episcopus dixit: Audientiæ nostræ tibi copiam tribuimus, desiderata insinua. Theodosius Thessaliæ provinciæ Echiniensis civitatis episcopus per interpretem dixit: Stephanus sanctissimus ac beatissimus Larissæ civitatis episcopus, quæ civitas Metropolis est Thessaliæ, libellum per humilitatem meam ter venerandæ Beatitudini vestræ transmisisse cognoscitur offerendum; quem quia præ manibus teneo, deprecor susceptum sibi relegi Beatitudo vestra constituat. Bonifacius episcopus dixit: fiat. Menas notarius recitavit:

Domino meo sancto ac per omnia beatissimo, & revera venerando patri patrum, universali Patriarchæ " Bonifacio Stephanus exiguus episcopus.

" Bonifatius edita habet ex mss.

NON irrationabili usus fiducia adeo nec ignorans meam mediocritatem, sed cum anima contrita & spiritu humili, & cum multis lacrymis hanc meam vobis offero supplicationem, ideo acceptabilem esse coram te, beatissime pater, existimo: quoniam & antea & hi qui Deo cum lacrymis supplicabant, tanquam cum holocaustomatibus & arietibus atque tauris, sed & cum decem millibus agnis pinguibus, confidentes orabant. *Cor enim contritum & humiliatum Deus non spernet.* (Psalm. 50.) Ergo nec tu ipse, sanctissime pater, me multis circumdatum malis, & ad Deum solummodo atque vestram paterna consuetudine pietatem respicientem habebis despectui. Quoniam nullus ecclesiasticus ordo illam vestram, quæ a salvatore omnium & primo pastore vobis est conlata, potest præcellere potestatem; exiguum est vel humile, in quo providentia vestra respicit. Quantum vos apud Deum omnes præcellitis, tanto vos necesse est cogitare, quia hæc est probatio Deum amantium, ut post Deum pater & doctor sanctæ ecclesiæ Petrus A vestræ & totius mundi testatur. Quia domino dicente tertio: *Amas me? pasce oves meas;* (Ioan. 21.) tradidit prius vobis mandatum ostendens, & per vos deinde omnibus per universum mundum sanctis ecclesiis condonavit. Denique per hoc quia venerabiles effecti ante vos, & quanti sanctam illam sedem habere meruerunt, corpore quidem in Romana gloriosa degentes civitate, spiritu autem ea quæ rite agebantur omnia ornantes & transgressi, & plurimi ex corpore ecclesiæ ab inimicorum calumniantium violentia sunt liberati a Deo & venerabili apostolica sede. Vnde deprecor, *judicate humilem, & pauperem,* (Psalm. 81.) sicut scriptum est, *justificate.* Mihi enim in sæculari vita erat antea provincialis ordo militiæ, mediocriter sicut erat meam vitam humiliter transiebam. Sed quia Proclo beatæ memoriæ quiescente, qui factus fuerat Larissææ ecclesiæ episcopus, oportebat eidem præsulem ecclesiæ ordinari, decretum factum est communiter tam cleri quam populi metropolitani, atque eorum, quorum adsensus erat actui necessarius: & secundum priscam consuetudinem tribus electis, Alexandro Sciatensi presbytero, & .... presbytero, ac me exiguo; meliori testimonio sortito electionis palmam promerui. Sed ego C conscius mei, indignum me tanto negotio esse judicavi; totum autem Dei gratiæ atque clementiæ libenter assensi, ad latronem atque publicanum & alia hujusmodi plurima exempla respiciens, quos ab extremis malis, & ut dicendum est, ab ipso fundo malorum subito Deus eripuit, animabar; & quædam mihi data est spes boni propositi. Igitur ex omnibus in me electionem contulerunt, in decreto pariter subscribentes. Et quia ordinationem secundum priscam consuetudinem non alibi, sed in eadem civitate fieri oportebat, convenit sancta provinciæ synodus, & totius civitatis possessores, omneque corpus ecclesiæ, & communi omnium testimonio nihil consuetudini detrahente, in ecclesia sum ordinatus episcopus. D Tantam enim alacritatem rei istius habebat, factumque amplectebatur Probianus Dei amator, Demetriadæ civitatis episcopus, ut etiam provocaret in ecclesia Dei laudem in meæ humilitatis exercere personam. Et ut nihil de me ipso dicente, ex his qui me voluerunt atque elegerunt, datur intelligi, secundum Deum ordinatio ista provenit. Quapropter deprecor, beatissime pater, ut mansuete hæc audire digneris. non enim laudem labiorum meorum diligens, sicut scriptum est, hæc suggero: quoniam qui in se gloriatur, apud Deum probatus esse non potest: sed ut vobis ista cognoscentibus calumnia quæ adversus me excitata est, E evidenter appareat. Quanta vero deinde dixerint & provinciales episcopi, & sanctæ clerus ecclesiæ, ostendens se pro mea electione gaudere, superfluum judicavi vestris auribus. Quiescente igitur bonorum omnium inimico, & Deo mea non respiciente peccata, & nullam perturbationem sustinebat ecclesia, & erat caritas omnium celans delictum, sicut scriptum est. Sed nescio unde incitati Antonius timoratus presbyter atque dispensator, & Probianus defamator, Demetriadæ civitatis episcopus: illum dico, beatissime, Probianum, qui alios festinantes meas laudes dicere repellens, ipse in ecclesia Deo titulos meæ laudis exercuit: pariter

pariter Demetrium Dei amatorem Sciatensis A civitatis episcopum; & alios suæ portionis suadentes esse participes, nec subscriptiones quæ in decreto continentur erubescentes; nec Probianus suam laudem & totius ecclesiæ testimonium, sed nec illa quæ dixerunt vel egerunt, quomodo meam amplectentes fieri ordinationem, quomodo & ante ordinationem gratam meam sibi fuisse personam; quomodo & celebratam ordinationem libenter tulisse; ad regiam urbem subito profecti sunt,& quandam componentes accusationem sanctissimo ejusdē civitatis archiepiscopo Epiphanio querelas deposuerunt; dicentes, meam ordinationem sanctis canonibus minime convenire: sperantes ut in meo loco alter subrogaretur episcopus. Ergo ista me incipiente dicere, B angustia me utique detinet. Si enim dixero quæ in me exercuerunt, vel tempestatem quæ nunc vitæ meæ imminet, aut illa quæ minantur, quia sæviora existunt, ne quis me proterυum aut audacem esse judicet aliqua dicentem de tanto ac talis ecclesiæ præsule. Si vero ista tacuero ut mihi est, unde enim habeo auxilium? sed magni Dei & salvatoris nostri Iesu Christi, & vestræ beatitudinis, & pietatis serenissimi imperatoris me committens judicio, tacere non potui. Cum ergo mea accusatio ad sanctissimum archiepiscopum Epiphanium pervenisset, (rursus ac sæpius veniam peto de his quæ dicturus sum, ista non proterviæ vel audaciæ, sed necessitatis esse C judicetis sanctissimi patres,) commonitorium, sicut ipsi vocant, faciens ad nomen Andreæ viri religiosissimi, diaconis & notariis sanctæ suę ecclesiæ, ad Thessaliam direxit provinciam; præcipiens me a sacro recedere ministerio, ut pote non secundum canones ordinatum; nulla accusationum probatione, nec canonica evocatione usus, alios episcopos ejusdem provinciæ & clerum sanctæ nostræ ecclesiæ a mea communione suspendit. & quod est novissimum, nec cibos aut quæ sunt necessaria de rebus ecclesiasticis me habere permisit: sed quæ in convictis solent fieri, hæc in me ante quam aliqua examinatio judicii proveniret, exercuisse dignoscitur. Etenim in his qui revera delin- D quunt plurimæ misericordiæ sunt ab ecclesiis constitutæ. Hæc ergo Andreas vir religiosus, quem suggessi superius, in me jussus est exercere. Vtque ejus judicio, qui me a communione suspendit responsurum meam præsentiam exhiberet, Eustathium Gomfiensis civitatis episcopum, atque Elpidium Thebanum, sed & Stephanum Laminensem, quasi magis meæ illicitæ ordinationis, pariter exhibere jussus est. Demetrium autem & Probianum viros religiosos, qui antea magna pars meæ fuerant electionis atque ordinationis, habens apud se is qui me ad causam compellebat, in meam perniciem omnino fovebat. Me autem prædi- E ctus vir religiosus Andreas ibidem non invenit, quia ad Thessalonicensem magnam civitatem fueram paulo ante profectus: clero autem, & quantos alios potuit reperire congregatis, commonitorium eis relegit, & epistolam ad eos directam. Erant autem ad clerum tales literæ factæ ab eodem sanctissimo viro: gestaque confecit apud defensorem civitatis, quorum exempla exiguis meis libellis subdere non omisi. Factus est autem brevis de sacris vasis atque rebus ecclesiasticorum sollicitudine ab Antonio viro religioso, qui connivebat ubique viro religioso Andreæ, sunt remoti. qui prædictus Andreas ad Thessalonicensem magnam civitatem veniens, mihi, & Elpidio, atque Stephano prædictis Dei amatoribus episcopis, quæ jussa atque interminata sunt ostendit. Ego vero nec accusatorum nec aliquorum conatus metuens, sed ad Deum solummodo, & ad leges sanctæ ecclesiæ, & ad principatum sanctarum ecclesiarum traditum vobis respiciens, mox inter acta dixi; ut si oporteret me ad aliquem accusantem respondere, aut de mea ordinatione aliquid judicare dignatur, causam me dicere necesse est; sed alibi, apud quem sacrorum canonum lex custoditur, & usque hactenus consuetudo servatur: memoriam faciens vestri sancti capitis, & apostolicæ sedis; dicens, vos esse dominos hujus examinationis: supplicans nihil in me debere novi fieri, aut quod potest bene composita disturbare. Nam qui locus mihi remedii remansisset ad vos beatissimos judicii dominos, si hæc non dixissem? Sed nec hoc solum dixi, sed aliqua causæ profutura documenta ostendi. Significant autem ista gesta quæ facta sunt, quæ meis exiguis libellis adjunxi, & decretum in me factum & titulos laudis. Ego quidem arbitrabar hanc fidem flagitationis causæ meæ esse potuisse, si vobis, quibus a Deo datum est judicare, nominatis incompetens se persona subtraheret: non est enim Deus perturbationis, sed pacis. Nec hæc quidem vel alia ad quietem meam sufficere potuerunt: sed invitus ad regiam urbem sum deductus. Et nisi quidam timentes Deum, & repositam promissionem visitatione carcerum prospicientes atque expectantes, meam præsentiam adesse promitterent, vinctus utique fueram homo nullum nocens, sicut arbitror, nisi cur eligentibus me consensi, & spei Dei me committens ordinari promerui: & quia fiducialiter dixi, quod si oporteret examinationem aliquam fieri, ab eo fieri deberet, qui est hujus examinationis dominus constitutus: & alia quæ in me facta sunt, atque exerceri non dubito. Compellor autem, & nec aliquod tempus respirationis habeo; nec quis pro me cogitet in tantis cladibus potero reperire. Deteriora vero ab his qui minantur me sustinere confiteor, damnationem, exilium, & quantæ criminum sunt vicissitudines immerenter expecto. Quapropter unicum nunc a vobis, & vestrę apostolicę sedi confidens, remedium postulo: *Spes enim*, ut divinum dicit eloquium, *non confundetur*. Rom. 5. Quod si quis esset qui præsideret, quem sancti canones in hoc negotio judicem esse decernerent, oportebat, sicut existimo, eum prius de accusatorum vita judicare, & cognoscere; quia accusatores esse non possunt illius, qui quamvis humilis episcopatus honorem promeruit. Sed quia propter fiduciam vestri, sicut dixi, offendi, hęc sunt pro meis partibus pręmissa, & in quibus malis superius nominavi sum constitutus. ideoque supplico vobis, si qua est Dei misericordia, si qua pietas, si qua dilectio, transite, & hic ipsum in sancto Spiritu, secundum beatum apostolum, auxilium mihi ferentes, vestri & vestrorum decessorum illius beatę sedis recordantes, quia nullum unquam ab aliquo injuste noceri passi sunt. Siquidem cito succurratis oppresso, confido

ANNO CHRISTI 531.

fido me a malis meis ea celeritate salvari: si autem, quod absit, mea peccata vestram moraverint pietatem, saltem si aliquid ab insidiantibus velociter fuerit actum, & sic sanctis canonibus adesse vos convenit, & exequi in his quę prętermissa sunt. Hoc enim opus vestrum est, beatissime, die ac noctu sanctorum patrum, & venerabilis atque apostolicę vestrę sedis leges atque constituta in omnibus quidem ecclesiis, pręcipue autem in vestra Illyricana provincia custodire. *Et alia manu.* Stephanus exiguus episcopus sanctę Larissęę ecclesię huic libello a me facto manu propria subscripsi, & domino meo sanctissimo ac per omnia beatissimo, etiam venerandissimo patri patrum & universali patriarchæ Bonifacio destinavi.

Abundantius Demetriadæ civitatis episcopus surgens e consessu dixit: Prætermittere non potui audiens nomen Probiani. Is de quo agitur Probianus ipse est, qui meam ecclesiam invasit, & me veniente ad beatitudinem vestram cum literis episcopi, captans absentiam meam per temeritatem locum meum usurpavit; & secundum sanctos canones non debet episcopus nominari. adversus quem rogo beatitudinem vestram, ut sedis apostolicæ mihi disciplina subveniat. Bonifacius episcopus dixit: Et libelli oblati recitatio, & prosecutio fratris & coępiscopi nostri Abundantii gestis indatur; & si qua sunt alia desideramus agnoscere. Theodosius Echiniensis civitatis episcopus provinciæ Thessaliæ per interpretem dixit: Et alium libellum idem sanctissimus Stephanus metropolitanus episcopus ad beatitudinem vestram per meum direxit obsequium; quem peto ut vestris sensibus relegi censeatis. Bonifacius episcopus dixit: Libellus quem offert, susceptus a notariis recitetur. Cumque susceptus fuisset, Menas notarius recitavit:

Domino meo sancto ac beatissimo & revera venerando patri patrum & archiepiscopo atque patriarchæ Bonifacio data supplicatio a Stephano exiguo.

QUÆ antea in spe erant, & metuere ac tremere, & sanctam apostolicam vestram sedem invocare faciebant, hæc cum apprehendissent atque constringerent meam miseram vitam, amplius magis vestram beatitudinem appellare compellunt. *Ecce tempus acceptabile, ecce nunc dies salutaris.* Libera me ab inimicis meis, & a persequentibus eripe mę. etenim circumspersa est aqua mihi usque ad animam, venerabilis pater, & abyssus novissima circumdedit me. ascendat ex corruptione vita mea, sicut scriptum est. Si enim miserationes Dei non prævenerint, ego quidem opus factus sum, quale ipsi voluerunt, inimicorum meorum. Ploro autem atque lugeo, quia dum etiam ecclesiasticus ordo periclitatur. Quoniam enim secundum multam misericordiam Dei, qui hominibus peccata minime reputat, in civitate Larissa, quæ est provinciæ Thessaliæ; electus sum atque ordinatus episcopus; ex his quidam qui me elegerunt, & sæpius scriptis suis suam electionem firmaverunt, ut dignus sacerdotio judicarer, videntes mei studii esse, antiquam consuetudinem in nostris sanctis ęcclesiis revocare, separantes me apud beatissimum præsulem sanctæ regiæ urbis ecclesiæ ac-

1. Cor. 6.

A cusaverunt. Ille autem accusationem suscipiens, nihil ante discutiens de his quæ oportet requiri de episcopo accusato, continuo me ab omni ecclesiastico ministerio separavit: aliquem de religiosis clericis sanctæ suæ ecclesiæ cum literis, quas commonitorium nominant, ad provinciam Thessaliam dirigens. Et cum ista nec civilitati nec mundanis legibus conveniant, nec ordo canonum hoc fieri evidenter admittat, ut ante examinationem judicii vindicta procedat; olim quam maxime divina prędicante scriptura: *Auditum inanem ne admittas.* sed tamen cum venisset in Thessalonicam vir religiosissimus, qui præceptum deferebat, B & aliqua mecum per contentionem exercere voluisset, continuo ei dixi: apostolicam sedem, id est, vestram beatitudinem, causas nostræ provinciæ & audire cōvenit & finire. Sed regiæ Urbis sanctissimus archiepiscopus non quiescens, etiam me contra canones exhiberi præcepit. Et cum venissem conventum faciens episcoporum qui ibidem commorabantur, hoc denuo allegare non distuli, sancti ac beati capitis vestri sedem apostolicam implorans, & consuetudinem quæ usque hactenus in nostra tenuit provincia, non debere convelli: & supplicabam, ne auctoritas sedis apostolicæ, quæ uta domino nostro Iesu Christo & a sacris canonibus data est, ita & per antiquam consuetudinem servata est, in aliquo violaretur. Sed C nec a sua voluit intentionę recedere: sed assumens audientiam unum studium habuit, ut in sanctis Thessaliæ provinciæ ecclesiis dominus atque judex esse videatur. Ego igitur fluctuantem tempestatem respiciens, ad sanctum tutissimum vestrum portum confugi, & petitionem faciens, hæc ipsa suggerens ad vestram beatitudinem destinavi: supplicans, ut in me pietatem Dei & sanctæ ecclesiæ, quæ periclitantibus semper succurrit, ostendas. Sentientes autem, ut arbitror, meæ vitæ insidiatores, quia non despicitis quæ acta sunt, sed exequimini, sicut sanctitatis vestræ mos est, & ordinem sanctarum ecclesiarum vindicatis, omni conatu usi sunt, ut antequam aliqua ordinatio vestra proveniat, suam perficiant voluntatem. D Cum igitur nihil adprobatum de me fuisset, nec ulla culpa esset canonicæ ultionis digna inventa, sententiam protulerunt, & condemnantes me a sacerdotali officio suspenderunt. cum me constet non demissum fuisse pro meis plenius partibus allegare: sed & petenti aliqua meæ causæ profuture ostendera, non esse permissum. Quapropter supplicabam, ut non ante sententia diceretur, quam quæ acta sunt ad vos beatissimos referatur; ut inde vestra causæ discussio servaretur. Quod dictum magis eos adversum me amplius incitavit; putantes de sacrarum ecclesiarum regiæ urbis jure aliquid minui, quod ego apostolicam vestram sedem visus sum nominasse. Etenim E dixi, quia auctoritas sedis apostolicæ, quæ a Deo & salvatore nostro summo apostolorum data est, omnibus sanctarum ecclesiarum privilegiis antecellit: in cujus confessione omnes mundi requiescunt ecclesiæ. Sententia igitur lecta justam denuo vestram audientiam imploravi, apud quam nulla cujuslibet disceptatio vestram potest disturbare justitiam: sed timor Dei qui inest in vobis, ipse unicuique sua facit per vos jura restitui.

Arbitror

ANNO CHRISTI 531.

Arbitror autem, venerabiles, quia despicientes illi quæ olim in me gesserunt, rursus & in secundis eadem erunt acturi; & suspicor quia non usque ad hoc acquiescant; sed etiam circa corpus meæ miseriæ suas exerant inimicitias; ut me obeunte nullus possit accusator existere. Nam cum relecta fuisset sententia, mox in custodiam Dei amatoribus sacræ ecclesiæ defensoribus datus sum. Sed aliqui Deum timentes, & meam miserantes miseriam, quod essem undique destitutus, in sua fide susceperunt, multam pro me quantitatem pecuniæ promittentes, quia non recederem, sed observaturum esse in regia civitate: hunc habentes magnopere tractatum omnes qui adversum me ista concinnaverunt, ut non possim ad vestigia vestræ beatitudinis convolare, & pro Dei mandato aliquam misericordiam a vobis percipere. Deprecor igitur vos, misere mini homini humili & externato animo adjuvate me per gratiam quæ vobis a domino est conlata. Si enim & alia peccata dimittere potestatem a verbo Dei percepistis, divina dicente scriptura, quia quod in terra solveritis, hoc & in cęlis esse solutum; quanto magis habebitis potestatem in his quę adversum me acta atque decreta sunt? *Tibi enim derelictus est pauper, pupillo tu es adjutor.* quia ego ab omni humana spe derelictus esse cognoscor. *Et alia manu.* Stephanus exiguus huic supplicationi meæ subscripsi.

Matth. 16.

Psalm. 9.

Bonifacius episcopus dixit: Quæ lecta sunt ecclesiasticis indantur annalibus. Et adjecit: Quoniam diei pars major exempta est, futura sessione si qua alia superesse credis, intimare non differas.

SESSIO SECUNDA.

Post consulatum Lampadii & Orestis vv. cc. sub die v. Iduum Decembrium in consistorio beati Andreæ apostoli, præsidente venerabili viro papa Bonifacio, una cum Sabino Canosinæ civitatis, Abundantio Demetriadæ civitatis, Caroso Centumcellensis civitatis, Felice Numentanæ civitatis episcopis: residentibus etiam Sanctulo, Mercurio, Viuulo, Petro, Euentio, Albino, Urso, Petro, Epiphanio, Benedicto, Servo Dei, Gaudioso, Petro, Valentino, Renato, Florentino, Hilario, Paulo, Bacauda, Innocentio, Andrea, Gaudioso, Philippo, Crescentione, Libertino, Ianuario, Sebastiano, Cyriaco, Viuulo, Dulcitio, Ioanne, Pullione, Andrea, Bono, Laurentio, Seleucō, Rustico, Cælestino, Barbaro, Laurentio, & Redempto presbyteris: adstantibus quoque Tribuno, Agapito, Donato & Probo diaconibus; Tribunus archidiaconus dixit: Theodosius Echiniensis civitatis episcopus provinciæ Thessaliæ, sicut præterita sessione constituistis, observat: quid jubetis? Bonifacius episcopus ecclesiæ catholicæ urbis Romæ dixit; Veniat. Cum ingressus fuisset, Bonifacius episcopus dixit: Ingressus quid desiderat prosequatur. Theodosius Echiniensis civitatis episcopus provinciæ Thessaliæ per interpretem dixit: Elpidius, Stephanus, & Timotheus venerabiles episcopi fratres mei Thessaliæ provinciæ, per me offerendas sacræ beatitudini vestræ preces destinasse noscuntur; eas quoque me offerente vobis recitari præcipite. Bonifacius episcopus dixit: Hæc etiam

A chartula notarii recitatione pandatur. Cumque suscepta fuisset, Menas notarius recitavit:

Domino nostro sancto & beatissimo, & revera venerando patri patrum & archiepiscopo, Bonifacio patriarchæ, Elpidius, Stephanus & Timotheus exigui episcopi.

Necessitates quæ nos constringebant olim vestra cognovit beatitudo, & parvum componentes libellum, sanctissime pater, dudum mala quæ pertulimus, & sæviora quæ expectamus declarantes significavimus; & quia voluntati atque minis eorum qui adversus nos ista moliuntur servientes unum habent studium, ut Stephanus Dei amator episcopali privetur officio. Sed adhuc eo loquen- B te alter nuntius deteriora significans venit. Factis enim prioribus, audientes sanctissimus regiæ Urbis ecclesiæ præsul, & quæ cum eo fuerat sancta synodus, in pristina voluntate persistentes, eripuerunt a nobis Stephanum Dei amatorem pastorem [a] nostrorum & sanctæ Larissæ ecclesiæ, quæ est metropolitana civitas provinciæ Thessaliæ; condemnationis sententiam componentes sicut eis complacuit, adjecerunt: non licere eum ad Thessaliam proficisci provinciam. Sed prædictus Dei amator vir sæpius inter acta contestatus est sanctissimum regiæ Urbis præsulem, & synodum quæ cum C eo convenerat, quia non licet eos istam audientiam adsumere, & quam maxime aliquid decernere; sed apostolicæ sedis id convenire beatitudini. Illi autem contemnentes ejus contestationem, & quam maxime inde amplius incitati, immisericordem sententiam protulerunt. Illum quidem sic putaverunt a sancta nostra ecclesia removendum; jus autem in nostra provincia sibi facere præparabant: ut exemplo isto nemo audeat de sanctarum ecclesiarum nostrarum jure quidquam dicere, nec memoriam facere antiquitatis, vel eorum quę usque hactenus tenuerunt. Quia studii eorum est, ut sub ordinationem & jus sanctæ regiæ civitatis ecclesiæ nos miseros efficiant. Pro quibus omnibus lugentes die ac noctu omnium salvatori D Iesu Christo Deo nostro lacrymas fundimus, & miseram nostram prętendimus canitiem, supplicantes ne nos in manibus eorum tradi patiamini. Pro his enim & vestram appellamus beatitudinem & apostolicam sedem; & per eam ter beatum Petrum, atque sanctæ ecclesiæ primum pastorem Christum dominum nostrum audire & adorare credimus: sperantes ut miserorum hominum petitionem, quam cum anima tribulatione atque doloribus plena porreximus, minime despiciatis: sed ista congrua emendatione corrigentes, rebus istis succurrentes, remedium dare dignemini: quia *defecit spiritus noster*, sicut in psalmis dictum est ab eo, qui in angustia animi supplicabat: quatenus E Dei amator vir, qui sedis apostolicæ jus custodire contendens tanta visus est pericula sustinere, apostolica auctoritate suo restituatur officio. prospicientes in futurum, ut consuetudo sanctarum ecclesiarum nostræ provinciæ nullatenus convellatur. Quia si non Dei misericordia & vestra juvamina nos prævenerint, tertius aut quartus nuntius similia deportans veniet. quia non usque ad Stephanum Dei amatorem eorum conquiescit intentio: sed & aliis plurimis ista facient, & non ante quiescent, quam

[a] nostrum

Psal. 142.

ANNO CHRISTI 531.

quam ut ad effectum desideria sua perducant. *Et alia manu.* Elpidius exiguus episcopus sanctæ Thebanæ ecclesiæ supplicans per Ioannem presbyterum meum, quia præ dolore manus meæ subscribere non potui, me jubente subscripsit. Timotheus exiguus episcopus sanctæ Dicæsariensis ecclesiæ supplicans subscripsi. Patritius exiguus presbyter sanctæ Dei Laminanensis ecclesiæ ad regiam urbem veniens pro persona Stephani sancti episcopi mei ipso jubente supplicans subscripsi.

Bonifacius episcopus dixit: Quæ lecta sunt transcribantur. Et adjecit: Si quid est aliud suggeratur. Theodosius Echiniensis civitatis episcopus Thessaliæ provinciæ per interpretem dixit: Ex relectione libellorum vestra cognovit beatitudo quæ acta sunt contra sanctos canones, & ordinationem decessorum vestrorum. Nam constat venerandos sedis vestræ pontifices, quamvis in toto mundo sedes apostolica ecclesiarum sibi jure vindicet principatum, & solam ecclesiasticis causis undique appellare necesse sit; specialiter tamen gubernationi suæ Illyrici ecclesias vindicasse. Et nota sunt vobis omnium præcedentium scripta pontificum; veruntamen quarundam epistolarum exemplaria profero, quarum fidem fieri ex vestro nunc scrinio postulo.

Bonifacius episcopus dixit: Prolatæ epistolæ recitentur, & scriptorum fides in sedis apostolicæ requiratur scrinio. Cumque suscepta fuissent exemplaria literarum, Menas notarius recitavit.

I. *Dilectissimis fratribus Acholio, Eurydico, Severo, Vranio, Philippo, & Ioanni Damasus.*

Decursis literis dilectionis vestræ, fratres carissimi, satis sum contristatus, eo tempore quo Deo præstante hæretici iverant abjecti, nescio quos ex Ægypto venientes in postulatione contra regulam ecclesiasticæ disciplinæ alienum a nostra professione in Constantinopolitana civitate Cynicum ad sacerdotium vocare voluisse. Qui igitur is fuerit ardor animi, quam fœda præsumptio, scire non possumus. Hinc apparet inquietos homines, cum multa præsumunt, quid agere debeant ignorare. Non legerant apostolum scribentem: *Vir autem si comam nutriat, ignominia est illi.* (1. Cor. 11.) Nesciebant philosophorum habitum non convenire incessui Christiano. Non audierant monentem apostolum, (Coloss. 2.) ne per philosophiam & inanem seductionem, quam diu crediderant, spoliarentur sanæ fidei indumento. Quanta igitur hæc festinatio fuerit nescio, ut cum Christianis hic habitus displiceret, tam insolenter totum quod non decuerat ageretur. Sed quid aliud facere debuit improbitas hominum levissimorum, quam ut expulsi ecclesia, intra parietes alienos ambientem, quantum intelligi datur, inquietum hominem ordinarent? Sed hæc inimici intelliguntur esse commenta, qui hæreticis subministrat materiam detrahendi. Impletum est quod euangelicus sermo dixerat: (Matth. 15.) *Omnis*, inquit, *plantatio quam non plantaverit pater meus celestis, eradicabitur.* Hoc est quod sæpe dilectionem vestram commonui; ne fieret aliquid inconsiderate. Nescit sinceritas vestra, quod in secularibus bellis ibi major cura militum excubat, ubi hostis insistit? Si ergo nobis episcopalibus armis semper est resistendum, debemus solicite agere, ne quod Deus prohibeat, gregem Christi lupis rapacibus relinquamus. Philosophia sapientiæ secularis amica, est inimica fidei, venenum quoddam spei, bellum gravissimum caritatis. Qui ergo consensus templo Dei & idolis? (2. Cor. 6.) quæ participatio Christo & Belial? Sed fortasse dicturi sunt aliqui; Christianus erat. Huic homini qui in habitu idoli incedit, nunquam adscribendum nomen est Christiani: quia fieri non potest, ut qui hinc placere gentibus desiderat, ullum nobiscum consortium integræ fidei possit habere. Non immerito autem qui ex Ægypto venerant, notati ab omnibus discesserunt, errorem suum condemnantes, ut amputatis eius postea capillis qui non recte fuerat ordinatus, & jacturam capitis sustineret, & quod ambierat esse non possit. Recte igitur factum est, ut id quod male cœptum erat, auctoritate publica destrueretur. De cetero commoneo sanctitatem vestram, ut quia cognovi dispositum esse Constantinopoli concilium fieri debere, sinceritas vestra det operam, quemadmodum prædictæ civitatis episcopus eligatur, qui nullam habeat reprehensionem: ut Deo propitio cum integra pax catholicorum sacerdotum fuerit confirmata, nullæ deinceps dissensiones in ecclesia oriantur: ut præstante Deo quod jamdudum optavimus, cum catholicis sacerdotibus possit pax perpetua perdurare. Illud præterea commoneo dilectionem vestram, ne patiamini aliquem contra statuta majorum nostrorum de civitate alia ad aliam transduci, & deserere plebem sibi commissam, & ad alium populum per ambitionem transire. Tunc enim contentiones oriuntur, tunc schismata graviora occipiunt, cum & illi qui amiserint sacerdotem sine dolore animi esse non possunt; & illi qui alterius civitatis acceperint episcopum, etiamsi gaudeant, invidiosum sibi intelligunt fore, sub alieno se agere sacerdote. Item recitata est.

Dilectissimo fratri Acholio Damasus. II.

Ad meritum filii mei Rusticii addi aliquid amplius non potest, domine frater honorabilis. Hic enim cum habeat prærogativam officii sui, quod silentiarius sit filii nostri Gratiani Augusti; huc accedit quod gratiam Dei Romæ consecutus est; ita ut vellet munitus ad illas partes missus venire. Hunc ergo in omnibus honorificentiæ tuæ commodo quasi proprium pignus suscipere digneris: ut Deo propitio in peregrinatione constitutus intelligat se a consacerdotibus Dei & diligi & honorari. Ad literas sanctitatis tuæ plene rescripsi, non mihi placuisse, quod nescio quem Maximum ex Ægypto venientes comatum vel maxime, cujus habitus, juxta apostolum, ignominiosus esset, Constantinopoli episcopum ordinare voluissent. Rectius igitur fecerit sanctitas tua, si dederit operam, ut de cetero catholicus constituatur; cum quo nobis Deo propitio possit pax perpetua perdurare.

Item recitata est.

Dilectissimo fratri Anysio Syricius. III.

Etiam dudum, frater carissime, per Candidianum episcopum, qui nos præcessit ad dominum, hujusmodi literas dederamus, ut nulla

ANNO CHRISTI 531.

nulla licentia esset sine consensu tuo in Illyrico episcopos ordinare præsumere: quæ utrum ad te pervenerint, scire non potui. Multa enim gesta sunt illic per contentionem ab episcopis in ordinationibus faciendis, quod tua melius caritas novit. & ideo solicite agere te oportet, ne ut factum est certatim in una ecclesia, dum ordinare præsumunt indignos, veluti tres episcopos fecisse videantur. Ad omnem enim hujusmodi audaciam comprimendam vigilare debet instantia tua, Spiritu in te sancto fervente: ut vel ipse si potes, vel quos judicaveris episcopos idoneos cum literis dirigas dato consensu, qui possit in ejus locum qui defunctus vel depositus fuerit, catholicum episcopum, & vita & moribus probatum, secundum Nicenæ synodi statuta, vel ecclesiæ Romanæ clericum de clero meritum ordinare. Item recitata est.

IV.

Dilectissimo fratri Anysio Innocentius.

CUM Deus noster Christus sanctæ memoriæ virum Anastasium episcopum, licet celeriter, ad se vocare dignatus sit; computans ejus merita tanta esse ac talia, ut jam excederent conversationis humanæ consortium sæculumq; illud, præ vitæ puritate & abundantia doctrinæ, qua populum Dei toto ecclesiasticæ auctoritatis rigore regebat: ne ejus ecclesia aliquantulum sine rectoris gubernaculo remaneret, statim pro sua misericordia consentientibus sanctis sacerdotibus omnique clero ac populo cum pace, quam Deus ecclesiæ suæ rediens ad cælum donare dignatus est, ordinatum me in ejus locum, frater carissime, par fuit recognoscere; primitiasque meas non nisi viro optimo, atque in Deo semper fideliter laboranti, celeriter nuntiare. Cui etiam anteriores tanti ac tales viri prædecessores mei episcopi, id est sanctæ memoriæ Damasus, Siricius, atque supra memoratus vir ita detulerunt, ut omnia quæ in illis partibus gererentur sanctitati tuæ, quæ plena justitiæ est, traderent cognoscenda, meam quoque parvitatem hoc tenere judicium, eamdemque habere voluntatem te decet recognoscere. Neque enim fas erat, ut aut ego contra tantorum bonorum virorum judicium venire tentarem, quorum in locum successisse digne-scor; aut tuo merito, cui præclari viri tantam gratiam auctoritatis hujusce contulisse videntur, aliquid derogari videretur. Præ me itaque fero, ut hoc ipsum etiam meæ parvitati reservatum recognoscam, ut pari judicio similique forma & bonis adæque & tuæ caritati id tribuam quod mereris. Item recitata est.

V.

Dilectissimo fratri Rufo Innocentius.

LECTISSIMO & gloriosissimo Moysi ita in Israel liberando regendoque dominus cuncta commisit, ut consilium soceri Iothor sequendum ei manifesta sub relatione mandaret: videlicet, ut constitueret viros gradu dignitatis judiciariæ suppares, qui causarum multitudines pro loco sibi credito inter populos definirent, ipso maxime vel etiam divinis consolationibus vacaturo. Nec aliter apostolorum forma promulgata est, quam ut ipsi principes euangelii constituti ceterarum rerum causas necessitudinesque suis discipulis curandas obeundasque mandarent. Ita denique tota miseratione mirabilis Paulus Tito quæ curet apud Cretam, Timotheo quæ per Asiam disponat commisit, ut sacrarum epistolarum lectione cognoscimus. Divinitus ergo hæc procurrens gratia ita longis intervallis disterminatis a me ecclesiis discat consulendum, ut prudentiæ gravitatique tuæ committendam curam causasque si quæ exoriantur per Achaiæ, Thessaliæ, Epiri veteris, Epiri novæ, & Cretæ, Daciæ Mediterraneæ, Daciæ Ripensis, Mœsiæ, Dardaniæ & Prævali ecclesias Christo domino annuente censeam. Vere enim ejus sacratissimis monitis lectissimæ sinceritatis tuæ providentiæ ac virtuti hanc injungimus solicitudinem: non primitus hæc ita statuentes, sed præcessores nostros apostolicos imitati; qui beatissimis Acholio & Anysio injungi pro eorum meritis ista voluerunt. Iustissimum est enim ita benemeritos honoribus decorari, ut arrogantes necessarium videtur obtundi. Placet ergo in bonis præmium, & in minus bonis censio: sic enim & iste corrigitur, & ille nobilitatur. Arripe itaque, dilectissime frater, nostra vice per suprascriptas ecclesias, salvo earum primatu, curam; & inter ipsos primates primus, quicquid eos ad nos necesse fuerit mittere, non sine tuo postulent arbitratu. Ita enim aut per tuam experientiam quicquid illud est finietur; aut tuo consilio ad nos usque perveniendum esse mandamus. Licitum autem & apostolicæ sedis favore permissum tuæ fraternitati cognosce, ut cum aliqua ecclesiastica ratio vel in tua vel in memoratis provinciis agitanda cognoscendaque fuerit, quos velis episcoporum socios quibuscumque de ecclesiis assumas tecum, quorum & fide & moderatione quicquid necessitas causave flagitaverit, optimus dirigas arbiter, & præcipuus, quippe a nobis lectus, definias intercessor. Omnem sane instructionem chartarum in causa archivorum cum presbytero Senecione, viro admodum maturo, fieri jussimus. Itaque & ex priore nostra epistola, & ex his chartulis bene recensens quid agere debeas recognosce. Nam voluntatem hanc nostram per unamquamque provinciam satis ut decebat literis manifestavimus. Data xv. Kalend. Iul. Honorio IX. & Theodosio V. Augustis Coss. " Item recitata est. " Anno Christi 412.

VI.

Dilectissimo fratri Rufo Bonifacius.

BEATUS apostolus Petrus, cui arx sacerdotii dominica voce concessa est, in immensum gratulationis extollitur, quotiens pervidet, concessi sibi honoris a domino intemeratæ se pacis filios habere custodes. Quid enim gaudio debeat majore pensare, quam quod agnoscit acceptæ potestatis inlæsa jura servari? Vere namq; immobile requirit a diversis destinata super negotiis quibusque consultatio fundamentum, quæ ejus consulit sedis arcanum, quam côstat dignatione petræ spiritalis elatam. Frequentia igitur, ut scrinii nostri monumenta declarant, ad caritatem tuam ex ejus fonte scripta manarunt, quibus solicitudinem ecclesiarum per Macedoniam & Achaiam sitarum fraternitati tuæ, quam scimus ecclesiasticam disciplinam canonum notione servare, certum est esse commissam. Nec immerito id ducimus factum. Hanc enim gratiam dilectioni tuæ apostolica sedes officio diligentis impertit. Vnde fit ut sanctitatem tuam gnaram faciamus hujusce negotii, quod ex ea provincia auribus nostris ingeritur destinatum, cujus pru-

ANNO CHRISTI 531.

prudentiæ tuæ dudum cura mandata est. Corinthii enim olim beati Pauli prædicatione laudati, quorum preces subdendas magis credidimus esse quam narrandas, Perigenem, sicut jamdudum a sancta synodo super ejus nomine pagina directa testatur, sanctum & instituti optimi qualitate pollentem, civitatis suæ non tam accipere, quam retinere desiderant sacerdotem. Cujus ordinationis seriem si integro ordine exponendam putavero, fiet necesse est ejus laudis augmentum; & huic nimirum proficiet, si faciamus vel ordinati recto tramite mentionem. Quis enim dubitet ejus meritis deputari? quis renuit judicii fuisse divini, ideo hunc a Patrensibus in tempore non esse susceptum, & diu super præmissa ecclesia magna deliberatione suspensum, ut hujus ovilis pastor fieret, in cujus caulis suam a cunabulis transegisset ætatem? Iudicia Dei abyssus multa; quod congrue aptamus exemplum: & nemo crederet, quod in ordinatoris aliquando locum subrogari posset, quia fuerat ab aliis ordinatus. Non ambigo cælestis tunc istud fuisse sententiæ, qua vel consensu qui illic auctoritatem sedis apostolicæ præsentabant, eum in nostrorum numerum recipimus: & in eos necesse est vigorem censuræ, qui contra nostrum factum post hæc nescientibus nostris incitare dicuntur populos, si perstiterint, exeramus. Quod quidem & dilectionem tuam in eos ex nostra præceptione facere volumus; ut eorum licentiam, quibus nihil tale commisimus, refrenemus.

Psalm. 35.

Item recitata est.

VII.

Dilectissimo fratri Rufo Bonifacius.

CREDEBAMUS post epistolas nostras pro ecclesiasticæ disciplinæ observatione transmissas, omnibus aditum præsumptionibus præcludendum, cum ad consultationem dilectionis tuæ præbuissemus debitum pro causarum æstimatione responsum; constituentes ea debere servari, quæ ecclesiastica exigit disciplina. Sed quantum nunc tuæ sanctitatis nobis relatio patefecit, apud plerosque valuisse quod scripsimus, apud quosdam autem admonitionem nostram inefficacem cognovimus fuisse. Nec hoc fraternitati tuæ possumus imputare, cum te anxium pro commissa tibi ecclesiarum solicitudine & rebus & literis sentiamus. Vigilantiæ tuæ laudamus industriam; qui ne videaris tibi commissa negligere, id non prætermittis literis indicare, quod sedis apostolicæ debeat censura corrigere: hunc te Dei nostri habere professus timorem, quem prudentissimo inesse convenit sacerdoti; qui tunc tibi esse poterit gloriosus, si ea quæ curæ tuæ commissa sunt prodesse ecclesiis fuerimus experti. Intuetur enim te, ut epistolis tuis ipse fideliter es locutus, beatissimus Petrus apostolus oculis suis, qualiter summi rectoris utaris officio. Nec potest tibi esse non proximus, qui pastor dominicarum ovium est perpetuus constitutus; aut aliquam ubivis positam ecclesiam non curare, in quo universalis ecclesiæ positum legimus fundamentum. Te ergo, frater carissime, omnis cura respectat earum ecclesiarum, quas tibi vice sedis apostolicæ a nobis creditas recognosces: ut & prava corrigas, & dissipata componas; & si quæ inter episcopos eveniant causæ, sub divini judicii timore "distin-

n distringas.

guas: ut creditis tibi a sede apostolica gubernaculis contra omnes fluctus nascentium procellarum juste & prudenter utaris. In notitiam singulorum, ad quos ante jam scripsimus quem deberent tramitem custodire, nostras te epistolas pertulisse dixisti: quibus debitum se commodare consensum plurimi sacerdotum sacrarum traditionum memores sunt professi. quos fraterna caritate complexi tales esse cognoscimus coepiscopum nostrum Adelfium, vel fratrem Perigenem; cui beati sermo concilii jamdudum adstipulator accessit, ad episcopatus speculam jam vocabat Dei inquam sententia; cujus beneficia sæpe credimus esse contraria, & in adversum vertimus, quæ post recognoscimus profuisse. Tristis absque dubio coepiscopus noster Perigenes fuit, cum eum nemo susciperet ordinatum. Nonne huic hoc expediens erat, ut hunc civitate sua Patrenses populi unitæ voce contradictionis arcerent? Sed quanto inclinatus fuit, cum eum ordinatum nemo suscepit, tanto sublimior nunc est, cum a suis poscitur, qui ab externis fuerat refutatus. Evidens enim Dei manifestumque judicium, qui eum id temporis voluit præstolari, quo mereretur huic ecclesiæ præsidere, in qua & natus adscritur & renatus. Frater carissime, quoniam prudentiæ tuæ injunctorum vel delegatorum pondus incumbit, petitionis supplicum vel diligentiæ tuæ electæ jamdudum vel vicinitatis ratione perspectat. Quam quidem petitionem non absque admiratione perlegimus, propterea quod tuis epistolis privaretur. Omnibus eo quem res exigunt ordine celebratis, aliqua ad nos scripta transmittas. Nolumus enim coepiscopo Perigeni nostram paginam destinare, priusquam tuas accipiamus epistolas, cujus ordinationi videntur omnia delegata. Accelerabis id agere propter desiderium postulantium. Melius enim nosse dignaris, eos in hanc precem sola ut arbitror erga religionem devotione fervere: maxime cum irreprehensibiliter eum asserant per annos innumeros in presbyterii honore durasse, & non indebito saltu, sed ad summum gradatim venisse fastigium. Cui ad plenitudinem confirmationis episcopatus sui hoc solum residet, quod nostros in honore suo necdum suscepit affatus. Intelligere autem tuam non ambigo caritatem hoc non absque admiratione, quod & huic videmur nostram paginam non misisse, & supplicibus præbuisse responsum. actum a nobis est, ut & apostolicæ sedis auctoritas, & dilectionis tuæ honorificentia servaretur. Data XIII. Kal. Octobr. Monaxio v. c. Cons." Item recitata est.

" Anno Christi 419.

VIII.

Dilectissimo fratri Rufo Bonifacius.

RETRO majoribus tuis super provinciis apostolicæ sedis injunctum diligenter a tua caritate debet impleri. Causæ etenim ecclesiarum per eas provincias positarum pervigili sunt circumspectione curandæ. Ita quippe vice sua beatus apostolus Petrus ecclesiæ Thessalonicensi cuncta commisit, ut intelligat se solicitudinem manere multorum: quam minorem facere nova, quæ vires habere non possunt, tentamenta non debent. Non est enim eorum cedendum studiis, quos novitas rerum, & indebitæ desiderium dignitatis accendit: sed elaborandum est, & Deo nostro favorem præstante

ANNO CHRISTI 531.

præstante certandum, ut quisquis contra licitum nititur, sibi per omnia recognoscat occursum. Quapropter, frater carissime, fretus jamdudum a te auctoritate suscepta, contra inimicas turmas idoneus Dei nostri miles armare. Nihil hic timebis dubii, nihil incerti formidabis eventus. Habes beatum apostolum Petrum, qui ante te pro sua possit vi repugnare. Nolo perturbatione maris conciti terrearis. Fidem quippe quam in arcano tui pectoris portas, omnibus rebus certum est esse majorem. In nullo te turbo, in nullo penitus procella vexabit. Non patitur ille sedis suæ perire privilegium te laborante piscator. Omnis tumor fluctuum, omnis procella cessabit, eo favente nisibus tuis, cui soli mare pervium fuit. Aderit nimirum, & violatores canonum atque ecclesiastici juris inimicos Deo auctore compescet, qui talium mentium semper vota frustratur. In ceteros etiam contumaces jus concessæ potestatis exerce. Nullum etenim locum vides a nobis otiosum relictum. Ad Thessalos comminationis & correptionis plenas literas misimus. Ad synodum quæ dicitur illicite congreganda de causa fratris nostri & coepiscopi Perigenis, cujus scripsimus statum nulla posse penitus ratione turbari, talia scripta dieximus, quibus universi fratres intelligant, primo convenire se citra tuam conscientiam minime debuisse; deinde, de nostro non esse judicio retractandum. Numquam etenim licuit de eo rursus quod semel statutum est ab apostolica sede, tractari. In qua pagina nostra ut condecuit honorem debitum tuæ servavimus sanctitati, sicut ejus caritas tua lectione cognoscet. Perrevii autem coepiscopi nostri negotium, cujus nobis libellus ab eodem destinatus fecit indicium, cui consacerdotes sui molesti nimis esse dicuntur, ita ut eum ecclesia sua crederent esse pellendum, diligenter audire tuam volumus caritatem; conventis supradictis coepiscopis nostris, quorum se vim sustinere deplorat. Tunc demum, ut intelligant si quid a se factum est contra consuetudinem prius esse cassandum, omnibus vestigatis ad nos tua caritas referre maturet, quatenus probatum a tua fraternitate judicium sententia nostra valeat roborari. Sane in epistola Thessalis fratribus destinata id a nobis scriptum volumus recognoscas, Pausianum, Cyriacum atque Calliopum a nostra communione penitus summovendos: ita ut remedium solum interventionis tuæ gratiam se habere cognoscant. Maximum autem, quem male tua caritas retulit ordinatum, in totum sacerdotii censemus honore privandum. Tuæ caritatis est Severum apostolicæ sedis notarium, animis acceptissimum nostris, de nostro proprio latere destinatum, peractis omnibus tota celeritate dimittere, ut gestarum ordinem rerum eodem festinius revertente noscamus. Datæ v. Idus Martias, Honorio XIII. & Theodosio x. Augustis Coss." (" Anno Christi 422)

Item recitata est.

IX. *Dilectissimis fratribus universis episcopis per Thessaliam constitutis Bonifacius.*

Nicol. I. ep. 8.

INSTITUTIO universalis nascentis ecclesiæ de beati Petri sumpsit honore principium, in quo regimen ejus & summa consistit. Ex ejus enim ecclesiastica disciplina per omnes ecclesias religionis jam crescente cultura, fonte manavit. Nicenæ synodi non aliud præcepta testantur, adeo ut non aliquid super eum ausa sit constituere, cum videret nihil supra meritum suum posse conferri: omnia denique huic noverat domini sermone concessa. (Anno Christi 531 Ibidem. ep. 42.) Hanc ergo ecclesiis toto orbe diffusis velut caput suorum certum est esse membrorum: a qua se quisquis abscidit, fit Christianæ religionis extorris, cum in eadem non cœperit esse compage. Audio episcoporum quosdam apostolico jure contempto novum quippiam contra Christi proprie præcepta tentare, cum se ab apostolicæ sedis communione, & ut dicam verius potestate separare nituntur; eorum petentes auxilium, quos ecclesiasticarum sanctio regularum majoris esse non dedit potestatis. Leguntur etenim præcepta majorum; & quibus in ecclesias juris aliquid dederint invenimus. Iam temerator est ecclesiasticæ disciplinæ quisquis in ejus leges, cum sibi nihil debeatur, irrepit; ea sibimet vindicando, quæ sibi a patribus negata videantur. Accipite ergo admonitionem & correptionem nostram, ex quibus unam pontificibus, alteram diffidentibus exhibemus. Nam ideo ait apostolus: *Quod vultis, in virga veniam ad vos, an in caritate, & in spiritu mansuetudinis?* (1. Cor. 4.) Scitis enim beato Petro utrumque possibile; id est, in mansuetudine mites, in virga superbos arguere. Ergo servate honorem debitum capiti: quia nolumus ut intra se membra decertent, ita ut tendatur eorum ad nos usque certamen: dum fratrem & coepiscopum nostrum Rufum dignum ducitis contemptu; cui nihil novum auctoritas nostra concedit, sequens priorum gratiam, qua huic cura ecclesiarum sæpe videtur injuncta. Quod factum ita intemeratum servari volumus in futurum, sicut a patribus hujus dispositionis forma servata est. Non decet fratres alterius dignitate morderi. Certe si in quoquam ejus supra debitum fuit visa correptio; quoniam ideo tenet sedes apostolica principatum, ut querelas omnium licentes acceptet; interpellari nos super hoc missa legatione convenerat, quos curam omnium rerum manere videatis. Cesset novella præsumptio. Nemo audeat sperare quod non licet. Nullus ea quæ sunt a patribus gesta, & per tantum temporum custodita, remerare contendat. Ordinationi nostræ pareat, quisquis se episcopum recognoscit. Episcopos per Illyricum citra conscientiam coepiscopi nostri Rufi nullus ordinare præsumat. *Et cetera.* Data v. Idus Martias, Honorio XIII. & Theodosio x. Augustis Coss." (" Anno Christi 422)

Item recitatum est,

Dilectissimis fratribus Rufo, & ceteris episcopis per Macedoniam, Achaiam, Thessaliam, Epirum veterem, Epirum novam, Prævalin, & Daciam constitutis Bonifacius.

MANET beatum apostolum Petrum per sententiam dominicam universalis ecclesiæ ab hoc solicitudo suscepta: quippe quam euangelio teste in se noverit esse fundatam: nec unquam ejus honor vacuus potest esse curarum; cum certum sit summam rerum ex ejus deliberatione pendere. Quæ res animum meum usque ad orientis loca, quæ per ipsam solicitudinem quodammodo videmus, extendunt. Inde-

ANNO CHRISTI 531.

A Indesinenter enim ab unoquoque illinc veniente percontor de pace fratrum; id est, de quiete pontificum, quæ solet quotiens diabolus huic invidet, alicujus præsumptione turbari. Cum igitur ad nos ordine suo cuncta servari fama nunc usque detulerit, vehementer mirati sumus ejus rei stupentes, ut poscebat ratio relatorum, quam injuriam Patrum intentio nouella tentavit. Certo enim cognovimus indice, apud Corinthum, quod exagitati dicimus, synodum congregandam, super ejus discutiendo statu, quem Corinthiis apostolica sedes examinatis omnibus atque discussis constituit sacerdotem: secuta Dei voluntatem, quæ hunc ipsum, quantum docetur dilationi- B bus temporum, ejus ovilis in quo creverat, & cui creverat, voluit esse pastorem. Cujus ordinationis si vestra esset caritas ignara, libenter ab origine sua quæ sunt in præterito de eo gesta retexerem; ut his quorum aspectus negotii ejus non per ignorantiam, sed per studium involvit obscurum, manifestatione clareret, sententiam de eo specialiter fuisse divinam; qua, ut diximus, ecclesiæ Corinthiorum velut alumnum suum judicium cæleste servavit. Quam rem omnium civium & clericorum a nobis oppido postulavit adsensus. Nec tamen id abrupte præceptio nostra constituit; sed ut ecclesiastica disciplina poscebat, diligentius fratrem & coepiscopum nostrum Rufum negotii jussi- C mus interiora rimari, & petitionis summam sua de proximo moderatione pensare, ut nihil immaturum ab hac sede fieri videretur, quæ aliorum præsumptiones sæpe compressit. Ad nos post aliquanti temporis spatium super hoc prædicti episcopi nostri quæ præmissis desideriis convenirent, scripta venerunt: quorum evidentissimam rationem secuti, dedimus hunc ecclesiæ illius esse pontificem, in qua per singulos honorum gradus præteritam quoque transegisset ætatem. Quam ad rem faciendam memorato episcopo mea directa secunda protinus, quæ presbyterio universo complacuit, auctoritatem mandavi: retro majores secutus, D qui ecclesiam Thessalonicensem sibi semper familiarem, & in collegii caritate famulantem, dignam, sicut fides adserit scriniorum, hoc honore duxerunt. Quem fratri Rufo apostolicæ etiam imposterum gratia sedis indulget; sequax domini, qui exaltat humiliatos, & humiliat semper elatos; dum illis gratiam tribuit, his resistit. Quantum est ergo humilitatis munus, quod gratiæ divinæ lance pensatur? & quanta est pœna superbiæ, cui proprie totjus mundi dominus & rector obsistit? Melius autem fraternitati vestræ intelligendum relinquo, quis humilitatis, & quis superbiæ sit magister. Sed absit hoc a domini sacerdotibus, ut in hunc aliquis eorum cadat reatum, ut nova quid- E piam usurpatione tentando inimica sibi faciat scita majorum: æmulum se illum specialiter habere cognoscens, apud quem Christus noster sacerdotii summam locavit. In cujus contumeliam quisquis insurgit, habitator cælestium non poterit esse regnorum. *Tibi*, inquit, *dabo claves regni cælorum*: in quæ nullus sine gratia janitoris intrabit. *Tu es*, inquit, *Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.* Quicumque igitur cupit etiam ante Deum nostrum sacerdotii dignitate censeri, quoniam ad Deum Petro suscipiente pervenitur, in

Matth. 16.

quo ecclesiam, sicut supra memoravimus, universalem certum est esse fundatam, debet esse mitis & humilis corde: ne incipiat discipulus contumax illius, cujus superbiam imitatus est, pœnam subire doctoris. Congregatur ergo, ut redeamus ad causam hujus injuriæ, synodus cujus dilecto consultum semper superhabens concilii recognoscat arcanum: & fiet, quod quidem fieri per regulas omnino non poterit, fratris & coepiscopi nostri Perigenis honor dubius & incertus, quem in sede ecclesiæ supradictæ nostra sententia conlocauit. Quis ergo hunc rudis & peregre fortasse nunc demum rediens accusator incessit? Quis certe antistitum, ut fratrum conveniret turba præcepit, lectis epistolis nostris? Quoniam locus exigit, si placet recensere canonum sanctiones; reperietis quæ sit post ecclesiam Romanam secunda sedes, quæve sit tertia. A quibus ideo ita rerum videtur ordo destructus, ut se ecclesiarum pontifices ceterarum sub uno tamen eodemque sacerdotio habere cognoscant, quibus caritate servata propter ecclesiasticam disciplinam debeant esse subjecti. Et quidem hæc sententia canonum a vetustate duravit, & nunc usque Christo nostro favente perdurat. Nemo unquam apostolico culmini, de cujus judicio non licet retractari, manus obvias audacter intulit. nemo in hoc rebellis extitit, nisi qui de se voluit judicari. Servant ecclesiæ magnæ prædictæ per canones dignitates, Alexandrina & Antiochena, habentes ecclesiastici juris notitiam. Servant, inquam, statuta majorum in omnibus deferentes, & ejus vicissitudinem recipientes gratiæ, quam se in domino, qui pax nostra est, nobis debere cognoscunt. Sed quia res postulat, approbandum documentis est, maximas orientalium ecclesias in magnis negotiis, in quibus opus esset disceptatione majore, sedem semper consuluisse Romanam, & quotiens usus exegit ejus auxilium postulasse. Sanctæ memoriæ Athanasius & Petrus Alexandrinæ sacerdotes ecclesiæ, hujus sedis auxilium postularunt. Cum Antiochena ecclesia per multum temporis laboraret, ita ut fierent illinc propter hoc ipsum sæpe discursus, primo sub Meletio, postea sub Flaviano, apostolicam sedem manifestum est esse consultam. ad cujus auctoritatem post multa quæ ab ecclesia nostra gesta sunt, nemini dubium est Flavianum communionis gratiam recepisse; qua in perpetuum caruerat, nisi hinc super hoc scripta manassent. Clementissimæ recordationis princeps Theodosius Nectarii ordinationem, propterea quia in nostra notione non esset, habere non existimans firmitatem, missis e latere suo aulicis cum episcopis, formatam huic a sede Romana dirigi regulariter depoposcit, quæ ejus sacerdotium roboraret. Ante breve tempus, id est, sub prædecessore meo beatæ recordationis Innocentio, orientalium ecclesiarum pontifices dolentes se a beati Petri communione sejunctos, per legatos pacem, sicut caritas vestra retinet, poposcerunt. Quo tempore apostolica sedes omnia non difficulter indulsit: illi parens magistro, qui ait: *Si cui autem aliquid donastis, & ego, nam & ego si quid donavi propter vos in persona Christi: ut non possideamur a satana non enim ignoramus versutias ejus*; id est, quia semper dissensione lætatur.

Nicol. 1. ep. 8.

2. Cor. 2.

Nicol. 1. ep. 42.

Quoniam

ANNO CHRISTI 531.

Quoniam igitur ad probandam veritatem arbitror quæ diximus, fratres carissimi, exempla sufficere, quamvis plura vestri notione teneantur; absque fraternitatis injuria conventui vestro volumus his literis obviatum; quas a nobis per Severum apostolicæ sedis notarium, animis acceptissimum nostris, e nostro latere destinatum videatis esse directas: convenientes ut condecet fratres, ne quis volens in nostra communione durare, fratris & consacerdotis nostri Perigenis iterum ad discutiendum in medium nomen adducat. cujus sacerdotium apostolus Petrus semel jam Spiritus sancti suggestione firmavit; nihil huic relinquens imposterum quęstionis, cui dum constitueretur a nobis, per ejus temporis spatium quo vacavit, nihil omnino constet objectum. Cesset accusatio, cujus invidiam probamus auctorem. Solvatur machina falsitatis in eum compositæ, quia ad sacerdotium Dei nostri & omnium bonorum favore pervenit. Sane quoniam servandus accusatori locus est, ne audentiam penitus incitare videamur, si quid ab eodem postquam episcopus nostris est auctoritatibus constitutus, contra disciplinam & propositum sacerdotii fertur admissum, coepiscopus noster Rufus, cui ad vicem nostram cuncta committimus, cum ceteris fratribus quos ipse delegerit, negotium curabit audire; ad nostram relaturus omnia notionem, quæcumque cognitioni ejus rerum cursus & ordo monstrarit. Illud etiam, quoniam auctoritas nostra commonitione solita vacare non debet, hortamur, & repetito sæpius sermone præcipimus, ut in omnibus huic viro obedientiam dispositionibus commodetis. Nullus, ut frequenter diximus, alicujus ordinationem citra ejus conscientiam celebrare pręsumat: cui ut supradictum est, vice nostra cuncta committimus. Sibi certe hujus præsumptionis auctores imputabunt imposterum, cum se viderint apostolicæ caritatis extorres. Data v. Idus Martias, Honorio XIII. & Theodosio X. AA. Coss." (Anno Christi 422)
Item recitatum est,

XI. *Exemplar epistolæ piissimi imperatoris Honorii ad Theodosium Augustum.*

OMNIBUS quidem causis in quibus nostrum postulatur auxilium, intercessionem apud aures tuæ clementiæ negare non possumus: sed his majorem necessario curam studiumque debemus, quibus sanctæ sedis apostolicæ desideria continentur. Nam cum favore divino nostrum semper gubernetur imperium, procul dubio illius urbis ecclesia speciali nobis cultu veneranda est, ex qua & romanum principatum accepimus; & principium sacerdotium. Si quidem nihil aliud a pietate nostra postulaverit missa legatio, nisi quod Catholicæ fidei disciplinæ & æquitati concordet. Petit enim ut hæc privilegia, quæ dudum a patribus constituta usque ad tempora nostra servata sunt, inconcussa perdurent. In qua parte perspicit serenitas tua, nihil vetustis decretis, si quæ canonum conscripta sint regulis, penitus derogandum; nec tot jam seculorum reverentiam novellis præjudiciis sauciandam domine. Unde majestas tua recensitis nostræ pietatis affatibus, Christianitatis memor, quam pectoribus nostris misericordia celestis infundit, universis remotis, quæ diversorum episcoporum subreptionibus per Illyricum impetrari dicuntur; antiquum ordinem præcipiat custodiri: ne sub principibus Christianis Romana perdat ecclesia, quod aliis imperatoribus non amisit.
Item recitatum est,

Rescriptum Theodosii Augusti ad Honorium Augustum. XII.

DIGNUM meretur judicium, quisquis perennis principis affatus ad nostram videtur deferre clementiam, domine sancte pater, Auguste venerabilis; tum præcipue Christianæ religionis intuitu, quæ venerandis sensibus majestatis tuæ ita infusa est, ut per nostra corda latius porrecta servetur. Deus enim auctor ideo præsules fecit Christianorum principum posteros, ut omni subreptione frustrata, id quod a majoribus nostris constitutum est, reservetur. Et quanquam non solum in his quæ divina suffragia incorrupta servarunt, affatus perennitatis tuæ a nobis observentur affectu celeri omnique veneratione suscepta, tum præcipue hæc res; quia seculi totiusque regni nostri sospitatem illius inclitæ urbis nomen hactenus servat. Unde omni supplicantium episcoporum per Illyricum subreptione remota statuimus observari, quod prisca apostolica disciplina & canones veteres eloquuntur. Super qua re secundum formam oraculi perennitatis tuæ, ad viros illustres præfectos prætorii Illyrici nostri scripta porreximus, ut cessantibus episcoporum subreptionibus antiquum ordinem specialiter faciant custodiri: ne venerabilis ecclesia sanctissima urbis privilegia a veteribus constituta amittat, quæ perenne nobis sui nominis consecravit imperium.
Item recitata est.

Dilectissimis fratribus Perigeni, Dynato, Basilio, Sapio, Paulo, Æternali, Sabatio, Juliano, & Senecioni episcopis per Illyricum Cælestinus. XIII.

INTER ceteras curas & diversa negotia, quæ ad nos ex cunctis veniunt semper ecclesiis, propensiorem nos etiam vestri sollicitudinem gerere, & ex decretorum nostrorum sanctione discetis, & ipsarum qualitate causarum poteritis advertere. Nunc tamen Dyrracenæ provinciæ causa nos monuit; ubi quorundam accusantium factione frater & coepiscopus noster Felix, si non nostra intervenisset diligentia, fuisset oppressus. Nec nova hæc sedi apostolicæ cura de vobis est, statutum nostris sæpius experimentum hoc, quod nos agimus, Thessalonicensi ecclesiæ semper esse commissum ut vobis vigilanter intendat. Facile disciplinæ subdi se patitur, qui ipsam ut condecet amplectitur disciplinam. Ita enim ordinatio cuncta se habet, ut majoribus ea quæ sub his esse docentur, obediant: & in hoc gradu regularum cuncta vertuntur. Nosque præcipue circa omnes cura constringimur, quibus necessitatem de omnibus tractandi Christus in sancto Petro apostolo cum illi claves aperiendi claudendique daret, indulsit; & inter apostolos suos, non qui altero esset inferior, sed eum maxime qui esset primus legit. Dominentur nobis regulæ, non regulis dominemur: simus subjecti cum canonum præcepta servamus. Sunt culpæ aliquantæ non leves, quæ illis innatæ provinciis ad nos cum

ANNO CHRISTI 531.

ſimus longius, non poſſunt pervenire; aut jam ſemotis omnibus non ita ut ſunt acta interpoſito temporis ſpatio perferuntur: quas omnes nos interceſſione fratris & coepiſcopi noſtri Rufi, cujus experientiam comprobatam eſſe in cauſis omnibus & vitæ actibus liquet, volumus reſecari. Cui vicem noſtram per veſtram provinciam noveritis eſſe commiſſam: ita ut ad eum, fratres cariſſimi, quicquid de cauſis agitur referatur. Sine ejus conſilio nullus ordinetur, nullus uſurpet eodem inconſcio commiſſam illi provinciam. colligere niſi cum ejus voluntate epiſcopos non præſumant: per eum etiam ad nos ſi quid eſt referatur. Sed hac præceptione cognoſcent & eum, qui refragandum noſtræ auctoritati vel illius crediderit juſſioni, a fraternitatis cœtu cum ipſe ſeparet; ſegregandum. Item recitata eſt,

XIV. *Dilectiſſimo fratri Perigeni Xyſtus.*

GRATVLARI potius quam conqueri deberemus de tuæ fraternitatis actibus, cum tibi apoſtolicæ ſedis auctoritas in ipſis tuæ ordinationis initiis, quod te ſemper meminiſſe oportet, adfuerit, Sed ut noſtrum eſt, non iſta retexere, ita tuæ convenit fidei, retinere. Nunc aliqua incitare voluiſſe cognovimus. Sed hæc, cum rès per noſtrorum præſentiam, quos vice noſtra ad eas partes propter has cauſas direximus, ſopitæ ſint, præterimus. Nam & ſanctos fratres noſtros Martianinum preſbyterum idem & diaconum Lollianum egiſſe credas, quod & utilitatibus tuis, & ſedis apoſtolicæ auctoritati congrueret. Et idcirco nunc ad fraternitatem tuam nil tale ſcripſimus, quo tibi triſtitiam generemus; quia malumus correctione pacifica id quod tentatum fuerat aboleri. Nunc ergo, frater cariſſime, admonitus noſtris epiſtolis per fratrem & coepiſcopum noſtrum Lucam, qui ad vos ſola caritatis gratia provocatus advenit, ſancto fratri & coepiſcopo noſtro Anaſtaſio Theſſalonicenſis urbis antiſtiti eam ſervato reverentiam, quam ceteri quoque pontifices per Illyricum conſtituti, erga prædicti dignitatem reſervare non abnuunt. Cum ſciamus nihil novum illi a nobis fuiſſe conceſſum; ſed id quod ejus deceſſoribus noſtri deceſſores detulerant, habita conſideratione diſciplinæ eccleſiaſticæ conſtitutum. Tua enim magis intereſt, ut huic plurimum deferatur eccleſiæ, quæ tibi tantum honoris contulit, ut pro te contra eos qui tibi tunc æmuli fuerant, repugnaret.

Item recitata eſt,

XV. *Dilectiſſimis fratribus univerſis epiſcopis ſynodo apud Theſſalonicam congregandis Xyſtus.*

SI quantum inſervitur legibus & principum conſtitutis, quæ ſunt temporalia & mutantur, & ſæpe ſæpius abolentur, tantum divinis legibus æterniſque mandatis obedientiæ præſtaremus, eſſemus profecto ſummæ beatitudinis compotes, & mundanæ vexationis moleſtias vitaremus, illo rectore vel præſule, qui ſubinde ſubvenire cupiens cotidianis vocibus clamat: *Convertimini ad me, & convertar ad vos.* (Zach. 1.) *Inter cetera & ad locum.* Nos fratri & coepiſcopo noſtro Anaſtaſio tantum tribuimus, quantum deceſſoribus ipſius a noſtris deceſſoribus attributum. Priorum judicium ſequimur, hæc conſtituendo, quæ ab his novimus conſtituta: quia & ipſum hujus probamus meriti, cujus fuerunt illi, qui talia meruerunt. Nullus obviet ſalubribus conſtitutis: nullus præceptionibus his reſultet. Habeant honorem ſuum metropolitani ſingularum, ſalvo hujus privilegio, quem honorare debeant amplius honorati. In provincia ſua jus habeant ordinandi; ſed hoc inſcio vel invito, quem de omnibus volumus ordinationibus conſuli, nullus audeat ordinare. Ad Theſſalonicenſem majores cauſæ referantur antiſtitem. Ipſum major cura reſpectet, eos qui ad epiſcopatum vocantur diſcutiendi ſolicitius, & probandi. Ipſe optimos ſolertiſſimoſque de veſtro numero eligat, quos negotiis ſecum adſciſcat arbitros; aut ſine ſe tribuat, qui in diſceptationem miſſa componat. Noverit Corinthius epiſcopus ſibi licentiam poteſtatis liberæ minime tribuendam, ſi huic voluerit eccleſiæ reſultare, quam ſibi noverit profuiſſe. Cui neceſſe eſt nos quoque ſi quid tentare voluerit, obviare; qui præteritorum quæ illi per nos præſtita ſunt memores ſumus, & illicitis ſemper uſurpationibus obviamus. De ceteris vero quæcumque illa ſunt, noſtris præſentibus volumus finiantur; quoniam tota illorum apud nos fides eſt: ut quæ illi probaverint, nos credamur judicaſſe pariter & probaſſe. Data VIII. Id. Iulias, Theodoſio XV. & Valentiniano IV. Auguſtis Coſſ." Item recitata eſt, " Anno Chriſti 435.

XVI. *Dilectiſſimo fratri Proclo Xyſtus.*

LICET fraternitatem tuam diſciplinis eccleſiaſticis eruditam ea omnia quæ ad regularum & canonum obſervantiam pertinent, cuſtodire ſumma ſolicitudine noverimus, nec quidquam aut ipſam facere, aut facere alios ſacerdotes ſe cohibente permittere, quod vetuſta patrum conſtituta pervertat, documentis evidentibus probaverimus: (id enim optimo convenit & Deo digniſſimo ſacerdoti, ut & ad ſe pertinentia qua poteſt cura cuſtodiat, & alios fratribus ſuis debita minime inquietare vel temerare ex aliqua parte permittat; moderatiorem honorificentiam ſuam majore gloria ſervaturus, ſi nihil licere contra morem veterum attentantibus ſinat:) noſtra tamen adhortatione per gratiam caritatis hoc fraternitati tuæ ſpecialiter debet accedere, ut contra ſubreptiones aliquorum circumſpecta ſanctitas tua facultatem non præbeat horum incongruæ voluntati, qui eccleſiis per ſe ſcandalum cupiunt & diſcordiam generare; volentes per eccleſiarum perturbationem creſcere, & locum ſibi per diſpenſationem facere ſacerdotum, Id ergo quod nos quoque ſervamus, fraternitati tuam, quam ſcimus hoc ſuo more facturam, volumus cuſtodire: id eſt, ut ſi quis ad fratrem & coepiſcopum noſtrum Theſſalonicenſis urbis antiſtitem harum provinciarum quæ ad eum pertinent ſacerdos adveniat præter ejus conſcientiam, ſi ſine ejus epiſtolis atque formata venire tentaverit, tanquam diſciplinæ eccleſiaſticæ deſpector & contemptor canonum, quos nos temerari ex aliqua parte non patimur, habeatur. Reverentiæ veſtræ in commune præſtatur, ſi alter alterius honori debita, prævenientes invicem per caritatis gratiam, reſervetis: quæ fieri nolumus ut legimus. Diſcant omnes illius provinciæ ſacerdotes tantæ fraternitatem

tuam

ANNO CHRISTI 531.

tuam esse censuræ, ut non permittas fieri, A quod non licet a sacerdote tentari. Dicere-mus plura, si non de tuæ fraternitatis mente nossemus majora & ex hac parte sentire, quam nos in nostras epistolas hasce quas ad te dirigimus, possumus sermone conferre. Habes recentissimum nuper habitæ actionis exemplum fratris nostri Idduæ, circa quem tuæ fraternitatis decrevimus judicium custodiri: cognitioni tuæ facere nolentes injuriam, cum ejus intentionem justissimam innocentia tuereris. Monendi sunt ignorantes; at scientem atque servantem talia si diutius velis instruere, non tam admonere, quam exprobrare ignorantiam videaris Sufficiant ergo quæ scripsimus, frater carissime; quoniam ad hæc corrigenda atque servanda B animum tuum atque censuram nobiscum sentire confidimus. quoniam unum cor & animum, ut dicit scriptura, circa religionis observantiam, canonum custodiam, & disciplinam ecclesiasticam retinendam nos habere, ut debemus, & credimus. Data xv. Kal. Ianuarias, Aetio iterum & Segisvulto Coss. *

Anno Christi 437

Item recitata est.

XVII. *Dilectissimis fratribus universis episcopis per Illyricum consistentibus Xystus.*

DOCTOR gentium, vas electionis, religionis nostræ firmissimum fundamentum, epistolis omnibus quas ad singularum civitatum scribit ecclesias, de sua in domino C gratulatione testatur, quod cum his plena mentis suæ fiducia colloquatur, quos legis præceptis parere videat, & in Dei nostri timore versari. Si tanta igitur apostolo tam docto quam sancto est mentis hilaritas, quod tantos pariter, quod novit & his ad quos scribit & religioni proficere, unis appellet epistolis; quanto nobis gaudio existimatis esse, quoniam in commune sanctitatis vestræ datur nobis appellare concilium, & sermonem nostrum affectionis piæ circa vos testimonia continentem, cum vestra sanctitate conjungere? Ille enim singulas, ut diximus, epistolis suis visitat ecclesias, nos tot pariter credimus ecclesias nostris appellare nos literis, quot estis, D qui, ad sanctam synodum convenitis. Illi est sermo cum rudibus atque discipulis; nobis sermo cum collegis & doctis. Et ut a beatissimi Pauli, cujus maxime præceptis obedire vos convenit, non recedamus exemplo; non vobis grave sit de his quæ ad nostram notitiam perveniunt, ut servetur disciplina ecclesiastica, commoneri ac si præsentes. Ergo vobiscum quod ad regularum canonumque custodiam proficere novimus, pro solicitudine nostra conferimus, sequestro filio nostro Artemio presbytero, cujus nobis efficacia in agendo pariter & moderatio placuit & amor, ut traditus trames a patribus firmis vestræ dilectionis ve- E stigiis teneatur, & ea quæ a nobis propter quietem ecclesiarum sunt custodita serventur. Illyricanæ omnes ecclesiæ, ut a decessoribus nostris accepimus, & nos quoque fecimus, ad curam nunc pertinent Thessalonicensis antistitis; ut sua solicitudine si quæ inter fratres nascantur, ut assolent, actiones distinguat atque definiat, & ad eum quidquid a singulis sacerdotibus agitur, referatur. Sit concilium quotiens causæ fuerint, quotiens ille pro necessitatum emergentium ratione decreverit: ut merito sedes apostolica relatione ejus instructa quæ fuerint acta confirmet. Evocatus vestrum venire nemo contemnat, nec congregationi sanctæ, ad quam debet festinare, se deneget. Excusatio per contumaciam non requiratur; ut vobis pariter convenientibus possit in commune constitui, quod ecclesiarum servet quietem, & populos teneat ad salutem. Nec his vos fratres carissimi constitutis, quæ præter nostra præcepta orientalis synodus decernere voluit, credatis teneri; præter id quidem quod de fide nobis consentientibus judicavit. A canonum præceptis vestrum nemo discedat, nec ab his deviet quæ juxta regularum ordinem frequens ad vos directa sedis apostolicæ decrevit auctoritas. Si quid forsitan aut inter fratres natum fuerit, aut fratri cuipiam aliqua actio qua pulsetur illata; aut illic fratre & coepiscopo nostro Anastasio judice eveniens negotium terminetur; qui vices apostolicæ sedis agere ut beatæ memoriæ Rufus decessor ipsius, ex nostra voluntate cognoscitur: aut ad nos, si illic finiri non potuerit, eodem tamen suis literis causam omnem quæ vertitur prosequente, veniat examen. Nullum corpus est quod capite non regatur. Estis quidem membra, ut novimus, sancta; sed vestrum caput respicere & honorare vos condecet. quoniam honor capitis ad spem totius proficit sanctitatis: & suum corpus solicitis tuetur oculis, quod sibi aptum & dignis videatur ad unamquamque rem officiis convenire. Sed ut omne corpus capite regitur, ita ipsum caput nisi suo corpore sustentetur, firmitatem & vigorem suum perdit, & non tenet quam habuerat dignitatem. Estote igitur, ut esse convenit domini sacerdotes, ecclesiarum præsules, religionis nostræ doctores. Reservate fratri & coepiscopo nostro reverentiam quam debetis: & inter vos pacem & concordiam custodite. Sit in vobis, ut esse credimus, cor unum & anima una. Nec credatis vobis minui, quidquid reverentiæ illius, ad quem & majores nostri & nos Illyricanas ecclesias juxta morem traditum voluimus pertinere, a vestra dilectione & servari volumus & deferri. Data xv. Kal. Ianuarias, Aetio iterum & Segisvulto Coss. *

Item recitata est.

* Anno Christi 437

XVIII. *Victores Valentinianus & Marcianus incliti triumphatores semper Augusti sancto patri merito venerabili Leoni episcopo.*

Ut speraverint ecclesiam Constantinopolitanam secundam sedem fieri debere, quod non est concessum.

DIVINA humanaque scripta consentiunt divinitatem imprimis esse venerandam, & ibi omnipotentem Deum esse propitium, ubi colatur rite religio. Id ergo quod quærebamus invenimus, & effectum vota nostra meruerunt. Invenit religionis fidem religiosus affectus: nec dubium est Deo auctore definitum, quod de majestate quærebatur. Explosa igitur contentione atque discordia, quam livor fidei inimicus objecerat, Deum omnes una mente cognoscunt. Iam non incusamus ingrati. Religionis inimici præstiterunt nobis, ut Deum studiosius quæreremus, manifestius inveniremus. Majus etenim lumen videtur, quod

ANNO CHRISTI 531.

quod post tenebras fulserit: dulcior est sitientibus potus, fessis otium. Lætetur igitur sanctimonia tua victoria. Fidei hujus laurea omnipotenti Christo referenda est, qui de perfidis egit triumphum. Atque ideo ipsi interesse sanctæ synodo festinavimus, quamvis nos in aliis locis expeditiones & necessitates publicæ detinerent. Itaque omnia pro votis atque oratione religionis tuæ, quæ fidei conveniūt auctore Deo sunt ordinata. Totius orbis qui sub imperio nostro est reverentissimis episcopis Calchedonem cōvocatis, tractatu habito post multa certamina vera fides obtinuit, & juxta literas sanctitatis tuæ universi assenserunt expositioni, prout veritas postulavit. Nec dubitamus hujus rei gratulationem nobis & sanctitati tuæ esse communem; pariterque lætari, quos pariter manifestum est optasse veritatem. Superest ut universis pro catholica fide & pro veritate compositis, & pace ecclesiis restituta, votis omnibus in perniciem hostium sanctitas tua divinam provocet majestatem: quod te & ante literas nostras facere certissimum est. Quoniam vero & hoc statutum est, ut ea quæ centum quinquaginta sanctissimi episcopi sub divo Theodosio majore de honore venerabilis ecclesiæ Constantinopolitanæ statuerunt, & quæ nunc a sancta synodo de eadem re statuta sunt, firma serventur: scilicet, ut post sedem apostolicam Constantinopolitanæ urbis antistes secundum obtineat locum, quoniam & eadem splendidissima civitas junior Roma nuncupatur: dignetur sanctitas tua etiam huic parti proprium adhibere consensum. Quamvis reverentissimi episcopi, qui tuæ religionis vicem agentes ad sanctam synodum convenerunt, contradixerint. Vehementer enim prohibebant de hac venerabili ecclesia a synodo aliquid ordinari. Speramus autem quod concordantibus toto orbe sacerdotibus, ea quæ reipublicæ Romanæ proderunt, divinus favor præstare dignabitur. Qua de re per Lucianum virum religiosum episcopum, & Basilium diaconum harum portatores omnia vere insinuari oportere censuimus: & petimus ut ea quæ sancta synodus statuit, etiam religio tua in perpetuum præcipiat observari. *Et alia manu.* Divinitas te servet per multos annos sancte ac religiosissime Pater. Data xv. Kal. Ianuarias, Constantinopoli, D. N. Marciano PP. Aug. & qui fuerit nominatus, Coss. [a] Item recitata est.

[a] Anno Christi 451.

XIX.

Leo episcopus Marciano Augusto.

[b] Tomo IV. pag. 846. C. sive parte III. concilii Calchedonensis num. 6. Anno Christi 452.

MAGNO munere misericordiæ Dei totius ecclesiæ catholicæ multiplicata sunt gaudia, &c. [b] Item recitata est.

XX.

Dilectissimo fratri Anatolio Leo.

MANIFESTATO, sicut optavimus, per gratiam Dei lumine euangelicæ veritatis, &c. [c] Item recitata est.

[c] Vide eumdem tomum IV. pag. 843. C. eodem anno Christi 452.

XXI.

Leo episcopus Marciano Augusto.

LITERARUM clementiæ vestræ multiplex gratia debita a me veneratione suscepta est, & gratulanter agnovi, quam piam curam Christianæ religionis, ut consuetis, habeatis; cum inter domini sacerdotes eam vultis firmare concordiam, quæ & universali ecclesiæ & divino apta sit cultui. Illa enim probabilis pax & caritas vera est, quam plenissime beatus apostolus prædicat dicens: *Caritas de corde puro & conscientia bona, & fide non ficta.* (1. Tim. 1.) Obsequens itaque & libenter assentiens sanctis vestræ pietatis hortatibus, fratris & coepiscopi mei Anatolii scriptis reciproco ut debui sermone respondi: qui cessationem alloquii mei suo silentio potuit imputare, cum ad literas meas quibus eum fraterna caritate monueram, ut a reprehensibili ambitione discederet, ulterius respondere neglexit. Ego vero qui apud illum tacui, clementiæ vestræ pro pace universalis ecclesiæ quæ essent profutura suggerere pro mea cura non destiti. Nam & vestri mansuetudo insinuationem meam tam libenter accipit, ut & semper scribere dignaretur, & hæc ageret; ut quæ nunc correcta sunt vestræ gloriæ debeantur; quod tales nunc misit epistolas, quibus notabilem ambitus culpam aliis potius quam sibi assereret deputandam. Agnoscat ergo, Auguste venerabilis, prædictus antistes, quanto amplius humilitate quam elatione crescatur; & memor limitum paternorum salubritatem canonum ad pacem universalis ecclesiæ conditorum ea qua debet imposterum observatione custodiat: defensioni quoque catholicæ fidei indesinenter invigilet, & pro custodia dominici gregis diligentes prætendat excubias. Utatur in omnibus devotissimo vestræ pietatis auxilio; & si quid usquam sub catholico nomine hostilium fraudum latet, id providendum gloriæ vestræ instanter indicet. Qui enim sacrilegum errorem a longinquioribus quoque provinciis expulistis, & ad veritatis lucem contenebrata Palæstinorum corda revocastis; quomodo eum sub vestræ fidei radiis sperare patiemini; cum etiam per Ægyptum, Deo vos in omnibus adjuvante, celerius credamus omnes pravi dogmatis extinguendas esse reliquias? Benigne enim his consulitis, quibus licentiam execrabilis erroris aufertis. Gaudeo itaque gloriose quæ perturbata fuerant esse composita: cum ad memoriam beati Flaviani consolatio discipulorum ejus excolitur: cum Andreas ab archidiaconi ministerio submovetur: cum postremo a sanctorum patrum injuria temperatur, & a violandis canonibus abstinetur; ut regnum vestrum Christo regnante tranquillum, Christo defendente sit validum. Unde, cum per omnia me clementiæ vestræ parere delectet, fratris mei Anatolii caritate & toto corde suscipio amabilem fidem, quæ se præbeat, & ab ea quam illi spondeo caritatem, nulla se deinceps varietate dissociet; eos sibi sincera affectione conjungens, quos catholicæ fidei probavimus defensores. Habet in omnibus vestræ pietatis quod sequatur exemplum; maxime cum benignitatis vestræ adjuvetur auxilio. Suggestiones autem fratris & coepiscopi mei Iuliani, quem pietati vestræ commendo, quæso ut benignius sicut facitis audiatis. Hoc etiam fratri meo Anatolio proderit, si eum quem pro catholico dogmate illic esse volui, dignanter habeatis. Illud etiam quod Constantinopolitanæ ecclesiæ est saluberrimum rogo, ut Carosus monachus, nimis imperitus nimisque perversus, qui ut comperi multorum corda subvertit, sua venena pietatis vestræ beneficio ultra non exserat: ne ubi sancto vestræ mansuetudinis studio omnis pene hæreticorum est conatus extinctus, ibi per vilem ac reprobum damnatæ perfidiæ defensorem

ANNO CHRISTI 531. Anno Christi 454. XXII.

defensorem & fidei vestræ & synodalis violetur auctoritas. Data IIII. Kal. Iunias, Aetio & Studio Coss." Item recitata est.

Sanctissimo ac beatissimo coepiscopo papæ Leoni Anatolius in domino salutem.

OMNE quidem solatium prorsus atque auxilium, quod vitæ laboriosæ curisque vallatæ ratio flagitaret, in vestra positum sperans esse beatitudine, totius sarcinam mihi solicitudinis inde merito leviorem fore credideram: nunc vero cunctis aliis acrior me pressit anxietas, quam diutina peperit vestræ non solita sanctitatis intermissio literarum; maxime cum mihi quæ scriptæ essent a vobis aliis ostenderentur epistolæ, quæ majus facerent doloris augmentum, qui frequentius cuperem potiri vestris affatibus: ut illa vobis obediendo complerem, quæ vestris omnifariam perfectissimis sensibus placita videbantur. Nam penitus absit, ut eis ego quæcunque mihi fuissent mandata per literas, adversarer. Quia tamen piissimus & Christianissimus princeps, qui consultissimæ suæ providentiæ bono tam res universas regit humanas, quam philosophia divinarum pollet ubique virtutum, cum quibus æmula pietatis zelare non cessat, cum sic moderatur genus humanum, ut id studio religionis in Deum reddat attentius; vestræ beatitudinis literas mihi sublegit, ea statim quæ continebantur eis, ut placita vobis implevi. Quod me facere vel communis pacis utilitas, vel quod decuerat hortabatur. Et reverentissimus quidem sacrosanctæ nostræ ecclesiæ presbyter Aetius in priore loco atque honore ecclesiastico nobis est restitutus: omne quod episcopi nostri est, modeste faciens ipse responsum. Andreas autem, qui non provectus a nobis, sed gradu faciente archidiaconi dignitate fuerat honoratus, ab ecclesia separatus est, cum his qui contra sanctæ memoriæ patrem nostrum atque episcopum fuerant Flavianum, qui etiam partis antea perfidissimi fuerant Eutychetis: quamvis excusationibus plurimis & subscriptionibus propriis, quas epistolæ sanctitatis vestræ subdiderant, jam viderentur satisfecisse præteritis, eousque quam diu quod vobis placitum super istis, fuerit ordinatum. Considerans ergo beatitudo vestra, quam nostræ conjunctio caritatis ipsi domino Christo, qui pax nostra consistit, grata futura sit; & quantum fidelissimi principis animus exultabit; & quam pariter universa plebs Dei & ecclesiæ Christi procul ab omni discordia liberæ permanebunt, literis suis nos lætificare dignetur; quibus illo perfici valeamus affectu, quem prudentissimis vestris insitum copiose jam novimus vigere præcordiis: ut perceptis alacriter vestræ sanctitatis epistolis, & gratias agamus domino Deo nostro Christo, qui totius difficultatis vincla disrupit; eidemque vota solemnia pro vestra beatitudine persolvamus. De his autem, quæ Constantinopolitanæ gratia sedis sancita sunt in Calchedonensi nuper universali synodo, pro certo beatitudo vestra hoc habeat, nullam esse culpam in me homine, qui semper otium & quietem, in humilitate me continens, ab ineunte mea ætate dilexerim: sed Constantinopolitanæ ecclesiæ reverentissimus clerus est, qui hoc habuit studium, & istarum partium religiosissimi sacerdotes, qui in hoc fuere concordes, & sibi pariter adjutores. Cum & sic gestorum vis omnis & confirmatio auctoritati vestræ beatitudinis fuerit reservata. Hoc igitur bene compertum sanctitas vestra cognoscat, nihil ex me istius causa factum esse negotii; qui semper omnem jactantiæ levitatem & aliena appetendi cupiditatem mihi vitandam crediderim. Omnem fraternitatem in Christo, quæ cum vestra est sanctitate, tam ego ipse, quem mei plurimum salutamus. *Et subscriptio literis Græcis.*

Item recitata est.

Dilectissimo fratri Anatolio Leo. XXIII.

SI firmo incommutabilique proposito dilectio tua curam gratiæ communis habuisset, &c. "

" *Vide Tomi III. pag. 1361. C. anno Christi 454.*

Dilectissimo fratri Anastasio Leo. XXIV.

OMNIUM quidem literas sacerdotum grato nos relegere animo fraterni collegii caritas facit; cum per spiritualem gratiam tanquam præsentes amplectimur, quibus sermone epistolis mutuo commeantibus sociamur: sed major nobis in his esse videtur affectio, in quibus de statu ecclesiarum certiores effecti, ad exercendæ solicitudinis vigilantiam officii nostri consideratione compellimur: ut in speculis, quemadmodum Deus voluit, constituti; & pro voto nostro currentibus rebus nostrum commodemus assensum; & ea quæ depravari aliqua usurpatione perspicimus, adhibitæ coërctionis remediis corrigamus: sperantes jacti seminis responsurum nobis uberem fructum, si non sinamus crescere, quæ in messis detrimenta dominicæ cœperint pullulare. Postquam itaque nobis petitio tuæ dilectionis innotuit per filium nostrum Nicolaum presbyterum, ut tibi quoque a nobis, sicut decessoribus tuis, per Illyricum cum nostra vice propter custodiam regularum auctoritas præstaretur; præbentes assensum nostra adhortatione compellimus, ut nulla dissimulatio, negligentia nulla proveniat circa ecclesiarum regimen per Illyricum positarum, quas dilectioni tuæ vice nostra committimus; beatæ recordationis Siricii exemplum secuti, qui sanctæ memoriæ Anysio prædecessori tuo, bene de apostolica sede tunc merito, & rebus post sequentibus approbato, certa tum primum ratione commisit, ut per illam provinciam positis, quas ad disciplinam teneri voluit, ecclesiis subveniret. Gloriosa instantius exempla sequenda sunt, ut quorum privilegiis uti cupimus, eorum nos similes in omnibus approbemus. Imitatorem te tam prædecessoris tui quam decessoris, qui pari modo hoc & meruisse & egisse cognoscitur, esse volumus: ut de profectu ecclesiarum, quas tibi vice nostra committimus, gaudeamus. Vt enim bene agenti, & quæ sacerdotali auctoritati conveniunt solertius exequenti ad honorem proficit res tributa; ita huic oneri esse cognoscitur, qui commissa sibi potestate qua debet moderatione non utitur. Credita itaque tibi, frater carissime, gubernacula pervigil tene, & mentis tuæ oculos per omnia quæ curæ tuæ videas injuncta circumfer; in mercedem tuam profutura custodiens, & his qui disciplinam canonum labe-

Anno Christi 531.

labefactare nituntur obsistens. Divinæ legis A sanctio veneranda, & canonum specialius decreta serventur. Per commissas tibi provincias tales domino sacerdotes, quibus sola vitæ & clericalis ordinis suffragentur merita, consecrentur. Nihil gratiæ personali, nihil ambitioni, nihil redemptis permittas licere suffragiis. Examinentur diligentius, & per longum vitæ tramitem disciplinis ecclesiasticis qui ordinandi fuerint imbuantur. Si tamen illis omnia quæ a sanctis patribus sunt constituta conveniant, & quæ beatum apostolum Paulum de talibus legibus præcepisse custodierint, ut unius uxoris vir sit; & hanc virginem, ut auctoritas divinæ legis cavet, acceperit. Quod solicitius B volumus custodiri, ut omnibus excusationibus locum adimamus: ne se quisquam credat posse ad sacerdotium pervenire, qui uxorem antequam Christi gratiam consequeretur accepit, qua deficiente alteram post baptismum conjunxerit sibi. Cum negari uxor illa non possit: nec prioris conjugii numerus aboleri; & eorum ita sit pater filiorum, quos ante baptismum ex illa susceperit, quemadmodum & illorum, quos ex altera post baptismum noscitur suscepisse. Peccata & quæ illicita esse noscuntur, per lavacrum baptismatis abolebuntur; ita quæ sunt legis præcepto concessa vel licita, non delentur. Nullus te inconsulto per illas ecclesias ordinetur antistes. Ita enim fiet, ut sint de eligendis matura judicia, C dum tuæ dilectionis examinatio formidetur. Quisquis vero de metropolitanis episcopis contra nostram præceptionem præter tuam notitiam fuerit ordinatus, nullam sibi apud nos status sui esse noverit firmitatem, eosque usurpationis suæ rationem qui hoc præsumpserint reddituros. Singulis autem Metropolitanis sicut potestas ista committitur, ut in suis provinciis jus habeant ordinandi; ita eos metropolitanos a te volumus ordinari; maturo tamen & decocto judicio. Quamvis enim omnes antistites probatos & Deo placitos deceat consecrari, hos tamen præcellere volumus, quos præfuturos his qui ad se pertinent consacerdotibus noverimus. Quod dilectio- D nem tuam solicitius agere præmonemus & cautius, ut illud apostolicum custodire, quod scriptum est, approbaveris: *Manus cito nemini imposueris.* Ad synodum quisquis fratrum fuerit evocatus occurrat; nec sanctæ congregationi se deneget; in qua maxime constituendum esse noverit, quod ad disciplinam poterit ecclesiasticam pertinere. Melius enim omnis culpa vitabitur, si inter sacerdotes domini collatio frequentior habeatur: emendationi pariter & caritati plurimum præstat adunata societas. Illic si quæ causæ natæ fuerint præstante domino ita poterunt terminari, ut contentio nulla resideat, sed solida inter fratres caritas coalescat. Si qua vero causa major evenerit, quæ a E tua fraternitate illic præsidente non potuerit definiri, relatio tua missa nos consulat: ut revelante domino, cujus misericordiæ profitemur esse quod possumus, quod ipse nobis aspiraverit rescribamus: ut cognitioni nostræ, pro traditione veteris instituti, & debita apostolicæ sedis reverentia nostro examine vindicemus. Ut enim auctoritatem tuam vice nostra exercere te volumus; ita nobis quæ illic componi non potuerunt, vel qui vocem appella-

1. Tim. 5.

tionis emiserit, reservamus. Hæc itaque in omnium fratrum facies notitiam pervenire, ut nullus deinceps per ignorationem in observandis his quæ præcepimus excusandi se repeæriat facultatem. Ad ipsos etiam metropolitanos singularum provinciarum nostra quibus eos moneremus scripta direximus; ut noverint apostolicis obediendum esse sententiis; & tunc se nobis parere, cum fraternitati tuæ ex nostra delegatione cœperint secundum ea quæ scripsimus obedire. Cognovimus sane, quod non potuimus silentio præterire, a quibusdam fratribus solos episcopos tantum diebus dominicis ordinari: presbyteros vero & diaconos, circa quos par consecratio fieri debet, passim quolibet die dignitatem officii sacerdotalis accipere. quod contra canones & traditionem patrum usurpatio corrigenda committit: cum mos quibus est traditus circa omnes sacros ordines debeat omnimodis custodiri. Ita ut per longa temporum curricula, qui sacerdos vel levita ordinandus est, per omnes clericalis officii ordines provehatur: ut diuturno discat tempore, cujus & doctor ipse futurus est. " Data pridie Idus Ianuarias, Theodosio XVIII. & Albino Coss." Item recitata est.

" Anno Christi 444.

XXV.

Dilectissimis fratribus episcopis metropolitanis per Illyricum constitutis Leo.

Omnis admonitio salutaris, quam domino credimus aspirante contingere, in mercedem proficit monentis & moniti. Et ideo nos hoc libenter arripimus, quoniam placere Deo nostro non solum nostris, sed omnium fratrum consacerdotumque nostrorum actibus festinamus. In nostram enim recurrit gratiam, si ecclesiæ sic regantur, ut nullus querimoniis aditus reseretur. Sit itaque dilectioni vestræ, fratres carissimi, dulcis & jucunda præceptio, quam de sedis apostolicæ auctoritate servata caritatis gratia manare noscatis. Nec vobis aliquid juris credatis imminui, si tam præsentibus quam futuris rebus videatis, ne illicitis præsumptionibus reseretur aditus, præcaveri. Cautius enim usurpationibus antequam tententur obsistere, quam quæ usurpata fuerint vindicare. Et quia per omnes ecclesias cura nostra distenditur, exigente hoc a nobis domino, qui apostolicæ dignitatis beatissimo apostolo Petro primatum fidei sui remuneratione commisit; universalem ecclesiam in fundamenti ipsius soliditate constituens, necessitatem solicitudinis quam habemus, cum his qui nobis collegii caritate juncti sunt sociamus. Vicem itaque nostram fratri & coepiscopo nostro Anastasio, secuti eorum exemplum quorum nobis recordatio est veneranda, commisimus; & ut sit in speculis, ne quid illicitum a quoquam præsumatur, injunximus: cui in his quæ ad ecclesiasticam pertinent disciplinam ut dilectio vestra pareat admonemus. Non enim tam illi obtemperabitur, quam nobis; qui hoc illi pro nostra solicitudine per illas provincias cognoscimur commisisse. Volumus enim tales fieri domino sacerdotes, quibus cuncta conveniant, quæ sunt ecclesiasticis canonibus diffinita: ut episcopi, presbyteri atque diaconi unius uxoris viri sint, secundum beati apostoli sententiam, & hanc secundum legis præcepta virginem accipiant, non viduam, non repudiatam, sicut

ANNO CHRISTI 531.

sicut legis scriptura testatur. Nec se quisquam æstimet posse ad sacerdotium pervenire, qui ante baptismum deficiente quam habebat uxore, alteram rursum postquam per gratiam baptismatis est renovatus, acceperit: cum in baptismate peccata deleantur, non uxorum numerus abrogetur. Adeo autem in excusationem sui hoc obtendere non poterit, ut eorum se patrem filiorum quos ante baptismum susceperit, negare non possit. Neque enim uxor quæ ex legis præcepto ducitur, inter peccata quæ abluuntur baptismate poterit numerari. Ad synodum quicunque fuerit evocatus occurrat; nec congregationi se deneget, in qua ad Deum pertinentes causas noverit esse tractandas. Quidquid causarum, ut assolet, inter consacerdotes evenerit, ejus cui vicem nostram commisimus examini reservetur; ut illo sub Dei timore præsule omnis ambiguitas finiatur. Nihil in ejus aut nostram contra hæc quæ constituimus præsumatur injuriam. Ejus nobis relatione, si quid ad nos referendum fuerit, innotescat. Ita enim vos ad illum pertinere volumus, ut ad vos provinciarum vestrarum pertinent sacerdotes. Qui ergo jure sibi debito uti cupiunt, apostolicæ sedis auctoritate concessa per suam contumaciam imminuere non nitantur. Ut vero vestræ dilectioni provinciæ suæ ordinatio permittitur sacerdotum; ita fratrem & coepiscopum nostrum Anastasium de ordinando antistite volumus consulatis: cui metropolitani episcopi consecrationem statuimus reservari; ut eo inquisitore atque custode cum certus licentiæ modus imponitur, ecclesiasticæ disciplinæ in omnibus ordo servetur. Ipsum vero secundum definita canonum hoc vestra dilectio nostris epistolis ammonitum esse cognoscat, ut de statu ecclesiarum vestrarum certiores subinde sua relatione nos faciat: sciturus sibi a nobis imputandum, si quid de his quæ statuimus a quoquam fuerit temeratum. Si quæ vero causæ graviores vel appellationes emerserint, eas sub ipsius relatione ad nos mitti debere decrevimus, ut nostra secundum ecclesiasticum morem sententia finiantur. Hæc vero quæ per filium meum Nicolaum presbyterum scripta direximus, recurrentibus literis, ut vos eadem sciamus accepisse, rescribite. Data prid. Id. Ianuarias, Theodosio XVIII. & Albino Coss.[a]

[a] Anno Christi 444.

Item recitata est.

XXVI. *Dilectissimis fratribus Senecioni, Caroso, Theodulo, Lucæ, Antiocho & Vigilantio metropolitanis per Achaiam provinciam constitutis Leo.*

GRATO animo epistolas nostras a vestra dilectione susceptas recurrentis paginæ sermo testatus est, quas nos pro ecclesiarum statu & pace soliciti, ne quid novella præsumptio erroris afferret, noscimur direxisse: volentes a sacerdotibus domini custodiri quæ sedis apostolicæ auctoritas crebra constituit: scilicet, ut per Illyricum ecclesiæ constitutæ ad curam fratris & coepiscopi nostri Anastasii Thessalonicensis urbis antistitis pertinerent: ut si quæ majores inter episcopos causæ sunt, quę in provinciis suis nequeant terminari, ad ejus notitiam referantur, & eodem arbitro sub divini timore judicii componantur. Servetur hic ordo sacerdotali concordię profuturus, ut ecclesię domini concordi quemadmodum cupimus A consilio construantur, & nullum insidiante diabolo aditum possit præbere dissensio, per quam valeat dissipare; quæ nos magno studio habita cupimus moderatione connectere. Invitati fratres in causis maximis, & quæ intra provincias suas finire nequeat terminandis, si nulla gravi necessitate retinentur, fraterno se studio pro ecclesiæ utilitate non denegent. Maxime cum moderatio nostra providerit, ut non frequens, nec pro levibus causis conveniendi necessitas indicatur: & binos ternosve episcopos de singulis provinciis adesse sufficiat; ut leve fiat paucis, quod multis esset onorosum. atque ita efficiatur B studio caritatis, ut sacerdotalis tractatus ea quæ ad disciplinam possunt ecclesiasticam pertinere, sancto sibi Spiritu revelante constituat. Id enim nos volentes quorumdam inobedientiam justa coerctione corrigere vestra noverit dilectio definiisse; ut quisquis superbo animo, cum nulla corporis vel causæ fuerit necessitate detentus, fraternum sæpius voluerit vitare conventum, se sciat esse judicandum. Et quia memorati fratris nostri sollicita relatione cognovimus, Achaiæ provinciæ metropolitanum illicitas & constitutis patrum nostrisque auctoritatibus interdictas ordinationes sæpe celebrasse: illudque suis ausibus addidisse, ut C Thespiensibus invitis & repugnantibus incognitum & ante non visum episcopū cōsecraret; illi prorsus metropolitano hoc licere non permittimus, ut suo tantum arbitrio sine cleri & plebis assensu quemquam ordinet sacerdotem: sed eum ecclesiæ Dei præficiat, quem totius civitatis consensu elegerit. Ut itaque nos desides non sumus in monendo quæ custodiri debeant, quæque vitari; ita in exequendis illis atque servandis neminem esse patimur negligentem: cum custodientem talia laus dignissima comitetur, & fructus ut speramus a domino uberior obsequatur: devium vero & apostolicæ constitutionis oblitum obnoxium habitura sit & ecclesiastica & divina censura. D Illud quoque pari observantia ad sacerdotalis concordiæ vinculum ab omnibus volumus custodiri, ut nullus episcopus alterius episcopi clericum sibi audeat vindicare sine illius ad quem pertinet cessione: quam tamen evidentia scripta contineant, quoniam hoc & canonum definivit auctoritas, & ipsa servandæ unitatis ratio docet: ne omnis ordo ecclesiasticus per hanc licentiam efficiatur instabilis. Altius itaque, fratres carissimi, quæ a nobis piæ mentis affectu decerni perspicitis, in pectora vestra descendant: ut nos qui sollicite cupimus servare unitatem spiritus in vinculo pacis, præceptionis nostræ fructum percipiamus, & vestræ dile- E ctionis operibus gratulemur. Volumus enim tam vestrum esse quam nostrum est, ut per caritatis gratiam constituatur, quod nulla insidiantis diaboli arte violetur. Plenius vero observare debent, quæ caveri ad ipsum fratrem & coepiscopum nostrum Anastasium scripsimus; eaque in vestram notitiam literis ipsius volumus pervenire: a quibus fraternitatem vestram nolumus deviare; ut caritatem dominicam custodita patrum sanctione servemus.

Data VIII Idus Ianuarias Aetio III & Symmacho VV. CC. Coss.[a]

[a] Anno Christi 446

Item recitata est.

Cetera in manuscripto desiderantur.

LVCÆ HOLSTENII VATICANÆ BASILICÆ CANONICI ET BIBLIOTHECÆ PRÆFECTI notæ & obſervationes eccleſiaſticæ ad ſynodum Romanam Bonifacii papæ II. e Schedis ejus poſthumis excerptæ.

ACTA *ſynodi*, &c. Cur ſynodi nomen hiſce actis nullo titulo in manuſcripto inſignitis præfixerim, qui cauſam a me rationemque moroſius exigat, neminem fore exiſtimo. Nam vel leviter in eccleſiaſtica hiſtoria verſati ſciunt, moris fuiſſe antiqui, ut quoties de gravioris momenti negotio ad apoſtolicam, cæteraſque majores ſedes referretur, non ſolum Clerus Vrbicus, ſed etiam epiſcopi in comitatu commorantes ad conſilium commune deliberationemque convocarentur. Ejus rei exemplum hæc acta continent. Nam Epiphanius patriarcha Conſtantinopolitanus, ne temere nulloque judicio Stephanum, Theſſalonicenſem ſua privaſſe eccleſia, & Conſtantinopolim evocaſſe videretur, ſynodum epiſcoporum, qui tunc in urbe verſabantur, coegit. Eam Græci *τὴν ἐνδημοῦσαν* vel *ἐνδημοῦσαν σύνοδον* appellant, qualis vocatur & fuit illa Conſtantinopolitana, cujus epiſtola ad Eutychem in fine actionis primæ concilii Calchedonenſis recitatur p.211. tom. VIII. edit. 1644. Verum ut cæteri minores epiſcopi ad res eccleſiaſticas dirigendas ſuæ cujuſque civitatis preſbyteros ad conſilium vocabant; quia collatis in unum multorum ſententiis facilius quod ex uſu eſt perſpicitur: ita quoque Romani pontifices, etiamſi per ſe ſoli ſumma rerum cuſtodiendarum auctoritate pollerent, ad deliberationes tamen & concilia eccleſiaſtica preſbyteros urbis & epiſcopos, qui forte aderant, aut e propinquo ad idipſum accerſebantur, adhibere ab antiquo conſuevere. Cornelius papa epiſtola XLVI. apud Cyprianum: *Omni igitur actu ad me perlato placuit contrahi preſbyterium. adfuerunt etiam epiſcopi quinque, qui & hodie præſentes fuerunt, ut firmato conſilio quid conſervari deberet conſenſu omnium firmaretur.* Syricius epiſt. II. *Facto igitur preſbyterio, conſtitit doctrinæ noſtræ, id eſt Chriſtianæ legi, eſſe contraria; unde omnium noſtrum tam preſbyterorum & diaconorum, quam totius etiam cleri una lata fuit ſententia, &c.* Sic ex epiſt. Vitaliani papæ intelligitur: epiſcopis ad urbem peregre adventantibus Romanos pontifices dare audientiam conſueviſſe in ſynodo epiſcoporum eam ob cauſam coacta, cujus rei exemplum extat epiſtola Innocentii papæ edita a Sirmondo tomo primo concil. Gall. pag. 38. ubi epiſcopus Hilarius & Elpidius preſbyter ad ſedem apoſtolicam commeantes, ut de diſſenſione & ſchiſmate eccleſiarum Hiſpaniæ referrent, *in conſeſſu preſbyterii* auditi memorantur. Quam etiam conſuetudinem ſede vacante a clero Romano ſervatam docet Cyprianus epiſt. XXXI. indicans, de cauſa lapſorum *ut temperamenti moderamen quæreretur*, clerum urbanum *cum quibuſdam epiſcopis vicinis urbi & appropinquantibus, & quos ex aliis provinciis longe poſitos perſecutionis ardor ejecerat, tractaſſe.* Is conſeſſus, ſive ut Hieronymus alicubi vocat, *cleri Romani ſenatus*, compreſbyterium jam olim vocabatur, deinde conſiſtorii appellationem ex loco, ubi congregabatur, ſicuti mox indicatur, obtinuit, quam hactenus ſervat. Nos huic in cauſa Stephani Theſſalonicenſis a Bonifacio II. celebrato cœtui antiquum pro uſu temporis illius *ἐνδημούσης συνόδου* nomen latine reddidimus

[a] ſupra p. 203. A. Tom. IV.

Poſt conſulatum Lampadii & Oreſtis virorum clariſſimorum ſub die VII. Iduum Decemb Menſis dieſq; hiſce actis conſignatus eos hallucinari oſtendit, qui Bonifacium hoc ipſo anno a. d. 17. Octobris vita functum ſcribunt; qui vulgatus omnium, quod ſciam, error eſt, nunc primum ad hujus ſynodi fidem caſtigandus: ex qua utique conſtat eum, ſi non toto Decembri, ſaltem majori ejus parte vixiſſe. Sed cum Bonifacii II. pontificatum non ſolum fine, ſed multo gravius principio ſuo mulctet ac mutilet Baronius, annumque integrum ei ademptum Felici, qui ipſi deceſſit, tribuat; paulo diligentius aliquot antecedentium & ſubſequentium pontificum tempora digerere non abs re fuerit; cum multa nunc vera & genuina antiquitatis monumenta Baronio non viſa in lucem emerſerint; ad quorum fidem hæc ſacræ chronologiæ pars emendanda. Exordiar autem ab eo quod apud omnes in confeſſo eſt, Ioannem I. qui teſte Anaſtaſio præfuit eccleſiæ a conſulatu Maximi uſque ad conſulatum Olybrii, objiſſe Ravennæ in carcere VI. Kalend. Iunii, Olybrio Iuniore conſule, qui A fuit annus Chriſti 526. Dies autem ille tabulis eccleſiaſticis ita obſignatus eſt, ut de eo dubitari poſſit a nemine. Ioanni poſt 58. dierum interregnum ſucceſſit Felix IV. die Iulii 24. rexitque eccleſiam a conſulatu Maburtii, teſte Anaſtaſio, uſque ad conſulatum Lampadii & Oreſtis annis non amplius tribus, menſibus 2. diebus 14. Nam quod Anaſtaſius & indices antiqui annos quatuor ei tribuunt, in eo & ipſi errant, & Baronium, alioſque melioribus tunc documentis deſtitutos, in erroris conſortium trahunt. Etenim Felicem Decii Iunioris conſulatu, hoc eſt, anno Chriſti 529. rebus humanis exceſſiſſe concilii Arauſicani II. acta teſtantur, quod eodem conſule habitum fuit V. Nonas Iulias. Ejus ſiquidem concilii confirmationem, quam a Felice papa petierat Cæſarius Arelatenſis, a Bonifacio ejus ſucceſſore principio anni ſequentis 530. quo Lampadius & Oreſtes conſules fuere, die ſcilicet XXV. Ianuarii, obtinuit, ut demonſtrat epiſtola Bonifacii ad B Cæſarium edita a V. C. Iacobo Sirmondo tom. I. concil. Galliæ, pag. 223. & 224. ad cujus calcem hæc adſcribuntur: *data VIII. Kalend. Februarias Lampadio & Oreſte VV. CC. conſulibus*, quæ ſi Baronius vidiſſet, non retuliſſet obitum Felicis IV. deceſſoris Bonifacii in diem IV. Idus Octobris ejuſdem anni, quo Lampadius & Oreſtes conſules fuerunt; quippe a cujus anni Ianuario certo intelligeret Bonifacium in plena jam & tranquilla pontificatus poſſeſſione conſtitutum, in qua initio electionis ſuæ turbatus fuerat ſchiſmate Dioſcori, ut ibidem Baronius memorat. Sunt autem in iſta Bonifacii epiſtola notanda in rem noſtram illa principii verba: *Per filium noſtrum Armenium preſbyterum & abbatem literas tuæ fraternitatis accepimus, quas ad nos*, ut apparet inſcius adhuc ſacerdotii mihi commiſſi (hæc a Sirmondi codice aberant: ſed in Vaticano optimo & antiquiſſimo viſuntur, congruente & exigente loci ſententia) *ſub ea* C *qua in Deo tenemur caritate direxeras.* Ex his enim colligitur jam tum, cum e Gallia Romam verſus Armenius a Cæſario miſſus diſcederet, Bonifacium fuiſſe creatum Romanum pontificem, licet id Cæſarius reſcire adhuc nequiviſſet. Quod in rem geſtam aptiſſime quadrat. Mortuus eſt enim Felix conſulatu Decii Iunioris anno Chriſti 529. IV Idus, ſive duodecimo die Octobris, & triduum ſedes vacavit: Poſt quod electus eſt Bonifacius, non tamen concordibus ſuffragiis cunctorum. Multi enim quemdam Dioſcorum malebant, & in ſententia perſtabant. Vnde in clero contentio exarſit per dies viginti novem. quoad ipſe Dioſcorus Novembris duodecimo moriens occaſionem compoſitioni præbuit, quæ ſtatim eſt ſecuta: univerſis tandem per repetita comitia in Bonifacii pontificatum conſentientibus. Quod factum putamus octiduo circiter poſt Dioſcori obitum; vigeſimo ſcilicet plus minus Novembris die. quando veriſimiliter legatus Cæſarii iter Romanum ingreſſus eſt, literas ad Bonifacium ut privatum quidem, ſed apud Felicem, qui vivere adhuc putabatur, gratioſum, & Cæſario amiD cum, ferens, quibus rogabatur, ut confirmationem Arauſicanæ ſynodi a pontifice impetraret. Cum autem conſtanti omnium aſſertione ſederit Bonifacius annos duos & dies viginti ſex, manifeſte ſequitur ejus obitum competere in diem circiter decimum ſextum, aut decimum ſeptimum Decembris ejus anni, qui numerabatur primus poſt conſulatum Lampadii & Oreſtis. Itaque quod legitur apud Anaſtaſium deceſſiſſe Bonifatium XVI. Kalend Novembris, aut ut manuſcripti codices vetuſtiſſimi habent, Octobris, mendum habet non dubium in menſis nomine, ad veritatem primigeniæ ſcripturæ revocandum, ſi reponatur XVI. Kalend. Ianuarias hoc eſt 17. Decembris. Scio conſtitutis hactenus oppoſituros quoſdam epiſtolas, quæ extant, duas Felicis IV. pontificis nomine inſcriptas, cum adjecta temporis nota, nempe conſulatus Lampadii & Oreſtis. Sed harum alteram XII. Kalend. Novembris datam, errare in tempore ipſe qui iis innititur BaroE nius agnoſcit, cum eo die ſuperſtitem non fuiſſe Felicem manifeſtum ſit. Atqui eadem ſpongia prioris quoque Kalend. Martii, ut ibi notatur, datæ dies pari ex cauſa delendus fuerat, utique cum fuerit demonſtratum Felicem objiſſe duodecimo Octobris anno ſuperiore. quare vel ambæ illæ epiſtolæ ſuppoſititiæ ſunt, vel certe utraque in temporis adſcriptione falſata. Superiora omnia mirifice firmantur ingreſſu Ioannis, qui antea Mercurius vocabatur, & Bonifacio ſucceſſit, in ſedem apoſtolicam. Fertur is creatus 20. aut, ut Panvinius mavult, 22. Ianvarii, poſtquam dies circiter triginta ſex ſedes vacaſſet. Id quo anno contigerit inquirendum eſt. Extat hodieque vetus inſcriptio in baſilica ſancti Petri ad vincula, quæ hic deſcribenda eſt.

SALBO PAPA N. IOHANNE COGNOMENTO MERCVRIO EX SCE ECCL. ROM. PRESBYRERIS ORDINATO EX TIT. SCI CLEMENTIS AD GLORIAM PONTIFICALEM PROMOTO BEATO PETRO AP. PATRONO SVO A VINCVLIS EIVS SEVERVS PR. OFRT. ET IT PC LAMPADI ET ORESTIS VV. CC. &c. En quem quærebamus annum, cujus Ianuarii 22. Ioannes Mercurius pontificatum iniit, monumento illuſtri conſignatum. Nempe iterum poſt conſulatum eorumdem, cum Bonifacius deceſſiſſet.

In conſiſtorio ſancti Andreæ. Sic Romana ſynodus ſub Symmacho papa dicitur habita in conſiſtorio Lateranenſi. Erat autem conſiſtorium S. Andreæ ad S. Petrum in Vaticano. quæſitam olim fuiſſe ab pontificibus & epiſcopis concilia Romæ celebrantibus viciniam ſacrarum reliquiarum ſancti Petri apoſtoli, ut coram eo quodammodo habita dici poſſent, intelligitur ex epiſtol. v. S. Leonis Magni ad epiſcopos Siciliæ in fine.

Sabino. Hujus Canuſini epiſcopi acta extant. Elogium quoque legitur apud S. Gregorium. Præfuit ſynodo Conſtantinopolitanæ paulo poſt obitum Agapiti papæ

Mercurio. Qui paulo poſt creatus pontifex Ioannes II. eſt dictus. *Bacauda.* Vide concil. Hiſpaniæ, pag. 448.

Servo Dei. Nomen proprium illa tempeſtate uſitatum. Pelagius II. epiſt. 2 commemorat epiſcopum quendam nomine & actu Dei ſervum. Legitur & Servus Dei S. R. E. preſbyter in ſynodo Romana Felicis III. & idem fortaſſis in ſynodo Symmachi, preſbyter ſancti Clementis. Nominatur & apud Gennadium capite 87. quidam epiſcopus Servus Dei. Alius item hoc nomine epiſcopus Nomentanus memoratur in ſynodo Romana Hilari PP. Eſt Servus Dei diaconus E. R. curator patrimonii eccleſiaſtici apud Siciliam S. Gregorio magno in epiſtolis pag. 508. Denique legitur Servus Dei ſubdiaconus Vigilii PP. epiſt. v.

Pullione. Hoc nomen diverſe ſcribitur. Nam ex collatione multorum locorum intelligimus Apollionem, Opilionem, Pollionem idem eſſe vocabulum quod hic Pullio effertur. De perſona per id nunc indicata crediderim hunc eumdem eſſe cum illo ante quindecim annos ſub Hormiſda PP. memorato Pulione ſubdiacono, poſtea ad preſbyterarum provecto. Cujus opera is pontifex utebatur in graviſſimis eccleſiæ negotiis, ut appatet ex ejus epiſtolis 9. & 20.

Adſtantibus quoque .... diaconibus. Sic Gelaſius epiſt. 6. Præcipit diaconos non in preſbyterio reſidere cum divina celebrantur, vel eccleſiaſticus habetur quicumque tractatus.

Agapito. Nempe illo qui poſtea ex archidiacono tit. SS. Ioannis & Pauli, creatus eſt Romanus pontifex.

Tribunus archidiaconus dixit Theod. &c. *ſtans præ foribus ingredi deſiderat. Quid præcipitis?* Ad diaconorum officium pertinebat ſynodi audientiam expetentibus admiſſionem procurare, Inde epiſcopi Ægyptii in concilio Alexandrino rejiciunt conciliabulum Tyrium contra Athanaſium, quia illic commentarienſis ſive carcerarius pro diaconis eccleſiæ ad audientiam ingreſſuros admittebat.

Theodoſius vir venerabilis Theſſaliæ provinciæ Echinienſis civitatis epiſcopus. Reperitur inter ſubſcriptos Epheſinæ ſynodo Θεόδωρος ἐπίσκοπος ἐχιναίων πόλεως ἐπαρχίας Θεσσαλίας. Hinc incipit argumentum ſynodi hujus, quod paucis in hæc verba colligo. Stephanus Lariſſenſis epiſcopus Theſſaliæ metropolita legitime ac regulariter electus & ordinatus, mox Probiani ſuffraganei ſui aliorumque improborum factione irregulariter epiſcopatu privatus ab Epiphanio patriarcha Conſtantinopolitano ſedem apoſtolicam appellat, & lugubrem calamitatum ſuarum hiſtoriam duobus libellis pertexens, reſtitui petit.

Menas notarius recitavit. Hic Menas quinquennio poſt Conſtantinopoli ſynodo adfuit comitatus Agapitum PP. & pag. 678. concil. vocatur Μηνᾶς ὁ θεοσεβέστατος ἀναγνώστης τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας. Reperitur etiam dictus ſecundicerius notariorum veteris Romæ.

Denique per hoc quia venerabiles effecti ante vos, & quanti ſanctam illam ſedem habere meruerunt, &c. In his verbis τὸ *effecti* poſitum videtur pro Græco γενόμενοι: nam multis aliis indiciis apparet has literas Græce ab auctore ſcriptas, ut Romæ recitarentur fuiſſe ad verbum Latine redditas.

Mediocriter ſicut erat, meam vitam humiliter tranſiebam. Ante *mediocriter* videtur deeſſe, *quo.* reliqua verba græciſmis ſcatent, & ſic in archetypo expreſſa veriſimile eſt. μετρίως ὥσπερ ἦν, βίον μου ταπεινῶς διῆλθον.

Secundum priſcam conſuetudinem tribus electis. Apparet hinc non a Iuſtiniano repertum & introductum fuiſſe hunc eligendi modum; ſed potius confirmatum Nov. 123.

Totum autem. Græce nimirum erat τὸ ὅλον δὲ.

Ordinationem (metropolitæ videlicet) *ſecundum priſcam conſuetudinem, non alibi, ſed in eadem civitate fieri oportebat* Ita Cyprianus ep. 68. p. 163. & ſeq. ſic epiſcopi Aſiæ contendebant in Calchedonenſi concil. ordinationem metropolitæ Epheſii in ea urbe celebrandam.

Ut etiam provocaret in eccleſia Dei laudem in mea humilitatis exercere perſonam. Provocaret ſic poſitum apparet pro verbo Græco ſignificante Probianum ultro ambiiſſe & ſibi præripuiſſe partes laudandi encomio publico Stephani electi. Id clarius cernitur in his verbis verſ. 10 paginæ mox ſequentis: *Illum dico, beatiſſime, Probianum qui alios feſtinantes* (in Græco fuit σπεύδοντας ſtudentes) *meas laudes dicere, repellens, ipſe in eccleſia Dei titulos meæ laudis exercuit.* Hujus porro laudationis, quæ perorari conſueverat in commendationem electi in comitiis epiſcopalibus, & erat quædam quaſi canonica in quem ſuffragia concurrerant inſtitutio in ſedem, exemplum illuſtre habetur apud Sidonium Apolinarem poſt epiſtolam 9. libri 7. Idem fieri ſolitum in electione pontificis Romani apparet ex Piſano in vita Paſchalis II papæ.

Veſtram poteſt, &c. ſententia exigit ut pro *veſtram* reponatur *veram.*

Ad ſeſſionem II. ſynodi Romanæ ſub Bonifacio II.

SIcut præterita ſeſſione conſtituiſtis, *obſervat.* Obſervat hic poſitum videtur pro Græco καραδοκεῖ, expectat. uſu eccleſiaſticis illorum temporum latine loquentibus non inſueto. Sic coll. Carth. cog. 1. *Perendie, ſi præcipis, obſervabimus.* Et in eumdem modum ſæpius cognitione 2. a quo non abludit illud Vulgatæ noſtræ Pr v. 8. 34. *Obſervat ad poſtes oſtii mei.*

Domino noſtro, &c. ſic vocari ſolitum pontificem Romanum ab epiſcopis olim, innumeris exemplis paſſim occurſuris monumenta eccleſiaſtica verſanti, demonſtrari poſſet. Sic enim Hormiſdas compellatur in Relat. epiſcop. Epiri pag. 451. tom. 1. ep. decret. Quod epiſcopi quoque conc. Conſtantinopolitani ad eundem Hormiſdam ſcribentes ep. decret. pag. 532. In concilio quoque Calchedonenſi II. pag 170. edit. coll. de S. Leone I. ſic habetur; τῷ δεσπότῃ ἡμῶν καὶ ἁγίῳ πατρὸς καὶ ἀρχιεπισκόπου Λέοντος. Sic in ſubſcriptionibus bullarum Zachariæ & Adriani Pontificum in archio monaſterii S. Dionyſii apud Dubletium in chronico, pag 446. & 451. Vicariis quoque ac legatis Romani pontificis eadem appellatio tribuebatur. Nam Illyricani epiſcopi Elpidium ſedis apoſtolicæ legatum vocant in literis ſynodicis ad epiſcopos Aſiæ apud Theodoretum lib. 4. cap. 8 τὸν κύριον ἡμῶν καὶ συλλειτουργόν, & paulo poſt eodem nomine appellant Euſtachium epiſcopum

Ante *quia*, reponendum eſt *qui.* ſed illud majoris momenti mendum, quod quarto poſt verſu occurrit in illis verbis *ſancta Dicæſarienſis eccl. ſia.* Dicæſaria nulla fuit, quod ſciam, in Theſſalia. Notitia M S. Hieroclis Cæſariam ibi agnoſcit; cujus urbis non dubito quin epiſcopus hic fuerit Timotheus. Legendum ergo pro ſupra notatis verbis *ſancta Dei Cæſarienſis eccleſia.*

Quamvis in toto mundo, &c. diligenter notanda hæc verba ſunt, & quæ ſequuntur ad ſextum hinc verſum. In his enim clariſſime diſtinguitur duplex in Romano pontifice poteſtas. Prior univerſalis in omnem eccleſiam jure ſupremi primatus, & officio paſtoris œcumenici ei competens: altera conveniens eidem tamquam peculiari patriarchæ totius eccleſiæ occidentalis, ad cujus diœceſim Illyrici quoque eccleſiæ pertinerent. Vide Hieronymum Alexandrum de Suburbicariis pag. 167. ubi hunc locum laudat.

Acholio. Acholius hic eſt, de cujus obitu & laudibus extat inſignis epiſtola S. Ambroſii ad Theſſal. lib. 3. ep. 20. & ſeq. 21 ad Anyſium, ejus labores & itinera pro eccleſia Dei commemorat. Ambroſianis epiſtolis adde tres Baſilii magni ad ipſum Acholium, quibus inſignem ejus animi characterem depingit 137. 138. 139. unde apparet eum ortu & genere fuiſſe Cappadocem.

Damaſus. Hæc & ſequens epiſtola Damaſi eſſe videntur ex earum numero, quas multas ad varios ſcripſiſſe Damaſum Nicolaus I, epiſt. 8. pag. 43. teſtatur, quibus allaborabat, ut Maximus Conſtantinopoli expelleretur: cujus ordinationem irritam quoque declaravit concilium Conſtantinopolitanum can. 4. Eas epiſtolas periiſſe dolebat Baronius anno Chriſti 380. num 5.

Qui is fuerit ardor animi, quam fœda præſumptio, & infra verſ. 16. *quanta feſtinatio.* hæc can. IV. concil. Conſtantinopolit. ἀταξίαν vocat

Intra parietes alienos. In domo Chorauli ordinatus fuit Maximus Cynicus. Sed ipse in concil. Italiæ eam rationem facti hujus attulit : quia Ariani basilicas adhuc tenebant. Epist. concil. Italici a Sirmondo edita pag. 104.

Huic homini, qui in habitu idoli incedit. Maximum intelligit philosophum Cynicum palliatum & pallium vocat habitum idoli, forte quod Dii gentium eo habitu pingerentur. Quare id genus vestis Cælestinus papa in episcopis graviter improbat tanquam superstitiosum tom. 1. concil. Galliæ pag. 55. in habitu quoque idololatriam latere docet Tertull. lib. de idololatria, & acta SS. Perpetuæ & Felicitatis.

Cognovi dispositum esse Constantinopoli concilium fieri. Si hoc concilium esset œcumenicum, non sic loqueretur Damasus. tale enim nisi ejus prius consulti jussu rite convocari non poterat. Erat ergo concilium particulare, coactum ad electionem episcopi, qui in sedem Constantinopolitanam excluso Maximo rite induceretur. Quare istud concilium ecclesia Romana numquam pro generali habuit, nec ejus acta probavit. Invitaverat Damasus orientales episcopos cum occidentalibus ad concilium Romæ generale celebrandum : sed orientales Constantinopoli substiterunt ; & generale concilium declinantes particulare celebrarunt, ut ait S. Ambrosius in epist. concilii Italiæ ad Theodosium apud Sirmondum pag. 105. Non igitur præcepto & auctoritate Damasi, ut volunt nonnulli, hoc concilium indictum est : apparet tamen monitum fuisse, forte ipsius Theodosii literis, Damasum de concilio habendo. Et cum Sozemenus lib. 7. cap. 7. Acholium inter eos episcopos enumeret, qui concilio Constantinopolitano præfuerunt, hinc apparet Damasum ei curam vicesque quodammodo commisisse, ut ostendit sequens epistola, & confirmatur ex eo, quod episcopi concilii Italiæ apud Sirmondum pag. 108. docent PP. Constantinopolitanos sine Acholii judicio Nectarium noluisse ordinare.

Sinceritas vestra det operam quemadmodum prædictæ civitatis episcopus eligatur, &c. Curam injungit Damasus pontifex Acholio & sociis a se missis, invigilandi, ut electio illa rite fiat, consuetudinem in hoc retinens sedis apostolicæ, quæ semper talem de Constantinopolitana sede solicitudinem habuit. Quo pertinet locus insignis epistolæ Cælestini papæ contra Nestorium tom. 1. conc. Ephesini ; cujus hæc verba sunt: *In tantum se solicitudo nostra extendit, in quantum ei dominus commisit.* Ait etiam missos, sive responsales suos adfuisse ordinationi ejus, & relationem ea de re misisse ad sedem apostolicam. Sic nimirum fieri solebat: & antequam ejusmodi relatione accepta Romanus pontifex ratam se habere electionem declarasset, firma ea non habebatur ; ut distincte de electione Nectarii inferius pag. 77. scribitur his verbis : *Clementissimæ recordationis princeps Theodosius Nectarii ordinationem, propterea quia in nostra notione non esset, habere non existimans firmitatem,* &c. quæ vide.

Ne patiamini aliquem contra statuta majorum de civitate alia ad aliam transduci, &c. Translationem episcoporum Nicæni concilii canone vetitam Romana quoque ecclesia valde improbavit, nisi necessitas cogeret, aut magna & evidentissima utilitas suaderet. Unde Nicephorus Callistus, & alii, qui exempla ejus anxie congesserunt, unicum Perigenem Romano episcopo probante translatum in occidente reperiunt. Diserte prohibuit tales translationes synodus Capuana, ut testatur canon Afric. 15. In oriente quoque id ægre permittebant Romani pontifices ; nisi ex causis gravissimis ; quales intervenerunt in ordinatione Procli : de qua vide Liberatum cap. 7. Ut enim is in sedem Constantinopolitanam ex alia transferretur, Theodosio rogante, ob evidentissimam utilitatem Cælestinus consensit. In Romana ecclesia novum Formosi exemplum eas turbas concivit, quæ ex historiis notæ sunt. Sane concilium Ravennatense sub Ioanne IX. cap. 3. necessitatis causa eam translationem factam agnoscit : sed omnino interdicit, ne id exemplum ullus assumat. Ioannes VIII. Frotharium Burdegalensem post vastatam a Normannis diœcesim ad Bituricensem ecclesiam translaturus, necessitate barbarica & dispensatione cogente loci & temporis, id fecisse testatur epist. 13. 14. & 37. Græci minus hac in re fuere religiosi, ut exempla a Nicephoro conquisita ostendunt. Sane ex hoc Damasi loco, & iis quæ supra dixi, apparet quid de Callixti, Antheri, & Pelagii II. fictitiis decretis censendum.

Filii mei Rusticii, &c. Notatur Rusticius consul. A.C. 464. & apud Innocentium I. epist. 20. Ex eadem gente fuerit Rusticia Patricia apud sanctum Gregorium in epistolis pag. 509.

Gratiam Dei Romæ consecutus est, hoc est, baptizatus est Romæ. Sic Innocentius I. epist ad synodum Toletanam concil. Hispan. pag. 52. Sic Christiani Punici baptismum *Salutem* appellabant, teste S. Augustino. Sic infra pag. 147. S. Leo : *Qui uxorem antequam Christi gratiam consequeretur accepit, qua deficiente alteram post baptismum conjunxerit sibi.* Sed & sacramentum ordinis ita appellatum observo epist. 18. Innocentii, ut enim λαβεῖν τὴν χάριν, Cyrillus Hierosolymitanus catethes. 3. pag. 65. de baptizato dixit ita, λαβεῖν ἀρχιερατικὴν χάριν. Basilius Magnus 7. Sic S. Paulus 1. Timoth. 4.

Anysio. Vide sanctum Ambrosium epistol. 5. quæ est Siricii ad Anysium & alios Macedoniæ episcopos. Ea epistola ostendit, Anysium ceterosque ejus coepiscopos exquisivisse sententiam Siricii de Bonoso episcopo Naistidonis (ut videre est ex epist. 28. Innocentii) sed quia synodus Capuana paulo ante eosdem Anysium & collegas judices elegerat in causa Bonosi, pontifex ipsos munere suo defungi jubet in causa examinanda ; neque sententia interposita, synodi delegationem irritam facere voluit. Sed ex epist. 27. S Innocentii apparet, episcopos de examine retulisse ad Siricium ; cumque sua tandem sententia negotium composuisse, prout temporis necessitas tum requirere videbatur. Porro huic Anysio recenter in Acholii locum electo gratulatur id ipsum sanctus Ambrosius lib. 3. epist. 23

Hujusmodi literas dederamus, ut nulla licentia esset &c. Huc pertinet, quod infra pag. 145. testatur S. Leo, Siricium primum certa ratione commisisse vices suas Anysio, respiciens haud dubie ad hanc epistolam Quod hic dicitur, sine consensu vicarii apostolici episcopos in Illyrico ordinari non posse, idem factum in Africa quoque intelligitur ex ejusdem Siricii epist. 4. pag. 46. ad episcopos Africæ. Unde apparet pontificem in singulis diœcesibus suos habuisse vicarios eodem jure. Quin etiam ex epistola decimaseptima Hormisdæ ostenditur, episcopos etiam primates ceterarum provinciarum relationem de sua ordinatione misisse ad Thessalonicensem vicarium sedis apostolicæ, secundum prisca exempla. De hac reservatione ordinationum episcoporum vicario Romani pontificis, vide etiam infra pag. 68. & 80.

Vel ecclesia Romana clericum, &c. Hinc apparet clerum Romanum semper fuisse seminarium episcoporum, & pontifices Romanos jam inde a principio ecclesiis præsertim occidentalibus episcopos e clero Romano submisisse observat Hallier de ordinationibus pag. 730. Vide Ioannem diaconum de vita sancti Gregorii lib. 3. cap. 7. & 8. Sic Ioannes Ravennas se in gremio ecclesiæ Romanæ enutritum scribit ad S. Gregorium lib. 2. epist. 55. pag. 113. eidem Marinianus successor Roma datur ab eodem S. Gregorio.

Statim. Hoc est, ut ex actis apparet, post dierum unius & viginti interregnum.

Sanctæ memor.æ Damasus. Ergo Anysius jam tempore sancti Damasi sedis apostolicæ vices sustinuit : successit enim, ut ex sancto Ambrosio paulo superius notavimus, Acholio ; quem Damasus vicarium suum constituerat: & successit, ut hinc apparet, jam tum ipsius Damasi tempore.

Cum epistola ad Rufum. hic recitata confer epistolam 20. ejusdem S. Innocentii ad Alexandrum Antiochenum pag. 77. cui eodem modo agendum consulit.

Miseratione. Rescribe ministratione.

Discat, corrige, dictat.

Injungi pro eorum meritis ista voluerunt. Ergo non loco, sed personarum meritis collata fuit hæc dignitas: contra ac probare nititur vir quidam pereruditus. Vide infra

Omnem sane instructionem chartarum in causa archivorum, &c. Hinc apparet, quod in concilio quoque Carthaginensi constitutum legitur, matriculam & archivum apud primam sedem & metropolim fuisse.

Cum presbytero Senecione. Hic forte idem est, qui postea legitur, Scodrensis episcopus.

Per unamquamque provinciam satis, ut decebat, literis manifestavimus. Scripserat ergo S. Innocentius ad singularum provinciarum metropolitas de Rufi vicariatu. Ita & S. Leo infra epist. 24 pag. 151. cum Anastasio vices suas delegaret. Ita quoque Zozimus epist. 5. ad episcopos Galliæ tom. 1. concil. Gall. pag. 42.

Quorum preces subdendas magis credidimus esse quam narrandas. Libellus nimirum supplex, quo aliquid postulabatur, vel ipse, vel ipsius summa subjungebatur rescripto concessionis.

Perigenem. Hujus Perigenis causa, a Patrensi civitate, a qua rejiciebatur, ad Corinthiam, a qua expetebatur episcopus, transferri, valde celebris est in historia ecclesiastica. Socrates lib. 7. capite 35. de ea agit, & ex eo

Nicephorus Callistus. Ivo quoque Carnotensis in præfatione decreti. Vide etiam infra pag. 70. & sequentibus. Simile translationis exemplum vacantis episcopi habemus apud Liberatum cap. 18. cum Simplicius papa Ioannem Talaium patriarcham Alexandrinum sede sua propter Petrum Moggum carentem, ad Nolanam transtulit ecclesiam.

Retinere desiderant, &c. Magna in electione episcoporum olim habebatur ratio desiderii populorum. S. Cælestinus epist. 1. *Nullus invitis detur episcopus: Cleri, plebis, & ordinis consensus ac desiderium requiratur.*

Hunc a Patrensibus non susceptum, Extant canones concilii Ancyrani 18. & Antiocheni item 18. de episcopis non receptis in loco ad quem ordinati sunt.

Nova tentamenta, &c. Intelligit rescriptum Theodosii in favorem sedis Constantinopolitanæ contra jus Romanæ sedis in ecclesias Illyrici, extortum præcedenti anno. Quod postea Theodosius ad petitionem Honorii Aug. revocavit. Vide infra suis locis. Porro de jure illo antiquo ecclesiæ Romanæ hæc habet Nicolaus I. epist. 2. ad Michaelem imperatorem. *Oportet enim vestrum imperiale decus, quod in omnibus ecclesiasticis utilitatibus vigere audivimus, ut antiquum morem, quem nostra ecclesia habuit, vestris temporibus restaurare dignemini: quatenus vicem quam nostræ sedes per episcopos vestris in partibus constitutos habuit, videlicet Thessalonicensem, qui Romanæ sedis vicem per Epirum veterem, Epirumque novam, atque Illyricum, Macedoniam, Thessaliam, Achaiam, Daciam Riparensem, Daciamque mediterraneam, Dardaniam, & Prævalim, B. Petro apostolorum principi contradicere nullus præsumat: quæ antecessorum nostrorum temporibus, scilicet Damasi, Siricii, Innocentii, Bonifatii, Cælestini, Sixti, Leonis, Hilari, Simplicii, Felicis, atque Hormisdæ sanctorum pontificum sacris dispositionibus augebatur. Quorum denique institutiones ab eis illis in partibus destinatas, per nostros missos, ut rei veritatem cognoscere queatis, vestræ Augustali potentiæ dirigere curavimus.* Eodem modo legati ab Hadriano II. Constantinopolim missi in dissertatione contra vicarios orientalium, Bulgariam ad ecclesiæ Romanæ ordinationem pertinere contendunt, apud Anastasium bibliothecarium pag. 342. *Sedes apostolica*, inquiunt, *juxta quod decretalibus sanctissimorum Romanorum præsulum doceri poteritis, utramque Epirum novam videlicet veteremque, totamque Thessaliam, atque Dardaniam, in qua Dardania civitas hodie demonstratur, cujus nunc patria ab his Bulgaris Bulgaria nuncupatur, antiquitus canonice ordinavit & obtinuit.* Ioannes papa commonitorium Paulo episcopo fungenti legatione in Germania & Pannonia, inter cetera: *Nam non solum intra Italiam ac ceteras Hesperiæ provincias, verum etiam intra totius Illyrici fines, consecrationes, ordinationes, & dispositiones apostolicæ sedes patrare antiquitus consuevit, sicut nonnulla regesta & conscriptiones synodales, atque ipsarum quoque plurima ecclesiarum in iis positarum monumenta demonstrant.* Apud Anselmum in collect. canon. lib. 4. cap. 47. cui statim subjungitur ejusdem Ioannis octavi capitulum ex epistola ad Ludovicum gloriosum regem, qua docet: *Pannonicam diœcesim ab olim apostolicæ sedis fuisse privilegiis deputatam. Hoc enim*, inquit, *synodalia gesta indicant, historiæ scripta demonstrant*, &c.

Ad synodum quæ dicitur illicite congreganda, &c. Episcopi videlicet Illyrici synodum inscio Rufo sedis apostolicæ vicario indixerant de Perigenis causa recognoscenda ex indulto novi rescripti Theodosiani.

Perrevii coepiscopi nostri, &c. Perrebius Pharsaliensis episcopus interfuit concilio Ephesino, ubi nunc in Græco legitur Περεβίου Φαρσάλου, principio act. 1. Postea vocatur episcopus τῶν Θετταλικῶν Σαλτῶν & mox eadem act. 1. τῶν Θεσσαλικῶν Σαλτῶν: & sic paulo ante. *Saltuum Thessalonicensium.*

Data v. Idus Martias, &c. Est hic Christi 422. Quare hæc epistola scripta est nono mense post rescriptum Theodosii, quod datum fuit Constantinopoli 14. Iulii an. 421.

Institutio universalis, &c. Totum principium hujus epistolæ transcripsit Hadrianus I. epist. 97. codicis Carolini editionis Gretseri pag 321.

Adeo ut non aliquid super eum (hoc est B. Petri honorem) *ausa sit constituere*, synodus videlicet Nicæna. *Quia* (ut ait epist 8.) *Primatum agnovit Romana ecclesia, nullum ei contulit incrementum, sed ex ejus forma sumpsit*, &c.

Omnia denique huic noverat domini sermone concessa. Ideo privilegia sancti Petri, Christi statuta a Gelasio appellari docet Nicolaus loco citato.

Audio episcoporum quosdam, &c. Puto intelligendos Pausianum, Cyriacum, & Calliopum factionis & seditionis auctores, qui Maximum illum sine consensu vicarii apostolici ordinasse videntur.

Eorum petentes auxilium, &c. Hinc patet episcopos illos ad patriarcham Constantinopolitanum confugisse, & ejus ope extorsisse rescriptum illud Theodosii, quod in utroque codice extat, quo episcoporum Illyrici audientia patriarchæ Constantinopolitano vindicatur. Id postmodum Theodosius, re melius cognita, ut paulo ante in ejus ad Honorium Augustum rescripto legitur, supplicantium episcoporum subreptionem vocat, qui ægre ferebant absoluta Romani pontificis auctoritate per ejus vicarium Thessalonicensem episcopum, res ecclesiasticas constitui, quas ipsi a synodo provinciæ cujusque administrari & disponi volebant, juxta præscriptum canonis Constantinopolitani secundi. Sed ne αὐτοκεφαλίας affectare viderentur, obortas difficultates a Constantinopolitano patriarcha dijudicari petebant, excluso episcopo Romano.

Interpellari nos super hoc missa legatione convenerat, &c. Sic Atticus Nicopolitanus ad Leonem Magnum contra Anastasium Thessalonicensem recurrit, eventu ipsi prospero. quippe Anastasius acriter a Leone increpitus est.

Ad orientis loca. Intelligit Illyricum orientis imperio contributum; & inde pertinere ad orientem dictum.

Præceptio nostra constituit. Sic Socrates, cujus locum supra notavimus ad Roman. pontificis præceptionem agnoscit. De quo frustra cavillatur Blondellus pag. 302. vide infra.

Sua de proximo moderatione pensare, &c. Ita Symmachus papa epist. 5. In electione episcoporum decretum sine visitatoris præsentia confici prohibet; cujus testimonio clericorum ac civium possit unanimitas declarari.

Ut nihil immaturum, &c. S. Leo epist. 10. *Sacerdotum domini matura volumus esse judicia.*

Canonum sanctiones. Innuit can. 6. Nicænum. Mox, *quæ sit post ecclesiam Romanam secunda sedes*, &c. Hinc apparet episcopos Perigenis ordinationem non probantes, Constantinopolim velut ad secundam sedem recurrisse, & Constantinopolitani patriarchæ suasu synodum indixisse ad Perigenis causam examinandam, & pontificis Romani sententiam retardandam. Unde in ambitionem Constantinopolitani invehitur, qui secundum a Romano locum submotis Alexandrino & Antiocheno patriarchis affectabat. Sic quoque Gelasius ad episcopos Dardaniæ, & apud Nicolaum I. pag. 42.

A vetustate duravit παλαιὰ ἔθη can. 6. Nicænus & conc. Rom. sub Ioanne VIII. tom. 3. conc. Gall. p. 460. & Hincmarus Laudun. apud Baron. ann. 871. num 89.

Manus obvias obices legitur in conc. Rom. Ioannis VIII.

Maximas orientales ecclesias in magnis negotiis, &c. Sic Cælestinus papa epist. ad clerum Constantinopolitanum act. 1. concil. Ephes. pag. 286. edit. Rom Idem testantur S. Ambrosius cum ceteris episcopis Italiæ ad Theodosium imperatorem apud Sirmondum pag. 105. S. Hieronymus epist. 16. ad Principiam. Socrates hist. eccles. lib. 1. cap. 11. & 13. Sozomenus lib. 2. cap. 7. Nicolaus I. ep. 8. pag. 46. vide & epist. S. Iulii papæ tom. 1. decret. pag. 17.

Ejus auxilium postulasse, & vers. inde tertio *Hujus sedis auxilium postularunt.* Ita S. Basilius Magnus epist. 48. ad S. Athanasium, unam viam auxilii orientalibus ecclesiis fuisse scribit τὴν παρὰ τῶν δυτικῶν ἐπισκόπων συμμαχίαν; in quibus verbis per occidentales episcopos potissimum pontificem Romanum intellexisse recte observat Baronius ad an. Christi 374. num. 4. Inter alia multa notiora hujus auxilii a sede Romana petiti exempla, non omittendus Ioannes Alexandrinus, qui tempore Simplicii papæ ad sedem apostolicam confugit. Vide tractatum veteris incerti auctoris præmissum epistolis S. Leonis tom. 1. epist. decret.

Nectarii ordinationem, &c. De Nectarii electione scribit synodus Constantinopolitana ad Damasum apud Theodoretum lib. 5. c. 9. Hisce literis puto adjunctam fuisse legationem Theodosii imperatoris. Sed quamvis PP. concilii confirmationem non petant a Damaso, causam tamen electionis multis verborum circumstantiis muniunt: scilicet allegantes factam ab œcumenica synodo, communi consensu, sub conspectu imperatoris, cum totius cleri atque universæ civitatis suffragio. Sed imperator sedis apostolicæ consensum quoque requisivit, ut ex hac Bonifacii epistola discimus. Sane Italiæ concilium cum S. Ambrosio congregatum non probavit Nectarii ordinationem, ut testatur ejus epistola ad Theodosium Augustum apud Sirmondum pag. 104. adeoque orientalium communioni renunciant, nisi de ejus ordinatione Romæ in concilio disceptetur; quæ res imperatorem ad Romani pontificis consensum & confirmationem petendam haud dubie impulit.

Per legatos pacem proposuerunt. Innuitur hic reconciliatio Antiochenæ ecclesiæ cum Sede Romana post 48. annorum schisma: cum Alexander Antiochiæ episcopus missis legatis pacem ab Innocentio obtinuit, ut ex epist 18. & 19. Innocentii ad Alexandrum & 21. ac 22. ad hunc ipsum Bonifacium tum adhuc S. R. E. presbyterum Constantinopoli degentem, & Acacium, ea de re scriptis, constat. Porro ex his quæ hic subjunguntur de facilitate sedis apostolicæ, omnia non difficulter indulgentis, apparet Acacium quoque, intercedente Alexandro receptum in gratiam: & Atticum præterea Constantinopolitanum volentem nolentem idem Alexander perpulit, ut S. Ioannis Chrysostomi nomine in diptycha recepto, ad ecclesiæ unitatem rediret, qui missa sæpius legatione frustra Innocentii animum tentaverat Ipse porro Atticus Cyrillum Theophili successorem in Alexandrina sede suis monitis suoque exemplo ad ejusdem apostolicæ sedis communionem perduxit. Ita omnes orientis ecclesiæ Innocentio reconciliatæ sunt. Extat etiam in canonibus Africanis can. 68. ubi patres illi pro pace inter Romanam & Alexandrinam ecclesias redintegranda scribendum ad Innocentium decernunt, quarum dissidium ortum fuerat ex iniqua Theophili Alexandrini ejusque factionis sententia in Ioannem Chrysostomum lata, per quam is Constantinopolitana sede dejectus fuerat: quem ad sedem apostolicam confugientem Innocentius egregie tutatus est; itaut Theophilum & Atticum ceterosque ejus persecutionis auctores a sua communione separaret; quæ separatio causam schismati Alexandrino & Constantinopolitano dedit, non sine magna totius ecclesiæ commotione.

Ex qua & Romanum principatum accepimus; & principium sacerdotium. Supple, *accepit.* Sic totius orbis Romani caput Romana ecclesia dicitur in concilio Aquileiensi apud Sirmondum. Vide etiam Innocentii epistolam primam pag. 53. Et concilium Ephesinum pag. 456. ubi eadem ecclesia vocatur *fons sacerdotii*, &c. Videatur etiam Siricius epist. 4. pag 46. Gregorius II. epist ad Bonifacium tomo primo concil. Gall. pag. 519. Gregorius III. epist 4. epistola Placidiæ Gallæ ad Pulcheriam in actis concilii Calchedonensis pag. 25. Denique Baronius tom. 5. anno 423. num. 13.

Missa legatio. Similis plane legatio S. Bonifacii ad Honorium extat in prima epistola decretali S. Bonifacii.

Hæc privilegia quæ dudum a patribus constituta. Non videtur hic innuere canonem vi Concilii Nicæni: sed sanctiones patrum antiquiores ejusdem sententiæ. Nam inde ad præsentem annum nondum sæculum integrum effluxerat: ipse autem Honorius mox plurium sæculorum reverentiam hanc vocat.

Diversorum episcoporum subreptionibus. Thessalorum videlicet & Achivorum. Vide superius.

Ne sub principibus Christianis Romana perdat ecclesia, &c. Hæc hausit ex literis S. Bonifacii, quæ extant in cod. canonum pag 395.

Rescriptum Theodosii, &c. Hoc rescripto Theodosius junior August. revocat quæ perperam concesserat, circumventus fraude quorumdam, ut erat is princeps natura facili, cui astuti homines sæpius obrepserunt. Sic in causa Eutychis contra Flavianum, quam iniquissimam constitutionem abrogavit Marcianus concilii Calched. par. 3. cap. 11. Et intercesserat jam ante Valentinianus III. rogatu pontificis Romani. Literæ extant parte 1. concil. Calched.

Deus enim auctor ideo præsules fecit Christianorum principum posteros. Vopiscus in Probo Aureliani Aug. ad Probum nondum imperatorem scribentis hæc verba recitat de decimanis: *Isti enim sunt qui quadam felicitatis prærogativa præsules nisi futuros habere principes non norunt.* Iul. Capitolinus in M. Antonino philosopho: *Fuit in eo sacerdotio & præsul & vates*, &c. Lampridius quoque in Iuliano meminit *præsulum regendæ reipublicæ* ab imperatore factorum. Ceterum Christianis quoque principibus, ut hic dicitur, ab ecclesiasticis etiam scriptoribus hæc eadem præsulis appellatio tributa. Sic Ausonius Probum vocat senatus præsulem: Theodosius ipsum senatum in rescripto. Ita quoque Gelasius papa epist 7. ad episcopos Siciliæ de imperatoribus loquens: *Præsulum*, inquit, *auctoritas nostrorum emanavit*, &c. Sic S. Remigius & Aurelianus Arelatensis Clodoveum & Theodebertum reges Francorum præsules vocant tomo. 1. hist. Franc. pag. 850. & 858. quod tamen non eo trahendum, ut laici principes vere sint episcopi. Recte enim monuit Ioannes VIII. ut habetur apud Gratianum Dist. 96. cap. 11. *Si imperator catholicus est, filius est, non præsul ecclesiæ.*

Suscepta. Lege, *suscepti.*

Prisca apostolica disciplina, & canones veteres, &c. Vtrumque conjungit priscam disciplinam & canones veteres, quoniam ipsi canones disciplinam confirmant. Sic Gelasius in commonitorio ad Faustum Magistrum pag. 385. *Vox Christi, majorum traditio, & canonum auctoritas.*

Ad viros illustres præfectos prætorii Illyrici nostri scripta porreximus, &c. Meminit hic Theodosius rescripti a se dati, quo constitutionem illam suam subreptitiam abrogavit, & Illyrici jurisdictionem ecclesiasticam in pristinam formam restituit, quæ tamen constitutio nescio quorum fraude & malitia, non solum in Theodosiano codice remansit, sed in Iustinianeum quoque recepta fuit a juris conditoribus sedi apostolicæ æque ac religioni Christianæ infensis. Vt frustra sint qui de illius constitutionis causis hactenus mira excogitant Blondellus de primatu pag 394. & alii, ignorantes eam fuisse abrogatam ab ipso qui tulit, postquam agnovit se fuisse deceptum in ea sancienda.

Dilectissimis fratribus Perigeni, Dynato, Basilio, Sapio, &c. Plerique hi episcopi, quibus hæc epistola inscribitur, interfuere concilio Ephesino. Dynatus Epiri veteris civitatis Nicopolis metropolita, ut apparet ibidem pag 264. 277. 446. & 205. qui in Latina versione Donatus dicitur. Basilius Larissæ Thessaliæ episcopus, qui cum Nestorio sentiebat. concil. Ephes. act. 1. pag. 213. 226. 227. ubi Thessaliæ metropolita dicitur. Vnde apparet falso ibidem Iulianum Λαρείσσας episcopum vocari; & Σερδικῆς reponendum. Nam ejus loci metropolitam fuisse intelliges ex pag. 293. si tamen prius Librarii mendum correxeris, quod facies pro τῆς ἱερδικῆς rescribendo τῆς Σερδικῆς. Sæpius quoque inter metropolitas habetur, quibus scribunt imperatores pag. 277. ubi etiam Iulianus & Basilius commemorantur. Paulus episcopus Dardanorum pag. 264. quorum metropolis erat Scupi. Sed pag. 209. Daldianorum episcopus vocatur, & sic quoque MS. antiquissimus altero illo loco pag. 264. legit. Senecio Scodrensis ibidem. Scodra metropolis erat Prævalis. Vide superius jam dicta. Sed male in actis concilii pagina 205. editur πόλεως Κυδείνης pro Σκοδείνης.

Necessitatem de omnibus tractandi, &c. Sic legati sancti Cælestini in concilio Ephesino par. 2. act. 2. literas ejus legi petunt, ut synodus cognoscat μίαν ἔχει φροντίδα πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν pag 232.

Inter apostolos suos non qui altero esset inferior, sed eum maxime qui esset primus legit Notandus hic locus contra sophismata novatoris; qui ex eo quod pontifices Romani omnium ecclesiarum curam ad se pertinere affirment, primatum ecclesiæ Romanæ a B. Paulo, æque atque a B. Petro deducit lib. 2. cap 3.

Id ergo quod nos quoque servamus, &c Hinc apparet venientes ex Illyrico Romam formatam attulisse vicarii Thessalonicensis. Vt qui e Gallia veniebant, accipiebant ab Arelatensi vicario. Zosimus epist 7. & 11.

Provinciarum. Videntur quædam verba excidisse, sine quibus sententia constare non potest. Restituendus ergo locus inserendo post eam vocem, quæ sequuntur. *quæ ad tuam spectant ecclesiam sacerdos sine tuo consensu accesserit, vel contra ad tuam sanctitatem istarum provinciarum.* Porro de hoc primatum privilegio dandi formatas, videri potest Morinus pag. 190.

Fratris nostri Idduæ, &c. Ἰδδούας Smyrnensis episcopus Ephesino concilio adfuit. In hunc patriarchico jure Proclus egisse videtur; a cujus judicio cum Idduas ad sedem apostolicam provocasset, Xystus Procli sententiam ratam esse jussit. Episcopos Asianæ diœceseos Constantinopolitani episcopi jurisdictionem ægre tulisse apparet ex tumultu Ephesiorum ob Basilium a Proclo Constantinopoli ordinatum, ut videre est in concil. Calched act. 11. pag. 305. quinetiam cum Constantinopolitani potestas concilii Calchedonensis decreto confirmata esset, non destitere Asiani jugum detrectare aut excutere: unde etiam Timotheus Alexandrinus episcopum primatem in integrum restituere conatus est, contra Constantinopolitanam sedem, ut testatur Evagrius lib. 3. cap. 6.

Custodita, lege *constituta.*

Quarto inde versu. *Ad curam nunc pertinent Thessalonicensis antistitis.* Nunc, inquit, quia non id sedis, sed personæ privilegiū est. Et alii episcopo urbis alterius pro arbitrio Romani pontificis demandari poterat illa cura.

Nec his vos fratres cariss. constitutis, quæ præter nostra præcepta. His verbis innuit negotium Iuvenalis episcopi Hierosolymorum, qui in Ephesina synodo principatum Palæstinæ provinciæ obtinere studuit, contra metropolitam Cæsariensem. De qua re vide S. Leonis epist. 66. ad Maximum Antiochenum.

Quoniam

Quoniam vero & hoc statutum est, &c usque ad finem pa. In his verbis duo memorantur statuta synodorum duarum Constantinopolitanæ & Calchedonensis. Prius decernebat τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς ep. scopo Constantinopolitano can. 3 concil. Constantinop. 1. Id Anatolius, qui tempore Calchedonensis synodi Constantinopoli sedit, interpretans in eum sensum, ut Constantinopolitano tributus esset locus secundus a Romano, patriarcha, hoc ipsum magno ambitu a Calchedonensi synodo concedi curavit, ac quia decretum istud perlatum est invitis & repugnantibus legatis apostolicis, unde satis intelligebatur ratum esse non posse, nisi clare a Romano pontifice comprobaretur, egit idem Anatolius cum Marciano & Valentiniano Augustis, ut hanc necessariam confirmationem impetrarent a S. Leone magno per hanc epistolam. sed frustra fuit. Nam ut ex sequenti S. Leonis responso constat, id diserte negatum est, & interposita Anatolii ambitio graviter increpita. Hujus quæsitæ intercessionis meminit Gelasius 1. tom de anath. vinculo pag. 377. & epist. 11. pag. 401. Apparet autem ex hoc imperatorum testimonio Binium frustra hunc Constantinopolitanum canonem in suspicionem adducere, quasi supposititium, aut furtim concilio superadditum quod ille ex Baronio hausit an. 381. num. 35. Sed patres concil. Calchedonensis ubi eum canonem confirmant, can. 28. pro vero & legitimo agnoscunt. Ceterum quia, ut scriptum est, *Superbia eorum, qui Deum oderunt, ascendit semper*, Græci schismatici Constantinopolitanum patriarcham quam maxime possent extollere contra fas conantes, impudenter deinde mentiti sunt, non secundum tantum a Romana sede locum istis synodorum canonibus Constantinopolitano patriarchæ attributum, sed omnino primum supra ipsam Romanam. Id enim diserte tradit Anna Comnena lib. 1. Alexiadis pag. 31. quod quam vanum & impudens sit, per se cuivis est manifestum.

Roma Iunior, &c. quam inepte ex hac appellatione Romæ Iunioris secundus locus Constantinopolitanæ sedi a Romana vindicetur, differit Gelasius papa epist. 11. pag. 401. *Quia*, ut ait: & mox pag. 111. hic dicitur, *alia ratio rerum secularium est, alia divinarum.*

Proprieque rescribendum videtur *propereque*.

Non dedignetur regiam civitatem, quam apostolicam non potest facere sedem. Tres reliqui patriarchatus, Romanus, Antiochenus, Alexandrinus, apostolicæ sedes erant a S. Petro fundatæ. Vide Gregorium magnum lib. 6. epist. 37. vide etiam infra pag. 115. Quartus & ordine ultimus patriarchatus Constantinopolitanus non erat ecclesia apostolica, nec talis fieri poterat.

Precor & sedula suggestione vos obsecro, &c. Vide epistolam S. Leonis 63. unde apparet imperatorem ita ad has literas respondisse, ut probaret observantiam S. Leonis de custodia canonum paternorum, & ostenderet sibi placere: *Vt & fides Nicæna suam teneret firmitatem, & privilegia ecclesiarum illibata permanerent*; cujus responsionis etiam Gelasius meminit.

Persuasioni enim tuæ in nullo penitus suffragatur, &c Agit hic de canone Constantinopolitano superius memorato, quem irritum esse contendit. Canones enim illi Constantinopolitani ab ecclesia Romana non fuere admissi, neque approbati. Vnde & Lucentius act. 14. synodi Calchedonensis, eos inter synodicos canones haberi negabat, & sic Gregorius magnus lib. 6. epist. 31.

Vt consuetis. legendum videtur. *Vt consuevistis*, vel *consuestis*.

Qui enim sacrilegum errorem. &c Vide conc. Calched. parte 3. cap. 8. & 9. epistolas Marciani ad Alexandrinos & Palæstinos monachos; & cap. 13. & 14.

Benigne enim his consulitis, &c. Confer epist. sancti Leonis 61. & 62. quibus Aetium deposito Andrea ad archidiaconatum restitui petit.

Nullam esse culpam in me, &c. Hæc innuit Gelasius 1. tom. anathem. pag. 377. 380. & 401. sed vide Liberati breviarium cap. 13. in fine.

Sed Constantinopolitanæ ecclesiæ reverendissimus clerus est, qui hoc habuit studium, &c. Facundus Hermianensis lib. 5. p. 211. hunc Anatolii locum citat. Porro quod hic dicitur, apparet ex act. 11. concil. Calched. & confirmat Photius Tyrius in eadem synodo p. 44. edit. Colon. ubi habet hæc verba: αὐδὲν καλὰ κῦρος ἵνα ἰσχυρός, &c.

Cum & sic gestorum vis omnis & confirmatio auctoritati vestræ beatitudinis fuerit reservata. Idem Gelasius loco paulo ante citato. En ut agnoscit ipse Anatolius illum qualemcumque Calchedonensem canonem, ut ratus & firmus esset, debuisse corroborari confirmatione & auctoritate Romani pontificis.

Vt mihi de sanctis prædecessoribus tuis, &c. Simili modo exemploque antecessorum exhortatur Maximianum Cælestinus concil. Ephesini par. 3. cap. 22.

Auctoritatem Attici. Atticus licet vir esset mansuetus, sectariis tamen cum opus esset, terribilem se ostendit, teste Socrate hist. eccles. lib. 7. cap. 40. quod & Cælestini de eo elogium confirmat conc. Ephes. par. 1. c. 18.

Abjiciatur penitus inconcessi juris, qui dissensionem fecerat appetitus. Vides non sola canonis 28. expunctione contentum S. Leonem, omnem prorsus illicitum Anatolii ambitum repudiare: contra quam vir quidam eruditus existimat.

Communem gratiam semper optavit, &c Ideo Iulianus suo etiam privato nomine intercessit apud S. Leonem, ut Constantinopolitano decreto, & Anatolii desiderio locum daret, ut testantur literæ sancti Leonis ad ipsum Iulianum hac de re scriptæ, quas Gerardus Vossius publicavit in appendice Thaumaturgi pag. 225.

Hac epistola S Leo Anastasio Thessalonicensi vices suas per Illyricum committit, & ne bigamus ordinetur præcipit. Hinc porro confirmatur, quod sæpe diximus, vicariatus Thessalonicensium episcoporum non illi sedi concessum, sed personis pro libito a pontifice Romano concessus. Semel autem admonemus ex hac & tot aliis ante descriptis epistolis manifestissime constare istum Thessalonicensium vicariatum, & evidenter patere qua fide Blondellus libro contra Primatum pag. 393. vicariatus Thessalonicensis vestigium in antiquis monumentis extare ullum neget.

Vt unius uxoris vir sit, &c. & v. post. 8. *Qui uxorem antequam Christi gratiam consequeretur accepit*, &c. Quod bigamum faciat etiam illa quæ ante baptismum uxor fuit; Vide sanctum Ambrosium lib. 3. epist. 25. pag. 193. Innocentium I. epist. 1 & 13 & apud Sirmondum tom. 1. concil. Gall. pag. 41. Item epist. 27. ad Rufum ceterosque episcopos Macedoniæ prolixe hunc locum tractat. Concilium quoque Valentinum Galliæ sub Damaso cap. 1. de digamis non consecrandis. *Nec requirendum*, ait, *utrumne initiati sacramentis divinis, anne gentiles hac se infelicis sortis necessitate macularint*. Vide etiam Baronium tom. 5 anno Christi 405. num. 60.

Senecioni. Hic fuit episcopus Scodrensis.

Lucæ. Hic fuit episcopus Dyrrachii.

Antiocho. Legendum puto *Attico*. qui fuit Epiri veteris metropolita Nicopolitanus.

Vigilantio. Hic fuit episcopus Larissæ Est autem hæc epistola scripta contra Petrum Corinthi sive Achaiæ metropolitam, ejusque malas ordinationes.

CONCILIVM TOLETANVM II. OCTO EPISCOPORVM,

Anno Christi 531.

Habitum [a] anno quinto [b] Amalarici regis, circa tempora Bonifacii papæ secundi, anno domini DXXXI.

TITVLI CAPITVLORVM.

In nomine domini nostri Iesu Christi synodus habita in civitate Toletana, apud Montanum episcopum, sub die XVI. Kalendas Iunias, anno quinto regni domini nostri Amalarici regis, æra 565.

PRÆFATIO.

Cum in voluntate domini apud Toletanam urbem sanctorum episcoporum præsentia convenisset, & de institutis patrum canonumque decretis commemoratio haberetur, id nobis in unum positis placuit, ut si qua in antiquis canonibus minime commemorata sunt, salubri tractatu, ac diligenti consideratione instituantur. Si qua vero in anterioribus conciliis sunt decreta, sed abusione temporum hacte-

ANNO CHRISTI 531.

nus sunt neglecta, redivivæ ordinationis censuram obtineant: quatenus dum in his, * quæ ad occultum fidei pertinent, studium religiosæ observationis impendimus, Dei nostri misericordiam facilius impetremus.

* quæ in conciliis sunt decreta, sed abusione temporum hactenus dimissa, & ad cultum fidei.

Dist. 28. c. De his quos voluntas.

CAPITULA.

I.

De his quos voluntas parentum a primis infantiæ annis clericatus officio manciparit, statuimus observandum, ut mox cum detonsi, vel ministerio electorum contraditi fuerint, in domo ecclesiæ, sub episcopali præsentia, a præposito sibi debeant erudiri. At ubi octavum decimum ætatis suæ compleverint annum, coram totius cleri plebisque conspectu, voluntas eorum de expetendo conjugio ab episcopo perscrutetur. Quibus si gratia castitatis, Deo inspirante, placuit, & * professionem castimoniæ suæ, absque conjugali necessitate se spoponderint servaturos, hi tamquam appetitores arctissimæ viæ, lenissimo domini jugo subdantur: ac primum subdiaconatus ministerium * habitu probationis suæ a vicesimo anno suscipiant. Quod si inculpabiliter ac inoffense vicesimum & quintum annum ætatis suæ peregerint, ad diaconatus officium, si scienter implere posse ab episcopo comprobantur, promoveri debent. Cavendum tamen est his, ne quando suæ sponsionis immemores, aut ad terrenas nuptias, aut * furtivos concubitus ultra recurrant. Quod si forte fecerint; ut sacrilegii rei damnentur, & ab ecclesia habeantur extranei. His autem quibus voluntas propria, interrogationis tempore, desiderium nubendi persuaserit, concessam ab apostolis * sententiam auferre non possumus; ita ut cum * perfectæ ætatis in conjugio positi renuntiaturos se pari consensu operibus carnis spoponderint, ad sacratos gradus aspirent.

* promissione

* probatione habita professionis suæ

* abortivos

* licentiam

1. Cor. 7.

* provectæ

II.

Similiter placuit custodire, ne qui de his qui tali educatione imbuuntur, qualibet occasione cogente, propriam relinquentes ecclesiam, ad aliam transire præsumant. Episcopus vero, qui eos suscipere absque conscientia proprii sacerdotis fortasse præsumpserit, totius fraternitatis reum esse se noverit. Quia durum est, ut eum, quem alius rurali sensu ac squalore infantiæ exuit, alius suscipere, aut vendicare præsumat.

III.

Illud vero præterea speciali ordinatione decrevimus, quod nec antiqua concilia in universis pene canonibus siluerunt, ut nullus clericorum a gradu subdiaconatus, & supra, in consortii familiaritate habeat mulierem, vel ingenuam, vel libertam, aut ancillam. Sed si sunt ei hujuscemodi servitia, matri, vel sorori, * aliæque propinquitati contradat. Et quidquid suis manibus * perfecerint, proprio domino deferatur. Aut * propinquitas memorata deest, alia domus ad earum habitaculum requiratur; dummodo nulla occasio introeundi domum clerici feminæ permittatur, unde aut laqueum possit incurrere, aut noxialis fama innocenti fortasse possit * inuri. Sane si post datam hanc monitionem, quisquis horum consortio frui voluerit, noverit se non solum a clericatus officio retrahi, vel ecclesiæ foribus pelli, sed etiam ab omnium catholicorum clericorum vel laicorum communione privari; nulla prorsus vel colloquii consolatione relicta: quatenus malæ consuetudinis abrasa rubigo in posteris radicis suæ veneno serpere non possit.

ANNO CHRISTI 531.

* vel alii propinquæ

* profecerint,

* propinquitatis memoria deest, alterius domus adhærentis habit.

* oriri.

IV.

Si quis sane clericorum agellos, vel vineolas * in terris ecclesiæ sibi fecisse probatur, sustentandæ vitæ causa, usque ad diem obitus sui possideat: verum post suum de hac luce * discursum, juxta priorum canonum constitutiones, jus suum ecclesiæ sanctæ restituat, nec testamentario ac successorio jure cuiquam heredum proheredumve relinquat, nisi forsitan cui episcopus pro servitiis ac præstatione ecclesiæ largiri voluerit.

Bernardus præpositus Papiensis collect. decret. lib. 3. tit. 21. c. 17.

Idem IV. Aurel. c. 34.

* vel alia ædificia in

* discessum.

V.

Nam & hæc salubriter præcavenda sancimus, ne quis fidelium propinquam sanguinis sui, usquequo affinitatis lineamenta, generis successione cognoscit, in matrimonio sibi desideret copulari; quoniam scriptum est: *Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedat, ut revelet turpitudinem ejus*: nec sine denuntiatione fit sententiæ, nam paulo post infert, & dicit: *Anima quæ fecerit de abominationibus istis quidpiam, peribit de medio populi sui.* Si quis ergo hujus decreti nostri temerator extiterit, ac vetitum violare præsumpserit, tanto graviori se mulctandum sententia recognoscat, quanto eam propinquiorem, cui copulari se maluit, suæ originis esse non ambigat: tantoque annosioris excommunicationis tempore a Christi corpore & fraternitatis consortio sequestretur, quanto fuerit propinquioris sanguinis contagione pollutus.

Burch. lib. 7. cap. 6. Ivo p. 9. cap. 42.

Levit. 18.

Ibidem.

Hujus

ANNO CHRISTI 531.

Hujus institutionis regulam, * qui subscribimus, irrefragibili auctoritate nos spondemus servaturos Si quis autem nostrum vel eorum, qui nunc sanctæ synodo ex hac provincia defuerunt, huic tam salubri ordinationi obviare præsumpserit, vel solerter adimplere neglexerit, convictus, totius fraternæ caritatis aliquando habeatur extraneus. Sane, juxta priorum canonum decreta, concilium apud fratrem nostrum Montanum episcopum, si dominus voluerit, futurum pronuntiamus: * ita ut frater, & coepiscopus noster Montanus, qui in metropoli est, ad comprovinciales nostros, domini sacerdotes, literas de congreganda synodo, adveniente tempore, debeat destinare. Nunc ergo in nomine domini finitis his, quæ in * collatione venerunt, gratias agimus omnipotenti Deo, deinde domino nostro glorioso Amalarico regi; divinam clementiam postulantes, ut innumeris annis regni ejus, ea quæ ad cultum fidei * proveniunt, peragendi nobis licentiam præstet. Amen.

* quam

* itaque statuimus ut frater,

* consultationem

* pertinebunt,

SUBSCRIPTIONES EPISCOPORUM.

[c] Montanus in Christi nomine episcopus, his constitutionibus acquievi, relegi & subscripsi, die & anno quo supra.

* Pangarius in Christi nomine episcopus, his constitutionibus acquievi, relegi & subscripsi, die & anno quo supra.

* Pâtarius, al. Panacrius

[d] Nibridius in Christi nomine nostræ ecclesiæ * Egarensis episcopus, hanc constitutionem consacerdotum meorum in Toletana urbe habitam, cum post aliquantum temporis advenissem, salva auctoritate priscorum canonum, relegi, probavi, & subscripsi.

* Agragensis

* Cannonius episcopus his constitutionibus acquievi, relegi, & subscripsi, die & anno quo supra.

* Cantonius

Paulus episcopus his constitutionibus acquievi, relegi, & subscripsi, die & anno quo supra.

Domitianus episcopus his constitutionibus acquievi, relegi, & subscripsi, die & anno quo supra.

Maracinus in Christi nomine episcopus, ob causam fidei catholicæ in Toletana urbe exilio deputatus, sanctorum fratrum meorum constitutionibus interfui, relegi, & subscripsi, die & anno quo supra.

[e] Iustus in Christi nomine ecclesiæ catholicæ Urgelitanæ episcopus, hanc constitutionem consacerdotum meorum, in Toletana urbe habitam, cum post aliquantum temporis advenissem, salva auctoritate priscorum canonum, relegi, probavi, & subscripsi.

EPISTOLA MONTANI AD FRATRES TERRITORII Palentini.

Dominis dilectissimis fratribus filiisque territorii Palentini Montanus episcopus æternam salutem.

CUNCTARUM ecclesiarum, domini piissimi, præsules per Ezechielem prophetam terribilis illa commonitorii dictio, sub speculatoris nomine, concutit, dicens: *Fili hominis speculatorem dedi te domus Israel: audiens ergo ex ore meo sermonem annuntiabis eis ex me. Si dicente me ad impium, Impie morte morieris; non annuntiaveris ei, neque locutus fueris, ut avertatur a via sua impia, & vivat; ipse quidem in iniquitate sua morietur, sanguinem autem ejus de manu tua requiram*, & cetera, quæ hujus lectionis ordo de admonentis admonitiq; animis exquirendum ostendit. Hac ergo voce permotus, hujus officii necessitudinem me suscepisse non nesciens, studere curavi, ne cujusquam perditi animam de manu mea Christus inquirat; præsertim cum Toletanæ urbi metropolitani privilegium vetus consuetudo tradiderit, & eo magis, non solum parochiarum, sed & urbium cura hujus urbis solicitet sacerdotem. Ergo, ut apostolus dicit, *Quid horum vultis? in virga veniam ad vos, an in caritate, & spiritu mansuetudinis?* Nova namque præsumptio præsidentium vobis presbyterorum, nostrorum pulsavit auditus: si tamen nova tantum, & non detestabilis dici possit quæ ab initio fidei catholicæ nunquam, præter nunc, subrepsisse probatur, ut id quod per manus summi pontificis trinæ divinitatis invocatio sanctificare consuevit, presbyter ignarus disciplinæ conficere sibi chrisma præsumeret. Hoc si ignaviæ est, tam demens sacerdos esse non debuit; si præsumptionis est, hunc schismaticum esse quis nesciat, qui inauditam rem, & religioni contrariam, senescente jam mundo, talis temerator inducat? Revolvatur manibus vestris, o presbyteri, sacratissimus Numeri liber, in quo * vestri officii in septuaginta seniorum personis auspicatus est honor, & invenietis, quorum negotiorum vobis prærogativa concessa sit. Adjutores suos dominus nostri laboris secundo dignitatis gradu esse voluit, non temeratores sacrarum quarumdam rerum permisit. Sic Nadab & Abiu ignem afferentes alienum, id est, sui officii non debitum, divinus ignis assumpsit: sic Core, Dathan, atque Abiron Moseo Dei gratia divinis eloquiis perfruenti invidentibus, ac dicentibus: *Non soli tibi locutus est dominus; quia omnis congregatio sancta est*: novis schismaticis interitus novæ prædicationis advenit; ut jejuno ore insatiabiliter terra sorberet, quos indignatio divina damnasset. Quid memorem Oziam, qui cum non contentus regalibus fascibus, ne fungeretur & sacerdotis officio, contra jus fasque potestatis, velatus cothurno, oblationem expiationis solis sacerdotibus debitam offerre pararet, sic ultione cælesti lepra perfunditur ut munere sacerdotis & regni careret, exosusque ad obitum permaneret. Ozam pariter, quantum ad ipsum erat, devoto officio jumentis calcitrantibus, ne arca Dei laberetur, sustinere parantem, divinitus percussio illata consumpsit: ostendere scilicet volens, quia nullis omnino causis, nec sub occasione humilitatis præsumentibus, divina officia, & sacramenta cælestia, ab eo, cui non incumbit officium, contingi aliquatenus debent. Caveant ergo, caveant hi, qui sibi putant esse licitum, quod aliis non ignorant esse illicitum, ne similis eos horum quos memoravimus pœna percellat.

Ezech. 3.

1. Cor. 4.

Num. 11.

* vestris

Levit. 10.

Num 16.

2. Par. 26.

2. Reg. 6.

Anno Christi 531.

An forsitan sanctorum patrum regulas & constitutiones synodicas ignoratis, quibus præcipiuntur parochienses presbyteri, non per viliores personas, sed aut per semetipsos, aut per rectores sacrariorum, annuis vicibus chrisma a præsidente sibi episcopo petant? Credo quod qui petere jusserunt, potestatem consecrandi penitus abstulerunt. Providerit ergo caritas vestra, ne post humilitatis nostræ interdictum, donec & consuetus vobis a domino præparatur antistes, quisquam vetita iterare præsumat, & incipiat graviorem ecclesiasticæ districtionis sustinere censuram, utatur quisque honoris sui concesso privilegio, quod proprium sit ordinis presbyterii; non quod summi pontificatus est, improbus minister assumat. Quisquis post hanc admonitionem in hujuscemodi rebus aliquatenus fuerit deprehensus, sub anathematis insolubili vinculo se noverit esse damnandum. Cui in hoc ipsum non parum humanitatis conceditur, quod nunc eum transire patimur impunitum: Sane si dominus voluerit, cum tempus paschalis festivitatis advenerit, si vobis ad petendum impossibile est, datis literis vestris indicare debebitis: & nos sacri hujus liquoris ultro poterimus trāsmittere gratiam; dum non præsumatur illicita. Pari ratione cognovimus, quod ad consecrationem basilicarum alienæ sortis a vobis episcopi invitentur. & licet sint unius fidei copula nobiscum in Christo connexi, tamen nec provinciæ privilegiis, nec rerum domini noscuntur utilitatibus convenire: quia jam ad ipsum hujuscemodi fama prolata est. Ideoque salubri ordinatione censuimus, ut si quando talis necessitas incubuerit, literis nos informare debeatis, & aut per nos, aut eum, qui nobis ex fratribus & coepiscopis nostris visus fuerit, & consecratio ecclesiarum, Deo auspice, poterit celebrari. Præterea perditissimam Priscillianistarum sectam, tam actis, quam nomine a vobis præcipue novimus honorari. Rogo, quæ est ista dementia, in ejus amore superflue labi, quem in opere non velis imitari? Nam ut pauca de ejus spurcitiis in notitiam vestri deducam, exceptis his quæ in divinitate profanus erupit, & ore sacrilego blasphemavit, omnium vitiorum in eodem congeries, veluti in sordium sentina confluxit; ut sectatricum pudorem impudefactus adulter eriperet, & ut ad sceleris nefarii effectum facilius perveniret, maleficii usum gesta etiam ei assignant. Quid tandem in hoc religioni congruum fidelis cujusquam anima veneratur, qui non solum a sanctis sacerdotibus refutatus est, verum etiam mundani principes, justitia legum suarum, eum pro memorati sceleris qualitate damnarunt? Hunc talem fuisse plenius discet, qui beatissimi ac religiosissimi viri Theoribii episcopi ad sanctum papam urbis Romæ Leonem libros editos legit, in quibus hanc sordidam hæresim explanavit, aperuit, & occultam tenebris suis, perfidiæque nube velatam, in propatulo misit. Ex ipsis etenim libris qualiter cavere, quid respondere contra sacrilegos possit pius lector, invenitur. Unde quæso, ut perfidiam cum auctore damnantes, atque anathematizantes, rectæ fidei regulam teneatis, & de omnibus superscriptis cautiores exhibere vos procuretis: quo facilius nec mihi de taciturnitate possit esse damnatio, & vobis de obedientia fructum maximum coram salvatore Deo nostro providere possitis. Pax domini cum omnibus vobis. Amen.

EPISTOLA MONTANI AD THEORIBIUM.

Domino eximio præcipuoque Christicolæ, domino & filio [a] *Theoribio, Montanus episcopus.*

ALUMNUM te fidei catholicæ, & sanctæ religionis amicum, etiam in actis mundialibus conversantem, valde & novimus, & probavimus. Cum enim adhuc flores in sæculo; ita claritatis tuæ vita perpatuit, ut secundum sententiam domini, & quæ sunt Cæsaris Cæsari non negares, & Deo quæ sua sunt devota mente persolveres. Iure etenim te divini cultus in hac præsertim provincia nominabo. Putasne quanta tibi apud Deum maneat merces, cujus solertia, atque instinctu, & idololatriæ error abscessit, & Priscillianistarum detestabilis ac pudibunda secta contabuit? si tandem adhuc, & in nomine honorare desistant, cujus per tuam admonitionem collapsa esse opera non ignorant. Nam de terrenorum dominorum fide quid loquar? cui ita tuum impendisti laborem, ut feroces cohabitantium tibi animos ad salubrem regulam & normam regularis disciplinæ duceres. Præstavit divina clementia, quia id, quod summo labore conatus es, precibus & oratione perficeres. Quæ tamen ex Palentino conventu ad nos pervenerint, celsitudini vestræ indicare curavi: quo facilius per vestram increpationem nefanda præsumptio in posterum conquiescat. Quidam (ut ad nos perlatum) presbyteri ausu temerario res sacras non tam consecrare, quam violare præsumunt, & cunctis ab initio fidei catholicæ sæculis inusitatum summis sui ordinis hominibus, nisi tantum pontificibus debitum, jus consecrationis chrismæ, nescio quo typho, an dementia dicam, indubitanter assumunt: quod quam sacrilegum sit, piissimam conscientiam tuam latere non credo: & ideo spero, ut pro enervanda hac ipsa superfluitate, severissimi sacerdotis auctoritate utaris, & tantæ rei temeratores districtiori increpatione coerceas. Qui si post datam admonitionem nefas iterare præsumpserint, contumacia eorum sententia convenienti damnabitur. Simili ratione cognovimus, eo quod necessitudine consecrandarum basilicarum, fratres nostri, alienæ sortis episcopi, in locis istis invitati conveniant: & licet sit in toto orbe sponsæ Christi thalamus unus, ejusque antistites una in eodem fibula caritatis & fidei unione connexi, quod tamen privilegium decessori nostro, nec non dominis & fratribus nostris, Carpetaniæ vel Celtiberiæ episcopis vester coepiscopus fecit, in exemplaribus caritati vestræ direximus: ut scire possitis, improba petitio qualem potuisset habere effectum. Et [b] certe municipia, id est, Segobia, Brittablo, & Cauca eidem non quidem rationabiliter, sed pro nominis dignitate, concessimus; ne collata benedictio, persona vagante, vilesceret. Quod ipsi tantummodo dum adjuvit, præstitum fuisse cognoscite. Hoc ergo providere volumus, ut consuetudinem antiquam nulla ratione prætermittere debeatis. Quod si hæc nostra admonitio

Segovia, Brittablo, Cauca, *alias* Coca.

[A]NNO [C]HRISTI 531.

admonitio in vobis nihil profecerit, necesse A nobis erit domini nostri exinde auribus intimare, pariter & filio nostro Ergani suggerere: & hujusmodi ausum præcepta culminis ejus, vel districtio judicis, non sine vestro detrimento, severissime vindicabunt: tanta enim, tribuente domino, ejus est pietas, ut nihil de hoc, quod jus antiquum custodisse probatur, immutari permittat. Divina vos custodiat trinitas. Amen.

NOTÆ SEVERINI BINII EX GARSIA.

a *Anno quinto regni domini nostri Amalarici.*] Isidorus, & post eum Rodericus Toletanus, celebratum aiunt anno secundo Theudis regis: verum ex principio & capite ultimo hujus concilii clare evincitur sub Amalarico rege fuisse congregatum, id est, circa tempora Ioannis secundi pontificis maximi æra 565. *Garsias.* Adde quod pro æra 565. quæ cum anno primo regis Amalarici, Christi 527. & Iustini imperatoris nono coincidit, restituenda est æra 569. cum qua quintus Amalarici, & Christi 531. concurrunt. Constat enim testimonio Isidori in chronico, quod æra 564. nono anno Iustini imperatoris (ita enim emendanda est mendosa lectio Isidori hoc loco, pro IX. anno Iustini; XIV. Iustiniani ponentis) defuncto Theodorico Amalaricus nepos ejus successerit, & quinque annis regnaverit, adeoque quintum annum regni sui æra 569. anno Christi nati 531. terminarit Baron. anno 531. num 12.

b *Amalarici.*] Etiamsi hic & capite quinto infra inveniatur hanc synodum anno quinto Amalarici regis celebratam esse, tamen sancti Isidori verba suadent, patres hujus concilii sub Theude potius quam sub Amalarico convenisse. *Æra quingentesima sexagesima nona,* inquit, *Iustiniani imperatoris tempore, post Amalaricum* C *Theudis in Hispania creatur in regnum per annos sedecim: qui dum esset hæreticus, pacem tamen concessit ecclesiæ Dei, ut licentiam catholicis episcopis daret in unum apud Toletanam urbem convenire, & quæcumque ad ecclesiasticam disciplinam necessaria existerent, dicere,* &c. Accedit, quod exordio hujus concilii deplorent præterita tempora, quibus conveniendi licentia denegata erat: quod cum testimonio Isidori sub Amalarico contigerit, valde probabile est, hanc synodum sub Theude erga catholicos benignissimo celebratam esse, nomenque Amalarici ex apposito hoc titulo, in acta synodalia irrepsisse. Vide Baron. præd. anno, num. 13. & 14.

c *Montanus in Christi nomine.*] De Montano, vide quæ scribit Isidorus in libello de viris illustribus, & Ildefonsus. Constat eum rexisse metropolitanam Toletanam sedem, ex ejus prima epistola ad fratres territorii Palentini. *Garsias.* Vide quæ de eodem scribit Baron. anno 531 num. 15.

d *Nibridius*] Nibridius frater Iusti episcopi Vrgelitani: fuerunt enim quatuor fratres: Iustinianus episcopus Valentinus, Iustus, & Nebridius, & Elpidius. De justo meminit Isidorus libro de viris illustribus. *Garsias.* Vide Baron. anno 531, num, 16. D

e *Iustus.*] Iustus Vrgelitanæ ecclesiæ episcopus fuit: de eo in Kalendario Romano, die 28 Maii, & sanctus Isidorus de viris illustribus. Claruit temporibus Iustiniani imperatoris. *Garsias.*

a *Priscillianistarum sectam.*] De Priscilliano vide Hieronymum de viris illustribus, & Augustinum de hæresibus, hæres. 70. Extat de hac hæresi consultatio Orosii ad Augustinum, & ejus ad Orosium eruditissimum responsum. Vide etiam Vincentium Lirinens. & Sulpitium Severum libro secundo sacræ historiæ sub finem. Supplicium sumptum a Priscilliano sæculi gladio, & totius, ut ait Hieronymus orbis auctoritate, testatur idipsum idem Hieronymus ad Ctesiphontem contra Pelag. & Leo primus pontifex epistola 93. & synodus Burdigalensis. *Garsias.* E

[D]ubium [...]est quin [...] religio- [...]ille (non [mo]nachus) [...]quo Il- [...]fonsus. [...]vivebat [...]o ante [...]os plus [...]nus 80.

a *Theoribio.*] An hic Turibius ille monachus fuerit, cujus meminit Ildefonsus de viris illustribus, de vita Montani, an alter notarius sedis apostolicæ, a beato Leone papa missus in partes Hispaniæ ad Priscillianam hæresim extirpandam, ut constat ex concilio Bracar. primo in exordio (vocabantur & hi notarii regionarii, ut constat ex ordine Romano) an vero episcopus Palentinus & Asturicensis, non satis constat. Postremæ sententiæ acquiesco, ut ex prima epistola patet, & scripsisse libros doctissimos adversus Priscillianeos: & in secunda epistola eum vocat sacerdotem, hoc est, episcopum: Vt severissimi, inquit, sacerdotis auctoritate utaris. *Garsias.*

b *Certe municipia.*] Tria nominat municipia, Segovia, Brittablo, Cauca. Segovia, Plinio Secubia, Ptolemæo Σεγουβία, opidum Hispaniæ, inter Vaccæos celebre, in quo aquæductus molis ingentis auctoribus incertis structus, tamen nobilis, sæculis futuris imitatione inaccessus. Incertum an tanta machinatio Carthaginensium, an Romanorum opus fuerit, cum nullis sit literis nec notis dicatum: hoc notum, majestate & sumptu cum omnium orbis structurarum gloria certare. Est nunc sedes, ut Gothorum tempore, episcopalis: parvo fluvio abluitur, lanificio conspicua, & officina politi argenti signati. Brittablum, ab aliis Litabrum, sed corrupte, a C. Flaminio expugnatum, locus juxta Segoviam: de eo Livius lib. 39. Cauca a Ptolemæo ponitur in Vaccæis, hodie Coca. *Garsias.*

B

ANNO CHRISTI 532.

VITA,
EPISTOLÆ, ET DECRETA
IOANNIS PAPÆ II.

Ex libro pontificali.

[a] IOANNES, qui & Mercurius, natione Romanus, ex patre Projecto de Cælio monte, [b] sedit annos duos, menses ' 4. dies 6. ' 3.
fuit autem temporibus Athalarici regis, & Iustiniani Augusti. [c] Eodem tempore vir religiosus Augustus Iustinianus summo amore Christianæ religionis [d] misit fidem suam scriptam chirographo proprio ad sedem apostolicam C per episcopos Hypatium & Demetrium. Ipsis diebus obtulit Christianissimus imperator B. Petro apostolo scyphum aureum circumdatum gemmis prasinis & albis, & alios calices argenteos 2. scyphum pensantem libras 5. calices argenteos singulos pensantes libras 6. & alios calices argenteos 2. pensantes libras 15. palliola vero auro texta 4. Hic fecit ordinationem in urbe Roma unam per mensem Decembrem, prebyteros 15. episcopos per diversa loca num. 21. Qui etiam sepultus est in basilica B. Petri apostoli, VI. Kalendas Iulias, post consulatum iterum Lampadii. Et cessavit episcopatus dies sex.

NOTÆ SEVERINI BINII.

D a *Ioannes.*] Ioannes cognomento Mercurius, Romanus, anno, ut constat ex vetere inscriptione apud S. Petrum ad vincula, post consulatum Lampadii & Orestis, qui est 31. Christi nati, imperatoris Iustiniani 5. & Athalarici regis Italiæ 6. circa finem anni illius electus est Romanus pontifex. Hujus temporibus Amalaricus rex Hispaniarum Arianus, propterea quod Clotildem, filiam Clodovei catholicam sibi matrimonio junctam, ob diversitatem religionis male tractasset, occiditur a Childeberto quarto Clodovei filio, fratre Clotildis, ad quem ipsa sudarium proprio sanguine infectum miserat, Interfecto Amalarico regi Ariano Theudis rex Arianus successit, qui pace ecclesiæ Dei concessa, conveniendi ac de fide decernendi licentiam episcopis Hispaniæ indulsit Origenistæ sæpius damnati rursum invalescentes, corruptisque monachis Palæstinæ, totum ferme orientem depascentes, edictis imperatorum non poterant extingui: adeo ut horum causa quintum E œcumenicum concilium congregare opus fuerit. Iustinianus imperator conjurationem & seditionem Constantinopoli contra se motam illam, quam Procopius lib. 1. de bello Persico describit, feliciter sedavit & compressit. Ab episcopis ex visione quadam victoriam pollicentibus admonitus, Vandalicum bellum diu cogitatum duce Belisario inchoavit, atque spatio trium mensium, rege barbarorum Gilimere bis fugato, copiisque eorum devictis, Carthaginem recuperavit, totamque Africam a tyrannide nonagintaquinque annorum, quibus reges Ariani & barbari eam possederant, liberavit. Procopius lib. 1. de ædif. Iustin. Pugnabat miraculose pro imperatore catholico Deus, qui pro fide catho-

Ioannes quãdo pontificatum adeptus?

In Hispania Amalarico a Childeberto Francorum rege interfecto, succedit Theudis.

Origenistæ.

Acta Iustiniani.

ANNO CHRISTI 532.

catholico Deus, qui pro fide catholica defendenda & A amplianda summopere laborans, catholicorum & Severianorum, quos adhuc in oriente esse sciebat, illam collationem fieri curavit, quam infra suo loco editam hic exhibemus; quique missa legatione ad Romanum pontificem, contra monachos Acœmetas, Nestorianos & Origenistas, orthodoxam fidem propugnans, auctoritate sedis apostolicæ definiri rogavit, utrum, quod negabatur ab hæreticis, Christus unus de Trinitate esset: utrum in carne natus ac passus esset: & an Maria Dei genitrix dici posset.

Athalaricus simoniam prohibuit.

Athalaricus rex Gothorum corruptis moribus adolescens, postquam hujus pontificis monitu simoniacos bonorum ecclesiasticorum emptores perculisset edicto illo, quod marmoreæ tabulæ inscriptum, ante sancti Petri atrium cunctis perspicuum apponi curaverat, octavo anno regni sui, qui erat ætatis ipsius 16. mortuus est.

Athalarici successor Theodatus quis & qualis.

Theodatus vero Theodorici ex sorore Amalafreda nepos, provectioris ætatis, Latinarum literarum & Platonicorum dogmatum satis peritus, rei autem bellicæ prorsus ignarus, pecu- B niisque accumulandis enixius intentus, subrogatus est Athalarico, suasu Amalasuntæ matris Athalarici, quam ingratissimus, dum regno potitus est, in carcerem conjecit, & paulo post occidit. Procopius de bello Gothorum. Hæc cum Iustinianus accepisset, adversus Gothos bellum parare, & Francos jam ante, vivente adhuc Athalarico, concitatos, contra eosdem commovere cœpit.

Tempus sedis Ioannis papæ.

b *Sedit annos duos*] Tribus annis munus pontificium administratum fuisse a Ioanne secundo, constat ex obitu ejusdem, & ex iis quæ supra in principio verbo *Ioannes*, & in fine notarum ad vitam Bonifacii diximus.

c *Eodem tempore vir religiosus.*] Vide quæ de hac legatione infra in notis concilii Romani sub Ioanne, ex Baron. anno 533. dicturi sumus.

Confessio fidei, quam Iustin. ad Ioannem misit.

d *Misit fidem suam scriptam.*] Intelligit illam fidei professionem, quæ continetur in epistola Iustiniani ad C Ioannem papam: non vero illud prolixius edictum, cui in Suriana editione præfixa reperitur ejusmodi inscriptio mendosa: *Edictum piissimi imperatoris Iustiniani fidei confessionem continens, & refutationem hæreseon quæ adversantur catholicæ Dei ecclesiæ, Ioanni papæ secundo transmissum, ut patet in vita ejusdem papæ ex libro pontificali.* Hanc inscriptionem mendosam esse dixi, quia constat illud edictum, vel potius libellum, tempore Vigilii conscriptum esse, quem adversus tria capitula Theodorus Cæsariensis episcopus ab ipso imperatore edi curavit, ut testatur Liberatus in breviar. cap 24. Vide quæ infra notabimus sub Vigilio.

" Hanc adulterinam multa probant.

EPISTOLA " I. IOANNIS PAPÆ II. AD VALERIUM EPISCOPUM.

Docet Christum dominum, secundum deitatis naturam, patri æqualem, secundum vero humanam naturam, minorem esse.

Reverendissimo fratri Valerio episcopo Ioannes.

SCRIPTA tuæ sanctitatis suscipiens, plena ea fidei regula, qua plurimum polles, inveni, & Deo gratias retuli quod anima & corpore te bene vigere didici. Sane ea quæ significasti quosdam dicere, quod non sit Filius æqualis patri, & quod in euangelio scriptum sit: *Pater major me est*: (Ioan. 14.) scias non recte intelligere tales fidei regulas, nec rectam fidem penes se habere. Paulus apostolus " (" Ithacius adv. Varimadum seu Marivadū cap. 4.) non secundum deitatis naturam Christum creatum insinuat, sed secundum humanæ naturæ substantiam eumdem creatum affirmat, ipso Ephesiis conscribente: (Ephes. 4.) *Renovamini*, inquit, *spiritu mentis vestræ, & induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia & sanctitate veritatis.* Et ad Hebræos: (Hebr. 2.) *In eo enim, in quo passus est ille & tentatus, etiam potest his, qui tentantur auxiliari.* Vnde, fratres sancti vocationis cælestis participes, considerate apostolum & pontificem confessionis nostræ Iesum, fidelem existentem ei qui creavit eum. Et ad Colossenses: (Coloss. 3.) *Nunc autem deponite & vos universa, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpiaque ex ore vestro non procedant.* A *Nolite mentiri invicem, expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes novum eum, qui renovatur in agnitionem secundum imaginem ejus qui creavit eum.* Numquid qui universam creaturam, visibilia, propria potestatis virtute procreavit ac fecit, seipsum antea vel postmodum (quod dicere nefas) creavit, vel facere potuit? Filius minor " (" Idem Ithacius cap. 5.) est patre in assumpti hominis forma, æqualis vero patri est in deitatis naturæ substantia, eodem protestante: *Ego & pater unum sumus.* (Ioan. 10.) Et iterum: *Qui me videt, videt & Patrem.* (Ioan. 14.) Et iterum: *Qui me odit, odit & Patrem.* (Ioan. 15.) Et iterum: *Vt sint in nobis unum, sicut & nos sumus unum.* (Ioan. 5.) Et iterum: *Tu in me, & ego in eis.* (Ioan. 17.) Et iterum: *Omnia tua mea* B *sunt.* Et iterum: *Ego in Patre, & Pater in me.* (Ioan. 14.) Et iterum: *Pater in me manens facit opera hæc.* & Ioannes euangelista ait: (Ioan. 1.) *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Et iterum ipse ad Parthos: (Ioan. 5.) *Tres sunt*, inquit, *qui testimonium perhibent in terra, Spiritus, aqua, & sanguis: & tres unum sunt. Et tres sunt, qui testimonium perhibent in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus: & hi tres unum sunt.* Nos itaque in natura deitatis, quia unum sunt Pater & Filius, nec Patrem credimus aliquo tempore præcessisse, ne major sit Filio: nec Filium postea natum esse, ut deitate Patris minoretur. Si æqualis " (" Idem cap. 6.) Patri Filius non C est, cur ita de illo Ioannes euangelista testatus est? (Ioan. 5.) *Propterea*, inquit, *persequebantur Iudæi Iesum, & quærebant eum occidere, quia non solum solvebat sabbatum, sed & Patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo.* Et Paulus (Philip. 2.) apostolus: *Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset constitutus, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens.* Et in Salomone: (Eccles. 24.) *Qui genuit me, requievit in tabernaculo meo.* Et ecclesiastico: (Eccles. 42.) *Sicut est ab initio, ita usque in sæculum: neque adjectum est ei, neque minuetur illi. Ipse est enim dominus creaturæ suæ, qui nihil eguit ab aliquo.* Et in psalmo 72 *Quid enim mihi est in cælo? & a te quid volui super terram?* Hæc omnia Filium non in- D feriorem natura demonstrant, sed & æqualitatem deitatis annuntiant: quoniam qui utraque locutus est, verum dixit, quia veritas mentiri non potuit. Taliter, " (" S. Leo ep. 15.) frater carissime, semper age, ceterosque omnes agere mone, ut abolito hoc, qui natus videbatur, errore, in laudem & gloriam Dei per totum mundum una fides sit, & una eademque confessio; (Philip. 2.) *ut in nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris.* Data ' (' pridie Nonas) Nonis Augusti, Iustiniano & Athalarico " (" Falsa consulum adnotatio " Anno Christi 533.) viris clarissimis consulibus."

E a EPIST. IUSTINIANI IMPERATORIS AD IOANNEM PAPAM,

quam Hypatius & Demetrius episcopi legatione imperatoria fungentes Romam attulerunt.

Victor Iustinianus, pius, felix, inclytus, triumphator, semper Augustus, Ioanni sanctissimo archiepiscopo almæ urbis Romæ & patriarchæ.

REDDENTES honorem apostolicæ sedi & vestræ sanctitati, quod semper nobis in

in voto fuit & est, (ut ' decet patrem) honorantes vestram beatitudinem, omnia quæ ad ecclesiarum statum pertinent, festinavimus ' ad notitiam deferre vestræ sanctitatis: quoniam semper nobis fuit magnum studium, unitatem vestræ apostolicæ sedis & statum sanctarum Dei ecclesiarum custodire; quæ ' hactenus obtinet, & incommote permanet, nulla intercedente contrarietate. Itaque omnes sacerdotes universi orientalis tractus & subjicere & unire sedi vestræ sanctitatis properavimus. In præsenti ergo quæ ' commota sunt, quamvis manifesta & indubitata sint, & secundum apostolicę vestrę sedis doctrinam ab omnibus semper sacerdotibus firme ' custodita & prædicata, necessarium duximus ut ad notitiam vestræ sanctitatis perveniant. Nec enim patimur quidquam, quod ad ecclesiarum statum pertinet, quamvis manifestum & indubitatum sit, quod movetur, ut non etiam vestræ innotescat sanctitati, ' quæ caput est omnium sanctarum ecclesiarum. Per omnia enim (ut dictum est) properamus honorem & auctoritatem crescere vestræ sedis. Manifestum igitur facimus vestræ sanctitati, quod pauci quidam infideles & alieni sanctæ ' Dei catholicæ atque apostolicæ ecclesiæ contradicere Iudaice atque apostatice ausi ' sunt adversus ea quæ ab omnibus sacerdotibus secundum vestram doctrinam recte tenentur, & glorificantur, atque prædicantur: denegantes dominum nostrum Iesum Christum unigenitum filium Dei & dominum nostrum incarnatum de sancto Spiritu, & ex sancta atque gloriosissima semper virgine Dei genitrice Maria hominem factum, atque crucifixum, unum esse sanctæ & consubstantialis Trinitatis, & coadorandum, & conglorificandum Patri & Spiritui sancto, consubstantialem Patri secundum divinitatem, & consubstantialem nobis eumdem ipsum secundum humanitatem, passibilem carne ', eumdemque ipsum impassibilem deitate. Recusantes enim dominum nostrum Iesum Christum unigenitum filium Dei & dominum nostrum fateri unum esse sanctæ & consubstantialis Trinitatis, videntur Nestorii malam sequi doctrinam, secundum gratiam dicentis unum filium Dei, & alium dicentis Dei Verbum, & alium Christum. Omnes vero sacerdotes sanctæ catholicæ atque apostolicæ ecclesiæ, & reverendissimi archimandritæ sanctorum monasteriorum sequentes sanctitatem vestram, & custodientes statum & unitatem sanctarum Dei ecclesiarum, quam habent ' ab apostolica vestræ sanctitatis sede, nihil penitus immutantes de ecclesiastico statu, qui hactenus obtinuit atque obtinet, uno consensu confitentur, & glorificant, prædicantes dominum nostrum Iesum Christum unigenitum Filium & Verbum Dei & dominum nostrum ante sæcula & sine tempore de Patre natum, in ultimis diebus descendisse de cælis, & incarnatum de Spiritu sancto, & ex sancta & gloriosa virgine & Dei genitrice Maria natum, & hominem factum, & crucifixum unum esse sanctæ & consubstantialis Trinitatis, & coadorandum & glorificandum Patri & sancto Spiritui. Nec enim alium Deum Verbum, & alium Christum cognoscimus: sed unum atque eumdem ipsum consubstantialem Patri secundum divinitatem, & consubstantialem nobis eumdem ipsum secundum humanitatem, passibilem carne, eumdem ipsum impassibilem deitate. Vt enim est in divinitate perfectus, ita idem ipse & in humanitate perfectus est: in una enim substantia deitatem suscipimus & confitemur, quod Græci dicunt ' ὁμοούσιον. Et quoniam unigenitus Filius, & Verbum Dei ante sæcula & sine tempore de Patre natus, idem ipse & in ultimis diebus descendens de cælis incarnatus de Spiritu sancto, & ex sancta atque gloriosa semper virgine & Dei genitrice Maria, homo factus dominus noster Iesus Christus proprie & vere Deus est: ideo & sanctam atque gloriosam virginem Mariam proprie & vere Dei matrem esse dicimus; non quia Deus Verbum principium ex ipsa sumpserit, sed quia in ultimis diebus descendit de cælis, & ex ipsa incarnatus, & homo factus, & natus est, quem confitemur & credimus (sicut dictum est) consubstantialem esse Patri secundum deitatem, & consubstantialem nobis eumdem ipsum secundum humanitatem: ejusdem miracula & passiones, quas sponte in carne ' sustinuit, agnoscentes. Suscipimus autem sancta quatuor concilia, id est, trecentorum decem & octo sanctorum patrum qui in Nicæna urbe congregati sunt: & centum quinquaginta sanctorum patrum qui in Epheso primo congregati sunt: & sanctorum patrum qui in Calchedone convenerunt, sicut vestra apostolica sedes docet atque prædicat. Omnes ' ergo sacerdotes sequentes doctrinam apostolicæ sedis vestræ ita credunt & confitentur & prædicant, unde properavimus hoc ad notitiam deferre vestræ sanctitatis per Hypatium & Demetrium beatissimos episcopos, ut nec vestram sanctitatem lateant, quæ a quibusdam paucis monachis male & Iudaice secundum Nestorii perfidiam denegata sunt. Petimus ergo vestrum paternum affectum, ut vestris ad nos destinatis literis, & ad sanctissimum episcopum hujus almæ urbis, & patriarcham fratrem vestrum, (quoniam & ipse per eosdem scripsit ad vestram sanctitatem, festinans in omnibus sequi sedem apostolicam beatitudinis vestræ) manifestum nobis faciatis, quod omnes, qui prædicta recte confitentur, suscipit vestra sanctitas: & eorum qui Iudaice ausi sunt rectam denegare fidem, condemnat perfidiam. plus enim ita & circa vos omnium amor & vestræ sedis crescet auctoritas: & quæ ad vos est unitas sanctarum ecclesiarum, inturbata servabitur: quando per vos didicerint omnes beatissimi episcopi eorum, quæ ad vos relata sunt, sinceram vestræ sanctitatis doctrinam. Petimus autem vestram beatitudinem orare pro nobis, & Dei nobis acquirere providentiam. *Item subscriptio.* ' Deitas te conservet per multos annos, sancte ac religiosissime pater. '

' καθ' ὑπόστασιν ὁμολογοῦμεν.
' suscepit, cognoscentes:
' namque
' *& alia manu.* Divinitas te servet ' Datum VIII. Id. Iunii.

II. AD IVSTINIANVM.

Laudat catholici imperatoris egregiam pietatem, debitumque ipsius religionis, quo sedem apostolicam, a qua requirebat euangelicam veritatem, prosequebatur. Rogat Augustum, ut quos a recto fidei catholicæ itinere aberrare sciret, omni studio adhibito revocaret, & inter alios ipsos legatos a monachis Acœmetis Romam missos.

Gloriosissime

Gloriosissimo & clementissimo filio [a] *Iustiniano Augusto, Ioannes episcopus urbis Romæ salutem donat.*

[a] in v. c. titulus iisce verbis concipitur: Constantino Iustiniano P. F. Augusto III. consuli Ioannes episcopus.

INTER claras sapientiæ ac mansuetudinis vestræ laudes, Christianissime principum, puriore luce tamquam aliquod sidus irradiat, quod amore fidei, quod caritatis studio, edocti ecclesiasticis disciplinis, Romanæ sedis reverentiam conservatis, & ei cuncta subjicitis, & ad ejus deducitis unitatem, ad cujus auctorem, hoc est, apostolorum primum, domino loquente præceptum est: *Pasce oves meas*, quam esse omnium vere ecclesiarum caput & patrum regulæ, & principum statuta declarant, & pietatis vestræ reverendissimi testantur affatus. Patet igitur in vobis impletum fore quod scripturæ loquuntur: *Per me reges regnant, & potentes scribunt justitiam.* Nihil est enim quod lumine clariore præfulgeat, quam recta fides in principe: nihil est quod ita nequeat occasui subjacere, quam vera religio. nam cum auctorem vitæ vel luminis utraque respiciant: recte & tenebras respuunt, & nesciunt subjacere defectui. Quamobrem, gloriosissime principum, votis omnibus exorabitur divina potentia, ut pietatem vestram in hoc ardore fidei, in hac devotione mentis, in hoc integræ religionis studio sine defectu sui in longiora tempora conservet. Hoc enim & sanctis credimus ecclesiis expedire: scriptum est enim: *Labiis regit rex:* & iterum. *Cor regis in manu Dei est, & ubi voluerit, inclinabit illud:* hoc est enim quod vestrum firmat imperium: hoc quod vestra regna conservat. Nam pax ecclesiæ, religionis unitas, auctorem facti in sublime provectum grata sibi tranquillitate custodit. Neque enim parva ei vicissitudo a potentia divina tribuitur, per quem nullis rugis ecclesia divisa secernitur, nullis insertis maculis variatur: scriptum est enim: *Quia cum rex justus sederit super sedem, non adversabitur ei quidquam malignum.* Proinde serenitatis vestræ apices per Hypatium atque Demetrium sanctissimos viros, fratres & coepiscopos meos, reverentia consueta suscepimus: quorum etiam relatione comperimus, quod fidelibus populis proposuistis edictum amore fidei, pro submovenda hæreticorum intentione, secundum apostolicam doctrinam, fratrum & [c] coepiscoporum nostrorum interveniente consensu: quod quia apostolicæ doctrinæ covenit, nostra auctoritate confirmamus.

Ioan. 21. — Prov. 8. — Apocal. 22. — Prov. 21. — Prov. 20.

Textus autem epistolæ talis est. Reddentes honorem apostolicæ sedi, *ut supra præcedenti epistola.*

Liquet igitur, imperator gloriosissime, ut lectionis tenor & legatorum vestrorum relatio [f] patefecit, vos apostolicis eruditionibus studere: cum de religionis catholicæ fide ea sapitis, ea [g] scripsistis, ea protulistis, ea populis fidelibus publicastis, quæ (sicut diximus) & sedis [h] apostolicæ doctrina, & sanctorum patrum veneranda decernit auctoritas, & nos confirmamus in omnibus. Opportunum est, ergo voce proclamare prophetica: *Tibi abundet cælum desuper, & effundant montes jucunditatem, & colles lætitia lætabuntur.* Hæc igitur in tabulis cordis fideliter scribere, hæc ut pupillas oculorum convenit observare: neque enim quisquam est, in quo Christi caritas fervet, qui tam rectæ, tam veræ confessionis vestræ fidei refragator existat: cum evidenter impietatem Nestorii Eutychetisque & omnium hæreticorum damnantes, unam veram catholicam fidem domini & Dei nostri salvatoris Iesu Christi magisterio institutam, & propheticis apostolicisque prædicationibus ubique diffusam, & sanctorum per totum orbem confessionibus roboratam, patrum atque doctorum sententiis adunatam, & nostræ doctrinæ consentaneam inconcusse atque inviolabiliter devota Deo & pia mente servatis. Soli etenim professionibus nostris adversantur, de quibus divina scriptura loquitur, dicens: *Posuerunt mendacium spem suam, & mendacio operti speraverunt.* & iterum, qui secundum prophetam dicunt domino: *Recede a nobis, vias tuas scire nolumus:* propter quod Salomon dicit: *Per semitas propriæ culturæ erraverunt, colligunt autem manibus infructuosa.* Hæc est igitur vera vestra fides, hæc certa religio: hoc beatæ recordationis (ut diximus) patres omnes, præsulesque Romanæ ecclesiæ, quos in omnibus sequimur, hoc sedes apostolica prædicavit hactenus, & inconcusse custodivit: huic confessioni, huic fidei quisquis contradictor extiterit, alienum seipsum a sancta communione, alienum ab ecclesia judicabit esse catholica. Nos enim Cyrum cum sequacibus suis in Romana invenimus civitate, qui de * Cumitensi monasterio fuit: quos apostolicis suasionibus ad rectam fidem, & velut oves quæ perierant, errantes ad ovile contendimus revocare dominicum, ut agnoscant secundum prophetam linguæ balbutientes loqui quæ ad pacem sunt. Ad non credentes autem per nos primus apostolorum [a] Isaiæ prophetæ verbum dicit: *Pergite in lumine ignis vestri, & flammæ, quam accendistis.* Sed obduratum est cor eorum (ut scriptum est) ut non intelligerent: & pastoris vocem oves, quæ meæ non erant, audire minime voluerunt. In quibus observantes ea quæ ab ipsorum sunt statuta pontifice, eos minime in nostra communione recepimus, & ab omni ecclesia catholica esse jussimus alienos; nisi errore damnato, doctrinam nostram quantocius sequi habita regulari professione signaverint. Æquum quippe est, ut qui nostris minime obedientiam accommodant statutis, ab ecclesiis habeantur extorres. Sed quia gremium suum numquam redeuntibus claudit ecclesia: obsecro clementiam vestram, ut si proprio deposito errore, & prava intentione depulsa, ad unitatem ecclesiæ reverti voluerint, in vestra communione receptis indignationis vestræ removeatis aculeos, & nobis intercedentibus benigni animi gratiam condonetis. Deum autem & salvatorem nostrum Iesum Christum exoramus, quatenus longævis & pacificis vos dignetur custodire temporibus in hac vera religione & unitate & veneratione apostolicæ sedis; cujus principatum, ut Christianissimi & pii, conservatis in omnibus. Præterea, serenissime principum, laudamus legatorum vestrorum personas Hypatii & Demetrii fratrum & coepiscoporum nostrorum, quos clementiæ vestræ gratos fore ipsa manifestavit electio. Nam tantæ causæ pondus non nisi perfectis in Christo potuisset injungi: tantæ vero pietatis, tantæ reverentiæ plenos affatus, nisi per amantes minime dignaremini destinare. Gratia domini nostri Iesu Christi, & caritas Dei

[f] patefacit — [g] scribitis & publicatis — [h] sedes apostolica docet, — Psalm. 95. — Isa. 28. — Ierem. 44. — Prov. 4. — * Acœmetensi, — [a] Isaias propheta — Isa. 50. — Liberatus in breviar. cap. 20.

Dei patris, & communicatio sancti Spiritus sit semper vobiscum, piissime fili. Amen. *Item subscriptio :* Omnipotens Deus regnum vestrum & salutem vestram perpetua protectione custodiat, gloriosissime & clementissime fili imperator auguste. Data Romæ VIII. Kalendas Aprilis, domino nostro Iustiniano P. P. Augusto IV. & Paulino viris clarissimis consulibus."

Anno [C]risti 534.

NOTÆ SEVERINI BINII.

[...]tra Ho[th]omannū [...] proba[...] præce[den]tes duas [ep]istolas [ve]re germanas esse.

a *Epistola.*] Hanc Ioannis papæ & præcedentem Iustiniani imperatoris epistolam, Hothomannus jurisconsultus libro primo cap. 1. respons. amicabilium, & cum eo plures alii novatores leguleii hæretici germanas esse impie & imperite negant. De hac enim epistola Ioannes scribens illustribus viris Avieno, Senatori, Liberio, &c. *Iustinianus*, inquit, *imperator, ut ex epistola ejus tenore cognovistis, de his tribus quæstionibus orta certamina fuisse signavit. Vtrum unus ex trinitate Christus & Deus noster dici possit :* &c. Quæ si leguleio novatori innotuissent, erubuisset credo aliter loqui vel sentire. Doctissimus jurisconsultus Cujacius secundam epistolam Ioannis, quam infra subjungo, adeptus, ex eadem cognovit, dictas Iustiniani & Ioannis epistolas genuinas esse, vereque germanas, secutus hac in re sententiam disertissimi Alciati, qui de his libro primo parergon cap. 33. hæc scribit; *Sunt & qui suspectam habent Ioannis pontificis epistolam, quæ sub titulo de trinitate in Iustiniani codice sita est, dicuntque in antiquis codicibus non inveniri : quod, ut arbitror, ideo faciunt, ut illos adjuvent qui pontificis Romani auctoritatem deprimunt : qua nomine alios quoque auctores ab iis depravatos deprehendi, ut Othonis Frisingensis chronica, & Ligurini poetæ carmina quædam. Ego in antiquis plurimis eam extare scio, nec ulla suspicione convelli posse. Quod si unus aut alter codex non habeat, id scriptorum incuriæ tribuendum, qui eam quandoque omiserint, quod non multum ad legalis scientiæ materiam pertineret, non tamen ideo hæsitandum est, quin genuinus germanusque Ioannis sit fetus.*

[...]o tem[...]e singu[...]scriptæ.

Epistola Iustiniani ad pontificem scripta est anno domini 533. sub tertio consulatu ejusdem Iustiniani, quando ab eodem imperatore missa est Romam legatio, de qua infra in notis concilii Romani. Etiamsi enim hic sine die & consule epistola Ioannis intexta reperiatur, tamen infra in quadam epistola imperatoris ad Agapetum expressa habetur data sub tertio consulatu Iustiniani. Accedit, quod ejusdem epistolæ mentionem fecerit imperator in constitutione, quam scripsit ad Epiphanium Constantinopolitanum sub consulatu suo tertio, VII. Kalendas Aprilis prædicti anni 533. Epistola autem Ioannis papæ reddita est ad ipsum imperatorem sub consulatu Paulini, anno Christi 534. quando legati Iustiniani Roma dimissi fuerunt, acceptamque ante sacram in codice Iustinianeo libro septimo sub titulo de summa trinitate & fide catholica fortasse intexuit. Vnde quam inepte Hothomannus objectam in tempore discrepantiam prætendat, atque ex ea utramque epistolam supposititiam esse colligat, nemo non intelligit.

[Ob]jectio 1. [Ho]thomā[ni re]felli[tur].

Quod ait præter morem & stylum Iustiniani imperatoris esse, Romanam ecclesiam sedem apostolicam nominare, mendacium esse patet ex epistolis Iustiniani, quas scripsit ad Hormisdam & Agapetum pontifices. Nihil igitur prætendere potest impostor hæreticus, quod auctoritatem harum epistolarum diminuat atque obscuret.

[O]bjectio [eju]sdem re[fe]llitur.

Professio fidei, quæ continetur in epistola Iustiniani ad pontificem scripta illa est, de qua auctor pontificalis ait : *Misit fidem suam scriptam chirographo proprio ad sedem apostolicam per episcopos Hypatium & Demetrium.* Vnde falsum esse constat quod edictum Iustiniani adversus tria capitula tempore Vigilii papæ conscriptum ad Ioannem (prout in antiquioribus editionibus mendosa inscriptio eidem præfixa habet) transmissum fuerit. Vide quæ dixi supra in notis ad vitam Ioannis, verbis : *Misit fidem suam*, &c. item quæ infra notavimus sub Vigilio.

b *Quod fidelibus populis proposuistis edictum.*] Intelligit illud apud Contium extans edictum, quo Eutychetem, Nestorium, eorumque sectarios condemnat ea intentione ut omnem calumniandi occasionem illis adimat, ne, si Nestorium condemnaret, a Nestorianis (ut plerumque fiebat) Eutychianus vel Apollinarista nominaretur : contra vero si Eutychetem condemnaret, ab ejusdem sectatoribus Nestorianus appellaretur.

c *Coepiscoporum nostrorum interveniente consensu*] Hoc loco intelligis Iustinianum imperatorem ex sententia episcoporum cuncta de fide edicta statuisse & promulgasse, ipsumque Romanæ ecclesiæ episcopum velut primarium catholicæ ecclesiæ antistitem consuluisse, num omnia pie, sancte, & orthodoxæ fidei convenienter constituta fuissent. Iustinianus citra auctoritatem episcoporū de fide nihil edixit.

EPISTOLA ATHALARICI REGIS AD IOANNEM.

Continet confirmationem senatusconsulti adversus Simoniacos editi.

Ioanni papæ Athalaricus rex.

Si antiquis principibus studium fuit leges exquirere, ut subjecti populi delectabili tranquillitate fruerentur, multo præstantius est talia decernere, quæ possint sacris regulis convenire. Absint enim a nostro sæculo damnosa compendia. Illud tantum possumus verum lucrum dicere, quod constat divina judicia non punire. Nuper siquidem ad nos defensor ecclesiæ Romanæ flebili allegatione pervenit, cum apostolicæ sedi peteretur antistes, quosdam nefaria machinatione necessitatem temporis aucupatos, ita facultates pauperum extortis promissionibus ingravasse, ut (quod dictu nefas est) etiam sacra vasa emptioni publicæ viderentur exposita. Hoc quantum fuit crudele committi, tantum religiosum est, adhibita pietate, resecare. Atque ideo sanctitas vestra statuisse nos præsenti definitione cognoscat, quod etiam ad universos patriarchas atque metropolitanas ecclesias volumus pertinere, ut a tempore sanctissimi papæ Bonifacii, cum de talibus prohibendis suffragiis patres conscripti senatusconsultum nobilitatis suę memores condiderunt.

Quicumque in episcopatu obtinendo, sive per se, sive per aliam quamcumque personam, aliquid promisisse declaratur, ut execrabilis contractus cunctis viribus * exueretur. Si quis autem in hoc scelere deprehenditur fuisse versatus, nullam relinquimus vocem : verum etiam si aut repetendum, aut quod acceptum est, non reddendum esse crediderit, sacrilegii reus protinus habeatur, accepta restituens compulsione judicis competentis. Senatusconsultum adversus Simoniacos. * efferretur, al. efficeretur.

Iustissimæ quidem leges ut bonis aperiunt, ita claudunt malis moribus actionem: propterea quidquid in illo senatus decretum est consulto, præcipimus in eos modis omnibus custodiri, qui se quoquo modo per interpositas quascumque personas scelestis contractibus miscuerunt.

Et quia omnia decet sub ratione moderari, nec possunt dici justa quæ nimia sunt: cum de apostolici consecratione pontificis intentio fortasse * prævenerit, & ad palatium nostrum producta fuerit altercatio populorum, suggerentes nobis intra tria millia solidorum cum collectione chartarum censemus accipere, a quibus tamen omnes * inidoneos rei ipsius consideratione removemus : quia de ecclesiastico munere pauperibus est potius consulendū. Alios vero patriarchas, quando in comitatu nostro de eorum ordinatione tractatur, in supradictis conditionibus atque personis intra duo millia solidorum jubemus expendere: in civitatibus autem suis tenuissimæ plebi non amplius quam quingentos solidos se distributuros esse cognoscant. Reliquos accipientes & edicti præsentis & senatusconsulti nuper habiti

* pervenerit, * idoneos

habiti pœna constringat, & dantes canonum severitas persequatur.

Vos autem, qui patriarcharum honore reliquis præsidetis ecclesiis, quoniam constitutio nostra ab illicita promissione liberavit: restat ut bona imitantes exempla, sine aliquo ecclesiarum dispendio dignos majestate pontifices offeratis. Iniquum est enim, ut locum apud vos habeat ambitus, quem nos laicis divina consideratione præclusimus. Quapropter parentes * nobis servientium quascumque personas aliqua suffragii crediderit ambitione promovendum, & ipsum reddere accepta definimus: & quod est canonibus statutum, eum modis omnibus esse passurum. Si quis vero quæ dederit aut promiserit, eodem superstite, timuerit publicare, ab heredibus vel pro heredibus ejus ecclesia repetat, cujus suffragio antistes deprehenditur ordinatus: nota infamiæ nihilo minus superstites inurente, reliquos quoque ordines sub eadem fieri * distinctione præcipimus.

* nos

* districtione

Quod si forsitan dolosæ machinationis invento, sacramentis persona intercedentibus fuerit obligata, ut salvo statu animæ commissam iniquitatem neque approbare possit, neque audeat accusare: damus licentiam quibuslibet honestis personis in singulis quibusque civitatibus apud judices competentes hoc crimen deferre: & quidquid ex ea potuerit reprobatione colligi, ut * adprobationem insequentes animemus, tertiam partem judicatæ rei ille percipiat, qui tale facinus voluerit publicare: reliqua vero ipsis ecclesiis proficiant quæ videntur extorta, aut in fabrica earum, aut in ministerio nihilo minus profutura. Decet enim ad usus bonos convertere, quæ voluit perversitas inimica fraudare. Quiescat igitur malignantium prava cupiditas. Quo tendunt, qui a fonte præclusi sunt? Recolatur & timeatur Simonis justa damnatio, qui emendum credidit totius largitatis auctorem.

* approbatione.

Orate igitur pro nobis, edicta nostra custodientes, quia divinis noscitur convenire mysteriis. Sed quo facilius principis votum universorum mentibus innotescat; hoc senatui, hoc populis per præfectum urbis præcipimus intimari, ut generalitas agnoscat, nos illos prosequi, qui majestati divinæ potius viderentur adversi. Vos quoque hoc universis, quos Deo propitio regitis, episcopis intimate: neque sit alienus a culpa, qui potuit cognoscere constituta.

EPISTOLA CASSIODORI AD IOANNEM PAPAM.

Cum a rege præfectus prætorii constitutus esset, pro bono regimine preces pontificis ad Deum implorat.

SUPPLICANDUM vobis est, beatissime pater, ut lætitiam quam per vos, Deo largiente, percepimus, custodiri nobis vestris orationibus sentiamus. Quis enim dubitet, prosperitatem nostram vestris meritis applicandam, quando honorem adipiscimur, qui a domino diligi non meremur, & permutatione efficaci bona recipimus, dum talia non agamus? Ecclesiasticis siquidem jejuniis fames est exclusa popularis, decoris lacrymis tristitia fœda discessit; & per sanctos viros acceleratum est, ne traheretur diutius quod gravabat. Et ideo salutans officiositate qua dignum est, precor vivacius oretis pro salute regnantium: quatenus eorum vitam cælestis princeps faciat esse longævam, Romanæ reipublicæ hostes imminuat, tempora tranquilla concedat: deinde quod ornat pacem, necessariam nobis copiam de abundantiæ suæ horreis largiatur: mihique filio vestro intelligentiæ sensus aperiat, ut quæ vere sunt utilia sequar, quæ vitanda, refugiam: vigor ille rationabilis animæ nobis consilium præstet; facies veritatis albescat, ne mentem nostram innubilet caligo corporea: sequamur quod intus est, ne foris a nobis simus: instruat quod de vera sapientia sapit: illuminet quod cælesti claritate resplendet: talem denique judicem excipiat publicus actus, qualem filium catholica mittit ecclesia: in suis nos etiam muneribus virtus sancta custodiat: quia graviores insidias antiqui adversarii tunc subimus, quando ejus dona suscipimus.

Nolite in me tantum rejicere civitatis illius curam, quæ potius vestra laude secura est. Vos enim speculatores Christiano populo præsidetis: vos patris nomine universa diligitis. Securitas ergo plebis ad vestram respicit famam, cui divinitus est commissa custodia. Quapropter nos decet custodire aliqua, sed non omnia. Pascitis quidem spiritualiter commissum vobis gregem: tamen nec ista potestis negligere, quæ corporis videntur substantiam continere: nam sicut homo constat ex dualitate, ita boni patris est utraque refovere. Primum penuriam quidem temporis, quam delicta promerentur, orationibus sanctis amovere. Si quid tamen (quod absit) acciderit, tunc bene necessitas excluditur, quando contra eam sub ubertate tractatur.

Monete me quæ sunt gerenda solicite: bene agere vel correptus exopto: quia difficilius errat ovis, quæ voces desiderat audire pastoris: nec facile efficitur vitiosus, cui admonitor insistit assiduus. Sum quidem judex Palatinus, sed vester non desinam esse discipulus: nam tunc ista recte gerimus, si a vestris regulis minime discedamus. Sed cum me a vobis desiderem & moneri consiliis, & orationibus adjuvari; jam vobis est applicandum, si in me fuerit aliter quam optabatur inventum. Sedes illa toto orbe mirabilis proprios tegat affectione cultores, quæ licet generalis mundo sit præstita, * nobis etiam cognoscitur & localiter attributa. * vobis

Tenemus aliquid sanctorum apostolorum proprium, si peccatis dividentibus non reddatur alienum; quando confessiones illas quas videre universitas appetit, Roma feliciter in suis finibus habere promeruit. Nihil ergo timemus, talibus patronis, si oratio non desistat antistitis. Arduum quidem est multorum desideriis satisfacere: sed novit divinitas magna præstare: ipsa retundat invidos; ipsa nobis faciat cives cælesti aspiratione gratissimos, & supplicationibus vestris tempora tribuat, quibus superna gratia prædicetur indulta.

III. AD SENATORES.

Fidem de Christi divinitate & incarnatione confirmat: Acœmetas monachos Nestorii sectatores vitandos esse monet.

Ioannes

Ioannes episcopus Romanus, illustribus ac magnificis viris Avieno, Senatori, Liberio, Severino, Fideli, Avito, Opilioni, Ioanni, Silverio, Clementiano, & Ampelio.

OLIM quidem, illustres & magnifici filii, ad hoc sententiæ meæ summa constiterat, ut ante jussionem vestram, postquam epistolæ vel dogmatis tenorem cuncta ecclesia, hoc est, sacerdotum senatus, & populi probavit assensus, sub paginali alloquio vestris etiam sensibus intimanda dirigerem, sed consilii ordinem illa res vertit, quia & dogmati per dies singulos divinæ scripturæ subduntur, & imperfecta destinari non poterant, & ea, quæ per legatos directa sunt, prius non poterant in exemplaribus scripta transmitti. Novimus etenim quod, domino docente, præceptum est, quod pastor diligens gregem, salubria ultro non desistat ingerere: quia res, quæ ad salutem animæ pertinet, omnibus necesse est sensibus intimari. Proinde illustres & magnifici filii, quia festinatio non pertulit portitores, ut ea scribi & dirigi potuissent; incontinenti tamen, si dictus divinus favor arriserit, tam epistolæ quam dogmatis exemplaria destinabimus. Nunc tamen, ne quid de vestris sensibus relinquatur ambiguum, quid epistolæ tenor habeat, quid textus dogmatis contineat, breviter insinuare curavi. Iustinianus siquidem imperator filius noster, ut ejus epistolæ tenore cognovistis, de his tribus quæstionibus orta certamina fuisse signavit, utrum unus ex trinitate Christus & Deus noster dici possit: hoc est, una de tribus personis sanctæ trinitatis sancta persona. An Deus Christus carne pertulerit impassibili deitate. An proprie & veraciter mater domini Dei nostri Christi Maria semper virgo debeat appellari. Probavimus in his catholicam imperatoris fidem, & ita esse propheticis & apostolicis vel patrum exemplis evidenter ostendimus: unum enim ex sancta trinitate Christum esse, hoc est, unum de tribus sanctæ trinitatis personis sanctam esse personam, sive subsistentiam, quam Græci ὑπόστασιν dicunt in his exemplis evidenter ostendimus.

In libro Genesis per Mosen trinitas ipsa sic dicit: *Ecce Adam factus est tamquam unus ex nobis.* (Genes. 2.) Et item vas electionis Paulus ad Corinthios, ita evidenter expressit: *Vnus Deus Pater, ex quo omnia, & nos in ipso, & unus dominus noster Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum,* (1. Cor. 8.)

Et in symbolo synodi Nicænæ: Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, & in unum dominum nostrum Iesum Christum unigenitum.

(Doctrina S. August.) Item sanctus Augustinus, cujus doctrinam, secundum præcessorum meorum statuta, Romana sequitur & servat ecclesia, in libro undecimo de civitate Dei, dicit: Credimus & tenemus, & fideliter prædicamus, quod Pater genuerit Verbum, hoc est sapientiam, per quam facta sunt omnia, unus unum, æternus coæternum, summus bonus æqualiter bonum. Et quod Spiritus sanctus simul & Patris & Filii sit Spiritus, & ipse consubstantialis, & coæternus ambobus, atque hoc totum trinitas sit propter proprietatem personarum, & unus Deus propter inseparabilem unitatem, sicut unus omnipotens propter inseparabilem omnipotentiam: ita tamen, ut cum de singulis quæritur, unusquisque eorum & Deus omnipotens esse respondeatur.

Ejusdem in libro secundo contra Maximinum: Et Pater Deus est, & Filius Deus est, & Spiritus sanctus Deus est, & hi simul tres unus Deus est, nec hujus trinitatis tertia pars est unus, nec major pars duo quam unus est.

In libro sancti Augustini decimo quinto de trinitate: Ratione etiam reddita intelligentibus palam est, substantia veritatis, non solum Patrem Filio non esse majorem, nec ambos simul aliquid esse majus quam Spiritum sanctum, aut quoslibet duos in eadem trinitate majus esse aliquid, quam unum; aut omnes simul tres majus aliquid esse, quam singulos.

Gregorius Nazianzenus ex sermone de epiphania domini: Cum omnino uno lumine illustramur, simul & tribus; tribus quidem secundum uniuscujusque proprietates, sive substantias, sicut placet aliquibus dicere, sive personas: nihil enim pro vocabulorum diversitate diffidendum est, cum ad eumdem sensum nominum diversitas provocet & intellectum. Vnum autem secundum substantiam vel deitatis rationem. dividitur ergo, ut ita dicam, indivisibiliter, conjungitur divisibiliter, una est in tribus deitas.

Item ex epistola Gregorii Nysseni ad Ablabium: Æstimet hæc opera utrum uni assignentur personæ eorum, quam in sancta trinitate creduntur, an per tres eat virtutis effectus.

Item ex epistola Procli ad occidentales: Super hæc etiam confitemur unum ex trinitate increata atque ineffabili Deum Verbum factum hominem.

Ejusdem: Quid enim nos sapimus atque sentimus, quia in ipsa divina natura, qua conjunctus & unitus est Filius Patri, sanctoque Spiritui, non dicimus eum deitate passum fuisse, sed carne, quam pro nobis assumpsit ex nobis. Vnus igitur ex trinitate crucifixus est carne, qua factus est, non tamen deitate, qua unitus est Patri & Spiritui sancto, perpessus est, ne & illos crucifixos pariter asseramus.

Hæc igitur ex plurimis pauca digessimus.

Deum vero carne passum hic nihilo minus roboremus exemplis.

Ex libro Exodi per Moysen dominus locutus est: *Et videbitis vitam vestram in ligno pendentem.* (Exod. 24.) Deum autem esse vitam dominus noster in euangelio Ioannis prædicat dicens: *Ego sum via, veritas, & vita.* (Ioan. 14.)

Item propheta dicit: *Si affigit homo Deum suum, quia vos affixistis me.* (Zach. 12.)

Princeps quoque apostolorum beatus Petrus in Actibus ita dicit, dum impietates Iudæorum argueret: *Vos autem virum homicidam petistis dimitti vobis, auctorem vero vitæ peremistis.* (Act. 3.)

Item vas electionis & Doctor gentium sic prædicat: *Si enim cognovissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent.* (1. Cor. 2.) Dominus autem gloriæ est Deus. Sic psalmographus ante prædixit: *Qui est iste rex gloriæ?* (Psalm. 23.)

Item in Actibus apostolorum: *Attendite vobis & universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus constituit episcopos regere ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo.* (Act. 20.)

Cyprianus episcopus & martyr in epistola de A patientia: Iudicatur judicaturus, & Dei sermo ad victimam tacens ducitur.

Gregorius Nazianzenus: Et indiguimus Deo incarnato & mortificato, ut nos vivamus.

Ex libro sancti Augustini de caritate: Ille enim qui venit per crucis irrisiones carnis perimere corruptionem, & vetustatem vinculi mortis nostræ suæ mortis novitate dissolvere, mandato novo fecit hominem novum: res enim vetus erat, ut homo moreretur, quod ne semper valeret in homine, res nova facta est, ut Deus moreretur; sed quia in carne mortuus est, non in divinitate.

Cyrillus capitulo XII. Si quis non confitetur B Verbum passum carne, & mortem carne gustasse, factumque primogenitum ex mortuis, secundum quod vita & vivificans est & Deus, anathema sit.

In epistola Leonis ad Iuvenalem: Veram igitur generationem crux vera confirmat, quoniam in carne nostra nascitur; qui in nostra carne crucifigitur.

Ejusdem ex epistola ad Flavianum: Impassibilis Deus non dedignatus est homo esse passibilis, & immortalis mortis legibus subjacere. Ex hac quoque parte plura ex dogmatis lectionum poteritis agnoscere.

Gloriosam vero sanctam semper virginem Mariam proprie & veraciter Dei genitricem, C matremque Dei Verbi ex ea incarnati ab hominibus catholicis confiteri recte esse docemus proprie & veraciter: & idem ipse ultimis temporibus incarnatus, ex sancta & gloriosa virgine matre nasci dignatus est.

Propterea ergo, quia proprie & veraciter Dei Filius ex ea incarnatus est; ideo proprie & veraciter matrem Dei ex ea incarnati & nati esse confitemur. Et ne dominus Iesus per honorificentiam vel gratiam Dei nomen accepisse credatur, sicut Nestorius sentit insulsus. Veraciter autem ideo ne phantasma, aut aliquo modo non veram sumpsisse carnem credatur ex virgine, sicut asseruit impius Eutyches. Cui D rei probamenta ex patrum traditionibus consequenter sanctus Augustinus in libro primo prædestinationis: Prædestinatus est ergo Iesus, ut futurus secundum carnem filius David esset, in virtute autem Filius Dei simul & filius hominis propter susceptum hominem, & Filius Dei propter suscipientem unigenitum domini proprie & veraciter dicitur.

Leporius in epistola, quam Aurelius episcopus Carthaginensis, & beatus Augustinus, & synodus Africana firmavit.

Nascitur ego nobis proprie de Spiritu sancto & Maria semper virgine Deus homo Iesus Filius Dei.

Gelasius ex libro adversus Nestorium & Eu- E tychem.

Matth. 1. Propterea *quod ex te nascitur sanctum, vocabitur Filius Dei, ex te nascitur*, ait, ut proprietatem de matre sumendam nostræ conditionis exprimeret. His igitur evidenter ostensum est, illustres & magnifici filii, quid speraverit imperator, quid Romana sequatur & colat ecclesia. Atque igitur Christum dominum nostrum unum esse, ut sæpe diximus, sanctæ trinitatis ex duabus naturis cognoscendum, hoc est, in deitate, & humanitate perfectum, non antea existente carne, & postea unita Verbo, sed in ipso Deo Verbo initium ut esset accipiens: inde enim vero ex materno corpore caro sumpsit initium, salva proprietate vel veritate utriusque naturæ, hoc est divinitatis atque humanitatis, Dei Filium dominum nostrum Iesum Christum catholici confitemur, omni posthac commutationis confusione submota. Neque enim naturas in eo aliter agnoscimus, nisi differentiam intelligentes & confitentes divinitatis atque humanitatis. Sed nec duas personas in Christo intelligimus per id quod dicimus duas naturas, ut adunationis divisionem facere videamur: & fit, quod absit, quaternitas, non trinitas, sicut Nestorius sentit insanus. Nec confundimus easdem unitas naturas, cum unam personam Christi confitemur, ut Eutyches impius credit. Tomum vero papæ Leonis, omnesque epistolas, nec non & quatuor synodos, Nicænam & Constantinopolitanam, & Ephesinam primam, & Calchedonensem, sicut Romana hactenus suscepit & veneratur ecclesia, sequimur, amplectimur, atque servamus. Hoc est enim nostræ fidei firmamentum, hæc fidei nostræ petra firmissima. Hæc autem, illustres & magni filii, agens gratias solicitudini vestræ intimare curavimus: plenius tamen directis exemplaribus poteritis agnoscere. Acœmetas vero, qui se monachos dicunt, qui Nestoriani evidenter apparuerũt, Romana etiam eos damnat ecclesia, a quibus vos propter canonem, qui cum excommunicatis Christianum nec loqui nec communicare permittit, diligentia pastorali admonere non desino, ut eorum etiam simplicem collocutionem vitetis, nihilque vobis cum eis æstimetis esse commune. Quod ideo facio, ne reus silentii inveniar, si hæc ad vestram minime, Christianissimi filii, notitiam pertulissem. Incolumem magnitudinem vestram Deus noster custodiat, domini filii, merito illustres atque magnifici.

IV AD EPISCOPOS GALLIÆ.

Contumeliosum Galliæ episcopum episcopatu privatum in monasterium redegit ad pœnitentiam: ecclesiam ejus sancto Cæsario Arelatensi episcopo commendavit.

Dilectissimis fratribus universis episcopis per Gallias constitutis Ioannes.

INNOTUIT nobis a fraternitate vestra missa relatio, in qua Contumeliosus multis legitur criminibus involutus. Et quia hujusmodi persona sacris non potest inhærere mysteriis, ab hodierno vel officio eum nostra censet removere auctoritas, ut in monasterio constitutus delicti veniam a domino petere non omittat. Nihil est enim impossibile ejus clementiæ, qui potest cuncta relaxare quæ facta sunt. Sed ne ejus ecclesia destituta videatur, in ejus loco visitatorem dari, præsenti auctoritate decernimus, qui a se ita noverit omnia exhibenda, ut nihil de ordinibus clericorum, nihil de ecclesiastica facultate præsumat, sed ea quæ ad sacrosancta mysteria pertinent exequatur. Prædictum autem Contumeliosum, ut habeat pœnitendi licentiam, petitorium dare vobis censemus, ubi errorem suum evidenter allegans sub die profiteatur & consule. Dominus vos incolumes custodiat, fratres carissimi. Data VII. Idus Aprilis, Flavio Paulino juniore viro clarissimo consule.[a]

[a] Anno Christi 534.

V.

V. AD PRESBYTEROS ET DIACONOS CONTUMELIOSI EPISCOPI.

Ioannes presbyteris, diaconibus, & cuncto clero ecclesiæ, in qua fuit Contumeliosus episcopus.

1 PERVENIT ad nos a fratribus & coepiscopis nostris missa relatio, ubi Contumeliosus de criminibus suis confessus legitur atque convictus. Et quia hujusmodi sceleribus implicatus sacerdotii non potest ministeria jam tractare, necessaria vobis solatia credimus visitatoris adjungere: & ideo in ecclesia ejus visitatorem dari nostra decrevit auctoritas, ut ecclesia suo privata præsule summi nequeat pontificis solatiis indigere: cui vos in B omnibus parere decernimus, ad ea tantummodo quæ sacris sunt gerenda mysteriis: ita tamen, ut nihil de ecclesiastica facultate præsumat; & clerus in eo quo nunc est ordine constitutus nullis gradibus promoveatur, donec proprium sacerdotem possit habere. Omnem vero hanc solicitudinem Cæsario fratri & coepiscopo nostro injungimus, ad cujus curam cuncta quæ necesse sint pertinere censuimus. Dominus vos incolumes custodiat, dilectissimi filii. Data VII. Idus Aprilis Paulino Iuniore viro clarissimo consule."

Anno Christi 534

NOTA IACOBI SIRMONDI, S. I.

1 *Pervenit ad nos.*] Hujus epistolæ in codice Liri C nensi hujusmodi est inscriptio: *Præceptum Ioannis papæ ad presbyteros, diaconos, & cunctum clerum Regensis ecclesiæ.* Quo indicio didicimus quo in loco episcopus fuerit Contumeliosus.

EPISTOLA AFRICANORUM EPISCOPORUM AD IOANNEM DATA, sed ab Agapeto ejus successore accepta.

Pontificem de dubiis quibusdam consulunt.

Domino beatissimo, & honorabili sancto fratri, & consacerdoti Ioanni, Reparatus, Florentinianus, Datianus, & ceteri CCXVII. episcopi, qui in universali conciliis apud Iustinianam ' Carthaginensem fuimus.

[margin: ...e Repa-...to Pro-...p lib 2. ...bello, ...andal. ...rca finem. ' Carthagi-...m]

OPTIMAM consuetudinem præteriti temporis, quam violenta captivitas per annos centum, dolentibus cunctis, abstulerat, iterum servare cupientes, ad universalem totius Africæ synodum fideli devotione convenimus, in illa Iustinianæ ' Carthaginensis basilica congregationis nostræ primitias domino consecrantes, unde nostros patres tyrannus Hunericus expulerat. Hæc basilica Fausti apud nos dicitur, multis martyrum corporibus insignita, quorum Deus exaudivit orationes, ut daret hujus rei fiduciam sacerdotibus. Ibi igitur quantum singuli lacrymantibus gaudiis flere potuerint, cogitandum potius beatitudini vestræ dimittimus: in omnibus enim lætitiæ spiritualis unus fuit affectus, agere gratias omnipotenti Deo, cujus gratia peccatoribus sine meritis operum datur, & antidotum fidei salutaris nuper reconciliatis hæreticis obtinetur.

[margin: Carthagi-...s]

Definitionibus autem Nicæni concilii publica lectione transcursis, inter alia de quibus nancisci debuit, disputatione requiri, jam cœperat quomodo Arianorum sacerdotes ad A catholicam fidem suscipi oporteat, utrumne in suis honoribus, an in laica communione, sic omnibus nobis unanimiter subito placuit sciscitari primitus beatitudinis vestræ sententiam. Potest enim sedes apostolica, quantum speramus, tale nobis interrogantibus dare responsum, quale nos approbare concorditer explorata veritas faciat. Ex omnium quidem collegarum tacitis motibus nemini placere sensimus, ut in suis honoribus Ariani suscipiantur. Verumtamen convenire caritati credidimus, ut quid habeat sensus noster in publicam notitiam nemo perduceret, nisi prius vel consuetudo nobis, vel diffinitio Romanæ ecclesiæ proderetur. Hac igitur nostræ salutationis epistola per fratres & consacerdotes nostros Caium & Petrum, & per filium nostrum Liberatum diaconum continuo destinavimus, & " auctoritatem vestræ beatitudinis & gratiam debitis obsequiis honorantes: talis quippe es, qualem sancta sedes Petri merebatur habere pontificem, dignus veneratione, plenus dilectione, loquens veritatem sine mendacio, nihil faciens arroganter. Vnde etiam libera caritas universæ fraternitatis requirendum putavit consilium tuum. Respondeat, obsecro, mens illa sancto ' Spiritui serviens affabiliter & veraciter". Non solum enim de sacerdotibus, sed de ipsis quoque parvulis apud eos baptizatis, utrum soleant vel debeant ad clericatum, si petierint, applicari consulimus. Multis enim facere istas frequenter petitiones concedimus, nec negamus, donec habito vobiscum diligentiore tractatu, legatio nostra revertatur. Illud etiam beatitudini tuæ credimus intimandum, fratres aliquantos ex nostro collegio, relictis sine causa plebibus suis, ad transmarinas navigare sæpius regiones. Hos diutius ecclesia toleravit, " accusantes eos violentiam temporis mali. Petimus nunc ut quicumque forsitan episcopus, aut presbyter, sive diaconus, aut cujuslibet inferioris ordinis clericus sine nostra epistola venerit, & non approbaverit se pro utilitate sanctarum ecclesiarum fuisse directum, similis hæretico judicetur: neque vestra communione dignus existat, D ut in omnibus & per omnia beatitudinis vestræ disciplina laudetur. *Et alia manu:* " Vegetem te, nostrique memorem præstet omnipotens Deus, domine frater.

" citantur ista in v. c. ex epistola 217. Patrum synodi Carthaginensis anno 534. Africa jam a Vandalis liberata ad Ioãnem II. papam, eiq; synodo rescripsisse dicitur Agapetus Ioannis successor.

' sancta Spiritu fervens

" in illo v. c. hæc inseruntur: Potest enim sedes apostolica quãtum speramus tale nobis interrogantibus dare respõsum, &c. ut supra.

" ex n. antes

Accepta an. domini 535. post obitum Ioannis.

" Vegetum

VI. AD CÆSARIUM ARELATENSEM.

Cum subjectis canonibus ab eo missis ad examinandam causam Contumeliosi episcopi.

Dilectissimo fratri Cæsario Ioannes.

CARITATIS tuæ literas animo libenti suscepimus, in quibus corporeas necessi- E tates allegans, etiam quæ facrius ille, qui lapsus est, fecerit indicasti. Dolemus de amissione pontificis, rigorem tamen canonum servare necesse est. Atque ideo prædictum ab episcopatus ordine nostra suspendit auctoritas. Neque enim fas est pollutum criminibus, sacris ministeriis deservire. Sed te ordinante in monasterio dirigatur, ubi delictorum memor in pœnitentia lacrymas effundere non omittat, ut ab eo qui omnibus miseretur domino nostro Iesu Christo misericordiam valeat promereri;

In cujus locum visitatorem constituite, donec proprium ecclesia, quæ evacuata est ejus sacerdotio, merere valeat sacerdotem. Communibus tamen precibus exorare Deum nostrum debemus, ut puros cunctos præstet antistites. Si qui tamen pontificatus immemores criminibus se fortassis involverint, & eorum personas vulgus cognoscat: facilius enim a delictis cavent, si non videant etiam hominibus secreta esse quæ fecerint. Quæ vero de his canones præcipiunt, subter adjecimus, ut quæ facienda sunt possitis agnoscere. Deus te incolumem custodiat, frater carissime." " Anno Christi 534.

1 Hi tituli canonum, quos nobis suprascriptus sanctus & dominus meus Ioannes papa sedis apostolicæ cum præfata auctoritate direxit.

a Himerio Ex epistola Siricii papæ urbis Romæ " Emerio episcopo Tarraconensi inter cetera ad locum, capitulo VII. *Et quia aliquanti, de quibus loquimur, & tua sanctitas retulit, ignoratione lapsos esse se deflent; id est, ut ad uxores proprias redierint: his ea conditione misericordiam dicimus non negandam, ut sine ullo honoris augmento, in hoc, quo detecti sunt, quamdiu advixerint, officio perseverent, si tamen post hæc continentes se studuerint exhibere. Ii vero, qui illiciti privilegii excusatione nituntur, ut sibi asserant veteri hoc lege concessum, noverint se ab omni ecclesiastico honore, quo indigni sunt, apostolicæ sedis auctoritate dejectos; nec unquam posse veneranda attrectare mysteria, quibus se ipsi, dum obscœnis cupiditatibus inhiant, privaverunt. Et quia exempla præterita cavere nos præmonent in futuro; quilibet episcopus, presbyter, atque diaconus, quod non optamus, deinceps fuerit talis inventus, jam nunc sibi omnem per nos indulgentiæ aditum intelligat obseratum. Quia ferro necesse est excidantur vulnera, quæ fomentorum non senserint medicinam.*

Dist. 81. Presbyter. Ex canonibus apostolorum capitulo XXV. *Episcopus, presbyter, aut diaconus, qui in fornicatione aut perjurio captus est, deponatur, non tamen communione privetur: dicit enim scriptura:* Naum 1. Non vindicabit dominus bis in idipsum.

Ex canonibus suprascriptis capitulo XXIX. quod officium pristinum damnati pro criminibus usurpare non debeant. *Si quis episcopus, presbyter, aut diaconus, depositus juste super certis criminibus, ausus fuerit attrectare ministerium dudum sibi commissum, hic ab ecclesia penitus abscindatur.*

Ex canonibus Antiochenis capitulo IV. de damnatis & ministrare tentantibus. 11. qu. 3. Si quis episcopus. *Si quis episcopus damnatus a synodo, vel presbyter, aut diaconus a suo episcopo, ausi fuerint aliquid de ministerio sacro contingere, sive episcopus juxta præcedentem consuetudinem, sive presbyter, aut diaconus; nullo modo liceat ei nec in alia synodo restitutionis spem aut locum habere satisfactionis. Sed & communicantes ei omnes abjici de ecclesia, maxime si posteaquam didicerunt adversum memoratos prolatam fuisse sententiam, eisdem communicare tentaverint.*

Ex canonibus suprascriptis capitulo XV. de episcopis ab ejusdem provinciæ episcopis consonanter exclusis. 6. quæst. 4. Si quis episcopus. *Si quis episcopus de certis criminibus accusatus condemnatur ab omnibus episcopis ejusdem provinciæ, cunctique consonanter eamdem contra eum formam decreti protulerint; hunc apud alios nullo modo judicari, sed firmam concordantium episcoporum provinciæ manere sententiam.*

Tituli infrascripti ad hoc de canonibus excerpti sunt, ut unusquisque breviter possit agnoscere, quod clerici post crimina capitalia non possint ad honorem pristinum revocari.

Ad locum, de synodo Nicæna, id est CCCXVIII. episcoporum. *Si qui forte indiscrete ad sacerdotium provecti, postmodum vel ipsi aliquid de se criminosum professi sunt, vel ab aliis revicti, abjiciantur.* Can. 9.

Incipiunt tituli canonum Gallicani.

De synodo Valentinæ civitatis episcoporum XVIII. IV. Idus Iulias, Gratiano III. & Equitio consulibus. *Nec illud, fratres, scribere alienum ab ecclesiæ utilitate censuimus, ut sciretis quicumque sub ordinatione vel diaconatus, vel presbyterii, vel episcopatus, mortali crimine dixerint se esse pollutos, a supradictis ordinationibus submovendos, reos scilicet vel veri confessione, vel mendacio falsitatis. Neque enim solvi ab his potest, si in ipsos se dixerint, quod dictum in alios puniretur, cum omnis qui sibi fuerit mortis causa homicida fit. Divina vos pietas in æternum protegat, fratres dilectissimi.* Can. 4.

Item ad locum de synodo Aurelianensi episcoporum XXX. *Si diaconus aut presbyter crimen capitale commiserint, simul ab officio & communione pellantur.* Concilium Aurelianensi. I. Can. 9.

Item ad locum 2 de synodo Iustianensi. *Si quis diaconus, aut presbyter, post acceptam benedictionem Leviticam, cum uxore sua incontinens invenitur, ab officio adjiciatur.* Concilium Arauf. I. Can. 23.

Item de synodo Epaonensi episcoporum XXXIV. *Si quis diaconus, aut presbyter crimen capitale commiserit, ab officii honore depositus in monasterium detrudatur, ibi tantummodo quamdiu vixerit communione sumenda.* Can. 22. Dist. 50. c. 29. Si quis diaconus. " ubi mendose cit. sub nomine Hormisdæ a Gratiano.

Ecce manifestissime constat, quia secundum quod & tituli antiquorum patrum a sancto Ioanne papa transmissi, & trecentorum decem & octo episcoporum sententia, sed & canones Gallicani continere videntur, clerici in adulterio deprehensi, aut ipsi confessi, aut ab aliis revicti, ad honorem redire non possunt. Et quia forte non deerunt, quibus pro nimia pietate suprascripta sanctorum patrum severitas minime placeat, sciant se & trecentorum decem & octo episcoporum præcepta, & sancti papæ auctoritatem, & illorum pontificum, qui ordinantibus trecentis decem & octo episcopis reliquos canones statuerunt, sententias reprehendere vel damnare. Sed forte major in illis est pietas, quam in supradictis trecentis decem & octo episcopis; major in illis misericordia, quam in S. Ioanne apostolico papa; major caritas, quã in reliquis sãctis sacerdotibus, qui hoc pro exẽplo vel remedio ecclesiarum suis definitionibus deliberaverunt. Et ideo aut ' plena voluntate præceptis illorum consentiant; aut si non fecerint, omnibus se contrarios & inimicos esse cognoscant. Quæ est ista justitiæ inimica benignitas, palpare criminosos, & vulnera eorum usque ad diem judicii incurata servare? Quod si etiam durissimam eos pœnitentiam per plures annos agere videremus, sic nos ipsi & saluti eorum consulere, & canonum deberemus statuta servare. Cum vero in aliquibus nec compunctionis humilitas, nec instantia orandi vel plangendi appareat, nec B. David imitentur, qui dixit: ' prona

Lavabo

m. 6. , 101. *Lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo.* & illud: *Cinerem sicut panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam*, nec eos jejuniis vel lectioni vacare videamus; possumus cognoscere, si ad honorem pristinum redierint, cum quanta negligentia, & cum quanto tepore, & inimica animæ securitate permaneant, credentes quod sic eis non acta digne pœnitentia dimiserit Deus, quomodo sacerdotes indulsisse videntur. Vere dico, quia illi*, quibus cum periculosa & falsa misericordia indulgere videmur, cum ante tribunal Christi pro tantis peccatis damnandi advenerint, contra nos ipsos causas dicturi sunt, dicentes: Quod dum aut asperitatem linguæ eorum expavimus, aut falsa blandimenta, & periculosas adulationes ipsorum libenter accepimus, nos eos, dum illis inutiliter indulgemus, in peccatis permanere, aut ipsa peccata etiam augere permiserimus, non recordantes illud quod in veteri testamento scriptum est, quia *uno peccante contra omnes Dei ira desævit*. O pietas! o misericordia! uni parcere, & omnes per exemplum malum in discrimen adducere. Non ita suadet sanctus ac beatissimus Cyprianus martyr dicens: *Qui peccantem verbis adulantibus palpat, peccandi fomitem subministrat, nec reprimit delicta illius, sed fovet.* & iterum: *Imperitus est medicus, qui tumentes vulnerum sinus manu parcente contrectat, & absconditum in profundis recessibus virus dum servat exaggerat.* Vnde & S. Ioannes Constantinopolitanus episcopus arguit dicens: *Imperitus est medicus, qui ante digestam putredinem superinducit vulneri cicatricem.* Et ideo diligentius perpendite, si aut potest, aut debet fieri, ut tantorum ac talium, quos supra memoravimus, sacerdotum canones contemnentes, aliter quam illi statuerunt, observare vel agere præsumamus. Præcipue cum si illorum trecentorum decem & octo episcoporum, qui per omnes ecclesias concilia fieri præceperunt, tam sancta decreta negligimus, non illos solos dispiciemus, sed sicut supra jam dictum est, & Africanos pontifices, & omnes reliquos, qui ipsis ordinantibus per totum mundum pro ecclesiastica disciplina aliquid statuerunt, cum peccato animæ nostræ contemnemus. Ego me in hoc periculo mittere omnino non audeo: quia nec talia sunt merita mea, ut aliorum peccata in me excipere præsumam: nec tantam eloquentiam habeo, ut ante tribunal Christi contra tantos ac tam sanctos sacerdotes, qui canones statuerunt, causas dicere possim. Videat unusquisque qui aliter sentire vel observare disponit, qualiter possit in die judicii reddere rationem. Ego in quantum Deus vires dare dignatur, studere volo eorum præceptionibus obedire: quia cum illis non rixam, sed pacem, & qualemcumque partem habere desidero. Et hoc diligenter attendendum est, quod si secundum quod suprascriptum est, illi clerici, qui ad uxores proprias redeunt, ad integrum ab officio suspenduntur; & si etiam digami, aut internuptarum mariti, qui utique rem licitam faciunt, clerici tamen ordinari non possunt, aut si ordinati fuerint, dejiciuntur, 4 de quibus & Faustus episcopus sanctus in epistola sua dixit: *Perdit gratiam consecrati, qui adhuc officium vult exercere mariti:* cum hæc ita sint, qua conscientia quisquam dicere poterit, quod ille qui adulterium commiserit iterum ad honorem redire possit? Hoc loco si aliquis fuerit qui dicat: Ergo negas misericordiam Dei qui dixit: *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat?* & illud: *Numquid qui cadit non adjiciet ut resurgat?* & illud: *Peccator in quacumque die conversus fuerit, omnes iniquitates illius oblivioni tradentur.* Ad hæc libera voce respondere & possumus & debemus: Absit a nobis, ut de istis sententiis videamur vel leviter dubitare. Definitissime enim credimus, quod qui usque ad finem vitæ suæ pœnitentiam egerit, non solum indulgentiam accipiat, sed etiam ad præmia æterna perveniat. Propter regulam tamen ecclesiasticam, & propter antiquorum patrum statuta, quæ absit a nobis ut reprehendere aut discutere audeamus, eum quem credimus ad vitam æternam post actam pœnitentiam venire, ad honorem clericatus secundum tantorum patrum præcepta novimus non debere reverti. In tantum ut in canonibus scriptum sit: *Ne ullus unquam pœnitens clericus ordinetur.* Et si ille qui ultro petit pœnitentiam, quamvis perfecte agat, non potest aut episcopus, aut presbyter ordinari; ita ut etiamsi per ignorantiam ordinatus fuerit, & postea convincitur pœnitentiam accepisse, dejiciatur: ille qui invitus ad pœnitentiam agendam in monasterium mittitur, & utique qui aliud quam pœnitens dicendus est, qua conscientia ad sacerdotium redire permittitur? Nemo mihi alia quælibet contra auctoritatem sedis apostolicæ aut contra trecentorum decem & octo episcoporum præcepta, vel reliquorum canonum statuta objiciat: quia quidquid contra illorum definitionem, in quibus Spiritum sanctum locutum esse credimus, dictum fuerit, recipere non solum temerarium, sed etiam periculosum esse non dubito. Valde enim metuo & contremisco illam damnationem, quam Heli sacerdos propter stultam indulgentiam accipere meruit. Qui pro eo quod filios suos negligenter castigavit, ut eos nec cædere, nec excommunicare voluerit, ipsi filii una die occisi sunt, & triginta millia de populo interfecta sunt, & arca testamenti in captivitate ducta est, & ipse retro cadens fractis cervicibus mortuus est, & nomen ipsius de libro vitæ deletum est. Et e contra Phinees, qui pro eo quod zelo Dei commotus duos adulteros pariter interfecit totum populum de Dei iracundia liberaverit. Nec hoc ideo dico, ut sicut ille fecit, etiam nunc per mortem corporum sacerdotes domini debeant vindicare. Sed quia melius est, ut unusquisque parvo tempore, donec vivit in hoc mundo, verecundiam vel confusionem sustineat, quam postea ad supplicia æterna perveniat: & multo ei utilius est propter aliorum exemplum, quamdiu vivit, remotus ab honore pœnitentiam agat, & remedium sibi in die necessitatis acquirat. Quicumque parvitati meæ in hac causa voluerit onerosus existere, aliud ei responsum dare non delibero, nisi quod suprascripti canones continere videntur. 5 Hoc ideo dico, quia dum cito crimina capitalia committentibus indulgemus, plurimi, qui nec Deum metuunt, nec sensus disciplinæ ecclesiasticæ expavescunt, sine ullo pudore ac reverentia, per indignas familiaritates extranearum mulierum, & seipsos decipiunt, & famam Christianæ religionis blasphemari etiam ab extraneæ religionis hominibus faciunt. Et ideo justum est, ut dum

Margin notes: Ezech. 33. — Psal. 40. — Ezech. 33. — um. 16. — bro de psis. — Faustus Reiensis. — 1. Reg. 4. — Num. 25.

eis ſecundum omnium canonum ſtatuta red- A eundi ad honorem aditus clauditur, tandem aliquando tam gravi malo finis congruus imponatur. Quia[a] quando, diabolo perſuadente, aliquid clericorum in aliquod peccatum, & præcipue in adulterium, lapſi fuerint, * quam expedit de animabus ſtatuta canonum cogitant, per falſam pietatem ita totis viribus elaborant, ut aut nec mittantur in monaſteriis. Si autem, certe poſt non longum tempus importunitate nimia, & diſciplinæ eccleſiaſticæ inimica, extorquere conantur, ut redeant ad honorem. Qui chartulam iſtam cum ſupraſcriptis titulis canonum non fuerit aſpernatus, nec eam pro ruſticitate ſermo- B nis deſpexerit, contra inimicos eccleſiaſticæ regulæ multum eum poterit adjuvare, ut libera fronte dicat, ſicut jam ſupraſcriptum eſt, ſe contra tam ſanctas antiquorum patrum conſtitutiones venire nullatenus poſſe. Ego hæc cum omni humilitate ſuggerens, abſolvo apud Deum conſcientiam meam. Quicumque autem aut importunitate, aut adulatione, aut falſis blandimentis inclinatus fuerit, ut cenſuram eccleſiaſticæ diſciplinæ non teneat, videat qualiter ſe ante tribunal Chriſti expediat, ubi contra eum omnes qui canones ſtatuerunt cauſas ſunt ſine ulla dubitatione dicturi. In quorum domnorum meorum ſacerdotum manibus chartula iſta pervenerit, ſi eam aliis C ſacerdotibus non ſolum ad legendum offerre, ſed etiam ingerere tranſcribendam noluerint, timeant ne inde reddant in die judicii rationem. Nec illud credimus omittendum, ut iis qui pro ſcelere ſuo a præſidibus, ſeu a rectoribus populi fuerint interempti, & ſepulturam in cœmeterio Chriſtianorum habere, & offerentium pro ipſis oblationis juxta ſtatuta canonum indicamus licentiam non negari. Violatores vero ſepulcri licet Auguſtorum principum capitaliter damnet ſententia; tamen ſi qui in hoc facinore fuerint reperti ſuperſtites, ab eccleſiaſtica communione priventur: quia nefas eſt, ut eis Chriſtianorum non obſeretur con- D ſortium, qui temeritatis auſu humatorum cineres reddere præſumpſerunt inquietos.

NOTÆ IACOBI SIRMONDI, S. I.

1 *Tituli canonum.*] Quæ de hac cauſa ſubjiciuntur, non omnia ex uno ſed ex diverſis codicibus deprompta ſunt: ex Corbeienſi nimirum, Pithœanis duobus, Lirinenſi, & aliis, ſed potiſſimum ex Rhemenſi, qui plura ceteris continebat.

2. *De ſynodo Iuſtianenſi.*] Sic appellat, ut ante monui, concilium primum Arauſicanum a loco ubi celebratum eſt.

3 *Ecce manifeſtiſſime*] Citatur initium hujus tractatus a Gratiano decr. 50 cap. 25. *Si quis diaconus:* & perperam tribuitur Hormiſdæ. Cujuſnam vero ſit auctoris veteres libri non indicant. Cæſarii fortaſſe non immerito videri poſſit.

4 *De quibus & Fauſtus epiſcopus ſanctus.*] Codex Cor- E beienſis: *quibus & domnus Fauſtus in epiſtola.* Pithœanus alter": *de quibus & ſanctus Fauſtus in epiſtola.* Floriacenſis: *de quibus & ſanctus Fauſtus epiſcopus in epiſtola.*

" nec non c. H.

5 *Hoc ideo dico.*] Hucuſque codex Corbeienſis, & Pithœani ambo": cetera ex unico ſunt Rhemenſi.

" cum c. H.

ANNO CHRISTI 532.

[a] CONCILIVM ROMANVM SVB IOANNE PAPA II.

Quo contra Acœmetas definitum eſt, catholice & pie dici poſſe, unum de trinitate paſſum eſſe in carne; quoque etiam declaratum eſt, quo ſenſu Hormiſda pontifex eam ſententiam rejecerit.

ANNO CHRISTI 532

Qua occaſione habitum fuerit hoc concilium.

[a] *Concilium.*] Tempore Hormiſdæ papæ, ut conſtat ſupra ex epiſtolis ejuſdem Hormiſdæ pontificis, earumque notis, oborta eſt quæſtio inter pſeudomonachos Scythiæ, Eutychianæ hæreſeos ſectatores occultos, atque Victorem diaconum, profeſſorem ſynodi Calchedonenſis: ſitne addendum ad Calchedonenſe concilium, unum de trinitate eſſe crucifixum Chriſtum. Illi aſſerebant: Victor negabat. Facta ſubmiſſione, declararunt legati ſedis apoſtolicæ, ut quis demonſtretur catholicus, ſatis eſſe abſque ulla verborum additione Calchedonenſe concilium profiteri. Monachi repulſam paſſi, a ſententia legatorum ad pontificem appellarunt; ubi cum libellum appellationis adverſus Victorem, velut Neſtorianum, & legatos tamquam Neſtorii fautores interpoſuiſſent, juſſique ad reditum legatorum manere, fugiſſent; eadem ſententia pontificis Hormiſdæ ſunt condemnati, ut patet ex relatione Dioſcori, & epiſt. Hormiſdæ ad Poſſeſſorem & Iuſtinianum. His ita deciſis inferebant Neſtoriani, eorumque defenſores ac ſectarii Acœmetę monachi, ſi non eſt paſſus unus de trinitate in carne, ergo neque natus eſt idem in carne, ergo neque vere dici poteſt, ajebant, Mariam vere & proprie eſſe Dei genitricem. His accedebant Origeniſtæ, negantes Chriſtũ unum de trinitate fuiſſe. Reſiſtebant hæreticis cum imperatore Epiphanius Conſtantinopolitanus, ceterique orthodoxi epiſcopi, aſſerentes pie ſancteque dici, unum de trinitate eſſe paſſum in carne: impie vero negari ſanctiſſimam virginem Mariam vere proprieque matrem Dei appellandam eſſe. Acœmetæ cum ab imperatore inſtinctu Epiphanii magnopere urgerentur, ad Ioannem Romanum pontificem legatos miſerunt; rogantes ne ſententiam illam viciſſim reciperet, quam Hormiſda ſemel exploſiſſet. Quod cum Epiphanius & imperator audiviſſent, ad eumdem Ioannem Romanum pontificem Hypatium Epheſinorum, & Demetrium Cæſarienſem epiſcopos legatos cum epiſtolis ſupra recitatis & excuſis miſerunt. Exceptis, lectiſque quas ſecum attulerant epiſtolis, cognitum eſt, rem gravem atque difficilem proponi, quę diuturniorem inquiſitionem, & indaginem requirebat. Poſt factam diligentem quęſtionis indaginem, poſtque Ferrandi aliorumque tranſmarinorum ſententias exploratas, habito Romæ deſuper concilio, unanimi patrum conſenſu Acœmetarum ſententia recitata eſt & cõfutata: ipſius vero Iuſtiniani ſcripta fidei profeſſio approbata fuit. Quibus peractis pontifex illam epiſtolam ad Iuſtinianum reſcripſit, de qua ſupra quędam huc ſpectantia annotavimus. Ita mutatis hoſtibus, arma mutari neceſſum fuit. Cum pſeudomonachi Eutychiani hac ſententia doloſe Calchedonenſi concilio, quaſi imperfectum eſſet, & additamẽto indigeret, auctoritatem, Chriſto autem domino divinitatem adimere conarentur, neceſſarium fuit, ut Hormiſda pontifex ſententiam inſolitam de fraude ſuſpectam, & ab hęreticis primum noviter inventam & uſurpatam rejiceret, quãtumvis, ipſa remota, velut catholica recipienda fuiſſet. Quando autem Neſtoriani & Origeniſtæ auctoritate pontificis Hormiſdæ abuterentur, requirebat eccleſiæ utilitas atq; neceſſitas, ut declararet pontifex Ioannes, quo ſenſu Hormiſda pontifex allegatam ſententiam rejeciſſet, quove admiſiſſet: ſcilicet,

Acta concilii.

Declaratur ſententia Hormiſdæ.

ſcilicet, quod eam non tamquam hæreticam, ſed tantum velut novam atque de fraudibus Eutychianorum ſuſpectam proſcripſerit & rejecerit; quæ alioquin, ſi dolus ab Eutychianis abfuiſſet, omnino recipi potuiſſet. Vide Baron. anno domini 519.533.& 534.

COLLATIO CATHOLICORVM CVM SEVERIANIS,

habita Conſtantinopoli anno domini DXXXIII. tempore Iuſtiniani imperatoris.

Domino amabili Thomati presbytero Innocentio epiſcopus Maronia civitatis in domino ſalutem.

SCRIPSIT mihi tua Deo amabilis caritas, eo quod ſuſceptis humilitatis noſtræ literis una cum exemplaribus piiſſimi atque amatoris Dei principis noſtri, & ſanctiſſimi archiepiſcopi literarum præcipientium me ad regiam pergere civitatem, in grandi ſolicitudine devenerit, neſciens occaſionem evocationis noſtræ. Propterea ſignifico, venerande frater, eo quod propter orientales epiſcopos, qui cum Severo a ſancta catholica & apoſtolica eccleſia ſeparati ſunt, evocati ſumus. Scriptum eſt autem de hac eadem re, primori quidem loco domino meo reverendiſſimo ac domino amabili " Hypatio Epheſinæ civitatis archiepiſcopo, atque idem domino meo Ioanni * Veſinæ ' civitatis epiſcopo, & meæ, ſicut dictum eſt, humilitati. Dominus enim meus vir venerabilis epiſcopus Stephanus Seleucienſium civitatis, & idem dominus meus Anthimus Trapezuntinæ civitatis epiſcopus, qui nobiſcum una in ' collatione fuerunt, jam præceſſiſſent in regiam civitatem cum domino meo Demetrio Philippinæ civitatis epiſcopo, etſi ipſe propter corporalem ægritudinem præſens eſſe non potuit;

Ante collationem igitur evocavit ſanctiſſimum archiepiſcopum tranquilliſſimus imperator in venerabili palatio ſuo, quod cognominatur Hormiſdæ, relictoque ſacratiſſimo ſenatu, cum eo parumper ſecedens, convocavit & nos, & cœpit nobis dicere: Eo quod pro his qui cum Severo epiſcopo ab eccleſia deſciverunt convocavi vos, ut de his quibus ambigunt conferatis cum eis, cum omni manſuetudine & patientia, ſicut decet orthodoxos & ſanctos viros. Etſi enim illi exaſperati fuerint, vos tamquam Dei amatores cum omni manſuetudine & tranquillitate eis ſatisfacite. Nolo autem ſub mei præſentia fieri collationem, ne in ' contemptum veniant, ſed præcipio glorioſiſſimo patricio Strategio, (ille enim eo tempore locum tuebatur glorioſi magiſtri officii) ut vobiſcum una reſideat.

Prima itaque die convenimus in eodem Hepatoncho triclinio, in quo & tunc pietas ejus nos ſuſceperat, & nos quidem eramus quinque, illi vero ſex: Sergius civitatis Cyri, Thomas civitatis Germaniciæ, Philoxenus Dulichii, & Petrus de Theodoſiopoli, Ioannes Conſtantinæ, Nonnus * Cereſinæ, & reliqui tam clerici quam monachi. Nobiſcum vero dominus vir venerabilis Euſebius presbyter & cimeliarcha ſanctiſſimæ majoris eccleſiæ, & viri reverendiſſimi presbyteri & ſyncelli beati archiepiſcopi Epiphanii, Heraclianus atque Laurentius, ſed & Antiochenæ ſive Theopoleos civitatis venerabiles presbyteri & œconomi atque apocriſarii Hermiſigenes, Magnus, & Aquilinus una cum Leontio viro venerabili monacho & apocriſario patrum in ſancta civitate conſtitutorum. Et ut ex pluribus quæ illic dicta ſunt, breviter referam, quaſi capitulatim: ſi enim omnia voluero ſcribere, tempus me ante deficiet.

Sedentibus ergo nobis, cœpit glorioſiſſimus patricius Strategius, qui nunc comes divinarum ' ubique largitionum eſt, ad orientales ita dicere: Piiſſimus atque tranquilliſſimus noſter dominus, tamquam orthodoxus, & rectam fidem quotidie augere deſiderans, convocavit veſtram religionem, non ex authoritate principali, ſed paterna & ſacerdotali compunctione; quod de his quibus ambigitis, a præſentibus ſanctiſſimis epiſcopis ſatisfiat vobis, qui propter hoc ab ejus pietate ſunt evocati. Scitis autem & vos quoniam glorioſæ memoriæ pater meus Appius ex Ægyptiorum oriundus provincia, & tam veſtras quam Alexandrinorum ſecutus ſectas, dubitabat communicare ſanctæ majori eccleſiæ in hac civitate conſtitutæ: ſed piiſſimi atque fideliſſimi ' imperatores ratione ei perſuaſerunt, eo quod non aliud ſymbolum, vel aliam fidem tradiderint nobis hi qui in Calchedone congregati ſunt reverendiſſimi epiſcopi, niſi eamdem quæ in Nicæa & in Conſtantinopoli & Epheſo confirmata eſt. Ipſi quoque fidem decreverunt, & Neſtorium & Eutychem, qui novas hæreſes inducebant, condemnarunt, qua ratione perſuaſus communicavit ſanctæ eccleſiæ. Et vos igitur non contentioſa mente, ſicut decet venerabiles viros, quæcumque vobis dubia videntur opponite coram religione eorum, & dominus per ipſos ſatisfaciet vobis.

Orientales dixerunt: Nos ſatisfactionis chartulam de fide noſtra compoſitam piiſſimo imperatori porreximus, & in ea omnia quæ nobis ambigua videbantur, & ſcandalizabant nos, intexuimus. *Reverendiſſimus archiepiſcopus Hypatius os noſtrum factus, ſicut & beatus Petrus apoſtolorum princeps reſpondit, dicens:* Chartulam illam pervidimus, in qua tam ſupra quam infra Chalcedonenſe concilium criminamini, quod adverſus Eutychianam eſt hæreſim congregatum: propter quod, dicite nobis, qualem opinionem de Eutyche habetis? *Orientales dixerunt:* Tamquam ' hæreticus, magis autem princeps ' hæreſis. *Reverendiſſimus ' epiſcopus dixit:* De Dioſcoro vero, & ſecundo in Epheſo concilio, quod ab ipſo congregatum eſt, qualem? *Orientales:* ' Tamquam orthodoxorum. *Epiſcopus dixit:* Si Eutychen velut hæreticum condemnatis, quemadmodum Dioſcorum & cum eo congregatos orthodoxos dicitis eſſe, qui Eutychen quidem hæreticum juſtificarunt, Flavianum vero & Euſebium condemnarunt? *Orientales:* Eutychen tamquam acta forſitan pœnitentia juſtificarunt. *Epiſcopus:* Si ergo pœnituit Eutyches, quemadmodum illum anathematizatis? Illis vero ad hanc reſponſionem hæſitantibus, rurſus *Epiſcopus:* In tantum non pœnituit, quin & antequam implerentur, quæ in Conſtantinopolitana urbe adverſus eum geſta ſunt, illum quidem tamquam orthodoxum juſtificarunt, Flavianum vero & Euſebium velut hæreticos condemnarunt. Si enim pœnituit Eutyches,

Margin notes: Anno Christi 533. — ' utique — ' noſtri — ' hæreticũ, ' principem, Vir reverentiſſimus. 'dixerunt: — Hypatius ſi & trius ... 533. ad papam ... p.20. ... collatio- — contemptu — Heptacon-

Eutyches, rogari oportuit eos, non cōdemnari. Vt autem dicamus secundum vos confessionem duarum naturarum esse hæreticam, quam exigebat ' Eutyches confiteri ab Eusebio & Flaviano, docebat Dioscorus laudare eum tamquam non susceptam duarum naturarum confessionem. Vt autē consubstantialem Patri secundum divinitatem, & consubstantialem matri secundum humanitatem, dicere oportuit: cum omni subtilitate exigere eum, ut confiteretur: & nisi hoc fuisset confessus, suscipi ' non oportuit: Dioscorus vero non solum quia non exegit ab eo consubstantialis confessionem, sed magis consensit contrariæ ejus, & perversæ confessioni, quæ dicit: Ante unitionem quidem ex duabus naturis confiteor: post unitionem vero unam naturam. Et compulit omnes qui cum eo erant vociferari: Eutychen quidem orthodoxum esse, Flavianum vero & Eusebium impios hæreticos. Quid ergo vobis de istis apparet?

Contradicentes dixerunt: Revera oportuit exigi Eutychen a Dioscoro consubstantialis confessionem: Sin autem sine ista suscepit eum, & justificavit, cæcitatem passus est idem episcopus '. Si ergo illum cæcitatem passum esse fatemini, ea quæ superius dicta sunt repetamus. Orthodoxum aut hæreticum Eutychen dicitis fuisse? *Contradicentes dixerunt*, hæreticum. *Et Episcopus:* Iuste ergo ab Eusebio accusatur; condecenter vero a Flaviano condemnatus est. *Contradicentes dixerunt:* juste. *Et episcopus:* Si ergo juste a Flaviano condemnatus est, injuste & irrationabiliter suscepit eum Dioscorus & cum eo congregatum concilium, an non? *Contradicentes:* Procul dubio apparet quod injuste. *Episcopus:* Quoniam ergo totum illud universale concilium, quod cum Dioscoro congregatum est, consensit, sicut vos ipsi fatemini, injustitiæ & cæcitati; oportebat universalis illius concilii injustitias & cæcitates ab altero universali emendari concilio, an non? *Contradicentes dixerunt:* Modis omnibus ita fieri oportebat, *Episcopus dixit:* Calchedone itaque juste congregatum concilium est: ut ea quæ universale concilium deliquerat, vel, sicut vos dicitis, minus viderat, ab universali concilio corrigerentur. *Contradicentes dixerunt:* Bene quidem & necessarie congregatum est, si & justum finem suscepit. His ergo per plures sermones, sicut supra dictum est, habitis; primi diei conventus est dissolutus.

Secundo autem die cum convenissemus, *vir reverendissimus archiepiscopus Hypatius ait:* Recordamini finem hesternæ collationis, & nullius estis obliti. tamen si placet iterum commemoremus vos. *Contradicentes dixerunt:* Recordamur quidem; attamen ad pleniorem dictorum cognitionem & iterum revoca nobis in mentem. *Episcopus dixit:* Confessi estis hesterna secundum veritatem hæreticum esse Eutychen, & juste a Flaviano religiosæ memoriæ condemnatum, & injuste susceptum a Dioscoro. vel ab eo congregato concilio; & quia oportuit universalis illius concilii culpas ab altero concilio item universali corrigi, & quia propter prædictas occasiones juste congregatum est Calchedonense concilium. *Contradicentes dixerunt:* Recordamur hæc omnia. *Episcopus dixit:* Ostensum ergo vobis est, quia juste est congregatum Calchedonense concilium. *Contradicentes dixerunt:* Iuste convenit, si & justum finem suscepisset. *Episcopus dixit:* Quid enim reprehenditis illud peccasse concilium, ut adversus hoc possimus vobis reddere rationem? *Contradicentes:* Ante omnia duarum naturarum novitatem. Beato enim Cyrillo & antecessoribus ejus ex duabus naturis unam naturam Dei verbi incarnatam, post unitionem prædicantibus illis, in duabus naturis, innovare præsumpserunt. *Episcopus dixit:* Omnis quidem novitas peregrina est, non tamen omnis obnoxia. Ipsi ergo secundum quam rationem dicitis, ' innovantes " damnandos illos secundum peregrinam vocem, an secundum noxiam? *Contradicentes dixerunt:* Secundum utraque: beato enim Cyrillo & beato Athanasio Alexandrinæ civitatis episcopis, Felice etiam & Iulio Romanæ ecclesiæ, Gregorio quin etiam mirabilium factore, & Dionysio Areopagita, unam naturam Dei verbi decernentibus post unitionem, hos omnes transgressi illi, post unitionem præsumpserunt duas naturas prædicare.

Episcopus: In tantum falsæ sunt epistolæ, sive testificationes illæ quas dicitis, ut neque unam ex illis beatus Cyrillus voluerit recordari; nec in epistolis quas ad Nestorium scripsit, ' ut in his quas contra blasphemias ejus protulit testificationes in sancta synodo Ephesina, quando maxime debuit proferre eas; sed nec in expositione duodecim capitulorum adversus Theodoretum & Andream scribens, qui contra eadem capitula scripserunt; sed nec adversus orientale concilium, quod unde nescio, Arii illi vel Apollinaris opinionem imposuisse visum est: neque enim Arius aliquando vel Apollinaris duas naturas confessi sunt, sed unam naturam Dei verbi incarnatam ipsi magis noviter protulerunt, ut creatam & passibilem ipsam divinam Verbi naturam introducerent. Adversus ' quas duas substantias atque naturas omnes sancti patres decreverunt; sed & hoc dicimus, quia duodecim gloriosorum patrum testimonia adversus Nestorii blasphemias in Epheso beatus Cyrillus proferens, id est, sancti Petri episcopi Alexandrinæ & martyris, sancti Felicis episcopi Romanæ & martyris, Cypriani episcopi Carthaginensis & martyris, beati Athanasii & beati Theophili episcoporum ' Alexandriæ, Iulii episcopi Romanæ, Ambrosii & Basilii, Gregorii & alterius Gregorii, Amphilochii Iconii ' & Attici Constantinopolitani, nullum testimonium eorum de una natura protulit: sed non solum aliorum, sed nec beati Athanasii, qui a vobis profertur, in unius naturæ incarnati Verbi confessione, cum certe diversa testimonia ejus illic intexuerit, sed & beati Iulii, eo quod Dei genitrix sit sancta virgo, & ' dominum esse eum qui carne passus est. Si ergo sciebat de una natura quemquam ex his dixisse: illic maxime proferre habuit, ubi tantum erat & tale universale

' exigebatur

' eum.

' Et episcopus.

' innovasse. " vox illa abest a v. c.

' vel

' quos.

' Alexandrinæ.

' ab Iconio

' Deum

ANNO CHRISTI 553.

versale concilium. "Si autem illic non sunt prolatæ; quemadmodum nunc a vobis proferantur, satis admiror.

Contradicentes : Quid ergo suspicamini quia nos eas falsavimus? *Episcopus :* Vos non suspicamur, sed antiquos hæreticos Apollinaristas, qui reprehendunt eum in epistola quam ad orientales pro unione & pace de duabus naturis scripsit. Quoniam & hi qui cum Nestorio sapiunt falsaverunt ad Epictetum sancti Athanasii epistolam, sicut beatus Cyrillus beato Ioanni Antiochenæ civitatis episcopo scribens docuit nos. *Contradicentes :* Possumus ostendere quia beatus Cyrillus usus est istis testimoniis in libris adversus Diodorum & Theodorum editis. *Episcopus :* Modo maxime & illos adversus Diodorum & Theodorum libros ambiguos facitis, tamquam fictos adversus mortuos prolatos dicentes, ' non poterant refellere falsitatem : si enim adversus mortuos prolati sunt, multo magis adversus Nestorium, & eos qui contra capitula ejus scripserunt proferre habuit eadem testimonia; sed nunc videtur, quoniam & in illis libris hæretici falsantes addiderunt ea. *Contradicentes dixerunt :* Si ergo ex antiquis rescriptis, & ex archivis Alexandriæ potuerimus utraque ostendere sic habentia, quid estis dicturi? *Episcopus :* Si sub temporibus beati Proterii, vel Timothei cognomine ' Solofacioli ostensa sunt, indubitabilia erunt: quoniam vero jam a multis hi qui adversantur orthodoxæ duarum naturarum confessioni illa antiqua apud se retinent, indulgete nobis, si adversarios nostros testes suscipere dubitamus : nam & beati Iulii famosam illam epistolam manifeste Apollinaris ostendimus fuisse, scriptam ad Dionysium; illam autem quam sancti Gregorii mirabilium factoris dicitis testificationem, suadente Severo & his qui ea quæ illi sapiunt confiteri : quia incorruptum carnis ipse decrevit, & tunc vobis credendum est: quoniam & ea quæ de una natura dicta sunt ipsius sunt. Quod autem prius dici debuit hoc in ultimo dicimus : illa enim testimonia quæ vos Dionysii Areopagitæ dicitis, unde potestis ostendere vera esse, sicut suspicamini : si enim ejus erant, non potuissent latere beatum Cyrillum. Quid autem de beato Cyrillo dico? quando & beatus Athanasius, si pro certo scisset ejus fuisse, ante omnia in Nicæno concilio de consubstantiali Trinitate eadem testimonia protulisset adversus Arii diversæ substantiæ blasphemias. Si autem nullus ex antiquis recordatus est ea, unde nunc potestis ostendere quia illius sint, nescio. *Contradicentes dixerunt :* Si hæc falsa dicitis esse testimonia, duodecim capitulorum, quæ inserta est in Ephesi sancto concilio, quam neque vos potestis denegare synodicam esse, cur non recipit Calchedonense concilium? *Episcopus :* Si omnes formas & definitiones fidei in Epheso adversus Nestorium facti concilii suscepit & confirmavit Calchedonense concilium, quemadmodum hanc habuit refellere? sed quia adversus Nestorii blasphemias, quæ duas naturas in duas personas & duas subsistentias dividunt, unam personam, & unam subsistentiam volebant definire : illa autem epistola duarum subsistentiarum intulit mentionem, propterea proprie ea nominare distulerunt, ut non invenirentur aut illi aut sibi esse contrarii : sed magis illam alteram epistolam ejus præposuerunt, quæ super consensu symboli Nicæni laudata est : & eam quæ ad orientales scripta est.

' Solofacioli

Contradicentes dixerunt : In epistola duodecim capitulorum duas subsistentias pro duabus naturis dicit. *Episcopus :* Antiqui patres, & maxime Romani, pro substantia & naturam " subsistentiam nuncupabant. Vnde sicut unam naturam & unam substantiam, ita & unam subsistentiam sanctæ Trinitatis esse dicebant. Orientalibus vero sanctis patribus pro persona suscipientibus subsistentiam, & sicut tres personas, ita & tres subsistentias in sancta Trinitate dicentibus, per multa tempora dissidium factum est inter orientales & occidentales sanctas ecclesias; orientalibus quidem occidentales Sabellianorum sectam defendere suspicantibus, quia unam dicebant esse in Trinitate subsistentiam; occidentalibus vero orientales Arianam sectam sequi dicentibus, eo quod tres subsistentias in tres alterius substantiæ vel naturæ personas proferrent secundum imitationem Arii. Quam divisionem per sanctum Athanasium Deus univit. Vtriusque enim linguę peritus utrasque partes per Dei gratiam ad concordiam revocavit, & ab eo tempore usque in hodiernum diem, & apud nos & apud Romanos, sicut una substantia & una natura in Trinitate suscipitur, & sicut tres personas in sancta Trinitate confitemur, ita & tres subsistentias glorificamus. Sic ' auditis igitur, quoniam indifferenter beatus Cyrillus idem dicebat esse substantiam quod naturam vel subsistentiam, & ideo in illis duodecim capitulis suis pro duabus substantiis vel naturis duas subsistentias posuit. " Ostendite nobis, & in sancta Trinitate ita indifferenter eum dicere, & pro tribus personis vel subsistentiis unam personam secundum Sabellium confiteri, & unam subsistentiam in sancta Trinitate glorificantem, & pro una trium personarum substantia, " naturas atque substantias secundum imitationem Arii prædicantem, & ita & vos confitemini vel potestis glorificare, & tunc credimus vobis quia " præ duabus naturis, duas docuit dici subsistentias.

" natura

' Si audetis

"; ostendite

" naturas tres in eadem Trinitate

" pro

Contradicentes : Et hæ ipsæ quæ nominatim in Calchedonensi concilio positæ sunt epistolæ beati Cyrilli, id est, tam illa quæ ad Nestorium, quam quæ ad orientales scripta est ex duabus naturis, & in duabus". *Contradicentes dixerunt :* Plurimum. *Episcopus dixit :* Quam hanc? *Contradicentes :* Quod ex duabus quidem naturis dicere unam significat Dei verbi naturam incarnatam, secundum beatum Cyrillum & sanctos patres In duabus autem naturis duas personas & duas subsistentias significat, pro certo & hi qui in duabus naturis unam naturam dicunt, invenientur & ipsi ex duabus personis atque substantiis unam personam atque subsistentiam declarare.

" quidem naturis.

ANNO CHRISTI 553.

" Quemadmodum? Episcopus dixit.
" & pertractate ea quæ.

Contradicentes: Quemadmodum " episcopus A dixit: Sicut vos dicitis unam; & sancta synodus utrosque sermones pari honore suscepit " & pertractat. Et quæ in Constantinopoli acta sunt adversus Eutychen, & invenietis Flavianum archiepiscopum, & alios cum ipso quosdam ex duabus naturis accusantes: beatum autem Basilium Seleucenæ civitatis episcopum, cum aliis iterum quibusdam in duabus naturis; & neque isti illos reprehendunt, neque illi istos, tamquam unius honoris arbitrati voces utrasque, quando & unam naturam Dei verbi incarnatam non renuit beatus Flavianus in confessione, quam propria manu subscripsit, dicere, quæ piæ recordationis B Theodosio data est: nam confessio manu ejus præscripta his ipsis sermonibus declarat.

" Græce & Latine extat supra pag. 15. B. hujus IV. tomi.
" Flavianus Episcopus C P pissimo atq; amatori Dei.
" ita congruum

EXEMPLUM " RESCRIPTI FIDEI *Flaviani archiepiscopi Constantinopolitani datæ ab eo petenti.*

" *Imperatori Theodosio salutem.*

NIHIL itaque " congruum est sacerdotibus, & divina docentibus dogmata, sicut esse semper paratum ad satisfactionem omni exigenti cum rationem de spe quæ in nobis est, & gratia: nec enim erubescimus euangelium: virtus enim Dei est ad salutem omni credenti. Quoniam ergo & nos misericordia omnipotentis Dei prædicationem euangelii C sortiti sumus, recte sapimus, & sine reprehensione semper divinas secuti scripturas, & expositiones sanctorum patrum tam in Nicæa congregatorum, quam in Ephesο sub beatæ memoriæ Cyrillo episcopo Alexandrinæ civitatis. Prædicamus itaque dominum nostrum Iesum Christum ante secula a Patre sine initio natum secundum divinitatem: in ultimis vero diebus eumdem propter nos & propter nostram salutem ex Maria virgine secundum humanitatem Deum perfectum eumdem cum assumptione animæ rationalis & corporis, consubstantialem Patri secundum divinitatem, & consubstantialem matri eumdem secundum humanitatem. Nam ex duabus naturis Chri- D stum post incarnationem ex sancta virgine sumptam in una substantia, & in una persona unum Christum, unum Filium, unum dominum confitemur; & unam quidem Dei verbi naturam incarnatam tamen dicere non negamus: quia ex utrisque unus idemque dominus noster Iesus Christus est. Nam eos qui duos filios, vel duas subsistentias, vel duas personas denuntiant, & non unum eumdemque dominum Iesum Christum filium Dei vivi prædicant, anathematizamus, & alienos ecclesiæ decernimus, & ante omnes quidem Nestorium impium anathematizamus, & eos qui cum eo sapiunt, vel eadem dicunt, quibus E & contingat ut excidant tales ab adoptione promissa recte credentibus. *Subnotatio ejusdem ex notis, sic:* Domine Christe auxiliare nobis Deus. *& iterum:* Hęc scripsi manu propria ad satisfactionem tuę serenitatis, & ut confundantur ii qui simplicem conversationem nostram in Christo calumniantur.

Episcopus dixit: Ecce satisfactio beati Flaviani manu ejus perscripta ex duabus confitetur dominum nostrum Iesum Christum, & tamen ex duabus ei dicenti naturis non pepercit bonus ille Dioscorus. Propterea itaque cognoscens sanctum Calchedonense concilium, quia nihil ita recreat eos, qui cum Eutyche adversantur orthodoxis duarum naturarum confessioni, nisi confusa & commixta & imaginaria vel Manichæica unius naturæ confessio explanativam potius vocem præposuit; ut in duabus naturis unam personam & unam subsistentiam confitentem. Sed & beati Flaviani rectam fidem collaudans, omnia quæ ab eo dicta sunt, confirmavit.

Contradicentes dixerunt: Nos & (sicut superius dictum est) beati Cyrilli proferimus epistolas, in quibus duas subsistentes naturas confiteri post unitionem abdicat. *Episcopus dixit:* Nos ea quæ epistolis ejus synodicis consentiunt, suscepimus; quæ autem non consentiunt, neque damnamus, neque velut legem ecclesiasticam sequimur. Synodicas autem ejus dico (sicut superius dictum est) epistolas quæ a sanctis conciliis & susceptæ & confirmatæ sunt, id est, tam eam quæ ad Nestorium quam eam quæ ad orientales scriptæ sunt. Nam contraria his neque damnamus, neque sicut illius suscipimus, quia & in actibus sanctorum apostolorum invenimus, quia dispensationis gratia beatus Paulus Timotheum circumcidit, qui certe Galatis scripsit: *Quoniam si circumcidamini, Christus vos nihil adjuvabit.* Sed & beatus Petrus dispensative aliquoties quidem cum Gentilibus comedebat; aliquoties vero subtrahebat se, & secernebat ab eis. Postquam vero utrique Hierosolymas ascenderunt, & cum omnibus apostolis vel senioribus, magnum illud decretum decreverunt, per quod dicunt: *Placuit Spiritui sancto & nobis nihil ultra oneris imponere vobis, nisi quod ex necessitate est: hoc est, abstinere a sacrificato idolis, & sanguine, & necato, & fornicatione; a quibus custodientes vos, bene agitis. Valete.* Ab eo tempore ea quidem quæ communi consensu scripta sunt, & a Spiritu sancto confirmata, sicut legem ecclesiasticam suscipimus; quæ autem dispensationis gratia ab unoquoque sigillatim facta sunt, neque æmulamur, neque damnamus. Sicut ergo hęc in actibus sanctorum apostolorum invenientes, non similiter his attendimus: ita & illic etiamsi profitemur, secundum indulgentiam tamen dictum sit, beati Cyrilli esse quæ a vobis proferuntur epistolas, (adversantur autem prædictis synodicis rectæ fidei ejus epistolis, in quibus duarum naturarum aperte decrevit confessionem) neque damnamus, neque sicut ejus suscipimus. Continet autem illa ad Nestorium epistola de inconfusa & indivisa duarum naturarum unitate his sermonibus:

Gal. 5.
Act. 15.
' ex

Beati Cyrilli ex epistola ad Nestorium. Quia " diversa " quidem sunt quæ ad unitatem veram convenerunt naturæ: unus autem ex utrisque Christus & filius & dominus non naturarum diversitate sublata propter unitatem: si autem non est sublata duarum naturarum diversitas propter unitatem; Salvator ergo & post unitatem in una persona & † in una substantia, magni Dei, & salvatoris nostri Iesu Christi. Et quemadmodum suscepta vel confirmata est, paucis expediam.

" sic corrigimus ex cc. mss. edit. vulgatis menda.
' diversæ
† hic aliquid deest.

Recensito symbolo sancti Nicæni concilii, & venerabili hac epistola, omne quod adversus

ANNO CHRISTI 533.

sus Nestorium congregatum est illi " concilium, non acervatim, sed singuli per nomen & personam confessi sunt parem atque consimilem eam esse sancto illi symbolo: enotica " autem " & pacifica ad Ioannem Antiochenæ civitatis episcopum epistola " enim per quam unitatem & pacem sanctis ecclesiis suis Deus donavit his verbis continet: " *ita beati Cyrilli ex epistola ad Ioannem & ad orientales:* Confitemur itaque dominum nostrum Iesum Christum, Dei Filium unigenitum, Deum perfectum & hominem perfectum, ex anima rationali & corpore, ante sæcula quidem ex Patre genitum secundum deitatem: in ultimis vero diebus eumdem propter nos, & propter nostram salutem ex Maria sancta virgine secundum humanitatem, & consubstantialem Patri secundum deitatem, & consubstantialem nobis secundum humanitatem. Duarum enim naturarum unitio facta est, propterea unum Christum, unum Filium, unum dominum confitemur: secundum hunc inconfusæ unitionis intellectum confitemur sanctam virginem Dei genitricem, ob id quod Deus verbum ex ea incarnatus est, & " ex ea conceptione univit sibi templum quod ex ea processit. Euangelicas autem & apostolicas de salvatore voces scimus, mirificos viros quasdam quidem communicantes, tamquam in una persona, quasdam vero evidenter, tamquam in duabus naturis, & Deo quidem dignas secundum divinitatem Christi, humiles autem secundum humanitatem ejus tradentes.

illic

. Henotica ejus

Item

ea ipsa

Si vero dicetis non esse has voces illius, sed orientalium: cognoscite quia cum multis laudibus eis consensit, & tamquam suas, eas ita in propria epistola intexuit cum laudibus: superius quidem dicens chartam sibi allatam a viro venerabili Paulo episcopo, irreprehensibilem continentem fidei confessionem; inferius vero, has sacras vestras voces contemplati, sic & nos sapere invenimus. Vnus enim dominus, una fides, unum baptisma: glorificavimus omnium salvatorem dominum invicem congratulantes, quoniam divinis scripturis, & traditioni sanctorum patrum consonantem habent fidem, tam quæ apud nos, quam quæ apud vos sunt sanctæ ecclesiæ. hæc synodica & rectæ fidei epistola de inconfusæ & indivisæ unitatis & extantibus duabus naturis docuerunt. Quales ergo ex his præferamus, quæ in secreto scriptæ ad unum vel secundum amicum vel familiarem sunt, quæ & facillime potuerunt a quolibet depravari, an istas quæ in certamine dictæ sunt, & ab universalibus conciliis tam laudatæ quam confirmatæ sunt, & super concessu " symboli sancti Nicæni concilii sunt laudatæ? nonne potius has quæ synodicæ sunt suscipiemus & præferemus, & tamquam legem ecclesiasticam recipiemus, velut a tantis sanctis patribus cum judicio confirmatas, sicut sæpe retulimus?

consensu

Contradicentes: Nos non solum ad Eulogium, sed etiam ad Successum secundam, & alteras epistolas ejus volumus relegere. Vos autem cum neque unam audissetis, jam condemnastis eas. *Episcopus:* Quantascumque vultis prælegere sine præjudicio relegite, ut ex consensu vel dissensu, possit veritas apparere. His ergo dictis cœperunt *contradicentes* legere

A ad Eulogium epistolam, & cum ad illud capitulum pervenissent, quo dicitur: Sed & illud non ignorent, quoniam ubi unitio dicitur, non unius rei declaratur conventus, sed duarum vel plurium dissimilium secundum naturam. *Episcopus:* A superioribus & ex ipsis pene principiis epistola ista " opitulatur: etsi in quibusdam locis falsata est, tamen etsi omnia secundum vestram haberet intentionem, hoc capitulum sufficiebat omnem contradictionem compescere: si enim unitio non unius rei conventum declarat, sed duarum vel plurium dissimilium secundum naturam:

ANNO CHRISTI 533.

" nobis

B & quia qui dicunt duas naturas, ita confitentur, admiramur quemadmodum habentes hæc ac relegentes, a nobis quæritis suaderi, qui etiam alios ex his orthodoxam esse duarum naturarum confessionem, suadere potestis vel debetis. Cum enim mox in principio ipsius epistolæ relegatis dicentem eum, " quia non omnia quæ dicunt hæretici fugere nos vel aversari oportere: multa enim ex his confitentur quę & nos confitemur. Quando enim dicunt Ariani Patrem dominum " esse, & omnium creatorem, numquid nos oportet tales eorum voces aversari. Sic & Nestorius etiamsi duas dicat naturas, diversitatem tamen significat carnis & Verbi: alia enim natura carnis, &

* deest *quia* in ms.

" Deum

C alia Verbi. Si autem alteram confessus est carnis naturam, & alteram Verbi, quam ex his duabus naturis vos vel minuatam dicitis, vel subreptam; beato Cyrillo, sicut ipsi narratis, in altera dicente epistola, neque minuatam, neque subreptam humanam naturam, cum & inferius dicat " compelli autem illos?

" sic legendū ex ms. Compelle autem illos attendere ad lectionem.

Attendite ad lectionem *epistolæ beati papæ Athanasii.* Illic enim contendentibus quibusdam, quia ex propria natura corpus sibi passibile ipsum creaverit Verbum, & supra & infra nititur dicens: quia non est consubstantiale Verbo corpus: si autem non est consubstantiale, alia atque alia necesse est ut sit natura,

D ex quibus unus & solus intelligitur Christus. Ecce etiam hic aperte duas substantias in duabus naturis posuit, ex hoc hæreticos arguens, qui consubstantiale Verbo etiam corpus esse dicunt. Quam ergo ex istis duabus naturis vel substantiis dicitis minuatam, ipsi fatemini. *Sed & idem mox in sequenti versu ita addidit, dicens:* Sed & hoc non ignorent: ubi enim unitio dicitur, non unius significatur rei conventus, sed duarum vel plurium & diversarum secundum naturam. Si ergo dicimus unitionem, procul dubio confitemur quia carnis animatæ & Verbi. Sed & hi qui duas naturas dicunt idem sentiunt. Ille ergo qui totiens in

E superioribus epistolæ suæ partibus ita duas naturas orthodoxe & aperte prædicavit. Sed & post eos qui falsati sunt sermones qui dicunt: Etsi parum circa proprietatem sermonis obscurati sunt, dicens de orientalibus duas naturas manifeste confitentibus: qui enim confitentur, quia ex Deo Patre natus unigenitus Verbum idem ipse natus est secundum carnem ex muliere, quoniam & Dei genitrix est sancta virgo. Et quia una persona est & non duo filii, neque duo Christi, quemadmodum cum Nestorii blasphemiis consentiunt. Nestorius enim duos dicit filios & dominos & " christos, ut breviter complectar: orientales autem fratres nil tale dixerunt, sed tantummodo vo-

" conjunctio hæc deest a ms.

ANNO CHRISTI 533.

ces dividunt. Dividunt autem secundum hunc A modum dicentes : eo quod quædam ex his Deo dignæ sunt, quædam vero homine : quæ autem communiter prolatę sunt tamquam habentes tam dignationem divinam quam humanitatem, sed tamen ab uno eodemque prolatas. Et non sicut Nestorius qui quasdam quidem " de Verbo proprie assignat, quasdam vero nato ex muliere quasi alteri filio. Aliud autem est vocum fine " diversitate, aliud dividere in duabus personis tamquam alteri & alteri. Qui enim superius illa, inferius autem " hæc : numquid in medio loco poterat seipsum convellere ? absit : sed contrarii sermones synodicis ejus epistolis ab hæreticis sicut apparet falsati sunt. Proferentibus autem his qui contradicebant tamquam invictum scutum secundæ ab ipsis prolatæ ad Successum epistolæ capitulum " illud quod dicit : Repugnant nihilo minus unam dicentibus Filii naturam incarnatam; & velut cassum volentes illud ostendere, contendunt ubique duas naturas subsistentes ostendere.

Deo

" scire diversitatem

" dixit

" delevimus vitiosam interpunctionem

Postquam recensitum est, dicentibus illis: Ecce ubique beatus Cyrillus renuntiat duas dici naturas post unitionem. *Episcopus* nullo præjudicio habito, sicut sæpe diximus, orthodoxæ fidei, etiamsi demus Cyrilli esse nuper relectam epistolam : multo magis duabus naturis existentibus advocationem præbuit, post unitionem quam unius Dei verbi ' incarnatæ, ex eo quod dicit : Vestitus vero etiam nostra C natura etiamsi non est consubstantiale ex Deo Patre procedenti Verbo corpus quod univit sibi. Si ergo non est consubstantiale Verbo corpus quo circumdata est Dei verbi natura, alia modis omnibus atque alia pro certo natura est. Sed & illud quod ait, carne eum passum & non deitate, aliam iterum atque aliam ostendit naturam. Altera enim carnis natura passibilis, & altera Verbi impassibilis, sicut & vos ipsi fatemini, & iterum quod dicit, quia semen Abrahæ suscipiet, formam servi accipiens : alteram illam servilem ex Abraham susceptam naturam docet, & alteram illam dominicam Dei verbi naturam. Sed & quod ait: Non est confusum, sicut illis placet, sed nec D carnis in ejus, sed in proprietate secundum utrasque tam intelligi quam permanere : ex his magis ille, quam Calchedonense concilium in una persona duas existentes naturas decrevit intelligi. Sed & quod ait non minuatam neque subreptam humanam naturam, manifeste duas naturas existentes ostendit, divinam scilicet naturam quæ assumpsit; & quę assumpta est, humanam. Sed & quod ait: Recte & nimis prudenter tua perfectio de salutari passione sermonem protulit, non illum unigenitum Dei filium, secundum quod in- E telligitur & est Deus, passum in propria natura, ea quæ sunt corporis confitendo, sed magis passum eum natura terrena, aperte etiam hic duas naturas docuit subsistentes, & terrenam passibilem & divinitatis ' impassibilem. Sed & in fine epistolæ suæ illud quod ait : Quid enim est humana natura nisi caro animata sensibiliter; sed & passum carne dicimus dominum : Ecce in ipsa quæ a vobis prolata est epistola, licet falsata est, non totiens de una natura quantum de duabus naturis fidei rectæ tribuit advocationem non so-

' incarnati

' Deitatis

lum post unitionem, quæ in virginis facta vulva est : sed & post passionem & resurrectionem magni Dei & salvatoris nostri Iesu Christi, qui post resurrectionem ostendit perforatas immaculatas manus suas & transfixos pedes suos sanctis discipulis suis, ostendens se vivum & unum esse in una persona & in duabus naturis : quod enim dicit : *Videte manus meas & pedes meos, quoniam ego ipse sum* : unam ejus personam ostendit incarnatæ divinitatis. quod autem addidit : *Pertractate & videte quoniam spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habentem* : diversitatem ostendit in semetipso duarum naturarum, tam assumentis deitatis quam assumptæ humanitatis magni Dei B salvatoris nostri Iesu Christi. In tantum autem abfuit B. Cyrillus a contradictione orthodoxæ duarum naturam confessionis, ' quod Gregorium Nazianzenum, & Gregorium Nyssenum, & Ambrosium Mediolani protulit in sæpe dicto Ephesino sancto concilio, ac veluti eos sibi advocans " perduxit : quorum prior his verbis dixit : *Beati Gregorii Nazianzeni episcopi*: Naturæ quidem duę, Deus & homo : nam & anima & caro, filii autem non duo, neque dei : neque enim hic duo homines : Etsi ita Paulus tam interiorem quam exteriorem hominem appellavit : etsi licet breviter dicere: aliud quidem & aliud, ex quibus salvator, & si revera non est, idem, visibile & invisibile, & temporale & sine tempore, non autem alter & alter : Absit. Item & B. Gregorium Nyssenum protulit dicentem : Quid humilius in Deo quam forma servilis ? aut quid humilius in rege omnium, quam in commune nostræ exiguæ naturæ propria voluntate descendere ? Per beatum autem Ambrosium in eodem duas naturas esse ita approbavit dicens : Custodiamus diversitatem carnis & divinitatis: unus enim Dei filius in utroque loquitur, quia utraque natura in eo est. Attende in ipso, nunc quidem gloriam Dei, nunc vero hominis passiones. Sicut Deus docet divina, quoniam Verbum est : sicut homo loquitur humana, quoniam in mea loquitur natura. Hæc testimonia ad confirmationem rectæ & illibatæ fidei suæ in Ephesiaco concilio protulit, & sicut rectæ fidei, ea " secundum illud concilium confirmavit. Quanticumque ergo sermones sub nomine domini " prolati istis consentiunt, tamquam S. Cyrilli suscipimus : quanti vero his adversantur, aut non sunt illius, aut certe falsati sunt, etiamsi concedamus illius esse. Ideo neque condemnamus talem patrem, sed nec ad præjudicium rectæ fidei collaudamus quæ ex persona ejus proferuntur diversæ laceratæ epistolæ.

ANNO CHRISTI 533.

' ut etiam confirmatores hujusmodi confessionis.

" produxit

Rom. 7.

" sanctum " leg. et ejus & delenda vox domini.

Contradicentes : Concilia pro unitate sanctorum, sanctarum ecclesiarum in divinis diptychis intexta sunt, aut pro majori divisione? *Episcopus* : Quid autem & antequam nominatim insererentur, numquid in omnibus ecclesiis quæ sub cælo sunt non recitabantur episcopi ? " Et si nominatim concilia ipsa non recitabantur, tamen in propriis regionibus & civitatibus singuli quique annotabantur. Si ergo in propriis civitatibus singuli quique adnotabantur, unusquisque in quocumque subscripto " concilio recitabatur : quanto magis rationabiliter erat eos qui cum labore & sudore in unum convenerunt adversus hæreticos,

" leg. ex ms. recitabantur ? *Contradicentes*: Quomodo recitabantur, qui nec nominabantur ? *Episcopus* :

" subscripsit

reticos, Deo placitum prælium suscepe-runt, & bonam illam victoriam per gratiam Dei vicerunt, uno consensu inseri in gloriam Dei & laudem certantium ad majorem adhortationem eorum qui post certaturi sunt? *Contradicentes*: Sicut prius dum recitabantur, neminem scandalizabant, nunc autem plurimos scandalizant. *Episcopus*: Si cœperimus per singulos de his qui scandalizantur hæreticis concilia offerre, invenimus fidem nostram denegantes: Ariani enim scandalizantur in Nicæno concilio, Macedoniani in Constantinopolitano, Nestoriani in Ephesino, Eutychianistæ in Calchedonensi: si ergo illos voluerimus placare, dominum offendimus, fidem nostram denegantes. Nam & vos quanta per singula tempora innovastis? Imperatores, quia a vobis persuaderentur indempti, sicut endodia " Basilisci adversus orthodoxam fidem, & " enoticum Zenonis, & trisagii novitatem, & alia multa ejuscemodi, quæ ad eversionem fidei facta sunt, & orthodoxos non sine causa scandalizarunt. Hæc enim nullum fidelium scandalizant. Si autem infideles hæreticis scandalizentur, nec enim ex hoc conscientia nostra perturbatur.

endadia / encyclia? / henoticum

Contradicentes: Ibas ergo & Theodoretus sicut rectæ fidei suscepti sunt a synodo, & sicut rectæ fidei in divinis diptychis recitantur. *Episcopus*: Vtrique Nestorium anathematizantes suscepti sunt in sancto concilio. *Contradicentes*: In tantum per dolum anathematizavit Theodoretus, quia postquam " anathematizavit discedens dixit eis: Valete. *Episcopus*: Quid ergo? Quoniam Eusebius Nicomedenæ & Theognius Nicænæ, & alii quidam cum ipsis, & in ipso Niceno sancto concilio ficte subscripserunt, & post hæc Arium aperte secuti ecclesiam devastarunt, & sanctos patres nostros Eustathium Antiochiæ, Athanasium Alexandriæ, & Paulum Constantinopolitanum fugaverunt: propter illos nec Nicænum sanctum concilium debemus suscipere, aut in divinis id diptychis " recitare? Absit: Nos autem non tamquam Theodoretum defendentes, vel ea quæ præcesserunt diximus, vel quæ sequentur dicemus, sed veritatem, & sanctum concilium quod eum juste suscepit. Volens enim satisfacere quemadmodum saperet; nec tamen permissus est propter anticipatos quosdam atque in eo scandalizatos, postquam vidit non suscipi satisfactionem suam, anathematizans Nestorium & Eutychen addidit: Valete. Cur autem hoc ipsum dixerit, Valete, superius manifestavit dicens: Quoniam nec sedem ambio, nec pro episcopatu solicitus veni, sed ut persuadeam quemadmodum credo, propter quod anathematizo, sicut jubetis, & vale vobis facio. Vnde neque sanctum concilium, neque gloriosissimi judices ad injuriam hunc sermonem susceperunt, pro certo scientes quia antequam sanctum istud concilium fieret, pacificatus esset B. Cyrillo, qui ab eo injuriatus est in contradictoriis libris duodecim capitulorum.

ex necessitate *add. t* [illegible]

non

Contradicentes: Et unde hoc potestis ostendere? *Episcopus*: Ex ipsa quæ ad Ioannem & orientales scripta est epistola beati Cyrilli pro unitate ecclesiarum.

Contradicentes: Non habetis unde ostendere, quia indulsit eis. *Episcopus*: Nos ad omne orientale concilium epistolam ipsam scriptam invenimus. Ostendite autem vos quod in unitionem hos ex illa pacifica & coadunante epistola sua subtraxit. Quid autem amplius est, verbis detrahere, an per condemnationem inferre contumeliam? Sic ergo ipsi beato Ioanni, & omnibus qui cum eo fuerant in Epheso, & per condemnationem eum injuriantes indulsit B. Cyrillus, multo magis qui tantummodo verbo in eo peccaverunt indulgentiam præstitit: sed & invenimus in Theodoreti literis quas ad Dioscorum fecit, quia & secundo in his quæ contra Nestorium scripta sunt scripserit. Et quando contra Iulianum, vel Apompeos " conscripsit, libros ipsos destinavit in Antiochia beatus Cyrillus, & rogavit B. Ioannem ostendere illos orientalibus præclaris doctoribus. Et quia ostensis eis scripsit " eis Theodoretus, & rescripsit ei B. Cyrillus & diligentiam & affectum ei testificans. Et quia duas ab ipso suscepit affectuosas epistolas, quæ & custodiuntur apud eum; nullam de eo contumeliam designantes. Sed tamen & his ita scriptis atque dictis, non aliter eum suscepit sanctum Calchedonense concilium, nisi clare sub conspectu omnium anathematizasset Nestorium & omnes definitiones ejus.

" Apompæos

" ei

His autem ita de Theodoreto dictis; *Contradicentes*: Et Ibas ergo juste susceptus est a Calchedonensi concilio? *Episcopus*: Ibæ & accusantium eum judicium ex imperiali auctoritate delegatum est Photio episcopo Tyri, & Eustathio ' episcopo Beryti, & Vranio Himerorum ' civitatis episcopo, qui reverendissimi viri, & nimium horrentes Nestorii blasphemias cum omni diligentia discutientes, eum immunem & sine culpa eum decreverunt, sicut & acta ipsorum & relatio manifestat. quem ergo judices justificaverunt, quemadmodum concilium poterat condemnare? *Contradicentes*: Et illa ergo quæ ad Marin Persam epistola ejus scripta est recte continet. quæ & prolata ab eis, & relecta nobis est, & inventa est narrationem habens actorum inter beatum Cyrillum & nefandum Nestorium, eo quod quasi per istos duos homines omne sæculum conturbatum esset: Nestorio quidem ea, quæ Paulus Samosatenus saperet, affirmante, & propter hoc a beato Cyrillo in Ephesino concilio condemnato. Cyrillum autem suspicantibus quasi cum Apollinario saperet in illis duodecim capitulis, & propter hoc condemnato a Ioanne Antiochenæ civitatis episcopo, & cum eo habito concilio. Et quia propter hanc causam cum inimicitia de Epheso discesserunt. Et propter illam inimicitiam divisæ sunt omnes ubique ecclesiæ & fideles populi, aliquantis quidem huic parti consentientibus, aliis vero illi. Et quia dum in his essent rebus compunxit Deus piissimum imperatorem Theodosium convocare virum reverendissimum episcopum Constantinopolitanæ civitatis Maximianum, & eos qui tunc forte in eadem gloriosa aderant civitate, hortarique & solicitudinem habere, vel cogitare de pace sanctarum ecclesiarum. Et post illam pacificam cogitationem destinavit piissimus imperator Aristolaum tribunum & notarium ob hoc ipsum: qui perveniens tam in Antiochia quam in Alexandria, utrasque partes, miserante Deo, ad pacem perduxit.

' Eustachio
' Imerinæ

His

ANNO CHRISTI 533.

His ergo per epistolam declaratis, *Episcopus dixit:* Hæ literæ etiam in vita beati Cyrilli divulgatæ sunt, & non solum quia non moverunt eum propter factam pacem & unitatem propter dominum: sed & Valeriano scribens episcopo Iconii, talia de ipsis satisfecit dicens: Nam si epistolas sibi componentes quidam circumferunt, tamquam ex persona scriptas illustrium virorum, non debent credi; qui enim semel scriptis fidem propriam confessi sunt, quemadmodum diversa possunt scribere tamquam ex pœnitentia ad non bene credendum " traduci? Sed tamen & beato Cyrillo ita pro eis testificante, & recensita præfata epistola in Calchedonensi sancto concilio, non tamen aliter prævidit suscipi eum propter suspiciones in eadem epistola insertas, nisi & ipse Nestorium, & omnia ejus decreta anathematizasset: & postquam anathematizavit, tunc susceptus in sancto concilio. Nec tantum de his solis dico, sed & Nestorius & Eutyches simili modo, si proprias hæreses anathematizassent, modis omnibus etiam illi suscepti fuissent a sanctis conciliis. Calchedonense ergo concilium circa Ibam & Theodoretum districtius agit quam B. Cyrillus. Beatus enim Cyrillus contentus fuit in consensu damnationis Nestorii, & ordinatione beati Maximiani, qui pro illo in hac civitate episcopus factus est; Calchedonense autem sanctum concilium nisi sub præsentia sua anathematizasset Nestorium & omnia dogmata ejus, & scriptis inter acta insertæ fuissent voces eorum, non fuit contentum suscipere eos. In his ergo dictis, *Contradicentes:* De his quidem persuasum est nobis.

" traducti

Et ita secundæ diei conventu dissoluto, & discedentibus nobis, & multa testimonia de duabus naturis præparantibus, piissimus atq; amator Dei imperator noster accersito sanctissimo archiepiscopo patriarcha Epiphanio, præcepit etiam nos ingredi cum ipso. Et postquam per confabulationem locutus ei quæ illi Deus inspiravit, ipsum quidem dimisit, secundum morem oratione facta pro ejus pietate, nos autem una cum venerando senatu retinuit; censuitque etiam *Contradicentes* ingredi. Quibus ingressis, ipsos quidem præcepit in uno scamno sedere, nos autem in altero una cum gloriosissimis judicibus. Et omnibus nobis tacentibus, pietas ejus tanta ac " tales ad eos locuta est cum omni mansuetudine & tranquillitate, ut si alter mihi diceret ab ejus pietate hæc dicta, vix crederem, nisi ipse auribus meis audissem, quæ cum magna gratia Dei ex benedicto ejus ore prolata sunt. Nam Davidicæ mansuetudinis, & Mosaicæ patientiæ, & apostolicæ clementiæ instar in eo conspexi: etsi enim non iisdem sermonibus, quibus beatus Paulus, sed tamen eadem mente qua ille sanctam ecclesiam vestram scripsisset, locutus est cum eis. De qua idem beatus Paulus sanctæ ecclesiæ vestræ, sicut dictum est, scripsit, dicens: *Quia fuimus in medio vestrum tranquilli, & tamquam nutrix fovens filios suos; ita cum bona voluntate festinavimus tradere vobis non solum evangelium Dei, sed & proprias animas; propter quod dilecti nobis facti estis.* Et ut ex paucis possitis conjicere quæ multifarie multisque modis, tam illo die ab ejus pietate ad eos dicta sunt, quam in reliquis confa-

" talia

1. Thess. 2.

A bulationibus, & exemplaribus piæ ejus epistolæ æque cognoscetis, quæ scripta est ad Euphemium virum reverendissimum Theopolitanæ civitatis archiepiscopum, ut per hoc appareat omnibus qui ab ipsis decepti sunt in oriente: quæ præsenti subjungentes epistolæ, vestræ venerationi transmisimus, ut per eam cognoscatis, quanta Dei gratia, per benedictum os ejus tam primo die quam reliquis locuta est ad eos.

Et postquam in nomine domini collocuti sumus invicem, accusare nos tentantes: *Contradicentes* ad piissimum imperatorem, secreto suggesserunt ei per quemdam, tamquam B non confitentibus nobis dominum " passum carne, vel unum eum esse de sancta Trinitate, nec ejusdem esse personæ tam miracula quam passiones. Ingresso itaque sanctissimo patriarcha in venerando palatio ad piissimum imperatorem, & domino viro reverendissimo archiepiscopo Hypatio, cum eo percontata est pietas ejus ab ipsis, his verbis: Non confitemini ejusdem personæ domini nostri esse Iesu Christi tam passiones quam miracula? vel Deum esse qui carne passus est, atque unum eum esse de Trinitate? Respondit idem reverendissimus vir: Nos, domine, magis autem mater vestra catholica & apostolica sancta Dei ecclesia ejusdem personæ magni Dei & C salvatoris Iesu Christi prædicat & passiones & miracula, non tamen ejusdem naturæ: sed sicut docuerunt sancti patres, passibilem carnem, impassibilem divinitatem, circumscriptum corpore, incircumscriptum spiritu, terrenum, & cælestem, visibilem, & intelligibilem: ut integro homini eidem & Deo integer homo cohæreat, qui ceciderat sub peccato: sicut beatus Gregorius Nazianzenus docuit in epistola scripta ad Cledonium, & utraque sancta concilia tam in Epheso adversus Nestorium, quam in Calchedone adversus D Eutychen & Nestorium congregata consenserunt & confirmaverunt. Sed & dominum " carne passum ita rursus confitemur propter eos qui confundunt vel dividunt, ut passibilem eum dicentes carne, impassibilem confiteamur divinitatem, similiter & unum esse ex Trinitate secundum divinam naturam tam credentes quam confitentes, secundum carnem vero unum ex nobis placuisse ei, credimus fieri; & sicut consubstantialem Patri secundum divinitatem, ita nobis consubstantialem secundum humanitatem & sicut perfectum in divinitate, ita perfectum & in humanitate. Si autem illi aliter dicunt, & præsumunt eum dicere, ut secundum carnem quidem ante sæcula sit, secundum divinitatem E vero in novissimis diebus, vel creaturam eum esse secundum deitatem, non creatum autem secundum humanitatem, vel visibilem & passibilem secundum humanitatem, tunc calumnientur nos tamquam frustra contrarios sibi.

" Deum

" Deum

Post collationem ergo habitam cum orientalibus episcopis ac nostra tenuitate, ex piissimi nostri imperatoris jussu, alia vice ingressis nobis in venerabili palatio ejus una cum domino meo archiepiscopo, vel aliis qui convenerant reverendissimis episcopis, piissimus imperator exultans in virtute Dei, & gaudens in salutari ejus, ac lætus nimis, quia desiderium cordis ejus, secundum propheticam vocem,

ANNO CHRISTI 533.

Psalm. 20. cem, præstiterat ei; *& voluntate labiorum* A *non privavit eum*, cœpit dicere ad nos, præsente venerabili senatu: Quia postquam locuti estis cum orientalibus episcopis per duos dies, tertio die convocatis tam vobis quam illis, antequam susciperemus vos, ingressus sum in oratorium gloriosi Michaelis archangeli, quod est in [a] Cochlio; & rogavi dominum dicens: Quia si in veritate uniri habent nobis, magis autem sanctæ tuæ ecclesiæ: compunge eos velociter consentire nobis: sin autem nolunt, præpedi eos, ut ex ipsis magis culpa nascatur, & non ex nobis. Et cognovistis quantis propositionibus rationabilibus & pacificis cum omni mansuetudine B & patientia prolatis a nobis, vir reverendissimus episcopus Philoxenes tantummodo persuasus est. Ceterorum vero perversitatem cordis Deus aspiciens, colligavit linguas eorum, ut neque satisfactionem invenirent, neque veritati consentirent; ut ex ipsis fiat occasio aversionis eorum, & non ex nobis. Et hæc quidem, gratias agens domino, dixit ejus tranquillitas de eorum perversitate. Sed tamen & usque hactenus omni continentia & beneficio dignatur eos attendere, non cessavit expectans propter dominum eorum conversionem ad bonum. Quæ illum spes non fefellit: nam etsi non episcopi, qui hactenus in sua dissuasione permansere; sed tamen plurimi clericorum & monachorum qui cum C his convenerunt, ad sanctam communionem cum gaudio remearunt in ecclesiis suis ac monasteriis. Ex quibus quidem lingua Syriatica per interpretes locuti sunt nobis, dicentes: Quia ab illis decepti, & nos eversi sumus, & multas animas evertimus: dicebant enim nobis & quod Spiritus sanctus recessit ab ecclesiis & baptismate, communione eorum: & ideo hæc audientes, & velut veracibus credentes decepti sumus; sed gloria domino, qui satisfecit nobis de errore eorum, & univit nos catholicis & apostolicis sanctis ecclesiis suis: confidimus enim in bonitate ejus; & quoniam dabit nobis virtutem, ut eorum quos evertimus, pluriores iterum convertamus ad sanctas ecclesias ejus, D in gloriam & laudem sancti nominis ejus. *Explicit epistola Innocentii episcopi Maroniæ civitatis.*

Choclio

NOTA SEVERINI BINII.

[Hæc Collatio quando habita sit.] a *Collatio.*] Hanc collationem habitam esse hoc anno 533. patet ex epistola Iustiniani ad Ioannem, quæ scripta est anno 533. cujus initio se laborasse ait, ut omnes sacerdotes orientis cum Romana ecclesia uniret: quod factum est hac Collatione catholicorum cum Severianis in oriente habita.

[a] CONCILIUM AVRELIANENSE II.

ANNO CHRISTI 533.

CHILDEBERTI FRATRUMQUE REGUM præceptione celebratum IX. Kalendas Iulias, E [b] anno Christi DXXXIII. Ioannis II. papæ I. supradictorum regum XXII.

[c] TITULI CANONUM.

ANNO CHRISTI 533.

PRÆFATIO.

Cum ex præceptione gloriosissimorum regum in Aurelianensem urbem, de observatione legis catholicæ tractaturi, Deo auxiliante convenissemus, ibi quid de antiquis regulis, quid de novis ambiguitatibus, pro captu intelligentiæ, illuminante domino sensimus, expressimus singulatim, descriptisque constitutionibus, quæ Deo propitio in posterum sint observanda, ex veterum canonum auctoritate conscripsimus.

CANONES.

I.

Id ergo est constitutum, ut nullus episcoporum, admonente metropolitano episcopo, nisi certa tædii causa detentus, ad concilium vel ordinationem consacerdotis venire penitus ulla excusatione detrectet.

II.

Ut metropolitani singulis annis comprovinciales suos ad concilium evocent.

III.

Ne quis episcopus de quibuslibet causis, vel episcoporum ordinationibus, ceterorumque clericorum, aliquid præsumat accipere: quia sacerdotem nefas est cupiditatis venalitate corrumpi.

IV.

Si quis sacerdotium per pecuniæ nundinum execrabili ambitione quæsierit, abjiciatur ut reprobus: quia apostο-

ANNO CHRISTI 533. Act. 8.

apostolica sententia donum Dei esse præcipit pecuniæ trutina minime comparandum.

V.

Nullus episcopus ad sepeliendum episcopum venire conficta occasione dissimulet, ne cujuslibet corpusculum diutius inhumatum negligentia interveniente solvatur. Is vero episcopus, qui defunctum advenerit sepelire, præter expensam necessariam, nihil precii pro fatigatione deposcat.

VI.

Vt episcopus qui ad sepeliendum episcopum venerit, evocatis presbyteris in unum, domum ecclesiæ adeat, descriptamque idoneis personis custodiendam sub integra diligentia derelinquat, ut res ecclesiæ ullorum improbitate non pereant.

VII.

In ordinandis metropolitanis episcopis antiquam institutionis formulam renovamus, quam per incuriam omnimodis videmus amissam. Itaque metropolitanus episcopus a comprovincialibus episcopis, clericis, vel populis electus, congregatis in unum omnibus comprovincialibus episcopis ordinetur, ut talis Deo propitio ad gradum hujus dignitatis accedat, per quem regula ecclesiæ in melius aucta plus floreat.

VIII.

Si quis diaconus in captivitate redactus uxori fuerit copulatus, reversus ab officii omnino ministerio removendus est. Cui sufficere debet pro actus sui levitate impleta pœnitentia pro satisfactione communio.

IX.

Nullus presbyterorum sine permissione episcopi sui cum sæcularibus habitare præsumat. Quod si fecerit, ab officii communione pellatur.

X.

Nullus novercæ suæ, id est uxori patris sui, ulla copulatione jungatur. Quod si quis præsumpserit, noverit se anathematis supplicio feriendum.

XI.

Contracta matrimonia accedente infirmitate nulla voluntatis contrarietate solvantur. Quod si qui ex conjugibus fecerint, noverint se communione privandos.

XII.

Ne quis in ecclesia votum suum cantando, bibendo vel lasciviendo dissolvat, quia Deus talibus votis irritatur potius quam placetur.

ANNO CHRISTI 533.

XIII.

Abbates, martyrarii, reclusi, vel presbyteri, apostolia dare non præsumant.

XIV.

Clerici qui officium suum implere despiciunt, aut vice sua ad ecclesiam venire detrectant, loci sui dignitate priventur.

XV.

Oblationes defunctorum, qui in aliquo crimine fuerint interempti, recipi debere censemus, si tamen non ipsi sibi mortem probentur propriis manibus intulisse.

XVI.

Presbyter, vel diaconus, sine literis, vel si baptizandi ordinem nesciat, nullatenus ordinetur.

XVII.

Feminæ quæ benedictionem diaconatus hactenus contra interdicta canonum acceperunt, si ad conjugium probantur iterum devolutæ, a communione pellantur. Quod si hujusmodi contubernium admonitæ ab episcopo cognito errore dissolverint, in communionis gratiam acta pœnitentia revertantur.

" Arausi. c. 26. Epaon. c. 21.

XVIII.

Placuit etiam, ut nulli postmodum feminæ diaconalis benedictio pro conditionis hujus fragilitate credatur.

XIX.

Placuit ut nullus Christianus Iudæam, neque Iudæus Christianam in matrimonio ducat uxorem, quia inter hujusmodi personas illicitas nuptias esse censemus. Qui si commoniti a consortio hoc se separare distulerint, a communionis gratia sunt sine dubio submovendi.

XX.

Catholici qui ad idolorum cultum, non custodita ad integrum accepti gratia, revertuntur, vel qui cibis idolorum cultibus immolatis gustu illicitæ præsumptionis utuntur, ab ecclesiæ cœtibus arceantur. Similiter & hi qui bestiarum morsibus extincta, vel quolibet morbo aut casu suffocata vescuntur.

XXI.

Abbates qui episcoporum præcepta despiciunt ad communionem nec penitus admittantur, nisi contumaciam suscepta humilitate deponant.

Sane si qui post hanc diligentissimam sanctionem non observaverint quæ sunt superius comprehensa, reos se divinitatis pariter fraternitatis judicio futuros esse cognoscant.

SVB-

ANNO CHRISTI 533.

ANNO CHRISTI 533.

d SVBSCRIPTIONES EPISCOPORVM. A

2 Honoratus in Christi nomine episcopus Bituricensis subscripsi, sub die IX. Kal. Iulias, anno XXII. domni Childeberti regis.

Leontius episc. Aurelianensis ecclesiæ subscr.
Aspasius episcopus Elosensis subscripsi.
Eleutherius episcopus ecclesiæ Autisiodorensis subscripsi.
Importunus episcopus subscripsi.
Chronopius episcopus Petrocoricensis subsc.
Iniuriosus episc. ecclesiæ Turonensis subscr.
Lupicinus episcopus Ecolismensis subscripsi.
3 Flavius episcopus Rothomagensis subscripsi.
Agrippinus episcopus Æduorum subscripsi.
Ætherius episcopus Carnotensis subscripsi. B
Eumerius episcopus Namnetensis subscripsi.
Callistus episcopus subscripsi.
Amelius episcopus ecclesiæ Parisiensis subsc.
Marcus episcopus subscripsi.
Sustratius episcopus Cadurcensis subscripsi.
Perpetuus episcopus Abrincatensis subsc.
Eusebius episcopus subscripsi.
Præsidius episcopus Convenarum subscripsi.
Passivus episcopus Sagiensis subscripsi.
Proculeianus episcopus Ausciensis subscripsi.
Clarentius episcopus subscripsi.
Iulianus episcopus ecclesiæ Viennensis subsc.
Innocentius episcopus subscripsi.
Marcellus episcopus subscripsi.
Lauto episcopus Constantiensis subscripsi. C

Orbatus presbyter pro Leone episcopo Senonensi subscripsi.

Asclepius presbyter 4 pro Adelphio episcopo Rauracensi subscripsi.

Laurentius presbyter pro Gallo episcopo Arvernorum subscripsi.

Eledius presbyter pro Sebastio episcopo subscripsi.

Præsidonius presbyter pro Artemio episcopo subscripsi.

NOTÆ IACOBI SIRMONDI, S. I.

1 *Concilium.*] Hujus synodi pauca in bibliothecis vetera sunt exemplaria. In Bellovacensi a item, quo usi sumus, idem qui in vulgatis proditur Childeberti regis annus XXII. in subscriptionibus episcoporum: qui numerus adjectus ad DXI. quo anno vita functum Clodoveum ejus patrem supra monuimus, Christi annum reddit DXXXIII. Hoc itaque anno celebratam synodum arbitramur.

2 *Honoratus episcopus.*] In vulgatis præter Honoratum, qui primo loco subscribit, reliqui deinceps, quemadmodum in Aurelianensi primo dictum est, dispositi fuerant ordine alphabetico. Nos eam seriem expressimus qua digesti sunt in codice Bellovacensi, adjectis ex Suriana editione nominibus civitatum, quæ in illo codice non sunt.

3 *Flavius episcopus Rothomagensis*] Qui subscribit etiam in concilio III. Aurelianensi. sed pro Flavio Elafius hic legitur in codice Bellovacensi, *Elafius episcopus subscripsi.*

4 *Pro Adelfio Rauracensi.*] Idem error qui supra in concilio I. Aurelianensi, ubi cum Adelfius hic episcopus ecclesiæ Ratiaticæ diceretur, fuerunt qui mutarent in Rauracensis. Legendum ergo *pro Adelfio Ratiatensi*, id est, Pictavensi, ut dictum est.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Acta concilii.

a *Concilium.*] Hoc concilio nihil noviter est constitutum; sed tantum reformata est disciplina fidelium, in iis potissimum quæ ad mores ecclesiæ pertinent. Patet id ex præfatione actorum concilii. Nomina episcoporum in hoc & primo Aurelianensi, Epaonensi, aliisque quibusdam supra excusis conciliis ordine alphabetico ab aliquo imperito librario disposita fuerunt, quæ servato dignitatis ordine, illo, cujus supra frequenter memini, procul dubio subscripta fuerunt.

Quo ordine subscripserint?

b *Anno Christi*] Quoto anno Christi hoc cum ceteris Aurelianensibus conciliis celebratum fuerit, inter scriptores non convenit. Alii ad annum 533. alii ad 536. illud referunt. Diversitas sententiarum oritur ex tempore obitus Clodovei: quem qui anno Christi 511. defunctum esse sentiunt, simul etiam existimant hoc concilium, 22. anno Childeberti filii & successoris Clodovei celebratum, habitum fuisse anno domini Iesu Christi 533. Contra vero, qui obitum Clodovei & initium Childeberti statuunt in anno Christi 514. sentiunt anno Christi 536. cum quo 22. Childeberti coincidit, celebratum fuisse. Obitum Clodovei ad annum Christi 514. retuli supra: idque propterea quod Anastasius in vita Hormisdæ scribat a Clodoveo rege Francorum corona aurea donatum Hormisdam pontificem, qui ante annum 514. Christi nati pontificatum necdum adeptus fuerat: non ultra quingentesimum decimumquartum annum Christi supervixisse testantur Sigebertus in chronicis & Gregorius Turonensis de gestis Francor. lib. 1. cap ult. ubi ab obitu sancti Martini, qui contigit anno Christi 402. usque ad obitum Clodovei numerat annos centum & duodecim. Quæ si vera sunt, necessum est fateri obitum Clodovei regis Francorum præcise in annum Christi 514. & consequenter vigesimumsecundum Childeberti in annum Christi 536. qui est Iustiniani decimus & Silverii papæ primus, coincidisse. Hæc de tempore Aurelianensium conciliorum breviter dicta sufficiant.

c *Tituli canonum.*] De iis quæ hoc loco de clericorum ordinationibus, sepulturis & cohabitationibus, de impedimentis matrimoniorum, de diaconissis mulieribus, & idolothytis statuuntur, actum est in notis præcedentium conciliorum & canonum apostolorum supra tom. 1. conciliorum.

d *Subscriptiones episcoporum.*] Inter hos sanctitate celebres fuerunt hi: Gallus Arvernensis, Eleutherius Autisiodorensis, Lauto Constantinensis, Paternus, pro quo corrupte ponitur Perpetuus Abricensis: horum enim memoria est in Romano martyrologio certis diebus, quibus ipsorum dies natales celebrantur. Interfuit etiam Injuriosus magni nominis Turonensis episcopus, de quo vide quæ dicemus infra in notis concilii Aurelianensis tertii. De Gallo episcopo, qui per legatum suum huic concilio interfuit, scribit Gregorius Turonensis de gestis Francorum libro 4. cap. 5. & 6. uberius in vita sanctorum patrum cap. 6. Ejus epitaphium & virtutes egregias scripsit carmine Venantius Fortunatus lib. 4. Fuit Arvernensium episcopus in ordine vigesimus septimus apud Democh. de sacrificio missæ. Eleutherius Autisiodorensis episcopus fuit ordine decimussextus, seditque annos 28. mensés 8. dies 9. Ad Paternum Abricensem quartum episcopum, olim abbatem, extat carmen Venantii Fortunati de emendatione codicis. Acta ejus extant apud Surium tom. 2.

Episcopi qui & quales.

Gallus quis.

Eleutherius quis.

a CONCILIVM AFRICANVM SVB IOANNE PAPA II.

D

Synodalis epistola ad Ioannem scripta, excusa est supra inter epistolas Ioannis papæ II. cujus initium tale est: *Optima consuetudo*, &c.

a *Concilium.*] Africana ecclesia in pristinam libertatem vindicata, ad restituendam collapsam ob longam servitutem ecclesiasticam disciplinam convenerunt episcopi, scriptaque ad Ioannem pontificem epistola synodica, ad eumdem legationem miserunt, qua perfuncti sunt Petrus & Lucius episcopi, atque Liberatus diaconus Carthaginensis ecclesiæ, cui his temporibus Reparatus præsidebat. Legatio cum E Romam veniens Ioannem pontificem defunctum invenisset, Agapeto papæ, qui in locum ejus successit, synodales literas dedit. Ex eadem hac synodo Theodorus diaconus missus est Constantinopolim ad imperatorem pro recuperandis rebus & juribus ecclesiasticis a Vandalis usurpatis. Qua legatione accepta, Iustinianus inter alias redditas literas reperitur rescripsisse ad Salomonem præfectum prætorio in Africa de iis quæ Africanis ecclesiis concedit novella 36. & 37.

Causa & acta concilii.

ANNO CHRISTI 534.

** CONCILII CARTHAGINENSIS SUB REPARATO EPISCOPO ANNO Christi DXXXIV. Acta nonnulla.

" Synodicam supra habes una cum epistolis Ioannis papæ pag. 1755. C.

Canon concilii " Carthaginensis sub Reparato de libertate monasteriorum.

FELICIANUS episcopus ecclesię Ruspensis dixit: apud Ruspen monasterium est a domino Fulgentio præcessore meo constitutum, peto sanctitatem vestram, ut aliquid de monasteriis ordinetur; scire enim volo quid debeam custodire. Felix episcopus ecclesię Zactarensis provincię Numidię dixit: De monasterio abbatis Petri, ubi nunc Fortunatus abbas constitutus est, quę temporibus sanctę memorię "Bonifacii in universali concilio nobis etiam pręsentibus acta sunt, inconvulsa permaneant. Cetera vero monasteria etiam ipsa libertate plenissima perfruantur; servatis limitibus conciliorum suorum in hęc dumtaxat, ut quandoque voluerint sibi clericos ordinare, vel oratoria monasteriis dedicare, episcopus, in cujus plebe, vel civitate locus monasterii consistit, ipse hujus muneris gratiam compleat, salva libertate monachorum, nihil sibi in eis pręter hanc ordinationem vindicans, neque ecclesiasticis eos conditionibus, aut angariis subdens. Oportet enim in nullo monasterio quemlibet episcopum cathedram collocare; aut qui forte habuerint, habere: nec aliquam ordinationem, quamvis levissimam facere, nisi clericorum, si voluerint habere: esse enim debent monachi in abbatum suorum potestate. Etquando ipsi abbates de corpore exierint, qui in loco eorum ordinandi sunt, judicio congregationis eligantur: nec officium sibi hujus electionis vindicet, aut pręsumat episcopus. Si qua vero contentio quod non optamus, exorta fuerit, ut ista abbatum aliorum concilio sive judicio finiatur.

" Vide supra pag. 1649. C.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. I.

S. Fulgentio Ruspensis ecclesiæ episcopo Kalendis Ianuarii anni 533. ad superos translato post annuam sedis illius vacationem ipso hujus anni 534. initio successit Felicianus idem ipse qui in præcedente Carthaginensi concilio interlocutus fuisse memoratur. Vtrumque discimus ex Ferrando Carthaginensis ecclesiæ diacono in vita ejusdem S. Fulgentii præceptoris sui, quam successori ejus dicatam publicarunt Surius, Chiffletius, Raynaudus, aliique. Idem scriptor vero per ea tempora post magistrum suum celeberrimus *Breviarium canonum* adornavit *ex variis Græcorum Latinorumque patrum conciliis ingeniose concinnatum:* quod tibi lector hoc loco subjiciendum putaveram ex Chiffletiana, prætermissis Pithœana & Altaserrana editionibus; tum quod brevibus spatiis quamplurima complectatur ad historiam disciplinamque ecclesiasticam peropportuna; tum ob eam præcipue causam, quod multorum conciliorum identidem injiciat mentionem, quæ temporum injuria dicam majorumne nostrorum incuria funditus perierunt: qualia sunt *Iuenense*, *Macrianense*, *Marazacense* seu Maradianense, *Septimunicense*, *Sufetulanum*, *Thenitanum*, atque adeo *Zellense*, nisi cum Teleptensi, sive, ut alii scribunt, Telensi confuderis.

ANNO CHRISTI 535.

VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA AGAPETI PAPÆ I.

Ex libro pontificali.

ª AGAPETUS natione Romanus, ex patre Gordiano presbytero, clericus ad sanctos Ioannem & Paulum, ᵇ sedit menses 11. dies 18. ᶜ Hic in ortu episcopatus sui libellos anathematis, quos invidiæ dolo extorserat Bonifacius presbyteris & episcopis contra canones & contra Dioscorum, in medio ecclesiæ congregatis omnibus incendio consumpsit, & absolvit totam ecclesiam ab invidia perfidorum. ᵈ Hic missus est a Theodato rege Gothorum, ad dominum Iustinianum Augustum in legationem: quia eodem tempore imperator dominus Iustinianus Augustus indignatus est Theodato regi, eo quod occidisset reginam Amalasuntam filiam Theodorici regis, commendatam sibi, quæ eum regem fecerat. Qui Agapetus pergens Constantinopolim, ᵉ x. Kalendas Maii ingressus, susceptus est cum gloria. Et primum cœpit habere altercationem cum piissimo principe imperatore domino Iustiniano Augusto de religione. Cui beatissimus Agapetus episcopus constantissime fidei apostolicæ responsum reddidit de domino Iesu Christo, Deo & homine, hoc est, de duabus naturis in Christo. Et dum contentio versaretur, ita dominus adfuit, ut episcopum Constantinopolitanum, nomine Anthimum, inveniret Agapetus papa hæreticum. Cumque contentio verteretur cum Augusto & Agapeto papa, dixit ei imperator Iustinianus: Aut consenti nobis, aut exilio deportari te faciam. Tunc beatissimus papa Agapetus respondit cum gaudio, dicens ad imperatorem: Ego quidem peccator ad Iustinianum imperatorem Christianissimum venire desideravi, nunc autem Diocletianum inveni. Qui tamen minas tuas non pertimesco. Et dixit ei iterum Agapetus venerabilis papa: Tamen, ut scias tu eum idoneum non esse religioni Christianæ, episcopus tuus confiteatur duas naturas in Christo. Tunc accersito ex præcepto Augusti episcopo Constantinopolitano, nomine Anthimo, & discussione facta, nunquam voluit confiteri in doctrina catholicæ responsionis ad interrogationem beati papæ Agapeti duas naturas in domino Iesu Christo. Quem cum vicisset sanctus papa Agapetus, glorificatus est ab omnibus Christus. Tunc piissimus Augustus Iustinianus gaudio repletus humiliavit se sedi apostolicæ, & adoravit beatissimum Agapetum papam. Eodem tempore ejecit Anthimum a communione, & expulit in exilium. Tunc piissimus Augustus Iustinianus rogavit beatissimum papam Agapetum, ut in locum Anthimi episcopum catholicum consecraret nomine Mennam. Qui Agapetus papa omnia obtinuit, pro quibus missus fuerat. Post dies vero aliquantos ægritudine correptus, defunctus est Constantinopoli. Cujus corpus in loculo plumbeo translatum est Romam, usque in basilicam beati Petri apostoli, ubi & sepultus est XII. Kalendas Octobris. Hic fecit ordinationem in urbe Roma, diacones 4. episcopos per diversa loca numero 11. Et cessavit episcopatus mensem unum, dies viginti octo.

Ex Gratiani decreto desumptum.

Agapetus papa, vas catholicum, euangelii tuba, præco justitiæ, sacra altaris sedisque velamina, sacrilegis Anthimi infecta fabulis, suis catholicis precibus delevit.

De cōsecr. dist. 1. Agapetus.

NOTÆ

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Agapetus.*] Anno Chriſti 535. ipſa hieme Agapetus archidiaconus apprime eruditus in locum Ioannis papæ ſubrogatus fuit, ut conſtat ex epiſtolis Agapeti ad Iuſtinianum imperatorem, & Reparatum Carthaginenſem epiſcopum, hoc anno reſcriptis. Novella conſtitutio nona, quæ eſt Iuſtiniani imperatoris hoc anno ſub conſulatu Beliſarii ad Ioannem pontificem, ſexto Kalendas Maii data quidem legitur, ſed mendoſe, ut infra copioſius oſtendemus. Iuſtinianus imperator cognita Agapeti ordinatione, more anteceſſorum ſuorum fidei catholicæ profeſſionem tranſmiſit. Ab Africana eccleſia per legationem ad Ioannem prædeceſſorem hujus deſtinatam conſultus, qua ratione Ariani ad eccleſiam redire volentes recipiendi forent, reſpondit, non aliter quam ſecundum canones & eccleſiaſticas conſtitutiones antiquitus obſervatas, ad pœnitentiam & communionem admittendos eſſe, prout videre eſt ex epiſtolis Agapeti ad concilium Carthaginenſe, Reparatum epiſcopum, & Iuſtinianum imperatorem hac de re tranſmiſſis. Hujus temporibus, callido occultoque conſilio impiiſſimæ feminæ Theodoræ Auguſtæ Iuſtiniani conjugis, Anthimus epiſcopus Trapezuntinus, Eutychianæ hæreſeos occultus ſectator, monſtrum horrendum, poſt obitum Epiphanii orthodoxi præſulis, in ſedem Conſtantinopolitanam intruditur; Alexandriæ vero defuncto Timotheo, favore ejuſdem feminæ, Theodoſius ſubrogatur.

Quos cum Severus ille perditiſſimus hæreſiarcha, tempore Iuſtini ſede & urbe Antiochena expulſus, ſuæ farinæ homines eſſe cognoſceret, ſeque ejuſdem Theodoræ potentia Antiochenæ eccleſiæ reſtituendum fore ſperaret, egreſſus e latebris ad ipſam Theodoram, & Anthimum patriarcham, in hæreſi propaganda collegam convolavit, Anthimum ibidem in hæreſi & impietate Eutychiana confirmavit. Quod cum per rumorem Iuſtiniano imperatori innotuiſſet, coram ipſo ſe expurgans diſertis verbis profeſſus eſt, ſe in omnibus aſſenſurum iis quæ apoſtolica ſedes ſentienda praſcriberet; ſignificans nullum evidentius catholicæ & orthodoxæ fidei ſignum edi poſſe, quam ſi ſe crediturum & facturum polliceretur, quidquid Romana eccleſia credendum proponeret. Scholam ſacræ theologiæ Romæ erexiſſet, teſte Caſſiod. in præfat. lib. divin. lect. niſi bellico tumultu impeditus fuiſſet; Iuſtinianus indigna nece Amalaſuntæ, quam Theodatus rex ingratiſſimus ſtrangulando vel obtruncando occiderat, provocatus, bellum Gothicum jam ante cogitatum, duce Beliſario inchoavit, Romanoque imperio Siciliam ſubjugavit. Quare Theodatus tanto terrore perculſus eſt, ut ad pacem obtinendam univerſam Siciliam, vel, ſi aliter fieri non poſſet, totius Italiæ regnum imperatori per Petrum Iuſtiniani legatum offerret. Quæ deinceps acciderint infra dicemus.

b *Sedit menſes* 11. *dies* 18.] Baronius Agapetum plus uno integro anno ſediſſe probat ex epiſtolis ad eum ſcriptis, & ab eodem reſcriptis.

c *Hic in epiſcopatus ſui.*] Vide notas in vitam Bonifacii; & concilium Romanum II. ſub eodem Bonifacio ſecundo celebratum ſupra.

d *Hic miſſus eſt a Theodato.*] Cum Theodatus rex barbarus paſſus eſſet diſpendium in Dalmatia & Sicilia, timeretque futurum, ut tranſlata hieme Beliſarius, qui in Sicilia hiemabat, Italiam invaderet, ad imminens vitæ ſuæ periculum antevertendum, per Petrum Iuſtiniani legatum egit, ut imperator Siciliam univerſam, &, ſi ea contentus non foret, totius Italiæ regnum acciperet, & vitæ utriuſque regis & reginæ parceret. Dimiſſo legato, rex ad pugnandum ineptiſſimus, ſenatoribus & Agapeto pontifici, teſte Liberato in breviario cap. 2. graviter interminatus eſt, ſe eos, uxores eorum, filios & filias interempturum, niſi egiſſent apud imperatorem, ut deſtinatum exercitum ſuum ab Italia amoveret. Hac aliaque quadam de cauſa, univerſam eccleſiam concernente, pontifex legationem ſuſcipiens, Conſtantinopolim proficiſcitur. Cui cum itineris expenſæ deeſſent, vaſa ſacra arcario regio oppignorare debuit, quæ eadem opera Caſſiodori recepit. In itinere poſitus mutum ſimul & claudum magna aſtantium admiratione in partibus Græciæ curavit. Gregor. 3. dialog. cap. 3. *Ingreſſus Conſtantinopolim primum honorifice ſuſcipiens*, inquit Liberatus, *directos ſibi ab imperatore, ſprevit Anthimi præſentiam, eumque ad ſalutandum ſuſcipere noluit. Deinde viſo principe cauſam agebat ſuſceptæ legationis. Imperator autem pro multis fiſci expenſis ab Italia deſtinatum exercitum avertere nolens*, (ideo fortaſſe quod, A victoria quadam per Gothos in Dalmatia contra imperatorem parta, Theodatus elatior factus, oblatam promiſſionem revocavit) *ſupplicationes papæ noluit audire*: ſed potius Beliſario jam in Siciliam trajicere parato, cœptam expeditionem perficere præcepit. Qui improviſo agmine perveniens in Campaniam, Neapolim, teſte Procopio, valde munitam obſedit. His ita peractis, pontifex legationem illam, cujus cauſa a Deo miſſus fuerat, exequitur: principio ab imperatore, qui propter Anthimi hæretici ordinationem ſuſpicionem hæreſeos incurrerat, ſecundam fidei profeſſionem infra inter epiſtolas extantem extorſit. Deinde vocatos in judicium Acephalorum principes Anthimum, Severum, Petrum, & Zoaram, quos epiſcopi & archimandritæ orthodoxi oblatis libellis de hæreſi accuſaverant, condemnavit: ea conditione addita, ut ſi Anthimus, prævia fidei confeſſione, erroris abjuratione, & delicti commiſſi pœnitentia ad eccleſiam redire vellet, epiſcopatus priſtinus B Trapezuntinæ eccleſiæ illi integre ſervaretur. Quod cum hortatu Severi Acephalorum capitis Anthimus præſtare recuſaret, pontifex eum ſimpliciter ab epiſcopatu depoſuit, & in locum ejuſdem Mennam magni nominis orthodoxum, genere Alexandrinum, xenodochii majoris præpoſitum, concilii Calchedonenſis profeſſorem ſubrogavit. Quæ ut univerſis epiſcopis innoteſcerent, encyclicas literas de Anthimi depoſitione & Mennæ ſubſtitutione ad orientales epiſcopos ſcripſit. *His peractis*, inquit Liberatus in breviario capite 22. *conſtituens papa apud imperatorem apocriſarium eccleſiæ ſuæ Pelagium diaconum ſuum, dum in Italiam reverti diſponit, Conſtantinopoli obiit*: atque e prælio ad coronam vocatus, conſecutus eſt pręmium æternæ vitæ, pro quo obtinendo, brevi temporis ſpatio eccleſiæ præſidens plurima beneficia contulit. Vnde quæ hoc loco ſcribit Anaſtaſius de Anthimo in judicium vocato, viſo, & audito, deque eodem poſt factam diſcuſſionem condemnato, erronea eſſe videntur, ideo quod præter Niceph. acta ſynodalia concilii Conſtantinopolitani infra ſubC ſequentia teſtantur, ipſum neque citatum, neque viſum, ab Agapeto penitus rejectum & condemnatum fuiſſe. Hæc ex Liberato, Caſſiod. Niceph. & actis ſynod. Baron. anno 536. num. 1. & ſeqq.

Anthimus Conſtant. ab Agapeto condemnatur.

e *x. Kalendas Maii.*] Anno 536. defunctum eſſe omnes fatentur. Sed cum XII. Kalendas Octobris ejus memoria celebretur in eccleſia, quod hic de tempore obitus & ſedis vacantis refert Anaſtaſius fide caret. Quam hiſtoriam de Agapeto refert Sophron. in prato ſpirituali cap. 150. apud Baron. invenies anno prędicto num. 66. & ſeqq.

Quo tempore obierit Agapetus.

EPISTOLA IVSTINIANI AD AGAPETVM.

More majorum ſuorum apud pontificem Romanum recens electum fidei ſuæ profeſſionem edit, eamdem quam ſupra ad Ioannem D papam II. miſerat.

In nomine domini noſtri Ieſu Chriſti Dei imperator Cæſar Flavius Iuſtinianus, Alemanicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, Pius, Felix, Inclytus, Victor, ac Triumphator ſemper Auguſtus, Agapeto ſanctiſſimo archiepiſcopo almæ urbis Romæ & patriarchæ.

ANTE tempus in hac regia urbe noſtra quorumdam de cauſa fidei extitit morboſa contentio: quam nos congrue reſpuentes interpoſito edicto repreſſimus. Et quia ſtudii noſtri eſt emergentes hujuſmodi cauſas ad apoſtolicæ ſedis veſtræ referre judicium, ejuſdem E fidei, quam ſequendam duximus tenorem epiſtolæ noſtræ inſertum, ad beatæ memoriæ prædeceſſorem veſtrum Ioannem per Hypatium, & Demetrium venerabiles epiſcopos miſſa legatione direximus. Quam pro integritate fidei memoratus prædeceſſor veſter libenti gratulatione ſuſcipiens, ſuo ac totius eccleſiæ Romanæ firmavit aſſenſu. Cujus epiſtolæ noſtræ tenor hujuſmodi eſt.

Victor Iustinianus, Pius, Felix, Inclytus, Triumphator, semper Augustus, Ioanni sanctissimo archiepiscopo almæ urbis Romæ, & patriarchæ.

REDDENTES honorem apostolicæ sedi & vestræ sanctitati, quod semper nobis in voto fuit, & est, ut decet, patrem honorantes vestram beatitudinem, omnia, quæ ad ecclesiarum statum pertinent, festinamus ad notitiam deferre vestræ sanctitatis: quoniam semper magnum nobis fuit studium unitatem vestræ apostolicæ sedis, & statum sanctarum Dei ecclesiarum custodire, quæ hactenus obtinet, & incommote permanet, nulla intercedente contrarietate. Petimus ergo vestrum paternum affectum, ut vestris ad nos destinatis literis, & ad sanctissimum episcopum hujus almæ urbis & patriarcham vestrum fratrem: quoniam & ipse per eosdem scripsit ad vestram sanctitatem, festinans in omnibus consequi sedem apostolicam beatitudinis vestræ, manifestum nobis faciatis, quod omnes, qui prædictam fidem recte confitentur, suscipit vestra sanctitas, & eorum, qui Iudaice ausi sunt rectam denegare fidem, condemnat perfidiam. Plus enim ita & circa vos omnium amor, & vestræ sedis crescit auctoritas, & quæ ad vos est unitas sanctarum ecclesiarum inturbata servabitur: quoniam per vos didicerint, omnes beatissimi episcopi horum quæ ad vos relata sunt sinceram vestræ sanctitati doctrinam. Petimus autem vestram beatitudinem orare pro nobis, & Dei nobis acquirere providentiam. *Exemplar subscriptionis.* Divinitas te servet per multos annos, sancte ac religiosissime pater. Data VIII. Iduum Iuniarum Constantinopoli, domino nostro Iustiniano perpetuo Augusto III. consule.

Nam epistola Iustiniani ad Epiphanium, qua hujus mentionem facit, data reperitur VII. Kal. Aprilis, sub prædicto consulatu, anno domini 533.
" Astista nõ cohærent, ut dicemus in notis.

EPISTOLA I. AGAPETI PAPÆ I. AD IUSTINIANUM.

Iustiniani fidei libellum, quatenus conformis est sacris canonibus, confirmat.

Agapetus episcopus Iustiniano Augusto.

GRATULAMUR, venerabilis imperator, quod tanto catholicæ fidei ardore succenderis, ut omnibus piissimæ vitæ vestræ temporibus piam solicitudinem circa servandam augendamque ecclesiarum concordiam clementer exhibeas, & unam fidem, suaque per omnia firmitate consimilem omnibus populis Christianis cupias prædicari. Nec mirum in ejusmodi clementiam vestram placita Deo cogitatione persistere, cum non alius imperii vestri beatior sit provectus, quam religionis augmentum. Quapropter libenti hoc & prophetica voce cantabo: *Repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione*, quod florentissimum principatum vestrum divinis quotidie inspicimus beneficiis adornari. Cupis enim, venerabilis imperator, ut tuæ pietatis epistolam de fidei vestræ expositione nuper ad beatæ memoriæ prædecessorem nostrum Ioannem Romanæ sedis antistitem, per Hypatium atque Demetrium episcopos destinatam, & a præfato præsule roboratam nostra quoque auctoritate firmemus: laudamus, amplectimur: non quia laicis auctoritatem prædicationis

Psal. 125.

A admittimus, sed quia studium fidei vestræ patrum nostrorum regulis conveniens confirmamus atque roboramus. Per quod jam & unitas provenit ecclesiæ, & reliqua catholicæ membra ecclesiæ ad ejus compagem Christianitatis constantia reditura confidimus. Cujus professionis vel epistolæ vestræ tenorem inferius annectentes, studium, quod circa Deum integre geritis, nostra auctoritate firmamus, prædicantes hujusmodi fidem omnibus patrum nostrorum regulis convenire, & apostolicæ sedis concordare dogmatibus: constituentes, ut si quis nostræ catholicæ fidei contraire tentaverit, quam pro B submovenda hæreticorum suspicione paternis regulis consonantem præsenti definitione firmamus, sanctæ communionis efficiatur extraneus. Unde & Cyrum, ejusque sequaces, jam ante pro hac insania ab ecclesiæ catholicæ communione suspensos, & in sua hactenus perfidia permanentes, nisi sub satisfactione canonica doctrinam apostolicam fuerint consecuti, nullatenus patimur eos sacræ communioni restitui: sed etiam ut hæreticos anathemati subjicimus, ut qui nostris constitutionibus parere contempserit, ecclesiasticum statum puritatemque non maculet.

C *Textus autem epistolæ hic est:* In nomine domini nostri Iesu *&c. ut supra pag.* 1788. C.

Quamobrem petimus sanctitatem vestram, ut memoratam epistolam vestram auctoritate firmetis, & Cyrum, vel sequaces ejus, a communione habeatis alienos, donec statutis sanctitatis vestræ obtemperent. *Exemplar subscriptionis.* Divinitas te servet per multos annos sancte ac religiosissime pater. Data pridie Iduum Martiarum Constantinopoli Flavio Belisario viro clarissimo consule. *Is fuit annus Christi 535.*

Huic igitur ut prædictum est confessioni, & huic fidei quisquis contradicere præsumpserit, a catholica communione se noverit alienum. D Datum XV. Kalendas Aprilis Constantinopoli Flavio Belisario viro clarissimo consule." " Anno Christi 535.

NOTA SEVERINI BINII.

Constitutiones de fide a Iustino imperatore sancitæ, pontificis auctoritate confirmantur illæ, quæ sacris canonibus innituntur. Unde sicubi aliquid de rebus ecclesiasticis & causa fidei constituisse legitur, id instinctu Epiphanii Constantinopolitani episcopi & Romanorum pontificum fecisse credi debet.

Constitutiones imperatorum de fide quo auctore conditæ.

PRIMUM EXEMPLAR PRECUM IUSTINIANI IMPERATORIS ad Agapetum papam.

Catholicam fidem apud pontificem profitetur.

E PRIMA salus est, recte " fidei regulam custodire, & a constitutis patrum nullatenus deviare: & quia non potest domini nostri Iesu Christi prætermitti sententia, dicentis: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.* Et hæc quæ dicta sunt rerum probantur effectibus: quia in sede apostolica extra maculam semper est catholica servata religio. De qua spe & fide minime separari cupientes, & patrum sequentes constituta, anathematizamus omnes, qui contra sanctam Romanam & apostolicam ecclesiam, *&c. ut supra post epistolam Bonifacii papæ II.* pag. 1686. B.

" recte

Matth. 16.

NOTA SEVERINI BINII.

Imperator ex præcedentis epistolæ pontificiæ censura prudentior factus, non amplius privatam a se editam fidei professionem, sed publicam misit illam, quam olim Hormisda pontifex miserat per legatos Constantinopolim subscribendam ab iis, qui catholicæ & apostolicæ ecclesiæ communionem consequi vellent.

II. AD EPISCOPOS AFRICANOS.

Gratulatur quod ab hæreticorum manibus evaserint incolumes, & ad ea de quibus Ioannem consuluerant respondet.

Agapetus episcopus Reparato, Florentiniano, Datiano, & ceteris episcopis per Africam constitutis.

IAM dudum quidem, fratres amantissimi, de prosperitatibus vestris *repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione.* Sed & nunc cum literas caritatis vestræ ad prædecessorem nostrum datas accepimus; pridem gaudia concepta renovamus, benedicentes dominum sempiternum, *qui liberavit nos ab inimicis nostris, & de manu omnium, qui nos oderunt.* Vobiscum enim recte nos dicimus, cum quibus & tribulati sumus. Nam cum unum corpus ubique sit ecclesia, & apud nos quoque principalia compatiebantur & membra. Vester enim mœror nostra fuit semper afflictio, & de vestrorum omnium gemitu, imperante caritate visceribus frequentabamus sæpe singultus. Quæ cum ita sint, redeuntibus Caio & Petro fratribus & coepiscopis nostris, atq; " Liberato diacono filio nostro proferimus sincerissimam consilii vestri caritatem: quoniam sicut & sapientes facere decebat, & doctos, immemores principatus apostolici non fuistis: sed quæstionis illatæ volentes vincula dissolvere, ab ejus sede requisivistis (sicut decebat) aditum, cui potestas est indulta claustrorum. Vnde nos ea, quæ de ejusmodi negotio in penetralibus patrum constituta posuerunt, libenter aperimus, & præsentibus alloquiis translata subnectimus, ut sine dubitatione possitis agnoscere, transcendi positos jamdudum terminos non licere. Itaque si vitare volumus offendiculum quod a senioribus annuntiatum est, hoc sequamur. Carent enim excusatione quos præmonitos contingit excedere, & acerbitatem cumulant excessuum, quos ignorantia non tuetur. Hinc est, ut quia in tantum Deus omnipotens *erexit cornu salutis nobis in domo David pueri sui,* ut de omnibus quorum iniquitati subjacuimus, reconciliatione tractemus, ita solicite remedia debeamus adhibere, ne incolumitatis nostræ sit incommodum quod curantur, aut medicina subeat maculam de vulnere, cui tribuere vult salutem. Sed ejusmodi (sicut & nobis cautissime visum est) præstemus officium in observatione pastorum, ne cum perdita volumus congregare, pereamus, & cum sub nimia relaxatione absolvimus, obnoxii (quod avertat dominus) cadamus in culpam: maxime cum priorum nostrorum sententia, redeuntes ad nos ex Arianis, quolibet modo, in qualibet ætate illius pestilentiæ labe pollutos, tanta caritate in fide complexa est ejusmodi justitia, & sub dilectione redarguit, tanta ratiocinatione de ambitu honoris exclusi, ut erubescerent aliud magis quærere quam

[Left margin fragments: ...tinianus ...licam ...i con... ...ionem ...t. | ...l. 125. | ...c. 1. | Prioris ...má pro... ...ctionis ...eminit ...beratus ...pite 20. ...eviarii ...m. V. ...773. C. | ...c. 1.]

A redire. De eo vero quod piissima compunctione requisistis, utrum ad officium suum debent suscipi, aut eos non oportet omnino promoveri, an alimoniorum saltim utilitatibus adjuventur, laudamus, hortamur, amplectimur, ut revera, ejus promotionem, aut officium in quo fuerint abnegantes, canonum vos reverentia judicent omnes appetere potius, quam gerere cupiditatis ardorem. Venientes igitur ad fidem sincerissimam, nutriat humanitas, consoletur, prompta sit omnibus misericordia, in cujus remuneratione dictum est: *Beati misericordes, quia ipsi misericordiam consequentur.* Illud quoque quod catholicos, qui præsunt, aut militant ecclesiæ, sine sacerdotum suo- Matth. 5.
B rum literis suscipi a nobis minime debere mandatis, & canonibus est congruum, & disciplinis prodesse judicamus, ac fidei, qui permanendo in ecclesiis, in quibus militant, & ministerii sui poterunt assiduitate in Dei salvatoris nostri amore fervescere, & quæ in pervagatione reprehensibilia sunt, vitare. Data v. Idus Septembris.

III. AD REPARATVM.

Gratias agit, quod sibi de electione in pontificem fuerit literis gratulatus, simul significans se ejus consultationibus respondisse, idemque per legatos præstiturum. Interea horta-
C tur, ut quæ pro fide catholica scripsit divulgari curet.

Agapetus Reparato episcopo Carthaginensi.

FRATERNITATIS tuæ literis indicasti post epistolam decessori meo dirigendam inter navigii suscipiendi moras, quas hiemis continuatæ generabat asperitas, ordinationem nostram tibi omnipotentis Dei beneficio nuntiatam, & gratulatum te fraternitatis affectu, quia pontificatus mihi divinitas indulsit officium, quod de sinceritate tua non sumus admirati. Sic enim te nobis alloquii directi præsentavit affectio, ut cum dilectissimas tuas literas legerem, te viderim. Quapropter ipsa te,
D quam vidi, mente complectens, postulo misericordiam divinitatis, ut & in vobis quietis reparata gratia fructificet, & Deus omnipotens, qui mihi sacerdotis dedit donum, concedat & meritum. Præterea ad ea, quæ Caius atque Petrus fratres & coepiscopi nostri, sed & Liberatus diaconus filius noster, ut apud nos agerent verbo a fraternitate tua sibi injuncta direxerunt; congruum putavimus verbo dare responsum, quod per legatos nostros (si domino placuerit) reddere non moramur. Vniversa præterea, quæ inimicorum perversitas invaserat, caritati tuæ metropolitana jura repa-
E rantes hortamur, ut ea, quę tuo vel aliorum nomine rescripsimus, universis debeas innotescere. Metropolitani quippe auctoritate suffultum: ne quis se excusabiliter asserat ignorare quod sedis apostolicæ principalitas canonum consideratione perscripsit. Data v. Idus Septembris post consulatum Paulini viri clarissimi.

IV. AD IVSTINIANVM.

Iustiniano gratias agit, quod sibi de electione in pontificem fuerit gratulatus; illius fidem laudans, ad catholicam fidem tuendam hortatur; lapsos episcopos cum honoribus recipi non posse, respondet.

Agapetus

Agapetus episcopus Iustiniano Augusto.

LICET de sacerdotii mei primitiis, pietatis divinæ muneribus ad referendas essem gratias multipliciter obligatus : susceptis tamen, venerabilis imperator, per Heraclium venerabilem presbyterum filium nostrum vestræ serenitatis affatibus, quos æterni fructus ubertate plenissimos destinastis, votorum meorum sunt in domino gaudia geminata, quod adunatis felicitatis vestræ provectibus, tali mentis gloriosæ proposito terrena vobis regna subjicitis, ut simul cælestia conquiratis. Cujus rei non sunt ambigua documenta, quando ita vestris, quæ direxistis oraculis, catholicæ professionis lumen irradiat, ut etiam beatis operibus enitescat. Siquidem illa est in Deo nostro plena & firma credulitas, quam spiritualium simul fructuum commendat ubertas, sicut vas electionis annuntiat dicens : *In Christo Iesu neque circumcisio aliqud valet, neque præputium, sed fides quæ per dilectionem operatur.* (Galat. 5.) Quod enim majus fidei vestræ poterit opus existere, quam quod tantis apostolicam sedem caritatis & munificentiæ titulis elevastis, ut ipsa etiam desideria sperantium transiretis ? Et quidem hoc in vobis olim, sicut ego quoque probavi, per Dei gratiam semper floruit institutum, ut possibilitatis vestræ meritum quantitas ostenderet præstitorum, & ad hos provectus indeptæ momenta potentiæ tenderetis, ut benignitas vobis ingenita vota poscentium aut præveniret, aut vinceret. Hinc est, quod usque ad principalis coronæ fastigia, & ultra nunc usque prosperis vestra tranquillitas successibus gloriatur, nec unquam cælestibus fraudabitur adjumentis; quia scriptum est : *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* (Rom. 8.) Unde ego quoque piissima vestræ liberalitatis eloquia, cum devotione gratulantis ecclesiæ, sicut præcepistis, divinis scripta feci mysteriis adhærere, ut supernæ majestatis obtutibus indefessis semper precibus ingerantur, & ad impetranda vobis retributionis vestræ præmia sit commemoratio sempiterna. Atque ideo, domine clementissime fili obsequium salutationis uberrimæ reverenter exsolvens, specialis vos finibus caritatis amplector, sperans ut de mea devotione, quantum in me est, in iis quæ pro ecclesiasticæ pacis unitate præcipitis, vos vobis potius quę sunt catholica promittatis, juxta hoc quod dicit apostolus: *Ita quod in me est, promptū est & vobis.* (Rom. 1.) Nec in aliquo eorum in quibus licite possumus obedire, mansuetudinis vestræ nos adhortationibus credatis absistere : quia sicut gentium doctor asseruit : *Spem habeo crescente fide vestra, & in vobis magnificari, secundum regulam nostram:* (2. Cor. 10.) & ideo immensas Deo nostro gratias exhibeo, quod pro populi multiplicatione catholici tanto caritatis ardore fervetis, ut ubicumque vestrum propagatur imperium, regnum mox incipiat proficere sempiternum. Cujus studii benevolentiæ vehementius insistentes, etiam nos in acquirendis eis, quos Arianam significatis vitare velle perfidiam, paternæ traditionis existimatis declinare posse censuram, scilicet ut & in his honoribus, in quibus fuerunt apud hæreticos, perseverent, & promoveantur ad alios. Quapropter bonum hoc equidem, & summa laude pręcipuum, quod omnes ovili dominico

A per veram fidem cupitis aggregare : sed non oportet nobis eos, qui non recte ingredi moliuntur, excipere, beato Paulo apostolo commonente : *Nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum.* (2. Cor. 6.) Quantam autem paternarum constitutionum si sic recipiantur (quod absit) incurrant offensionem, ne quid pietatem vestram latere contingeret, ipsas quoque regulas credidi subnectendas, quę specialiter censuerant, ne quis talium reconciliatus, aut ecclesiastici ordinis provectibus augeatur, ut desideret honores ulterius possidere, quos se dubitare jam non debet culpabiliter amisisse : ex quibus pietas vestra melius poterit æstimare, si quo modo tam aperta & sy-

B nodalia sedis apostolicæ licet infringere constituta, cum sententia clamet apostoli : *Si tamen quæ destruxi ea iterum reædifico, prævaricatorem me ipse constituo.* (Galat. 2.) Et ideo securus cum ipsius apostoli voce profiteor. *Quia confido in vobis, & in domino, quod nihil alud sentiatis.* (Galat. 5.) Etenim sicut idem doctor asseruit : *Certus sum & ego de vobis, quod pleni estis bonitate, repleti omni scientia, ut possitis invicem monere.* (Rom. 4.) Si igitur hi de quibus indicastis ad fidem rectam legitime venire festinant, nostræ fidei regulas sequi non abnuant, dicente domino : *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & sequatur me.* (Matth. 16.) Quod si adhuc* vituperandi honoris ambitionibus excitantur, & pro lucro sanctæ fidei hu- (* recuperandi.)

C manæ gloriæ pati damna formidant, ipsi pronuntiant, necdum se a vitiis & errore discedere, & nos magis velle suis excessibus implicare. De talibus ergo dicit apostolus : *Æmulantur autem vos non bene, sed excludere vos volunt ut eos æmulemini.* (Galat. 4.) Quæ cum ita sint, sancto studio vestro, quod ecclesiam catholicam cupitis ampliari, nihil ex hoc, si tales in clero non recipiantur, credatis imminui, apostolo præmonente : *Quid enim si quidam eorum non crediderunt? Numquid incredulitas eorum fidem Dei evacuavit? Absit.* (Rom. 3.) Nam licet simili studio caritatis pro multiplicatione fidelium ille beatus Petrus cælestis regni janitor traheretur, qui ut

D Iudæorum plures acquireret a doctrina & tramite regulari in non respuendo omni Iudaismo descenderat; huic tamen ille junior vinctus in domino Paulus se retulit obviasse dicens : *Sed cum vidissem quod non recte ingrederentur ad veritatem euangelii, dixi Petro coram omnibus : Si tu, cum sis Iudæus, gentiliter vivis, quomodo gentes cogis judaizare?* (Galat. 2.) Hæc ergo per omnia Deo cordi vestro assidente pensantes, agnoscere poteritis, non occasionem nos excusationis inquirere, sed ea quæ pro officii nostri ratione transcendere non possumus, vobis humiliter intimare, dicente apostolo: *Non enim possumus aliquid contra veritatem, sed pro veri-*

E *tate.* (2. Cor. 13.) Unde & de Stephani episcopi persona simul & causa non credatis alicujus nos studio defensionis impelli. Absit a quorumlibet mentibus Christianis, ut in quacumque persona, aut innocentiam redarguant, aut crimen absolvant. Sed universa quæ apostolicæ sedis nuper hac sunt parte disposita, illo semper studio manaverunt, quæ principatui beati Petri vos quoque cupitis per omnia reservari; scilicet ne in his qui sedis ejus audientiam postulassent, sperata ipsius reverentia alterius sententia proveniret. Et ideo quia clementia vestra salubriter offerre dignata est, ut a legatis nostris omne

nego-

negotium tractaretur; hanc operam his quos A incontinenti dirigimus Deo auctore mandamus: ita tamen, ut jam nunc communione nostra vir religiosus Achilles pro vestra jussione debeat gratulari. At vero de sacerdotio perfruendo, cum ad nos universa quæ legati nostri cognoverint, plenissima eorum fuerint relatione perlata, consideratis sanctorum canonum regulis, quas servari præcipitis, sequenda firmius censebuntur. Quod autem clementia vestra fratris, & coepiscopi nostri Epiphanii dignata est excusare personam, quia in prædicti Achillis consecratione vestra potius jussio, quam illius ordinatio prævenisset; credimus quod & ipse cognoverit jure culpatum, qui præter alia quæ deliquit, hoc certe ex- B cusare vix poterit, quod tam piissimo & clementissimo principi, beati quoque Petri privilegia defensanti, non vel opportune vel importune suggesserit quid in hac parte sedis apostolicæ reverentiæ deberetur. De quo simul negotio, sed & de Iustiniana civitate gloriosi natalis vestri conscia, nec non & de nostræ sedis vicibus injungendis, quid servato beati Petri quem diligitis, principatu, & vestræ pietatis affectu plenius deliberari contigerit, per eos quos ad vos dirigimus legatos (Deo propitio) celeriter intimamus. Superest ut sicut a beato Petro indesinenter exposcimus, de salute & prosperitate vestri semper imperii gratulemur. Datum Idibus Octobris.

...ocop.lib. ...de ædif ...stin.

...nno domini 535.

V. AD ANTHIMUM EPISCOPUM ".

Falsam ...anc multa ...robant; ...eq; enim ...ntum sus...ictione im...ostuiæ la...orat. " Hormis...das' ep. 80.

Ostendit in Christo duas perfectas esse naturas: Anthimum contrarium asserentem damnans.

Agapetus Anthimo episcopo salutem.

MULTO gaudio essem repletus ", si te talem circa ecclesiæ pacem, & gloriosissimi imperatoris, atque populi doctrinam reperissem, qualem te in primordio esse audivi. Sed nunc, quia didicimus a reverendissimis fratribus, te contra statuta patrum, imperatorem & reliquos populos docere, ita ut negata humanæ " carnis atque animæ veritate, tantum dominum nostrum Iesum Christum unius asseras esse naturæ, tamquam verbi deitas ipsa se in carnem animamque verterit, & tamquam concipi ac nasci, nutriri & crescere, crucifigi ac mori, sepeliri ac resurgere, & ascendere in cælum, sedere ad dexteram patris, venire ad judicandos vivos & mortuos, divinæ tantum voluntatis fuerit, quæ nihil horum in se sine carnis recipit veritate: quæ natura unita naturæ Patris, natura est Spiritus sancti, simulque impassibilis, simulque incommutabilis, sempiternæ trinitatis indivisa unitas, & unius voluntatis æqualitas. Unde si aliquis malæ voluntatis homo, aut infidelis quisque desciscit, ne convincatur deitatem passibilem sentire, atque mortalem, & tamen verbi incarnati, id est, verbi & carnis unam ausus fuerit pronuntiare naturam; manifeste in apertam & Deo odibilem transit insaniam, qui mediatorem Dei & hominum, hominem Iesum Christum, simulatorie credit omnia egisse, nec verum in ipso corpus, sed phantasticam ejus corporis speciem, oculis apparuisse cernentium. Quæ impietatis mendacia quoniam olim fides catholica detestatur, & talia assertionum

" S. Leo ep. 97. quod ...dvertere ...debuerant ...Baronius, ...Binius, alii...que, ut mo...nuit R. C.

sacrilegia concordibus per totum mundum beatorum patrum dudum sunt damnata sententiis; non dubium est, eam nos fidem prædicare atque defendere, quam sancti apostoli docuerunt, & hactenus eorum, suorumque successorum sequens sancta hæc Romana & apostolica ecclesia doctrinam tenuit ac tenet, docuit & docet. Si quidam " enim ita sunt obcæcati, & a lumine veritatis alieni, ut verbi Dei a tempore incarnationis denegent veritatem; ostendant, in quo sibi Christianum nomen usurpent, & cum euangelio veritatis, qua ratione concordent, si per virginis partum aut caro sine deitate, aut deitas est orta sine carne. Sicut enim negari non potest (euangelista dicente) quod *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis*: ita negari non potest (beato apostolo Paulo prædicante) *quod Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi.* Quæ autem reconciliatio esse posset, qua humano generi repropitiaretur Deus, si hominis causam mediator Dei & hominum non susciperet? Qua vero ratione veritatem mediatoris implet, nisi quia qui in forma Dei æqualis est patri, in forma servi particeps esset & nostri, ut mortis vinculum unius prævaricatione contractum unius morte, qui solus morti nihil debuit, solveretur? Effusio enim justi sanguinis Christi, tam fuit dives ad precium, ut si universitas captivorum in redemptorem suum crederet, nullum diaboli vinculum retineret. Quoniam (sicut C apostolus ait) *ubi abundavit peccatum, superabundavit & gratia.* Et cum sub peccati præjudicio nati potestatem acceperint ad justitiam renascendi, validius factum est donum libertatis, quam debitum servitutis. Quam itaque sibi in hujus sacramenti præsidio spem relinquunt, qui in salvatore nostro negant humani corporis veritatem? Dicant, quo sacrificio reconciliati, quo sanguine sunt redempti? *Quis est* (ut apostolus ait) *qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suavitatis?* aut quod unquam sacrificium fuit sacratius, quam quod verus & æternus pontifex altari crucis per immolationem suæ carnis imposuit? D *In conspectu domini preciosa mors justorum fuit*: nullius tamen insontis occisio redemptio fuit mundi. Acceperunt justi, non dederunt coronas. De fortitudine fidelium exempla nata sunt patientiæ, non dona justitiæ. Singulares quippe in singulis mortes fuerunt, nec alterius quisquam debitum suo fine persolvit, cum filius hominis unus solus dominus noster Iesus Christus, qui vere agnus erat immaculatus, extiterit, in quo omnes mortui, omnes sepulti, omnes sunt etiam suscitati. De quibus ipse dicebat: *Cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum.* Fides etenim justificans impios, & creans justos, ad humilitatis retra- E cta participium, in illo acquirit salutem in quo solo homo se invenit innocentem, liberum habens per gratiam Dei de ejus potentia gloriari, qui contra hostem humani generis in carnis nostræ humilitate congressus, his victoriam suam tribuit, in quorum corpore triumphavit. Licet ergo in uno domino nostro Iesu Christo vero Dei atque hominis filio, verbi & carnis una persona sit, quæ inseparabiliter atque indivise habeat actiones communes; intelligendæ tamen sunt ipsorum operum qualitates. Et sic veræ fidei contemplatione cernendum est,

" Idem S. pontifex eodem loco.

Ioan. 1.

1. Cor. 5.

Rom. 5.

Ephes. 5.

Psal. 115.

Ioan. 12.

eſt, ad quæ provehatur humilitas carnis, & ad quæ inclinetur altitudo deitatis: quid ſit, quod caro ſine Verbo non agit: & quid ſit quod *Luc. 1.* Verbum ſine carne non efficit. Sine Verbi enim potentia nec conciperet virgo nec pareret: & *Luc. 2.* ſine veritate carnis obvoluta pannis infantia non jaceret: ſine Verbi potentia non adorarent magi puerum ſtella indice declaratum: ſi- *Matth. 2.* ne veritate carnis non juberetur transferri in Ægyptum puer, & ab Herodis perſecutione ſubduci: ſine Verbi potentia non diceret vox *Matth. 3.* patris miſſa de cælo: *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſum audite*: & ſine veritate carnis non proteſtaretur Ioannes: *Ioan. 1.* *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*: ſine Verbi potentia redintegratio non fieret debilium, & vivificatio mortuorum, & ſine veritate carnis nec cibus jejuno, nec ſomnus eſſet *Ioan. 10.* neceſſarius fatigato: poſtremo ſine Verbi potentia non ſe dominus patri profiteretur æqua- *Ioan. 14.* lem: & ſine veritate carnis, non idem diceret patre ſe eſſe minorem; cum catholica fides utrumque ſuſcipiat, utrumque defendat, quæ ſecundum confeſſionem beati Petri apoſtoli unum Chriſtum Dei vivi filium & hominem credit & Verbum. Chriſtus vero Deus " noſter ita inter Deum & hominem mediator apparuit, ut in unitate perſonæ copulans utramque naturam, & ſolita ſublimaret inſolitis, & inſolita ſolitis temperaret. Quid igitur? Cum * Chriſtus ſit Deus & homo, loquitur homo, & calumniaris Deo? ille in ſe naturam commendat humanam, tu in illo audes deformare divinam: gemina ergo eſt ſubſtantia Chriſti, divina ſcilicet, quæ æqualis eſt patri; humana vero qua minor eſt patre. Vtrumque autem ſimul non duo, ſed unus Chriſtus, ne ſit quaternitas, non trinitas, Deus. Sicut enim unus eſt homo in anima rationali & carne, ſic unus eſt Chriſtus Deus & homo: ac per hoc Chriſtus Deus, anima rationalis & caro. Chriſtus in his omnibus. Chriſtum in ſingulis confitemur. Deus te convertat in bonum, frater, & rectæ fidei normam te in omnibus tenere, & docere concedat. Amen. Data Kalendis Maii, Iuſtiniano " IV. & Theodato viris clariſſimis conſulibus.

* S. Auguſtinus ep. 3. citatus a S. Leone ep. 97. Theodoreto, conc. Calched. &c.
" Id. Aug. tract. 78. in Io.
* Anno Chriſti 534. cum Paulino conſulatum geſſit imperator nec faſti ulli nomen Theodati Gothorum tyranni præferunt.

NOTA SEVERINI BINII.

Epiſtola hæc de fide ſuſpecta.

a *Epiſtola.*] Hæc qua Anthimus de hæreſi Eutychiana redarguitur, quæque Agapeto adſcribitur, impoſturæ ſuſpicione laborat. Nam cum Anthimus per literas Severi, cum quo Conſtantinopoli diutius egerat, de hæreſi diffamaretur, homo callidus ſe juramento expurgavit, atque coram ipſo imperatore profeſſus eſt, ſe in omnibus aſſenſurum iis quæ ſedes apoſtolica ſentienda proponeret. Accedit, quod etiam ex falſa omnino conſulum nota, Iuſtiniani quartum cum Theodato " ſeu potius Theodoro collega, detegitur impoſtura: cum reperiatur ipſa epiſtola data Kalendis Maii anni 534. quo Ioannes " prædeceſſor Agapeti adhuc vivebat. Imo ipſe ſtylus ab aliis Agapeti epiſtolis longe diverſus hanc epiſtolam alterius parentis ſobolem eſſe ſatis indicat. Vide Baron. anno 535. num. 88.

" Deodato habet c. Iuſt.
" obiit 26. Iunii anni 535.

Præcedens epiſtola, quod nec Baronius nec Binius animadverterunt, tota " deſumpta eſt ex primo ac ſic. capitulo epiſtolæ 97. Leonis papæ I. quæ extat tom. III. conciliorum pag. 1421. C " * * (*Ferme*, dicendum erat regio collectori, cujus eſt hæc obſervatiuncula.)

VI. AD CÆSARIUM EPISCOPUM ARELATENSEM.

Quod prædia juris eccleſiæ nullo titulo alienari debeant.

Dilectiſſimo fratri Cæſario Agapetus.

TANTA eſt, Deo propitio, & ad ea libentiſſime concedenda, quæ alimoniis proficiunt pauperum, & circa tuæ fraternitatis affectum, noſtra devotio, ut oneroſum nobis nullatenus eſſe judicemus, quod annui veſtris deſideriis poſtulatis." Sed revocant nos veneranda patrum manifeſtiſſima conſtituta, quibus prohibemur, prædia jure eccleſiæ, cui nos omnipotens dominus præeſſe conſtituit, quolibet titulo ad aliena jura transferre. Qua in re veſtræ quoque ſapientiæ credimus eſſe gratiſſimum; quod in nullo contra priſcæ definitionis conſtituta vel regulas, pro qualibet occaſione, vel ſub cujuſcumque perſonæ reſpectu, venire præſumimus. Nec tenacitatis ſtudio, aut ſecularis utilitatis cauſa hoc facere nos credatis, ſed divini conſideratione judicii neceſſe nobis eſt, quidquid ſancta ſynodalis decrevit auctoritas, inviolabiter cuſtodire. Quod ut caritati tuæ indubitanter eluceſcat, ad locum de hoc articulo, ex conſtitutis patrum fecimus revelari, quæ cum præſentibus pariter affatibus vobis credimus dirigenda. Deus te incolumem cuſtodiat, frater cariſſime. Data XV. Kalendas Auguſtas poſt conſulatum Paulini junioris viri clariſſimi. " Anno Chriſti 535.

VII. AD CÆSARIUM EPISCOPUM ARELATENSEM.

De Contumelioſo, cum ad ſedem apoſtolicam appellaſſet.

Dilectiſſimo fratri Cæſari Agapetus.

OPTAVERAMUS, frater amantiſſime, ut epiſcopi Contumelioſi opinione integra permanente, nec tibi dudum fieret neceſſitas judicii, nec nobis cauſa cenſendi: maxime quia in ſupraſcripti viri accuſatione communis honoris reverentia quodammodo videtur " incurſata. Vnde quatenus præſumptione, " incuſata. ſicut aſſerit, innocentiæ ad appellationis voluit auxilium convolare, orationibus aſſiduis hoc innitamur, ut eum cognitionis iteratæ beneficium gratulationi omnium reſtituat abſolutum. Delegaturi enim, Deo noſtro adjuvante, ſumus examen, ut ſecundum canonum venerabilium conſtituta, ſub conſideratione juſtitiæ omnia, quæ apud fraternitatem tuam de hujuſmodi negotio acta geſtave ſunt, diligentiſſima veſtigatione flagitentur. Neque enim prædictum virum convenit eventu prius habitæ cognitionis urgeri, quippe cum & ipſe judicium petierit. Non avertatur voluntas animi a precibus infirmorum, cum in neceſſitate fuerint: ne nobis, quod avertat dominus, ea quæ leguntur in proverbiis dici poſſint: *Qui obturat aurem ſuam, ut non audiat* *Prov. 21.* *infirmum, & ipſe invocabit dominum, & non erit qui exaudiet eum.* Quid eſt enim infirmius epiſcopo Contumelioſo, qui in tribulatione poſitus, & de præteriti judicii pudore confunditur, & cognitionis quæ futura eſt expectatione turbatur? quia quamlibet ei, quod optandum eſt, puritas forte ſuffragetur innocentiæ, non poteſt judicii ſolicitudinem non habere. Et nos quidem, quamvis culpatus a nobis Emeritus defenſor memoratum epiſcopum reverſum ad eccleſiam ſuam caritatis tuæ

tuæ voluntate firmaverit, usque ad exitum judicii quod delegaverimus, episcopum Contumeliosum, reddita sibi modo propria substãtia, suspensum interim volumus ab administratione patrimonii ecclesiastici, & celebratione missarum: quia id quod sibi viderat judicio fuisse sublatum, gloriosius, si ei veritas suffragatur, judicio receperit, quam usurpationibus occuparit. Melius autem fecerat fraternitas tua, si postea quam sedis apostolicæ appellatione interposita desideravit examen, circa personam ejus a tempore sententiæ nihil permisisset imminui; ut esset integrum negotium, quod interposita provocatione quæreretur. Nam si in executionem mittitur prima sententia, secunda non habet cognitio quod requirat. Addendum, quia etsi non esset prædictus episcopus judicationi refragatus, privatam magis potuit secundum canones expetere secessionem, quam severitatem religionis excipere. Suspensus igitur, sicut præfati sumus, episcopus Contumeliosus habeat tantum, quam præsumpsisse dicitur, celebrationem missarum: & patrimonio ecclesiæ in gubernatione archidiaconi ejusdem ecclesiæ constituto, ita ut alimonia sufficienter episcopo non negentur, visitatoriam in ejus loco præcipimus ordinari personam, & patienter expectare judices, quos inspirante nobis domino constituerimus audire. Præterea, ne quid esset quod caritati tuæ videatur incognitum, studio dilectionis constitutorum fecimus capitula subter annecti, ut scientia communicemur canonum, sicut participamur affectu. Deus te incolumem custodiat, frater carissime. Data decimoquinto Kalendas Augusti post consulatum Paulini junioris viri clarissimi."

" Anno Christi 535.

a SECUNDA FIDEI CONFESSIO QUAM IUSTINIANUS OBTULIT PONTIFICI Agapeto Constantinopoli,

Dum per approbationem ordinationis Anthimi in suspicionem hæreseos venerat.

Exemplar libelli piissimi domini Iustiniani imperatoris, quem dedit Agapeto papæ ad Constantinopolim de fide.

Fidem catholicam profitetur, & hæreticos anathematizat.

In nomine domini Dei nostri Iesu Christi, imperator Cæsar Flavius Iustinianus, Alemanicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, Pius, Felix, Inclytus, Victor, ac Triumphator, semper Augustus, Agapeto sanctissimo ac beatissimo archiepiscopo almæ urbis Romæ & patriarchæ.

PRIMA salus est rectæ fidei regulam custodire, & a patrum traditione nullatenus deviare: quia non potest domini nostri Iesu
Matth. 16. Christi prætermitti sententia dicentis: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.* Hæc quæ dicta sunt rerum probantur effectibus: quia in sede apostolica inviolabilis semper catholica custoditur religio. De hac igitur fide non cadere cupientes, & patrum sequentes in omnibus constituta, id est trecentorum decem & octo sanctorum patrum qui in Nicæa sunt congregati, & sanctum anathema, sive symbolum fidei exposuerunt, & centum quinquaginta sanctorum patrum, qui in Constantinopolitana civitate convenerunt, & idipsum sanctum anathema dilucidaverunt, atque manifestaverunt, & sanctorum patrum qui in Ephesina prima synodo congregati sunt, & sanctorum patrum qui in Calchedone convenerunt, & quæ in unaquaque ipsorum de fide continentur, sequentes dogmata, per quæ omnis aufertur hæresis impugnans sanctam & apostolicam ecclesiam, & probantes per omnia, atque amplectentes epistolas beatæ memoriæ Leonis omnes, quas de fide Christiana conscripsit, & confitentes unum eumdemque Christum dominum Filium unigenitum in duabus naturis, id est in divinitate & humanitate, inconfuse, incommutabiliter, inseparabiliter agnoscendum, nusquam sublata differentia naturarum propter unitionem, magisque salva proprietate utriusque naturæ, & in unam personam atque substantiam concurrentes, & non in duas personas partitum, atque divisum, sed unum eumdemque Filium unigenitum Deum Verbum dominum Iesum Christum, sicut ante prophetæ de eo, & ipse nos Iesus Christus erudivit, & sanctorum patrum nobis symbolum tradidit: omnes hæreticos anathematizamus, qui præter hæc quæ dicta sunt sapuerunt atque sapiunt, & præcipue Nestorium hæreticum Constantinopolitanæ civitatis quondam episcopum damnatum in synodo Ephesina a beatæ memoriæ Cælestino papa urbis Romæ & sancto Cyrillo Alexandrinæ civitatis antistite, & cum eo anathematizamus Eutychen & Dioscorum Alexandrinæ quondam civitatis episcopum, damnatum a synodo Calchedonensi, quam amplectentes sequimur. His conjungentes Timotheum parricidam, Ælurum cognominatum, ejusque discipulum & sequacem in omnibus Petrum Alexandrinum similiter condemnatos. Aversamur autem & Acacium quondam Constantinopolitanæ civitatis episcopum cohæreticum, & sequacem horum factum, nec non & participatorem. Quorum enim quis communionem amplectitur, eorum & similem sententiam in condemnatione consequitur: simili modo & Petrum Antiochenum condemnamus cum sequacibus suis, & omnibus suprascriptis. Quapropter, sicut præfati sumus, sequentes in omnibus sedem apostolicam, quæ ab ea statuta sunt prædicamus. Et profitemur ista inconcusse servari, & compellere ut juxta tenorem libelli istius omnes faciant episcopi, ut sanctissimi quidem patriarchæ ad vestram faciant sanctitatem. Metropolitani vero patriarchis, & alii ut suis faciant metropolitanis, quatenus per omnia sancta catholica nostra ecclesia suam habeat firmitatem. *Alia manu*: Divinitas te servet per multos annos, sancte ac religiose pater. Datum decimo octavo Kalendas Aprilis, Constantinopoli, Flavio Belisario viro clarissimo consule."

" Anno Christi 536. quia nullus hoc anno novus creatus fuit consul.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Secunda.*] Post obitum Epiphanii episcopi Constantinopolitani studio & favore Theodoræ Augustæ Anthimus hæreticus & Eutychianus occultus in locum defuncti subrogatus fuit: cui ordinationi cum imperator, hæreseos illius adhuc ignarus, consensisset, suspicionem hæresis apud ecclesiam incurri. Dum ergo pontifex ordinatione Dei hac de causa Constantinopolim venisset, post causam Theodati regis propositam, hanc

fidei professionem ab imperatore exegit. Nota consu- A laris in fine addita mendosa est, sicque corrigenda: Data XVIII. Kalendas Aprilis, Constantinopoli, post consulatum Belisarii viri clarissimi.

VIII. AD PETRVM HIEROSOLYMITANVM EPISCOPVM.

De Anthimi depositione, & Mennæ subrogatione.

VOLVISSEMVS quidem, fratres dilecti, propter conjunctionem nostræ caritatis, *&c. Extat infra in concilio Constantinopolitano sub Menna, actione I.*

"Tomo V. p. 47. B.

ANNO CHRISTI 535.

[a] CONCILIVM [b] ARVERNENSE. B [c] THEODEBERTI REGIS CONSENSV in Arverna urbe celebratum [1] VI. Idus Novembris, post consulatum Paulini junioris viri clarissimi, id est [1] * anno Christi DXXXV. Agapeti papæ I. Childeberti regis XXIV. Theodeberti ejusdem II.

[1] sub die Iduum
* *Binius anno Christi DXLI. celebratum notat, sed falso.*

TITVLI CANONVM.

PRÆFATIO.

CVM in nomine domini, congregante sancto Spiritu, consentiente domno nostro gloriosissimo piissimoque rege Theodeberto, in Arverna urbe sancta synodus convenisset, E ibique flexis in terram genibus, pro longævitate, pro regno ejus, pro populo dominum deprecaremur, ut qui nobis congregationis tribuerat potestatem, regnum ejus dominus noster felicitate attolleret, imperio regeret, justitia gubernaret, in ecclesia ex more consedimus; inspectisque canonibus, id nobis rationabile visum est, ut quamvis ecclesiasticæ regulæ pene omnia comprehendant; tamen quædam vel adderentur nova, vel repeterentur antiqua.

CANONES.

I.

In primis placuit, ut quoties secundum statuta patrum sancta synodus congregatur, nullus episcoporum aliquam prius causam suggerere audeat, quam ea quæ ad emendationem vitæ, ad severitatem regulæ, ad animæ remedia pertinent, finiantur.

Ivo part. 5. cap. 168.

II.

[e] Placuit etiam, ut sacrum quis pontificii honorem, non votis quærat, sed meritis: nec divinum videatur munus rebus comparare, sed moribus: atque eminentissimæ dignitatis apicem electione conscendat omnium, non favore paucorum. Sit in eligendis sacerdotibus cura præcipua; quia irreprehensibiles esse convenit, quos præesse necesse est corrigendis. Diligenter itaque quisque inspiciat precium dominici gregis, ut sciat quod meritum constituendi deceat esse pastoris. Episcopatum ergo desiderans C electione clericorum vel civium, consensu etiam metropolitani ejusdem provinciæ pontifex ordinetur. Non patrocinia potentum adhibeat, non calliditate subdola ad conscribendum decretum alios hortetur præmiis, alios timore compellat. Quod si quis fecerit, ecclesiæ, cui indignus præesse cupit, communione privabitur.

III.

Observandum ne pallis vel ministeriis divinis [3] defunctorum corpora obvolvantur.

D

IV.

Ne a potentibus sæculi clerici contra episcopos suos ullo modo erigantur.

V.

Qui reiculam ecclesiæ petunt a regibus, & horrendæ cupiditatis impulsu egentium substantiam rapiunt, irrita habeantur quæ obtinent, & a communione ecclesiæ, cujus facultatem auferre cupiunt, excludantur.

VI.

Si quis Iudaicæ pravitati jugali societate conjungitur, & seu Christiana Iudæo, seu Iudæus Christianæ mulieri carnali consortio misceatur, quicumque horum tantum nefas admisisse dignoscitur, a Christianorum cœtu atque convivio, & communione ecclesiæ, cujus sociatur hostibus, segregetur.

ANNO CHRISTI 535.

VII.

Ne opertorio dominici corporis sacerdotis unquam corpus, dum ad tumulum evehitur, obtegatur; ne sacro velamine usibus suis reddito, dum honorantur corpora, altaria polluantur.

VIII.

Ne ad nuptiarum ornatum ministeria divina præstentur; ne dum improborum tactu, pompaque sæcularis luxuriæ polluuntur, ad officia sacri mysterii videantur indigna.

IX.

Ne Iudæi Christianis populis judices præponantur.

X.

Ne parochias cujuslibet episcopi alterius civitatis episcopus canonum temerator invadat, & vesanæ cupiditatis facibus inflammatus, ⁴ suisque admodum non contentus, rapiat aliena.

XI.

Nullus episcopus alterius clericum contra voluntatem episcopi sui suscipere audeat, aut sacerdotio prorogare.

XII.

Si quis relictam fratris, sororem uxoris, privignam, consobrinam sobrinamve, vel relictam patrui atque avunculi, carnalis contagii crediderit consortio violandam, & ausu sacrilego auctoritatem divinæ legis, ac jura naturæ perruperit, & cui caritatis ac pii affectus solatia exhibere debuerat, suorum hostis ac pudicitiæ expugnator, vim inferre tentaverit, apostolicæ constitutionis sententia feriatur: & quamdiu in tanto versatur scelere, a Christiano cœtu atque convivio, simulque ecclesiæ matris communione privabitur.

XIII.

Cum presbyteri atque diaconi sublimi dignitatis apice prorogantur, actibus omnino renuntient sæculi, & ⁶ ad sacrum electi ministerium, repudient carnale consortium, ac permixtionis pristinæ conturbernium permutent germanitatis affectu; & quisquis ille est presbyter atque diaconus, divino munere benedictione percepta, uxoris prius suæ frater illico efficiatur ex conjuge. Attamen quosdam reperimus ardore libidinis inflammatos, abjecto militiæ cingulo, vomitum pristinum & inhibita rursus conjugia repetisse, atque incesti quodammodo crimine clarum decus sacerdotii violasse, quod nati etiam filii prodiderunt. Quod quisque fecisse cognoscitur, omni in perpetuum, quam admisso jam crimine perdidit, dignitate privabitur.

XIV.

Si quis cujuscumque munuscula, qualibet sanctis scriptura conlata, nefaria caliditate fraudaverit, invaserit, retentaverit, atque suppresserit, & non statim a sacerdote commonitus Deo conlata reddiderit, ab ecclesiæ catholicæ communione pellatur.

XV.

Si quis ex presbyteris aut diaconis, qui neque in civitate, neque in parochiis canonicus esse dignoscitur, sed in villulis habitans, in oratoriis officio sancto deserviens celebrat divina mysteria, festivitates præcipuas, domini natale, pascha, pentecosten, & si quæ principales sunt reliquæ solennitates, nullatenus alibi, nisi cum episcopo suo in civitate teneat. Quicumque etiam sunt cives natu majores, pari modo in urbibus ad pontifices suos in prædictis festivitatibus veniant. Quod si qui improba temeritate contempserint, hisdem festivitatibus, quibus in civitate adesse despiciunt, communione pellantur. Ivo part. 6. cap. 306.

XVI.

Episcopi, presbyteri, atque diaconi, ita sanctæ conscientiæ luce resplendeant, ut effugiant probitate actuum maledicorum obloquia, & testimonium in se divinum implere contendant, quod dominus ait: *Sic luceat lumen vestrum coram hominibus, ut videntes vestra bona opera, glorificent patrem vestrum qui in cælis est.* Igitur auctoritate canonica, atque mansura in ævum constitutione sancimus, ut ⁷ fugiatur his extranearum mulierum culpanda libertas: & tantum cum avia, matre, sorore, vel nepte, si necessitas tulerit, habitent; de quibus nominibus, ut priorum canonum series continet, nefas est aliud, quam natura constituit, suspicari. In cubiculo etiam horum, atque cellario, vel familiari quolibet servitio, neque sanctimonialis ulla, neque extranea mulier, neque ancilla ullo modo admittatur. Quod si quis præceptorum Dei immemor crediderit contemnendum, sciat se auctoritate canonica communionis sine dubio subire jacturam. Quod si antistes culpam hanc in presbytero, aut diacono suo distringere canonico rigore noluerit, ipse severitate sententiæ feriatur. Matth. 5. 16.

ANNO CHRISTI 535.

SVBSCRIPTIONES EPISCOPORVM.

Honoratus in Christi nomine episcopus ecclesiæ Bituricæ, constitutionem nostram relegi & subscripsi, die VI. Idus Novembris, post consulatum Paulini junioris v. c.

f Gallus in Christi nomine episcopus ecclesiæ Arvernicæ consensi & subscripsi.

g Gregorius in Christi nomine episcopus ecclesiæ Lingonicæ consensi & subscripsi.

h Hilarius in Christi nomine episcopus ecclesiæ Gabalitanæ consensi & subscripsi.

i Ruricius in Christi nomine episcopus ecclesiæ Lemovicæ consensi & subscripsi.

k Flavius Deo propitio episcopus ecclesiæ Rhemensis consensi & subscripsi.

l Nicetius Deo propitio episcopus ecclesiæ Treverorum consensi & subscripsi.

Deuterius in Christi nomine episcopus ecclesiæ Lutensis consensi & subscripsi.

Dalmatius in Deo episcopus ecclesiæ Rutenensis consensi & subscripsi.

Lupus in Christo episc. ecclesiæ Catalaunicæ consensi & subscripsi.

8 Domitianus in Christi nomine episcopus ecclesiæ Coloniensis consensi & subscripsi.

Venantius in Christi nomine episcopus ecclesiæ Vivariensis consensi & subscripsi.

9 Hesperius in Christi nomine episcopus ecclesiæ Metensis consensi & subscripsi.

m Desideratus in Christi nomine episcopus ecclesiæ Veredunensis consensi & subscripsi.

Gramatius in Christi nomine episcopus ecclesiæ Vindonissæ consensi & subscripsi.

10 EPISTOLA SYNODI EIVSDEM ARVERNICÆ AD THEODEBERTVM regem.

Vt clerici, aliivè, qui regum aliorum dominio subjacent, possessionibus, quas in ejus regno jure obtinent, non fraudentur.

Domino inlustri atque praecellentissimo domno & filio Theodeberto regi, Honoratus, Hilarius, Gregorius, Ruricius, Nicetius, Flavius, Domitianus, Deuterius, Gallus, Dalmatius, Venantius, Gramatius, Lupus, Hesperius & Desideratus episcopi.

DVM in Arverna urbe ad replicanda canonum instituta, vel studio elucidandæ legis ecclesiasticæ, his qui dubitatione regendæ vitæ propriæ forsitan premebantur, cultores vestri, ecclesiarum vestrarum episcopi, pariter sederent; plurimorum ad nos suæ desperationis remedium flagitantium turba confluxit, sperantes ut non minus pro regni vestri felicitate, quam pro sua consolatione, pietatatem vestram nostra humilitas exoraret, & per suggestionem nostram justitiæ & pietatis vestræ auribus intimaretur, ut nullum de rebus vel possessiunculis propriis alienum pietas vestra permitteret, & dum unius regis quisque potestati ac dominio subjacet, in alterius sorte positam cujuscumque, ut assolet, impetitione non amitteret facultatem. Quod nos de vestri culminis justitia & pietate fidentes, non credimus denegandum: ut dum plurimorum necessitatibus justa, ut credimus, & Deo placente suggestione consulimus, prosperitatem regno vestro, & repræsentationem cælestis do- A mini per indultam pietatis gratiam augeatis. Vnde reverentissime, ut dignum est, supplicantes quæsumus, ut hoc nostræ petitioni divino intuitu pietas vestra non deneget, ut tam rectores ecclesiarum, quam universi clerici, atque etiam sæculares, sub regni vestri conditione manentes, nec non ad domnorum regum patrum vestrorum dominium pertinentes, de quod in sorte vestra est, extraneos, de quod habere proprium semper visi sunt, non permittatis existere; ut securus quicumque proprietatem suam possidens, debita tributa dissolvat domino, in cujus sortem possessio sua pervenit. Quod & thesauris vestris omnino utilius esse censemus, si per pietatem vestram B salvata possessio consuetudinariam intulerit functionem; & nos peculiarius vestra clementia consolatur, si obtentu hujuscemodi petitionis nos quoque celsitudo vestra fecerit gratulari.

DESVMPTVM EX VETVSTO codice quinque librorum partialium capitulum concilii Arvernensis, quod in decreto Gratiani non habetur.

Ex eodem libro 2. capite 103.

Vt presbyteri plebes suas admoneant, quod hospitales sint.

Placuit, ut presbyteri suas plebes admoneant, ut hospitales sint, & nulli iter facienti mansio- C nem denegent: Et ut omnis occasio rapinæ tollatur, nihil carius vendant transeuntibus, nisi quanto in mercato vendere possint. Quod si carius vendere voluerint, ad presbyterum transeuntes hoc referant, & illius jussu cum humanitate eis vendant.

DECERPTA ALIA QVATVOR capitula concilii Arvernensis ex codice æque vetusto 16. librorum partialium: quæ etiam in decreto Gratiani non adnotantur.

Ex libro primo, cap. 20.

De possessione 30. annorum, ne repetatur.

Quicumque episcopus alterius episcopi D diœcesim per 30. annos sine aliqua interpellatione possederit, admittenda non est contra eum actio reposcendi: sed hoc intra * .... extra vero nullo modo: ne, dum diœcesis defenditur, provinciarum termini confundantur.

Ex libro secundo, cap. 37.

Vt in vita episcopi, alius non superponatur.

Vt nullus, vivente episcopo, alius superponatur, aut superordinetur episcopus, nisi forsitan in ejus locum, quem capitalis culpa dejecerit.

Ex libro secundo, cap. 44.

E De presbyteris, qui de crimine fornicationis sive aliquo capitali flagitio accusantur, & non habent collegas, cum quibus se expurgare possint, aut si forte lapsi fuerint, quomodo satisfaciant, in quorum judicio neque ad dexteram, neque ad sinistram declinandum est, sed recta via gradiendum. In concilio namque Neocæsareensi scriptum est: Presbyter, si uxorem acceperit, ab ordine deponatur. Si vero fornicatus fuerit, aut adulterium perpetraverit, amplius pelli debet, & ad pœnitentiam redigi. C. 1. & dist. 28. presbyter.

Ex

ANNO CHRISTI 535.

Ex libro tertio, cap. 14.

Quod licitum sit episcopis, cum consilio cleri, de thesauro ecclesiæ suæ familiæ succurrere.

Licitum sit episcopis, præsentibus presbyteris & diaconibus, de thesauro ecclesiæ, familiæ & pauperibus ejusdem ecclesiæ, secundum canonicam institutionem, juxta quod indiguerint, erogare.

NOTÆ IACOBI SIRMONDI, S. I.

1 *Anno Christi* DXXXV.] Is enim est annus post consulatum Paulini junioris, qui proximo ante anno consul fuerat, juniorque in fastis nuncupatur propter Paulinum alterum, qui consulatum multo ante gesserat anno CCCCXCVIII. Hoc igitur anno, quo habita est synodus, consulem habuit oriens Belisarium: at in occidente quia nullus est renuntiatus, annum appellabant post consulatum Paulini junioris. Congruit præterea hic annus regno Theodeberti regis, quo annuente synodus convocata est: quia Theodoricus ejus pater superiore anno vivere desiderat. quod tum ex verbis Cassiodori patet epistola I. lib. XI. tum ex eo quod cum annos tres & viginti regnasse Theodoricus dicatur, in annum Christi DXXXIV. juxta æram nostram incidisse illius obitum necesse est, quia post mortem Clodovei regnum iniit anno DXI.

an. 2. 2 *Non votis quærat.*] Lugdunensis, *non præmiis quærat.* & paulo post, ubi Lugdunensis idem, Corbeiensis, Pithœanus, aliique habent, *eminentissima dignitatu*, sicut edidimus, Tilianus, Fossatensis, & alii nonnulli, *emendatissima* legunt, ut vulgati

an. 3. 3 *Defunctorum corpora.*] Plerique *corpuscula*, ut Lugdun. Pithœanus, Fossatensis, & alii.

an. 10. 4 *Suisque admodum non contenti*] Ita Pithœanus, Corbeiensis, Fossatensis, & alii. Lugdunensis tamen *suis quodammodo*, ut vulgati.

an. 11. 5. *Aut sacerdotum prorogare.*] Ex Corbeiensi, Pithœano, & Lugdunensi, quomodo & alibi sæpe, & mox canone XIII. Sed Fossatensis, Tilianus, & alii, *ad sacerdotium provocare*, ut Suriana editio.

an. 13. 6. *Ad sacrum electi ministerium.*] Corbeiensis, Pithœan. & Fossat. *mysterium.* & paulo post, pro *fecisse*

an. 16. *cognoscitur*, Lugdun. *cognoscitur perpetrasse.*

7 *Fugiatur his extranearum.*] Lugdun. *fugiatur ab omnibus clericis extran.* & mox Tilianus ac Fossat. *cum matre, sorore*, avia omissa.

8 *Domitianus eccles. Coloniensis.*] Fossat. & Tilianus, *Domitianus episcopus de Colonia.* ut in reliquis, de Gabalitano, de Rhemis, Treveris, Vivario, Vereduno. Pithœanus autem, *Domitianus episcopus ecclesiæ Tungrorum.*

9 *Hesperius.*] Ita Corbeien. & Fossat. Pithœanus, *Sperius*, ut apud Paulum diaconum in libello de episcopis Metensibus.

10 *Epistola ad Theodebertum*] Extat eadem præterea in codice Tiliano, præponiturque tum in illo, tum in altero Fossatensi, actis concilii Arvernensis.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Occasio & causa concilii.

a *Concilium.*] Theodoricus rex Galliæ bona pauperum & ecclesiæ involaverat; quæ cum Theodebertus rex maxime pius vehementissime in patre reprehenderet, consulturus immunitati ecclesiasticæ, voluit leges sanciri, quibus jura antiqua ecclesiis illibata penitus servarentur, atque illi qui emerserant paulatim abusus pravi funditus tollerentur. Voluit heres regni, non perfidiæ, ut quæ perperam a patre facta fuerant, ab episcopis corrigerentur. Hac itaque occasione convenientes quindecim episcopi, egregia sanctitate maxima ex parte celeberrimi, quæ ad reformandam disciplinam ecclesiæ necessaria erant, constituerunt.

Unde nomen sortiatur Arvernense, & Arverni qui.

b *Arvernense.*] Sic dictum ab oppido Arvernorum, qui sunt populi Aquitaniæ a Troianis oriundi, olim appellati fratres Romanorum, quibuscum crebro bella gesserunt. Adversus Maximum Æmilianum, & Domitium Ænobarbum, ducentis hominum millibus conflixerant; plurima etiam militum copia Cæsarem impugnarunt. Strabo lib. 4. Plinius lib. 4. capite 19.

A S. Gallus hanc urbem, cujus episcopatum viginti septem annis tenuit, sua sanctitate & miraculis longe celeberrimam reddidit; incendio conflagrantem, & inguinaria lue periculosissime afflictam, vir sanctissimus miraculose admodum liberavit. Duplici concilio condecorata, aliquando gravi schismate laboravit, quod opere Aviti ejusdem sedis episcopi sublatum fuit. Conversi sunt plurimi Iudæorum. Quæ omnia recensentur prolixius a Gregorio Turonensi, qui se patre Arvernensi cive prognatum alibi gloriatur.

S. Galli virtus.

c *Theodeberti regis.*] Theodebertus Clodovei nepos ex filio Theodorico Francorum rege impiissimo & sacrilego, patri defuncto successit. Cujus cum vitam & mores principio imitaretur, ac multa inique exerceret, voce energumeni illi crimina gravia objicientis, monituque Nicetii episcopi Treverensis, eumdem ad vitæ emendationem adhortantis, & mitior, B inquit Gregorius, & melior est factus. Regnum deinde cum justitia gerens, sacerdotes venerans, ecclesias munerans, pauperes elevans, & multis multa beneficia pia ac dulcissima voluntate accommodans: omne tributum, quod fisco suo ab ecclesiis in Arverno sitis debebatur, clementer indulsit. Commendatur ab eodem Gregorio, quod pie & religiose loca sanctorum inviserit, quodque sanctum Agericum Virdunensem episcopum, a parente Theodorico dire vexatum, ipse clementissime susceperit. Addit eumdem defuncto patre legationem misisse ad Iustinianum imperatorem, eaque functum esse Munzolum virum illustrem, qui cum Patras in Achaiam advectus esset, usque ad interitum morbo calculi laborans, ope sancti Andreæ apostoli, mirabili modo curatus est: ideoque parenti suo Arvernensi civi accidisse scribit, quod cum virtutem reliquiarum cum aliis fuisset expertus, regi Theodeberto sese cum aliis frequenter obsidem dederit. Baronius ex Gregorio anno 530. C Confœderatus cum patruo suo Childeberto, in patruum Clotarium exercitum movit: sed Clotildis regina, inquit Greg hæc audiens, beati Martini sepulcrum adiit, ibique in oratione prosternitur, & tota nocte vigilat, orans ne inter filios bellum civile consurgeret. Quare cum obsessum a suis militibus postero die interfecere cogitarent, fulgure ac tempestate cælitus immissis, prostrati, fugati ac dissipati fuerunt. Agnito peccato pœnitentiam egerunt, pacemque inter se composuerunt. Cum Iustinianus imperator, Græco quodam fastu, imperatoris titulis nomen Francorum adjiceret, quasi instar Gothorum & Vandalorum, debellasset etiam Francos, quos ne quidem semel attigerat; Theodebertus rex iniquo animo illud ferens, invadens Italiam, magnum in Picenum usque duxit exercitum; qui lue exagitatus, admodumque debilitatus & imminutus, re infecta redire ad propria coactus fuit. Secundo invadens Italiam, relicto Theodebaldo regni sui herede adolescentulo, ex hac vita discessit, anno redemptoris nostri 552. dum post Theodoricum parentem suum anno Christi 530. defunctum, D regnum patris obtinuerat annis 22. Hæc ex Gregor. Turonensi Baron. anno Christi 539. 540. 541. 542.

Theodeberti vita. Theodeberti insignis pietas. Clotildis precibus exercitus divinitus fugatus. Theodebertus bis Italiam invadit.

d *Anno Christi* 541.] Nempe post consulatum Paulini junioris: qua nota consulari in fastis, (ut supra dixi in concil. Aurelian. III.) insignitur annus Christi 541. qui est Theodeberti regis Galliæ annus regni undecimus, & Childeberti vicesimus septimus: quæ omnia ex supradictis annotationibus concil. Aurel. III. manifeste constant. "

Tempus concilii. " falso ac mendose ista.

Nota consularis principio actorum synodalium inserta firmissime evincit, hanc synodum annis quindecim vel sexdecim signato tempore (ut asserit D. Colvenerius in notis ad Flodoardum libro primo, capite decimotertio) posteriorem non esse. Ratio Colvenerii in tempore obitus sancti Remigii fundata non ab omnibus admittitur, & si nemo eidem contradiceret, sustinerem potius subscriptionem Flavii, qui post Romanum E in Rhemensi episcopatu S. Remigio successisse scribitur, quam notam consularem actis synodalibus irrepsisse.

e *Placuit etiam ut sacrum quis pontificii honorem.*] Hæc patres concil. constituerunt adversus eos, qui bona ecclesiæ, usui pauperum inservientia, a regibus sacrilegis extorquebant. Scribit enim Gregor. Turonensis in vita S. Galli: *Ejusdem Theodorici regis tempore illud iniquum germen cœperat pullulare, ut sacerdotium aut venderetur a regibus, aut compararetur a clericis.* His constituendis Theodebertum regem adjumento fuisse, indicant episcopi in præfatione hujus concilii supra.

Canon 2. Occasio conditi canonis.

f *Gallus.*]

ANNO CHRISTI 535.

Gallus quis & qualis. Quo anno ætatis & pôtificatus sui obierit.

f *Gallus.*] Gallum Arvernensem episcopum patruum A suum fuisse testatur Gregorius Turon. de gloria martyr. libr. 1. capite 23. Quibus miraculis claruerit, ex eodem Gregorio supra dixi verbo *Arvernense.* Obiit anno ætatis suæ sexagesimo quinto, episcopatus vero sui vigesimo septimo. Extat de eodem Venantii Fortunati epitaphium, quod in gratiam Gregorii Turon. nepotis illius conscripsit. Pluribus de S. Gallo Baron. in notis martyr. & in annalibus tom. 7. anno 573. & in appendice ejusdem anni.

Gregorius Lingonensis quis.

g *Gregorius Lingonensis.*] Hic idem interfuit concilio Epaunensi, cumque annis triginta duobus Lingonensem episcopatum administrasset, hoc eodem anno redemptoris 541. quando ex hac synodo ad ecclesiam suam revertisset, sancte & pie migravit ad dominum. Successit in locum illius S. Tetricus, de quo infra in concil. Aurel. V. opportune dicturi sumus.

Hilarius.

h *Hilarius.*] Hilarius Gabalitanus episcopus, sanctitate celebris, colitur in ecclesia, vigesima quinta Octobris, quando e terrenis ad superna vocatus fuit. Extat quædam salutatio, quam Fortunatus carmine descripsit, & ad illum transmisit.

Ruricius qualis.

i *Ruricius.*] Hunc, præter egregiam morum præstantiam, avita etiam nobilitas, qua Anicianæ familiæ junctus erat, clariorem reddidit. Res ab illo pie & præclare admodum gestas Fortunatus 4. lib. carminum describit his versibus:

Hic sacra pontificum toto radiantia mundo
Membra sepulcra tegunt, spiritus astra colit.
Ruricii gemini flores, quibus Anniciorum
Iuncta parentali culmine Roma fuit.
Actu, mente, gradu, prænomine, sanguine nexi
Exultant pariter, hinc avus, inde nepos.
Tempore quisque suo fundans pia templa patrono,
Iste Augustini condidit, ille Petri.
Hic probus, ille pius: hic serius, ille serenus,
Certantes pariter, quis cui major erit.
Plurima pauperibus tribuentes divite censu,
Misere ad cælos quas sequerentur opes.
Quos spargente manu redimentes crimina mundi,
Inter apostolicos credimus esse choros.
Felices, qui sic de nobilitate fugaci
Mercati, in cælis jura senatus habent.

Sigebert. chron. error.

k *Flavius Rhemensis.*] Ex hoc loco aperte ostenditur, errare Sigebertum in chron. quod transitum S. Remigij referat ad annum domini 545. Non potuisset huic concilio interfuisse Flavius, si ad præd. annum S. Remigius superstes fuisset.

Nicetii ortus qualis.

l *Nicetius Treverensis episcopus.*] Sacram memoriam hujus episcopi sanctitate celeberrimi, virtutum excellentia & miraculorum editione admodum spectati, anniversaria solennitate recolit ecclesia. Vitam ejusdem præclare descripsit Gregorius Turonensis. De ortu illius, quod observatione dignum est, hæc commemorat: *Omne caput illius (ut est consuetudo nascentium infantium) a capillis nudum cernebatur: in circuitu vere modicorum pilorum ordo apparuit, ut putares ab iisdem coronam clerici esse figuratam.* Qua observan- B tia Theodoricus rex eum coluerit, subdit hisce verbis: *Venerabatur eum rex Theodoricus magno honore, eo quod sæpius vitia ejus nudaret & crimina, ut castigatus emendatior redderetur. Et ob hanc gratiam decedente Treverica urbis sacerdote, eum ad episcopatum jussit accersiri, jamque dato consensu populi ac decreto regis ad ordinandum, & a viris summo cum regio honore præditis adducebatur.* Contigit illud anno domini 529. Theodebertum heredem & successorem Theodorici, ejusdem Nicetii hortatu emendatum esse, supra dixi, verbo Theodeberti. Clotarium ob incestas nuptias acerrime reprehendit, ideoque ab eodem in exilium amandatus fuit: verum Sigebertus filius Clotarii, patre defuncto anno domini 565. sub pontificatu Ioannis tertii, illum relegatum postliminio revocavit. Hæc ex vita Nicetii apud Gregor. Turon.

Desiderati liberalitas.

m *Desideratus.*] Gregor. Turon. de gestis Francorum C lib. 3. cap. 34. de liberalitate Desiderati Virdunensis episcopi refert, quod cum a Theodorico rege bonis omnibus spoliatus fuisset, cives vero Virdunenses ad summam inopiam redacti essent, ille a Theodeberto successore Theodorici septem millia aureorum mutuo acceperit, eaque inter cives erogaverit. Vide Baronium anno 541. num. 30. usque ad finem.

TOMI IV. CONCILIORUM FINIS.



APPENDIX
AD TOMVM QVARTVM
CONCILIORVM.

LVTETIÆ PARISIORVM.

Impensis
GEORGII IOSSE,
DIONYSII BECHET,
GVILLELMI LE BE',
GABRIELIS & NICOLAI CLOPEIAV,
PETRI LE PETIT,
viduæ EDMVNDI MARTIN,
LVDOVICI BILLAINE,
GODEFRIDI MARCHER,
IOANNIS DVPVIS,
SEBASTIANI MABRE-CRAMOISY,
IACOBI PIGET.
viâ Jacobæâ.

M. DC. LXXI.

APPENDIX
AD TOMUM QUARTUM
CONCILIORUM.

IACOBI SIRMONDI S. I.

NOTÆ POSTUMÆ

Nunc primum editæ.

Pag. 1010.

IN CONCIL. ARELATENSE II. anno Domini CCCCLII. celebratum.

Priorum Sirmondi notarum p. 1017. eadem est præfatio: sed quia nonnulla discrepant, licet pauca, iterum hic edimus, ut est ab eo in uberioribus notis relicta.

INCERTIS sedibus jactatum hactenus fuit hoc concilium, quod alij nimirum Constantini magni, alij Constantij ejus filij temporibus adscripserunt. Sed ut alia nunc omittam, ex canone Vasensi, qui in eo citatur, quemque nos ejus Vasensis concilij, quod ante decem annos celebratum est, revera fuisse ostendimus: liquido patet concilium hoc, ut nunc quidem se habet, post Vasense habitum necessario dici oportere. Quo vero anno, & quibus ab episcopis celebratum sit, nondum liquet: satiusque ducimus in re dubia hærere, quam inanibus conjecturis indulgere. De numero etiam canonum magna est, undecumque ea orta sit, in antiquis exemplaribus discrepantia, quæ triplici discrimine continetur. Quidam enim codices in universum primos tantum XXV. canones habent. In aliis canones sunt XXXIII. ut in Corbeiensi, Lugdunensi, Fossatensi, & Tiliano Engolismensi: iidem ipsi videlicet, qui in editione vulgata, quæ est canonum XXXVII. quatuor demptis, quos prætermittunt, hoc est X. XI. XII. & XXVI. qui in editione nostra est XLVI. In Remensi vero codice, quem hoc loco repræsentamus, canones numerantur, cum titulis suis, LVI. adjectis & insertis ex synodo Arausicana plerisque, qui in aliis codicibus desiderantur. Totum enim fere concilium, ut res docebit, ex antecedentium conciliorum decretis conflatum est, præsertim ex Nicænæ, Arelatensis primæ, Vasensis, & Arausicaaæ synodi canonibus.

Can. I. ORDINANDI NEOPHYTUM.] Neophytus, novellus Christianus, nuper baptizatus, νεοφώτιστος. Neophytos creari episcopos vetuit Apostolus I. ad Timotheum III. Adjecit synodus Nicæna, ne ad presbyteratum promoveantur. Hic vero canon etiam a diaconatu excludit, juxta canonem XIII. synodi Sardicensis: *Conveniens*, inquit, *non est, nec ratio vel disciplina patitur, ut temere & leviter ordinetur, aut episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui neophytus est.* Synodus Laodicena can. III. Περὶ τοῦ μὴ δεῖν πρόσφατον φωτισθέντας προσάγεσθαι ἐν τάγματι ἱερατικῷ.

C. 2. PRÆMISSA CONVERSIO.] Ita optimi quique libri: in aliis *promissa*. Converti dicebantur conjuges, cum ex mutuo consensu separabantur, & promittebant castitatem. Hoc ubi fecerant, conversi & conversæ appellabantur, ut conversa uxor canone sequenti. Velle igitur hoc synodus videtur, ut qui e conjugatis ad sacerdotium assumuntur, nō tunc demum conversionem promittant, cum assumuntur, sed ut jam ante promiserint, continentiæque suæ specimen dederint. Quod quidem præbuisse illos necesse est, qui diaconi antea fuerunt, quia diaconos conjugatos, nisi ante conversi fuerint, ordinari vetuit synodus Arausicana canone XXII.

C. 3. SI QUIS CLERICUS.] Episcopos, presbyteros, & diaconos qui extraneas mulieres domi habent, excommunicandos decernit, ac mulieres quoque ipsas, si separari nolint. Propinquas autem feminas, quibuscum habitare clericis liceat, alij alias exempli gratia proponunt. Synodus Nic. canone III. μητέρα, ἢ ἀδελφὴν, ἢ θείαν. *matrem, sororem, amitam*; quas easdem & solas designant synodus Andegavensis can. IV. & Lugdunensis III. can. I. & Namnetensis can. III. Tres item lex Honorij XLIV. cod. Theod. De episcopis &c. *matrem, filiam, & germanam*; & has ipsas synodus II. Turonensis can. X. Tres itidem synodus Agathensis can. X. *sororem, filiam, & neptem.* Tres synodus Suessionensis sub Childerico, *matrem, sororem, & neptem.* Quatuor Arvernensis can. XVI & Matisconensis I. can. I. *aviam, matrem, sororem, & neptem.* Sex hoc loco nominantur *avia, mater, soror, filia, neptis, & uxor conversa.* nisi quod in codice Corbeiensi, atque in Lugdunensi, aviæ & matris loco thia legitur, id est amita vel matertera. Sed parum interest, plures an pauciores nominentur: cum exempli causa, ut dixi, proferantur ad eas personas universe designandas, quæ solæ omni suspicione carent, ἃ μόνα πρόσωπα πᾶσαν ὑποψίαν διαφεύγει, ut loquuntur patres Nicæni, & de quarum nominibus, ut est in synodo Agathensi, nefas est aliud, quam natura constituit, suspicari.

C. 4. AD CELLARII SECRETUM.] Idem interdictum in synodo Agathensi can. XI. & in Arvernensi. Superior canon extraneas feminas domi a clericis haberi vetuit: hic vero ad secretas mansiones admitti vetat tum extraneas, tum etiam eas quas domi habere licet.

C. 5 & 6. EPISCOPUM SINE METROPOLITANO.] Hi duo ex synodo Nicæna deprompti sunt, prior ex canone IV. per quos ordinari debeat episcopus; qua de re dictum est ad canonem XX. synodi I. Arelatensis. posterior ex canone VI. his verbis: καθόλου δὲ πρόδηλον ἐκεῖνο, ὅτι ἐάν τις χωρὶς γνώμης τοῦ μητροπολίτου γένοιτο ἐπίσκοπος, τὸν τοιοῦτον ἡ μεγάλη σύνοδος ὥρισε μὴ δεῖν εἶναι ἐπίσκοπον. Quæ Dionysius sic interpretatur. *Illud autem generaliter clarum est, quod si quis præter sententiam metropolitani fuerit factus episcopus, hunc magna synodus diffinivit episcopum esse non oportere.*

C. 8. QUI SE ABSCIDUNT.] Cum eunuchorum diversa sint genera, non omnes arcet a clero synodus Nicæna can. I. Eunuchos enim, qui vel a medicis curandi morbi gratia, vel a barbaris per vim, aut a dominis suis secti sunt, si alias digni sint, clericos fieri per ecclesiasticas leges posse docet. Eos vero qui extra morbum sua sponte, sive ut carnis illecebris repugnent, quod de Origene prodit Eusebius lib. VI. cap. VII. sive alia de causa seipsos absciderint, hos in clerum recipi vetat, receptosque, πεπαῦσθαι, abstinere & cessare jubet ab officio.

C. 8. CLERICUM SIVE SÆCULAREM.] Id est laicum. Synodi

Nicænæ can. v. ἔιτε τῶν ἐν κλήρῳ, ἔιτε τῶν ἐν λαϊκῷ τάγματι πιταγμένων. *Sive ex clericis, sive ex laicis.* Episcopus, qui cum alterius excommunicato communicat, reus jam ante pronunciatus est in synodo Arausicana can. xi. Consequens proinde, ut in provinciæ synodo accusatus, causam dicere cogatur.

C. 9. SVSCEPTA POENITENTIÆ CREDVLITATE] Novatianorum error fuit, ut dictum est ad epist. Innocentij ad Exuperium, pœnitentiæ remedium in ecclesia nullum agnoscere: qua in hæresi ante Novatum fuerat etiam Montanus. Vnde una copulantur a S. Hieronymo in epistola LXI. ad Pammachium: *Facessat*, inquit, *Novatus errantibus manus non porrigens. Montanus cum insanis feminis prosternatur, jacentes in barathrum præcipitans, ne leventur.* Et l. II. contra Iovinianum: *Ne Montanus & Novatus hic rideant, qui contendunt non posse renovari per pœnitentiam eos qui crucifixerunt sibimet filium Dei, & ostentui habuerunt.* Novatianos ergo synodus statuit, cum ad ecclesiam redeunt, non recipi, nisi profiteantur se pœnitentiam credere, quam negabant. Quo spectat & synodi Nicænæ canon VIII. de Catharis, id est Novatianis, quos catholica ecclesiæ dogmata profiteri jubet.

C. 10. DE HIS QVI IN PERSECVTIONE.] Lapsorum, qui voluntarie, hoc est nulla urgente necessitate, prævaricati sunt, pœnitentiam synodus Nicæna can. XI. duodecim annis definivit; ita ut tribus annis inter audientes agant, septem inter eos qui supplices prosternuntur, duobus absque oblatione cum populo in oratione participent. Quorum pœnitentiæ graduum primus ἀκρόασις, alter ὑπόπτωσις, tertius σύστασις, dicebatur. Diversa igitur ab ea quæ hoc loco exponitur Nicæni canonis est sententia. Sed Rufinum nempe auctorem synodus nostra secuta est, apud quem libro II. Historiæ cap. VI. inter canones Nicænos hic duodecimo loco sic concipitur: *Si qui absque tormentis in persecutionibus lapsi sunt, & ex corde agunt pœnitentiam, quinque annos inter catechumenos faciant, & duobus annis post hoc fidelibus tantum in oratione jungantur, & ita postmodum recipiantur.*

IN POTESTATE SIT EPISCOPI.] Synodus Nicæna can. XII. μετὰ τοῦ ἐξεῖναι τῷ ἐπισκόπῳ καὶ φιλανθρωπότερόν τι περὶ αὐτῶν βουλεύσασθαι. *Licebit præterea episcopo etiam humanius aliquid de eis statuere.* Rufinus ibidem can. XIII. *Esse tamen in potestate episcopi, moderandi facultatem, si eorum fructuosam & attentam pœnitentiam viderit.* Hanc vero moderandæ pœnitentiæ potestatem episcopis synodus quoque Ancyrana concesserat canon. V. τοὺς δὲ ἐπισκόπους ἐξουσίαν ἔχειν, τὸν τρόπον τῆς ἐπιστροφῆς δοκιμάσαντας, φιλανθρωπεύεσθαι, ἢ πλείονα προστιθέναι χρόνον. *Statuimus autem ut episcopi, modo conversionis examinato, potestatem habeant vel utendi clementia, vel plus temporis adjiciendi.*

C. 11. SI QVI VERO DOLORE VICTI.] De his qui vim passi, coactique, a fide desciscunt, nihil in synodo Nicæna præcipitur: præceperat autem Ancyrana, & pro delicti culpæque modo diversas pœnitendi leges imposuerat can. III. & quinque sequentibus. Hic universe statuitur, ut biennio inter audientes versentur, triennio inter pœnitentes qui non communicant.

C. 12. DE HIS QVI IN POENITENTIA.] Et si quibus cum in vita communio non fuit, cum iisdem mortuis communicari non solet: pœnitentiam tamen agentibus, si ante communionis gratiam de vita excesserant, communio post mortem indulgebatur, recepta oblatione quæ pro eis offerebatur, juxta canonem II. concilij Vasensis.

C. 13. NVLLVS PROPRIAM RELINQVAT ECCLESIAM.] Clericum relicta propria ecclesia ad aliam migrare vetat canon XV. synodi Nicænæ. ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν μὴ μεταβαίνειν, μήτε ἐπίσκοπον, μήτε πρεσβύτερον, μήτε διάκονον. *De civitate ad civitatem non episcopus, non presbyter, non diaconus transeat.* Si quis ab ecclesia sua discesserit, hunc in alia recipi vel ordinari, non consentiente episcopo, a quo discessit, prohibet canon XVI. Vtriusque igitur canonis sententiam hic unus complexus.

C. 14. SI CLERICVS AD VSVRAM.] Et hic etiam canon duobus diversis respondet: nempe canoni XVII. synodi Nicænæ, qui usuras clericis interdicit: & canoni III. synodi Calchedonensis, de clericis, qui διὰ αἰσχροκέρδειαν, ἀλλοτρίων κτημάτων γίνονται μισθωταὶ, καὶ πράγματα κοσμικὰ ἐργολαβοῦσι. *Turpis lucri gratia conductores fiunt alienarum possessionum, & sæcularia negotia exercent.*

C. 15. DIACONO INTER PRESBYTEROS SEDERE] Hic vero canon totus est ex canone XVIII. Nicæno: non ut in synodo ipsa legitur, sed ut a Rufino interpretatus est canon. XX. A *Et ne diaconi*, inquit, *presbyteris præferantur, neve sedeant in consessu presbyterorum, aut illis præsentibus eucharistiam dividant, sed illis agentibus solum ministrent. Si vero presbyter nullus sit in præsenti, tunc demum etiam ipsis licet dividere. Aliter vero agentes abjici jubent.* At synodus Nicæna, ut græca sunt exemplaria, non prohibet diaconis ne præsentibus presbyteris eucharistiam dividant, sed ne presbyteris ipsis porrigant. Olim sane diaconorum munus fuit eucharistiam præsentibus dividere, & deferre ad absentes. Iustinus martyr in Apologia II. Εὐχαριστήσαντος δὲ τοῦ προεστῶτος, καὶ ἐπευφημήσαντος παντὸς τοῦ λαοῦ, οἱ καλούμενοι παρ' ἡμῖν διάκονοι διδόασιν ἑκάστῳ τῶν παρόντων μεταλαβεῖν ἀπὸ τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτου καὶ οἴνου καὶ ὕδατος, καὶ τοῖς οὐ παροῦσιν ἀποφέρουσι. καὶ ἡ τροφὴ αὕτη καλεῖται παρ' ἡμῖν εὐχαριστία. *Vbi consecrationem peregit antistes, & B universus populus acclamavit, tum diaconi quos appellamus, singulis adstantibus sumendum porrigunt panem & vinum cum aqua, deferuntque ad absentes, atque hic cibus a nobis eucharistia vocatur.* Cyprianus de lapsis: *Vbi vero solennibus adimpletis calicem diaconus offerre præsentibus cœpit, & reluctanti licet de sacramento calicis infudit, in corpore atque ore violato eucharistia permanere non potuit.* Neque hoc diaconis interdictum a synodo Nicæna videtur. Postea coërceri eos, & modum adhiberi placuit, ut eucharistiam præsentibus presbyteris sine necessitate, & nisi ab eis jussi, non darent. Concilium IV. Carthaginiense can. XXXVIII. *Diaconus præsente presbytero eucharistiam corporis Christi populo, si necessitas cogat, jussus eroget.*

PHOTINIACOS SIVE PAVLIANISTAS,] Et hoc rursum C. 16. editionis est Rufinianæ can. XXI. *Vt Paulianistæ, qui sunt Photiniani, rebaptizentur.* Nicæna enim synodus de Photinianis, qui exorti nondum erant, statuere non potuit: C solo vero Paulianistas commemorat canone XIX. unde hic exceptus est. Paulianistæ igitur, a Paulo Samosateno dicti, Christum non semper fuisse, sed ejus initium ex quo de Maria natus est, asseverabant, nec eum aliquid amplius quam hominem putabant. Quæ hæresis postea sic a Photino Sirmiensi episcopo confirmata est, ut Photiniani, quam Pauliani, crebrius vocarentur. Ideo autem ab his venientes in ecclesia baptizabantur, quia veram scilicet baptismi formam non usurpabant. Augustinus hæresi XLIV. *Istos sane Paulianos baptizandos esse in ecclesia catholica, Nicæno concilio constitutum est. Vnde credendum est, eos regulam baptismatis non tenere, quam secum multi hæretici, cum de catholica discederent, abstulerunt, eamque custodiunt.*

BONOSIACOS.] Vt Photiniani Paulianorum, sic Bonosiaci Photinianorum nomen postea suum fecerunt. Gennadius in Audentio: *Scripsit contra Photinianos, qui nunc Bonosiaci dicuntur.* Avitus Viennensis epistola III. *Vnde respiciendum est hic, quantum Eutychiani Bonosiacis barathro D profundiore mergantur. Illi Christo divinitatis honorem tantummodo adimunt, isti & corporis veritatem. Photinus hominis personam nos adorare deridet, hi nebulam.* Idem ergo vel cognatus error utrisque, sed verum apud Bonosiacos baptisma. Propterea, cum ad ecclesiam veniebant, non baptizabantur, sicut Photiniani, sed ejurata tantum hæresi confirmabantur, ut Spiritum sanctum acciperent, quem apud hæreticos accepisse non videntur. Bonosus horum auctor cujus loci episcopus fuerit, nemo tradit. Ego Naissi in Dacia episcopatum gessisse arbitror, idque ex Innocentij papæ epistola ad Martinum ejusdem sedis episcopum, ubi de clericis Naissensibus a Bonoso ordinatis agitur, liquido comprobari. C. 17.

AD ARELATENSIS EPISCOPI.] Decretum fuerat canone ultimo concilij Arausicani, ut unaquæque synodus insequentem synodum denunciaret. Hic statutum, ut synodi episcopi Arelatensis arbitrio convocentur: & ut qui ad eas E commonitus venire non poterit, vicarium mittat. Tum ut qui adesse neglexerit, aut ante finem synodi recesserit, communione careat, donec in sequenti synodo fuerit absolutus. C. 18. 19.

DE AGITATORIBVS SIVE THEATRICIS.] Vnus hic canon duos comprehendit synodi primæ Arelatensis, quartum scilicet de aurigis Circensibus, & quintum de scenicis histrionibus. C. 20.

POENITENS QVÆCVMQVE.] Qui pœnitentiam publicam acceperunt, tum viri, tum feminæ, a conjugibus deinceps abstinere debent, & his superstites si fuerint, nova conjugia inire prohibentur. Qui contra fecerint, ab Ecclesiæ liminibus arcendi, quod similiter postea cautum est in concilio II. Barcinonensi can. IV. Siricius enim papa in epistola ad Himerium cap. V. de iisdem lenius constituerat, ut communione tantummodo carerent: *Sola*, inquit, *intra ecclesiam fidelibus oratione jungantur. Sacra mysteriorum celebritati, quamvis non mereantur, intersint: a Dominica* C. 21.

autem mensa convivio segregentur. Quibus tamen viatico munere, cum ad Dominum cœperint proficisci, per communionis gratiam volumus subveniri.

C. 22. POENITENTIAM CONIVGATIS] Cur uni conjugum sine alterius consensu pœnitentia publica dari non debeat, manifesta est ratio ex iis quæ proxime dicta sunt ad canonem præcedentem.

C. 23. SI INFIDELES FACVLAS ACCENDVNT.] Rei declarantur episcopi qui reliquias idololatriæ delere negligunt: excommunicandi vero sæculares, qui has de agris suis admoniti non abstulerint. Itaque præcipuus olim in his eruendis episcoporum labor ac studium fuit, ut sancti Martini, de quo mira in eo genere narrat Sulpitius Severus libro I. August. de Tempore serm. CCXLI. *Quicumque in agro suo, aut villa ut juxta villam aliquam, arbores aut aras vel qualibet fana habuerit, ubi miseri homines solent aliqua vota reddere, si non destruxerit vel succiderit, in illis sacrilegiis quæ ibi facta fuerint, sine dubio particeps erit.* Gaudentius vero Brixianus argumentum id tractans serm. XIII. auditores suos his verbis exstimulat: *An existimatis*, inquit, *quod Deum diligit tepidus ac negligens Christianus, qui idola in possessionibus suis coli permittit? qui fanum dæmonis & aram diaboli stare in contumeliam Dei patitur?*

C. 24. EOS QVI FALSO.] De canone isto dixi ad canonem XIV. concilij I. Arelatensis, unde hic excerptus est. Magnam enim synodum hoc loco appellant, non Nicænam, in qua nihil tale constitutum legimus, sed primam Arelatensem.

C. 25. HI QVI POST SANCTAM.] Hic etiam canon effictus est ad exemplum ultimi primæ synodi Arelatensis. Sed quod ibi statutum fuerat de apostatis fidei Christianæ desertoribus, hic de iis cavetur, qui religiosæ vitæ professionem abjiciunt. De his ergo apostatis statuit synodus, primum ut communionem sine pœnitentia non accipiant: deinde ut ad clerum non admittantur: postremo, ut si post pœnitentiam sæcularem habitum præsumpserint, ab ecclesia ejiciantur.

C. 26. HÆRETICOS IN MORTIS DISCRIMINE.] Hactenus canones XXV. quos in quibusdam libris solos extare meminimus. Post hos in codice Remensi novus titulus intexebatur: CAPITVLA DE SYNODO QVÆ IN TERRITORIO ARAVSICO CELEBRATA EST. Tum sequebantur canones numero viginti, qui omnes, duobus demptis, e synodo Arausicana deprompti sunt hoc modo.

Synodi Arelat. II.		*Synodi Arausicanæ.*
can. XXVI.	Hæreticos in mortis discrimine.	*can.* I.
XXVII.	Nullum ministrum qui baptiz.	II.
XXVIII.	De his qui in extremis.	III.
XXIX.	Pœnitentiam desiderantibus.	IV.
XXX.	Eos qui ad ecclesiam confugerint.	V.
XXXI.	Si quis clericorum religionis negotia.	
XXXII.	Si quis autem mancipia clericorum.	VI.
XXXIII.	Si quis per testamẽtum manumissum.	VII.
XXXIV.	Si quis in ecclesia manumissum.	
XXXV.	Si quis alibi consistentem.	VIII.
XXXVI.	Si quis episcopus in alienæ civitatis.	X.
XXXVII.	Quod si etiam sæcularium.	X.
XXXVIII.	Subito obmutescens baptizari.	XII. XIII
XXXIX.	Energumeni baptizati.	XIV.
XL.	Energumenis catechumenis.	XV.
XLI.	Si qui palam aliquando arrepti.	XVI.
XLII.	In provinciis vestris placuit.	XXI.
XLIII.	Placuit præterea ut secundum.	XXII.
XLIV.	Si quis autem in posterum.	XXIII.
XLV.	De his quos clericatui alligari.	XXIV.

Ex his patet verba illa canonis XXVII. *juxta synodi constitutionem*, & can. XLIV. *secundum synodi instituta*, de synodo Arausicana intelligi, in qua primum fuerant hi canones editi.

C. 31. SI QVIS CLERICORVM.] Docet religionis negotia, & spiritales causas ecclesiæ, non apud laicos tractari debere, sed in synodis. Clericorum item controversias, sine consensu episcopi, ad publicos judices non esse deferendas, sed episcoporum judicio terminandas.

C. 34. SI QVIS IN ECCLESIA MANVMISSVM.] Libertos ingratos patroni rursus in servitutem revocare poterant cod. Theod. De Libertis & eorũ moribus. In ecclesia porro manumissos, tamquam sibi commendatos, ecclesia defensabat, ut ostendit canon VII. synodi Arausicanæ. Nunc ergo ne quis per calumniam opprimatur, cavet synodus ne ad servitutem reduci possit in ecclesia manumissus, nisi ejus crimen actis municipalibus fuerit comprobatum.

C. 45. DE HIS QVOS CLERICATVI.] Citatur etiam hoc caput in antiquissimis collectionibus canonum, velut synodi Arelatensis canon XLV. Ex quo apparet pro Arelatensibus agnitos fuisse insititios istos viginti, quorum hic postremum locum tenet, cum alioqui non extet inter synodi hujus canones in veteribus libris, neque in iis qui XXV. tantum habent, neque in aliis qui XXXIII. ut mirum sit in Suriana tamen editione reperiri. Est autem Arausicanæ synodi canon XXV. adjecta sanctione, ut removeantur ab officio digami, qui ultra subdiaconatum fuerint ordinati.

PROFESSAS VIDVAS.] Posterius est membrum canonis XXVII. Arausicani. Qua autem pœna professarum viduarum raptores, & viduas ipsas, si consenserint, affici oporteret, neutra synodus definivit: aliæ postea excommunicationem irrogarunt. C. 46.

SECVNDVM CONSTIT. SYNODI VASENSIS.] Est canon IV. synodi Vasensis, cujus se vestigiis hærere profitentur. Qui mox sequitur, ex ejusdem quoque synodi canone V. translatus est. C. 47. 48.

SECVNDVM INSTITVTA SENIORVM.] Qui sacerdotali auctoritate, id est ab episcopo, excommunicati sunt, vitari debent non solum a clericis, quos solos adstringit canon XV. concilij primi Toletani, verum etiam a laicis. Concilium IV. Carthaginiense can. LXXIII. *Qui communicaverit vel oraverit cum excommunicato, sive clericus, sive laicus, excommunicetur.* Instituta enim, sive ut alij codices habent, statuta seniorum, dici hoc loco videntur, quæ in veteribus libris statuta ecclesiæ antiqua inscribi solent. Sunt autem iidem ipsi canones, qui synodi IV. Carthaginiensis nomine circumferuntur, quod in ea fortasse relecti, probatique sunt. C. 49.

QVI PVBLICIS INTER SE ODIIS.] Discordias episcoporum synodi est componere. Concilium Carthaginiense IV. can. XXV. *Dissidentes episcopos, si non timor Dei, synodus reconciliet.* Eos vero qui odiis inter se sic exardescunt, ut reconciliari nolint, synodus, donec ad pacem redeant, a synodis, ordinationibus, & cæteris ecclesiasticis conventibus excludi jubet. C. 50.

SI EXPOSITVS ANTE ECCLESIAM.] Concilij Vasensis can. IX. & X. De his in synodo Agathensi canone XXIV. C. 51.

DE PVELLIS.] Concilij Valentini canon II. Quod ibi de puellis devotis, quæ ad nuptias postea transeunt, indefinite sancitum est, hoc loco ad eas aptatur, quæ post XXV. ætatis annum nupserint, & pari cum eis lege plectuntur qui eas sibi adligarint. C. 52.

SI QVIS FAMVLORVM.] Et legibus civilibus post Hadriani decretum, & ecclesiasticis, servos occidere dominis vetitum est. Quod si quis servorum, domini districtionem non ferens, mortem sibi consciverit, in dominum, quasi auctorem, redundare cædis invidia ex hoc canone non debet. C. 53.

IN ORDINATIONE EPISCOPI.] Formulam tradunt in episcoporum electione servandam, nimirum ut ab episcopis qui electionis causa convenerint tres nominentur, de quibus clerici & primores civitatis unum eligant ordinandum. Cui synodi decreto, quod ad trium numerum attinet, similis postea fuit Iustiniani Imp. constitutio cod. De episcopis & clericis L. XLII Sed hoc discrepat, quod tres istos a civibus designari jubet, tum ex ipsis optimum promoveri. Qua de re idem iterum Novella CXXXVII. quæ est de ordinatione episcop. & cleric. eadem statuit his verbis. Θεσπίζομεν ὁπηνίκα χρεία γίνεται ἐπίσκοπον χειροτονηθῆναι, συνιέναι τοὺς κληρικοὺς καὶ τοὺς πρώτους τῆς πόλεως, ἧς μέλλει ἐπίσκοπος χειροτονεῖσθαι, καὶ προκειμένων εὐαγγελίων ἐπὶ τριῶν προσώπων ψηφίσματα ποιεῖν· ἵνα ἐκ τῶν οὕτως ψηφιζομένων τριῶν προσώπων ὁ βελτίων χειροτονηθῇ ἐπιλογῇ καὶ τῷ κρίματι τοῦ χειροτονοῦντος. Hoc est, ut Iuliani antecessoris verba reddamus: *Sancimus, quando opus fuerit episcopum creari, clericos & primates civitatis ejus cujus episcopus desideratur fieri, in tribus personis decreta facere propositis sanctis evangeliis: ut ex tribus personis pro quibus decreta fecerint, melior creetur electione & periculo creatoris.* Eodem modo & in concilio II. Barcinonensi can. III. statutum est, ut duobus vel tribus a clero & plebe selectis, episcopi unum sorte deligant & consecrent. Voculam TRES in canone, pro qua NEC in vulgatis editionibus perperam legebatur, restituimus ex manuscriptis. C. 54.

SI QVIS SÆCVLARIVM.] Id est laicorum. Clericum alterius episcopi sine ipsius consensu vindicare sibi nullus episcopus debet. Laicum alterius diœcesis, quem ad se religionis causa venientem erudiendum susceperit, quilibet episcopus sibi ex hoc canone vindicare potest, ac proinde ut suum ordinare, si videbitur. C. 55.

Appendix Tom. IV.

Contra magnam synodum.] Magnam synodum supra canone VI. appellarat synodum Nicænam, & canone XXIV. magnam item synodum dixit synodum primam Arelatensem. Ego neutram hoc loco intelligi puto, sed de seipsa synodum loqui exemplo synodi Nicænæ, quam Nicæni ipsi patres *μεγάλην σύνοδον* passim vocant. Est igitur velut sanctio synodi, qua metropolitanos contra decreta sua quicquam audere vetat.

IACOBI SIRMONDI S. I. NOTÆ POSTVMÆ

Nunc primum editæ.

Pag. 1020.

IN CONCIL. ANDEGAVENSE anno Domini CCCCLIII. celebratum.

AD Talasium Andegavensium episcopum, in cujus ordinatione celebrata dicitur hæc synodus, scripta extat epistola Lupi & Euphronij episcoporum, de qua postmodum dicendi erit locus. Idem concilio cum cæteris absens subscripsit. Ad eumdem præterea, & ad Victorium Cœnomanensem, qui ad eam synodum non venerant, missa est synodica concilij Venerici, in eadem provincia tertia Lugdunensi. Cujus provinciæ hoc loco metropolitanus Eustochius episcopus Turonensis, cum Leone metropolitano, ut reor, Bituricensi.

Can. I. Contra epistolæ ivdicivm.] De clericis vetat, primum ne relicto episcopali judicio publica judicia expetant inconsultis episcopis suis. Deinde ne sine illorum permissu ad alia loca transeant, nec sine illorum litteris ambulent. Quibus de rebus singulatim proximo ante anno cautum fuerat in synodo œcumenica Calchedonensi can. V. IX. XIII. postmodum vero in eadem provincia iterum actum est in concilio Turonico & Venetico.

C. 2. Vt diaconi presbyteris.] Debent enim diaconi se presbyterorum quoque ministros agnoscere. Concilium IV. Carthaginiense can. XXXVII. *Diaconus ita se presbyteri, ut episcopi, ministrum noverit.* Quare quod Commodianus diaconos instruens inter cætera commendat, ut pastores reverenter habeant, de presbyteris quoque accipiendum libro II. cap. XXVI.

Ministris, id est diaconis.

Ministerium Christi Zacones exercete caste:
Idcirco ministri facite præcepta magistri.
Nolite ludere personam judicis æqui.
Integrate locum vestrum per omnia docti.
Sursum intendentes semper Deo summo devoti.
Tota Deo reddite inlæsa sacra ministeria aræ.
Rebus in diversis exemplum dare parati
Inclinate caput vestrum pastoribus ipsi.
Sic fiet ut Christi populo sitis probati.

C. 3. Vt a violentia.] Consentiunt in his verbis duo codices, Tilianus & Fossatensis, in quibus solis hoc concilium reperimus. Perputationem itaque dicere videtur amputationem seu truncationem membrorum: a qua & ab omni genere cædis ac violentiæ compesci, abstinerique clericos jubet.

C. 4. Familiaritatem extranearvm.] Clericos qui vetitæ inhærent extranearum feminarum familiaritati, alienos a communione habendos decrevit synodus secunda Arelatensis can. III. eademque illos pœna multant synodus prima Turonensis can. III. & secunda can. X. Hæc vero ad altiorem illos gradum promoveri, atque in eo quem adepti fuerint ministrare vetat. Alij aliis in eosdem modis canones animadvertunt.

Tvm si qvi tradendis.] Parum cohærent hæc verba cum superioribus: sed ideo fortasse conjunguntur, quia de iisdem clericis accipienda sunt, cum alia quæ mox sequuntur, ad alios pertineant.

C. 5. Qvi accepta poenitentia resilivnt.] Qui susceptam pœnitentiam deserunt, & virgines sacræ quæ sua sponte lapsæ aut prævaricatæ fuerint, una eademque pœna plectuntur, ut a communione videlicet convictuque fidelium submoveantur.

C. 6. Qvi alienis vxoribvs.] Alienas uxores appellat a viris suis dimissas, ut *ἀλλότριον ἄνδρα*, *alienum virum*, Basilius ad Amphilochium can. IX. eum, cui post repudium uxoris altera cohabitat. *Καὶ ἡ συνοικοῦσα τῷ ἀποστάντι τῆς γυναικὸς, μοιχαλίς· διότι ἀλλότριον ἄνδρα πρὸς ἑαυτὴν μετέστησεν.* *Et quæ ei, qui uxorem dimisit, cohabitat, est adultera, eo quod alienum virum ad se traduxit.* Excommunicantur ergo qui dimissas ab aliis uxores superstitibus maritis sibi copulant.

C. 7. Clerici qvi relicto clero.] In clericos apostatas ex can. VII. synodi Calchedonensis: *τοὺς ἅπαξ ἐν κλήρῳ τεταγμένους ὡρίσαμεν μήτε ἐπὶ στρατείαν, μήτε ἐπὶ ἀξίαν κοσμικὴν ἔρχεσθαι· ἢ τοῦτο τολμῶντας ἀναθεματίζεσθαι.* *Eos qui in clero semel deputati sunt, statuimus neque ad militiam, neque ad dignitatem aliquam sæcularem venire, sed hoc tentantes anathematizari.*

C. 8. Monachos qvoqve.] Monachos vagos, & sine epistolis ambulantes, nisi resipiscant, recipi ad communionem non debere. De his etiam vetuerat canone IV. synodus Calchedonensis, ne relictis suis monasteriis evagentur, ecclesiasticisque aut sæcularibus negotiis se ingerant, nisi si quid illis forte ab episcopo propter necessariam causam præcipiatur.

C. 9. Aliorvm clericis.] Alieni clerici ordinationem, nisi ejus consentiat episcopus, irritam esse constituit synodus Sardicensis can. XIX. *Et hoc universi constituimus, ut quicumque ex alia parœcia voluerit alienum ministrum, sine consensu episcopi ipsius, & sine voluntate ordinare, non sit rata ordinatio ejus.* Idem supra sancitum in synodo II. Arelatensi can. XIII.

C. 10. Qvicvmqve avtem.] Prior pars canonis ad ministros ecclesiæ spectat, qui observare nolunt, id est qui officium suum in suspectis ministeriis implere negligunt: de quibus alij erunt canones permulti. Posterior, si titulo credimus, excommunicationes docet, nisi probatis criminibus, infligendas non esse. Verum adeo corruptus est locus, ut certa sententia elici vix possit.

C. 11. Non nisi vnivs vxoris viri.] Ne digamos, si ad clerum adsciscantur, ultra subdiaconatum ordinare liceat, cautum est tum in synodo Arausicana can. XXV. tum in Arelatensi II. can. XLV. Consequens ergo, quod hoc loco adstruitur, ut diaconi aut presbyteri ordinari non possint, qui non univiri, unius uxoris viri fuerint, ejusque virginis, non viduæ aut internuptæ.

C. 12. Poenitentiæ locvs.] Pœnitentiam desiderantibus non negandam docuit canon IV. synodi Arausicanæ. Sed huic canoni apte congruunt quæ statuta sunt in Laodicena can. II. *τοὺς ἐξαμαρτάνοντας ἐν διαφόροις πταίσμασι, προσκαρτερήσαντας τῇ προσευχῇ τῆς ἐξομολογήσεως καὶ μετανοίας, καὶ τὴν ἀποστροφὴν τῶν κακῶν τελείαν ποιουμένους, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τοῦ πταίσματος καιροῦ μετανοίας δοθέντος τοῖς τοιούτοις, διὰ τοὺς οἰκτιρμοὺς καὶ τὴν ἀγαθότητα τοῦ Θεοῦ προσάγεσθαι τῇ κοινωνίᾳ.* *Eos qui diversis modis peccant, si confessionis & pœnitentiæ precibus insistant, perfectamque conversionem præ se ferant, pœnitentia ipsis pro æstimatione culpæ imposita, ad communionem, propter clementiam & bonitatem Dei, recipiendos esse.* Ad pœnitentiam porro publicam admittebant episcopi, & pro delictorum modo pœnitendi leges ac tempora decernebant. Concilium III. Carthaginiense can. XXXI. *Pœnitentibus, juxta peccatorum differentiam, episcoporum judicio pœnitentiæ tempora decernantur.* Et concilium IV. can. LXXIV. *Sacerdos pœnitentiam imploranti absque personæ acceptione pœnitentiæ leges injungat.* Iidem ipsi peracta pœnitentia illos venia data reconciliabant, & ad communionem recipiebant, aut eorum permissu presbyteri, quibus alioqui non licebat. Concilium idem III. can. XXXII. *Vt presbyter inconsulto episcopo non reconciliet pœnitentem, nisi absente episcopo & necessitate cogente.*

IACOBI SIRMONDI S. I. NOTÆ POSTVMÆ

Nunc primum editæ.

IN CONCIL. ARELATENSE III. anno Dom. CCCCLV. celebratum.

Pag. 1024.

QVOTIES MEMBRVM ALIQVOD.] Cogendæ synodi causam titulus indicat: controversiam nempe quæ inter abbatem insulæ Lirinensis, & episcopum Forojuliensem, versabatur. Est igitur epistola Ravennij episcopi Arelatensis, qua episcopos invitat ad synodum. Et quia uno exemplo hujusmodi epistolæ ad diversos mittebantur: ideo ut supra monuimus, generales dicebantur, nisi quod pauca interdum, ut res poscebat, quibusdam propria inserebantur, ut quæ in hac præcipue scripta sunt ad Insulanos, & ad Rusticum episcopum Narbonensem. Qui Theodoro in hac causa juncti sunt, Valerianus, Cemeliensis, opinor, fuit episcopus; Maximus vero, Rejensis, abbas ante Lirinensis, cui Faustus successerat.

CVM ARELATE.] Exigebat Theodorus Forojuliensis episcopus a Fausto abbate, monasterioque ejus nonnulla, quæ Leontius ejus decessor sibi non vindicarat. Ea cum Faustus negaret, inde ortum inter illos dissidium & contentio. Synodus Theodorum hortatur, primum ut obliterata præteritorum memoria Faustum recipiat in gratiam: deinde ut in posterum nihil amplius exigat, quam quod a decessore fuerat exactum. Nempe ut clerici ab ipso, vel cui ipsi injunxerit, ordinentur, ab ipso chrisma & confirmatio petatur, clerici advenæ ad communionem, vel ad ministerium, sine ipsius præcepto non admittantur. Ipse vicissim laicæ congregationis monasterij curam omnem abbati liberam relinquat, neque ex ea quemquam, nisi abbate petente, clericum faciat. Quæ formula apud alios deinceps episcopos & abbates solemni jure servata est. Docet porro hæc controversia, monasterium Lirinense, quod nunc in Antipolitano sive Grassensi episcopatu censetur, ad Forojuliensem eo tempore pertinuisse.

ANTIQVVS ABBA ET EPISCOPVS.] Si Theodorus idem est, ut sane videtur, abbas fuerat in Stœchadibus insulis, quod innuit Cassiani præfatio in collationem XI. Cassianus idem præfatione collationis XVIII. quam Theodoro cum reliquis sequentibus consecravit: *Totidem & nunc vobis, ô sancti fratres, Ioviniane, Minervi, Leonti & Theodore, credidi consecrandas. Posterior siquidem vestrum illam cœnobiorum sanctam atque egregiam disciplinam in provinciis Gallicanis præcipuarum virtutum districtione fundavit.* Ex hoc ergo cœnobio suo Theodorus abbas ad Forojuliensem adscitus fuit episcopatum, sicut e Lirinensi tres primi abbates, Honoratus ad Arelatensem, Maximus, & postmodum Faustus ad Rejensem.

In Epistolam SS. Lupi & Euphronij.

Pag. 1048. TAlasij episcopi consultationi de tribus capitulis respondent. Primum de vigiliis Natalis Domini, Epiphaniæ, & Paschæ, quo ritu celebrandæ sint. Tum de inferioribus clericis, quibus uxores ducere licet, utrum secundas nuptias inire possint. Qua in re pari quidem ecclesiam docent, ut ostiarij alias uxores ducant, & bigami fiant: exorcistas vero & subdiaconos a secundis nuptiis penitus excludere. Cæterum in ecclesia Tricassina exorcistas & diaconos, postquam in clerum assumpti sunt, etiam a primis nuptiis arceri: in Augustodunensi, ostiarios a secundis. Postremo subdiaconos pacem inter se dare in sacrario debere, non in altario. Extat hæc epistola in variis codicibus antiquis, citaturque in pervetusta collectione canonum S. Germani Parisiensis.

LVPI ET EVPHRONII.] Lupi Tricassini episcopi apud omnes clarissima est memoria: Euphronij Augustodunensis ex Sidonio, Gregorio Turon. & ex Idacio qui alteram ejus epistolam commemorat in chronico anni CCCCLI. *In diebus*, inquit, *sequentis Pascha visa quadam in cælo, regionibus Galliarum, epistola de his Euphronij Augustodunensis episcopi ad Agripinum comitem facta evidenter ostendit.* De Talasio Andegavensi dictum ad synodum Andegavensem, in qua ordinatus est.

CONCIL. ALIQVOT GALLICANA.

451. ARELATENSI II. *anni* CCCCLI. *adde synodicam episcoporum Galliæ ad S. Leonem papam, quæ inter eiusdem Pontificis epistolas edita est. Tomo* III. *pag.* 1329. *tum etiam Leonis rescriptum ad eosdem, cuius initium,* Optassemus quidem, &c. *pag.* 1332. *Quas litteras cum huic concilio merito restituisse mihi videatur Petrus de la Lande V. Cl. non æque persuadet missam eidem esse dogmaticam ad Flavianum. Eam enim misit Leo papa anno* CCCCL. *mense Maio, ut constat ex fine epistolæ* 110. *Quo tempore congregata nondum erat synodus anni* CCCCLI. *Deinde epistolam hanc Leo misit non ad episcopos, quod fieri oportuisset, sed ad Ravennium, ut eam cum ipsis communicet.*

454. INCERTI LOCI. *Epistolam Leonis, Eustochii & Victurii, (ad quam vide Sirmondi nostri notas in Appendice, Tomi* III. *pag.* 1507. *esse synodicam constat, tum ex subscriptionibus quæ supersunt episcoporum trium, tum ex clausula quæ additur in cod. Remensi,* Et cæteri qui ad fuerunt episcopi subscripserunt. *Cuius autem sit concilii non liquet. Romanum concilium Hincmarus passim appellat, deceptus Leonis nomine quem pontificem Romanum falso credidit. Bituricense vocat Petrus de la Lande, capta ex Leonis nomine (quem Bituricensem archiepiscopum esse Sirmondus admonuerat) coniectura; sed parum, ut mihi quidem videtur, certa: cum par esset causa Turonense concilium idcirco vocandi, quia Eustochius Turonensis archiepiscopus ei subscripsit.*

LVGDVNENSE *a Verano archiepiscopo, ac proinde circa annum Christi* CCCCLX. *celebratum esse, discimus ex Verani ipsius sententia, quam in concilio dixit. Eam habes Tomo V. pag.* 799. *tributam Verano Cabellicensi episcopo, quæ primum Sirmondi mens fuerat: quam deinde mutavit, ut ex eius nota ibidem intelliges.* 460.

ARELATENSE *celebratum esse iussu Hilari papæ adversus Mamertinum Viennensem archiepiscopum, qui Deensibus, a S. Leone provinciæ Arelatensi contributis, episcopum consecraverat, intelligimus ex Hilari ipsius epist.* IX. *in qua mendum typographicum editionis huius sic corrigendum est:* Pronunciare possimus, nisi judicij, ut diximus, & moderatio, &c. *Interfuisse* XX. *episcopos docet Hilari epistola* XI. *qua synodicis ipsorum litteris respondet; ac proinde non ex Arelatensi tantum & Viennensi provincia collectos, in quibus tantus non est episcoporum numerus, sed præterea ex Lugdunensi, Narbonensi prima & secunda, & Alpina, quod epistolæ* X. *inscriptione docemur. Convocatos fuisse a Leontio Arelatensi archiepiscopo, eumque præsedisse, docent eadem epistola* IX. *&* XI. *Tempus indicat epistola* IX. *Basilio V. C. consule, qui annus est Christi* CCCCLXIII. *quis denique concilii fuerit exitus, ostendit epist.* X. *sub finem.* 465.

CABILLONENSE *quo electus est Joannes Cabillonensis episcopus circa annu Christi* CCCCLXX *concilium reipsa fuisse, habemus ex Sidonii ad Domnulum epistola.* Exceperunt, *inquit,* pontificale concilium variæ voluntates oppidanorum. *Quam epistolam a Sirmondo inter concilia Gallicana editam, & in regia collectione omissam, nos hic restituendam duximus, cum aliis ad Bituricense eiusdemmodi concilium spectantibus.* 472.

BITVRICENSE, *quo Simplicius Bituricensis archiep. electus est, anno Christi circiter* CCCCLXXII. *præsidem habuit Sidonium Arvernorum episcopum, cuius litteras eo spectantes, orationemque in illo conventu habitam, prætermissas in regia conciliorum editione, hic repræsentamus, uti a Sirmondo edita sunt Tomo I. conciliorum antiquorum Galliæ.* 472.

ELECTIO IOANNIS EPISCOPI CABILLONENSIS

Cui præfuit Patiens Lugdunensis metropolitanus, cum Euphronio Augustodunensi, & reliquis provincialibus episcopis, circa annum Christi CCCCLXX.

Ex libro IV. epistolarum Sidonij episcopi Arvernorum, epist. ultima.

Sidonius Domnulo suo salutem.

NEqueo differre, quin grandis communione te gaudij festinus impertiam: nimirum nosse cupientem quid [illegible] noster in Christo pariter &

APPENDIX TOM. IV.

pontifex Patiens, Cabillonum profectus, more religionis, more constantię suę fecerit. Cum venisset in oppidum suprascriptum, provincialium sacerdotum prævio partim, partim comitante collegio, scilicet ut municipio summus aliquis antistes ordinaretur, cujus ecclesiæ disciplina nutabat, postquam junior episcopus Paulus discesserat, decesseratque: exceperunt pontificale concilium variæ voluntates oppidanorum, nec non & illa, quæ bonum publicum semper evertunt, studia privata, quæ quidam triumviratus accenderat competitorum; quorum hic antiquam natalium prærogativam, reliqua destitutus morum dote, ructabat; hic B per fragores parasiticos, culinarum suffragio comparatos, Apicianis plausibus ingerebatur; hic apice votivo si potiretur, tacita pactione promiserat ecclesiastica plausoribus suis prędę prędia fore. Quod ubi viderunt sanctus Patiens, & sanctus Euphronius, qui rigorem firmitatemque sententiæ sanioris, præter odium gratiamque primi tenebant; consilio cum coëpiscopis prius clam communicato, quam palam prodito, strepituque despecto turbæ furentis, jactis repente manibus arreptum, nihilque tum minus, quam quæ agebantur, optantem suspicantemque, sanctum Joannem virum honestate, humanitate, mansuetudine insignem, (lector hic primum, sic minister altaris, idque ab C infantia; post laborum, temporumque processu, archidiaconus; in quo seu gradu, seu ministerio, multum retentus propter industriam, diu dignitate non potuit augeri, ne potestate posset absolvi) attamen hunc jam secundi ordinis sacerdotem, dissonas inter partium voces, quæ differebant laudare non ambientem, sed nec audebant culpare laudabilem, stupentibus factiosis, erubescentibus malis, acclamantibus bonis, reclamantibus nullis, collegam sibi consecravere. Nunc ergo Jurensia si te temittunt jam monasteria, in quæ libenter solitus ascendere, jam cælestibus supernisque præludis habitaculis: gaudete te par est de communium patronorum, seu sic sentiente concordia, seu sic concordante sententia. Illius quoque nomine exulta, D quem creaverunt Euphronius testimonio, Patiens manu, ambo judicio. In quo fecit Euphronius, quod conveniret non senectuti modo suæ, verum etiam dignitatis longævitati: fecit & Patiens, vir quamlibet magnis par tamen laudibus, quod satis decuit facere personam, quæ caput est civitati nostræ per sacerdotium, provinciæ vestræ per civitatem. Vale.

ELECTIO SIMPLICII EPISCOPI BITVRICENSIS,

Cui præfuit Sidonius episcopus Arvernorum, facta illi ab omnibus designandi creandique antistitis potestate, circa annum Christi CCCCLXXII.

Ex epistolis Sidonij ejusdem.

I.

Agrœcium metropolitanum Senonensem ad Bituricensis electionem propterea invitat, quod provincialium episcoporum numerus deficeret.

Sidonius Domino Papæ Agrœcio.

Lib. 7. ep. 5.

Bituricas decreto civium petitus adveni. Causa fuit evocationis titubans ecclesiæ status, quæ A nuper summo viduata pontifice, utriusque professionis ordinibus quoddam classicum cecinit. Fremit populus per studia divisus: pauci alteros, multi sese non offerunt solum, sed inferunt. Si aliquid pro virili portione secundum Deum consulas veritatemque, omnia occurrunt levia, varia, fucata, & quid dicam? sola est illic simplex impudentia. Et nisi me immerito queri judicaretis, dicere auderem tam præcipitis animi esse plerosque, tamque periculosi, ut sacrosanctam sedem dignitatemque affectare precio oblato non reformident: & rem jamdudum in nundinam mitti actionemque potuisse; si quam paratus invenitur emptor, venditor tam desperatus inveniretur. Proinde quæso, ut officij mei novitatem, pudorem, necessitatem, spectatissimi adventus tui ornes contubernio, tuteris auxilio. Nec te, quanquam Senoniæ caput es, inter hæc dubia subtraxeris intentionibus medendis Aquitanorum: quia minimum refert quod nobis est in habitatione divisa provincia, quando in religione causa conjungitur. His accedit, quod de urbibus Aquitanicæ primæ solum oppidum Arvernum Romanis reliquum partibus bella fecerunt. Quapropter in constituendo præfatæ civitatis antistite, provincialium collegarum deficimur numero, nisi metropolitanorum reficiamur assensu. De cętero, quod ad honoris vestri spectat prærogativam, nullus a me hactenus nominatus, nullus adhibitus, nullus electus est: omnia censuræ tuæ salva, illibata, solida, servantur. Tantum hoc meum duco, vestras invitare personas, expectare voluntates, laudare sententias: & cum in locum statumque pontificis quisque sufficitur, ut a vobis præceptum, a me procedat obsequium. Sed si (quod tamen arbitror minime fore) precibus meis apud vos malesuadus obstiterit interpres, poteritis præsentiam vestram potius excusare, quam culpam, sicut e diverso, si venitis, ostendetis quia terminus potuerit poni vestræ quidem regioni, sed non potuerit caritati. Memor nostri esse dignare domine Papa.

II.

Euphronium Augustodunensem ad eandem electionem invitat, aut consilium certe petit de Simplicio, quem populus Biturix episcopum sibi ordinari flagitabat.

Sidonius domino papæ Euphronio S.

Quandoquidem me clericalis officij vincula ligant, felicissimum mediocritatis meæ statum pronunciarem, si nobis haberentur, quam territoria vicina, tam mœnia. De minimis videlicet rebus coronam tuam maximisque consulerem, fieretque actionum mearum quasi cujusdam fluvij placidissimus cursus atque inoffensus, si e tractatu tuo, veluti e saluberrimo fonte, manaret. Procul dubio tunc ille non esset, aut spumosus per jactantiam, aut præceps per juventutem. Quin potius in illo squalidum si quid ac putre sorderet, totum admixta consilij tui vena dilueret. Sed quod hujuscemodi votis spatia sunt longa interposita præpedimento, sedulo precor, ut consulentem de scrupulo incursæ ambiguitatis expedias: & quia Simplicium, spectabilem virum, episcopum sibi flagitat populus Biturix ordinari, quid super tanto debeam negotio Lib. 7. ep. 8. E

APPENDIX TOM. IV

negotio facere decernas. Hujus namque vel erga me dignationis, vel erga reliquos auctoritatis, ut si quid fieri voles, (voles autem quidquid æquissimum est) non suadere tam debeas, quam jubere. De quo tamen Simplicio scitote narrari plurima bona, atque ea quidem a plurimis bonis. Quæ testimonia mihi prima fronte colloquij non satis grata, quia satis gratiosa judicabantur: at postquam æmulos ejus nihil vidi amplius quam silere, atque eos maxime qui fidem fovent Arianorum: neque quippiam nominato, licet necdum nostræ professionis, illicitum opponi: animum adverti, exactissimum virum posse censeri, de quo civis malus loqui, bonus tacere non posset. Sed cur ego ista hæc ineptus adjeci, tanquam darem consilium, qui poposci? quin potius omnia ex vestro nutu, arbitrio, litterisque disponentur, sacerdotibus popularibusque manifestabuntur. Neque enim ita desipimus in totum, ut evocandum te primum, si venire possibile est, deinde si quid secus, certe consulendum decerneremus, nisi in omnibus obsequuturi. Memor nostri esse dignare domine papa.

III.

Perpetuo Turonensi episcopo, ipsius rogatu, mittit orationem quam habuerat in electione episcopi Bituricensis.

Sidonius domino papæ Perpetuo S.

DEsiderio spiritualium lectionum, quarum tibi tam per authenticos, quam per disputatores, bibliotheca fidei catholicæ perfamiliaris est, etiam illa quæ maxime tuarum scilicet aurium minime digna sunt occupare censuram, noscere cupis. Siquidem injungis, ut orationem, quam videor ad plebem Biturigis in ecclesia sermocinatus, tibi dirigam. Cui non rhetorica partitio, non oratoriæ minæ, non grammaticales figuræ, congruentem decorem disciplinamque suppeditaverunt. Neque illic, ut exacte perorantibus mos est, aut pondera historica, aut poëtica schemata, scintillasve controversalium clausularum, libuit aptari. Nam cum me partium seditiones, studia, varietates, in diversa raptarent: sic dictandi mihi materiam suggerebat injuria, quod tempus occupatio subtrahebat. Etenim tanta erat turba competitorum, ut cathedræ unius numerosissimos candidatos nec duo recipere scamna potuissent. Omnes placebant sibi, omnes omnibus displicebant. Neque enim valuissemus aliquid in commune consulere, nisi judicij sui faciens plebs lenita jacturam, sacerdotali se potius judicio subdidisset: ptresbyterorum sane paucis angulatim fringultientibus, porro autem palam ne mussitantibus quidem: quia plerique non minus suum, quam reliquos ordines pertimescebant. Igitur dum publice totos singuli cavent, factum est, ut omnes non aspernanter audirent, quod deinceps ambienter exponerent. Itaque paginam sume subditis voluminibus adjunctam, quam duabus vigiliis unius noctis æstivæ, Christo teste, dictatam, plurimum vereor ne ipsi amplius lectioni, quæ hoc de se probat, quam mihi credas. Memor nostri esse dignare domine papa.

A

SIDONII CONCIO, SIVE ORATIO

Quam in ecclesia Bituricensi habuit, cum Simplicium designatum arbitrio suo episcopum renunciaret.

REfert historia sæcularis, dilectissimi, quemdam philosophum discipulis advenientibus prius tacendi patientiam, quam loquendi monstrasse doctrinam: & sic incipientes quosque inter
B
disputantium consectaneorum cathedras mutum sustinuisse quinquennium, ut etiam celeriora quorumpiam ingenia non liceret ante laudari, quam decerect agnosci. Ita fiebat, ut eosdem post longam taciturnitatem loquutos quisque audire cœperat, non taceret: quia donec scientiam natura combiberit, non major est gloria dixisse quod noveris, quam siluisse quod nescias. At nunc mediocritatem meam manet longe diversa conditio: cui per suspitiosas voragines, & flagitiorum volutabra gradienti, professionis hujusce pondus impactum est. Et priusquam ulli bonorum reddam discentis obsequium, cogor debere cæteris docentis officium.
C
Adjicitur huic impossibilitati pondus pudoris, quod mihi peculiariter paginæ decretalis oblatu pontificis eligendi mandastis arbitrium, coram sacrosancto & pontificatu maximo dignissimo papa, qui cum sit suæ provinciæ caput, sit etiam mihi, institutione, facundia, privilegio, tempore, ætate præstantior: ego deque, coramque metropolitano verba facturus & provincialis & junior, pariter fero imperiti verecundiam, procacis invidiam. Sed quoniam vestro sic libitum errori, ut ipse prudentia carens prudentem vobis, in cujusque personam bona multa concurrant, sub ope Christi episcopum exquiram: noveritis hujusmodi assensu multum me honoris, plus oneris excipere. Primo loco grandem publicæ opinionis sarcinam penditote, quod injunxistis incipienti consummata judicia; atque ab hoc
D
rectum consilij tramitem postulatis, in quo recolitis adhuc nuper erratum. Igitur quia vobis id fuit cordi, obsecro ut quales nos fide creditis, tales intercessione faciatis, atque dignemini humilitatem nostram orationibus potius in cælum ferre, quam plausibus. Primum tamen nosse vos par est, in quas me obloquiorum scyllas, & in quos linguarum, sed humanarum, latratus, quorumdam vos infamare conantum turbo conjecerit. Est enim hæc quædam vis malis moribus, ut innocentiam multitudinis devenustent scelera paucorum: cum tamen e diverso bonorum raritas, flagitia multorum nequeat excusare virtutibus communicatis. Si quempiam nominavero monachorum, quamvis illum
E
Paulis, Antoniis, Hilarionibus, Macariis conferendum, sectatæ anachoreseos prærogativa comitetur: aures illico meas incondito tumultu circumstrepitas ignobilium pumilionū murmur everberat conquerentium. Hic qui nominatur, inquiunt, non episcopi, sed potius abbatis complet officium, & intercedere magis pro animabus apud cælestem, quam pro corporibus apud terrenum judicem potest. Sed quis non exacerbescat, cum videat sordidari virtutum sinceritatem criminatione vitiorum? Si eligimus humilem, vocatur abjectus: si proferimus erectum, superbire censetur: si minus institutum, propter imperitiam\~r editurirridendus: si

aliquatenus doctum, propter scientiam clamatur inflatus: si severum, tanquam crudelis horretur: si indulgentem, facilitate culpatur: si simplicem, despicitur ut brutus: si acrem, vitatur ut callidus: si diligentem, superstitiosus decernitur: si remissum, negligens judicatur: si solertem, cupidus: si quietum, pronunciatur ignavus: si abstemium producimus, avarus accipitur: si eum qui prandendo pascat, edacitatis impetitur. Libertatem pro improbitate condemnant, verecundiam pro rusticitate fastidiunt. Rigidos ab austeritate non habent caros: blandi apud eos communione vilescunt. Ac si utrolibet genere vivatur, semper hic tamen bonarum partium mores pungentibus linguis maledicorum, veluti bicipitibus hamis, inuncabuntur. B Inter hæc monasterialibus disciplinis ægre subditur vel popularium cervicositas, vel licentia clericorum. Si clericum dixero, sequentes æmulantur, derogant antecedentes. Nam ita ex iis pauci, quod reliquorum pace dictum sit, solam clericatus diuturnitatem pro meritis autumant calculandam, ut nos in antistite consecrando non utilitatem velint eligere, sed ætatem, tanquam diu potius quam bene vivere debeat accipi ad summum sacerdotium adipiscendum, pro omnium gratiarum privilegio, decoramento, lenocinamento. Et ita quipiam in ministrando segnes, in obloquendo celeres, in tractatibus otiosi, in seditionibus occupati, in caritate infirmi, in factione robusti, in æmulationum con- C servatione stabiles, in sententiarum assertione nutantes, nituntur regere ecclesiam, quos jam regi necesse erit per senectam. Sed nec diutius placet propter paucorum ambitus, notare personas: hoc solum astruo, cum nullum proferam nuncupatim, ille confitetur repulsam qui profitetur offensam. Sane id liberius dico, de multitudine circumstantium multos episcopales esse, sed totos episcopos esse non posse: & cum singuli diversorum charismatum proprietate potiantur, sufficere omnes sibi, omnibus neminem. Si militarem dixero forte personam, protinus in hæc verba consurgitur: Sidonius ad clericatum quia de sæculari professione translatus est, ideo sibi assumere metropolitanum D de religiosa congregatione dissimulat: natalibus turget, dignitatum fastigatur insignibus, contemnit pauperes Christi. Quapropter in præsentiarum solvam quam non tam bonorum caritati, quam maledicorum suspicioni debeo fidem. Vivit Spiritus sanctus omnipotens Deus noster, qui Petri voce damnavit in Simone mago, cur opinaretur gratiam benedictionis precio sese posse mercari: me in eo, quem vobis opportunum censui, nec pecuniæ favore nec gratiæ, sed statu satis superque trutinato personæ, temporis, provinciæ, civitatis, virum cujus in consequentibus raptim vita replicabitur, competentissimum credidisse. Benedictus Simplicius, hactenus vestri, jamque ab hinc nostri (modo E per vos Deus annuat) habendus ordinis comes, ita utrique parti vel actu, vel professione respondet, ut & respublica in eo quod admiretur, & ecclesia possit invenire quod diligat. Si natalibus servanda reverentia est, quia & hos non omittendos Evangelista monstravit (nam Lucas laudationem Ioannis aggressus, præstantissimum computavit, quod sacerdotali de stirpe veniebat, & nobilitatem vitæ prædicaturus, prius tamen extulit familiæ dignitatẽ) parentes ipsius aut cathedris aut tribunalibus præsederunt. Illustris in utraque conversatione prosapia, aut episcopis floruit, aut præfectis. Ita

A semper hujusce majoribus aut humanũ aut Divinum dictare jus usui fuit. Si vero personam suam tractatu consiliosiore pensemus, invenimus eam tenere istic, inter spectabiles principes locum. Sed dicitis, viros Eucherium & Pannychium illustres, haberi superiores. Quod hactenus, eos esto putatos. Sed præsentem jam modo ad causam illi ex canone non requiruntur, qui ambo ad secundas nuptias transierunt. Si annos ipsius computemus, habet efficaciam de juventute, de senectute consilium. Si litteras vel ingenium conferamus, certat natura doctrinæ. Si humanitas requirenda est, civi, clerico, peregrino, minimo maximoque, etiam supra sufficientiam offertur; & suum sæpius panem ille B qui non erat redditurus agnovit. Si necessitas accipiendæ legationis incubuit, non ille semel pro hac civitate stetit ante pellitos reges, vel ante principes purpuratos. Si ambigitur quo magistro rudimentis fidei fuerit imbutus: ut proverbialiter loquar, domi habuit unde disceret. Postremo iste est ille, carissimi, cui in tenebris ergastularibus constituto, multipliciter obserata barbarici carceris divinitus claustra patuerunt. Istum, ut audivimus, tam socero quã patre postpositis, ad sacerdotium duci oportere vociferabamini. Quo quidem tempore plurimum laudis domum retulit, quando honorari maluit parentum dignitate, quam propria. Pene transieram, quod præteriri non oportuerat. Sub Mose quon- C dam, sicut Psalmographus ait, in diebus antiquis, ut tabernaculi fœderis forma consurgeret, totus Israël in eremo ante Bezeleelis pedes oblati symbolum coacervavit impendij. Salomon deinceps, ut templum ædificaret in Solymis, solidas populi vires in opere concussit; quamvis Palæstinorum captivas opes & circumjectorum regum tributarias functiones, australis reginæ Sabaitis gaza cumulaverit. Hic vobis ecclesiam juvenis, miles, tenuis, solus, adhuc filius familias, & jam pater, extruxit. Nec illum a proposita devotione suspendit vel tenacitas senum, vel intuitus parvulorum; & tamen fuit morum factura quæ taceret. Vir est namque, ni fallor, totus popularitatis alienus: gratiam D non captat omnium, sed bonorũ: non indiscreta familiaritate vilescens, sed examinata sodalitate preciosus: & bonoviratu æmulis suis magis prodesse cupiens, quam placere: severis patribus comparandus, qui juvenum filiorum non tam cogitant vota, quam commoda. In adversis constans, in dubiis fidus, in prosperis modestus, in habitu simplex, in sermone comis, in contubernio æqualis, in consilio præcellens. Amicitias probatas enixe expetit, constanter retinet, perenniter servat. Inimicitias indictas honeste exercet, tarde credit, celeriter deponit. Maxime ambiendus, quia minime ambitiosus: non studet suscipere sacerdotium, sed mereri. Dicet aliquis: unde tibi de illo tam cito tanta E comperta sunt? Cui respondeo: Prius Bituriges noveram, quam Biturigas. Multos in itinere, multos in commilitio, multos in tractatu, multos in contractu, multos in sua, multos in nostra peregrinatione cognoscimus. Plurima notitiæ dantur & ex opinione compendia: quia non tam parvos terminos posuit famæ natura, quam patriæ. Quocirca si urbium status non tam murorum ambitu, quam civium claritate taxandus est: non modo primum qui essetis, sed ubi essetis agnovi. Uxor illi de Palladiorum stirpe descendit, qui aut litterarum aut altarium cathedras cum sui ordinis laude tenuerunt. Sane quia persona matronæ verecundam

succinctamque sui exigit mentionem, constanter adstruxerim, respondere illam feminam sacerdotiis utriusque familiæ, vel ubi educata crevit, vel ubi electa migravit. Filios ambo bene & prudenter instituunt: quibus comparatus pater inde felicior incipit esse, quia vincitur. Et quia sententiam parvitatis meæ in hac electione valituram esse jurastis (siquidem non est validius dicere sacramenta, quam scribere) in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Simplicius est, quem provinciæ nostræ Metropolitanum, civitati vestræ summum sacerdotem fieri debere pronuncio. Vos autem de viro, de quo loquimur, si novam sententiam meam sequimini, secundum vestram veterem consonate.

ANNO CHRIST. 496.

CONVENTVS REMENSIS ad Clodovei Regis Francorum baptismum in ecclesia sancti Martini anno Dom. CCCCXCVI. ipso Dominici natalis die.

AD *Clodovei baptismum episcopos convenisse, habemus ex iis Aviti Viennensis verbis, epistola supra edita pag. 1226.* Cum adunatorum numerus pontificum, manu sancti ambitione servitij, membra regia undis vitalibus confoveret: *ubi forte legendum*, numerosa pontificum manus. *Diem vero natalis Domini pridem ex eadem epistola assertum a Sirmondo nostro habemus. Denique in S. Martini ecclesia celebritatem illam peractam fuisse, docet Nicetius Trevirorum episcopus in epistola ab eodem Sirmondo edita:* Humilis, *inquit*, ad domini Martini limina cecidit, & baptizari se sine mora permisit.

ANNO CHRIST. 507.

CONCILIVM TOLOSANVM Anno Dom. D. VII. celebratum.

EX *epistola Cæsarij edita p. 1399. satis intelligimus Tolosæ celebratum esse concilium anno Agathense concilium proxime secuto: sed quid gestum in eo sit, altissimum silentium.*

ANNO CHRISTI 515. Ex iisdem supplementis.

ADDITIO AD CONCIL. AGAVNENSE superius editum pag. 1557.

EX *monumentis monasterii Agaunensis colligi quidem potest mentio concilii hujus dumtaxat, cujus fidem magis adstruunt, tum homilia, quam habuit Avitus Viennensis episcopus in basilica sanctorum Agaunensium in innovatione monasterii ipsius, cuius homiliæ fragmentum extat inter opera eiusdem Aviti; tum etiam Fredegarii chronicon, in quo legitur,* Institutio monasterii sanctorum Agaunensium ab Avito & cæteris episcopis, ipso jubente Sigismundo Rege confirmata. *Ex quibus causa synodi convocandæ, quidque gestum fuerit in ea, patet, cui tandem assignamus epocham anni 515. juxta chronici Aventicensis episcopi Marii auctoris coætanei consules, nempe Florentium & Anthemium,* quibus, *inquit*, consulibus monasterium Agauno a Rege Sigismundo constructum est. *Narrat quoque chronicon sancti Benigni Divionensis editum a doctissimo Luca Dacherio, & causam construendi monasterii Agaunensis, & novam ibi psallendi institutionem a synodo comprobatam fuisse, scilicet modum chori perennem, seu psallentium assiduum, ut loquitur Gregorius Turonensis.*

A *Sic ergo habet chronicon:* Sigismundus filium nomine Sigiricum, quem ex priore conjuge habebat, novercæ insidiis jussit interfici, unde postea pœnitentiam agens, monasterium sanctorum Agaunensium miri operis construxit: cumque ibi in orationibus persisteret, jejuniis & eleemosynis intentus, revelatum est ei ab Angelo, ut ad instar cælestis militiæ psallendi choros institueret. Quo divinitus accepto consilio, episcopos & alios religiosos viros consuluit utrum salubriter cogitaret. Qua interrogatione sancti antistites inter se ventilata, licet insuetatum opus, tamen Domino annuente unanimiter corroboraverunt. Quod sanctum opus servitutis Dei perfecte institutum, & pari omnium consensu confirmatum est, atque ex tunc laudes Deo ab omnibus persolvuntur. B

ANNO CHRISTI 499.

ANNO CHRIST. 530.

CONVENTVS EPISCOPORVM Andegavensis.

Anno Domini circiter DXXX.

HVjus *notitiam debemus autori vitæ S. Melanij Redonensis episcopi.* Eodem fere, *inquit*, tempore convenerunt simul vir[1] Dei Melanius, & electus Dei[2] Albinus, sanctusque[3] Victor, atque[4] Launus, & sanctus Marsus[5] in Andegava civitate, intra basilicam sanctæ Dei genitricis Mariæ; ibique Melanius ex communi consensu aliorum, Missam celebravit in capite jejunii Quadragesimæ. C Post cujus celebrationem, antequam recessissent ab invicem, dedit eis beatus pontifex eulogias in caritate cum Dei gratia & sua benedictione. *Narrat deinde ut Marsus diei jejunium caritati præferens, & eulogiam in sinu abscondens, inobedientiæ suæ pœnas insigni miraculo dederit.*

1 Redonensis. 2 Andegav. 3 Cenoman. 4 Constantiensis. 5 Nannetensis.

HIc *quoque adjungere visum est epistolas duas: alteram Leontij Arelatensis ad Hilarum papam, cum & edita sit in supplementis conciliorum Galliæ, & Hilari papæ sit ad hanc Leontij responsio: sexta, alteram Hormisdæ papæ.*

D LEONTII ARELAT. EPISCOPI EPISTOLA AD HILARVM PAPAM.

Gratulatur Hilaro pontificatum: rogatque, ut Arelatensis ecclesiæ iura tueatur.

QVod Leonem sanctissimum prædecessorem tuum mors abstulerit contra hæreses invigilantem, & lolium in agro Domini, heu! nimis fruticans eradicantem, dolemus: quod de tua sanctitate reparaverit, gratulamur. Nam gaudet filius de honore matris: & cum ecclesia Romana sit omnium mater, fuit nobis gaudendum, quod in tanta E consternatione rerum, & infirmitate sæculorum, super eam te erexerit, ut judices populos in æquitate, & gentes in terra dirigas. Vnde cum nobis nuncius ille per Concordium ecclesiæ nostræ diaconum, qui tunc præsens erat cum sanctitas tua ad id honoris fastigatum culmen evecta est, relatus est, gratias Deo nostro reddidimus, & te decrevimus quam primum hac humilitatis nostræ epistola salutare: ut & sic affectus, qui inter tuam sanctitatem & nos jamdiu coaluit, in Domino corroboraretur, & de cætero augeatur cum debita reverentia, qua decet filios patrē prosequi. Benedictus itaq; qui venit

in nomine Domini. Jam fortiter sanctitati tuæ insudandum, & anhelandum est, ut quod sanctissimus Leo papa incepit, ad terminabilem perducas limitem, & cum exercitu Gedeonis per tubas in ore fortium concrepantes, & per lampades in robusta manu agitatas & ventilatas, maledictos muros Jericho jam toties anathematizatos & quassatos sanctitas tua faciat prosternere. Cæterum cum ecclesia nostra Arelatensis semper ab apostolica sede amplis favoribus & privilegiis fuerit decorata: rogamus sanctitatem tuam, ut per eam nihil nobis decedat, sed potius augeatur, ut & collaborare tecum in vinea Domini Dei Sabaoth valeamus, & invidorum conatus infringere: quos, si non esset autoritas reprimens, certum est de die in diem grassaturos in pejus, quia malitia qua nos oderunt, ascendit semper. Dat. Severo Aug. Cos.

Ex iisdem supplementis.

HORMISDÆ PAPÆ EPISTOLA ad Remigium Remorum episcopum.

Vices suas illi deputat in regno Clodevei Francorum regis nuper ad fidem conversi.

Dilectissimo fratri Remigio, Hormisda.

SUscipientes plena fraternitatis tuæ congratulatione colloquia, quibus nos germanæ salutis tuæ lætificavit indicio, corporali cum spiritualibus officiis incolumitate subnixa: congruum esse perspeximus hanc ipsam quam mente gerimus, verbis aperire lætitiam. Agis enim summi documenta pontificis, dum & prædicanda facis, & ea insinuare non differs. Prærogativam igitur de nostri sumpsimus electione judicij, quando id operatum te esse didicimus, quod cæteris agendum obnixius imperamus, ut in provinciis tanta longinquitate A disjunctis, & apostolicæ sedis vigorem, & patrum regulis studeas adhibere custodiam. Vices itaque nostras per regnum dilecti & spiritualis filij nostri Clodovei, quem nuper, adminiculante superna gratia, plurimis & apostolorum temporibus æquiparandis signorum miraculis prædicationem salutiferam concomitantibus, ad fidem cum gente integra convertisti, & sacri dono baptismatis consecrasti, salvis privilegiis quæ metropolitanis decrevit antiquitas, præsenti autoritate committimus: augentes studii hujus participatione, ministerij dignitatem, relevantes nostras ejusdem remedio dispensationis excubias. Et licet de singulis non indigeas edoceri, à quo jam probavimus acutius universa servari: gratius tamen esse solet, si ituris trames ostenditur, & laboraturis injuncti operis forma monstratur. B Paternas igitur regulas & decreta sanctissimis diffinita conciliis ab omnibus servanda mandamus. In his vigilantiam tuam, in his curam & fraternæ monita exhortationis ostendimus. His ea quanta dignum est reverentia custoditis, nullum relinquit culpæ locum sanctæ observationis obstaculum. Ibi fas nefasque præscriptum est, ibi prohibitum ad quod nullus audeat adspirare, ibi concessum quod debeat mens Deo placitura præsumere. Quoties universæ poscit religionis causa concilium, te cuncti fratres evocante conveniant, & si quos eorum specialis negotij pulsat intentio, jurgia inter eos oborta compesce, discussa sacra lege determinando certamina. C Quidquid autem illic pro fide & veritate constitutum, vel provida dispensatione præceptum, vel personæ nostræ autoritate fuerit confirmatum, totum ad scientiam nostram instructa relationis attestatione perveniat. Eo fiet ut & noster animus officii caritate dati, & tuus securitate perfruatur accepti. Deus te incolumem custodiat, frater carissime.

FINIS TOMI QVARTI.



